
NAZIONALE
13
4 L
23

SACRÆ ROTÆ

ROMANÆ DECISIONUM RECENTIORUM

A JOANNE BAPTISTA COMPAGNO

J. C. Romano ſelectarum,

PARTIS DECIMÆOCTAVÆ

Tomus Secundus,

Complectens Annos M.DC.LXXV. & M.DC.LXXVI.

CUM ARGUMENTIS, SUMMARIIS, ET INDICIBUS Neceſſariis.



VENETIIS, M.DC.XCVII.

Apud Paulum Balleonium.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.







INDEX DECISIONVM

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

Quæ in hoc Secundo Tomo Partis XVIII. Recentiorum continentur, Alphabetica ſerie per Diœceſes digeſtus.

A

B

C

D

E

P

R

Romana

S

T

Tuden.

V



INDEX

INDEX DECISIONVM SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

Quæ in hoc Secundo Tomo Partis XVIII. Recentiorum continentur, Alphabetico ordine per Materias dispositus.

A

B

Vicen.

C

D

Fanen.

G

H

I


Cre-

Bar-

V



SACRÆ



SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
DECISIONVM RECENTIORVM
A IOANNE BAPTISTA COMPAGNO
I. C. ROMANO SELECTARVM,
Partis Decimæoctauæ Tomus Secundus.

REVERENDISS. P. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Romana Census.

Veneris 11. Ianuarii 1675.

ARGVMENTVM.

Impugnare prætendebat tertius possessor manutentionem in quasi possessione exigendi censuario debitam, vel quia contra ipsum executiuè procedi non potuerit, vel etiam quia illa restringeretur ad fructus eiusdem census; non autem comprehenderet pensiones suarum domorum, eam tamen creditori suffragari deciditur, cùm non ageretur de auocanda possessione eiusdem tertii, sed solùm de quasi possessione exigendi fructus d. census, quæ etiam super illius pensionibus exequi poterat, cùm res semper transeat suo onere.

SVMMARIVM

1 *Via executiua non datur contra tertium possessorem, sed ordinariè, & actione reuocatoria proceditur, & vide num. seqq.*

2 *Possessio non potest auocari ab emptore nisi mediante iudicio ordinario.*

3 *Quasi possessio exigendi pensiones domus obtenta contra principalem debitorem, suffragatur etiam contra illius emptorem.*

4 *in Possessorio summariissimo ius metitur ex parte possessoris, cuius conditio non immutatur ex mutatione personæ, contra quam possidetur.*

5 *Censuarius in quasi possessione exigendi censum manuteneri debet etiam contra successorem in re censita.*

6 *Quasi possessio exigendi acquisita contra debitorem, æquè suffragatur contra illius hæredes, ac contra tertios habentes causam ab eo.*

7 *Ius reale transit in tertium cum sua causa, & onera soluendi.*

8 *Manutentio in quasi possessione exigendi non datur contra tertium possidentem ex credito anteriori.*

9 *Anterioritas, & potioritas creditoris redduntur turbidæ, ex sententia contraria, & numer. 11.*

10 *Sententia etiam sine actis attenditur, quando deducitur per viam exceptionis.*

11 *Manutentio non retardatur ex credito anteriore possessoris, donec de illius anterioritate legitimè constet, & sup. nu. 9.*

12 *Manutentio non retardatur per exceptiones respicientes petitorium, & requirentes altiorem indaginem.*

13 *Mandatum relaxatum in quasi possessione exigendi fructus census ex certis corporibus, exequationi demandatur contra quoscumque possessores eorundem corporum, & nu. seq.*

DECISIO CCCCIII.

ORTA controuersia de anno 1618. inter Creditores q. Nicolai, & Hieronymi de Francionibus circa anterioritatem, & potioritatem, quam vnusquisque sibi competere prætendebat super pensionibus quinque domorum ad ipsorum debitores spectantium, bon. mem. Signius Iudex deputatus per sententiam declarauit Ioannem Franciscum Palazzolum, & sorores de Gazzis creditores occasione census impositi de anno 1613. esse cæteris aliis potiores, eisdemque pro concurrenti quantitate fructuum fore assignandas tot pensiones præfatarum domorum, quarum possessionem vigore huius sententiæ adeptam continuarunt tam creditores prędicti, quàm Prosper Migliaccius eorum hæres, & successiuè Gregorius Turrianus huius cessionarius donec bonæ mem. Bilius de anno 1635. instante Nicolao Franciono debitore pronunciauit ex pensionibus receptis censum remansisse extinctum, & Migliaccium, ac Turrianum debitores in scutis 2600.

Verumtamen aduersus hanc sententiam Bilii in iudicatum transactam concessa Turriano mediantibus quatuor decisionibus editis coram me, ac sententia Rotali subsequuta restitutione in integrum, vna cum man-

A dato

dato de manutenendo in possessione exigendi dictas pen-
siones; Contigit dubitari sub die 8. Februarii 1666. an il-
lud esset exequendum contra creditores tertios possesso-
res dictarum domorum, & negatiuè responsum fuit ea ra-
1 tione, † quia contra illos actione reuocatoria, & via or-
dinaria, non autem exequutiuè sit procedendum, sed re-
solutionis fundamentis hodiè ad trutinam reuocatis, re-
cessum fuit à decisis.

Omissa enim quæstione in decisione discussa, an domus
prædictæ vti lite pendente alienatæ transiuerint in credi-
tores cum vitio litigiosi, super quia hodie scribentes pro
2 Turriano non insistebant, † & aduertentes Domini hic
non agi de auocandis domibus à tertiis possessoribus, in
quibus terminis loquuntur, & procedunt Alex *in l. à Di-
uo Pio §. si super rebus num. 28. vers. & per hoc benè facit
ff. de re iudic.* Aretin. *cons. 86. in fin.* & aliæ auctoritates
adductæ in principio alterius decisionis, sed de continuan-
da quasi possessione exigendi pensiones earundem domo-
rum, in qua ex præmissa facti serie Turrianus, & eius
Auctores reperiebantur; Non dubitarunt quin illa suffra-
3 getur eisdem ad obtinendam manutentionem † nedum
contra principales debitores, sed aduersus quoscumque
possessores dictarum domorum ex receptissima iuris con-
clusione, quod in huiusmodi iudicijs summarijssimi pos-
4 sessor in † ius metiendum sit ex parte possessoris, cuius
conditio non mutatur, & multò minùs deterior efficitur
ex mutatione personæ, contra quam possidetur, iuxtà
decis. Guidopap. 629 per totam, quam passim sequitur
Rota, vt coram Coccin. *decis. 292. nu. 2. coram* Caualier.
5 *dec. 83. num. 7.* & in specie Censuarii, † quod sit manute-
nendus contra successorem in re censita firmarunt Gra-
tian. *discept. 921. num. 7.* Cenc de Cens. *quæst. 92. num. 25.*
Posth. *de manut. obseru. 56. num. 27. Adden ad* Gregor. *de-
cis. 313 sub num 6.* Rota *dec. 99 num. 11. & 12 parte prima
diuers. coram* Seraphino *decis. 876. num primo, cor.* Bichio
decis. 37. nu 2. & inter impress. apud Cenc. de Cens. *decis.
231. nu. 13. & 391. nu. 1.*

Non subsistente distinctione in contrarium adducta pro
limitatione huius conclusionis, quod nempè illa procedat
contra hæredes, non autem contra singulares successores,
6 quales sint creditores † prædicti, quia eam contra omnes
indistinctè procedere firmant mox allegati, & signanter
pluribus relatis Posth. *dicta obseru 56. per tot.* & in specie
contra emptorem fuit admissa per Rota *dicta decis. 391. nu.
primo, & duobus seqq* apud Cencium de Censibus, mi-
litante in vtroque casu eadem ratione à Rota, & aliis
prædictis DD. considerata, quod ius transeat cum sua cau-
7 sa, † & onere reali soluendi censum.

Minus obstar prænominatos creditores possidere domus
8 præfatas tamquam potiores, & anteriores Turriano, †
& proindè contra eos nullam competere manutentionem
ex traditis per Cencium de Censibus *dicta quæst. 92. numer.
22.*

Quia huiusmodi anterioritas, & potioritas redduntur
9 valdè turbidæ † ex supra relata sententia bon. memor.
Signii, potiores declarante auctores Turriani, quæ etiam
10 sine actis attenditur, † quando deducitur, prout hic per
viam exceptionis, iuxtà distinctionem sæpius amplexam
per Rotam, vt coram Puteo *decis. 197. num primo, & 2.
& decis. 391. num primo lib. 1.* & in alijs pluribus allegatis
*in Romana domus 9. Februarii 1673. sub §. non enim cor. bon.
me. Priolo.*

Et per consequens donec liquidò constet de assertæ an-
11 terioritate, & potioritate, & sic de non iure Actoris †
per rem iudicatam, non est interim eidem retardanda ma-
nutentio per hanc exceptionem respicientem petitorium,
12 † & requirentem altiorem indaginem, vt dictum fuit in
supracitatis *decis. 876. nu. 2. coram* Seraph. *decis. 99 num. 12
in fin. parte prima diuers. apud* Cenc. *decis. 231 num 7. coram*
Bichio *decis. 33. num. 6. & seqq.* & firmant Posth. *dicta ob-
seru 56. nu. 12.*

Frustrà denique opponebatur manutentionem Turria-
no concessam esse restrictam ad quasi possessionem exi-
gendi fructus census, nullatenus exercibilem contra non
debitores; Obiectum enim cessat in facto, & in iure. In
facto, quia ex decisionibus editis coram me, altera *die
26. Maii anni 1664. §. quasi possessio*, & clarius in altera 4.
Februarii anni subsequentis impressa inter *rec. dec. 255. in
princ. par. 14* apparet mandatum de manutenendo fuisse
explicitè concessum in quasi possessione exigendi pensio-
nes controuersas.

In Iure verò, quia etiamsi mandatum esset simpliciter
concessum in quasi possessione exigendi fructus census, † 13
adhuc cum illi fuerint Iudicis auctoritate semper exacti ex
pensionibus dictarum domorum mediante actuali posses-
sione earundem capta de anno 1618. Summ. Turriani nu.
3. † non est dubitandum quin super eisdem sit exequen- 14
dum aduersus quoscumque earum possessores ex supra al-
legatis.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CALATAIV.

Romana Alimentorum.

Veneris 21. Ianuarii 1675.

ARGVMENTVM.

Iudicium, & sententia separationis thori, ac restitutionis dotis introductum, & respectiuè obtenta contra virum legitimum contradictorem, afficiunt etiam tertium possessorem, quamuis non citatum, & proindè ad subministrationem alimentorum, & sumptuum litis idem tertius condemnatur, eadem via exequutiua, qua conueniri poterat pro restitutione dotis vigore statuti Vrbis lib. 1. cap. 85. quia alimenta sunt accessoria, & veniunt in iudicio restitutionis eiusdem dotis.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri post sententiam separationis thori debentur alimenta, & sumptus litis etiam à tertio possessore bonorum viri.*

2 *Alimentorum, & sumptuum litis subministratio requirit præsumptionem boni iuris, & probationem paupertatis.*

3 *Iuris boni præsumptio ad effectum alimentorum ex sententia resultat, quamuis ab ea fuerit appellatum, & pendeat causa restitutionis in integrum.*

4 *Sententia separationis thori lata contra virum legitimum defensorem, dicitur lata quasi super statu.*

5 *Sententia lata contra legitimum contradictorem, & super statu, vel quasi, afficit etiam tertium possessorem, quamuis non citatum.*

6 *Signatura iustitiæ si contra tertium rescripsit cum clausula subministratis alimentis videtur agnouisse d. tertium ad alimenta teneri.*

7 *Dotis restitutio ex Statuto Vrbis lib. 1 cap. 85. habet viam exequutiuam, etiam contra tertium.*

8 *Statum Vrbis lib. 1. cap. 85. concedens viam exequutiuam pro restitutione dotis, habet etiam locum pro alimentis.*

9 *Alimenta sunt accessoria, & veniunt in iudicio repetitionis dotis.*

10 *Paupertas mulieris probatur, si ipsa agit pro restitutione suæ dotis.*

11 *Mulier non præsumitur habere aliud nisi dotem.*

12 *Fundus dotalis non dicitur constitutus, si mobilia data sint in dotem æstimata, cum facultate illa restituendi, vel pretium, etiam si qualitas fundi dotalis fuerit adiecta.*

13 *Alimenta, & sumptus litis tertius non subministrare tenetur vltra vires rei possessæ.*

DE-

DECISIO CCCCIV.

LVCRETIA Sebiectina reportata à Iudice Eminentissimi Vicarii Vrbis fauorabili sententia separationis thori, ac restitutionis dotis contra Ioannem Carolum eius Virum, transacta in iudicatum ob non interpositam in tempore appellationem, egit postmodum coram R. P. D. Muto pro dicta dotis restitutione contra Annibalem Guerrerum possessorem domus, quam constante matrimonio sibi vendiderat dictus Ioannes Carolus, quo iudicio pendente, Vir interim appellauit à dicta sententia separationis thori, & Iudex non obstante re iudicata, appellationem admisit; vndè Signatura commissionem mihi directam reformando rescripsit, De præfixione termini subministratis alimentis, & sumptibus litis, & deindè auocando causam pendentem coram R. P. D. Muto, om-
1 nia ad Rotam † remisit; Vndè dato à me dubio, An, & pro qua summa sit relaxandum mandatum contra dictum Annibalem pro alimentis, & sumptibus litis, responsum fuit esse relaxandum in scutis quinque menstruis.

Constat enim de præsumptione boni iuris, & pauper-
2 tate dictæ Lucretiæ, † quæ sunt duo requisita necessaria pro consequutione alimentorum, & sumptuum litis, *DD. in leg. si cum dotem §. si autem ff. solut. matrim.* Rota coram Crescent. *decis. 8. de iudic. & coram* Seraph. *decis. 1098. nu. 1. & in recent. decis. 748. num. 1. par. 2. & decis. 263. num. 11. par. 12.* Bonum ius resultat ex sententia lata pro sepa-
3 ratione thori, ac dotis restitutione, † quamuis aduersus illam pendeat causa in gradu restitutionis in integrum, Surd. *de aliment. tit. 1. quæstione 120. num. 11.* Rota *decis. 749. num. 2. par. 2. rec.* quæ sententia emanata citato Marito legitimo defensore, & de cuius interesse principalitèr
4 agitur, † dicitur quasi super statu, & proindè afficit An-
5 nibalem, licèt tertium possessorem, & in dicto Iudicio non citatum, *gloss. in l. de vnoquoque, verb. quos causa, ff. de re iudic.* Bart. *in l. diem ff. de aqu. pluu. arcen.* Tiraq. *in tract. res inter alios acta num. 5.* Aliu. *in praxi §. 7. cap. 5. fallent. 2. num. 1.* Rota *dec. 242. num. 7. par. 9. recent.* Idque
6 agnouit etiam Signatura Iustitiæ, † quæ noluit moderari rescriptum subministrationis alimentorum, & sumptuum litis quoad Annibalem, Summario Lucretiæ nu.
7 5. & meritò, quia sicuti contra tertium † datur via exequutiua pro restitutione dotis ex statuto Vrbis *lib. 1. capit.*
8 85. † ita etiam pro alimentis, quæ sunt accessoria, † &
9 veniunt in Iudicio repetitionis dotis, Rota *decis. 64. num. 9. & seqq. par. 11. recent.* & in specie *decis. 51. post* Fenzon. *ad statut. Vrb.*

10 Paupertas verò manifesta redditur eo ipso † quod mulier
11 agit pro restitutione suæ dotis, † cum præter illam nil aliud habere præsumatur, Franch. *decis. 489. num. 29.* Merlin. *decis. 673. num. 3.*

Nec subsistit, quod Viro tradita fuerit dos in tot mobilibus, quæ stare deberent pro fundo dotali, & quæ modò penès mulierem extare præsumantur, quia in Capitulis matrimonialibus Maritus promisit restituere vel eadem mobilia, vel illorum pretium concordatum in scutis 1750.
12 † vndè prætendi nequit, quod in illis consisteret fundus dotalis, vt pluribus cumulatis respondit Rota *in Romana Census 13. Iunii 1668. cor. R. P. D. meo Vicecomite*; Existentia verò penès mulierem in facto non probatur, imò ex fide testium desumitur extitisse penès virum, eaque dissipasse, Summario Lucretiæ nu. 5.

Cæterùm quoad quantitatem cùm agatur contra ter-
13 tium, † qui non tenetur alimenta, & sumptus litis subministrare vltra vires rei possessæ, *l. finalis §. non si talis C. de ord. cognit. vbi* Bald. *num. 4.* Salicet. *numer. 2.* cum aliis adductis per Ferentill. ad Buratt. *decis. 707. num. 11.* Ideò Domini habito respectu ad pensionem annuam percipi solitam ex dicta domo, illa taxarunt in scutis quinque pro singulo mense.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CALATAIV.

Neapolitana nullitatis Matrimonii.

Veneris 11. Ianuarii 1675.

ARGVMENTVM.

Apertus metus in contractu matrimonii interuenerat, quia mulier cum hominibus armatis per vim fuerat ad Ecclesiam traducta, & coram Parocho, & testibus; ac in ipso actu matrimonii contradixerat; cùmque illud ex concubitu, & continuata cohabitatione cum viro saluari, & ratificatum fuisse prætenderetur, hæc minus sufficere visa sunt; vt proindè pro nullitate eiusdem matrimonii sit decisum, concurrentibus præsertim continuatis quærelis eiusdem mulieris, se per vim, & metum contraxisse protestantis.

SVMMARIVM

1 *Matrimonium contractum per vim, & metum, ex defectu liberi consensus, non sustinetur, & num. seqq.*
2 *Metus probatur ex testibus de illius actibus, & de visu deponentibus.*
3 *Matrimonium dicitur metu contractu, si mulier per vim fuit ad Ecclesiam traducta, & etiam cor. Parocho, & testibus contradixit.*
4 *Metus minor cadit in muliere, quam viro, & in ea reputatur esse sufficiens.*
6 *Metus cadens in constantem virum qualis esse dicatur.*
7 *Mortis comminatio incussa à personis armatis, quibus resisti non possit, inducit iustum metum.*
8 *Consensus non liber, sed coactus esse censetur ex lacrimis, & quærelis tam ante quam in ipso actu interuenientis.*
9 *Matrimonium metu contractum, non dicitur ratificatum ex concubitu, & continua cohabitatione cum viro, & quando.*
10 *Matrimonium à principio nullum ex impedimento quod erat ab initio, si illud postea cesset, omnia necessaria denuo interuenire debent.*
11 *Matrimonii substantia principaliter in consensu consistit.*
12 *Consensus deficere dicitur vbi interuenit metus, & sup. nu. 2.*
13 *Ratificatio matrimonii per vim, & metum contracti excluditur si mulier semper conquesta est, & tandem à viro aufugit.*

DECISIO CCCCV.

IGNATIVS Guerascius ad impediendum ne Ianuarius eius frater in vxorem duceret Antoniam Barzanam, quam deflorauerat sub probabili fide matrimonii, & cum qua filium habuerat, & vti suum baptizari fecerat, tentauit illam nuptui tradere Ioanni Iuliano, prout de facto, Ianuario absente, eandem, quamuis reluctantem, armata manu è propria domo eduxit, & ad Parochiam non propriam cum curru transportauit, ibique non obstantibus clamore, & lachrymis, Parochus desponsauit dicto Iuliano, cum quo licèt vixerit per plures annos, & filium susceperit, nihilominus dicto Ignatio defuncto, statim è domo viri aufugit, & reclusa in Monasterio intentauit iudicium nullitatis matrimonii primò in partibus, & deindè coram me Vnde propo-

sito dubio, An constet de inualiditate matrimonii; Domini affirmatiuè responderunt.

Agitur enim de matrimonio contracto per vim, & me-
1 tum, † quod ex defectu liberi consensus de iure non sub-
sistetur, *cap. cum locum, cap. requisiuit, & in cap. gem-
ma de sponsalibus, & matrim.* Rota cor. Greg. *decis.* 326.
num. 17. *& cor.* Buratt. *decis.* 205. *nu.* 23. *& decis.* 213. *nu.* 8.
& in rec. decis. 23. *nu.* 6. *& 7. par.* 12. plenè Sperell. *decis.*
5. *per totam.*

Metus autem plenè probatus remanet ex octo testibus
2 formitèr examinatis † deponentibus de visu dictum Igna-
tium armatum, & associatum à dicto Ioanne paritèr ar-
mato per vim extraxisse Antoniam è propria domo, &
minando illam interficere, ad Ecclesiam Sancti Georgii
3 in quodam Curru asportasse, ibique ipsis adstantibus †
fuisse à Parocho in matrimonio coniunctam cum dicto Io-
anne, non obstantibus eius contradictionibus, & lacry-
4 mis, etiam in ipso actu matrimonii, † vt latiùs in Sum-
mat. nu. 5. Ex qua facti serie dubitari nequit, quin adfue-
rit iustus metus cadens nedum in constantem mulierem,
5 † in qua minor metus sufficit ex adductis coram Gregorio
6 *decis.* 374. *num* 8. sed etiam in constantem † virum, prout
7 est comminatio mortis † incussa à personis armatis, qui-
bus resisti nequeat, *cap. cum dilectus, de his quæ vi, &
met. caus. fiunt, leg. nec timorem, l. metum, ff. de eo quod
met. caus.* Bald. *in l. interposita C. de transact.* Rota *dicta
dec.* 326. *nu.* 19. *coram Gregor.* Imò ex lacrymis, & quæ-
8 relis, tam ante, quàm in ipso actu matrimonii † benè
arguitur consensus non liber, sed coactus, & meticulo-
sus, vt in *dicta decis.* 326. *numer.* 40. *& seqq. coram Gre-
gor.*

Non obstat, quod ex concubitu cum dicto suo viro, &
9 ex diuturna cohabitatione censeatur purgatus metus, †
quia quotiescumque matrimonium non tenet ex aliquo
substantiali, & publico impedimento, quod vrget ab ini-
10 tio, † si postea cesset, opus est, vt omnia denuò interue-
niant, quæ sunt necessaria, & de essentia matrimonii,
Rota coram Seraphin. *decis.* 900. *& per tot. & coram* Gre-
gor. *decis.* 305. *numer. primo*, quod proculdubio procedit
quando impedimentum prouenit ex defectu consensus,
11 † in quo principalitèr consistit substantia matrimonii, *cap.
tua nos in fine, vbi glos. & DD. de Sponsal.* & consensus de-
12 ficere dicitur, † vbi metus interuenit, *l. nihil consensui ff.
de regul. iur. cap. super hoc, vbi* Abbas *de renunciat.* Vltra
quod habetur ex eisdem testibus, Antoniam cùm esset
in posse viri, continuo conquæstam fuisse, quod coactè
13 contraxerat, & statim defuncto Ignatio, qui metum in-
cusserat, de domo viri fugam arripuisse, & nullitatem
matrimonii iudicialitèr intentasse, ex quibus excluditur
quælibet prætensa ratificatio.

Et ita, vna tantùm parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. EMERIX.

Bononien. Fideicommissi de Bargellinis.

Veneris 11. Ianuarii 1675.

ARGVMENTVM.

Immissio fideicommissario denegata est, quia de identitate bonorum non docuit per certas, & determinatas probationes eorum qualitates identificè demonstrantes, ad quem effectum non visa est sufficiens generalis probatio in aliquo Communi, Quarterio, vel Contrada, quia non infert ad identitatem loci, vel quotæ, minus etiam probatio resultans ab inuentario facto ab hærede hæredis grauati, dum non distinguit qualia fuerint bona libera, qualia verò fideicommisso subiecta.

SVMMARIVM.

1 *Bona subiecta fideicommisso particulari non cadunt sub fideicommisso vniuersali, maximè alterius personæ.*

2 *Proximior euadens per mortem alterius magis proximioris, præfertur omnibus, & admittitur ad fideicommissum ordinatum pro proximiore.*

3 *Immissio fideicommissario, vel hæredi non conceditur, nisi docta de identitate bonorum.*

4 *Identitas bonorum non probatur ex solis demonstrationibus generalibus, æquiuocis.*

5 *Possessio generalis in aliqua Communi, Contrada, vel Quarterio, non probat identitatem bonorum minus identificè specificatorum.*

6 *Immissio fideicommissario non conceditur super bonis qua ratione confusionis, remanserunt incerta.*

7 *Immissionem petens per præcisas demonstrationes, & in indiuiduo, identitatem bonorum probare tenetur, eamque quasi digito, & ad oculum demonstrare.*

8 *Inuentarium in quo solum materialiter descripta, sunt omnia bona defuncti, non probat qualia fuerint libera, qualia verò fideicommisso subiecta.*

9 *Inuentarium erroneum non præiudicat hæredi, vel ab eo causam habentibus.*

10 *Clausula in inuentario apponi solita quod non apponenda habeantur pro non appositis præseruat describentem ab omni damno.*

DECISIO CCCCVI.

DECISVM fuerat coram bon. memor. Bichio sub die 10 Februarii 1653. immissionem decretam Comiti Odoardo de Bargellinis in possessionem bonorum Comitis Horatii contra Petrum olim Canonicum Metropolitanæ Ecclesiæ Bononiæ, nunc Archiepiscopum Thebarum, & Albertum Astorgium Hermetem, ac Iacobum Philippum ex fideicommisso ab eodem Horatio ordinato esse reuocandum quoad bona subiecta fideicommisso Pirri, sicut lariùs continetur in decisione inter eius impress. 548. sed quia interim Comes Odoardus ab hac vita decessit, & Astorgius ex Reo euasit Actor, fuit propterea coram me in locum bon. mem. Bichii subrogato, reassumpta disputatio sub die prima Iunii proxime præteriti, & dilata tunc resolutione propter discrepantiam suffragiorum ordinatum, vt scriberetur tantum super identitate bonorum, hodieque Causa iterum proposita, resolutum standum esse vltimo loco decisis, seù quod in idem recidit, Comiti Astorgio denegandam esse immissionem. Ratio resolutionis fuit quia Comes Astorgius non probauit bona, in quibus petit immitti cadere fideicommisso Horatij.

Non quidem Palatium positum in via maiori cum
suis adiacentibus, † quia spectat ad particulare fideicom- 1
missum Virgilii ordinati ad fauorem proximioris de Ca-
sata Bargellina: Vndè cùm per obitum Comitis Odoardi
proximior effectus sit dictus Archiepiscopus, † ipse omni- 2
bus aliis præferendus est, iuxtà *tex. in l. cum ita 33. §. in fi-
deicommisso ff. de legat. 2.* Fusar. *de substit. quæst.* 358. *num.
primo*, Peregrin. *de fideicomm. art.* 22. *num.* 64. Rota *in re-
cent. decis.* 318. *nu.* 10. *par.* 12. *& cor. Eminentiss.* Ottho-
bono *dec.* 116. *nu.* 24.

Minusque Prædia sita in Communi Sanctæ Agathæ
in quarteriis Montironi Bisentuli, Grignani, & Castel-
larii, ad quorum tamen duo Priora, hodie Comes Astor-
gius se restrinxit, quoniam illorum identitatem mini-
mè ostendit, † prout requiritur ad immissionem conse- 3
quendam, Rota coram Seraphino *decis.* 1137. *num. primo,
& 2.* Coccin. *decis.* 2137. *num. primo*, Arguelles *decis.* 19.
num. 1. *& coram* Celso *decis.* 170. *nu.* 14. *& decis.* 165. *num.*
4 *par.* 6. *rec.*

Huiusmodi enim probatio non videbatur resultare
ex iu-

4 ex iuribus in Summario datis † continentibus solum de-
monstrationes generales, & æquiuocas, ex quibus licèt
posset inferri Horatium possedisse in d. Communi, &
5 quarteriis † non tamen identificè specificantur, nec distin-
guuntur Prædia controuersa; Præmissis namque in facto
quod in prædicto loco non solùm possidebat Virgilius, sed
etiam Ioannes Galleatius frater, cui in diuisione inter ip-
sos facta obtigit non parua bonorum quantitas successiuè
in Vincentium eius pronepotem, & Reorum Authorem
collata, quodque portio Virgilii fuit inter Lactantium,
Gasparem, & Bartholomæum eius filios subdiuisa, &
quod illa Lactantii pariter deuenit ad d. Vincentium; Ga-
spar verò disposuit ad fauorem filiorum, ex quibus portio
Alphonsi cessit ad fauorem Cosmi eius hæredis, & illa Pir-
ri ad fauorem supradicti Vincentii, sequitur portionem
Horatii non minus confusam, quàm incertam remanere,
6 † & propterea Comiti Astorgio eius fideicommissario de
negandam esse super ea immissionem, cùm per præcisas
7 demonstrationes, † & indiuiduo probare teneatur quan-
ta, qualisque fuerit, itaut quasi digito eandem ostendat,
Rot. cor. Seraph. *dec.* 1137. *nu.* 2. *cor.* Arguelles *dec.* 19. *nu.*
10. *in Tudertina Bonorum* 14. *Decembris* 1667. *cor. Eminen-
tissimo Cerro*, *& in Mediolanea. fideicom.* 9. *Maii* 1672. §. *&
quamuis cor. R. P. D meo Vicecomite*, & latiùs in *Romana
Fideicommissi Prosperi Senioris de Caraffellis* 17. *Martii*
1673. §. *denique non probatur identitas cor. bon. me. Priolo.*

Nec etiam certior probatio deduci potest ex Inuentario
bonorum hæreditariorum Horatii per Vincentium con-
fecto; quandoquidem cum in Horatium supradictæ hæ-
reditates peruenissent, Vincentius eius hæres descripsit
8 materialiter omnia bona penès eum reperta † ignorando
fideicommissa, Lactantii, Alphonsi, & Pirri, & ideò
9 dicta annotatio vti in facto erronea † non valet Vincentio
siue eius hæredibus præiudicare, iuncta præsertim clau-
10 sula, *quod non apponenda habeantur pro non appositis*, †
quæ præseruat describentem ab omni præiudicio, Angel.
in l. prima §. *hæc stipulatio n.* 24 *ff. si cui plusquam per legem
falcid.* Castrens. *in leg. fin.* §. *cum igitur C. de iur. deliber.* &
sæpè dixit Rota cor. Carill. *decis.* 169. *nu.* 15. *& seq. & cor.*
Celso *dec.* 187. *nu.* 5. *& cor.* Peuting. *dec.* 314. *nu.* 3.

Et ita decisum fuit, vtraque &c.

R. P. D. RONDININO.

Cracouien. Decimarum.

Veneris 11. *Ianuariis* 1675.

ARGVMENTVM.

Vigere consuetudinem in Cracouia deciditur persoluendi decimas non ipsis fructibus, in quibus illæ colliguntur, prout regulare est in hac materia, sed vel in pecunia, vel in aliqua eorum specie; idque, quia probatum erat ex Constitutionibus Regni Poloniæ, eo magis admissi sunt testes de quadraginta annis deponentes, cùm etiam ad hunc effectum, cum non agatur de præscribendo iure decimandi; vel ipsis decimis, sola præscriptio decennalis sufficiat.

SVMMARIVM.

1. *Parochus habet intentionem fundatam in percipiendis decimis in ipsa specie fructuum, in quibus colliguntur.*
2 *Decimæ possunt ex consuetudine persolui in pecunia, vel in aliqua specie fructuum, & numer. 6. & seqq.*
3 *Testes deponentes per 40. annos de consuetudine soluendi decimas vel in pecunia, vel in certa specie fructuum attendantur, & probant.*
4 *Consuetudinem non impugnat qui articulos datos super illius probatione, solum de irreleuantia redarguit.*

5 *Decimas iuxta consuetudinem solui, agnoscit Episcopus, qui iuxta eam solutionem fieri mandauit.*
6 *Consuetudo viget in Cracouia soluendi decimas vel in pecunia, vel in certa qualitate fructuum.*
7 *Consuetudine legitima præscribi potest non ius decimandi, vel ipsa decima, sed modus, & quantitas in illa soluenda.*
10 *Consuetudo soluendi decimas in certa specie fructuum, vel in pecunia non est contra ius.*
11 *Consuetudo, quæ non sit contra ius, non requirit præscriptionem quadragenariam, cum sola decennalis sufficiat.*

DECISIO CCCCVII.

DECIMAS præteritas in quota pecuniaria, prout hactenus consuetum fuerat, in futurum verò in manipulis soluendas esse à Villa de Vdorz Rectori Parochialis Ecclesiæ Clinen. Ordinarius Cracouien pronunciauerat, Summario Possessorum dictæ Villæ nu. 3. cuius sententia coram Apostolicæ Sedis Nuntio reuocata, atque Possessoribus dictæ Villæ in præstatione decimarum in manipulis absolutis, Summario eodem nu. 5. Auditor eiusdem Ordinari, coram quo vigore Breuis Apostolicis causa iterum restaurata fuerat, quamuis vti suspectus recusatus fuisset, veluti ex prima sententia animo preoccupato ad nouum Iudicium accederet, Summario eodem nu. 6. præcedentem tamen Reuerendissimi Nuntii sententiam reuocauit.

Ideò Causa ad hoc supremum Tribunal deuoluta, decimas non in manipulis, sed in pecunia soluendas esse Domini responderunt.

Non enim negabant Domini Rectorem de iure habere
intentionem fundatam † petendi decimas in ipsa specie 1
fructuum, qui sub eius Parochia colliguntur, sed illam
in proposito casu sublatam Domini † dicebant ex consue- 2
tudine soluendi decimas in certa, & determinata quanti-
tate pecuniaria, & frumentaria, † de qua à quadragin- 3
ta annis, & vltra Testes deponunt dicto Summar. nu 4.
prout etiam agnouerunt, tàm ipse Rector, quàm Ordi-
narius Cracouien. dum ille in sua iudiciali respon. one non
negauit consuetudinem, † ad quam probandam Possesso- 4
res dictæ Villę in prima instantia articulos exhibeant, sed
ad irreleuantiam se restrinxit; † Ordinarius autem in e- 5
ius sententia decimas præteritas iuxta dictam consuetudi-
nem solui mandauit, dicto Summ. nu. 1. *cum duobus seqq.*
atque de vniformi consuetudine † in illis partibus docetur 6
ex *constitutionibus Synodalibus*, *& Prouincialibus*, *Regni
Poloniæ lib.* 3. *tit. de decimis* §. *quoniam pag.* 191. Summa-
rio eodem numer. 7. quia tunc cùm non agatur de præscri-
benda ipsa decima, vel iure decimandi, † sed de præscri- 7
bendo modo, & quantitate illius, dubium non est id ex
legitima consuetudine permitti, ad terminos *text. in cap.
in aliquibus* § *fin. de decimis*, Marches. *de commiss. appel. in
caus. decimarum* §. 1. *nu* 49. *&* 117. *cum duobus sequentibus
par.* 1 *pag* 663. *&* 671. Monet. *de decimis cap.* 5. *quæst.* 4. *nu.*
87. *&* 89. Rota *in Sabinen. decimarum apud* Marches. *loco
cit. dec.* 8. *nu.* 1. *&* 2. *pag.* 681. *& cor.* Bichio *dec.* 104. *nu.* 1.
& in specie de consuetudine soluendi † in pecunia *in diuers.* 8
par. 4. *decis.* 528. *nu.* 1. *& sub nu.* 2 *iuncto nu.* 4. Atquè de si-
mili decima pecuniaria † adiudicata Parocho in altera 9
Cracouien. decimarum Rota coram Bichio *decis.* 463. *num.*
1. *&* 3.

Ex his autem dubitari non potest de sufficienti consue-
tudinis probatione, † quæ cùm non sit contra Ius, neque 10
requirit quadragenariam præscriptionem, † cùm sola de- 11
cennalis sufficiat, vt comprobant Marches. *loco cit. num.*
49. *&* 117. *cum duobus sequen.* Monet. *de decimis cap.* 5. *d.
quæst.* 4. *num.* 101. *& sequen.* Rota *in dicta Sabinen. decimarum
apud* Marches. *loco cit. dicta decis.* 8. *n.* 1. *&* 2. *in diuers.
par.* 4. *dec.* 603. *nu.* 4. Cauaier. *dec.* 73. *nu.* 3. Coccin. *decis.*
570. *nu.* 7. *cum similibus.*

Et ita per contradictas resolutum fuit &c.

REVERENDISS. P. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Rauennaten. Prædiorum.

Lunæ 14. Ianuarij 1666.

ARGVMENTVM.

Dos Nepti ab Auo, vel alio descendente relicta, tam ex statuto Rauennæ exclusiuo fœminarum, quàm ex verbis testamenti, in solo casu nuptiarum deberi deciditur; & ideò quia non succedit loco legitimæ, subiicitur conditionibus, & grauaminibus in ea appositis vt proindè iniusta declarata sit sententia quæ ante contractum matrimonium prò ea immissionem concessit.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Rauennæ rubr. 12. libr. 3. excludit fœminas propter agnatos, easque mandat dotari.*

2 *Legatum dotis ab ascendente relictum stante statuto exclusiuo fœminarum, non succedit loco legitimæ, sed subiicitur conditionibus, & grauaminibus à testatore appositis.*

3 *Dos quatenus, & ex quibus verbis dicatur à testatore sub sola conditione nuptiarum relicta.*

4 *Dotis nomen regulariter nonnisi post contractum matrimonium congruè adaptatur.*

5 *Dos mulieri relicta cum pactis concordandis cum illius viro, quia ante matrimonium concordari non potest, eo solum sequuto debetur, & numer. seqq.*

6 *Statutum mandans dotari mulierem iuxta qualitatem viri, quomodo intelligatur.*

8 *Sententia concedens immissionem pro dote legata ante contractum matrimonii, quando dicatur iniusta, & supra à nu. 1.*

9 *Sententia iniusta non transit in iudicatum, sed aduersus illam conceditur restitutio in integrum.*

DECISIO CCCCVIII.

PLACVERVNT Dominis fundamenta decisionis
editę coram me die decimaquinta * Ianuarii anni pro-
ximè præteriti, & ideò in ea persistendum esse hodie exi-
stimarunt; Præmisso enim, quod ex dispositione statu-
1 taria Rauennæ sub *rubr. 12* † *lib. 3.* excludente fœminas
propter agnatos, & successiuè mandante eas dotari elici-
tur iuris conclusio legatum dotis iisdem ab ascendente reli-
2 ctum † non succedere loco legitimæ, sed quibuscumque
grauaminibus, & conditionibus appositis à Tutore obno-
xium remanere, iuxtà receptam distinctionem Castrensis
in l. Titio centum §. Titio genero ff. de condit. & demonstrat.
quam præter relata in alia *decis. sub §. etenim quidquid*, se-
cuti sunt Men. *cons. 81. nu. 4.* Honded. *cons. 16. nu. 54. & 55.*
lib. 1. Giouagnon. *cons. 42. nu. 77. lib. 1.* Rota *decis. 538. nu. 3.*
& duob. sequentib. & 540 n. 1. par. 1. diuers.

Non fuit in dubium reuocatum, quin dos controuersa
potuerit à Coriolano Proauo relinqui sororibus de Bergi-
gis sub conditione matrimonii contrahendi, prout sub
3 hac conditione fuisse relictam † patet ex verbis Testa-
menti, ibi: Lascia per dote scudi 2000 da darseli con li
patti, con li quali saranno d'accordo con li suoi Mariti al
tempo del contratto del matrimonio. Ponderando tùm
4 illud verbum, *per dote*, † cuius denominatio summæ re-
lictæ nonnisi post contractum matrimonium congruè ada-
ptatur ex *tex. in l. 3. ff. de iur. dot. & in l. fin. C. de donat. an-
te nupt.* & ponderat Rota *dicta dec. 538. nu. 1. par. 1. diuers.*
cum aliis in præterita *decis. allegat. §. quod autem.*

Tùm & clarius ponderando verba subsequentia: Da
darseli con li patti, con li quali saranno d'accordo con li
suoi Mariti al tempo del contratto del † matrimonio, quæ 5
vti collata in tempore incerto matrimonii contrahendi,
ac demandantia dotis assignationem cum pactis concor-
dandis cum eorum viris, quæ nonnisi in casu, quo ma-
trimonium contrahatur concordari possunt, vt in simili
de statuto † mandante dotari iuxta qualitatem viri, benè 6
ad rem obseruat Grammatic. *cons. ciuil. 145. num. 5. & 6.* &
sequitur Rota *in præcitata decis. 540. num. 3. par. 1. diuers.*
satis explicitè demonstrant legatum, de quo agitur † fuis- 7
se sub hac conditione relictum, vt firmat idem Gramma-
tic. & Rota, & probant auctoritates cumulatæ in alia *de-
cis. §. tùm etiam quia.*

Qua proindè non purificata † iniustè fuit pro eo con- 8
cessa immissio sororibus prædictis ab Auditore Cameræ,
cuius sententiam non potuisse per consequens transire in
iudicatum, † sed aduersus eam competere Comitibus de 9
Ginanois, & litis consortibus restitutionem in integrum
fuit in alia decisione meritò resolutum, quam ex his, &
aliis ibi latius deductis confirmandam esse Domini cen-
suerunt.

Altera tantùm parte informante, sororibus tamen de Bergigis pluries citatis &c.

Supra in alio præcedenti tomo primo huius decimæ octauæ partis recent. adest alia præsentis causæ decisio arr. quæ hic confirmatus cor. Reuerendiss. D. Decano.

R. P. D. EMERIX.

Neapolitana Beneficii super bono Iure.

Lunæ 14. Ianuarii 1675.

ARGVMENTVM.

De pertinentia iurispatronatus tractatur, quod si fuerit hæreditarium, regulariter transit cum vniuersalitate bonorum ad quemcumque hæredem, cui non præiudicat, quod illud fuerit ab alio collatum, si ante institutionem compareat verus patronus, quia pertinentia, quæ ex vltimo statu probatur, attenditur quidem inter præsentatos, secus verò inter præsentantes; & vlterius in omnem casum constare debuisset de scientia veri patroni, cui alitèr præiudicium non infertur.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus hæreditarium transit cum vniuersalitate bonorum ad quoscumque hæredes.*

2 *Status vltimus beneficii ex illius vltima præsentatione acquiritur; sed vid nu. 4. & seqq.*

3 *Pertinentia iurispatronatus probatur ex vltima præsentatione à patrono facta.*

4 *Status vltimus beneficii de iurepatronatus attenditur, si agitur inter præsentatos, secus autem si inter præsentatos, & nu. seq.*

5 *Patronus si ante institutionem compareat, & doceat se patronum, non attenditur quod alius patronus vltimo loco præsentauerit, & sup. nu. 5.*

6 *Status vltimus beneficii non attenditur, vbi causa proprietatis absorbet causam possessionis, & sup. num. 2. cum seqq.*

7 *Status vltimus libertatis beneficii, alias de iurepatronatus vt suffragetur, constare debet de scientia Patroni.*

8 *Præiudicium non attenditur sine scientia illius, cui prætenditur fuisse præiudicatum.*

DE-

DECISIO CCCCIX.

ABBAS, & Monachi Monasterij S. Mariæ Lauretanæ Montis Falcionis Congregationis Montis Virginis præsentarunt coram Ordinario Neapolitano. Nicolaum Borelium ad simplex Beneficium Sancti Saluatoris de Grassis de platea Forcilla Neapolis de Iurepatronatus eiusdem Monasterij vti hæredis fideicommissarij quondam Aloysiæ Podericæ vltimæ illius Patronæ eiusdem Familiæ; Andreas aut Staggionus alter assertus Patronus dicti Beneficij præsentauit Carolum Mazzam, ideoque orta lite tam inter præsentantes, quam præsentatos super pertinentia huiusmodi iurispatronatus præuia auocatione causæ ab Ordinario suspecto allegato ab Andrea, fuit illa mihi commissa; & proposito dubio, An, & de cuius bono Iure constaret, responsum fauore eiusdem Monasterij.

Iuspatronatus enim antea spectasse ad Familiam Podericam ex hactenus deductis non reuocabatur in dubium illudque modò pertinere ad dictum Monasterium benè desumitur ex testamento dictæ quond. Aloysiæ Podericæ vltimæ de dicta Familia, quæ institutis sibi hæredibus vniuersalibus Francisco Antonio, & Carolo de Policastris eius filijs, & substitutis omnibus eorum descendentibus masculis, illis deficientibus, substituit generaliter in integra eius hæreditate, & iuribus prædictum Monasterium, ad quod cum iam peruenerint omnia illius bona, & iura cum
1 eis etiam peruenit † iuspatronatus, quod regulariter vti
hæreditarium transit cum vniuersalitate bonorum ad quoscumque hæredes, *canone considerendum 16. quæst. 7. ibique gloss.* Couarr. *variar. resolut. lib. 2. cap. 18. numer. 6.* Marescott. *resolut. 55. numer 18. lib. 2.* Viuian. *de iurepatr. lib. 4. cap. 2. num. 1. & Rot. post eum decis. 66. numer. 3. & decis. 70. num. 2.*

2 Non obstat prætensus vltimus status acquisitus ab Andrea ex vltima præsentatione effectum sortita, quæ suffi-
3 cere solet † ad probandam pertinentiam iurispatronatus
vulgato *cap. consultationibus 19. de iurepatronat.* Tum quia
obiectum procedit quando ageretur tantummodo super in-
4 stitutione inter præsentatos, † secus verò quando etiam
agitur inter præsentantes, prout hic, & ante institutionem
5 † constat de proprietate iurispatronatus, tunc enim pro-
6 prietas absorbet causam possessionis, † & vltimus status
non attenditur, & distinguendo tradit Abbas *in dicto cap. Consultationibus num. 19. vers. quod ego intelligerem,* Dec. *consil. 127. numero primo, & consil. 149. numer. 2. vers. & retenta ista conclusione,* Garzias *de benefic. part. 5. cap. 5. numer. 45. & numer. 46.* Viuian. *de iurepatronat. par. 2. lib. 5 cap 4. in fine vers. adde prædictis, & lib. 11. cap. 6. numer. 23. Adden ad* Gregor. *decis. 77. sub numer 12. vers. si tamen ante factam collationem,* & firmauit Ro:a *decis. 315. num. 2 part. 2. recent.*

7 Tum etiam quia ad hoc, vltimus status suffragetur †
constare deberet inter alia de scientia, & patientia Monasterij, cui ea præsentatione illatum fuit præiudicium, Gonzal. *ad regul. Cancell. gloss. 45. §. 2. numer. 32.* Viuian. *de iurepatronat. dict. lib. 5. cap. 4. numer. 31. & dicto lib. 11. cap. 6. num. 22.*

Et ita, informante tantum Monasterio, Andrea pluribus citationibus lacessito, resolutum fuit.

Hæc, & altera immediata Decisio ambæ emanarunt in eadem causa, diuerso tamen articulo.

R. P. D. EMERIX.

Neapolitana Beneficij super Sequestro.

Lunæ 14. Ianuar. 1675.

ARGVMENTVM.

Quia in beneficialibus dari non debet vitiosus ingressus, ideò possessio nulla, & attentata sequestratur; Hæc autem probata sunt, quia Executor cum clausula *amoto, & verificato prius iurepatronatus,* sine citatione partis, & absque verificatione processit, quæ nec ex mentione litis fuerunt sublata, cum illius mentio excludat quidem subreptionem, sed non tollat attentata, quia illa non committuntur à Principe, sed à parte.

SVMMARIVM.

1 *Possessio nulla, & attentata in beneficialibus sequestratur, & quare num. 6. & seqq.*
2 *Executor Literarum Apostolicarum cum clausula* verificato iurepatronatus, *debet citare partem, & expectare verificationem.*
3 *Conditione pendente nihil dicitur in esse deductum.*
4 *Clausula* amoto, & verificato prius Iurepatronatus, *faciunt executorem mixtum, & supra numer. 2.*
5 *Attentata est possessio capta lite pendente vigore mandati alterius iudicis.*
6 *in Beneficialibus non debet dari vitiosus ingressus.*
7 *Attentans frui non debet commodo suorum attentatorum.*
8 *Sequestrum conceditur pro reuocatione attentatorum, & sup. num. 1.*
9 *de Subreptione gratiæ dari non potest, si litis mentio facta sit.*
10 *Litis mentio non excusat ab attentatis.*
11 *Attentata non committuntur à Principe, sed à parte.*

DECISIO CCCCX.

PENDENTE lite tam super pertinentia iuris præsentandi ad Beneficium, de quo agitur inter Monasterium Sanctæ Mariæ Lauretanæ Montis Falcionis Congregationis Montis Virginis, & Andream Staggionum, quam super institutione inter Nicolaum, & Carolum ab eisdem respectiuè præsentatos; Carolus spreta dicta lite obtinuit prouisionem Apostolicam vti præsentatus à maiori parte patronorum, & successiuè etiam ab exe-
cutore in suis literis deputato possessionem, † quam Rota 1
censuit esse sequestrandam tam ex capite nullitatis, quàm
attentatorum.

Nullitas est clara, quia Executor processit non citato
Nicolao, neque verificato prius coram Ordinario Iurepa-
tronatus ex fundatione, vel dotatione pertinere ad præ-
sentantem, prout vigore clausularum verificato, & amo-
to, expressè in literis insertarum, tenebatur, † vt de clau- 2
sula *verificato* tradit Viuian. *de iurepatronat. part. 2. cap.*
13. numer. 2. & 3. & pluries firmauit Rota, vt coram Du-
nozet. Iun. *decis. 1007. numer. 4.* vbi quod conditione pen-
dente † nihil dicitur in esse deductum, & in his terminis 3
coram Dunozett. Senior. *decis. 11. numer. 7. ac in Mediola-*
nen. Iurispatronatus 28. Iunij 1660 §. fin. & 10. Decembris
1660. in principio coram Reuerendissimo Domino meo Alber-
gato Decano, in quibus referuntur concordantes, & de
clausula † *amoto* tradit Felin. *in cap. cæterum num. 8. de re* 4
iudic. Adden. ad Buratt. *decis. 171. nu. 8.* Rota coram Du-
nozetto Seniore *dec. 5 n 5.*

Attentata sunt etiam inexcusabilia propter ademptam
per Carolum possessionem pendente lite coram Ordinario
Neapolitano, ad *text. in cap. primo, & toto titulo vt lite* 5
pendente in 6. cum concordantibus. Vnde ne in beneficia-
libus † detur vitiosus ingressus, & attentans fruatur 6
† commodum attentatorum, solet pro illorum reuocatio- 7
ne † apponi sequestrum, Lancellot. *de attent. part. 2 cap. 4.* 8
in præfat. num. 448 & numer. 618. & seqq. & passim res-
pondit Rota vt coram Gregor. *decision. 10. per totam* coram
Millin. *decis. 85. numer. 4. in Cracouien. Præposituræ 4. Iulij*
1664. coram bon. memor. Auunculo meo, & postremo *in Me-*
leuitana Commendæ 4. Decembris 1673. §. final. coram
me.

Nec mentio litis facta in literis Caroli sufficere potest ad
emendam possessionem ab illo captam à vitio attenta-
torum, † quia talis mentio benè operatur, quod non possit 9
dari de subreptione gratiæ, ob non factam mentionem li-
tis, † sed non præseruat ab attentatis quæ non à Principe, 10
† sed à parte committuntur, Lother. *de re benefic. lib. 3 qu.* 11
11. num 40. & 41. Addentes ad san. mem. Gregor. *decis. 2.*
n. 16. & Rota *decis. 242. num. 4. & 5 par. 4 tom. 2. recent &*
in Colonien. Præposituræ 19. Decembris 1668. §. minus refra-

gatur coram Reuerendissimo Domino meo Beuilaqua Vrbis Gubernatore.

Et ita, altera tantum parte informante, resolutum fuit.

Hæc, & altera immediata decisio ambæ emanarunt in eadem causa, licet diuerso articulo.

R. P. D. RONDININO.

Florentina Capellaniæ.

Lunæ 14. Ianur. 1675.

ARGVMENTVM.

Duo principaliter decisa sunt in hac Causa; Alterum quod simplex collatio Beneficij à Pontifice facta sine subsequuta acceptatione prouisi, non consumat illius vacationem; Alterum verò, quod Capellania à Testatore fundata dicatur esse beneficium Ecclesiasticum, si illius requisita concurrant, & solus consensus Ordinarij deficere videatur, quia ille ex lapsu temporis cum obseruantia resultat maximè cum per duo sæcula eadem Capellania tamquam verum beneficium fuerat collata.

SVMMARIVM.

1 *Collatio simplex beneficii non consumit illius vacationem.*

2 *Cessio iuri beneficii aliud est, aliud verò cessio facta eidem beneficio, quia altera repudiationem importat, altera verò acquisitionis renunciationem ostendit.*

3 *Collatio beneficii facta à Papa, & expressa etiam in illius cessione, & reseruatione nouæ pensionis, non importat acceptationem prouisi.*

4 *Subreptitia non potest dici gratia ex variatione vacationis expressæ, si in literis adsit clausula* siue præmisso, siue alio quouis modo.

5 *Clausula* siue præmisso, siue alio quouis modo vacatio congerit *semper substinet gratiam, quoties vacatio narrata verificatur de facto.*

6 *Ordinarius non potest se ingerere in beneficio, si eius interuentus fuit illi à fundatore prohibitus, & numer. 9.*

7 *Congruæ Rectoris repugnat incertum, & euentuale salarium alicuius arbitrio assignandum.*

8 *Ordinarii consensus in fundatione beneficii, eiusque auctoritas præsumitur interuenisse ex lapsu temporis cum obseruantia, & aliis etiam actibus.*

9 *Beneficii in fundatione an, & quando possit apponi clausula* quod Ordinarius in eo se non ingerat, *& supra num. 6.*

10 *Beneficij collatio, vel institutio demandari potest quod spectet ad inferiorem, veluti Abbatem, non autem ad Episcopum.*

11 *Dos beneficii quandoque venit appellatione salarii.*

12 *Capellania dicitur esse beneficium Ecclesiasticum, si habeat signa beneficii, & tamquam beneficium sit collata.*

13 *Capellania an fuerit beneficium Ecclesiasticum, vel ne, attenditur vltimus status pro substinenda gratia prouisi.*

14 *Beneficij ecclesiastici pro exclusione non sufficit instrumentum fundationis, quod in iure, vel in facto recipere potest interpretationem contrariam.*

15 *Status vltimus beneficij non dicitur, si illud per duo secula fuit vniformiter collatam, cum potius resultet ex eo immutatio qualitatis eiusdem beneficii.*

DECISIO CCCCXI.

AGNITA insubsistentia eorum, quæ deducta fuerunt in Decisione huius causæ 17. Nouembris * 1673. Domini iterum dixerunt non intrare arbitrium pro retardatione Literarum Apostolicarum Tonelli, quas veluti iustificatas executioni demandandas esse dixerunt, confirmando decisiones in hac causa editas 6. Martij * 1673. & 18. Iunij 1674. coram me.

Neque ab hac sententia DD. retrahere potuerunt ea,
quæ iterum repetebantur contra iustificatione literarum
Tonelli, quia quemadmodum in prædictis decisionibus sublatum fuit id, quod obijciebatur contra modum
vacandi expræssum per mortem Capponi, quamuis postea collata fuerit Capellania R. P. D. Hippolyto, tum
quia simplex collatio † sine positiua acceptatione non 1
consumit vacationem, cum potius constet de ineffectuatione, & de non acceptatione cùm R. P. D. de Hippolytis cesserit iuri si quod habebat in dicto Beneficio, quod
† denotat repudiatiuam cessionem, & acquisitionis exclu- 2
siuam, non autem ipsi Beneficio, quod ostenderet illius
acquisitionem, ex deductis per Capyc. Latr. *consult.* 77.
numer. 6. Galerat. *de renanciat. lib. 1. cap* 10. *n.* 37. Cochier.
super regul. 44. Cancell. *nu.* 37. Mandos. *de Signatura Gratiæ verbo cessionis*, ideoque veluti non acceptato beneficio,
Pontifex vice illius pensionem eidem R. P. D. Hippolyto
reseruauerit, vt late in decisionibus huius causæ *6. Martii*
1673. *§. iustificatio, & seqq & 18. Iunii 1674 §. etenim coram me.*

Tùm quia etiamsi dici possit vacationem consumptam
per collationem factam R. P. D. Hippolyto, ex assertione
Papæ emissa ad narratiuam partis in assertis cessione, &
reseruatione pensionis, Summario Monasterij *numer.* 3. &
4. † ex qua potius elicitur intentio Pontificis conferentis, 3
quàm acceptantis ex parte prouisi, iuxta Text. expressum
in cap. si tibi absenti de præbend. in 6. adhuc subreptitia dici
non posset gratia Tonelli, cùm in litera eiusdem adsit clausula † *siue præmisso siue alio quouis modo, vel ex alterius cu-* 4
iuscumque personæ vacatio contigerit, quæ vacatio dispositiue narrata, † quotiescumque de facto verificatur, vt in 5
casu, in quo dubitari non potest, Capellaniam vacasse per
obitum Capponi, gratia substinetur etiamsi alio modo,
quam expresso vacatio contigerit ex deductis per Barbos.
in tractat. var. de clauf. vsu frequent. clauf. 172. *nu.* 12. Corrad. *in prax. benefic. lib.* 5 *cap.* 1. *numer.* 32. & dixit Rota
decision. 1. de rescript. in nouis, & passim in alijs.

Ita pariter sublatum videbatur id, quod dicebatur
de iustificationis defectu ob expressionem beneficij de
iurepatronatus ex fundatione, cùm potius inspecto tenore Testamenti videretur hoc simplex legatum fructuum, vt exindè celebrarentur tot missæ à Capellano,
quem hæres præsentaret Abbati, ac hærede defuncto, Abbas, & Monachi eligerent assignata congrua mercede
arbitrio Abbatis, & Monachorum, quorum conscientias onerauit, edita prohibitione, ne alius se intromitteret, ex quibus inferebatur ad deficientiam duorum ex
præcipuis requisitis ad Beneficium Ecclesiasticum, auctoritate nempè Ordinarij, † cuius interuentus per 6
prohibitionem nè alius præter Abbatem se ingereret,
censetur exclusus, iuxtà *decision* Seraphio 611. *num.
primo, & secundo, & decis.* Buratt. 224. *numer. primo,*
& de perpetua congrua pro sustentatione Rectoris, † 7
cui repugnat euentuale, & incertum salarium ab arbitrio; & conscientia Monachorum dependens, iuxta
decis. 254. *num.* 3. *part.* 2. *recent. & decis.* 2 *num.* 11. *part.* 13.
recent. cum alijs *in decis. huius causæ* 27 *Nouembris* 1671. *§.
quoad primam, coram me.*

Quia consensus Ordinarij non videbatur exclusus,
nisi quoad successiuas præsentationes, & institutiones
in hac Capellania, neque aliud importaret prohibitio
illa, ne alius præter Abbatem se ingereret, ideoque
illius consensum præsumi ab initio interuenisse ex lapsu 200. annorum, & vltra, iuncta subsecuta obseruantia ex viuificationibus, atque ex alijs actibus beneficio auctoritate Episcopi erecto congruentibus, ex quibus † eius auctoritatem intercessisse præsumitur, vt be- 8
nè Noal. *cons.* 66 *num.* 3. Rot. *in Ciuitatis Plebis Capellaniæ 9. Decembris* 1665. *§. Et quamuis coram Eminentissimo
Carpineo Prodatario, & in decision. huius causæ 6. Martii*
1673 *§. & consensus coram me*; quia tunc Ordinario consentiente † apponi potuit conditio, nè ipse se ingerat in 9
præsentatione ad † Beneficium cuius institutio spectet ad 10
inferiorem veluti Abbatem, iuxtà *decis.* Buratt. 103 *per
tot.* cum alijs in decisione huius causæ 27. *Nouembris* 1673.
§. & licet coram me.

Dos

Dos autem perpetua determinata fuit in testamento,
quamuis postea appellata fuerit salarium ab arbitrio, &
conscientia Monachorum regulandum, quia id intelligi
posse videbatur quoad vigilantiam Abbatis, & Monacho-
rum, vt ex instrumento per ipsos faciendo tot fructus per-
11 ciperentur, qui inseruire possent pro competenti dote, †
quæ appellatione salarij quandoque continetur, ad ter-
minos *Text. in can. nemo distinctissime de Consecrat.* Zacch.
salario quæst. 1. num. 8. Rota *diuers. part. 1. decis.* 230. *num.* 2.
& in discur. Dutan. *inter eius decis.* 285 *num* 97. *& seqq.* Ita-
ut concurrentibus alijs signis Ecclesiastici Beneficij, pro
12 quo Capellania hæc semper duobus sæculis collata fuit †
hæc interpretatio sumenda sit, neque ideò Ecclesiasticum
Beneficium esse desinat, ex deductis *in decisione* huius Cau-
sæ 6. *Martii* 1673. *§. Consideratio coram me.*

Hæc autem, & si aliquod dubium pati possent, ad hunc
effectum sufficere Domini dicebant, vt dici nequeat con-
stare de claro tenore fundationis exclusiuo beneficij Eccle-
13 siastici, † quia seclusis instrumento fundationis re iudica-
ta, vel partis confessione, attenditur vltimus status colla-
tiuus pro subsistinenda gratia Tonelli, vt conueniunt com-
muniter *DD in decisionibus huius causæ* 27. *Nouembris* 1673.
§. hinc dicebatur, & 18. Iunii 1674 *§ quod autem, & §. se-
quenti coram me*, ad quem effectum non sufficit instru-
mentum fundationis, quod in iure, vel in facto non est
14 adeò clarum, † vt nullam pro beneficio ecclesiastico inter-
pretationem recipiat, vt alijs adductis explicauit Rota
in Praten. Capellaniæ 20. *Iunij* 1672. *§ Quia obiectum, coram
Reu. P. D. meo Emerix, & 5. Decembris* 1674. *§ final. co-
ram me.*

Præsertim cùm ex collationibus per duo sæcula subse-
15 cutis euitetur quæstio vltimi status, † atque potius agatur
de immutanda qualitate beneficij ad terminos *Text. in cap.
cum de beneficio de præbend. in* 6. Garz. *de benefic. part. 1. cap.*
3. *num.* 115. *& seqq.* & latè probatum fuit *in decisione huius
causæ* 18. *Iunij* 1674. *d § sed hunc statum, vsque in fin. coram
me*, cum alijs in *Barchinonen. Præpositura* 26. *Maii coram
Eminentissimo Cerro.*

Reliqua autem circa valorem, & alia benè tollebantur per informantes, atque in decisionibus huius causæ, in quibus, vtraque parte informante, Domini permanserunt.

Supra in alio præcedenti tomo primo huius decimæ octauæ partis recentiorum adsunt aliæ tres decis. in hac causa 48. 182. & 329. in ordine omnes coram eodem R. P. D. Rondinino.

R. P. D. V B A G O.

Leodien. Canonicatus.

Lunæ 14. Ianuarii 1675.

A R G V M E N T V M.

Obtinenti Beneficium alterius, cuius gratia in praxi dicitur prouisio certo modo obtenta, denegatur executio literarum Apostolicarum, quia visus est deficere in salutari suo, ex eo quod primus prouisus cui principaliter opponebatur defectus constitutionis Gregorianæ in non capienda possessione infra nouem menses, omnem diligentiam adhibuerat pro eadem possessione obtinenda, sicque in nihilo prorsus defecerat, ac proinde hæc noua prouisio executioni demandari non poterat.

S V M M A R I V M.

1 *Clausula* arbitrio *licet relaxet iuris rigorem, procedit tamen æquitate suadente.*
2 *Clausula* arbitrio *cessante æquitate nil aliud importat, quam clausula* prout de iure.
3 *Literæ Apostolicæ certo modo obtentæ, contra similem prouisum Apostolicum non habent viam exequutiuam sed iudicio ordinario dirigendæ sunt, & n. seqq.*
5 *Clausulæ* si ita est, *&c.* dummodo, *&c.* amoto, *&c. faciunt exequutorem mixtum.*
6 *Appellatio conceditur à sententia mixti exequutori.*
7 *Ius in re acquiritur per collationem beneficij acceptatam, etiam ante illius possessionem adeptam.*
8 *Impetratio beneficij certo modo obtenta fundatur in defectu tituli alterius.*
9 *Contradictor legitimus dicitur ille, ob cuius tituli defectum, ab alio eius impetratur beneficium.*
10 *Possidere beneficium ciuiliter dicitur, qui possessionem naturalem capere impeditus est, aduersus alium impetrantem certo modo.*
11 *Possessio ciuilis beneficij ex sola illius petitione acquiritur.*
12 *Possessio beneficij habetur pro actualiter capta ab eo, qui illam apprehendere impeditus est, aduersus alium impetrantem certo modo.*
13 *Literæ Apostolicæ certo modo obtentæ non demandantur exequutioni, vbi aliqua adest turbiditas validitatis, vel iustitiæ.*
14 *Clausula* si ita est, *facit conditionem, quæ requirit verificationem narratorum citata parte, de cuius interesse agitur.*
15 *Narratiuam suarum litterarum iustificare tenetur impetrans beneficium tanquam fundamentum suæ intentionis.*
16 *Constitutio Gregorii XIII. de publicandis resignationibus non requirit possessionem actualem infra nouem menses sed etiam illius diligentias admittit, & n. 17. & 19.*
17 *Constitutio Gregor. XIII. de publicandis resignat, quoad effectum possessionis habetur pro impleta, si quis mandatum, & præceptum obtinuit, ac petitionem fecit.*
18 *Vicarius Episcopi qui citra montes dicitur, vltra verò montes appellatur Officialis.*
20 *Impetrans beneficium certo modo tenetur iustificare narrata, suam gratiam publicare, & infra nouem menses possessionem capere, aut diligentias adhibere.*
21 *Impetrans beneficium certo modo, si non impleat formam suæ prouisionis, executionem suarum litterarum habere non debet.*
22 *Possessio beneficii obtenti certo modo, capi debet vigore mandati iudicis executorialis.*
23 *Possessio aliter capata, quam capi debuisset, habetur ac si capta non esset.*
24 *Possessio beneficii capienda est capitulariter conuocato capitulo, quod fit ad sonum campanæ, & iuxta stylum loci.*
25 *Monitorium resoluitur in vim simplicis citationis, vbi quis ratione sui præiudicii est citandus.*
26 *Monitorium facit statum, nec habetur loco mandantis ad effectum tradendi legitimam possessionem.*

D E C I S I O CCCCXII.

CANONICATVM S. Martini Leodien. de quo fuit prouisus à Sede Apostolica Carolus prima Septembris 1672. impetrauit certo modo 5. Kalendas Augusti 1673. Ægidius, qui litteras expeditas præsentauit Executori, & obtinuit sententiam pro ipsarum exequutione; Hinc commissa mihi causa per Signaturam cum clausula *parito arbitrio Rotæ*, de more dedi dubium, An intraret arbitrium pro retardatione exequutionis ipsarum litterarum & affirmatiuè per DD. responsum fuit.

Clausula enim *arbitrio Rotæ*, † licet relaxet rigorem iu- 1
ris, attamen procedit, æquitate suadente, † alias nil aliud 2
importat, quam clausula *prout de iure*, Lothet. *de re bene-
fic. lib. 3. quæst.* 11. *num.* 122. Seraphin. *decis.* 29 *num* 4 *& de-
cis.* 1429. *num.* 1. cum itaque literæ certo modo obtentæ † 3
non habeant de iure viam exequutiuam contra alterum
prouisum Apostolicum, sed iudicio ordinario sint dirigen-
dæ, Seraphin. *decis.* 1471. *num.* 2. Buratt. *decis.* 529. *num.* 6.
Rota *decis.* 701 *num.* 2. *in fine par.* 2. *recent & in Monasterien.
Canonicatuum* 10. *Decembris* 1669. *coram Reuerendissimo D.
meo Ottalora Præside Granaten.* Æquitas non suadet, † 4
quod in præiudicium Caroli admittatur via exequutiua
literis Ægidij certo modo impetratis, eoque magis, quia
ipsæ literæ continent † clausulas *si ita est*, &c. *Dummodo*, 5
&c. *amoto*, &c. quæ dum faciunt exequutorem mixtum,
† illius sententiam reddunt appellabilem, Rota *coram bon.
memor.* Celso *decis.* 121. *num* 4 *&* 6. & Bichio *decis.* 339. *nu.*
19. *ac* Peutinger. *decis.* 229. *num.* 1. *&* 2.

Non

Non subsistit conclusionem procedere, quando adest
legitimus contradictor, qui actu Canonicatum possideat
7 non è contra, quoniam cùm ius in re † acquiratur per col-
lationem Canonicatus acceptatam, etiam ante adeptam
possessionem, Garzias *de benefic. part. 4. cap. 2 numer. primo*
Rebuff. *in praxi super regul. de non tollendo iure quæsito glos.*
6. *num.* 38. Couarr. *var. resolut. lib.* 3. *cap.* 16. *numer.* 3. *&* 5.
& Rota coram Merlin. *decis.* 329. *numer.* 3. quotiescum-
que agitur de exequenda interpretatione certo modo ob-
8 tenta vel fundata in defectu tituli alterius, non potest
dubitari, quin ille, ob culus tituli defectum noua gra-
9 tia impetratur, † sit legitimus contradictor ad defenden-
dum iura propria super validitate sui tituli, & inualiditate
tituli illius, qui certo modo impetrauit, ex *text. in cap.
si tibi absenti* 17. *de præbendis in* 6. Otthobon. *decis.* 186. *num.*
11. *& in recent. decis.* 142. *n* 7. *part.* 5.

Imò licèt Carolus non doceat de actuali possessione quæ-
sita ex installatione in Choro, & perceptione fructuum,
attamen cùm fuerit impeditus à Capitulo ratione statuti
præcipientia, non dari nouis prouisis possessionem actua-
lem, nisi post annum à die primæ petitionis, Summ.
10 Caroli *numer.* 2 † Nihilominus ad impediendam exequu-
tionem literarum Prouisi certo modo dicitur possessor pos-
11 sessione ciuili, † quæ ea sola sua petitione, de qua in-
ferius dicetur, resultauit, renuente Capitulo in tradi-
tione actualis Rota coram Merlino *decis.* 329. *numer.* 3. *&*
coram Caualer. *decis.* 359. *nu.* 4 *& in Aurien. Præpositura*
18. *Aprilis* 1608. *coram Bononien. & in Leodien. Præpositura
S. Ioannis* 17 *Ianuarij* 1611. *coram Lancell.* & quod in his ter-
12 minis possessio † actualis habeatur pro capta tradit, Leo *in
thesaur fori ecclesiastici par.* 2. *cap* 19 *n.* 11.

Et tantò magis inclinarunt DD. pro arbitrio, quia pro
13 retardatione exequutionis literarum certo modo † sufficit
validitatis, & iustitiæ aliqua turbiditas, Rota *decis.* 132.
numer. primo part. 4. *tom* 2. *& decis.* 224. *numer.* 7. *part.* 8.
recent. In præsenti autem casu patet de nullitate, & iniu-
stitia sententiæ exequutoris reluctantibus ex eo quia literę
14 fuerunt commissæ cum clausula, *si ita est* † quæ faciat con-
ditionem requirentem iustificationem narratorum citata
parte, de cuius interesse agitur Marchesan. *de commiss par.*
1. *cap.* 1. *numer.* 81. *vol.* 1. *fol.* 352. *&* Rota coram Celso *d.
decis.* 121. *numer.* 6. quod ab Ægidio non fuit obserua-
tum.

Impetrauit enim Ægidius beneficium sub prætextu
non factæ publicationis à Carolo, & ob non captam pos-
sessionem infra nouem menses requisitam per Constitutio-
nem fel. memor. Gregorij XIII. sed ipsas narratiuas non
15 iustificauit, † prout tenetur tamquam fundamentum suæ
gratiæ, Rota *decis.* 486. *numer.* 2 *decis.* 701. *numer.* 2. *in fine
part.* 3. *decis.* 315. *numer.* 1. *part* 8 *recent. &* coram Rnyas
decis. 315 *numer.* 14. imò contrarium apparet, dum Con-
stitutio Gregoriana præcisè non requirit infra nouem men-
16 ses possessionem † actualem, sed sufficientes declarat in
casu legitimi impedimenti diligentias pro ipsa possessione
capienda, & pœnam priuationis beneficij simpliciter con-
tra ipsos negligentes in curanda possessione imponit ex ver-
bis ibi, & si propter litem, aut aliud legitimum impedi-
mentum nequiuerit &c.

De diligentijs Caroli pro habenda possessione patet ex
mandato de immittendo, relaxato per Vicarium Leodien.
executorem suarum literarum, Summ. ipsius *numer.* 3. ex
præsentatione eiusdem mandati continentis expressum
præceptum, vt assignaretur, facta Capitulo, à quo man-
datum, præceptum, & petitio fuerunt habita pro insinua-
17 tis, † & proinde resultat adimplementum Congregatio-
nis Gregorianæ, ex deductis per Merlin. *deci.* 329 *numer.*
14. *&* 15.

Nec dicatur, quod diligentiæ prædictæ non sint haben-
dæ in consideratione, eo quia mandatum de immittendo
non fuerit relaxatum ab Officiali Leodiensi, cui literæ
Caroli fuerunt directæ, sed à Vicario contra formam di-
ctæ Constitutionis Gregorij præcipientis, vt in casu impe-
dimenti, & litis, literæ præsententur Exequutori, coram
quo instandum sit pro illarum exequutiones; Nam obie-
ctum tollitur ex facto, dum Officialis, & Vicarius eam-
dem personam constituunt, & sola differentia est, quod
18 citra montes appellatur, Vicarius † vltra verò montes di-
citur Officialis ille, qui in munere officij Vicariatus per
Episcopum deputatur, Barb. *de potest. Episcopi part.* 3 *alle-
gat.* 54. *num.* 25. & magis claré Ferret. *de abusu lib.* 3. *cap.* 4.
num. 13.

Ex quibus sequitur non obstare, quod Carolus emiserit
in mandato procuræ confessionem non possidendi; nam
quidquid sit an intellexerit de possessione actuali, vel etiam
de ciuili, quæ ex supradictis negari, non poterat; Obie-
ctum tollitur, dum Constitutio Gregorij † vbi prouisus 19
impeditur, possessionem actualem non requirit, sed so-
lum diligentias pro ipsa consequenda, Merlin. *d. decis.* 329.
num 15. *&* Rota *in Zamoren. & alijs relatis per* Garz. *de
Benef. par.* 11. *cap.* 3. *num.* 32. *& seqq.*

His accedit, quod Constitutio non solum requirit iusti-
ficationem narratorum, † verum etiam quod impetrans 20
certo modo teneatur infra dictum tempus nouem men-
sium publicare, & possessionem legitimè apprehendere,
seu in casu impedimenti diligentias facere pro ipsa posses-
sione capienda penes executorem literarum, vt in ipsa
Constitutione §. 5. *vers. illorum post medium*, ibi, *ipse etiam tene-
tur*, quæ cum adimpleuisse non probet prædictus Ægidius
† vtique suarum literarum executionem ab executore 21
consequi non merebatur, Bich. *decis.* 358. *numer.* 25. *&
seqq.* Seraphin. *decis.* 1064. *numer.* 3. *&* 5. *&* Rota *in Tri-
dentina Parochialis* 5. *Decembris* 1646. *coram Eminentissimo
Cerro* iam huius Tribunalis Decano.

Implementum verò argui non potest ex capta possessio-
ne tradita in Summario *numer.* 8. † quia cum non sit in 22
vim mandati Iudicis executorialis, prout requiritur ex ip-
sa Constitutione Gregorij, Corrad. *in praxi dispensat. lib.* 7.
cap 4 *numer.* 46. Rota *in nullius, seu Taurinen. Prioratus* 4.
Iulij 1668 *coram Eminentissimo Carpineo Prodatario* † habe- 23
tur ac si capta non esset, maximè quod possessio Canoni-
catus ad hoc, vt dicatur valida, & suffragetur, † capien- 24
da est capitulariter conuocato legitimè capitolo ad sonum
campanæ, & iuxta stylum loci, Lother. *de re benefic.
tom. primo lib* 2. *quæst.* 21. *numer.* 34 Posth. *obseruat.* 30. *num.*
3. *&* 4 Rota *in Casalen. Canonicatus coram Marchemontio
apud* Marches. *de commiss. part* 3. *fol.* 76. coram Ludouis. *de-
cis.* 364. *numer.* 6 *lit B.* coram Caualer. *decis.* 359. *numer.* 3.
& in recent. part. 2. Buratt. *decis.* 418. *num.* 11. *& ibi Ad-
dentes numer.* 17. & tamen possessio Ægidij hac quoque ne-
cessaria solemnitate destituta est.

Neque in locum mandati executoris deseruire potest
monitorium super executione literarum in forma processus
fulminatorum, quia cum Carolus ratione sui præiudicij es-
set citandus, † hoc monitorium resoluebatur in simplicem 25
citationem, † quæ statum, non facit ad effectum tradendi 26
legitimam possessionem, Garzias *de benefic. part.* 11. *cap.* 3.
num. 231 Rota in *Casertana Beneficii* 17. *Iunii* 1605 *coram
Reuerendissimo Lugdunen. & coram* Caualer. *decision.* 574.
numer. 2.

Et ita vtraque, &c.

Confirmata fuit præsens decisio sub die 22. Martij 1675.
quæ inferius suo loco, & tempore apponetur.

R. P. D. MATTHÆIO.

Placentina Parochialis.

Mercurij 16. *Ianuarii* 1675.

ARGVMENTVM.

Sola pertinentia iurispatronatus in hac De-
cisione tractatur, eaque ex constructio-
ne, dote, præsentationibus, & alijs
etiam actibus concludenter probatur,
quod licet à principio laicale potuit de-
inde transire in Ecclesiam hæredem,
non in filiam succedentem in sola legi-
tima, & ideò tamquam ecclesiasticum
subiacet reseruationibus Pontificis, qui-
bus non præiudicatur per præsentatio-
nem factam à non vero patrono, nec
existente in quasi possessione præsentan-
di.

TVM-

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur à iure.*

2 *Arbitrium, si Literæ Apostolicæ sunt iustificatæ, intrare debet pro illarum executione, non autem pro retardatione.*

3 *Literæ Apostolicæ quoad narrata, dicuntur iustificatæ eo ipso, quod altera pars easdem narratiuas fecit.*

4 *Confessione partis nulla maior dicitur esse probatio.*

5 *Iuspatronatus Ecclesiasticum ratione mensium est Sedi Apostolicæ reseruatum, & num.8.*

6 *Iuspatronatus probatur ex fundatione, dotatione, reseruatione, aliisque plurimis actibus, de quibus ibidem.*

7 *Iuspatronatus quamuis à principio Laicale, potest deinde fieri Ecclesiasticum, & quomodo vide supra à principio decisionis.*

9 *Legitima est quota bonorum, non autem quota hæreditatis.*

10 *Succedens in legitima, dicitur successor particularis, non vniuersalis.*

11 *Iuspatronatus hæreditarium transit in hæredem vniuersalem non in filium succedentem in sola legitima, & num.10.*

12 *Præsentatio beneficij iuspatronatus facta ab eo, de cuius pertinentia non constat, nec est in quasi possessione præsentandi, non attenditur.*

13 *Reseruationem beneficii in præiudicium Papæ non tollit præsentatio facta à non vero patrono, nec existente in quasi possessione præsentandi.*

14 *Impetrans beneficium de iurepatronatus, potest deinde illud obtinere à Papa etiam vt liberum.*

15 *Multiplicatio titulorum in beneficialibus admittitur.*

16 *Clausula* cuius litis statum *gratiam à subreptione præseruat.*

17 *Executor merus potest, & præsumitur se extraiudicialiter informasse de valore beneficii, aliisque contentis in literis.*

18 *Gratia non dicitur iustificata, si constat de probatione contraria.*

19 *Literæ Apostolicæ non iustificatæ non demandantur executioni, nec merentur attendi.*

DECISIO CCCCXIII.

AD Parochialem Ecclesiam S. Michaelis loci Montis Acuti Placentinæ Diœcesis vacantem per obitum Caroli Guarnerij, præsentati fuerunt Iulius Quaronus à Patribus Barnabitis vti donatarijs, & hæredibus vniuersalibus Comitis Aureliani de Bauaria olim eiusdem Ecclesiæ Patroni, & Iacobus Franciscus Penna ab Antonio, & alijs de Corradis vti hæredibus Comitissæ Lucretiæ eiusdem Comitis Aureliani filiæ, istamque præsentationem Ordinarius admisit; sed postea indicto per Ordinarium concursu, idem Penna fuit ab Examinatoribus approbatus.

In hoc statu vterque ex præsentatis habuit recursum ad Sanctissimum, & quisque prouisionem Apostolicam obtinuit; Penna tamen fuit prouisus vti de reseruato, & curauit suarum literarum executionem habere, & ad possessionem beneficij se immitti ab executore deputato obtinuit, postmodum verò appellante Quarono, Causa mihi fuit à Signatura commissa cum clausula *parito literis arbitrio*; quare proposui dubium, An sit locus arbitrio pro retardatione literarum obtentarum à Penna, vel potius literæ Apostolicæ eiusdem Quaroni sint exequendæ, & Domini in omnibus negatiuè responderunt.

Non enim visum fuit esse locum arbitrio pro retardatio-
1 ne, † quia cùm arbitrium reguletur à iure, Barbos. *claus.*
10. *nu.*2. *Addent. ad* Greg. *dec.*189 *n.*8. Rot. *dec.*264 *num.*1.
*par.*7. *rec.* consequens est, quod sicuti de iure literæ Apostolicæ, vbi, prout hic, sunt iustificatæ, paratam habent
executionem, † ita & in præsenti arbitrium pro illarum 2
executione, non pro retardatione intrare debeat, Rot. coram Merlin. *dec.*629. *n.*1. *in rec. dec.*154. *nu.*6. & 7. *part.*12. & *dec.*73. *n.*2. *par.*13.

Quod autem omnia contenta in literis sint satis iustificata visum fuit hodie dubitari non posse, quod enim beneficium vacauerit per obitum Guarnerij de mense Iulii,
est in confesso apud partes, † cùm & ipse Quaronus has 3
easdem narratiuas fecerit in literis Apostolicis subinde
reportatis, † itaut proinde nulla alia melior probatio ad- 4
duci possit, *l. cum preces C. de liberal. caus.* Rot. coram Caual. *dec.*608. *n.*3. *in rec. dec.*71. *n.*2. *par.*12. & *dec.*456. *n.*2. *par.*1.

Quod verò sit de iurepatronatus Ecclesiastico, † & pro- 5
inde Sedi Apostolicæ ratione mensium reseruatum, circa quod tota difficultas verti videbatur, remanet in præsenti pariformiter iustificatum, ex facto enim compertum fuit, quod de anno 1303. Manfredus de Bauaria construxit Oratorium, quod deinde à san. me. Bonifacio VIII. erigi obtinuit in Ecclesiam Parochialem præuia assignatione competentis dotis, & sibi, suisque successoribus iuspatronatus reseruari; Huic fundatori tractu temporis successit Comes Aurelianus, qui de anno 1589. tam donationem inter viuos, quàm per testamentum omnia bona sua Ven. Congregation. PP. Barnabitarum reliquit, istique ab inde citra possessionem iurispatronatus acquisiuerunt, pluresque actus gesserunt latè relatos ab
informantibus pro Penna, † & vlterius etiam super ma- 6
nutentione fauorabilem sententiam reportarunt, ex quibus certum remanet iuspatronatus, Rot. *dec.*575. *num.*8. & 12. & *decision.*776. *numer.*18. coram Dunoz. Iun. itaut licet non controuertatur, quod à principio fuerit Laicale,
† nihilominus postmodum effectum fuerit Ecclesiasticum 7
iuxtà *text. in cap. vnic. de iurepatr. in* 6.

Beneficia autem de iurepatronatus Ecclesiastico cadere sub reseruatoria † mensium expressè disponitur in regula 8. hodie 9. & tradunt Gonz. *glos.*45. *num.*24. Garzias *de benefic. par.*5. *cap.*6. *num.*472. & *seqq.* Lotter. *de re Benefic. lib.*2. *quæst.*40 *num.*116 firmauitque Rot. coram Duran. *dec.*406. *num.*5. Bich. *decis.*415. *num.*6. & *dec.*541. *num.*4. *par.*2. *rec.*

Nec obstat, quod Comes Aurelius reliquit Lucretiam vnicam filiam, cui per Senatum Mediolanensem adjudicata fuit tertia pars eius bonorum pro legitima;
quoniam, cum legitima sit quota bonorum † non hæ- 9
reditatis, & in ea succedens † sit particularis, non vni- 10
uersalis successor, ad tradit per Merlin. *de legitima lib. primo par.*2. *per totum*, & signanter *nu.*4. & 5. Iuspatro-
natus † tamquam hæreditarium, totum transiuit in Ve- 11
nerab. Congregationem PP. Barnabitarum hæredem vniuersalem Comitis Aureliani, vt articulo ex professo examinato per plures rationes docet Lambert *de iurepatr. lib.*1. *par.*2 *art.*16. *num* 16. *cum seqq.* Viuian. *de iurepatr. lib.*4. *cap.*2. *num.*9. *in fin.* Couar. *var. resol. lib.*2. *cap.*18. *nu.*17. & *seqq.*

Sicuti minus aduersatur, quod idem Penna præsentatus fuerit à Corradis, inferendo exinde, quod saltem ex hac ratione dici possit mixtum, quia cùm non constet illos esse in possessione præsentandi, imò nec de eo-
rum pertinentia † præsentatio huiusmodi non possit 12
impedire reseruationem † in præiudicium, Summi Ponti- 13
ficis, maximè quia ea non vtitur Penna, Rota coram Zatat. *decis.*26. *num.*15. imo quatenus etiam ex ea obti-
nuisset, non proinde sibi † præiudicasset, quominus po- 14
stea beneficium obtinuerat vti liberum, reseruatum ex
multiplicatione titulorum † in beneficialibus admissa, 15
Calder. *cons.*7. *de elect.* Rota *decis.*333. *num* 6. *part.*1. *decis.*379. *num.*10. *part.*13. *recent.* & *decis.*197. coram Coccin.

Cæterum frustra opponebatur de subreptione propter litem non expressam, dùm in gratia adest clausula *cu-*
us litis statum &c. quæ illam † à subreptione præseruat, 16
Gemin. *consil.*120. *num.*6. Rota coram Gregor. *decis.*2. *nu.*5 *in fin.* & *decis.*24. *num.*6. *part.*13. *recent.* vel propter defectum iustificationis valoris, quia dum exequutor
fuit merus, † de valore, & alijs potuit, & censetur se ex- 17
traiudicialiter informasse, dum gratiam fuit exequutus, Bich. *decis.*392. *nu.*12. Dunoz. Iun. *dec.*75. *n.*2. & *dec.*397. *num.*4.

Atque visum fuit DD. satis responsum secundæ parti

dubij

dubii circa executionem literarum Quaroni, quia cùm
ipse expresserit beneficium esse de iurepatronatus mix-
18 to, & contrarium superius fuerit † comprobatum, di-
19 citur defecisse in iustificatione, † ita vt proinde eius
literæ executionem non mereantur, Rota *dec.385. num. 2. par.13. rec.*

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit &c.

R. P. D. RONDININO.

Bonon. Primogenituræ.

Mercurii 16. Ianuarii 1657.

ARGVMENTVM.

Duæ famigeratæ iuris conclusiones in hac decisione declarantur, altera, & prima, quatenus attendatur proximitas grauati, vel grauantis, alia verò quando proùt hic in fideicommisso non debeat fieri transitus ad aliam lineam, quod pro vocatione proximioris masculi ex fœmina primogeniti semper à Testatore prædilecti resolutum est.

SVMMARIVM

1 *Proximitas testatoris attenditur in simplici vocatione proximioris, seu propinquioris, non autem in primogenituræ lineali, & perpetua, & n. seqq.*

2 *Linea primogeniti, vel alterius fideicommissarii perpetuo, & successiuè vocati, quousque durat, nunquam fit transitus ad aliam lineam.*

3 *Descendentes lineæ à testatore prædilectæ, & vocatæ donec supersunt in fideicommisso successiuo, & perpetuo, illud in eis semper continuare debet.*

4 *Proximioris vocatio à testatore facta, etiam cum verbo suos, adhuc de eius descendentibus intelligitur, quamuis ipsi eidem testatori fuerint remotiores.*

5 *Linea à Testatore in fideicommissis, vel primogenituris vocata, de quibus descendentibus intelligatur, & nu. seqq. ac per totam.*

6 *Testator potest sua voluntate lineam, alioquin naturaliter sumptam, limitare, declarare, & coarctare.*

7 *Linea duplex est, altera qualitatis, scilicet de masculis, & altera substantiæ, in qua constituuntur fœminæ, & descendentes ab illis.*

Masculi ex fœminis succedunt in primogenitura, & fideicommisso perpetuo, in quo testator vocauit proximiorem iuxta iuris dispositionem seruata prærogatiua lineæ.

9 *Linea primogeniti si cæteris lineis fuit semper à testatore prælata, donec illius reliquiæ supersunt, nunquam fit transitus ad aliam lineam, & nu. anteced. & seqq.*

10 *Lineæ prerogatiua æque in illius ingressu, ac progressu seruari debet, & num. seqq.*

11 *Non Entis nullæ sunt partes.*

12 *Voluntas testatoris ante omnia seruanda est, & secundum eam intelliguntur leges ab ipso præscriptæ.*

DECISIO CCCCXIV.

FRVCTVS è bonis controuersæ primogenituræ à Barbara, & Laura eius filia, veluti vocatis in substitutione proximioris, quam Cardinalis Podius primogenituræ Institor vltimo loco fecerat, restituendos esse Ioanni Celiesio, cui vtpotè proximiori primogenitura debebatur, Rota respondit 23. Ianuarij 1673. coram me, quam decisionem hodie DD. confirmarunt.

Etenim admittebant vtrinque Scribentes, neque vnquam decisiones huius Causæ de hoc dubitarunt, quod
nempè etsi vocato proximiore, & propinquiore sibi ipsi
à Testatore illius proximitas sit attendenda, hanc ta-
men conclusionem procedere in simplici vocatione, non
autem quotiescumque illa est qualificata, † & modifi- 1
cata à verbis subsequentibus: *Seruata semper prærogatiua
inter lineas, & sexus, & primogenitura integritate per-
petua dictæ eius hæreditatis*; quia cum hoc casu agatur
de primogenitura perpetua, & lineali, in qua ad effectum
succedendi, prædilecti censentur omnes à prædilecto de-
scendentes, requiritur quidem propinquitas gradus, non 2
tamen absolutè, sed habito respectu ad lineam, in qua
attenditur quis sit proximior, etsi naturaliter Testato-
ri remotior sit, quia quousque in totum non defecerit
linea ad proximiores alterius transitus fieri non potest
ad terminos Textus *in cap. primo de natural. success. feud. cum concordant*

Et tunc verba Testatoris, qui vocauit proximiorem, &
propinquiorem sibi, iuxtà Iuris dispositionem, benè com-
patiuntur, cum ex superius dictis † in his ordinationibus 3
successiuis, & primogenialibus, quousque supersunt de-
scendentes è linea prædilecta grauati, successio in illis de
Iure continuanda sit, iuxta *text. in d. cap.1. de natura
success. feud.* ibi: *Et hoc est, quod dicitur ad proximiores
pertinere, isti verò proximiores esse dicuntur respectu alia-
rum linearum, Guttierez pract. quæst. lib. 3. quæst.67. num.19.*
& post plures relatos Castill. *controu. lib. 5. cap. 93. sub nu.
9. & 10.* Amat. *Panormit. resol.10 num.90. & 91.* Cancer.
var. resol. par.3. cap. 21. num.329. Cres. de Vald. *obser. 32.
sub num.92.* Roxas *de incompatibil. Regn. & Maiorat. par.4.
cap.1. num.103.* Fusar. *de substit. quæst.357. num.1. & seqq.*
Vasq. *de success. progress. part.1. lib.3. §. 26. sub num 4. vers.
& licet Fundator diceret ad suos proximiores*, Gamma
decis. Lusitan. 7. sub num.4. vers. Iure igitur, † & ibi *in Ad- 4
dit. vers. sextus casus*, Mures *de Maiorat. part.2. quæst.8.
sub numer.2. vers. vbi ampliat*, Rot. coram Bichio *dec.
622. num 2. & 3. & in Bononien. Fideicommissi Caroli de
Pepulis 15. Iunii 1671. & 1. Iulii 1672. coram bon. mem.
Priolo.*

Sed quæstio redacta fuit ad applicationem facti, quia
acriter negabant Scribentes contra decisionem, Ioan-
nem Celiesium dici posse ex linea prædicta, quia licet
materialiter considerando lineam Christophori primo-
geniti, talis dici possit, id tamen non procedere diceba-
tur ex mente ipsius Cardinalis Testatoris, qui cum pro
certis vocationibus, & gradibus personarum, lineam pri-
mogenitorum coarctauerit, † quibus deficientibus illam 5
habuit pro extincta, Ioannes Celiesios, & similes per-
sonæ, quæ sunt extra vocationem, † dicuntur esse ex- 6
tra lineam, cum Testatoris voluntas naturalem lineam
pro voluntate limitet, & coarctet, iuxtà *Text. elegantem
in l. cum ita 33. §. fin. ff. de leg.2.* Mantic. *de con. ect. lib.8. tit.
18. n.56. vers. vnde non obstat*, Decian. *cons.3. sub n.52. &
seqq. vol.2.* Altograd. *cons. 89. num.14. 21. & 61. vol.2.* Bell.
Iun. *cons.71 n.19.* Rot. *rec. par.2. dec.627. n.5. & par.5. dec.
519 nu.15. & in dec. huius causæ coram bo. me. Priolo in rec.
par.12. dec.297. n.3.*

Verùm placuit DD. responsio, quod non versamur in
casu, in quo vocatio proximioris esset noua, & peni-
tus vaga, ac independens, & citra vllam consideratio-
nem personarum, vel in linea hac qualitatis coarctata
à Testatore, vel in linea substantiæ, sed potius in casu
opposito, in quo Cardinalis Testator non habuit lineas
quatuor Neptum pro finitis, & terminatis, & per con-
sequens substitutionem proximioris non fuisse de perso-
na noua, vaga, & penitùs incerta, à qua noua linea in-
choari deberet, quia licet Testator habuerit pro extinctis
lineas masculinas dictorum quatuor Neptum, & Filiæ
maioris vltimi masculi, considerando istas lineas à Te-
statore efformatas quoad illarum qualitatem à Testatore
volitam, & quoad personas iuxta illam in ipsis lineis
qualificatas; non tamen considerauit pro extinctis li-
neas materialiter, & quoad substantiam ipsarum, hoc
est quoad personas, quæ ex ipsis lineis superesse pote-
rant non habentes specialem vocationem qualificatam
iuxta duplicem differentiam linearum, quarum altera
est qualitatis, in qua constituuntur solùm masculi qualita-
tem sexus à Testatore volitam habentes, † & altera 7
substantiæ, in qua constituuntur fœminæ, & descen-
tes ab illis, iuxtà notata per Bald. in *cons.334. sub num.
10. vol.3.* Roxas *de Incompat. Regn. & Maiorat. part.1.
cap.6.*

cap.6. num.26. & num.259. & seqq. Ioseph de Rosa *con-*
sult 69. nu.69. cum alijs in decis. Regni Siciliæ apud Modern.
Venus. *Theatr. Verit. & Iustit. lib.1. de feud. fol. 528. &*
331.

Hinc licet inspecta linea qualitatis modificata à Car-
dinali Testatore Ioannes Cellesius ex Victoria Matre,
& Semidea Auia à Christophoro primogenito descen-
dens ex ipsius linea qualitatis dici non possit; negari
tamen nequit, quin ex linea substantiæ, hoc est materia-
liter, & inspecto ordine naturæ ab ipso Christophoro ex
fœminis descendat, quod Testatorem respexisse videba-
tur, cum vocauit proximiorem consanguineum sibi iux-
8 tà Iuris dispositionem, † seruata tamen prærogatiua li-
neæ, cogitando, vt succederet proximior ille ex reliquijs
linearum, quas superesse prudens Testator obliuisci non
poterat, quia haberet prærogatiuam lineæ prædilectæ,
quæ prærogatiua hoc casu considerari non poterat, nisi
accipiendo proximiorem consanguineum veluti personam
à Testatore cogitatam ex reliquijs linearum vocatarum
adhuc superextantibus, inter quas quemadmodum li-
nea qualitatis Christophori primogeniti prælata fuit alijs
lineis, ita præferenda erat linea substantiæ, in qua
Ioannes Cellesius reperiebatur, mediantibus fœminis,
9 † ab ipso Christophoro primogenito naturaliter descen-
dens ex ratione, quam in proposito reddunt Giouagn.
consil.62. num.12. post medium vol.2. Castili. *controu. lib.3.*
cap.92. sub na.35 vers. habent etiam, Roxas *de Incom-*
pat. Regn. part.1. cap.6 num.266. Rot. *recent. part.2. dec.*
627. num.2. & benè explicant *d. decisio Regni Siciliæ apud*
Modern. Venus. *lib.1. de feud. pag. 528. & seqq. num.328.*
vers. atque ideo, & n.331. Modern. Melphicten. *de linea leg.*
art.8. n.47. & pluribus seqq.

Hac autem retenta distinctione, in qua conueniebant
vtrinque Scribentes, tollebatur & aliud argumentum
adductum à Scribentibus contra decisionem, qui vole-
bant, prærogatiuam lineæ seruandam esse in progres-
su, non autem in ingressu illius nouæ vocationis pro-
10 ximioris, † quasi Testator dixerit seruata semper præ-
rogatiua lineæ, postquam scilicet proximior ille lineam
11 efformauit, in qua prælatio considerari † possit, quia
id procedit retenta priori intelligentia, quod in hoc ca-
su non adsit linea, neque supersint illius reliquiæ, quo
casu non potest considerari prælatio lineæ, quæ non est,
quia non entis nullæ sunt qualitates, sed per necesse præ-
latio hæc accipienda est post lineam à proximiore effor-
matam, qui intellectus cùm Dominis non placuerit,
qui crediderunt Testatorem cogitasse vocationem proxi-
mioris ex reliquijs linearum consumptarum hinc in hu-
ius substitutionis ingressu prælationem lineæ considera-
tam quoque fuisse censuerunt iuxtà illius mentem, &
verba, cùm voluit semper, & in hoc casu præciso,
atque in quocumque successore seruari lineæ prærroga-
tiuam; quæ verba non solum qualificant descendentes
12 ab ipso proximiore post lineam ab ipso † noniter consti-
tutam, sed & ipsum primum proximiorem iuxta men-
tem Testantis, quæ ante omnia attendi debet, & iuxta
quam, leges ab ipso præscriptæ modo in ingressu, mo-
do in progressu requiri consueuerunt, iuxtà deducta
per Molin. *de Primogen. Hispan. lib.1. cap.4. num 19. & 20.*
Vasquez de success. creat. lib.3. §.27 sub nu.21. Valenzuel.
cons.67. na 77. & 78 & pluries dixit Rota *in recent. part.2.*
dec.627. n.8. & 9 & par.11. dec.337. n.29. Bich. *dec.493. n.*
25 & seqq. & dec 602. num.41. & 42. Reuerendiss. Roxas
dec 90 n.10. in fin.

Et ita vtraque &c.

Altera in hac causa decisio est impressa supra in præce-
denti tomo primo istius decimæ octauæ partis recent. vbi
est in ordine decis.18.

R. P. D. EMERIX.

Elnen. Obedientiæ.

Mercurij 23. Ianuarij 1675.

ARGVMENTVM.

In Ecclesia secularizata, & ad aliam Ec-
clesiam translata diuina officia, aliæque
functiones ecclesiasticæ exercebantur si-
mul à Prælato regulari, & beneficiatis
sæcularibus, qui cum ratione non su-
biectionis, obedire recusarent eidem Præ-
lato, in ijs, quæ spectant ad cultum
diuinum omnis obedientia illis deman-
data est, cùm nimis perturbarentur
alioquin diuina officia, si dd. Benefi-
ciati eorum Præsulis monita indiscretè
contemnentes, ab eo coerceri non pos-
sent.

SVMMARIVM.

1 *Obedientiam præstare tenentur Beneficiati sæculares etiam Abbati regulari, si ille sit coram Prælatos, & superior Ecclesiæ, ac per totam.*

2 *Inferior suo superiori, sicuti membra eiusdem corporis suo capiti, reuerentiam, & obedientiam, exhibere debet.*

3 *Canonici, & Beneficiati sæculares, etiam si habeant in Ecclesia superiorem Abbatem, subsunt tamen iurisdictioni Episcopi, sed vid. num. seqq.*

4 *Sæcularizatio, & translatio Ecclesiæ si fuerit facta sine præiudicio Rectoris, & Beneficiatorum, quatenus attendatur,*

5 *Reuerentia, & obedientia debetur non solum à subditis, sed etiam à non subditis ratione dignitatis, & præeminentiæ.*

6 *Iurisdictionis exemptio non eximit aliquem à reuerentia, & obedientia, quam exigit præeminentia.*

7 *Officia diuina, cæteræque functiones Ecclesiasticæ scandalosè perturbarentur, si Beneficiati sæculares non deberent obedire Abbati, quamuis regulari, & sup. n.1.*

8 *Abbas regularis potest coercere beneficiatos seculares suæ Ecclesiæ, quamuis non subditos, si eius monitis indiscretè obedire recusent, & numer.9.*

9 *Pœna pecuniaria debet esse proportionata excessibus.*

DECISIO CCCCXV.

ROTA censuit Beneficiatos Collegiatæ Ecclesiæ
Beatæ Mariæ de la Real Oppidi Perpiniani † te- 1
neri præstare reuerentiam, & obedientiam Abbati eius-
dem Ecclesiæ vti illius Capiti, & Prælato, eiusque
salutaria monita, & mandata reuerenter suscipere, &
exequi, præsertim in peragendis diuinis officijs, cæte-
risque ecclesiasticis functionibus communiter collegia-
liter ab eodem Abbate, & Canonicis, ac Beneficiatis
peragi solitis, eo modo, quo inferiores † superiori, & 2
membra eiusdem corporis capiti suo præstare decet, &
consueuit, per ea, quæ tradit *gloss. in verb. Obedientiam*
93. distinct. in princip. Abb. *in cap. bis numer. primo circa*
fin. de maiorit. & obedient. Innoc. *in cap. veniens pariter in*
fine de verb. signific. in 6. Sanchez *in præcept. Decalog.*
lib.6. cap. primo circa finem, Lotter. *de re benef. lib. primo*
cap.16. n.121.

Non obstat, quod beneficiati non subsunt iurisdi-
ctioni Abbatis, † sed Episcopi, attento quod tam trans- 3
latio Prioris, & Canonicorum Sancti Augustini, Bea-
tæ Mariæ de Aspirano, ad Ecclesiam Beatæ Mariæ
de la Real Oppidi Perpiniani, quàm eorundem sæcu-
larizatio, † factæ fuerunt sine præiudicio Rectoris, & 4
Beneficiatorum vltimo dictæ Ecclesiæ, vel alterius cu-
iuscumque, vt legitur in eisdem translatione, & sæ-
cularizatione, ac Breui particulari Clementis Octaui,
Summario Beneficiatorum *numer. primo, secundo, &*
tertio.

Quia reuerentia, & obedientia debetur non solùm à
subditis, † sed etiam à non subditis ratione dignitatis, vt 5
notant

notaot Innocent. *in præallegato cap. veniens*, Felin. *in cap. cum non liceat* 12. *num.* 2. *post med. versic.* & *Episcopus de rescript.* Gratian. *discept.* 184 *numer.* 57 & *discept.* 282. *num.* 61. Rota apud Coccin. *decis.* 1731. *num.* 12. & 13. & post eam Tambur. *de iur. Abb.* 10. 1. *disput.* 151 *n.* 45. *in fine*.

Ac propterea Beneficiati minùs rectè sub hoc colore,
6 non subiectionis quoad iurisdictionem † se eximere prætendunt à reuerentia, & obedientia, quam exigit præeminentia dignitatis erga Prælatum eiusdem Ecclesiæ, & rectus ordo diuini officij, aliarumque functionum Eccle-
7 siasticarum, † quæ scandalosè perturbarentur, si Benefi-
8 ciati Abbatis monita indiscretè contemnentes † non possent coerceri, seù cogi ad obediendum, saltem pœna pe-
9 cuniaria † proportionata excessibus, prout eos non obstante non subiectione quoad iurisdictionem posse Domini concluserunt.

Vtraque &c.

R. P. D. TAIA.

Romana Doms.

Mercurii 23. *Ianuarii* 1675.

ARGVMENTVM.

Inuestimentum bonorum fideicommissi fuerat à Pontifice demandatum in Locis Montium Cameralium, quod cum esset deindè sequutum in Montibus Communitatiuis; forma Breuis non dicebatur impleta; Plura ideo sub multiplici distinctione traduntur, tam de obseruatione formæ, ad effectum annullandi actum, vel nè, quàm de qualitate vtriusque Montis Cameralis, & Communitatum, itaut tandem pro validitate eiusdem inuestimenti resolutum sit.

SVMMARIVM.

1 *Inuestimentum factum contra formam Breuis Apostolici, perinde est ac si factum non fuisset.*

2 *Emptor bonorum fideicommissi est obligatus ad inuestiendum, nisi Pontifex eum liberet, & numer.* 19.

3 *Loca Montium Communitatis sunt inferioris conditionis locis Montium cameralium, & vid. num.* 14. & 15. & 19.

4 *Forma, & conditio Breuis seruari debent, non autem per æquipollens impleri.*

5 *Gratia sub certa forma concessa, ea non seruata euanescit.*

6 *Forma si respicit factum, si non seruatur annullatur actus.*

7 *Effectus, non autem modus attendi, & considerari debet.*

8 *Æquipollentia admittitur in modo diuerso implendo, non autem in effectu eodem, eodemquè præfixo, & num.* 12.

9 *Forma quatenus possit per æquipollens impleri, & num* 4. & *seqq.*

10 *Decretum irritans impedit, quod forma impleatur per æquipollens.*

11 *à Forma recedi non potest si aliquid sub certo modo fuerit mandatum etiam si effectus aliunde habeatur.*

13 *Inuestimentum faciens contra formam præscriptam, quatenus dicatur esse in culpa, & nu.* 1.

4 *Inuestimentum ordinatum in locis montium Cameralibus, an fieri possit in locis Communitatiuis, & nu. seqq.*

16 *Fideicommissarijs æquè consulitur in inuestimento montium Cameralium, ac Communitatum.*

17 *Finis quocumque modo habeatur sufficit, etiam si forma, aut conditio non seruetur.*

18 *Omissio formæ, quæ non induxit præiudicium, non operatur nullitatem.*

19 *Venditio non remanet nulla, licet pretium in locis montium Cameralibus inuestiendum, inuestiatur in montibus Communitatiuis.*

20 *Emptor bonorum fideicommissi an teneatur esse sollicitus de versione, & num* 2.

21 *Formam inuestimenti, si quis adimpleuit, non tenetur amplius esse sollicitus de versione.*

DECISIO CCCCXVI.

FLAMIMIVS intuitu futuri matrimonij donauit Lelio filio, & filijs, & alijs descendentibus ex ipso filio nascituris in perpetuum tres domos in instrumento 17. Augusti 1603. de quibus sola superest Sextilia filia Lelij, quam ex fideicommisso vocatam DD. hodie non dubitarunt, vtcumque 8 Iunij proximè præteriti coadiuuandas probationes pro legitimatione personæ iam respondissent, vt interim satisque coadiutis.

Difficultas vnica erat, quod Paulus V. Breui suo derogauerit fideicommisso, & concesserit Lelio, qui in vnam domum maiorem domos composuerat, vendendi facultatem pro solutione æris alieni scutorum 1500. volens autem Pontifex, quod in primis, & ante omnia inuestirentur mille monetæ in tot locis montium Cameræ Apostolicæ pro multiplico, & residuum pretij domus venditæ penès Montem Pietatis, seù personam fide, & facultatibus idoneam deponeretur, ex quo 1500. in executionem æris alieni, reliqua verò in vineas, vel domos Lelij renouandas, vel meliorandas conuerti deberent, & interim donec multiplicum perfectum fuisset, in tot bonis stabilibus liberis, non tamen censibus, domus, & vineæ meliorandæ, pro fideicommisso hypothecatæ essent 3. Septembris 1618.

Et sic 19 Decembris sequentis successit sententia Commissarij Iudicis, & triduo postea plenius conuentum, instrumento emptionis, & venditionis.

Et sic. 19. Maij 1619. si è dato credito nel Sacro Monte alla Venerabile Compagnia &c. in scudi 2700. moneta recati dal Camerlengo contanti al nostro Cassiero, disse depositarli per prezzo di vna casa comprata per istromento 22. Decembre 1618. per pagarli &c cioè scudi mille per rinuestirli in Monti non vacabili della Reuerenda Camera Apostolica &c. ampliùs in dicto instrumento.

Sed pecunia versa deprehensa est in loca Montis Communitatum secundæ erectionis, vt constat ex vinculo multiplicationis, sublato tamquam multiplicata integra summa.

Ex his cum ageret pro immissione Sextilia contra domum, & exciperet Archiconfraternitas de dicto Breui, replicauit ipsa Sextilia de forma non seruata, & inuestimento in tot locis Communitatis, non Cameræ Apostolicæ.

Quod vni ex Dominis videbatur, & immissio concedenda Sextiliæ, nec obstare, quod domus fuerit vendita cum derogatione fideicommissi, quia derogatio fuit facta cum conditione, & vinculo, vt inuestirentur mille in locis Montium Cameralium, & quidem in primis, & ante omnia &c. in Breui, & sententia in
instrumento, † & in deposito, & proinde Archiconfra- 1
ternitas inuestiuit, vt si non inuestiisset, sicut coram Dunozett. Iun. *decis.* 428. *nu* 6. *vers secundo quia*, confirmata deindè in *decis* 261. *part.* 7. & *decis.* 26. & *decis.* 89. *par.*
8. & de obligatione emptoris ad inuestiendum, † nisi 2
Pontifex liberet, Rota coram Bichio *dec.* 175. *nu* 12. & 13. Nec impletum fuit per æquipollens, quia inferioris
conditionis † semper fuerunt loca Communitatis, & ad- 3
huc voluntas Pontificis, & conditio Breuis seruari debe-
bat in forma, † non autem per æquipollens, vt planè 4
verba, *Volumus quod in primis, & ante omnia*, important formam, & conditionem, & de verbo *Volumus*, & de verbis, *In primis, & ante omnia*, Rota coram Dunoz. Iun. *d. decis.* 428. *nu.* 5. & 6. cum alijs, & cum pluribus coram Peutinger. *dec.* 152. *nu.* 9. *d vers. Quod verò forma Breuis*,

uis, & ad broccardicam, vt dicitur, illam propositio-
nem, de forma per æquipollens seruanda, vel non ser-
uanda præter notum in gratia, datam sub certa forma,
5 † ea non seruata euanescere &c. coram Pænia Lugdunen.
edition. decis. 1401. *num* 3. cum testibus, & alijs allegatis,
6 & adnotatis, & maximè Ioanne Imola, † vbi affirmat,
quod quando forma data respicit factum, tunc talis for-
ma non seruata annullat actum, quod latè prosequitur
7 Felinus, clarior videbatur celebris regula, † effectum,
non modum considerari, *l.* 3. *ff. de hæredib. instit.* cum alijs
in gloss. vtimu, & apud Barbos. *axiom* 80. *numer.* 5. ex qui-
8 bus æquipollentia † admittitur in modo diuerso implen-
do, non autem in effectu eodem, eodemque præfixo;
Atque ita an forma possit impleri per æquipollens,
9 † aut forma requiritur ad certum effectum, & tunc
si ille effectus aliunde habeatur, forma potest impleri
per æquipollens &c. præcipuè ex Baldo apud Marescott.
10 *variur. resolut.* 68. *ab initio lib.* 1. & quidem nisi † decre-
tum irritans expressè fuerit appositum *numer.* 8. vt in
hoc Breui, in quo si effectus sit vltra inuestimentum
in locis Cameralibus, etiam specialibus secundæ ere-
ctionis, adhuc pro huiusmodi locis constat decretum
11 irritans in Breui, & magis si forma respicit † modum,
quia lex, vel Papa mandauit aliquid fieri sub certo
modo, quia tunc non potest recedi à forma, etiamsi ef-
fectus aliundè habeatur &c. ex eodem Baldo apud Ma-
rescott. *resol.* 68. *num.* 3. Adeout præscriptum de his locis
Cameralibus, siue esset effectus ipse, siue modus ad
12 alium effectum cautionis, † nulla æquipollentia videa-
tur admitti, adeoque nulla versio in alia loca, & mul-
tò minus in censum prohibitum, Montibus Communita-
tis extinctis, & census quoque etiam sine facto emptricis
13 postea constitutus, † non tam sine culpa ipsius emptricis
constitutus videbatur, quæ causam damni dedit tum in
primo inuestimento in loca illa Communitatis pro locis
Cameralibus, tum etiam in literis patentibus non expli-
cando vinculum, & inuestimentum vlterius prohibitum
expressè in Breue, & in sententia.

Contrarium benignius visum est alijs DD. vt dicebant
non dandam sextiliæ immissionem, tum quia loca Mon-
14 tium Communitatis † dicantur Cameræ Apostolicæ, crea-
15 ta Pontificis mandato, tum etiam quia ea verba † stent
demonstratiuè ad exclusionem Montium Ferrariæ, &
Bononiæ & aliorum extra Curiam, non autem taxati-
uè, idque pateat ex narratiuis Breuis, in quibus fit men-
tio tantum de locis montium non vacabilium de Vrbe,
tum etiam quia intentio Pontificis fuit prouidere vocatis
16 in fideicommisso, † quibus æquè consultum est, per in-
uestimentum in locis montium Communitatis; Etenim
quando forma aut conditio respiciunt aliquem certum fi-
17 nem, † sufficit quod finis ille quomodocumque habeatur,
Rota coram Duran. *decis.* 286. *num* 8. & coram Merlin. *dec.*
306. *num.* 5. d *vers. Et cum hæc forma non sit substantialis, nec
mentalis*, & in præcisis terminis dicebat vnus *dec.* 126. *n.* 39.
part. 14.

Quare dum illius omisso formæ nullum fideicommis-
18 so † irrogat præiudicium, non induxit nullitatem, Rota
d. decis. 126. *num* 40. quodque modo loca Montium Com-
19 munitatis sint vilioris valoris, † & difficilis exactionis non
operatur inualiditatem contractus venditionis *ex d. decis.*
126. *dicto n.* 39.

Demum, quod pars pretij de locis Montium Commu-
nitatum extinctis, vt extinctioni magis subiectis, fuerit
inuestita in censu contra formam Breuis, adiecerunt DD.
20 non præiudicare Archiconfraternitati emptrici, † quæ
non debebat esse solicita de versione; Vltra quod suppo-
nitur hoc euenisse post completum multiplicum, vt vnus
concludit ad literam, & alius non constante aliquo con-
sensu Confraternitatis, maximè cum completum fuerit
multiplicum, necnon inuestimentum, & sic forma Bre-
21 uis impleta, † de his quæ postea acciderunt non posse re-
dargui Archiconfraternitatem, ad Rotam coram Dun.
Iun. *d. dec.* 428. *nu n.* 8.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CALATAIV.

Leodien. Receptoriæ.

Mercurii 23. Ianuarii 1675.

ARGVMENTVM.

Breuis decisio, sed plura practicabilia continet tam in materia transportationis actorum, quàm super recusatione iudicis, ac etiam super processu causæ à Notario tradendo; Vt illa nempe, licet in beneficialibus sit vndique necessaria, tamen non requiratur de actis attentatè factis, vel de ijs, quæ pro altera parte ex styles loci particulariter gesta sunt. Hæc autem si fuerit in processu deducta, absque alia notitia iudicis, nullitatem importet, Tertia demum quod Notarius causæ possit sine vlla compulsoria, vel citatione partis tradere copiam actorum.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Tridentinum* sess. 24. cap. 20. de reformat. *in materia transportationis actorum traditur, & declaratur.*

2 *Acta omnia in beneficialibus, etiam irreleuantia transportari debent, & num seqq.*

3 *Causa si per viam auocationis introducatur in Curia, adhuc omnia acta transportanda sunt.*

4 *Acta facta coram iudice suspecto allegato, vel aliter attentatè, transportari non debent.*

5 *Iudex recusatus, vt dicatur nulliter processisse, recusatio ad illius notitiam deducenda est, & num. seqq.*

6 *Acta facta coram iudice recusato sunt attentata si post recusationem etiam ab vlteriori processu appellatum sit.*

7 *Recusatio iudicis sufficit, quod fuerit addacta in processu, ad hoc vt de ea iudex dicatur habuisse notitiam.*

8 *Acta alterius partis, quis transportare non tenetur, stante stylo conficiendi duos processus, vnum pro actore, & alterum pro reo.*

9 *Stylus fabricandi duos processus, vnum pro actore, & alterum pro reo, qualiter attendatur, & num.* 10.

10 *Termini substantiales si fuerint seruati deseruiunt pro monitione partis.*

12 *Processum causæ potest tradere Notarius rogatus, etiam absque vlla compulsoria, & citatione partis.*

13 *Compulsoria denegatur, nec est necessaria ad effectum extrahendi scripturas, vel processum causæ à Notario rogato.*

14 *Fides procurata lite pendente nihil probat.*

DECISIO CCCCXVII.

INFORMANTES pro Matthæo iterum insistebant in eo, quod non constaret de integra transportatione actorum, sed deficerent illa facta coram Officiali
Leodiensi, & Laurentio Nicolars; † ideoque non esse sa- 1
tisfactum dispositioni Sacri Concilij Tridentini *sess.* 24. *de
reformat. cap.* 20. requirentis transportationem omnium
actorum in Beneficialibus † etiam si sint irreleuantia 2
Arguell. *dec.* 35. *n.* 27. & quamuis causa sit introducta in
hoc Sacro Tribunali † per viam auocationis *dec.* 24. *n.* 5. 3
par. 10. *rec.* Quibus tamen non obstantibus Domini steterunt in decisis.

Siqui-

Siquidem de actis factis coram Nicolars suspecto alle-
4 gato, vel attentatè factis non est habenda ratio, vt firmatur *in decisione coram me §. non obstat*.

In nihilo refragante, quod cum suspicio non fuerit al-
5 legata coram Iudice recusaro de ea, † quia non potuerit habere notitiam, dicatur validè processisse.

Quoniam sufficit, quod Iacobus appellauerit ab vlte-
6 riori processu, † ad hoc vt acta facta per Iudicem recusatum sint attentata Buratt. *decis. 371. n. 11. ibique Adden. n. 19.* Caualer. *dec. 348. n. 4.* Quodque hæc fuerit deducta in
7 processu causæ, vt patet ex *Summario Iacobi n. vnico* † ad effectum vt pro notificata sit habenda Duran. *decision. 65. num 6.*

De alijs autem factis coram Officiali Leodien. Iacobus
8 non tenetur, † nisi acta propria transportare ob particularem stylum illius loci conficiendi duos processos, vnum pro Actore, & alterum pro Reo, vt fuit firmatum *in decisione coram me §. non obstat defectus, & decis. 1465. coram Coccino*.

Nec releuat, quod iste stylus procedat quatenus altera
9 ex partibus sit iudicialiter monita, † & nihilominus proprias actus noluerit exhibere.

10 Quia dec. Coccini 1465. non fundatur in sola monitione, † sed præcipuè in stylo particulari illius loci, vt videre est *sub n. 3a.* vltra quod satis est, quod fuerint seruati terminis
11 substantiales, vt in facto, † qui deseruiunt pro monitione Arguelles *dec. 75. n. 8.*

Adducta contra validitatem processus fabricati coram Auditore Nuntij Colonien nempè quod non sit in forma probanti, ex quo sit extractus absque compulsoria, & partis Citatione, nullam habent subsistentiam, cum
12 agitur de processu extracto à Notario rogato, † qui illius copiam tradere valet ex propria auctoritate absque compulsoria, & sine citatione, vt præter *Scaccium* allegatum *in §. Constitit enim*, tenuit Rota coram Dunozett Iun *dec. 943. nu. 9.* vbi in fortioribus resoluit esse denegandam com-
13 pulsoriam † ad effectum extrahendi Scripturas à Notario rogato.

Nec ad rem faciunt fides duorum Curialium Leodiensium restantium, quod illa pars, quæ tenetur acta transportare non eximatur ab onere expediendi literas Compulsoriales etiamsi Iura veniant extrahenda ab eodem Actuario.

14 Quia vti simplices fides † procuratæ lite pendente nihil probant Dunozetr Iun. *dec. 254 n. 8.*

Et ita vtraque &c.

Sub hac eadem die adest altera in hac causa Decisio super deputatione Oeconomi, quæ quia nimis breuis ideo fuit omissa.

R. P. D. EMERIX.

Romana Testamenti.

Mercurii 23. Ianuarii 1675.

ARGVMENTVM.

Aduersus testamentum factum ad interrogationem Notarij, testatore simpliciter respondente per verbum *sic*, obijciebantur simul, & notariatus defectus, & præordinationis eiusdem testamenti, quorum vterque quia verè concurrebat, ideo pro nullitate deciditur alter ex lege desumptus, & ex Constitutionibus Apostolicis annullantibus instrumenta, & præcipuè testamenta ab alijs, quam à verè Notarijs rogata; Alter verò ex eo deductus, quia testator graui morbo oppressus, ad importunam potius suggestionem, quam ex deliberatione responderat, & ideo præordinatio eiusdem testamenti erat omnino necessaria.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum factum ad interrogationem Notarii, testatore respondente per verbum* sic, *est in iure validum.*

2 *Testamenti præordinatio requiritur in testamento facto ad interrogationem alterius, vbi de suspicione subornationis, vel suggestionis dubitari potest.*

3 *Testator graui morbo laborans, & solum in testamento respondens,* Signor si; *potius ad importunam suggestionem, quam ex deliberatione testandi respondisse videtur.*

4 *Testamenti præordinatio si est necessaria, debet esse omnino clara, & carere omni ambiguitate.*

5 *Testamenta, & instrumenta rogata ab alijs quam publicis Notarijs ex Constitutionibus Pontificum remanent nulla.*

6 *Consuetudo contraria dispositioni iuris, & Constitutionibus Pontificum tamquam corruptela, & abusus, est prorsus eliminanda, non recipienda.*

7 *Clausula*, sublata, & decretum irritans *abregat quemcumque stylum, vel consuetudinem in contrarium.*

8 *Consuetudinem, & stylum contrarium introduci, impediunt* clausula sublata, & decretum irritans.

9 *Non vsus, vel contrarius vsus non admittuntur contra* clausulam sublatam, & decretum irritans.

10 *Scientia Papæ quatenus sufficiat aduersus contrariam obseruantiam Constitutionis eiusdem Papæ.*

11 *Bannimenta Principis, seù alterius Officialis solum durare præsumuntur, quousque durat ipsiusmet officium.*

12 *Legis, vel Constitutionis Principis pro abrogatione non sufficit sola tolerantia, sed expressa eiusdem Principis permissio requiritur.*

13 *per Patientiam tolerantur multa, quæ si deducta fuerint in iudicium, exigente iustitia, tolerari non debent.*

14 *Dispensatio legis, vel Constitutionis Principis non inducitur per patientiam.*

15 *Princeps solus inter æquitatem, & ius prouidere potest, ne aliquid contra legem irrepsit.*

16 *Instrumenta rogata à quibusdam Notarijs nulliter creatis, à sanctæ mem. Vrbano Octauo sunt Sanata, & quomodo.*

17 *Iudex prætextu æquitatis, non potest quidquam contra legem scriptum admittere, cum hoc soli Principi reseruetur.*

DECISIO CCCCXVIII.

PLACVIT DD confirmare decisa coram me die 13. Ionij præteriti, non solum ex defectu præordinationis Testamenti ad suggestiuam alterius interrogationem conditi à Testatrice graui morbo oppressa per responsionem, vt deponunt Testes Monasterij, per insignificabile verbum *ob*, seù vt deponunt Testes hæredis per verbum, *sic*, siue, *si Signore*, Verum etiam ex defectu Notariatus in Vincentiu Anastasio de Quadris, qui illud sub nomine Philippi Saraceni Notarij Capitulini tanquam Substitutus eius Officij rogauit, tametsi in præcedenti decisione æquius existimassent hunc articulum, vti non necessarium ad capiendam resolutionem fauorabilem dicto Monasterio relinquere decisioni Pontificiæ, propter stragem innumerorum Instrumentorum inde secuturam.

Respectu primi articuli moti fuerunt, ex rationibus, & auctoritatibus in præallegata decisione latiùs deductis, quibus non obstare dicebant replicatam conclusionem, quod testamentum ad interrogationem alterius à Testa- 2
tore sanæ mentis, & articularè loquente per responsionem per verbum, *sic*, sit validum iuxta opinionem *gloss. in l. iubemus 29. §. oportet verb. quemadmodum C. de testam.*

t. stam. communiter receptam à Doctoribas, *& signanter* à
Soccin. Iun *cons.178 sub n.15. vers. tertio contra Testium cum
seqq. lib.2.* Surd. *cons.414.n.53.* Farinacc. *cons.97. n. primo lib.
primo* Cyriac. *controu.417.n.332.& seqq.* Castil. *contron. iur.
lib.4. cap.27.n.54 & seqq. &* Rot. *dec.353.nu.34. & seqq. par.
13. rec. & corum bon. mem.* Bich. *dec.458.n.3 & seq.* in quibus
concordantes referuntur.

Quoniam respondebant d. Conclusionem posse quidem
procedere quando Notarius fuit vocatus à Testatore, siue
de illius mandato, & quando extra controuersiam est, re-
sponsionem promptè, & liberè fuisse datam per verbum,
sic, neque alia vrget suspicio, quæ mouere possit animum
Iudicis ad credendum talem responsionem emanasse ad
importunas interrogationes, vel suggestiones interesse ha-
2 bentium, seù aliorum illis coniunctorum, † secus verò in
casu opposito, tunc enim necessariam esse præordinatio-
nem ad sustinendum tale testamentum iuxta doctrinam
Castrens. *in l. hac consultissima 8. §. ut cum humana fragilitas
C. qui testam. fac. poss.* Iason *in d. l. iubemus versus finem vers.
2. limita ibique Adden. lit. G. C. de Testam.* Couar. *in cap. cum
tibi n 4. circa med. vers. est tamen intelligenda de Testam.* Fac-
chin. *contr. Iur. lib.10. cap.17. per tot.* Mart. *de success. legal.
par.4. art.3. n.12. & seqq.* qui duo postremi explicant *d. glos-
sam in l. iubemus iuxta intelligentiam Text. in d. l. hac consul-
tissima C. qui testam. fac. poss. ab eadem allegat.* Thesaur. Iun.
q.99. lib.2. Cyriac. *d. contron.417.n.334 & seqq. & contr.549.
nu.72. & seqq. vbi cumulantur concordantes* Crauett. *consil.
117. n. primo* Spad. *cons 92.n.11. lib. primo* Carena *resol.3. per
tot.* Sess. *decis. Aragon.56.n.30. vers. alio modo, & pluries di-
xit* Rot. *in decisionibus in præcedenti huius causæ decisione
alleg. & dec.239.n.7. & 8 par.14 recent.*

In præsenti autem Notarium non fuisse vocatum à Te-
statrice, neque de illius mandato, sed de ordine Patris Fede-
rici fratris germani hæredis instituti, ab eoque illi consigna-
tum fuisse folium proprio eius caractere conscriptum, in
quo dicebat contineri Testamentum D. Domitillæ Testa-
tricis, ad cuius cubile posteà vna cum Notario, & testibus
accessit, Notariumque per plures vices interrogasse Testa-
tricem, quæ prius aliud responsum illi non dedit, quam per
verbum, *oh*, donec interrogata à Patre Federico, iterumque
à Notario, tandem respondit *si Signore*, vt deponunt Testes
*Summar. Monasterii dato 18. Martii 1672. coram R. P. D. meo
3 Tuya n.14.15. & 17.* † Ex ista enim facti serie inferebant Te-
statricem graui morbo laborantem, &, vt deponit vnus ex
Phisicis prædicto *Summ. n.8.* cum continua somnolentia re-
spondisse per prædicta verba, potius ad importunam sugge-
stionem eorumdem, quam ex deliberato animo testandi, ac
propterea Testamentum non valere, Clar. *§. testamentum q.
37. nu.6. & 7. vers. sed si quis* Corn *cons.103. versus finem lib.
primo & latè omnibus prædictis consideratis*, Cyriac. *d. con-
tron.549 n.86. & seqq.* Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib.2. cap.
6. n.9. circa medium vers. & hoc quidem*, Castill. *contr. Iur. lib.
4 cap.27.n.65. & seq. sess. dicta dec. Aragon. n.30* Rota *d. dec.
333. n.2. & 3. part.14. recent.*

Neque ad probandam prætensam præordinationem suf-
ficere illis videbantur Testes ad id inducti, quoniam aliqui
sunt singulares, & sibi inuicem contrarii, patiunturque
plures exceptiones, vel in dicto, vel in personis, vt pondera-
tum fuit in præcedenti decisione, & latius comprobant scri-
bentes pro Monasterio, ad quos approbatiuè se retulerunt.
Alii verò non deponunt de præordinatione ab ipso actu,
vel paulo ante testamentum, neque de animo deliberato
Testatricis, ità præcise testandi, sed potius id arguunt ex
coniecturis per aliquod tempus ante, & ex aliis Testibus
constat Testatricem parum ante confectionem controuer-
si testamenti declarasse, *voler lasciar la robba à chi vol* Imò
& quod ipsemet P. Federicus dixit eandem ita perseuerare
in tali animo, *che non occorreua pensar più di rimouerla* sæ-
pè citato *Summario n. 5. & 6.* itavt inde potius arguatur re-
cessus D. Domitillæ à priori voluntate, si quæ adfuerat, ac
4 propterea excludatur omnis præordinatio, † cuius tamen
probatio, vti necessaria ex prædictis ad sustinendum testa-
mentum deberet esse clara, & carere omni ambiguitate,
Mart. *vot.89. sub nu. primo* Caren. *resol.3. n.3. latè* Cyriac. *d.
contr.549.n 83.* Cæphal. *cons.545.n.20. & dixit* Rot. *dec.239.
n 7 & 8 par 14. rec.*

Respectu verò secundi articuli, defectus scilicet Nota-
riatus in Vincentio Anastasio, inexerunt litterali disposi-
tioni Iuris Communis in *Cap. cum P. Tabelho vbi gloss. &
DD. de Fide Instr. & in l. Actuarios C. de n. actuar. & Cartu-
lar. lib.12.* & repetitarum Constitutionum Pauli V. Vrba-
ni VIII. Innocentii X. & Alexandri VII. † annullantium 5
quæcumque Instrumenta, & præcisa Testamenta roga-
ta ab aliis, quam à vere Notariis.

Neque illos ab hac Sententia retraxit contraria consue-
tudo passim recepta apud omnes Vrbis Notarios, aut futu-
ra strages tot Instrumentorum plerumque bona fide roga-
torum, quæ omnia ex hoc defectu irritari, seù irrita decla-
tari nimis durum dicebatur, quia cum talis consuetudo sit 6
de directo contraria dispositioni Iuris Communis, & tot
Constitutionum Apostolicarum consulto editarum ad eui-
tandas fraudes, quæ committi possent, est potius à Curia
eliminanda tamquam praua corruptela, & abusus iuxta
*text. in cap. vltimo de Consuetud. vbi gloss. & communiter
scribentes*, & potius quia Constitutio Pauli V. continet
clausulas *sublata, &c. & decretum irritans, &c.* quæ abro- 7
gant quemcumque stylum, vel consuetudinem in contra-
rium, *vt ex text. in cap. si eo tempore 55. de præben. in 6. notat.*
Gonzal. *ad regul Cancell. gloss.67. n.12. & seqq.* Rot. coram
Burat. *dec.831. sub n.3 & 4 & in recentior. dec.224.n.8. part.
11.* † & impediunt introduci nouum stylum, & Consuetu- 8
dinem Fælin. *in cap. cum accessissent sub n. 3. vers.4. Limita
de Constit.* Rot. *dec.373 n.7. et 8 par.5. dicto dec.224.n.9. par.
11. et dec.299.n.37. par.11. rec.* Imò quod, nec etiam probatio
non vsus, † vel Contrarius vsus, admitti possit, Fælin. *vbi 9
prox* Rot. coram Caputaque *decis.204. par.3. et dicta decis.
199. ibidem par.12. rec.*

Nec obstare dicebant præsumptam scientiam Pontificis,
† ea qua informantes pro hærede instituto, deducere cona- 10
bantur abrogationem earumdem Constitutionum per ea,
quæ tradit Rot. *dec.194.n.15. et seqq. par.4. tom.2. recentior.*
quia illa loquitur in terminis solius Bannimenti in facie
Principis, seù illius Officialium non obseruati, † quod so- 11
lum durare præsumitur, quousque durat ipsummet offi-
cium, *vt per text. in §. Prætorium cum ibi notatis Instit. de
Iur. natur. gentium, et Ciuil. obseruat eadem decisio in fine*,
ideoque non applicatur casui præsenti in quo vltra banni-
menta adsunt leges, Sacri Canones, & tot Constitutiones
Apostolicæ expressè annullantes quamcumque contra-
riam Consuetudinem vsum, & stylum vna cum decreto
irritanti, vt supra, &c † quo casu pro abrogatione non suf- 12
ficit tollerantia Principis, sed requiritur expressa illius per-
missio, Abbas *in cap. vltimo n.8. de consuet.* Coccin. *dec.1552.
n.18. cum seqq. et n.24 et 26.* multa enim per patientiam to-
lerantur, † quæ si deducta fuerint in Iudicium, exigente 13
Iustitia, tolerari non debent, vt inquit *Innocentius III. in
cap. cum iam dudum 18. de præben. et ibi gloss. vltima* declarat 14
per talem patientiam non induci dispensationem *gloss. in
Canone in istis, verbo Abrogatæ, distinct.4. et dixit* Rot. co-
ram Coccin. *dicta dec.1552.n.24. et 26.* vbi concordantes.

Curam verò magnificatæ stragis tot Instrumentorum
futuram supremi Principis, † cui inter æquitatem, Ius- 15
que interpositum, interpretationem soli licet inspicere,
vt prouide statutum est *l. prima C. de leg.* & qui re-
bus præteritis, & in Iudicium non dum deductis no-
ua particulari Constitutione, si ita existimauerit, oppor-
tune prouidere poterit, exemplo suorum antecessorum
in aliis consimilibus Casibus, & signanter san. mem.
Vrbani VIII. † qua sanauit omnia Instrumenta roga- 16
ta per quosdam Notarios Nulliter creatos, exceptis iis,
quorum nullitates iam à partibus in Iudicio accepta-
tæ fuerant, vt in eius Constitutione desuper publicata
12. Kal. Ianuarii 1631. Iudicis autem partes, quando adest
lex, scripta, † esse iuxta illam prouidere, non autem 17
contra admittere æquitatem *cap. primo de constit. l. nemo Iu-
dex in fine, C. de senten. et inter loc. omni Iudic. cap. omni Iu-
dic. cap. omnis autem Auth. de Iudic. et dixit* Rot. coram
Merlin. *dec.567.n.60. et seqq.* quę tantum habere potest lo-
cum in dubiis ex *tex. in cap. finali in fine de transact. l. placuit
8. C. de Iudic. et in l. quod si Ephesi 5. in fine ff. quod cer. loc.*
Galli. *obseruat.23.n.25. in fine, et 26. lib.2.* Gratian. *discept.
639.n.25. et seqq.*

Et ita Partibus informantibus resolutum fuit.

Supra in alio precedenti tomo primo istius decime octaue
partis recentiorum adest altera in hac causa decis. cor.
eod. R.P.D. Emer. quę est ibi in ordine 311.

R. P. D. T A I A.

Asten. Canonicatus.

Mercurij 23. Ianuarij 1675.

A R G V M E N T V M.

Quia fructus non solum dicuntur deductis expensis, sed imo eos tantum realiter esse constet, qui remanent vltra easdem expensas; Ideo testes super illis deponentes, dicuntur deducere expensas, non autem onera extrinseca beneficij, nisi vel illa exprimant, vel de eis fuerint optimè informati.

S V M M A R I V M.

1 *Onera beneficii, illius fructus extenuant.*
2 *Testes satis dicantur deducere expensas, eo ipso quod de fructibus loquuntur de iisque deponunt.*
3 *Fructus non dicuntur nisi illi, qui remanent deductis expensis.*
4 *Fructus planè eos esse constat, qui deductis omnibus expensis supererunt.*
5 *Testes deponentes super fructibus beneficii, non dicuntur deponere super illius oneribus, nisi ea exprimant.*
6 *Expensæ fructuum ex ipsis fructibus constant, eorumque fundo liquido apparent.*
7 *Onera extrinseca beneficii non rectè deducuntur ex eodem beneficio, & illius qualitate.*
8 *Testes deponentes de fructibus beneficii, quatenus præsumantur informati, non solum de ipsis fructibus, sed etiam de illius oneribus.*
9 *Testium depositio approbata in decisione causæ, facillimè comprobatur si in repropositione pars non compareat, adeoque pro confirmatione resoluitur.*

D E C I S I O CCCCXIX.

QVOD altera Parte Francisco informante, visum erat, fructus à Secundo perceptos liquidandos esse ad summam scutorum octocentorum trium, & Bononen. nonaginta in decisione nona Maij proximè præteriti, ipsa altera Parte informante hodie visum est, & confirmata Decisio, etiam proposita pridem causa decima Decembris, & petita dilatione ad Reges à Parte non informante, quod Pars informans non deduxisset onera cano-
1 nicatus † ad fructuum extenuationem, quæ vellet deducere contra informantem, vt impensas quidem pro colle-
2 ctione fructuum † testes satis deducere dicuntur, eo ipso quod de fructibus iisdem loquuntur, quia non dicuntur
3 fructus, † nisi eis deductis Rota coram sanctæ memoriæ Ludouisio *decis. 273. num. 3.* & planè fructus eos esse con-
4 stat, † qui deductis expensis supererunt *lege sexta ff. soluto matrimonio*, sed non quoad alia onera extrinseca beneficij,
5 vt postea ipsam decisionem declarauit Rota *decis. 444. num. 5. parte secunda recentiorum* & fuit adnotatum ad illam *decis. 273. num. 11.* & repetijt Loterius *de beneficiis quæstione 43. ex num. 13 libro primo* nec tantæ molis erat, cum im-
6 pensæ fructuum † ferè constent ex fructibus, & fundo, &
7 onera extrinseca beneficij † vix constent ex beneficio beneficiique qualitate.

At post Reges, & hac quoque Rota expectato Secundo, qui apposita onera, & credita opponeret, & eo non comparente quidem adeo non exponente, vel præsumendo
8 nulla esse, vel esse deducta à testibus † informatis non minus de oneribus, quam de fructibus fundi ad ipsum Lotherium *quæstione 43. num. 12. cum allegatis* comproba-
9 ta testium probatione † iuxta allegata *in decisione §. siquidem constat* Domini steterunt facilè in decisis.

Altera, vt supra, licet altera parte incessanter citationibus lacessita, & informare recusante.

In altera ex præcedentibus partibus Decima Sexta in ordine ad sunt aliæ due Decisiones in hac causa emanatæ, quæ ibi sunt decisiones 31. & 332.

R. P. D. R O N D I N I N O.

Imolen. Canonicatus.

Mercurii 23. Ianuarii 1675.

A R G V M E N T V M.

Plures constitutiones declarantur super residentia beneficiorum, prout etiam Ædicta Eminentiss. Cardinalium Almæ Vrbis Vicariorum, in eo casu, quo quis cum pluribus Pontificibus inseruisse, & habuisset vlterius licentiam Sacræ Congregationis Concilij; Adhuc ob non factam residentiam prætendebatur beneficio priuatus, quod propterea ab alio fuerat obtentum; Sed illum priuationem non fuisse incursum deciditur cuius ideo resignatario, qui literas suæ prouisionis concludenter iustificauerat, fuit manutentio concessa.

S V M M A R I V M.

1 *Literæ Apostolicæ vbi sunt iustificatæ, veniunt exequendæ.*
2 *Beneficium vacat ob non residentia beneficiati.*
3 *ad Residentiam de iure tenentur residentialia beneficia possidentes, etiam vigore Ædictorum Eminentiss. Cardinalium Vicariorum Vrbis.*
4 *Familiaritas Pontificis probatur ex attestatione Rationalis eiusdem Pontificis.*
5 *Licentia Sacræ Congregationis Concilii supplet defectum residentiæ in beneficiis, & num. 8.*
6 *Residere in suis beneficiis dicuntur omnes permanentes in obsequio Pontificis, & ideo non comprehenduntur in Ædictis, & Constitutionibus ad residentiam obligantibus.*
7 *Ædicta, & Constitutiones Pontificum super residentia beneficiorum recipiunt interpretationem à iure communi nec comprehendant Principem, & illius familiares, & num 9.*
8 *Præsens esse dicitur, qui permittente superiore est absens, & num. 5.*
9 *Ædicta Eminentiss. Card. Vicarii Vrbis super residentia beneficiorum declarantur.*
10 *Familiaritas Pontificis expirat mortuo Pontifice, & vide num seqq.*
11 *Familiaritas Principis regulatur iuxta regulas societatum.*
12 *Licentia S. Congregationis Concilii super non residentia beneficii ratione familiaritatis Pontificis, expirat mortuo Pontifice.*
13 *ad Residentiam beneficii se non teneri iustam credendi causam habet, qui pluribus Pontificibus inseruiuit, ac obtinuerit etiam licentiam S. Congregationis Concilii.*
14 *à Pœna priuationis excusat quælibet causa etiam colorata.*
15 *Manutentio eo magis conceditur habenti pro se boni iuris assistentiam.*
16 *Possessio capta non citato possessore, dicitur nulliter capta, & ideo manutenenda non est.*
17 *Executor dicitur mixtus attenta clausula* amoto quolibet illicito detentore, *& ideo tenetur assumere partes iudicis, & citare possessorem.*

DECISIO CCCCXX.

CANONICATVM in Cathedrali Ecclesia Imolensi, quem ob non residentiam Bonifacii Ferraldi illius Possessoris mense Nouembris 1617. Horatius de Lazzaris à Sanctissimo obtinuerat, subsequenti mense Decembris eiusdem Anni idem Ferraldus resignauit in manibus Sanctissimi, qui illum contulit Iacobo Philippo Portio, inter quem & Horatium de Lazzaris orta controuersia super manutentione in possessionem Canonicatus in qua vnusquisque permanere studebat, causaque ad Rotam deuoluta, dedi dubium, An & de cuius bono Iure constaret, etiam ad effectum manutentionis, quod fauore Iacobi Philippi resolutum fuit.

Habet enim iustificatam intentionem ex Literis resignationis, quæ in omnibus iustificatæ apparent, & proinde ab informantibus pro Horatio de Lazzaris non impugnantur præterquam quoad publicationem iuxta Constitutio-

ſtitutionem Gregorii XIII. de qua tamen publicatio con-
ſtitit ex inſtrumento, cuius Copia exhibita fuit relata *in*
1 *Summario reſponſionis Portii numero vnico* † irant proinde
executioni merito demandaræ ſinr iuxta vulgatam regu-
lam deſumptam ex Litera Tex. *in Cap. ſi Capitulo, vbi gloſ.*
5 exequatur de conceſſ. Præbend. in 6.

Neque obſtant præcedentes Literæ Apoſtolicæ fauo-
re Horatij de Lazzaris expeditæ cum collatione iſtius Ca-
2 nonicatus, vtpotè iam diu vacantis † ob non reſiden-
tiam Bonifacii Ferraldi illius Poſſeſſoris ad terminos
Tex in Cap. ex parte octaua, & tot. tit. de Clericis non
reſiden. & in Concil. Trident. ſeſſ. 16. de reformat. Cap. pri-
3 *mo & a. & ſeſſ. 23 de reformat. cap. primo*, † & clarius in
ædictis Eminentiſs. Vrbis Vicariorum, quia tam ex
ſeruitio actualiter, quod D. Ferraldus præſtitit Innocen-
rio Decimo, Alexandro Septimo, Clementi Nono, &
Sanctiſſimo Domino Noſtro in officio Scutiferi, vt ex
atteſtatione Rationalis Palatii Apoſtolici *Summario Par-*
4 *tis num. primo*, † quæ familiaritatem, & ſeruitium pro-
bat Fermoſin. *in rubr. de temp. ordinat. quæſt. 4. numer. 20.*
5 Rota coram Merlino *deciſ. 896 numer. 4.* † quam etiam ex
Licentia Sac. Congregationis Concilii, vt durante ſerui-
tio Pontificis Ferraldus reſidere non teneretur, de qua in
Summario eiuſdem numer. 2. videbatur DD. vitatam fuiſ-
ſe pœnam priuationis, tam inſpecto ſeruitio Pontificis,
in cuius obſequio permanentes habentur ac ſi reſiderent,
6 † neque comprehenduntur in ædictis, & Conſtitutioni-
bus, quamuis ampliſſimis ad reſidentiam obligantibus
7 quæ à Iure communi interpretationem recipiunt, neque
comprehendunt perſonam Principis ſupremi, atque il-
lius familiarium iuxta *Text. expreſſum in Cap. cum dile-*
ctas 14. vbi gloſ. 5. obſequiale, & Abb. ſub num. 5. de Cle-
ric. non reſid. Ancar. *in Cap. ad audientiam, & ibi* Abb. *at-*
que R. P. D. Fagnan. *num. 2. & ſeqq. illo eodem tit.* Nauar.
Conſ. primo ſub num. 2. et ſub num. 4 eodem tit. de Cleric. non
reſid. Oldrad. *conſ. 482. per tot.* Garzias *de benef. part. 3.*
cap. 2. num. 383. Monet. *de diſtrib. part. 2 quæſt 9. num. 9. et*
ſeqq. cum aliis per Vrradum *de reſid. tom. primo lib. 5 reſol.*
4. num. 19. et ſeqq. et apud Fagnan. *in cap. licet num. 72. et*
99. de Præbend. & laté dixit Rota coram Durano *deciſ.*
44. per tot.

Quam etiam inſpecta licentia Sacr. Congregationis
8 Concilii ex qua reſidentia ſupletur, † cum habeatur pro
præſente, qui permittente ſuperiore abſens eſt iuxta *gloſ.*
in l. hac lege verſic. deductione vbi Ioann à Natea *C. de prox.*
Sacr. Scrinior lib. 12. Surdus *de Alimentis tit. 9. quæſt. 97. nu.*
9 *7* Valenzuel *conſ. 4. ſub num. 104. verſ. maxime*, † & decla-
rando ædicta Eminentiſs Vrbis Vicariorum Rota *in Ca-*
ietana Canonicatus 13. Iunii proximi præteriti §. cum autem
coram R. P. D. meo Vicecomite.

Et licet Informantes pro Horatio de Lazzaris reſpon-
derent quotieſcumque aliquis non eſt familiaris Pontificis
10 per Breue, † mortuo Pontifice non amplius haberi pro
familiari ex deductis *Summario reſponſionis eiuſdem num.*
11 *primo et 2.* veluti diſſoluta ſocietate † ad cuius limites
ſcribentes ſuper rebus beneficialibus familiaritatem Pon-
tificum determinant ex deductis *in Romano Beneficiatus*
S. Ioann. 12. Februarii 1672. et 10. Iunii 1670. coram Illu-
ſtriſſimo Beuilaqua Vrbis Gubernatore & ideò tempore
Sedis vacantis iam inductam fuiſſe priuationem Canoni-
catus, atque licentiam Sacr Congregationis Concilii
12 iam expreſſe defuncto Alexandro Septimo Pontifice, quo
viuente ob ſeruitium, quod illi præſtabat Ferraldus, ei
conceſſa fuerat iuxta *deciſionem in Romana Canonicatus*
27. Iunii 1672. §. nec refert coram Reuerendiſſimo Domino
meo Albergato Decano.

Adhuc placuit replicatio, quod tam ſeruitium Ponti-
ficis ſemper ſucceſſiuè continuatum, quàm etiam licen-
tia Sacr. Congregationis Concilii ab initio obtenta potue-
runt d. Ferraldo præbere iuſtam cauſam credendi ſe ad
reſidentiam non teneri, atque in ædictis Emin. Vrbis
Vicariorum non comprehendi, itaut quidquid ſit de præ-
dictis, contra quæ multa opponebant ſcribentes pro Por-
tio, & an ex ampliſſimis verbis ædictorum, quæ priuant
non reſidentes ipſo Iure, & abſque alia ſententia excluſ-
ſa etiam fuerit declaratio facti, vt dignoſceretur an verè
Ferraldus in prædictis Conſtitutionibus, & ædictis com-
13 prehenſus eſſet, † ex his omnibus tamen inſurgere ali-
quam probabilem credulitatem in ipſo Ferraldo, vt in le-
gibus ad reſidentiam obligantibus comprehenſus, atque
Canonicatu priuatus non eſſet, ad quem effectum excu-

ſandi à pœna priuationis omnis † cauſa etiam colorata 14
ſufficit ex deductis per Cephal. *conſ. 130 num. 31. & ſeq.* Al-
tograd. *conſ. 84. num. 53. & ſeqq.* Rota coram Merlin. *deciſ.*
491. num. 18. & coram Eminentiſſimo Otthobon. *deciſ. 110.*
num. 13. & ſeqq. atque poſt Card. Zabarel *conſ. 132. num. pri-*
mo & ſeqq. concludunt in propoſito Felin. *in Cap. quoniam*
frequenter num. 23. verſ. & ſi ſtatutum, vt lite non conteſtat.
Iaſon. *in l. clam poſſidere in princip. num. 17. verſ. Item ad-*
de ff. de acquirenda poſſeſſione, Valenz. *d. conſ. 4. num. 33.*
vol. 1.

Conſtito autem de bono iure Portij, conſequens eſt,
† vt ei debeatur manutentio in poſſeſſione controuerſi 15
Canonicatus, non attenta anteriori poſſeſſione Horatij
de Lazzaris, † veluti iniuſtè, ac nulliter capta, non 16
citato Ferraldo poſſeſſore, vt opus erat ex clauſulis in
iiſdem literis Apoſtolicis Horatij appoſitis: *Si ita &c.*
Ac amoto quolibet illicito detentore, † quæ faciunt exe- 17
cutorem mixtum ad hoc, vt aſſumat partes Iudicis, at-
que citato poſſeſſore narratorum iuſtitiam agnoſcat, Car-
din. *d. conſ. 132. ſub num. 2. & ſeqq.* Barboſ. *tract. var. de*
clauſ. clauſ. 7. num. 6. & 7. & clauſ. 154. num 8. & 9. Rota
coram Card. Celſo *deciſ. 121. num. 4. & 6.* cum alijs in *Leo-*
dien. Canonicatus 14. Ianuarii labentis coram R. P. D. meo
Vbago.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISSIMO D.
ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Bononien. Iuriſpatronatus.

Mercurij 23. Ianuarij 1675.

ARGVMENTVM.

Materia iuriſpatronatus latiſſimè diſputatur, & licèt ad illius probationem deficerent requiſita fundationis, & dotationis; attamen quia plures concurrebant præſentationes effectum ſortitæ, & per duo ſæcula continuatæ, illas dotationis, & fundationis vices habere deciditur, non obſtante, quod plures etiam intermediæ prouiſiones Apoſtolicæ adducerentur, quia habebant conſenſum patronorum, vel derogationem iuriſpatronatus continebant, vel demum in eis aderat clauſula, *dummodo collatio ad nos hac vice pertineat*, quæ omnia exuberant ad effectum præſeruandi iura patronorum.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus ex fundatione, & dotatione probatur ex longeua quaſi poſſeſſione præſentandi, & num. ſeqq.*

2 *Præſentatio executioni demandata cauſa cognita, & parte contradicente probat iuſpatronatus.*

3 *Enunciatiuæ plures emiſſæ in prouiſionibus apoſtolicis probant exiſtentiam iuriſpatronatus.*

4 *Quaſi poſſeſſio præſentandi probatur ex præſentatione facta à Patrono, ſeu prouiſione apoſtolica cum illius conſenſu, effectum ſortita.*

5 *Pertinentia iuriſpatronatus probatur ad fauorem illius, qui habet cauſam ab exiſtentibus in quaſi poſſeſſione præſentandi.*

6 *Conſenſus patroni non probatur ex enunciatiua emiſſa ab eo, qui ratione inſtitutionis habebat intereſſe, & vid. num. ſeq.*

7 *Enunciatiua conſenſus patroni emiſſa principaliter, non incidenter pro executione literarum apoſtolicarum plenè probat.*

Etiam ſi ſit emiſſa ab intereſſe habentibus, quando alioquin iidem enunciantes ratione eiuſdem intereſſe d. enunciatiuam non emiſiſſent.

8 *Inſtrumentum deſcriptum in rubrica inſtrumentorum Notarii rogati, licet originale non reperiatur, adhuc præſumitur ſtipulatum.*

9 *Præsentationes non effectuatæ, non habentur in consideratione.*

10 *Præscriptio centonaria non interrumpitur. ex actis factis antequam illa cæpta sit.*

11 *Sententia declarans nullum ius alicui competere quando faciat plenam probationem.*

12 *Vsurpationis iurispatronatus præsumptio, quæ viget in Magnatibus, cessat ex continuatis præsentationibus per longissima tempora vim immemorabilis habentibus.*

13 *Iuspatronatus censetur amissum, si beneficium per plura tempora fuerit semper collatum tamquam liberum.*

14 *Patroni consensus illius præsentationi æquiparatur.*

15 *Iuspatronatus, vt per non factas præsentationes censeatur amissus, requiritur, quod patroni præsentare volentes, fuerint impediti.*

16 *Iuspatronatus non tollunt prouisiones Apostolicæ, nisi Papa statum beneficii expressè immutare voluerit*

17 *Iuspatronatus censetur à Pontifice præseruatum, si in prouisione Apostolica adsit clausula* dummodo collatio ad nos hac vice pertineat.

18 *Iuspatronatus quatenus prabetur ex prouisione Apostolica habente clausulam derogatoriam illius.*

19 *Papa si in prouisione beneficii de iurepatronatus, apposuit clausulam derogatoriam, neque illi præiudicasse, neque statum beneficii immutare voluisse præsumitur.*

20 *Beneficium liberum prohibetur à Concilio Tridentino vniri alteri beneficio de iurepatronatus.*

21 *Iuspatronatus vt ex dotatione acquiratur, dos debet ascendere ad ducatos centum.*

22 *Vnio beneficii liberi facta beneficio patronato, non importat illius extinctionem, sed ea solum est reuocationi subiecta.*

23 *Dotis mentio in beneficio iurispatronatus expressa post illius erectionem, non concludit ad dotationem de tempore eiusdem erectionis.*

24 *Dos beneficii iurispatronatus erecti ante Concilium Tridentinum dicitur congrua, etiamsi non ascendat ad summam ordinatam ab eodem Concilio.*

25 *Iurispatronatus dismembratio facta occasione erectionis Ghetti Hebræorum dicitur necessaria, & ita non requirit consensum patroni.*

26 *Consensus patronorum potest subsequi actum, cui ille interuenire debeat.*

27 *Visitationes Ordinariorum non possunt immutare statum beneficii, deficiente voluntate, & potestate eorundem.*

28 *Prouisiones Apostolicæ licet non soleant immutare statum beneficii, suffragantur tamen ad effectum acquirendi quasi possessionem conferendi, & sustinendi vltimas collationes*

29 *Prouisio Apostolica facta cum consensu patroni, non præiudicat quasi possessioni præsentandi.*

30 *Prouisiones Apostolicæ regulariter non præiudicant iurispatronatus.*

31 *Quasi possessio conferendi per obitum acquiritur etiam ex prouisione facta ob causam resignationis.*

32 *Resignatio beneficii iurispatronatus non præiudicat quasi possessioni præsentandi, si de ea legitimè constet.*

33 *Iuripatronatus Papa in totum derogare solet, si illius beneficium vacauit apud sedem.*

34 *Quasi possessio liberè conferendi beneficium prætensum de iurepatronatus minimè resultat ex collatione æquiuoca, & obscura.*

35 *Patronorum iuri, vel possessioni non præiudicant prouisiones Apostolicæ, ex quibus pateat de mentione Pontificis eidem præiudicare nolentis.*

36 *Prouisiones Apostolicæ habentes derogationem iurispatronatus, vel clausulam* dummodo collatio ad nos hac vice pertineat, *statum libertatis excludunt.*

37 *Beneficium iurispatronatus non potest dici liberum ex solis prouisionibus Apostolicis turbidis, & æquiuocis.*

38 *Status vltimus beneficii non attenditur, si constat de præcedenti statu de iurepatronatus contrario.*

39 *Iuspatronatus æque probatur ex continuatis præsentationibus effectum sortitis, perinde ac si titulus dotationis, & fundationis exhiberetur.*

DECISIO CCCCXXI.

AD Beneficium S. Marci olim curæ animarum obnoxium, & hodie simplex, vacatum per obitum bon. mem. Ghislerij Episcopi Imolensis, fuit præsentatus ab Angelo Michaele, & Benincontro de Vallauillanis hæredibus medietatis Andreæ de Garisendis antiqui Patroni, Guido Bouius, qui contradicente Procuratore fiscali, mensæ Archiepiscopalis Bononiæ reportata à D. Vicelegato sententia fauorabili immissionis, actualem Beneficii possessionem adeptus est.

Sed appellatione pro parte fiscali interposita, Causaque pendente coram A. C. superuenit Prouisio Apostolica à Com. Ioanne Vrsio, obtenta tamquam de libera collatione, nulla facta mentione Iurispatronatus, litisque iam introductæ, ac sententiæ desuper à Bouio reportatæ. Quapropter vnita vtraque Causa; & in Rota commissa, proposui dubium, An, & de cuius bono Iure constet, etiam ad effectum manutentionis, & constare de bono Iure Bouii hodie fuit resolutum.

Illius enim præsentatio infra legitima tempora non
fuit controuersa, & existentia Iurispatronatus resultare
visa est ex septem præsentationibus factis ab illis de Garisendis
ab anno 1398. ad annum 1483. necnon ex duabus
prouisionibus Apostolicis sequutis, altera de anno
1491. cum mentione, & derogatione huius patronatus,
& altera de anno 1493. cum consensu Mini de Garisendis
Patroni, qui successiuè de anno 1502. præsentauit
Ioannem Leonem, & denique ex alia prouisione Apostolica,
secuta de anno 1551. cum consensu pariter Ioannis
Andreæ Garisendi in personam Iacobi Bouii, qui Beneficium
possedit vsque ad annum 1589. quo illud in manibus
Papæ resignauit; † Hæc enim longeua possessio 1
præsentandi illorum de Garisendis continuata per spatium
duorum sæculorum, exuberans fuit reputata ad inducendam
probationem iurispatronatus ex fundatione,
& dotatione, iuxtà vulgatum cons. Fedrici *de Sen.* 234.
num.3.vers.sic ad propositum sæpissimè à Rota canonizatum,
& signanter in his terminis coram Buratt. *decis.*172.
& coram Bich. *decis.*118. *vtrobique num.* 1. *coram bon. mem.*
Card Celso *decis.*193.*num.*4. *in recent.* 224.*num.*4. *part.* 12.
& nouissimè coram me in *Senen Beneficii* 7. *Maii* 1674. *sub*
§. de huiusmodi verò.

Quæ probatio per se certa, certior redditur in præsenti,
† tùm ex præsentatione facta de anno 1483. admissa, 2
causa cognita, & parte contradicente, Gabr. *cons.* 198.
num 4. *&* 5.*lib.*2. Rota coram Puteo *decis.*237 *lib.*2. *coram*
*bon.mem.*Cardinali Celso *decis.*193.*num* 9.*& decis.*245.*num.*
21 *& seqq.part.*9.*recent.*

Tùm etiam ex enonciatiuis assertiuè emissis in prouisionibus
Apostolicis † anni 1491. & 1493. super existentia 3
illius iurispatronatus, quæ non solent à Dataria admitti,
nisi constito de veritate eorundem, vt aduertit Rota
*decis.*29 *num.*18 *&* 19. *part.*7.*recent.cum traditis in decis.*
321 *num* 15 *part.*10.

Constito igitur de Iurepatronatus, constare pariter visum
est de illius pertinentia ad Vallauillanos præsentantes,
quia, dum ex publicis documentis datis in Summ. Bouii
à *num.*7. *ad* 12. apparet eos esse hæredes mediatos Ioannis
Andreæ de Garisendis vltimi Patroni de hac familia,
qui ex supra relata prouisione Apostolica sequuta de anno
1551. in personam Iacobi Bouii †, & effectum sortita præ- 4
uio consensu eiusdem Ioannis Andreæ, d. Summ. Bouii
num 6. *lit.* *B.* quasi possessionem præsentandi acquisiuit,
Rota coram Greg *decis.*349.*nu.*2.*coram* Merlin. *decis.*407.
*num.*7.*& in recent.decis.*172.*sub nu.*4.*part.*3 & alibi passim.

Non fuit dubitatum quin ad fauorem eorundem de
Vallauillanis probata dicatur † pertinentia, pro qua sa- 5
tis est præsentantem habere causam ab iis, qui in possessione
præsentandi extiterunt, Rota *decis.*31 *num.*8.*coram*
Celso *decis* 334.*num.*4.*coram* Dunoz Iuo *decis.*73. *num.* 35.
*part.*11 *& addeà ad* Ludouis. *decis.*417 *num.*14.

Et quamuis consensus d. Ioannis Andreæ deduceretur
ex sola enunciatiua Camerarii Capituli, quam non esse
attendendam dicebant Informantes pro Com. Ioanne vti
† emissam ab interesse habentibus ex causa institutionis, 6
quæ nonnisi data existentia iurispatronatus, eisdem competere
poterat, ex *decis.*25.*num* 11.*post* Viuian. *de iurepatr. & aliis allegatis.*

Nihilominus animaduertentes DD. dictam prouisionē
anni

anni 1591. emanasse cum clausula, *Dummodo non sit alteri*
Ius quæsitum, etsi iuspatronatus ex dotatione, & funda-
tione competat, Patronorum accedat assensus, & quod
Camerarii asserendo talem consensum interuenisse, &
de eo sibi constitisse per Instrumentum rogatum à Ga-
leatio Bouio, executioni litterarum Apostolicarum con-
sensum præstiterunt, & eorum auctoritatem interpo-
suere, quam ex eadem ratione proprii interesse in con-
trarium adducti, vtiquè non interposuissent, si Patro-
ni consensus non præcessisset; Hæc inquam vna cum
subsequuta possessione prouisi, considerantes non dubi-
tarunt, huiusmodi enunciatiuam antiquissimam vltra
100. annos tot facti circumstantiis, & adminiculis robo-
ratam, & non incidenter, vt in decisionibus exaduerso
7 allegatis, † sed principaliter, & per modum causæ emis-
sam in actu proportionato executionis literarum plenè
probare veritatem consensus enunciati, ex *Glos. in cap.*
si Papa verb. afferat de Priuil. in 6. Paris. *cons. 26. n. 125. &*
seqq. lib. 2. Rota coram Buratt. *dec. 323. num. 9. & Adden. ad*
eundem dec. 172. sub nu. 33. in fin. vers. verum licet, & coram
Dunoz. *dec. 644. n. 4. & dec. 628. n. 6.*

Accedente maximè pro illius comprobatione rubrica
8 Instrumentorum † D. Galeatii ass. Notarii, in qua le-
gitur descriptum Instrumentum prædicti consensus, li-
cèt hodie Protocollum originale non reperiatur, in spe-
cie Rot. coram Comitulo *decis. 60. num. 1. & decis. 69. num.*
3.

Neque ad excludendam existentiam iurispatronatus
subsistere DD. censuerunt illud antiquitus spectasse ad
Parochianos, qui de anno 1278. & 1312. ad hoc benefi-
cium præsentarunt, & proinde successiuas præsentatio-
nes factas à familia Potenti, qualis fuisse supponeba-
tur illa de Garisendis, & de tempore ante S. Conc. Tri-
dentinum, quo plures irrepserant corruptelæ, & faci-
liores reddebantur Ordinarii ad inducendam Ecclesia-
rum seruitutem, præsumendas esse potius ex mera vsur-
patione, quàm ex aliquo legitimo iure processisse.

Quia præsentationes factæ à Parochianis non fue-
9 runt habitæ in consideratione, † siue quia non pro-
bantur effectoatæ, Rot. coram Burat. *decis. 876. num.*
5. & Add. ad eundem dec. s. 633. num. 18. siue quia sunt lon-
10 gè ante ceptam præscriptionem centenariam † illorum
de Garisendis, & sic non aptæ ad infringendam præscri-
ptionem ex ea resultantem, Molin *de primog. lib. 2. cap.*
6. sub num. 61. vers. si verum factum hoc, & Rota *dec.* 168.
num. 39. par. 10. rec. siue quia prætensio Parochianorum
insubsistens fuit declarata per sententiam latam de an-
no 1483. in qua dictum fuit nullum ius eidem com-
11 petere super iurepatronatus controuerso, † sed in to-
tum spectare ad Garisendos, quæ plenam facit proba-
tionem ex supra allegatis in §. *quæ probatio*.

Potentia verò à Concilio considerata, qualis est il-
la Ducum, Marchionum, Baronum, & aliarum simi-
lium personarum, non probatur respectu familiæ de
Garisendis, & quatenus probaretur non releuaret, quia
ex præsentationibus supra adductis probatis per Instru-
menta publica, & continuatis ferè per duo secula
12 immemorabilis † vim habentia, cessat etiam respectu
huiusmodi personarum vsurpationis præsumptio, vt
de mente Sac. Concilii obseruat Gabr. *cons. 194. nu-*
mer. 3. & seqq. lib. 2. & Rota *decision. 409. in fin. parte 1.*
diu. in rec. decision. 245. numer. 49. & seqq parte 9. & latè
discusso articulo *decision. 198. numer. 35. & seqq. par. 10.*
& coram bo. me. Card. Celso dicta decision. 193. numer.
11.

Minus subsistere visa est altera exceptio libertatis,
quam Ecclesia acquisiuisse asserebatur, ex eo quia ab
anno 1502. vsque ad præsens, & ita per annos 172. il-
li de Garisendis nunquam præsentauerint, immo ab
anno 1555. fuerit semper collatum à Sede Apostolica,
13 † tamquam liberum, vt proinde ex hac longeua negli-
gentia in præsentando resultet amissio iurispatronatus,
Lambertin. *de iurepatr. lib. 3. q. 7. art. 8.* Viuian. *eodem tract.*
lib. 15. cap. 1. num. 8. & Rot. coram Serap. *decis. 1307. numer.*
6.

Tùm quia dum ab anno 1502. vsque ad annum
1589. fuit exhibita sola collatio facta de anno 1550. ex
14 causa resignationis, & cum reseruatione consensus † pa-
tronis præstandi, & successiuè præstiti à Io. Andrea, qui
præsentationi æquiparatur, ex supra allegatis in §. *con-*
stito igitur, absque aliquo facti fundamento, prætenditur
illos de Garisendis per spatium annorum 172. præsentare
neglexisse.

Tùm etiam quia ad effectum amissionis iurispatrona-
tus requiritur, & quod patroni voluerint præsentare, † & 15
fuerint impediti, ac impedimento acquieuerint, Rota *de-*
cis. 245 num. 38. part. 9. recent. & decis. 265. num. 2. & 3. coram
Dunoz. Sen. & quod Pontifex voluerit expressè immutare
statum † Beneficij, Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 34. num.* 16
64. & 66 & dixit Rota *in mox citata decis. 245. num. 35. &*
seqq part. 9 & alibi passim.

De primo non docetur, & secundum excluditur, quoad
prouisionem secutam de anno 1589. & 1642. pariter exclu-
ditur, nedum ex clausula † *dummodo collatio ad nos hac vi-* 17
ce pertineat, in vtraque prouisione apposita, quam impor-
tare iuspatronatus præseruationem dixit Rota coram Bu-
ratt. *decis. 172. num. 14. & 15. coram* Dunoz. Sen. *d. decis.*
265. num. 14. & post Viuian. *de iurepatr. decis. 29. num. 4. & in*
recent. decis. 224. num. 9. cum seqq part. 12.

Verum etiam, & fortiùs ex clausula derogatoria eius-
dem adiecta in supplicationibus vtriusque prouisionis mi-
hi originaliter exhibitis, ex qua licet vel apposita in se-
cunda parte earundem supplicationum, † & sic ad caute- 18
lam, ad effectum, vt de ea possit fieri mentio in literis
expediendis quatenus adesset iuspatronatus, nullam re-
sultare probationem eiusdem contenderent Scribentes
pro Com. Ioanne.

Nihilominus respondebatur eandem clausulam quo-
modocumque appositam satis indicare, noluisse Pontifi-
cem iuripatronatus aliquo modo præiudicare, neque per
consequens immutare statum beneficij, † vt in his ter- 19
minis respondit Rota *in Lucana iurispatron. coram* Dunoz.
Sen & Coccin. *decis. 26. num. 10. decis. 29. num. 7. & decis.* 30.
num. 10. impress. post Viuian. *de iurepatron.* cum igitur ne-
que ex voluntate Pontificis, neque ex negligentia patro-
norum deduci valeat amissio istius iurispatronatus, fru-
strà deducebatur, vel remansisse extinctum per vnionem
ipsi factam Canonicatus Ecclesiæ SS. Geruasij, & Prota-
sij enunciatam in prouisione sequuta de anno 1550. con-
tra dispositionem † Sac. Conc. Trid. *sess. 25. cap. 9. de re-* 20
format. prohibentis vniri liberum seruo, vel fuisse ab eo-
dem Canonicatu reuocatam ob insufficientiam reddi-
tuum non excedentium de anno 1491. & 1493 ducatos 24.
prout asseritur in prouisionibus tunc emissis, † qui tamen 21
pro acquisitione patronatus ex dotatione ascendere de-
buissent ad ducatos 100. vt ex eodem Concil. *sess. 24. cap.*
13. aduertit Rota coram Peuting. *decis. 403. num. 5.*

Quia responsum fuit vnionem d. Canonicatus † qua- 22
tenus illegitimè factam non importare extinctionem
iurispatronatus, sed remansisse dumtaxat obnoxiam
reuocationi, vt disponit idem Concil. in *allegat. ca-*
pit. 9.

Insufficientia verò redditùum pro excludenda acquisi-
tione iurispatronatus non videbatur rectè deduci ex nar-
ratiua emissa de annis 1491 & 1493. in supra relatis pro-
uisionibus Apostolicis. Quia cum istæ emanauerint lon-
gè post erectionem iurispatronatus, non concludunt valo-
rem dotis in erectione assignatæ fuisse talem, † qualis in 23
ipsis prouisionibus enunciatur, attenta variatione, quæ
ex cursu temporis contingere potuit, ad vulgatam *l. pre-*
tia rerum ff. ad l. falcid.

Et quatenus concluderent, non releuarent; Nam
quidquid dicendum foret si quæstio esset super patronatu
erecto de tempore proximo Concilio, vt in casu decisio-
nis Peuting. *relat. in præced. decis. 383. sub num. 3. vers. in-*
strumentum verò; Secus dicendum est in præsenti facti
specie, in qua apparet ex præsentationibus factis à Paro-
chianis de anno 1378. & 1312. patronatum controuersum
fuisse fundatum ferè per tria secula ante Concilium, il-
liusque legitima acquisitio comprobata per vltrà centena-
riam possessionem præsentandi, & per enunciatiuas ip-
sorum Summorum Pontificum assertiuè emissas in eis-
dem prouisionibus supra nominatis. † Hoc enim casu in- 24
trat præsumptio, dotem etiam non excedentem duc. 24.
fuisse tunc temporis congruam ad acquisitionem contro-
uersam, iuxtà deducta per Calderin. *cons. 10. post med. vers.*
pro parte contraria de probat. Rota coram Greg. *decis. 483.*
num. 5. & coram Coccin. *decis. 799. num. 2. & d. 1745. num. 12.*

His ita sublatis nullatenus obstare visa est obseruan-
tia pro libertate desumpta nedum ex dismembratione
curæ animarum translatæ de anno 1566. ab Ecclesia Pa-
rochiali ad Ecclesiam S. Donati cum onere soluendi Ec-



elesiæ translatariæ §c. 18. necnon ex successiua erectione
Confraternitatis facta in eadem Ecclesia Parochiali cum
assignatione vnius mansionis in emphyteusim, nullo in
his actibus reportato, vel reseruato consensu patronorum;
verum etiam ex visitationibus Ordinariorum factis de anno 1573. 1633. & 1634. absque aliqua mentione iurispatronatus.

Quia præterquam dismembratio vtpotè secuta occasione erectionis Ghetti Hebræorum intra limites Paro-
25 chiæ, & sic ex causa necessaria fieri potuit, † nullo requisito consensu patronorum, vt ex Ancharan. *cons.* 122. *sub num.* 3. firmauit Rota coram Cassador. *dec.* 3. *nu.* 4. *vers. sed conclusum fuit, de iurepatr.* & sequitur Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 28 *n.* 23.

Insuper addebatur, neque respectu dismembrationis, neque erectionis Confraternitatis, & concessionis in Emphyteusim eidem factæ vnius mansionis probari negati-
26 uam consensus Patronorum, † qui potuit subsequi celebrationi istorum actuum, eosque validitare, vt aduertit idem Anchar. *in prox. alleg. cons.* 122. *n.* 4. *et* Viulan *de iurepatr. lib.* 12. *cap.* 3. *n.* 17. *&* 47. Visitationes verò Ordina-
27 riorum non potuerunt immutare † statum Beneficij, deficiente voluntate, & potestate eorundem ad hunc effectum copulatiuè requisitis iuxtà notata per Canonistas *in cap. cum beneficio de præbend. in* 6 & dixit Rot. *dec.* 161. *n.* 4 *par.* 1 *rec. cor.* Buratt. *dec.* 636 *n.* 8. *cor.* Merlin *dec.* 162. *n.* 2. & in specie coram Dunoz. Sen *d. dec.* 263 *num* 9.

Minus pro substinenda gratia Co. Ioannis suffragari DD. censuerunt vltimum statum desumptum ex duabus vltimis prouisionibus Apostolicis, quæ licèt non soleant mutare statum Beneficii ad effectum vindicandi Eccle-
28 siam de seruitute † in libertatem, suffragari tamen dicebantur ad effectum acquirendi quasi possessionem conferendi, & illius vigore substinendi vltimas collationes, ad vulg. *text. in cap. consultationibus de iurepatr.* & aduertit Rot. *dec.* 37. *n.* 9. *& seqq. par* 6. *& dec.* 6. *nu.* 15 *p.* 10. *rec. & cor.* Dunoz. Iun. *dec.* 747. *n.* 4. & coram Reuerendissimo Ninot *dec.* 39. *n.* 2. *& seqq.*

Quia penultima prouisio emanauit ex causa resigna-
29 tionis factæ a Iacobo Bouio, qui de anno 1551. † beneficium obtinuerat cum consensu Ioannis Andreæ de Garisendis, & proindè nullum valuit inferre præiudicium quasi possessioni præsentandi, in qua Patroni constitoti reperiebantur, in specie Paris. *de resignat. lib.* 2. *q.* 4 *n.* 30. *&* Rot coram Verall. *dec.* 134. *per tot. par.* 1. & generaliter,
30 quod huiusmodi † prouisiones non præiudicent iuripatronatus fuit dictum coram Bich. *dec.* 518 *nu.* 24. *& in recent. dec* 245. *n.* 36. *parte* 9.

Et quamuis replicaretur etiam ex prouisionibus factis
31 ex † causa resignationis acquiri quasi possessionem conferendi per obitum, ex deductis per *Add. ad* Gregor. *decis.* 349 *sub nu.* 7. *vers. responden. & per* Rot. *decis.* 88 *nu.* 7. *& seqq post* Viuian. *de iurepatronat.* Attamen id procedit,
32 † quando non constat de præcedenti possessione alterius, vt explicat idem *Add. &* Rota *in locis noxe citatis*.

Et hæc omnia facilius procedere videbantur quoad vl-
33 timam collationem in personam bo. me. Ghislerii, † quia cum illa facta appareat de Beneficio vti vacato apud Sedem, quo casu solet Papa iurispatronatus in totum derogare, vt testatur Lotter. *de re benef. lib* 2 *quæst.* 8. *num.* 98. Viulan. *de iurepatr. lib.* 14. *cap.* 2. *num.* 8. & aduertit Rota coram Bichio *d. dec.* 118. *num.* 22. Nulla potest ex huiusmo-
34 di collatione obscura, † & æquiuoca deduci sufficiens probatio quasi possessionis liberè conferendi, iuxtà tradita per Posth. *de manut. obseru.* 49. *nu.* 5. *& coram* Buratt. *dec.* 312. *n.* 11.

Iunctis præsertim derogationibus iurispatronatus in supplicationibus vtriusque prouisionis appositis vnà cum
35 clausula, *dummodo collatio ad nos hac vice pertineat*, † quæ vti præseferens intentionem Pontificis non præ-
36 iudicandi iuri, † vel possessioni Patronorum, quatenus iuspatronatus adesset, vel statum libertatis excludunt, vt præter relatos *in §. nihilominus respondebat*, dixit Rota coram Bichio *d decis.* 118. *num.* 23. *et in Mediolanen. Prioratus* 14. *Martii* 1646. *§. fin. coram bo. me. Card. Corrado*, vel illum
37 reddunt æquiuocum, † & turbidum, vt ad rem firmat Rota coram Caual. *decis.* 266. *num.* 1. & proindè non suffragabilem ad effectum, de quo agitur, ex Posth. & alijs citatis.

Denique cessare visa est omnis difficultas, quia vltimus status non attenditur, quando constat de iurepatrona-
tus, † & sic de anteriori contrario, tunc enim possesso- 38
rium absorbetur à petitorio, vt inquit Rota *d. decis.* 137. *num.* 8. *& seq. part.* 2. *diuers. decis.* 374 *per totam part.* 1. *& decis.* 332. *num.* 4. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* & admittunt omnes decisiones in obiecto allegatis.

Non releuat ad hunc effectum iuspatronatus esse probandum per Instrumentum publicum fundationis, rem iudicatam, seù confessionem partis; quia illius existentia conuincitur in præsenti ex sententia lata de anno 1483. in iudicatum transacta.

Verum etiam ex instrumentis publicis præsentationum, quæ vtpotè effectuatæ per spatium duorum ferè sæculorum, nempè ab anno 1398. vsque ad annum
1589. quo Iacobus Bouius Beneficium † resignauit, pro- 39
bant iuspatronatus, non secus ac, si titulus fundationis, & dotationis exhiberetur, vt præter allegatos in §. *illius præsentatio* dixit Rota coram Seraphin. *decis.* 1141. *num.* 1. *& in recent. decis.* 245. *num.* 6 *part.* 9. & in his terminis ad excludendum vltimum statum firmatum fuit in *d. decis.* 332. *num.* 7 *&* 8 *part.* 4. *tom.* 3. *recent. & coram Eminentissimo* Card. Otthobon. *decis.* 234. *num.* 32. *& seqq.*

Et ita vtreque &c.

R. P. D. MATTHÆIO.

Vicen. Beneficij.
Mercurij 23. Ianuarij 1675.

ARGVMENTVM.

Beneficium debitum certo generi personarum, debetur illi, qui probat se esse de eodem genere, eo ipso quod verificat alios suos proximiores, tanquam tales ad illud fuisse admissos, vt proinde ipsius literæ in reliquis verificatæ exequutioni demandandæ sint, quia vbi nemo comparet, qui se proximiorem esse contendat, probatio descendentiæ fieri non debet per gradus distinctos, sed generica sufficit.

SVMMARIVM.

1 *Literæ Apostolicæ vbi sunt iustificatæ, debitæ executioni demandari debent.*
2 *Beneficij valor, eiusdemque vacatio probantur ex confessione partis ex eadem vacatione venientis, eundemque valorem exprimentis*
3 *Confessione partis nulla melior potest afferri probatio.*
4 *in Beneficio de iurepatronatus possunt apponi conditiones, quod illud debeatur certo generi personarum, & in defectum extraneo.*
5 *Sumptum de sumpto etiam non legitimè extractum, stante obseruantia plenè probat, & num seqq.*
6 *Obseruantia præbet robur scripturæ, licet informi, & num. seqq.*
7 *Obseruantia scripturæ desumitur ex sententia in illius executionem pronunciata, & exequutioni demandata.*
8 *Admissus si quis fuerit ad beneficium, tanquam à testatore vocatus, facit præsum quod illius testamentum sit validum, & in forma probanti.*
9 *Descendentia à testatore probatur ex eodem genere personarum illius, qui ad beneficium fuerunt admissi.*
10 *Descendentia testatoris pro admissione beneficii verificatur etiam ex enunciatiuis plurium instrumentorum, & vbi quis tanquam descendens fuit præsentatus.*
11 *Descendentia probari non debet per gradus distinctos, quoties non adest legitimus contradictor, qui se magis propinquum esse contendat.*

DECISIO CCCCXXII.

SEQVVTA vacatione beneficij sub Inuocatione Sanctissimæ Passionis Domini Nostri Iesu Christi in mense Sedi Apostolicæ reseruato ad illud à prætenso Patrono fuit permutatus Iosephus Salles, qui post expeditas literas Apostolicas pro præsentato, alias expediuit tanquam de beneficio libero, & Sedi Apostolicæ reseruato, sibi tamen debito, quia vocato in illius fundatione; Cumque Isidorus Malloles de eodem bene-
ficio

ficio à Sede Apostolica pariter vel de libero prouisus fuis-
set, & io vim litterarum Apostolicarum illius possessio-
oem apprehendisset, nulla facta mentione dicta vaca-
tione, proposui dubium; Ao literæ Apostolicæ Iose-
phi sint exequendæ, & affirmatiua prodijt resolutio.
1 Iustificantur eoim omnia in eisdem literis narrara, †
itaut proinde veniant debitæ executioni demandandæ *cap.
si capitulo vbique gloss. de conceess. præbend. in 6.* Menoch. *de
adipiscend remed. 10. num. 35.* Rota coram Eminentissimo
Otthobono *decisioa. 172. aumer. 18. & 19. & decis. 471.
num. 2. par. 14. receat.*
Ex saoè vacatio per obitum Lauretani Codolosa in
2 mense Augusti Sedi Apostolicæ reseruato † & valor eius-
dem Beneficij per non excessum in ducatis vigintiqoatuor
annuis iustificantur ex ipsa confessione Isidori collitigantis
emissa in supplicatione pro reportandis literis Apostolicis
3 † qua nulla potest dari melior probatio, Rota coram Bu-
ratto *decis. 931. num. 1. in recent. decis. 595. num. 2. part. 3.
decis. 564. numer. 10. part. 5. & decis. 357. num. 10. part. 10.
recent.*
Quod verò illud debeat or certo generi personarum pro-
batur ex illius fundatione, in qua Testator ordinauit ad
dictum Beneficium esse nominandos descendentes ex eius
filijs, vel ex Constantia filia fœmioa, & tunc solummo-
do præseotari posse extraneum, quatenus ex primis oon
inoeniatur aliquis habilis ad obtinendum dictum Benefi-
4 cium, † quas conditiones in fundatione potuisse apponi,
& esse seruaodas respoodit Rota *decis. 117. num. 2. & 3. co-
ram Carillo.*
Non obstat, quod testamentum exhibitom continens
5 fundationem sit sumptum de sumpto, † nec legitimè ex-
tractum, ac ioforme, non sufficiens ad probaodum, con-
6 trarium enim in hoc casu † dicendom est, cum pro eo con-
currat obseruantia, quæ dat robur scripturæ etiam iofor-
mi, Rota coram Duran. *decis. 74. aum. 29. & 30. in recent.
decis. 18. aumer. 1. & 2. & decis 129. numer. 2. & 3. part 6.
decis. 101. nnmer. 1. part. 7.* Hæc autem obseruantia desu-
mitur ex sententijs latis in contradictorio Iudicio, & ef-
7 fectum † sortitis. Prima scilicet ad faoorem Petri Bouer.
aono 1485. & secunda ex alia pariter lata ad fauorem Lau-
retani Codolosa, in quibus ipsis fuerunt ad Beneficium
admissi, vel vocati à Testatore in fundatione ad huiusmo-
8 di Beneficium per ipsom iostitutum, † vnde optima insur-
git præsomptio pro validitate, ac legalitate dicti testamen-
ti, quamuis informis, Rota *decis 342. num. 1. vers. quæ qui-
dem, par. 4. diuers. & decis. 232. aum 11. vers. quia & sic cum
tribus seqq. p. 5. recent.*
Iosephum autem presentatom esse de genere vocatorum
iustificatur ex pluribus, & signaoter ex quo constat eum
esse de pareotela, & eadem descendentia duorum antece-
dentium Beneficiatorum, qui io præcedentibus duabus va-
cationibus tamquam de genere fundatoris controuersum
9 Beneficium obtinuerunt in contradictorio Iudicio, † vnde
necessario dicendum est Iosephum qooque esse de eodem
genere fundatoris, vt in his præcisis terminis considerat
Rota *decis. 189. num. 5.* coram Bichio *& decis. 117. num. 4 &
seqq. coram Carillo.*
Vlterius daotur plures enunciatioæ dioersorum Instru-
mentorum, in quibus probatur etiam descendentia Iose-
10 phi à fundatore, † quæ iunctæ cum hac circumstan-
tia, quod ipse de parentela, & descendentia fuit
præsentatus, magnum constituunt adminiculum, Rot.
decision. 709. numer. 3. cum seq. coram Buratt. quamuis
ex eis non haberetur specifica probatio per gradus di-
11 stinctos, † cum enim nullus alius compareat contra-
dictor, qui pariter se de parentela contendat, nec vo-
cati sint restricti ad certos gradus, vtique etiam gene
rica probatio descendentiæ sufficit, Rota *decis 363. nu-
mer. 2. par. 9. rec. decis. 189. numer. 6. coram* Bich. *decis.
117. aumer. 7. coram Carillo, et in Mediolanea. Capellaniæ
23. Maii 1672. §. quod multo magis coram R.P. D. meo Epi-
scopo Gadicen.*
Ex ita, vna taotùm Parte informaote, resolutum fuit.

R. P. D. EMERIX.

Foroliuien. Donationis.

Lunæ 28. Iannarij 1675.

ARGVMENTVM.

Cum sine causa simulandi coniecturæ simulationis non attendantur, ideo ab opposita simulatione saluatur donatio, quia causa fraudandi creditores, quæ etiam apparebat falsa, prorsus inuerisimilis visa est in insigni iuris consulto, cui plura remanebant bona, super quibus adhuc sui creditores eorum iura experiri potuissent; Cumque etiam illius resolutio prætenderetur ob non adimplementum sequutum, hoc pariter fuit reiectum, quia poterat illud tribuere actionem pro eodem implementò petendo, non autem aliquam resolutionem inducere.

SVMMARIVM.

1 *Simulatio, non data causa simulandi, nunquam dicitur probata, amplia vt num. seqq.*
2 *Instramentum publicum habet pro se præsumptionem veritatis, & aliam simulationis excludit.*
3 *Donatio non dicitur facta ad fraudandos creditores, si illa fuerit particularis, & alia plura etiam bona donatori remaneant, & num. 8. & 17.*
4 *Creditores donantis possunt iura sua experiri super bonis eidem donatori remanentibus.*
5 *Causa inuerisimilis non præsumitur opinata ab insigni iurisconsulto, & ideo eo minus est habilis ad inducendam simulationem.*
6 *Donatio non potest dici simulata, si illa in testamento fuerit approbata, etiam quod testamentum postea confectum non sit.*
7 *Simulationem excludit quilibet actus contrarius seù contraria præsumptio.*
8 *Donatio dicitur facta in fraudem creditorum, si fuerit de re litigiosa, vel de omnibus bonis donantis, & supra num. 3. & 4. & infra num. 17*
9 *Simulationis causa cessante, cessant coniecturæ, quæ ideo non admittuntur.*
10 *Simulationis coniecturæ debent esse claræ, efficaces, & per necesse concludere, & num. seq.*
11 *Coniecturæ simulationis debent induci à lege, non autem ab homine.*
12 *Simulatio non arguitur ex sola sanguinis coniunctione.*
13 *Donationes plerumque fieri solent inter coniunctos.*
14 *Donator si post donationem in possessione permansit, & erat administrator donatarij, possessio præsumitur continuata nomine administratoris.*
15 *Possessionis causa mutata, illius etiam nomine eam possessor continuasse præsumitur.*
16 *Possessio à donante continuata, stante clausula*, constituti, *præsumitur retenta nomine præcario.*
17 *Causa simulatæ donationis ad protrahendas lites, & defatigandos creditores dicitur insufficiens, si alia bona donatori remaneant, & num 3 & 8.*
18 *Simulatio de iure requirit probationem concludentem.*
19 *Simulatio excluditur ex probitate, & alijs bonis qualitatibus personæ*
20 *Testes super probitate, & bonis qualitatibus alicuius probant, si dicant illas omnibus esse notorias.*
21 *Testes contrarij, varij, ac plures habentes defectus non probant.*
22 *Testes super simulatione deponentes, non probant si non percutiunt tempus præcisum.*
23 *Donatio non resoluitur ex non implemento sequuto si donatarius se obtulit promptum ad illud implendum.*
24 *Implementum donationis fieri debet à donante, qui tanquam administrator donatarij remansit in possessione rei donatæ, & fructus percepit.*
25 *Adimplementi defectus non potest adscribi culpa donatarij, si donator & fructus exegit, & possidere continuauit.*
26 *non Adimplementi defectus non resoluit donationem, sed tantum tribuit actionem ad illud.*

27 *Adimplementum iniunctum post quæsitum emolumentum, dicitur adiectum per viam modi, quamuis per viam conditionis fuerit expressum.*
28 *Donatio quatenus per obitum alterius ex donatariis reuerti non debeat ad donantem, & num. seqq.*
29 *Ius accrescendi datur inter coniunctos re, & verbis, & quale illud sit.*
30 *Ius accrescendi datur inter duos donatarios, si donatio illis defunctis expirare debeat.*

DECISIO CCCCXXIII.

DD. censuerunt confirmandam esse sententiam latam per R. P. D. Tayam ad fauorem Iuniperæ de Nuncijs præuiis duabus decisionibus super bono iure emanatis sub diebus 17. Martii, & 26. Iunii 1673 quia illius validitas non fuit in dubium reuocata, & iustitia nullo falsem subsistenti fundamento impugnabatur à scribentibus pro fratribus de Pontirolis.

Etenim rursus opposita simulatio donationis collatæ per Fabricium in Iuniperam, & Euphemiam Neptes adhuc Dominis visa fuit improbata, cum non docea-
1 tur de vlia causa simulandi, † sine qua numquam dici potest, quod partes deuenerint ad actum fictum, & simulatum Ancharan. *cons.* 227. *num.* 2. *& seqq.* Abbas *cons.* 9. *num. primo & pluribus seqq.* Rot. *dec.* 241. *numer.* 10. *&* 677. *num.* 5. *vers. vnde applicatur part.* 2. *recent.* Burat. *decis.* 365. *num.* 3 *& dec.* 237. *num.* 50. *coram Roias dec.* 25 *sub numer.* 12. *vers. secundo si adhuc penes* Merlin. *de pign. & in prima dec. R. P. D. mei Tayæ §. & adhuc*, eoque minus quando, pro
2 vt hic, agitur de instrumento publico, & iurato, † quod habet pro se præsumptionem veritatis & aliam simulationis penitus excludit Rot *dec.* 163. *numer.* 3. *&* 4. *coram Caputaq part.* 3. *& dec.* 413. *n.* 2 *in fine part.* 2. *recent.*

Nec pro causa simulationis deduci valet animus Fabritii Donatoris euitandi scilicet imminentes Executiones, & ad stringendi eius creditores noua Iudicia inchoare contra Iuniperam, & Euphemiam Donatarias, quia
3 versamur in donatione particulari facta de certis bonis remanentibus, quam pluribus aliis pænès donan-
4 tem, † super quibus creditores poterant iura sua experiri, vt obseruat dicta *decis. R. P. D mei Tayæ §. causæ ve-*
5 *rò*, quapropter dicta causa redditur inuerisimilis, † & quod fuerit opinata à Fabritio insigni iuris perito, sicque inhabilis ad inducendam simulationem Bart. *in l. post contractum num.* 2. *vers. dico quod ff. de donat.* Alex. *consil.* 28 *sub nu.* 12 *vers. præterea lib.* 5. Hondedeus *cons.* 41. *num.* 28. *lib.* 2. Rot. *dec.* 236 *num.* 11. *part.* 10 *recent. & in Perusina Executionis* 12. *Februarii* 1672. *§. miseris vers. iustificata coram bo: mem: Priolo.*

Imò figuratus Fabricii animus simulandi benè excluditur ex duodecimo teste eorumdem fratrum, qui pro exoneratione suæ conscientiæ, asserit se vidisse quasdam minutas testamenti Fabritii conscriptas eiusque
6 proprio charactere, † in quibus approbat donationem, de qua agitur; Ad excludendam enim simulationem
7 † sufficit quilibet actus, seù contraria præsumptio, vt obseruat *dec* 332. *numer.* 17. *et* 365. *num.* 4. *et* 5. *coram Dunoz. Iun.*

Neque in oppositum conferunt *dec.* 943. *coram bon. mem. Coccin. et decis.* 71. *apud Salgad Labyriato creditorum* aliæque auctoritates à scribentibus pro sæpè dd. fratribus
8 allegatæ, quia loquuntur in terminis longè diuersis, nimirum, vel quando agitur de re effecta litigiosa, vel quando debitor de omnibus bonis disposuit.

Cessante autem causa simulandi frustra recurritur ad
9 coniecturas, † quæ ea deficiente non suffragantur Rot. *dec.* 307. *num* 11. *parte prima et decis.* 273. *num.* 23. *par.* 11. *recent. dec.* 238 *n.* 10. coram Eminentissimo Otthob. & coram Andrea *dec.* 109. *num.* 12. *Add. ad* Greg. *dec.* 157. *num.* 27. *et in allegat Perusina Executionis §. sublata*, & propterea debe-
10 rent esse claræ, † efficaces, & per necesse concludentes Rot *decis.* 602. *num.* 14. *et* 961. *nu.* 16 *coram* Dunoz. Iun. *dec.*
11 236. *num.* 20. *part.* 10. *recent.* imo inductæ ab ipsa lege, † & non ab homine *dicta decis.* 109. *num.* 5. *coram Andrea, et decis* 365. *numer.* 4 *et* 5 *coram Burat. et dec.* 80. *num* 26. *et* 27. *apud Turr de pact. futur success.*

Et hinc non releuat, quod agatur de donatione facta
12 Neptibus, quia sanguinis coniunctio † non arguit simulationem cum donationes inter coniunctos omni
13 iure sint licitæ, † Illiusque vt plurimum fieri soleant Rota *decis.* 238. *num.* 15. *et* 12. coram Eminentissimo Otthobon. *et d. decis.* 365. *num.* 6. *coram Buratto* Continuatio verò Fabritii donatoris in possessione minoris est efficaciæ pro arguendo eadem simulatione, quia translato iam dominio in Nepotes donatarias ex donatione, possessio
intelligitur continuata nomine administratoris, cum 14
causa primeuæ possessionis mutata fuerit Bald. *in l. pri-* 15
ma sub numer. 3. *vers. respondeo, et num.* 40. *C. de donat. ante nuptias* Alexan. *cons.* 28. *sub num.* 10. *vers. modo sic probando, et num.* 11. *et* 2. *lib.* 5.

Idque sine difficultate in hoc casu, vbi non solum
adest clausula, *Constituti*, † ex qua possessio tunc di- 16
citur retenta nomine præcario *l. quod meo ff. de acquiren. possessione*, & in his terminis Mantic. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 36. *num.* 5. Rot. *decis.* 169. *num.* 9. *par.* 9. *recent. & in decisione præcedenti R. P. D. mei Tayæ §. final.* sed etiam ipsemet Fabritius expressè declarauit, se prædicto administratorio, & præcario nomine possedisse, *vt in Summario Iuniperæ num.* 8. & hoc idem deponunt testes formiter examinati, *vt in eodem Summ. num.* 9.

In quorum concursu Domini nihil, aut parum deferre voluerunt testibus nuper examinatis vigore literarum remissorialium, tum quia causa simulationis, qua motum fuisse deponunt Fabritium; videlicet ad protrahendas lites, & defatigandos creditores, ex prædi-
ctis est inuerisimilis, & insufficiens ad inferendam si- 17
mulationem, quæ de iure requirit concludentem proba- 18
tionem iuxta *text. in l. quamuis vbi* Bald. *C. si quis alteri, vel sibi* Rotæ *in dicta decis.* 307. *num.* 11. *par. prima, & decis.* 151. *&* 413 *vtrobique numer. primo per to* 2 *recent. & coram* Vbald *decis.* 89. *in princ.* tùm etiam quia eadem de-
struitur † ex probitate, & aliis bonis qualitatibus Fabri- 19
tij, quas fere omnes affirmant omnibus fuisse notorias 20
Rot. *dec* 29 *sub num.* 2. *vers. tùm etiam quia post secundum volumen cons.* Farin. *& decis.* 332. *numer.* 18. *&* 19. *&* 335. *numer.* 3. *coram Dunoz. Iun. & in Romana Census* 17. *Maii* 1669. *§. sed omnem coram Eminentissimo Cardinali Carpineo impress. apud Torres de pact. futuræ success. dicta decis.* 80. *& in confirmatoria* 16. *Iunii* 1670. *§. fin. coram R. P. D. meo Beuilacqua Almæ Vrbis Gubernatore*, & sic tanquam sibi
ipsis contrarij, † ac varii in hoc, & pluribus aliis latius 21
deductis per scribentes pro Iunipera, nullam fidem merentur Rot. *decis.* 6. *num.* 8. *par.* 11. *recen. decis.* 367. *num.* 4 *&* 498. *num.* 5. *coram* Buratt. *& decis.* 298. *num.* 6. *&* 8. *coram* Ludouis. Tum denique quia satagentes sæpè di-
ctam donationem redarguere de simulatione, † non per- 22
cutiunt tempus stipulationis, adeòque in eorum dicto nullum potest constitui fundamentum iuxta Theoricam Bartholi *in l pacta nouissima vers. & ex hoc dicebat C. de pact.* Rot. *decis.* 413. *num.* 3 *par.* 2. *recent. & coram* Caual. *decis.* 562. *num.* 5.

Seclusa ex prædictis simulatione, minus susistit aliud obiectum resolutionis donationis, deductum ex eo, quod Iunipera, & Euphemia, onera per donantem iniuncta non adimpleuerint, primo quia ipsæ ad hoc se promptas obtulerunt, *vt in Summ. num.* 6. secundo
quia donator remansit in possessione bonorum, fructus- 23
que exegit, † ac proinde administratorio nomine ea 24
adimplere tenebatur, ità vt præterea nulla possit adscri-
bi culpa † donatariis, prout animaduersum fuit *in pri-* 25
ma decis. R. P. D. mei Tayæ sub die 17. *Martii* 1673. *§. satisfactum*, & tertio denique, quia cum onera adimplenda essent post executionem donationis, & post iam quæsi-
rum emolumentum, † non secuto adimplemento, non 26
intraret actio pro rescissione, sed tantùm pro interesse, vt promissa implerentur, tali enim casu conuentio di-
citur modalis, non autem conditionalis † quamuis 27
per viam conditionis stipulata fuerit Bart *in l. quibus diebus §. Termilias num* 5. *& seqq ff. de condict. & demonstrationibus* Natt. *cons* 373. *n.* 28 *vers. sin autem* Crauett. *cons.* 59 *num. primo* Cyriac. *controuers.* 247. *num.* 28. *& seqq.* Surd. *dec.* 38 *num.* 6. *&* 7 Rot. *decis.* 39. *num primo &* 2. *part prima diuers. & decis.* 699 *nu.* 9. *coram Dunoz Iun. & in Perusina resolutionis donat.* 27. *Februarii* 1671. *§. pro sententia namque vers. pro aliis verò coram R. P. D. meo Calatain.*

Cæterum non bene impugnabatur sententia ex capite excessiuitatis ex eo desumptæ, quod per obitum Euphemiæ medietas bonorum reuerti debeat ad donan-
tem, seù illius hæredes, † quia cùm ex Instrumento 28
donationis appareat Euphemiam, & Iuniperam re, &
verbis coniunctas fuisse, † vtique inter eas intrat ius 29
accre-

acerescendi , si non legale , vt vult Bart. *in l. si mihi , & Titio num. 4. ff. de verb. oblig* saltem conuentionale , vt
declarat Gratian. *discept. 272. num. 13. & sequen. & signanter num 21. et 22.* Alex. *cons. 17 nu. 9. & 10. lib. 5.* Rota *in Rauennaten. Emphyteusis 28. Aprilis 1673. §. præsupposito namque coram R. P. D. meo Vicecomite* præsertim
30 quia donatio de qua agitur † ex conuentione , defunctis
donatarijs , expirat vt limitando regulam de contract. dicit Bellon. *de Iur. accrescendi cap. 6. quæst. 43. numer. primo & per tot. &* Rota coram Coccin. *decis. 797. num. 12. & seqq.*

Et ita vtraque parte Informante , &c.

Sub hac eadem die alia etiam in hac caosa emanauit Decisio super manutentione , quæ quia nimis breuis , ideò fuit omissa; Infra verò sub die 26. Iunij eiusdem anni erit altera decisio præsentis confirmatoriæ suis loco , & tempore apponenda.

R. P. D. CALATAIV.

Lucana Beneficij.

Lunæ 28. Ianuarij 1675.

ARGVMENTVM.

Ad Plures lineas iuspatronatus spectabat, & ideò quia quælibet linea suam præsentationem facere debet in stirpes, non autem in capita, quod voces vnius lineæ computari debeant respectu eiusdem lineæ, non autem alterius principaliter in hac Decisione deciditur , ad hoc vt inter pares voces possit præsentatus habere gratificationem à Papa.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio iurispatronatus hæreditarii spectantis ad plures lineas, fieri debet in stirpes , non autem in capita .*
2 *in Iurepatronatus habens paritatem vocum , si est gratificatus à Papa , præferendus est habentis alteram medietatem, nullam gratificationem habenti.*
3 *Iuspatronatus tribus personis relictum , quælibet persona suam constituit lineam, & vocem.*
4 *Descendentes ab vna ex pluribus lineis , in quibus resideat iuspatronatus hæreditarium, tantam habent vocem , & partes, quantam habent descendentes ab alia .*
5 *Iurispatronatus totam dicitur habere vocem , qui illius minorem partem habet, quia maior pars superat minorem.*
6 *Comparatio vocis vnius lineæ in materia iurispatronatus fieri non debet in ordine ad alias lineas , sed solum quoad descendentes eiusdem lineæ.*
7 *Valor beneficii in illius primæua prouisione expressus , suffragatur etiam in secunda , & in ea plene probat.*
8 *Expressio valoris facta in prima prouisione beneficii probat etiam in secunda, quamuis illa fuerit antiqua.*
9 *Liber Ecclesiæ, Monasterii, vel Seminarii non probat contra tertium.*
10 *Valor beneficii non dicitur probatus, nisi etiam ex illo deducantur onera.*
11 *Gratia, vt dicatur subreptitia ob expressionem non veri valoris, onera beneficij deducenda sunt.*
12 *Subreptitia , vt dicatur gratia , subreptio debet esse vndequaque concludens.*
13 *Litis pendentia dicitur expressa in gratia, si in eius litteris adsit solita clausula ,* cuius litis statum , &c.
14 *Clausula ,* cuius litis statum , &c. *gratiam à subreptione præseruat.*
15 *Gratificationis iure non dicitur Ordinarium processisse , si contulit beneficium ex mera iustitia.*

DECISIO CCCCXXIV.

STETERVNT DD. in Decisis coram me sub *die 26.° Iunij 1673.* compotissimum fundamento , quod Stephanus de Chicchis habeat medietatem vocum , & proinde habens gratificationem à Sanctissimo, si præferendus Alphonso.

Quod autem habeat medietatem vocum clarè patet ,
nam cum Iuspatronatos resideat in tribus lineis , Mariæ scilicet, Helenæ, & Antoniæ, & sit hæreditarium,
† ideoque præsentatio fieri debeat in stirpes , vt dispo- 1
nitur in clementina plures *de Iurepatr.* & tradit Viuianus parte prima *de Iurepatr. lib 4. cap primo num. 58. et seq.* iste fuit præsentatus à Stephano descendente ab eadem Helena , & habente medietatem vocis Mariæ : Viceuersa Alphonsus, quatenus valida esset præsentatio à Paulo de Vecolis reportata habet vocem Antoniæ de Vecolis, necnon alteram medietatem vocis dictæ Mariæ ex præsentatione Cæciliæ de Sinibaldis , in quam vox dictæ Mariæ iure hæreditario pro altera medietate transijt ; Igitur non computatis etiam præsentationibus Patrum Ascanij, & Michaelis Religiosorum, habet Stephanus paritatem vocum , integram scilicet vocem He-
lenæ , & medietatem vocis Mariæ , †. & per conse- 2
quens vti gratificatus à Sanctissimo est præferendus , vt præter allegatos *in decis. coram me §. sed cessat* , dixit Rota coram Card. Celso *decis. 300. num. 7. et coram* Coccin. *decis. 2318 num. 3.*

Nec obstat , quòd Stephanus de Chicchis , licèt præsentatus à Stephano , & Appollonia de Carellis , integram vocem Helenæ computare non possit , ex quo Alphonsus habet præsentationem Cæciliæ pariter descendentis à dicta Helena.

Quia cum Iuspatronatos ab ipso fundatore fuerit ab initio tribus *Nepotibus* relictum , Mariæ Helenæ , &
Antoniæ † quælibet ex ipsis suam constituit lineam , ac 3
vocem , & descendentes ab vna , † tantam partem 4
habent quantam descendentes ab alia , iuxta *textum in Clement. plures de Iurepatronatus* Viuianus *eodem tractatu lib 4. cap. primo num. 58. & 59.* ideoque cum Chicchus in voce Helenæ habeat maiores præsentationes illius Descendentium, Stephani scilicet , & Apolloniæ , etiam non computatis præsentationibus Patrum Michaelis , & Ascanij , Alphonsus verò solam Præsenta-
tionem Cæciliæ , † totam vocem Helenæ dicitur habe- 5
re , cum maior pars Præsentationum vnius vocis absorbeat minorem partem neque comparatio facienda est in
ordine ad alias voces , † sed solùm in ordine ad descen- 6
dentes huius lineæ , vt clarè explicat Viuian. *de Iurepatronatus part. 2. lib. 12. cap. 8. num. 4.* Lambertin. *lib. primo part. 2. art. 23. quæst. 6. num. 13. & 15. fol. mihi* 292. iuxta nouam impressionem , *& num. 22. & 24. fol.* 108. iuxta antiquam Cassador. *decis. 2. num. 2. de Iurepatronatus* Rota *in recent. decis. 146. nu. 4. in fin. & decis. 443. num. 4. & 5. part. 5. & coram* Caualer. *decis. 436. num primo , & decis. 514. per tot.* & alij

Minus obstant adducta contra litteras Apostolicas , nam quod valor non excedat ducatos 24. constat ex simili expressione facta in antecedenti prouisione de hoc eodem beneficio sequuta de anno 1603. *Summario præterito*
num. 4. † quæ probant ad hunc effectum , *vt in decisio-* 7
ne coram me §. ipsius siquidem , & Rota *decis. 416. num.*
5. part. 13 recent. quamuis † sit antiqua Rota *in Lu-* 8
cana Beneficii 4. Iulii 1670. coram R. P. D. meo Vicecomite.

Nec contrarium deduci potest ex libris Seminarij , in
quibus valor taxatus reperitur in scutis 48. 50. † quia 9
non probant contra tertium Rota *decis. 570. num. 8. & decis. 583. num. 7. part. 5. recent.* maximè dum ex ijs non ha-
betur , quod detractis omnibus oneribus beneficium as- 10
cendat ad talem summam, prout requiritur ad redden-
dam Gratiam subreptitiam, † proqua probatio debet 11
esse concludens, Rota coram Caputaquen. *decis.* 280.
num. primo & decis. 381. num. 2. part. 2. coram Mantic. 12
decis 138. & decis. 220. vtrobique num. primo.

Quod verò Stephanus tacuerit Sanctissimo Sententiam per Alphonsum super institutione ab Ordinario reportatam , tollitur ex facto , nam cum à dicta sententia fuisset appellatum , & appellatio penderet in Rota dicta pendentia fuit in litteris expressa præterito *Summ.*
num. 2. † & in illis adiecta clausula , *cuius litis statum* , 13
&c. quæ præseruat à subreptione Coccin. *decis. 396. num.* 14
6. Addentes ad Gregor. *decis. 2. num. 18*

Et exinde etiam cessat , quod de tempore Gratiæ fuisset Alphonso ius quæsitum propter Gratificationem ab
Ordinario reportatam , † quia ex datis in hodierno 15
Summ. num. 2. clarè Constat , Ordinarium non processisse per viam Gratificationis , sed ex mera Iustitia.

Et ita vtraquè parte informante fuit resolutum.

Altera

Altera præsentis causæ Decisio habetur impressa supra in præcedenti tomo primo huius Decimæ Octauæ partis recent. vbi est in ordine decis. 153.

R. P. D. RONDININO.

Perusina Saluiani.

Lunæ 28. Ianuarij 1675.

ARGVMENTVM.

Saluianum creditori conceditur, quia de suis requisitis constabat, non obstante exceptione præscriptionis bonorum in tertium alienatorum, quæ sine scientia eiusdem creditoris suffragari non valet, minus etiam ratione fideicommissi, quod vel constitui non poterat, vel non erat omnino clarum; vt requiritur, & demum quia ex creditis anterioribus repellebantur iura posteriorum creditorum, quibus se tuebatur possessor, cum alijs etiam in sequenti Summario, & decisione videndis.

SVMMARIVM.

1 *Possessio debitoris, & rei conuenti ad effectum obtinendi immissionem in Saluiano, ex quibus probetur.*

2 *Immissio in Saluiano creditori conceditur docto de credito cum hypotheca, & vtriusque possessione debitoris, & rei conuenti.*

3 *Præscriptio trigenaria non impedit immissionem in Saluiano, non probata scientia creditoris, quod bona fuerint in tertios translata.*

4 *Creditor si nesciuit bona à suo debitore alienata fuisse, non amittit exercitium, suæ hypothecæ.*

5 *Possessor, qui successit in iuribus creditorum anteriorum, repellit hypothecam posteriorum creditorum super re possessa.*

6 *Dos data à patruo suæ nepti, præsumitur data de bonis patris, vel auis eiusdem neptis, etiam ex Statuto Perusino.*

7 *Dos neptis non potest fideicommisso grauari, si fuerit constituta ex bonis ipsius neptis.*

8 *Immissio in Saluiano non retardatur per exceptionem fideicommissi, si illud non fuerit omnino clarum.*

9 *Creditor succedit in iuribus sui debitoris.*

10 *Creditor succedens in iuribus sui debitoris, easdem actiones exercere potest, ac ipse debitor, etiam ad effectum immissionis in Saluiano.*

11 *Creditor, vt ratione lucri cessantis, vel aliter ad propriam commodum possit consequi vsuras à suo debitore semper requiritur interpellatio.*

12 *Fideiussor, cui promissa est indemnitas, si cogitur soluere, potest etiam sine interpellatione recipere pecunias sub vsuris ad damnum debitoris.*

13 *Obligatio stipulata pro damnis, & interesse, importat refectionem illorum, etiam absque vlla interpellatione debitoris.*

DECISIO CCCCXXV.

PRO censu à Scipione de Sotijs imposito, cuius bonam fidem Petrus Antonius de Carrettis, & Euphemia eius mater postea recognouerunt, fideiusserat Ioseph de Antinoris, quem indemnem, etiamsi prædicti principales debitores promisissent, promissa tamen non impleuerunt, adeo vt Antinorus coactus fuerit soluere emptoribus census illius fructus in summa scutor 635 acceptis scutis 100 sub vsuris ad damnum, & incommodum ipsorum de Carrettis *Summario de Antinoris 4. Iulij proximè præteriti num. primo cum tribus seqq.*

Hic pro conuenta indemnitate egit Saluiano interdicto contra prædium à Bassio detentum, olim ad d. Petrum Antonium debitorem spectans, atque immissionem pro dd. scutis 635. à Locumtenente ciuili Perusiæ obtinuit, quam cum bon. mem. A. C. Bulgarinus in gradu appellationis reuocasset *Summ. eod. num. 5. et 6.* causa à plena Signatura commissa cum clausula manutenendi, quem de iure, & purgandi attentata, postquam hæc purgata fuere mediante renunciatione possessionis prædij, & refectione expensarum, Dedi dubium, an Antinoris concedenda esset immissio, cuius resolutio, licet die 4. Iulij proximè præteriti dilata fuerit, hodie tamen reassumpta disputatione, fauore illorum de Antinoris prodijt.

Constat enim de credito cum hypotheca ex publicis instrumentis census, & recognitionis bonæ fidei, iunctis solutionibus fructuum census, quos Antinorus soluere coactus est Capellanis Monialium Capuccinorum, quorum fauore census impositus fuerat *dicto Summario præterito de Antinoris num. primo cum duobus seqq.* atque antiqua possessio Petri Antonij de Carrettis debitoris apparet ex inuentario hæreditatis Gasparis patris, in quo d. Petrus Antonius de Carrettis census debitor, illud descripsit, ac etiam ex libris publicis Catastri Ciuitatis Perusiæ, in quibus à dicto Petro Antonio Carretto, in cuius fauorem positum erat, in Dominicum Pellinum, & demum in Bassos hodiernos possessores reos conuentos translatum fuit, cum quibus concordant instrumenta assignationis istius prædij factæ Pellino, & successiuè illis de Bassis *dicto Summario præterito de Antinoris num. 7. cum tribus seqq.* ex quibus quemadmodum apparet de
antiqua possessione Carretti census debitoris, † ita pa- 1
riter ex eadem facti serie deducitur recens possessio illorum de Bassis, quæ ex sola litis defensione probari consueuit, itaut tribus extremis plenè iustificatis † credito 2
nempe cum hypotheca, atque possessione antiqua debitoris, & recenti reorum conuentorum immissio Antinoris denegari non possit, ex vulgata regula de qua Caualer. *decis.* 204 *Reuerendissimus* Ninot. *decis.* 18. *et* 45. Arguelles *decis* 44. *et passim.*

Neque aduersari visæ sunt tres exceptiones à Bassio possessoribus obiectæ pro retardanda immissione Antinoris debita.

Non prima de præscriptione trigenaria, † quia dice- 3
bant Domini illam attendi non posse non probata scientia Antinori, quod prædium controuersum à suis de-
bitoribus distractum fuerit, † sine qua scientia non di- 4
citur Antinorus actionis suæ exercitium neglexisse iuxta deducta per Rotam *in recent part.* 14. *decis.* 108. *num.* 6. Merlin. *decis* 487. *num.* 18 & passim.

Non secunda de anterioritate hypothecæ ex eo deducta, quod medietas controuersi prædij tradita fuerit dicto Dominico Pellino, & eius filijs pro restitutione medietatis dotis Euphrosinæ, quæ fuerat mater Rubinæ de Carrettis dicti Dominici Pellini vxoris, & respectiuè sororis dicti Petri Antonij Carretti, atque alia medietas eiusdem Prædij assignata fuerat pro fructibus dotis eiusdem Rubinæ, quæ iura sunt longè anteriora censui imposito à dicto Petro Antonio Carretto anno 1616. cum Euphrosina mater eiusdem Petri Antonij, & Rubinæ haberet hypothecata bona Gasparis de Carrettis communis patris vsque ab anno 1578. pro suæ dotis restitutione fauore filiorum ad fideicommissum in dote sua constitutum vocatorum, atque dos eidem Rubinæ nuptæ Dominico Pellino promissa fuerit à Gaspare Patre vsque de
anno 1600. *Summaria de Bassis num. 3. et seqq.* † itaut 5
Bassi, in quos à Pellino prædium deuenit *Summario eorundem num. 7. et Summario præterito de Antinoris num. 7. et* 8. repellant posteriorem hypothecam illorum de Antinoris ad terminos *text. in l 2. in l. qui balneum 9. in l. potior, et in l. Lucius Titius 19 ff. qui potiores in pignor. habeantur* Cencius de censibus *quæst.* 98. *num.* 42. Rota post Pacific. de Saluiano *decis.* 176. *num.* 5. *et* 9. *post* Merlin *de pignor. decis.* 33. *et in Maceraten. Saluiani 2. Martij præteriti § obseruant coram me.*

Quia neque medietas poterat assignari Pellinis pro medietate dotis Euphrosinæ debitæ Rubinæ filiæ vigore fideicommissi in dotis constitutione appositi, tum quia Patruus, qui dotauit Euphrosinam, ex proprijs bonis pa-
ternis, & auitis ipsius Euphrosinæ, † vt ex ipso Perusi- 6
no Statuto præsumitur *lib. 2. rubr. 45. versic. item si quis*, atque ex instrumento dotationis probatur: ibi computatis in dicta dote, & bonis & hæreditate Cherubini patris, siue q. Salucci patris dicti Cherubini *Summario præterito de Antinoris num. 13. et Summario de Bassis num. 4.*
† non potuit pactum vsusfructus sua vita durante, at- 7
que

que onus reuersiuum inconsulta, & absente Euphrosina apponere ex ratione textus *in l. ab eo C. de fideicomm.* Ripa *in l. prima num 84. ff. solut. matrim.* Surd. *de alimentis tit. primo quaest. 25. num. 8.* Fontanell. *de pactis nuptialibus clausul. 5. glos. 10. part. prima num. 9.* Amat. Panormit. *resolut. 28. num. 5. & resolut. 68. num. 8.* atque alijs adductis dixit Rota coram Dunoz. Iun *decis. 328. num. 34. in Meleuitana Fideicommissi 20. Februarij & 19. Iunii 1669. coram Illustrissimo D. Beuilaqua Vrbis Gubernatore in Anconitana Dotis 23. Martii 1672. & 3. Martii 1673. coram bon. mem. Priolo, & in Camecinen. Dotis 8. Iunii proximè praeteriti §. cum enim coram me.*

Tum quia ex ratione superiùs ponderata, & ex alia deducta per informantes, quod fideicommissum purificatum fuerit fauore solius Petri Antonij fratris, non autem Rubinae sororis ex dispositione Statuti Perusini excludentis foeminas propter masculos, cum quo praesumitur contrahentes voluisse se conformare, verum est, illud non esse adeo clarum pro comprehensione Rubinae,
8 † vt valeat Antinoris immissionem retardare contra literam *text. in l. fin. vbi scribentes C. de edict.* Diui Adrian. Tollendo, *& in l. finali C. de compensat.* cum alijs deductis in illa *Perusina Dotis 13. Ianuarii 1672. §. fin. coram me*, quam postea sequuta est eadem Rota *in. Bononien. Praedii 16. Aprilis 1674. in principio coram bon. mem. Priolo, & in Bononien. Legati 2. Martii eiusdem anni §. insufficientia coram R. P. D. meo Bourlemont.*

Neque pariter alia medietas praedij controuersi detineri potest ex iuribus anterioribus dotis ipsius Rubinae sororis Petri Antonij debitoris vsque ab anno 1600. à Gaspare communi Patre promissae, quia cum ipse Gaspar ab anno 1578. esset prius obligatus pro dote Euphrosinae vxoris, vt dicebant vtrinque scribentes, atque pariter ipse Gaspar praedium controuersum possederit *Summario praetorio de Antinoris num. 7. 8. & 13. & Summario de Bassis num. 3. & 4.* consequens est vt ex persona Euphrosinae, quae ad fauorem illorum de Antinoris in instrumentis census est obligata *Summario praeterito eorundem num. pri-*
9 *mo & 2. &* ipsi Antinori creditores † in ius Euphrosinae debitricis succedentes iuxta *glos. in l. regulariter ff. de petit. haereditat.* easdem actiones exercere possunt, ac ipsa
10 Euphrosina, † etiam ad effectum immissionis ex Saluiano interdicto vigore ipsius anterioris hypothecae iuxta *text. in l. nomen C. quae res pignori obligari possunt* Castrens. *in l. sicuti num. primo C. de non numerata pecun.* Pacific. de Saluiano *inspect. 3. cap. 2. num. 195.* Thomat. *decis. 41. num. 9. & seq.* Rota coram Ludouis. *decis. 362. numer 10. & coram* Dunoz. Iun. *decis. 123. num. 3. & 4. repetit.* apud Posth. de Subhastat. *decis. 80. & post* Merlin. *de pignor. decis. 30. num. 10.*

Nec denique obstare visa est tertia exceptio respiciens excessum crediti, pro quo petebatur immissio, quoad scuta 100. quae sub vsuris accipere coactus est Antinorus pro solutione dd. fructuum, cum nulla intercesserit interpellatio, quia quidquid sit, vbi secundus contractus non est initus ad commodum, & incommodum debito-
11 ris, † aut potiùs initus est ob retardatam solutionem, & sic ob lucrum cessans, veluti in cambiis, in quibus terminis loquuntur Marchesan. *de commissione appellationis à Camerali obligatione parte prima §. 2. num. 14* Rota *recent. parte prima decis. 37. num. 3. & part. 13. decis. 524. num. 10. & seqq.* Millin. *decis. 293. per tot.* Merlin. *decis. 737. num. 9* Manzaned. *decis. 581. num. primo Eminentiss.* Otthobon. *decis. 92. & 269.* cum alijs in contrarium adductis.

Certum est cum agimus de damno emergenti ex coacta
12 solutione fructuum in causam census, fideiussorem, † cui fuit promissa indemnitas, posse accipere pecunias sub vsuris ad effectum soluendi debitum, pro quo fideiussit ad damnum principalis debitoris, etiam nulla praecedente intimatione, quia sub priori obligatione camerali, quae continet stipulationem pro damnis, & inte-
13 resse, ac sub expressa promissione indemnitatis, † dicitur hic casus ab initio cogitatus, & promissus ratione damnorum, quae fideiussor repetit ex culpa ipsius debitoris sibi ipsi notissima, cum non soluerit in tempore iuxta vtriusque iuris dispositionem *in l. si rato §. si vbi, & in l. si mandato §. fideiussor ff. mandati in cap. peruenit, & in cap. constitutis de fideiuss.* Bald. *in l. si quis seruo C. quod cum eo* Ruin. *cons. 106. numero primo & 2. volum. primo* Zacch. *de Societat. Officii num. 464.* Andreol. *contr. 77.* Rota *dioeces. part. 2. decis. 231. & coram* Vbald. *decis. 101. num. 8. repetit. post* Zacch. *de Societ. Officii decis. 60. & late explicat modernus* Venus. *in Theatr. veritat. lib. 5. de vsur. disc. 34.*

Et ita vtraque &c.

Confirmata fuit haec Decisio 21. Iunij 1675. coram eodem R. P. D. Rondinino.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO

Sacrae Rotae Decano.

Bononien. Fideicommissi de Nascentorijs.

Lunae 28. Ianuarij 1675.

ARGVMENTVM.

Quaestio illa an filijs legitimis, & naturalibus in conditione positis, veniant etiam legitimati, etiamsi testator facultatem se ipsos legitimandi concesserit, hic negatiuè resoluitur, quia talis facultas pro omnibus vocatis positiua in testamento non aderat illa verò concessa descendentibus non suffragabatur transuersalibus, & in omnem casum nec minus prodesset, quia fuerat obtenta post ius fideicommissarijs quaesitum.

SVMMARIVM.

1 *Linea in conditione posita an comprehendantur etiam nati ex illegitimo coitu à declaratione testatoris remanet sublatum.*
2 *Declaratio testatoris omnibus aliis interpretationibus est praeferenda.*
3 *Testator vbi se ipsum glosat, non recurritur ad glosam legis.*
4 *Sequentia semper declarant antecedentia.*
5 *Legitimatio obtenta post ius quaesitum haeredi fideicommissario mediante possessione adepta, non retrotrahitur ad diem purificati fideicommissi, & num. 11.*
6 *Legitimandi praeordinata testatoris voluntas ex quibus in esse deducatur, & in praeiudicium legitimorum sufficiat vide etiam num. seqq.*
7 *Legitimandi facultas concessa descendentibus, non censetur repetita in transuersalibus.*
8 *Repetitio non datur attenta diuersitate personarum & disparitate rationis.*
9 *Rationis diuersitas resultat ex disparitate rationis potius erga vnum, quam erga alios.*
10 *Legitimandi praeordinata testatoris voluntas positiua esse debet, nec sufficit sola vocatio, vel in conditione positio legitimorum, & naturalium, & num. 6.*
11 *Legitimatus post ius fideicommissario quaesitum non excludit substitutum in casu obitus grauati si sine filiis legitimis, & naturalibus decesserit, & num. 5.*

DECISIO CCCCXXVI.

APPROBANTES Domini fundamenta decisionis editae coram me die 8. * Iunij anni praeteriti iterum censuerunt, Aemilium filium naturalem Pirri Secundogeniti Aemilij Senioris, non posse, vel tanquam positum in conditione sub nomine lineae masculinae promiscuè comprehendentis filios ex quocumque coitu procreatos excludere Ioannem Baptistam in eius defectu substitutum, vel tanquam legitimatum, & sic comprehensum in vocatione legitimorum aspirare ad fideicommissum controuersum.

Nam quoad primum habemus mentem Testatoris explicitè declaratam in alia parte Testamenti comprehendendi, tam in conditione, quàm in vocatione filios dumtaxat legitimos Reassumendo enim omnes substitutiones superius ordinatas per modum regulae statuit, quod si in aliquo gradu, & in ordine successiuo Institutio-
num

num prædictarum Instituti, vel Institutus, ac hæres cum
effectu postea quandocumque decesserint, seù decesserit
cum filijs masculis legitimis, & naturalibus vno, vel
pluribus ipsos filios masculos, & illorum descendentes
masculos legitimos, & naturales in infinitum substituit
& si absque filijs, & descendentibus huiusmodi decesserit,
seù decesserint, vocatum, seù vocatos in sequenti gradu
Institutionum prædictarum, & illius, seù illorum fi-
lios, & descendentes legitimos, & naturales in stirpes,
vt supra instituit, & substituit; Vnde cum in substitu-
tionibus superius ordinatis fuisset vocatus secundogenitus
Æmilij Senioris, à quo descendit Æmilius Actor, & ex
verbis mox recensitis appareat, Testatorem posuisse in
conditione, & vocasse solùm filios, & Descendentes
masculos legitimos, & naturales hæredum supra Institu-
torum Hinc omnis ambiguitas, quæ oriri potuisset An
sub nomine lineæ in conditione positæ essent comprehen-
1 si filij nati ex illegitimo coitu sublata remansit ex declara-
2 tione ipsius Testatoris † omnibus alijs interpretationibus
præferenda juxta notata per Bald. *in Auth. nisi rogati sub*
num. 1. C. od. ad Trebell. vbi quod quando Testator se ip-
3 sum declarat, † non recurritur ad glosam legis, & se-
quuntur Curtius Sen. *cons. 29. num. 6.* Paris. *cons. 91. num.*
27. & consil. 97. num. 24. lib. 2. & Rota coram Coccin.
decis. 2231. num. 8.

Hoc maximè procedente, quando declaratio sumitur,
4 prout hic, ex sequentibus, † quæ semper declarant præ-
cedentia *l. Legatorum petitio §. pen. vbi Bald. in fin. ff. de le-*
gatis 2. l. si cum filiam, & ibi glos. verb. inferiore ff. de
ve. b. signif. & adiecit Rota *in allegata decis.* 2231.
num. 9.

Quantum verò attinet ad secundum punctum, ne-
que in contrarijs decisionibus fuit in dubium reuocatum,
quin legitimatio obtenta post ius quæsitum hæredi fidei-
commissario mediante aditione hæreditatis, & adeptio-
5 ne possessionis bonorum, † nequeat retrotrahi in præiu-
dicium eiusdem ad diem purificati fideicommissi, sed
hæc Iuris conclusio in se vera, & pluribus auctoritatibus
comprobata *in decisione, quæ reuidetur §. Ex his igitur,*
limitari prætendebatur in positione præterita, & in con-
trarijs decisionibus ex præordinatione Testatoris in hac
facti specie desumpta, Tum ex facultate ab eodem con-
cessa proprijs filijs se legitimari faciendi quandocumque,
6 † Tum etiam ex eo, quia substituendo filios legitimos,
quorum appellatione veniunt legitimati, censeatur per
consequens etiam ipsis concessisse facultatem prædictam.

His tamen non obstantibus, Iterum Domini dixe-
7 runt facultatem concessam proprijs Descendentibus, †
non censeri repetitam in Transuersalibus; Attenta di
8 uersitate personarum, † & disparitate rationis resultante
9 ex maiori affectione † Testatoris erga primos, vt præter
allegatos *In decisione sub § sed Domini* firmant Alex. *cons.*
158. num. 16. lib. 6. Honded. *cons. 57. num. 34. vers. quarto*
respondetur & num. 35. lib. primo Fusar *de Substit quæst.*
404 num 23. & 25 & Rota *decis. 354 num 3. & duob. seqq.*
part. 2. recent.

Et quoad vocationem, seù positionem in conditione
legitimorum pariter approbarunt responsionem datam in
alia decisione nimirum quod ex eis non possit desumi dis-
positiua præordinatio Testatoris ad hunc effectum requi-
10 sita, † vt in terminis substitutionis factæ in casu obitus
11 hæredis grauati sine filijs legitimis, & naturalibus † con-
tra legitimatum post ius, vt supra quæsitum hæredi fidei-
commissario responsum fuit per varios celebres Iuriscon-
sultos apud Bald *cons. 16. 17 & 18.* & respondit in ea-
dem Causa ipse Baldus *cons. 19. per tot. lib. 4* cum alijs in
alia *decisione relatis §. Quia non fuit dubitatum, & §. Et*
sane.

Et ita ex his, & alijs in eadem decisione ponderatis,
cum quibus DD transierunt, resolutum fuit standum es-
se in decisis, Ioanne Baptista tantum informante, Æmi-
lio pluries citato.

Altera præsentis causæ decisio, quæ hic confirmatur ha-
betur impressa in alio præcedenti Tomo primo huius
Decimæ Octauæ partis Recentiorum, vbi est in ordi-
ne Decisio 310.

R. P. D. MATTHÆIO.

Colonien. Canonicatus.

Veneris prima Februarij 1675.

ARGVMENTVM.

Alienum beneficium quis impetrauerat, & litem etiam super eo introduxerat, sed postea illius vita durante Siluerat; Cumque eo defuncto gratiosam subrogationem abtinere prætendisset, hæc eidem denegata est tam ex defectu non verificationis suæ gratiæ, quam ob non existentiam litis super titulo beneficij, nisi adhuc illam merè calumniosam dixerimus ob incompetentiam alicuius legitimi tituli, saltim colorati: Et tandem quia nulla aderat prouisio, sed solùm mandatum de prouidendo, quod ad hunc effectum, & in hac materia non sufficit.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatio gratiosa sine lite non datur, eaque debet esse super titulo beneficii.*
2 *Subrogationem gratiosam prætendens, debet petere beneficium tamquam suum; & tamquam collatum, non autem veluti debitum, & conferendum, & num. 15.*
3 *Lis super beneficio non inducitur per monitorium ab alio, & sine mandato procuræ reproductum.*
4 *Mandatum speciale in causa beneficiali requiritur.*
5 *Subrogatio gratiosa steme calumnia denegatur, & concessa non sustinetur, & num. 20.*
6 *Lis calumniosa non dicitur propriè lis, nec facit beneficium litigiosum.*
7 *Doctorem, vel Lectorem aliquem non esse probatur ex attestatione Secretarii Vniuersitatis, & num. seq. & num. 12.*
8 *Lector, vel Doctor, quod aliquis non sit euidenter probatur, si in Catalogo Lectorum, vel Doctorum non reperiatur descriptus.*
9 *Lis euidenter dicitur calumniosa, si nullus adduci potest color boni iuris.*
10 *Litiganti calumnioso, & maximè certo modo impetranti beneficium alterius, non datur subrogatio gratiosa, nisi saltem doceat de colore sui boni iuris.*
11 *Litis calumniosæ præsumptio crescit, si illa prosequuta non sit.*
12 *Officialium attestationes aliis, & quibuscumque contrariis anteponendæ sunt, & num. 7.*
13 *Mandatum de prouidendo quando potius, non autem collatio dicatur, & ex quibus verbis resultet ac num. seqq.*
14 *Beneficium non efficitur litigiosum per solum mandatum de prouidendo.*
15 *Beneficium non efficitur litigiosum, si non petitur tamquam suum, sed tamquam debitum, & lis non est super dominio, sed imploratur solum officium iudicis, & num. seq.*
16 *Vitium litigiosi in actione personali non datur.*
17 *Clausula, omne ius, in monitorio contenta quatenus operetur litem fuisse introductam etiam super dominio, & titulo beneficii, & num. seqq.*
18 *Beneficium non potest dici suum, sed vti tantummodo debitum, si nulla collatio præcesserit, sed adsit mandatum de prouidendo.*
19 *Beneficium non efficitur litigiosum ex sola clausula,* omne ius, *in monitorio contenta, si illa ad iudicium immissionis est restricta.*
20 *Vitium litigiosi quatenus deducatur, aut excludatur in beneficio certo modo petito, vel obtento etiamsi illius exequutio petita sit cum clausula,* omne ius, *& supra à num. 14.*

DE-

DECISIO CCCCXXVII.

IN vim Indulti Vniuersitas Coloniensis sibi conces-
si à Bonifacio Octauo, & Nicolao Quinto contulit
Canonicatum in Ecclesia Sancti Gereonis Henrico Ni-
casio, *vt Summ. num. primo ; & 2.* quem certo modocùm
impetrasset à Sede Apostolica Ioannes Esser, sub prætex-
tu, quod dictus Henricus non esset ad formam Indulti
qualificatus, Litteras 4. Iulii 1669. expediuit cum clau-
sula, *si ita est*, et super illarum exequutione impetrauit à
Iudice exequutore monitorium, quod vna cum illius no-
tificatione reperitur reproductum per eiusdem ass. Pro-
curatorem 15 Maii, & 14. Augusti respectiuè anno
1670. *Summario Ioannis num. primo* a. *&* 4. ab indè
verò circa licèt viuente Henrico Siluerit, & nihil in
causa peregerit, tamen morte eiusdem Henrici super-
uenta, subrogationem gratiosam in iuribus illius po-
stulauit, quam non solum impugnauit dicta Vniuersi-
tas, sed etiam Franciscus Franchen. ab eadem Vniuer-
sitate nouitèr prouisus, & in illius possessionem immis-
sus, cumque Eminentissimus Prodatarius censuerit con-
sulere Rotam, ideò mihi transmisit Dubium, An
danda sit subrogatio, & de more illo in Rota proposito,
negatiuè fuit resolutum.

Potissima ratio resolutionis fuit, quia nulla probatur
lis legitima inter Henricum dùm viueret, & Ioannem
1 Esser subrogari petentem, † & tamen ad obtinendam
gratiosam subrogationem particulare fundamentum est
lis, & illa quandocumque debet esse super titulo Be-
neficii *cap. 2. vt lit. pend. in 6.* Loter. *de re benefic. lib. 2. qo.*
20. numer. 42 Cassad. *decis. 2. de praeb. & decis. 4. vt lit. pend.*
& in rec. decis. 104. num. primo par. 13. & oportet, quod
Actor in illa Beneficium vti suum petierit, non autem
2 vti sibi debitum, † & tanquàm collatum, non autem
conferendum, *Glos. in cap. 2. verbo finita vers. si autem pe-*
tit, vt lit pend. in 6 Innoc. *in cap. cum M. Ferrarien. num. 9 de*
Constit. Parif *de resignat. lib. 2. quaest. 3. num. 5.* Garz. *de benef.*
par 11. cap. 3 num. 76. & seq Rota coram Puteo *decis. 485. n.*
primo & 2. lib. 2. coram Greg XV. *decis 335. per tot. & in*
rec. dec. 202. par. 4. tom. 2. per tot. & decis. 335. nu. primo parte
11. & in Oxomen. Canonicatus 10. Apr. 1671. coram Reueren-
dissimo Albergato Decano.

Monitorium autem, quod fuit coram Exequutore
impetratum, & cum notificatione, vt supra reprodu-
ctum, & mediante quo Ioannes Esser Henrico insi-
nuauit litterarum Apostolicarum expeditionem, & pos-
sessionem Canonicatus per eum captam in vim decreti
3 Executoris non fuit sufficiens ad inducendam litem, †
dùm illud fuit obtentum, & reproductum à persona,
de cuius mandato procuræ nequaquam in actis doctum
fuerat, Bald. *in l. licet C. de procur.* Grat. *discept. 66. num.*
34 & 35. Lotter. *de re benef. lib. 2. quaest. 20 num. 119. & 120.*
Rota coram Coccino *decis.* 2003. *num* 16. coram Peuting.
decis. 344. num. 13. Attento maximè quod agitur de causa
4 beneficiali, † in qua requiritur speciale mandatum Franc.
in cap. qui ad agendum 4. §. si Procurator col. penult. num. 5.
de procurat. in 6 Grat *d. discept 66. num 45.*

Verùm admissa etiam lite ex alio motiuo huiusmodi
subrogatio minimè sustineri valet, dùm inspecta tàm
persona ipsius Ioannis quàm Henrici, contra quem
5 fuit facta impetratio, † in vtrumque cadit calumnia,
quo casu subrogatio denegatur, & concessa non subsi-
netur, Mandos. *super reg. de subrogat. qu 6* Cassad. *decis. 7.*
de dol. & contum. & decis. 5. vt lit. pend. Rot. coram Serap.
dec. 1165 num 7. coram Dunoz. Iun *decis. 971. num. 9. coram*
bon. mem. Celso *decis. 148 num. primo coram* Coccino *decis.*
1215 num. 14 & in recen. decis. 167 num. 18. & seq. par. 4.
tom. 2. cuius ratio est, quia lis calumniosa propriè non dici-
6 tur lis, nec facit Beneficium litigiosum Mandos *super reg.*
de subrog collitig quaest primo num. 6. & seqq. & præsertim
num. 11. Cassad. *decis. 7. num primo* Rota coram Coccino *di-*
cta dec 1215. num. primo & decis. 167. num. 9 par 4 tom. 2. rec.

Etenim ex parte eiusdem Ioannis calumnia apparet,
dùm non erat de tempore collationis, Lector in Theo-
logia, nec in iure Canonico, vel ciuili, prout narra-
uit Sanctissimo, quod non esset talis probat attestatio
Decani, & Secretarii ipsius Vniuersitatis quibus defe-
7 rendum venit vti attestantibus de re ad eorum officium
spectante Spad. *consil. 124. & cons. 158. vtrobique numer. 18.*
Rot coram Caualer. *decis. 10. numer. 12.* & maximè atten-
8 to Catologo, † in quo ipse inter Lectores descriptus non
reperitur, Bart. *in l. fin. nu. 2. C. de reb. credit.* Decian. *cons. 39.*
num. 12. lib. 3. Mascard. *de prob. concl. 1296. num. primo.*

Respectu verò Henrici calumnia eò minus euitari po-
test, dùm in ipso præfulgebant omnes prærogatiuæ in
Indulto Clementis, & Nicolai requisitæ, vt plenissi-
mè constat ex *Summ. num. 5. lit. B. et C.* & ex verbis dete-
gitur lis, & impetratio calumniosa, & cum exaduerso
nullus adduci possit boni Iuris color; † Semper erit ve- 9
rum dicere, quod ipse sit verus, & clarus calumniosus
litigator, cui & præcipuè certo modo impetranti, non
datur subrogatio, † nisi saltem de colore sui boni Iu- 10
ris doceat, Rebuff. *super reg. de subrog. claus. 3. nu. 3.* Man-
dos *quaest. 6. et 11.* Rot. coram Coccino *decis. 1215. num. 16.*
& quidem ex ipsis actis, & litis prosequutione, qua ces- 11
sante, non solùm calumniæ præsumptio crescit, ve-
rùm etiam & ipsa lis cessare videtur non habens vndè
substenterur, vt explicat Lotter. *de re benefic. lib. 2. quaest.*
20 num. 93. ad 107.

Nec releuat fides adducta eiusdem Notarii contra-
rium deponentis, quia illa facta fuit à Notario, nullo
præcedente rogitu, & destituta Testibus, & fatetur se
hoc audiuisse à Decano, & Secretario, qui contrarium
testantur, † quorum attestationes vti ab Officialibus pro- 12
uenientes anteponendæ veniunt, *cap. ad audientiam de*
præscript. Rot. coram Seraphin. *decis. 792. num. 3. et coram*
Buratt *decis 910 num. 8.*

Potissimum etiam, quia literæ à Ioanne obtentæ,
fuerunt expeditæ cum clausula, *si ita est*, & in eis fue-
runt dati Executores, ibi: *si ita est, Canonicatum, et*
Præbendam conferei, et accipere auctoritate nostra curetis,
† quæ verba important mandatum de prouidendo, non 13
autem collationem, Vndè beneficium dici non potest ef-
fectum litigiosum, † cum non peteretur, neque peti po- 14
test tanquàm suum, sed tanquàm debitum, & non vti
collatum, sed vti conferendum, & lis non est super do-
minio, † sed imploratur quodammodò Officium Iudicis, 15
& videtur quædam actio personalis, † in qua non tra- 16
hitur vitium litigiosi, Innoc. *in cap. cum M. Ferrarien. nu-*
mer. 9 vers. sed appone de const. Io Andr. *num. 20. 23. et 24.*
Butr. *num. 58.* Imol. *num. 25.* Specul. *in tit. de appell. § nouis-*
simè nu. 16. 17. et 18. Vital. *in clement. 2. num. 71. et seq. vt lit.*
pend. & hanc esse opinionem magis communem tenet
idem Imol. *supra citatus*, & ab ista non esse recedendum
firmatum fuit *in decis. 1215. coram* Coccino *num. 3. in fine*
& cum eadem secuta fuit eadem Rot. *decis. 202. num. 3 par.*
4. tom. 2. recen.

Et quamuis monitorium conceptum fuerit cum clausu-
la, *omne Ius*, † quod efficit, quod causa censeatur in- 17
ducta super titulo Beneficii; Attamen hoc procede-
ret, si præcessisset collatio, & per consequens, si adés-
set materia præexistens, vt posset istud Beneficium tan-
quàm suum petere, non autem quando adest solum 18
mandatum de prouidendo, ex quo non potest peti, nisi
vti debitum, & propterea cùm non præcesserit colla-
tio, & non præexistat materia huiusmodi nihil opera-
tur, Rota coram Dunozetto Iuniore *decis. 45. numer.*
2. & 3. eoque magis quia huiusmodi clausula fuit restricta
ad Iudicium immissionis, † quod cùm respiciat solum 19
immissionem, efficere nequit Beneficium litigiosum *glos.*
in cap. primo in verb. litigiosæ de confirm. Bald. *in l. 2. post*
numer. 3. C. de litig Lotter. *de re benef. lib. 2. quaest. 20. nu-*
mer. 42. Rota coram Greg. XV. *decis 335. num. 5. & in re-*
cen. decis. 343. num. 2. par. 2. & excludit vitium litigiosum 20
etiam in remedio adipiscendæ Cassad. *decis. 4. vt lit. pend.*
Mandos. *in reg. de subrog quaest. 13.* Rota coram Greg. XV.
decis. 335. num. 6.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. CALATAIV.

Romana, seù Verulana Fideicommissi.

Veneris 1. Februarii 1675.

ARGVMENTVM.

Fideicommissario immissionem petenti op-
ponebatur exceptio antiquioris fideicom-
missi, sed quia ille de suis requisitis
con-

concludenter docuerat , anterius verò fideicommissum apparebat turbidum , ex quo eius instrumentum nec fuerat recognitum , nec reperiebatur inter protocolla Notarij rogati ; Quinimò hoc recens fideicommissum fuerat etiam ab hærede acceptatum , ideò pro immissione fuit decisum.

SVMMARIVM.

1 *Immissio fideicommissario conceditur docto de fideicommisso, illius purificatione , & de identitate bonorum.*
2 *Fideicommissi anterioris exceptio , si est turbida non retardat immissionem venienti ex posteriori fideicommisso.*
3 *Instrumentum non recognitum , nec repertum inter instrumenta Notarii rogati , nihil probari.*
4 *Antiquitas non probatur ex sola data , cum possint confici scripturæ modernæ cum data antiqua .*
5 *Instrumenta etiam publica si deficit obseruantia diminutionem recipiunt .*
6 *Enunciatiua vaga sine expressione diei , et notarij , cum possit referri ad aliam scripturam , non concludit veritatem scripturæ controuersæ .*
7 *Enunciatiuæ desumptæ ex scripturis informibus , sicut de per se non probant , ita nec tribuunt fidem enunciato.*
8 *Fideicommissum si fuit ab hærede acceptatum, non potest amplius ab hærede hæredis impugnari .*
9 *Immissio fideicommissario conceditur super detractionibus , & aliis bonis liberis non obstante exceptione antiquioris fideicommissi .*
10 *Fideicommissarius probare tenetur quænam sint bona fideicommissaria , & quæ testator reliquerit tempore obitus .*

DECISIO CCCCXXVIII.

SILVIVS, & Paulus de Philonardis conseruationi Agnationis prouidere intendentes, quamplura bona irreuocabiliter inter viuos donarunt propriis filiis masculis legitimis, & naturalibus natis, & nascituris ex eorum, & cuiuslibet ipsorum lineis in perpetuum, ita ut filii masculi, nepotes, & alii descendentes masculi Pauli succedant tantum in eius bonis, filii verò masculi, nepotes, & alij descendentes masculi Siluii succedant tantum in bonis ipsius Siluii, & in defectu descendentium vnius lineæ succedere voluerunt descendentes alterius lineæ in infinitum, vt latius in Instrumento donationis dato in Summario *num.* 1.

Defuncto postremò sine filiis Mario vltimo de linea Siluii, Paulus Æmilius, & fratres vti de linea Pauli petierunt coram R. P. D Millino associationem, vel immissionem ad prædicta bona fideicommissaria possessa à Felice, & aliis de Columnis vti hæredibus testamentariis dicti Marii; Verum quia per specialem commissionem Sanctissimi mihi directam, iniunctum fuit, vt procedat de voto Rotæ; Ideò causa proposita, Domini immissionem dandam esse dixerunt

Quia fideicommissum Siluii etiam de linea ad lineam in dicto Instrumento donationis constituto vtpote literale non fuit in controuersiam deductum, minusque fuit dubitatum de illius purificatione in personam Pauli Æmilii,
1 nec de identitate † bonorum ; Quibus concurrentibus dari solet fideicommissario immissio ex remedio vtilis Saluiani pro auocatione bonorum donatorum, vt tenuit Rota coram Seraph *dec* 88.*n* 1.*dec*. 244.*num* 1.*par*.7 *decis*.131. & 427.*num* ... *n* 1. *par*.14. *recent*. & coram Cardinali Celso *dec* 108 *n*.2

Non obstat exceptio antiquioris fideicommissi Saturni Patris dicti Siluii , quod expirasse prætenditur in persona
2 M... † quia ista tamquam turbida non est apta retardare immissionem venienti ex fideicommisso posteriori, Argel. ... *certi ad* 8. *q* 10 *n* 280. & *seqq*. Rota coram Bichio ... 216 *n* 4 ... *coram* Manzanedo *dec*.634 *num*.6. & *in rec*. *dec* 444.*n*.12.*par*.4 *t* 1. & *in Interamnen fideicommissi* 28. *Martii* 16... & *prima Febr* 1668.*cor Eminentiss Carpin* & 7. *Iun*.166... *cor*. *R. P. D. meo Beuilaqua*. Turbiditas ex pluribus resultare videtur, & primò, quia de fideicommisso Saturni non constat ex legitima scriptura ; nam testamentum rogatum legitur de anno 1567. à Prospero Amato, quem non constat fuisse tunc temporis Notarium ; imò eius protocolla existentia in Archiuio Terræ Bauci incipiunt solum de anno 1586. & in illis registratum non reperitur tale Instrumentum , iuxtà fidem Archiuistæ datam in Summario *num*. 15. nec est recognitum , † prout de iure requiritur *cap. primo de fid. instrument*. non obstante 3
eius antiquitate , quæ robur dare solet etiam scripturis informibus , quia antiquitas non probatur ex sola data, † cùm possint confici scripturæ modernæ cum data antiqua , Rota *decis*. 59. *num*. 24. *part*. 9. *recentior*. Maximè dum deficiunt adminicula , & quod peius est , non probatur obseruantia , † sine qua etiam publica Instrumenta diminutionem fidei recipiunt Eminentiss. Otthobon. *decis*. 40. *num*.22. & 23. & *decis*. 703. *num*. 8. *part*. 2. *recentior*. Nec pro adminiculo sufficit enunciatiua reperta in Testamento Vellij vnicus ex filijs dicti Saturnij , quia cùm sit nimis vaga absque expressione diei , & Notarij de illo rogati , † & possit referri ad aliud Testamentum , non concludit pernecesse veritatem istius , de quo agitur , Rota *decis*. 173. *num*. 6. *part*.4. *tom*.2. *recent*. & *coram* Dunozett Sen. *decis*. 235. *num*. 3. Minusque aliquid concludunt aliæ enunciatiuæ desumptæ ex schedulis , & aliis scripturis informibus , quæ sicut nullam faciunt probationem , † ita non possunt fidem tribuere prædictis enunciatiuis , *l. nemo plus ff. de reg. iur*. Rota coram Dunozett Sen. *decis*.232 *num* 20. & 31.

(Margin numbers beside the preceding paragraph, in order: 4, 5, 6, 7.)

Secundò quia dictus Marius expressè acceptauit fideicommissum Siluii , † vt in Summario *num*. 9. & *seq*. vnde non potest eius factum impugnari à Felice , & aliis de Columnis illius hæredibus , Dec. *cons*. 516. *num*. 22. Decian. *cons*.44.*num* 77.*lib*. 3.Barz. *decis*.81.*num*.16. & *decis*.429.*num*.5.*part*.12.*recens*. 8

Tertiò quia Siluio competebant detractiones legitimæ Trebellianicæ , & dotis maternæ in bonis dicti Saturni Patris , atque vlterius idem Siluius plura bona proprio nomine acquisiuit , † pro quibus omnibus nequit saltem eius fideicommissarijs retardari immissio , Rota *decis*. 755. *num*. 2. *parte* 3. *decis*. 444 *num*. 12. *part*.4. *tom*. 1. *recent*. & *coram* Dunozett. Iun. *decis*. 663. *num*.19. & *in Bononien. fideicommissorum prima Iunii* 1671. *coram* R. P. D. *meo Decano* , nulla habita consideratione alienationum à Siluio factarum , tùm quia sunt modicæ , tùm quia non probatur bona alienata fuisse hæreditaria Saturni. 9

Quartò demum , quia non constat, quænam sint bona fideicommissaria dicti Saturni , † & quænam reliquerit tempore obitus , prout requiritur , Rota coram Gregor. *decis*. 206. & *apud* Merlin. *de pignor*. *decis*. 58. *num*. 3. *et decis*. 144. *num*. *primo* , *coram* Dunozetto Iun. *et in dicta Interamnen. fideicommissi* 7. *Iunii* 1669. *coram R. P. D. meo Beuilaqua*. 10

Et ita vtraque &c.

R. P. D. RONDININO.

Tranen. Iuris sepeliendi.

Veneris 1. *Februarij* 1675.

ARGVMENTVM.

Adeo subiacet agitationibus homo , vt etiam mortuus quandoque quiescere non permittatur ; eius itaque cadauer exhumari deciditur, quia ab alieno Parocho sepultum erat ; Cumque ageretur de viro in Suburbijs , & in Territorio , non autem in Ciuitate degente, ibique etiam defuncto , existentia proprij Parochi à diuisione parochiarum eiusdem Ciuitatis fuit desumpta , & rationabiliter etiam ad illius territorium extensa, quia hæc diuisio non materialiter tantùm accipienda est , sed etiam intellectualiter ratione indiuiduorum ibidem existentium.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Sepeliens Parochianum alienum, de iuris rigore illius corpus restituere tenetur declara, & limita vt num. seqq.*

2 *Attentata licet regulariter ante omnia sint reuocanda, reijciuntur tamen ad finem litis, ne scandalum oriatur in populo.*

3 *Cadaueris exhumatio, ob vexationem humanarum cinerum, quoad fieri potest est semper vitanda, propter scandalum, quod ex inde resultat.*

4 *Restitutio, puta cadaueris, si ex iusta causa fieri non debet, expensæ tamen, & alia ad funus consequutiua semper restituuntur.*

5 *Cadauer humanum dolosè, vel attentate in aliena Ecclesia, vel sepultura repositum suo loco restituendum est, & num. 1.*

6 *Dolus ex iuris ignorantia, & possibili interpretatione excluditur, & ideo cessat in iis, quæ in sententiis, vel decisionibus poterant credi non fuisse comprehensa.*

7 *Attentata secluso dolo, & superioris contemptu, non admittuntur.*

8 *Attentatorum ad exclusionem omnis possibilis intellectus admittitur, & num. 6.*

9 *Pœna non imponitur nisi per dolum, quæ in ignorante non cadit, & num. 10.*

10 *Ignorantia licet excuset à pœna, non impedit tamen reuocationem attentatorum.*

11 *Attentata pœnalia reuocantur per viam priuilegiatam attentatorum, attentata verò iuris per viam nullitatis, & officio iudicis, & num. 9.*

12 *Diuisio, & sententia ab earum petitione declarantur.*

13 *Diuisio Terræ, vel Ciuitatis quatenus importet diuisionem illius Territorij, & num. seqq.*

14 *Expressum aliquid dicitur ex intentione agentium & ex natura actus.*

15 *in Diuisione quid comprehensum sit, attenditur intentio contrahentium, ac etiam natura actus eiusdem diuisionis.*

16 *Parochialium alicuius terræ vel ciuitatis diuisione facta, illius etiam Territorium diuisum fuisse censetur, & num. 22. & seqq.*

17 *Ciuitatis vel Terræ dispositio quatenus comprehendat degentes extra Mœnia, & in Territorio, atque in illius Diœcesi, & num seqq.*

18 *Ciuitas vel Terra quoties non est materialiter sumpta, sed solum intellectualiter, tunc illius appellatione, vel nomine, continentur etiam homines degentes in agris, & num. seqq.*

19 *ex Intentione, & Agentium mente resultat quid in aliquo actu fuerit comprehensum, & sup. à num. 15. & num. seqq.*

20 *Personæ, & non locus si in aliqua dispositione fuerunt consideratæ, non est dubium quod sub dispositione, & appellatione loci omnes contineri debent, & sup. à num 13.*

21 *Ciuium appellatione veniant etiam nati in suburbiis, vicis vel in agris adiacentibus.*

22 *Morientes extro Mœnia Ciuitatis, in qua Parochia sepeliendi sint, & supr. à num 1. & per totam.*

23 *Attentata resultant etiam in alijs, qui ratione connexionis, vel dependentiæ comprehenduntur in sententiis, & num. seqq.*

24 *Casus implicitè adhuc in sententia contentus, regulatur, & intelligitur ad limites eiusdem sententiæ, & num. 23.*

25 *Sententia vt aliquid in se comprehendat, sufficit etiamsi hoc implicitè, & indirectè resultet.*

DECISIO CCCCXXIX.

NVNQVAM dubitarunt Domini attentatum
dici cadaueris sepulturam ab alieno Parocho fa-
1 ctam; † quamuis declinato iuris rigore de quo in
cap. ex parte 5. & in cap sequenti de sepultur. ex
2 quadam æquitate contra attentatorum naturam, †
quæ in litis initio sunt reuocanda, exhumationem
3 cadaueris ad litis exitum DD. reijcerunt, † ne scan-
dalum in populos oriatur, ob translationem cada-
ueris, quæ contingere posset in humanarum cinerum
vexationem, Gemin. *in cap. non solum in fin. de appel-*
lat. in 6. Marsil. *singul.* 199. *num.* 1. Menoch. *de recupe-*
ran. possess. remed. vltimo num. 36. Lancellot. *de attent.*
part. 2. cap. 4. lim. 13. num. 1. & seqq. & hucusque ser-
uauit Rota *in antiquis decis. 1. de causa possess. & pro-*
priet. & decis. 8. vt lite pendente, & coram Gregorio
XV. *decis. 276. num. 5. & 6. vbi Adden. num. 9. & in re-*
cent. part. 3. decis. 657. num. 2. nisi vel iusta causa ex-
cusaret à restitutione † cadaueris, quo casu expensæ, 4
& alia ad funus consequutiua restituuntur, iuxtà
text. in cap. literas de restitut. spoliator. Sanchez *de ma-*
trim. lib. 10. *disput.* 12. *sub num.* 22. Rota coram Bich. *de-*
cis. 439. num. 12. repetit. in recent. part. 11. decis. 76.
vel è conuerso dolosa contrauentio in spretum Inhibi-
tionis † ad primæuum iuris rigorem, attentati fune- 5
ris purgationem redigeret, Menoch. *in cap. non solum*
num. 8. in fine de appellat. in 6. Vestrius *in praxi lib. 8. cap.*
4. num 8. ante finem, vers. admoneo tamen, Rota coram
Bich. *d. decis. 439. num. 5. & seqq.*

Sed in proposito casu, de quo agimus inter Ecclesiam
Sancti Iacobi, & Ecclesiam Sanctæ Mariæ in Ter-
ra Baroli occasione Cadaueris Liuij de Martino Ad-
uenæ, quod neglectis protestationibus Ecclesiæ Sancti
Iacobi Præsbyteri Sanctæ Mariæ in propria Ecclesia
humarunt, eatenus Domini dixerunt actum, non es-
se attentatum in *decis. 25. Iunij* proximè præteriti co-*
ram me; quatenus hic articulus decedentium extra mœ-
nia, non fuerit examinatus in decisionibus, & conse-
quenter non comprehensus in sententiis Rotalibus, ne-
que etiam in diuisione antiqua inter ipsas Ecclesias re-
stricta ad ipsam Terram Baroli, ad cuius limites sen-
tentiæ prodierunt. Itaut cùm Præsbyteri Ecclesiæ Sanctæ
Mariæ potuerunt credere hunc virtualem intellectum
decedentium extra mœnia, neque diuisioni, neque
sententiis accommodari, non videantur esse in dolo,
† qui ex ipsa Iuris ignorantia, atque ex omni possibi- 6
li interpretatione excusatur, iuxta *text. in l. etsi, l. 25.*
§. scire ff. de petit. hæred. ad exclusionem attentatorum,
quæ secluso dolo, & superioris contempto, † non 7
admittantur, vt post Abb. *in cap. cum sit in fin. de ap-*
pellat. Bellamer. *decis.* 540. Menoch. *cons. 74. num. 12. &*
13. cum alijs, quos in terminis sequitur Lancellott.
de attent. part. 2. cap. 4. lim. 27. num 4. & seqq. adhibi-
to ad illorum exclusionem † omni intellectu, ex ra- 8
tione *text. in l. merito ff. pro socio, & in l final. C. de*
probat. & sæpiùs dixit Rota coram Buratt. *decis. 644.*
in fine, & coram Mantic. *decis. 167. num. 4.* cum alijs
in decis. huius causæ 25. Iunij proximè præteriti coram me
in fine.

Verùm hodie reproposita causa, dicebant Domini
excusationem hanc admitti quidem posse, quoad at-
tentata pœnalia, cùm nonnisi dolo pœna imponatur,
† quæ in ignorante non cadit, ad terminos *text. in l.* 9
nemo videtur, & in l qui in ius §. nemo videtur, vbi de-
cis. Cagnoli, & alioram ff. de regal. iur. vt aliàs dixit Ro
ta *in recent. part. 12. decis. 175. num. 5.* Non autem quo-
ad attentata iuris respicientia nullitatem actus, quia
etsi ignorantia excuset à pœna, † non impedit tamen 10
reuocationem gestorum contra prohibitionem Iuris, vel
Superioris, quæ ideò contra Ius attentata dicuntur;
& si non reuocantur ex priuilegio, & per viam atten-
tatorum, † reuocantur; tamen officio Iudicis, & 11
per viam nullitatis, vt futuris casibus prouideatur, &
dissidijs similibus occurratur, iuxtà antiquam Rotæ di-
stinctionem, quam pro declaratione Gloss. *& scriben-*
tium in cap. non solum de appellat in 6. adhibuit coram
Puteo *decis. 27. num. 6. lib. 1. & coram* Cæsar. de Grass.
decis. 2. num. 4. & seqq. de appellat. & in alijs relatis co-
ram Duran *decis. 177. num. 5.* quam in his terminis alijs
adductis comprobauit eadem Rota *in recent. part 9. decis.*
283. num. 17. cum seqq.

Neque dubitatum fuit Ecclesiam Sanctæ Mariæ con-
tra Iuris, & Superioris auctoritatem egisse, sepelien-
do cadauer illius aduenæ, qui defunctus est extra mœ-
nia Terræ Baroli quoad illam partem contentam sub di-
uisione eiusdem Terræ, quæ diuisio ad solam Terram
restringi non potest; Tùm quia quidquid contrarium
alias suppositum fuerit, petitio diuisionis se extendit ad
distinctionem eiusdem Territorij, Summ. Ecclesiæ
Sancti Iacobi *num. 1.* † à qua deinde declaratur di- 12
uisio, iuxtà *text. in l. 1. vbi* Iason *num. 7. C. diuers.*
rescript. Rota *recent. part. 14. decis. 271. num. 2. & 4.*
& in

& in d. decis. huius causæ 25. Iunii proximè præteriti coram me §. fin.

Tùm quia procedendo ad terminos textus cum ibi notatis per Gloss. & Scribentes in *cap. ad audientiam de Eccles. ædif. & in* Concil. Trid *sess. 24. de reform. cap. 13. in*
13 *fin.* nisi diuisio extendatur extra mœnia Terræ, † non videretur satisfactum dispositioni Iuris, cùm non esset euitata confusio promiscuè administrationis Sacramento-
14 rum, † itaut id expressum censeri debeat, veluti ex inten-
15 tione agentium, atque ex natura actus † in ipsa diuisione inclusum, iuxtà *text. in l. cum quid ff. si cert. petat.* Gratian. *discept. 5. num. 17.* & meliùs *in discept. 689. num. 10.* cum alijs per Rot. *in recent. part. 4. tom. 2. decis. 28 num. 5.*

Tùm denique quia in similibus diuisionibus parochialium pro tollendis dissidijs, atque scandalis euitandis, vi-
16 debatur Dominis diuisa Terra, † diuisum quoque fuisse Territorium, quia licèt magna sit quæstio inter DD. An
17 sub dispositione Ciuitatis, vel Terræ, † contineantur quoque degentes extra mœnia, & in Territorio, ac in Diœcesi; quotiescumque tamen non sumus in odiosis, vel ex natura actus, aut ex intentione agentis, non dignoscitur, Ciuitatem, vel Terram materialiter sumptam fuisse pro
18 ambitu murorum, † quo casu homines in agris degentes, non continentur, ad terminos *text. in cap. Rodulphus, vbi Canonistæ omnes de rescript. & in cap. quamuis §. quamquam de præbend. in 6.* Oldrad. *cons.* 121. *num.* 8. latè Franciscus Marc. *decis. 365. per tot.* Rota coram Coccin. *decis. 118. & decis. 129. sub num. 2. & coram* Peuting. *decis. 229. num* 30.

Sed potiùs, vt in casu nostro, tam ex agentium men-
19 te, quàm ex natura actus, † dignoscitur eandem fuisse rationem comprehendendi, tàm degentes in Terra, vel in Ciuitate, quàm extrà illam, ad terminos *text. in §. si quis in nomine Auth. de Ecclesiast. tit.* tunc demum non est
20 dubium omnes † contineri, cùm hoc casu, non locus, sed personæ considerentur, iuxtà *text. in l. qui in continentibus 147 ff. de verbor. signif. & in l. qui ex Vico 30 ff. ad municipale,* & pro declaratione *Text. in l. Vrbis appellatio ff. de verbor. signif.* notat ibi Rebuff. *vers. quarto restringitur,* Valenzuol. *cons. 97. num. 33. vol. 1.* Capic. Galeot *lib. 2. controu. cap. 20 num. 31. & seqq.* Castill. *controuers. tom. 6. cap. 153. num. 14. & post* Bartol. *in l 2 colum. fin. ff. de verbor. signif.* In proximis terminis probant Ferrett. *cons. 222. nu. 5.* Garz. *de benef. part. 7. cap. 9. num. 27.* Barbos. *tract. variar. de appellat. iuris appel. 49. sub num. 7* Rot. *in Toletana Parochialis coram Arigon. apud* Garz. *de benef. part. 9. cap. 2. sub num.* 341. cum alijs latè congestis coram Zarat. *decis. 22. num. 20.*
21 *& seqq.* adeout Ciuium appellatione † nati in Suburbiis, vel Vicis, & Agris adiacentibus comprehendantur, ex deductis per Franch. *decis. 129. & 604* Rouit. *decis. 63. num. 19. & in Regien. Consoretti 26. Iunii 1671. §. consideratus, 30. Maii 1672. §. probauit, & 16. Ianuarii 1673. §. habet quidem coram R. P. D. meo Bourlemont, & in decis. huius causæ 25. Iunij proximè præteriti coram me §. nulla habita.*

Ex his autem cùm dubitari nequeat, quin diuisio inter istas Ecclesias Parochiales comprehendat tam decedentes
22 intra, quàm extrà mœnia Terræ, † consequens est, vt actus saltem contra iuris dispositionem attentatus fuerit ratione connexionis, & dependentiæ istius casus ab anti-
23 qua diuisione Ecclesiarum, † ad cuius limites sententiæ
24 Rotales prodierunt, † & sub qua casus iste implicitè continetur, iuxtà narrata per Butr. & Imol. *in cap. dilectus 29. de rescriptis,* Alex. *consil. 89. colum final. volum. 1.* Rot. coram Achill. de Grass. *decis. 32. de appell. & in diuers. part. 2. decis. 6. num. 8.* Card. Cels. *decis. 362. num. 4.* cum suf-
25 ficiat implicitè, † & indirectè per relationem ad diuisionem, & petitionem, casum hunc deductum fuisse, vt in *recent. part. 10. decis. 15. num. 14. & seqq.* & meliùs in *decis. 178. num. 11 & seq. & num. 16.*

Et ita à decisis Domini recesserunt, Clero Sancti Iacobi informante, & Præsbyteris Sanctæ Mariæ pluriès monitis.

Altera præsentis causæ decisio est impressa supra in præcedenti tomo primo istius decimæ octauæ partis, cuius est in ordine 348.

R. P. D. MATTHÆIO.

Tarraconen. Iurisdictionis.

Veneris 1. Februarii 1675.

ARGVMENTVM.

Occasione appellationum, quæ æquè à Concilio Tridentino, ac Sacris Canonibus recipi prohibentur sine insertione sententiarum, & non exhibito instrumento earundem appellationum, plura de immemorabili, ac etiam de quadragenaria præscriptione adducuntur; vtraque in præsenti sublata, tùm quia nec probata erant à testibus super eis deponentibus, & remouebantur etiam à decreto irritanti eiusdem Concilij apposito adhuc in resolutionibus Sacræ Congregationis illius.

SVMMARIVM.

1 *Appellationes recipi non debent sine insertione sententiæ iudicis à quo, & non exhibito earundem appellationum instrumento.*
2 *Immemorabilis consuetudo contra dispositionem Concilii Tridentini, non suffragatur, tamquam ab eodem Concilio sublata.*
3 *Immemorabilis consuetudo contraria tollitur etiam à decretis, & resolutionibus Sacræ Congregationis Concilii Tridentini.*
4 *Testium fides attenditur super interrogatoriis, non autem super articulis*
5 *Immemorabilem vt probent testes coarctare debent negatiuam, & num. 11.*
6 *Negatiuam non probat testis deponens veritas se habere, quia vti officialis aliter non fecisset, aut fieri permisisset si alias etiam officialis erat, qui contrarium facere poterat.*
7 *Testis deponens per verbum* credit, *vel non* recordari *non probat negatiuam, quia non remouet sensum ab actu.*
8 *Immemorabilem vt probent testes, debent remouere sensum ab actu, & num. seqq.*
9 *Negatiua non dicitur probata, si possibilitas contraria non fuerit exclusa, & num. 8. cum seqq.*
10 *Testis deponens ita vidisse obseruari, & audiuisse nec negatiuam, neque immemorabilem probat, nisi addat aliter esse non posse, quin ipse sciuerit.*
11 *Testes non deponentes de visu per 40. annos ante motam litem, neque coarctantes negatiuam, non probant immemorabilem.*
12 *Testes in materia immemorabilis si illam non probant, nec minus deseruire possunt pro adminiculo, & num. seqq.*
13 *Testes super immemorabili omnes deponere debent cum suis requisitis, nec eorum depositiones possunt coniungi, & nu. 12.*
14 *Negatiuam quatenus coarctare non teneantur testes deponentes de actibus affirmatiuis, & num. seqq.*
15 *Negatiuam per testes plenè coarctare tenetur qui suam intentionem fundat in actibus negatiuis.*
16 *Decretum irritans tollit præscriptionem quadragenariam, & quoscumque actus contrarios.*
17 *Actus omnes facti contra formam decreti irritantis sunt penitus nulli, & inualidi.*
18 *Fides mala resultat in eo, cui fuit intimatum aliquod decretum, vel sententia contraria, & num seq.*
19 *Præscriptio sicuti non potest incipere stante mala fide, ita, & multo minus valet compleri.*

DECISIO CCCCXXX.

PRÆTENDENTE Reuerendiss. Archiepiscopo Tarraconen. concedere inhibitiones vigore appellationis à sententiis suorum Suffraganeorum sine illarum insertione, & non exhibito instrumento appellationis, fuit per binas sententias * Rotales, vnam coram R. P. D. Emerix ad instantiam Reuerendissimorum Episcoporum declaratum tale quid ei, non licere, & alteram coram R. P. D. meo Taia, & cum interposita appel-

appellatione causa mihi fuisset tertio loco commissa, pro-
posui dubium, An sententia Rotalis esset confirmanda,
& Domini affirmatiuè responderunt.

Inoixi dispositioni *Text. in cap. Romana de appellat. in 6.*
& Sac. Concil. Tridentini *sess. 22. cap. 7. de reformat.* plu-
ribusque resolutionibus editis anno 1600. & 1624. à Sac.
1 Congregatione Episcoporum, & Regularium, † io qui-
bus demandatur exhibitio appellationum, & insertio sen-
tentiarum in inhibitionibus concedendis.

Non suffragante ass. immemorabili consuetudine in
2 contrarium allegata, † quoniam vltra quod ea suffragari
non potest tamqoam sublata à Sac. Conc. *d. sess. 22.* vt in
similibus tradit Barbos. *de offic. & pot. Episc. allegat. 53. nu.*
3 *115.* & io terminis resolutionum Sac. Congregationis †
immemorabilem tollentium firmauit Rot. *in Papien. re-
sidentiæ 10. Martii 1603. §. Imò videatur coram Ottembergo*,
Adhuc tollitur difficultas ex eo, quod verè ex depositioni-
bus Testium ad huoc effectum exhibitis, talis præscriptio
immemorabilis non probatur.

Quidquid enim illi dixerint super articulis certè super
4 interrogatorijs, † quibus fides ipsis præstanda venit, Ro-
ta coram Seraph. *decis. 173. num. 9. apud* Posth. *de manut.
decis. 488. num. 4. & decis. 498. num. 9. & decis. 381. num. 14.
part. 9. recent.* nihil concludunt. Secundus enim, & ter-
5 tius non coarctant † negatiuam, vt esse necessarium io
probatione immemorabilis voluit *glosa in cap. 1. de præ-
script. in 6.* Marescort. *var. resol. lib. 2. cap. 100. num. 10. in
Toletana Iurisdictionis 11. Ianuarij 1669. §. attendi coram
bon. mem. Priolo*, quia secundus, quamuis dicat se non
recordari de tenore expeditionum, attamen subdit se non
credere, quod alio modo factæ sint expeditiones, quia
6 illas, vti Vicarius non subscripsisset, † & tamen cùm ex-
taret alter Vicarius, potuerunt ab isto fieri expeditiones
cum insertione sententiarum, vnde non concludit,
quod aliter esse non potuerit, tanto magis, quia de-
ponit per verbum *credit*, & *non recordari*, quæ deposi-
7 tio † non remouet sensum ab actu, † vt pariter de ne-
8 cessitate requiritur, Rota coram Celso *decis. 211. num. 16.*
Coccin. *decis. 2167. num. 21. & in Pampilonen. Parochialis
13. Aprilis 1671. §. Ideoque in fine coram R. P. D. meo
Bourlemont.*

Tertius dicit nescire, an omnes inhibitiones concessæ
fuerint absque insertione, & an aliter factum fuerit,
nec posse affirmare, an vnquam quæstio fuerit inter
Metropolitanum, & Suffraganeos, & sic non excludit
9 possibilitatem contrarij, † itaut proinde possit dici coar-
ctata negatiua, ad firmata per Rotam coram Coccin.
decis. 2226. nu. 14. non sufficit enim, quod Testes dicant,
quod ita viderint, & audiuerint obseruari absque con-
10 tradictione, nisi simul deponant, quod non potuit ali-
ter fieri, quin ipsi sciuissent, *Adden. ad* Greg. *dec. 398.
num. 13.* Rot. *decis. 432. par. 2. & in Beneuentana Iurisdictio-
nis 15. Iunii 1672. §. Priuilegium coram R. P. D. Tasa*, fuitque
latè firmatum *in decisione edita in hac causa 19 Iunii 1673. §.
final. coram R. P. D. meo Emerix.*

Cæteri verò Testes non referunt de visu per quadragio-
11 ta annos ante motam † litem, & minus coarctant nega-
tiuam, prout obseruat *eadem decisio coram R. P. D. meo
Emerix*, vbi singillatim examinantur eorum dicta, &
12 egregiè refelluntur, † ac proindè eo minus deseruire pos-
13 sunt pro adminiculo, quia verius est io hac materia, †
quod omnes tenentur deponere cum omnibus requisitis,
nec eorum depositiones coniungi possunt, Marescott. *var.
resolut. lib. 2. cap. 100. n. 10. in fine vers. Et quilibet*, Rota *in
Hispalen. Decimarum 6. Iunii 1659. §. 2. quia coram Eminen-
tissimo D. Cardinali Cerro.*

Nec subsistit, quod Testes non teneantur coarctare ne-
14 gatiuam, dum deponunt de actibus affirmatiuis, † quia
si de iure pro concedenda inhibitione vigore appellatio-
nis, D. Archiepiscopus, qui contrarium intendit pro-
bare, vtique fundatur io actibus negatiuis non exhibitio-
15 nis † Instrumentorum, & per consequens debet probare
per testes negatiuam coarctatam, prout ad hunc effe-
ctum requiri supra firmatum est, & firmauit Rot coram
Fichio *decis. 528. num. 11. & decis. 641. num. 8. & 10. coram
Penia.*

Destituti probatione immemorabilis recurrebant In-
formantes pro Archiepiscopo, ad quadragenariam præ-
scriptionem, quàm ex eorum Testibus satis superque
16 probatam existimabant, verum placuit Dominis † re-
sponsio, quod ea sublata fuit per Decretum irritans adie-
ctum in Breui fel. mem. Vrbani Octaui confirmatorium
resolutionum Sac. Congregationis Episcoporum, & Re-
gularium negotijs præpositæ supra relatum, per quod
omnes actus contrarij nulli remanserunt † & fuerunt ir- 17
riti, Paris. *de resignat. lib. 4. quæst. 9. num. 28. & seq.* Gonz.
ad regul. 8. glos. 16. num. 37. Campanil. *diuers. Iurium Canon.
rubr. 11. cap. 13. num. 109* Potissimum quia dicta Decreta
fuerunt intimata, & ad notitiam deducta Archiepiscopo,
† vnde insurgit in eo mala fides, † quæ impedit initium 18
præscriptionis, Rota *decision. 78. numer. 9. post Collectat.* 19
Bondon. itaut proindè ante Breue prædictum ex mala fide,
sicuti incipere non potuit præscriptio, ita multò minus
compleri, & postmodum obstiterit Decretum irritans in
initio ex allegatis.

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

Decisio 139. supra in alio præcedenti tomo primo istius de-
cimæ octauæ partis coram R. P. D. Emerix, emanauit
in hac eadem causa.

R. P. D. EMERIX.

Regien. Consortij.

Veneris 1. Februarii 1675.

ARGVMENTVM.

Agitur de qualitate admissionis ad aliquod Consortium, vel Collegium, & ideò quæritur, an habitatio in eo casu requisita intelligatur solum materialiter sumpta, vel sufficiat etiam in sensu morali plurium domiciliorum, quæ quis habere, & retinere potest, itaut Testes de ea inuicem discrepantes ita concordandi sint, vt vnusquisque eorum de contraria, & diuersa habitatione intelligatur; Disceptatur etiam de natiuitate in aliquo Territorio sequuta, prout adhuc an mulier dicatur de incolatu, & origine sui viri, vtrumque benigna interpretatione declaratum, quod nempè natus in Vico, vel Oppido eiusdem Territorij, in eodem Territorio natus esse dicatur, quodque mulier ex Sacramento matrimonij, non per fictionem, sed verè, & realiter contrahat originem, & incolatum viri.

SVMMARIVM.

1 *Habitator suæ ciuitatis, & loci esse non desinit qui alibi ad habitandum se confert, si habeat animum redeundi, & in eis reliquerit domum, & familiam.*

2 *Habitatio sui domicilii dicitur vera, & propria, non autem ficta, si quis licet alibi se conferat ad habitandum, habet tamen animum redeundi, & in eo domum, & familiam relinquat.*

3 *Absens habens animum redeundi, adhuc dicitur retinere domicilium in loco suæ habitationis, & quando suprà num. 1.*

4 *Gradus, & honores ad consequendos habitans extra suum domicilium, non animo permanendi, sed redeundi, in eodem domicilio habitasse censetur.*

5 *Officialis non dicitur deserere proprium domicilium si occasione sui muneris alibi moratur.*

6 *Testes inuicem contrarii de habitatione, & non habitatione deponentes concordari debent sumendo habitationem, quæ in diuersis domiciliis retineri potest.*

7 *Habitatio non intelligitur solum materialiter, sed in suo vero sensu compatibilitatis plurium domiciliorum.*

8 *Domicilia plura etiam in diuersis locis retinere quis potest.*

9 *Domicilia habens plura, potest frequentius vti vno, quam altero.*

10 *Filius vt recipiatur in collegium propter incolatum patris, benigna habitationis interpretatio fieri debet, & num. 17.*

11 *Natus in Oppido alicuius territorii in eodem Territorio natus esse dicitur.*

12 *Territorij nomine venit quidquid intra fines loci, cum ipso loco continetur, & num. 14.*

13 *Ciues in materia indifferenti non distinguuntur à Comitatensibus.*

14 *Statutum loquens de existentibus in Territorio, intelligitur etiam de his, qui in Ciuitate continentur.*

15 *Nati in Territorio, si in aliquo gratificati sunt, multo magis gratificati censentur nati in Ciuita, vel Oppido eiusdem Territorij.*

16 *Natus in Vicis Ciuitatis, perindè habetur, ac si natus fuisset in ipsa Ciuitate.*

17 *Natus ex patre originario alicuius Ciuitatis, vel loci, dicitur ille, cuius pater est oriundus ex aliquo Vico eiusdem Ciuitatis, vel loci.*

18 *Mulier ratione matrimonij efficitur vna, & eadem caro cum suo marito.*

19 *Mulier extera per contractum matrimonij fit de origine, & incolatu mariti, & n. 22.*

20 *Vir, & Vxor sunt vnum corpus, & vna caro per Sacramentum matrimonii, non per fictionem, sed verè, & realiter. & num. 21.*

21 *Sacramenta non operantur per fictionem, sed per realitatem, & num. 20. & seqq.*

22 *Origo, & incolatus mulieris desumpta ex incolatu, & origine viri sunt propria, & vera origo, non autem ficta, & num. 20. cum seqq.*

23 *Eligere aliquem si quis tenetur, non habet arbitrium illum recusandi, & quando.*

24 *Verba* recipiatur, & admittatur, *necessitatem important, & num. seq.*

25 *Verba imperatiua, non voluntatem, sed necessitatem inducunt.*

26 *Eligere debens, licèt ex obseruantia habeat facultatem reiiciendi, talis facultas, non effrænatè, sed rationabiliter operanda est.*

27 *Reiectus ab aliquo Collegio, vel Consortio, si habeat qualitates necessarias, adhuc habetur pro admisso.*

DECISIO CCCCXXXI.

VNICVM fundamentum, propter quod sub die 5. Martii * superioris anni coram me responsum fuit non constare de tribus ad fauorem Mauritii instantis admitti in Consortium Presbyterorum Herberię, illud fuit, quod non probauerit se natum ex matre, quæ per decennium antequam illud peperisset, habitauerit in dicto Oppido Herberiæ, prout exigere videtur Constitutio dicti Consortii *ibi*: In Terra, seù Oppido Herberiæ natus, & de Patribus, qui per decennium saltem ante inhabitauerint, & eum ibi educauerint & non aliter, nec alio modo recipiatur. Ostendebant tunc enim Consortiales Helenam Matrem origine Parmensem, Marium Virum, cum quo genuit Instantem, dum per dictum tempus ante filii natiuitatem, in aliena ditione varias exercuit Præturas, fuisse semper concomitatam.

Verùm in hodierna propositione reassumentes DD. resolutiones in præteritis instantiis captas coram RR. PP. DD. meis Taia, * & Bourlemont, in illis resederunt, quod scilicet admissa etiam dd. parentum
2 degentia extra Oppidum Herberiæ, † cum tamen ibi
retinuerint domum apertam, bona, & familiam, non desierunt esse eiusdem Oppidi Incolæ, & habitatores, quorum corporum pars ibi quodammodo remanebat cum animo integraliter redeundi, *text. ad litteram in*
l. cum scimus circa fin. C. de Agricol. & cens. lib. 11. Bart. in
l. prima §. Permittitur nu. 7. ff. de liber. agnosc. Angel. *cons.*
270. vers. non enim circa med. Federic. de Sen. *cons. 234. sub*
numer. 6. vers. quidam Florentinus circa med. Menochius
cons. 288. num. 11. Riminald. Iun. *cons. 15. numer. 121.* Boer.
decis. 272. nu. 2. vers. vel etiam absentes, quem refert Vr-
sill. ad Afflict. *dec. 324. sub nu. 5.* & multis relatis Gratian.
discept. 484. num. 23. nec fictam esse huiusmodi † habi- 2
tationem, sed veram, & propriam, Bald. *consil 234. sub*
num. 1. vers. si verò sumatur habitatio lib. 1. Ruin. *cons. 19.*
num. 9. & seq. lib. 5. & subdit Gratian. *mox citat. discept.*
484. num. 4. Et non solum ad effectum retinendi † domici- 3
lium, vt præter mox allegatos respondit Rot. coram Bu-
ratt. *decis. 244. num. 3.* sed etiam ad effectum assequendi † 4
munera, honores, & gaudendi priuilegijs veræ habitatio-
nis, Mandos. ad Roman. *cons. 264. circa fin. vers. Quarto*
quæro, Rota coram Peutinger. *dec. 301. num 4.* Hinc non
dicitur deserere proprium domicilium † Officialis, qui 5
occasione muneris sui exercendi alibi moratur, *l. originis*
ff. ad municip. Alex. *consil. 110. num. 12. lib. 3.* cum alijs,
quos refert Rota coram Merlin *decis. 63. num. 15.* Et pro-
pterea vbi probationes circa hanc habitationem hinc inde
deductæ ad inuicem contrariari videntur, quatenus sci-
licet Testes consortialium deponunt hosce Coniuges non
habitasse in d. Oppido per decennium à Constitutione re-
quisitum; Testes verò Mauritij contrarium asserant, † 6
ad veram concordiam reducuntur, sumendo habitatio-
nem non vti sumebat, Labeo apud Bald. *d. cons. 234. na-*
te num. 2. vers. nam licet Labeo, qui inhærebat potius sen-
sui, quàm rationi, quem etiam refert Marcabrun. *cons.*
69. num. 62. † sed illam intelligendo cum ratione, & in 7
sensu compatibilitatis plurium domiciliorum, & habi-
tationum, † quæ in diuersis locis potest quis retinere, 8
per *text. in l. eius §. Celsus ff. ad municipal. lib. 10.* vtendo
frequentiùs † vno, quàm altero, vt subdunt idem Bald. 9
mox cit. cons. num. 2. & Marcabrun. *num. 63.* Et in hac ma-
teria incolatus Patrum ad effectum exinde filios renun-
ciandi habiles, vt in Collegium recipiantur, † benigna 10
fieri debet interpretatio iuxtà originalem theoricam
Bald. *in l. cum quam num. 8 C. de fideicomm.* quam secutus
est *cons. 183. in fin. lib. 2.* & post eum Alciat. *cons. 42 per*
tot. lib. 2. Rota coram Seraph. *decis. 162. nu 2. & 3.* coram
Mantic. *dec. 278. numer. 8. in recent. dec. 188. num. 6. part. 2.*
& prout præmissa omnia latè comprobant decisiones in
Causa editæ *28. Februar. 1667 coram R. P. D. meo Taia* *
& 26. Iunis 1671. & 30. Maii 1672 & 16. Ianuarii 1673. co-
ram R. P. D. meo Bourlemont, quibus nullus addendi locus
remansit.

Et hæc pro recessu à decisis. Verum transeuntes Domini ad alteram partem discretiuæ, cum qua concepta legitur Constitutio prædicta, ibi: *In Territorio autem nati de Patribus originarijs Herberiæ, ciuiliter tamen educati, in consortium admittantur &c.* Exindè etiam seclusa necessitate probandi decennalem habitationem Patrum, firmat ipsa contraria *decisio 23. Ianuarii * 1668 § Et quamuis coram D. Præside Grauaten.* existimarunt Mauritium habilem, vt in Consortium recipi debeat.

Siquidem quod ipse sit natus in territorio probatur eo
ipso, quod ortum habuit in ipso Oppido Herberiæ, † 11
nomine enim Territorij venit quidquid intra fines loci
simul cum loco ipso † continetur, *l. pupillus §. Territo-* 12
rium ff. de verb. signif. Martin. de Monte *de finib. regend.*
cap. 6. num. 9. inter tract. diuers. tom. 3. par. 2 fol. 334. Aretin.
cons. 77. n. 4. & 5. Fenzon. *ad statut. Vrb. lib. 2. cap. 179. n. 69.*
& in materia æquè omnibus congruente † Ciues non di- 13
stinguuntur à Comitatensibus, Rebuff. *in l. 2. colum 5. §.*
in quantum Bartolus *&c. in fin. ff. de verb. signif.* Soccin.
in l. 2. ff. de reb. dub. & post alios Gratian. *discept. 217. n. 10.*
cum duob. seqq. Et in materia fauorabili † statutum lo- 14
quens de existentibus in Territorio, intelligitur etiam de
his, qui in Ciuitate continentur, Rot. *dec. 6. num. 7. part.*
4. tom. 2. rec. & ideò dum in casu nostro Constitutio voluit
gratificare natos in Territorio; † multo magis etiam na- 15
tos in Oppido propter identitatem, imò maioritatem ra-
tionis, Rut. *dec. 251. num. 23. par. 8. rec.*

Quod autem eius Pater, & Mater sint originarij Her-
beriæ constat, quia Marius genitor est natus in Villa SS.
Faustini, & Iouitæ, quæ cum sit de Vicis continentibus
Herberiæ, † perinde habetur ac si Herberiæ natus fuis- 16
set, *l. qui ex Vico 30. ff. ad municipal.* per quem textum in
terminis filij ex tali Patre originario † in Collegium, 17
reci-

recipiendi consuluit Bald. *d. cons. 183 num. 1. lib. 2. & l. qui
in continentibus 147. ff. de verb. signif.* Helena verò Mater
quamuis ortum habuerit Parmæ, per nexum tamen
matrimonii cum dicto Mario originario Herberiæ con-
18 tracti, † cuius virtute vna & eadem caro effecta est cum
ipso viro, *Canone si vir, & vxor. 35. quæst. 2.* originem,
19 & incolatum ipsius † fuit pariter sortita, *text. in l. Impe-
ratores 38. §. Item rescripserunt il primo ff. ad municipal. l.
final. C. de Incol. lib. 10. & ibi glossella marginalis* rationem
20 adducens, quod vir, & vxor sunt vnum corpus. † Et
quidem per vnionem sacramentalem, quæ cum operetur
21 per veritatem, † non per fictionem, efficit, vt incola-
22 tus, † & origo viri, quos mulier sortitur, intelligatur de
vera origine, & incolatu propriè sumptis, Bald. *cons. 100.
in princ. & num. 1. lib. 5.* Tiraquell. *de leg. connub. leg. pri-
ma par. prima n. 30.* Thesaur. *decis. 123. n. 9* Surd. *dec. 330.
num. 22.*

Concurrentibus autem in Mauritio qualitatibus requi-
sitis, necnon ciuili eius educatione, atque peritia in can-
tu firmo, quas etiam exigit Constitutio præfata, de qui-
23 bus cum non fuerit dubitatum, † non est in arbitrio Con-
sortialium illius admissionem recusandi propter modum
imperatiuum, quo concepta legitur dispositio dictæ Con-
24 stitutionis ibi, *recipiantur*, & *admittuntur*, † qui ne-
cessitatem importat, vt de verbo, *recipiatur gloss. in l. hi
penes quos 4. verb. recepta C. de Agricol. & cens. lib. 11.* &
25 de modo imperatiuo † in genere Abb. *in c. Vestra n. 2. de co-
habit. Cleric. & Mulier.*

Neque ex eo, quod post factas probationes super qua-
litatibus ab eo, qui petit recipi in Consortium, adhuc
super illius admissione adhibeatur scrutinium per cal-
culos albos & nigros, arbitrium remanet Consortiali-
bus admittendi, vel reijciendi taliter qualificatum; quia
26 quidquid sit de obseruantia huiusmodi scrutinij, † ad-
huc admissio illius vsu, arbitrium adeo effrenatum
non tribueret, operandi irrationabiliter, sed regulati
deberet ab arbitrio boni viri, vt in sæpiùs citatis præte-
ritis propositionibus *decis. 832. numer. 29. & decis. 882. sub
num. 21.* coram Merlin à quibus licèt fuerit recessum co-
ram bo. me. Imolen. *in dec. 160. par. 9 rec* causa tamen re-
cessus fuit facti per prius narrati diuersificatio; duplex
enim ibi adhibebatur scrutinium alterum super approba-
tione, vel reiectione eius, qui iam fecit suas probatio-
nes, vt videre est *sub num 23.* & explicat præcitata deci-
sio in hac causa *coram R. P. D. meo Taia §. Quia recessio*,
& cæteræ omnes *coram R. P. D. meo Bourlemont*, cum
quibus Domioi transierunt. Nec bonus vir pateretur
reijci habentes qualitates requisitas, quia ad præscri-
27 ptum d. Constitutionis qualificati, † etiamsi reiecti ha-
berentur pro admissis, vt in *Ciuitatis Castellanæ Electio-
nis Iuuenum 22. Martii 1669. §. easdem qualitates coram D.
Præside Granateu.*

Et ita, Mauritio tantùm informante, Procuratore
autem Consortialium pluries citato, & informare re-
cusante &c.

Plures decisiones in hac causa factas concordauimus su-
pra ad decis. 252. alterius tomi primi illius decimæ octauæ
partis, sub die verò 21. Iunij præsentis anni est altera in
hac causa decisio præsentis confirmatoria.

R. P. D. T A I A.

Romana Palatij.

Veneris 1. Februarii 1675.

A R G V M E N T V M.

Denegatur regressus ad bona permutata, quia restituta non erant fiscalia in permutatione cessa, quæ licèt incamerata prætenderentur, incamerationem tamen vel non fuisse sequutam apparuit, cùm fuerint tantùm sequestrati fructus, & impedita exactio, vel illam facilè remoueri posse visum est, supplicando Regi, vel Principi prout verè de certa portione supplicatum erat; ac simul obtentum, quod adhuc de remanenti rata fieri debuisset.

S V M M A R I V M.

1 *Regressus ad bona permutata non datur nisi restituto eo quod in permutatione fuit receptum.*

2 *Incameratio bonorum non dicitur facta, si tantummodo sequestrati sunt fructus, & impedita exactio.*

3 *Impedimentum quod facile remoueri poterat, non suffragatur.*

4 *Incameratio bonorum, quæ adhuc remoueri potuisset, supplicando Principi, vel alias diligentias faciendo, non attenditur.*

5 *Creditor ea facilitate, qua recuperauit quod suum est, eadem quoque bona sui debitoris, vel eorum ratam recuperare debuerat.*

6 *Creditor negotium sui debitoris bona fide, & vtilius gerere debet, ac facere illi, quod pro se facere voluisset.*

7 *Recuperata dicuntur bona, seu potius non deteriorata, si eorum fructus sunt exacti.*

8 *Incameratio bonorum excluditur, quorum fructus consequuti sunt.*

9 *Bona, vel credita tempore permutationis cessa, sufficit fuisse vera, & realia, licet postea talia esse desinant.*

D E C I S I O CCCCXXXII.

CVM dubitaretur 27. Iunij 1674. in quibus decisis coram bonæ mem. Priolo (cui fueram subrogatus) standum esset, 27. Februarij 1673. aut nona Aprilis 1674. Domini, altera tantùm Parte tunc informante, steterunt in vltimis decisis, non competere Marchioni regressum ad dotale Palatium Matris, non ex eo, quod pactum resolutiuum explicatum in contractu esset personale, non concordibus adhuc Dominis, sed ex eo quod fiscalia iam accepta in permutationem, & cessionem Palatij non constitisset; hodie informante vtraque, responsum est standum vltimis decisis nona Aprilis, & 27. Iunij 1674.

Et omissa rursùs prima quæstione de pacto resolutiuo personali, vel reali, Domini adhuc non liquente, varijsque suffragijs.

In secunda quæstione placuit iterum Dominis exce-
ptio opposita à Principe, quod Marchio non possit ha-
bere regressum ad Palatium † nisi restitutis fiscalibus 1
eius Matri cessis, ex clara dispositione iuris, & ex
natura contractus, & pacti, vt probatur affluenter *in
dicta decisione 9. Aprilis § si enim intendi.* Replicatio
autem Marchionis tutbida visa est, quia dicit non pos-
se restituere fiscalia culpa auctorum Principis, eo quod
ante assignationem essent incamerata, nec benè pro-
bet, † nam incameratio non ostenditur facta, sed tan- 2
tùm impedita exactio ob non expeditas debitas prouisio-
nes, vt ex fide Officialium Regiæ Cameræ, † quod im- 3
pedimentum poterat remoueri solutis soluendis Regio
Ærario, aut Officialibus illius, vt benè aduertit *deci-
sio 9. Aprilis §. Non obstat in fine cum allegatis*, & si
etiam fuissent incamerata, † adhuc potuissent recupera- 4
ri, sopplicando Regi, & alias necessaria diligentias fa-
ciendo, vt anno 1652. obtinuit Pater Marchionis descri-
bi, quod dicunt intestari ad soi fauorem annuos red-
ditus ducatorum 2176. ex fiscalibus olim spectantibus ad
Latinum, & qua facilitate obtinuit in prædicta sum-
ma, † poterat obtinere intestari etiam hanc ratam 5
cessam in permutatione, & pariter spectante ad di-
ctum Latinum, vtpote quod creditor † negotium de- 6
bitoris sui vtilins, ac bonæ fidei gerere debet, & face-
re illi, quod pro se facere voluisset, *l. debitor meus 14. ff.
de negot. gestis.*

Maximè cùm ex Instrumento videantur Partes sensisse tales diligentias esse faciendas à cessionarijs fiscalium ex præclaris verbis Instrumenti se se ipsos promptos, & paratos obtulerunt dicta credita, & introitus talia qualia, tales quales erant in se ipsos suscipere, &

reassumere omnibus, & singulis eorum sumptibns, expensis &c.

Ampliùs quia dator probatio contraria non solum non fuisse impossibile fiscalia recuperare, sed & fuisse recupe-
7 rata, † seù potiùs non fuisse deteriorata alterius partis culpa, dum post cessionem anno 1637. fuerunt à Patre, & Matre Marchionis exacti fructus.

Immo excludi incamerationem anno 1652. quæ hodie
8 inculpabatur culpa Ioannis auctoris Principis, † cùm ille exegerit fructus antequam fiscalia cederet anno 1637. & vt benè concluditur in dicta decisione 9. Aprilis satis est
9 † fiscalia tempore permutationis fuisse saltem vera, & realia, qualia hodie dici non possunt tamquam confiscata per Regiam Cameram, & amplius non spectantia ad Marchionem ex noua Pragmatica anno 1648. à Prorege promulgata tam longa, & diuturna socordia Parentum Marchionis in ipsis recuperandis præteritis annis ab obligatione in se ipsis suscepta eorum cura & expensis vt supra.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Fideicommissi Ioannis Petri de Caffarellis.

Lunæ 4. Februarii 1675.

A R G V M E N T V M.

Tria in hac Decisione cumulantur; Primum quatenus copia scripturæ, non exhibito illius originali, plenè probet; Alterum, quod Testamentum inter liberos, si de Patris voluntate constat, valeat etiam sine rogitu Notarij; & Tertium demum de inducenda substitutione reciproca ex coniecturis, quæ si fuerint vrgentes, non secus admittuntur, ac illa tria solita requisita, de quibus in *l. Titia §. Seia libertis ff. de leg. 2.* prout latius ex sequenti Summario, & Decisione videre est.

S V M M A R I V M.

1 *Copia instrumenti in actis producti, & postea partibus restituti, præuia collatione facta, probat non secus, ac si ipsum originale exhiberetur.*

2 *Scriptura restituta patri præsumitur deuenisse ad eius filium illius hæredem*

3 *Originale scripturæ exhibere recusans, illius copiam impugnare non potest.*

4 *Approbans scripturam, vel illius copiam, illam amplius impugnare non valet.*

5 *Obseruantia testamenti resultat ex illius productione, eiusque mentione, & præseruatione facta inter hæredes in instrumento diuisionis.*

6 *Scriptura licet sit informis, attenta obseruantia plenè probat.*

7 *Testamentum inter liberos à testatore conscriptum & subscriptum à testibus, etiam sine rogitu Notarii habet vim solemnis testamenti, & plenè probat.*

8 *Filij in conditione positi sub nomine lineæ, ex statuto Vrbis censentur dispositiuè vocati.*

9 *Reciproca substitutio non minus ex coniecturis resultat, quam ex tribus solitis requisitis, & nu. seqq*

10 *Reciproca substitutio eo magis ex coniecturis inducitur inter filios, & descendentes.*

11 *Reciproca substitutio dicitur inducta si testator vocatis filiis, in eorum defectu voluit adoptari hominem morigeratum, qui eius assumeret nomen, & arma, & quando, vid. etiam num. 16.*

12 *Filii si fuerint grauati, eo magis censentur grauati eorum descendentes remotiores, & testatori incogniti.*

13 *Substituere alium deficiente linea, idem est, ac grauare vltimum de linea ad restitutionem fideicommissi.*

14 *Reciproca inter descendentes censetur inducta, si alias fideicommissum iuxta voluntatem testatoris, non posset deuenire ad extraneos.*

15 *Agnationis conseruandæ votum ciuiliter in defectum naturalis, resultat si testator voluit adoptandum assumere nomen, & insignia familiæ pro conseruatione eiusdem agnationis.*

17 *Reciproca substitutio facilius inducitur ex digressu ad plures gradus substitutionum.*

D E C I S I O CCCCXXXIII.

RESOLVTIONEM captam pro D. Duce Caffarello 17. Aprilis 1673. coram bo. mem. Priolo, in qua dictum fuit constare de Testamento valido Ioannis Petri, & de fideicommisso ab eodem ordinato, hodie Domini coram me in eius locum suffecto confirmandam esse censuerunt.

Existentia siquidem Testamenti incontrouertibilis reddi videbatur ex copia publica in actis exhibita à D. Duce, quæ cum fuerit aliàs dimissa penès Notarium ab Alexandro Patre D. Petri ad effectum eam inserendi in quodam Instrumento venditionis præuia collatione facta
cum suo † originali postea restituto eidem Alexandro pro- 1
bat, non secus ac si ipsum originale exhiberetur, Bart. *in l. Chirographis 58 n. 2. ff. de adm. & pericul. Tut.* Seraph. *dec. 1192. nu. 3. post* Fenzon. *ad Stat. Vrb. dec. 18. per tot. & dec. 706. n. 1. par. 4. tom. 3. rec.*

Et maximè contra D. Petrum, nedum quia cum idem
originale restitutum † Alexandro Patri, ad eum vti fi- 2
lium, & hæredem deuenisse præsumitur, ad *text. in l. 1. §. quod penes Tutorem ff. de fiduc. tut.* Menoch. *de præs. lib. 6. præs. 61. n. 11. 12. & 13.* Bur. *dec. 278. nu. 10. in rec. decis.*
128. num. 5. par. 9 intrat Iuris regula, † quod eo non exhi- 3
bito copiam impugnare non possit, Bald. *in l. publicati nu. 8. C. de testam. cum* Ius. & Mascard. *citatis in altera decis. §. patet prima pars.*

Verum etiam, & fortius, quia eandem copiam me-
diante † iudiciali productione pluries approbauit in specie 4
Coccin. *dec. 2358. n. 23. & seqq.* Bich. *dec. 643. n. 10. & seqq. dec. 52. n. 5. & 6. par. 12. rec.*

Addito præterea, quod tam ex actibus præmissis gestis ab Alexandro nepote, & à D. Petro pronepote Testatoris, quam ex diuisione sequuta inter filios eiusdem cum
assertione, † quod testamentum controuersum fuit scri- 5
ptum manu Ioannis Petri eorum Patris, ac cum expres-
sa præseruatiua fideicommissi in eo ordinati, † resultat 6
illius continuata, & longeua obseruantia, qua scriptura etiam informis probationis robur assumit, Cin. *inter cons.* Bald. *cons. 400. num. 5. lib. 4.* Bald. *cons. 402. in fin. lib. 5.* Cocc. *dec. 128. n. 7. & 8. dec. 2316. nu. 5.* Dunoz. Sen. *decis. 101. num. 7.*

Minus fuit dubitatum de validitate huius testamenti, quia cum fuerit conditum inter liberos, ac de eo constet per schedulam scriptam ab ipso Testatore, eiusque subscriptione, sigillo, ac insuper subcriptione septem Testium Religiosorum munitam, voluntatis perfectionem abundè demonstrantibus, ex congestis in decisione, quæ reuidetur *§. talis autem*; Non potest controuerti quin hu-
iusmodi schedula † etiamsi Notarij rogitu destituta so- 7
lemnis testamenti vim obtineat, iuxtà notissimum *text. in l. hac consultissima §. ex imperfecto*, vbi communiter Scribentes *C. de testam.* Menoch. *cons. 563. numer. 14. & 15. & aliis in Meleuitana bonorum 16. Ianuarii 1669. §. consist.t coram me.*

Existentia denique fideicommissi, & quidem reciproci inter omnes descendentes Testatoris, colligebatur ex integro tenore testamenti, eorum siquidem vocatio per fideicommissum descensiuum non potest in dubium re-
uocari, † quia vti positi in conditione sub nomine li- 8
neæ censentur ex *Statut. Vrb. cap. 142.* dispositiuè vocati, *decis. 424. num. 1. part. 2. rec.* Peo. *dec. 1615. n. 16. cum aliis in*

alijs in Romana Fideicommissi de Donis 15. *Iunii* 1671. §. *siquidem de fideicommisso Taia*.

Quod autem fuerint grauati, ad inuicem dedocebatur
9 ex pluribus coniecturis ponderatis in alia decisione, †
quæ non minus, quàm tria requisita, de quibus in *l.
Titia* § *Seia libertis ff. de leg.2.* validè reputatur ad inducendam reciprocam substitutionem, Peregr. *conf.* 54. *n.* 14.
*& conf.*56. *n.*19 *lib.*1. Fusar. *conf.*154. *nu.*4. Mantic. *de Coniect. lib.*7. *tit.*5. *n.*15 *dec.*54. *num.*10. *part.*8. *rec.* & præser-
10 tim inter descendentes, † in quibus facilius inducitur, vt
in alia decisione §. *concurrunt*, & Spetell. *decis.*152. *nu.*47.
*lib.*2.

In præsenti verò hypothesi cum Testator institutis, &
inuicem substitutis Ascanio, Prospero, & Fausto filijs,
voluerit in defectu eius lineæ masculinæ adoptari homi-
11 nem morigeratum, † qui assumere deberet nomen, &
insignia suæ familiæ, addita ratione, *accid sempre fino che
Dio vorrà sia la nostra casa viua*, & vlterius eo non sufficiente mandauerit eligi alium, hinc plures deducebantur coniecturæ suadentes voluntatem ordinandi reciprocum fideicommissum.

Prima enim resultare visa est ex eo quia si ille grauare
voluit filios prædilectos, eo magis grauare voluisse cen-
12 sendum est † descendentes sibi incognitos, & remotiores,
Fusar. *de substit. q.*472. *n.*26. Pen. *dec.*1615. *n.*15. *in rec. dec.*
300. *n.*9. *par.*1.

Secunda fuit desumpta ex substitutione extranei ado-
13 ptandi facta in defectu lineæ masculinæ, † quia cum
substituere deficiente linea, sit idem ac grauare vltimum
linea ad restitutionem fideicommissi, Ruin. *conf.*140. *n.*9.
vers. & tanto magis lib 3. Surd. *conf.*344. *num.*17. *vers. sic in proposito*, Otthob. *decis.*177. *num.*8. *& in d.* §. *siquidem*;
& huiusmodi restitutio nequeat effectum sortiri, nisi
fideicommissum mediante reciproca substitutione in vl-
14 timo moriente † consolidatum remaneat, hinc nè voluntas Testatoris executione fraudetur, dicendum est
proprios descendentes reciprocè grauasse, vt præter Surd.
mox allegatum in specie Mart. *de Success. legal. part.*1.
*quæst.*9 *art.*5. *num.*33. Bich. *decis.*287. *num.*12. *in rec. decis.*
18. *num.*17 *part.*8. *decis.*280. *num.*20. *& seq. part.*10. vbi
quod hæc securè procedunt, quando sumus in descendentibus.

Vlterius pro tertia coniectura ponderabatur onus iniunctum extraneo adoptando, deferendi nomen, & insignia
15 familiæ Testatoris, † addita ratione finali, *accid sempre
fino che à Dio piacerà sia la nostra casa viua*, quæ sicuti
præseferunt expressum votum conseruandi agnationem
ciuilem post defectum naturalis, *decis.*266. *num.*16. *decis.*
319 *num.*4 *part* 1. *rec. & in d.* §. *quod certius in fine*, ita
16 plurimum conferunt ad arguendam † reciprocam linearem inter descendentes Testatoris Menoch. *conf.*397. *nu.*9.
Surd. *conf.*344. *n.*18. Fusar. *conf.*24. *n.*43. Mantic. *de coniect.
lib.*7. *tit.*5. *n.*15. *vers. ex coniecturis*.

Accedit denique quarta coniectura resultans ex digres-
17 su ad plures gradus substitutionum, † quæ non leuis efficaciæ fuit in proposito semper à Doctoribus reputata, Menoch. *conf.*661. *num.*1. *& seqq.* Rot. *decis.*34. *num.*16. *par.*8.
rec. cum alijs in d. §. *confert etiam series*, cui in omnibus
Domini adhæserunt, vnica Parte informante, altera pluries citata &c.

R. P. D. RONDININO.

Leodien. Canonicatus.

Lunæ 4. *Februarii* 1675.

ARGVMENTVM.

Contra impetrantem beneficium alterius omnia iura clamant, ideo primo possessori manutentio conceditur, non obstante possessione illi data per executorem, quæ tamquam nemine citato, & non iustificatis literis suæ prouisionis, dicitur clandestina, & ita non potest habere locum regula, quod iustè possidet, qui auctore judice possidet.

SVMMARIVM

1 *Possessio Canonicatus debet capitulariter apprehendi, & sic capta suffragatur.*

2 *Manutentio in concursu primæuo possessori conceditur.*

3 *Possessio posterior, non docto de valido titulo, præsumitur clandestina.*

4 *Literæ Apostolicæ certo modo obtentæ, non possunt executioni demandari, nisi citata parte, & postquam fuerint iustificatæ.*

5 *Possessio capta post præsentatum monitorium, remanet attentata, & ideo non suffragatur.*

6 *Executor Literarum Apostolicarum certo modo, procedit vti priuatus, si earundem literarum verificationem non habuit, nec citauit partem.*

7 *Possessio concessa à iudice, qui processit vti priuatus, tamquam nulla, non est manutenibilis.*

8 *Gratia concessa cum clausula* si ita est, *& amoto* quolibet detentore, *requirit citationem partis.*

9 *Executor mixtus tenetur assumere partes iudicis & citare partem, si est certa, alioquin procedere per edictum.*

10 *Negatiua non factæ publicationis resignationis, probari debet ab impetrante, & num. seq.*

11 *Resignationem non fuisse publicatam quomodo probetur remissiuè.*

DECISIO CCCCXXXIV.

CONTRA Ioannem Van Eyser ab Officiali Leodiensi, cui Vicarius Generalis causam remiserat, nè in sua pacifica possessione turbaretur, Canonicus Fontaine ob prætensam ab ipso Ioanne sui Canonicatus resignationem, ac postea contra Ioannem Gerardum, qui eundem Canonicatum impetrauerat ob non publicationem prætensæ Resignationis iuxtà Constitutionem sanctæ memoriæ Gregorij Decimitertij fauorabilem pariter ab Officiali Leodiensi sententiam obtinuit, Summario eiusdem Canonici Fontaine *numero primo* a. *&* 5.

Causa autem appellationis mihi commissa, dubium proposui, An, & cui manutentio danda esset, atque Canonico Fontaine illam dandam esse Domini responderunt.

Constat enim de eius anteriori legitima possessione Ca-
nonicatus capitulariter capta, † atque ex decretis Offi- 1
cialis Leodiensis confirmata, Summario eiusdem *numero
secundo, quinto, & sexto*, in quà manutenendus est † in 2
concursu possessionis Gerardi posterioris, quæ non docto
de valido † titulo, clandestina censetur, ad terminos tex- 3
tus *in capitulo licet causam*, *vbi* Felinus *sub numero* 8. *vers.
tertia de probationib.* Bartol. *in leg. vnica numer.*8 §. *si verò
vterque probauit C. vti possidet*, Ancharan. *consil.*374. Rota coram Caualerio *decision. secunda*, & coram Eminentissimo Otthobon. *dec.*9. *n. primo*, *& in recent. par.*14. *dec.*
60. *pariter. n. primo*.

Tantum autem abest, vt Gerardus doceat de valido
titulo suæ posterioris possessionis, vt potiùs appareat illam nulliter, & attentatè captam esse in vim dictarum
Literarum Apostolicarum, † quas certo modo impe- 4
trauit, nemine citato, illisque non iustificatis, & quod
magis est, spreta executione † monitorij contra ipsum 5
Gerardum antecedenter facta, Summario eodem *num.*
a. *litera A.* & *numero tertio*, *& quarto* † quo casu limita- 6
tur regula *textus in leg iustè possidet ff. de acquirenda
possession.* & Iudex Apostolicarum Literarum Executor
veluti priuatus procedere dicitur, † neque possessionem 7
manutenibilem tribuit, ex deductis apud Postium *de manutention. obseruat.*48. *n.*28. & coram Caualer *dicta decis.*2.
coram sanctæ memoriæ Gregorio XV. *dec.*9. *vtrobique nu.
quarto*, *& quinto*.

Hinc quemadmodum attentatus ingressus in possessione ex parte Gerardi, ex supradictis, excusari non poterat, ita nullitas processus ex parte Iudicis exequentis apparuit tam in ea parte, in qua omissa fuit debita iustificatio gratiæ, quæ veluti concepta cum clausulis,

si ita est &c. & *amoto quolibet detentore*, requirebat citatio-
8 nem partis † quando, vt hic est certa, & quando non adest certus contradictor, vocationem per ædictum effi-
9 ciendo executorem mixtum, † qui teoetur assumere partes Iudicis, Marchesan. *de commissionib. parte prima fol. 321. n. 81. Addentes ad decis. 12. nu. secundo, & tertio de Officio delegati in nouis*, Franc. *de institutione parte 37. numero quarto, & sequent.* Rota *recent. parte 8. decis. 226. num. sexto, & sequent. & parte 12. dec. 260. num. 12.* Coccin. *dec. 213. num. 5.* Celsus *dec. 12. n. 4.* Dunoz. Iunior. *dec. 193. num. secundo, & quinto, & dec. 866. nu. 4. & in Leodien. Canonicatus 14. Ianuarij proximè præteriti coram Reuerendo Patre Domino meo Vbago.*

Quam etiam in illa parte, quæ respicit Iustificationem prædictæ gratiæ ob non publicationem, resignationis
10 † ad quam negatiuam probandam non fuit adducta ali-
11 qua probatio ex ijs, † quas Doctores requirere solent, de quibus etiam Lotterius *de re beneficiali libro tertio quæstione 21. numer. 15.* Barbosa *de iure Ecclesiastico lib. 3. cap. 15. sub num. 199. Marauta respons. 86. num. 10. & 19. par. 4* Rota coram sanctæ memoriæ Gregorio XV. *decis. 210. num. 4 ibique Addentes num 6.* & coram Reuerendissimo Domino Royas *decis. 98. num. 4.* & coram Buratto *dec. 948. n. 6.* &c.

Et ita, Canonico Fontaine informante, atque Gerardo pluries monito, Domioi responderunt.

R. P. D. T A I A.

Romana Fructuum Dotis.

Lunæ 4. Februarii 1675.

A R G V M E N T V M.

Fructus dotis ad minorem summam redacti, quam ex statuto deberentur, cum pacto tamen resolutiuo quatenus illi debito tempore soluantur, alioquin reductio haberetur pro non facta, ad formam statuti debere deciditur, quia debitor pactum in reductione adiectum non adimpleuerat, non obstanre quod ipse moram purgare prætendisset, quia illa in contractibus est impurgabilis, quando, prout hic, est apposita dies, & pœna, vel post certam diem fuit adiecta resolutio contractus.

S V M M A R I V M.

1 *Emphyteuta si habuit iustam causam differendæ solutionis, cessat caducitas.*
2 *Error excusat emphyteutam à caducitate.*
3 *Actio rerum amotarum ex furto quidem est, licet furti non sit actio.*
4 *Dotis restitutio non retardatur per exceptionem rerum amotarum.*
5 *Compensatio dotis ob res amotas non datur.*
6 *Ius, & Leges ignorare, aut dissimulare cuiquam non permittitur.*
7 *Iuris ignorantia vnicuique nocet.*
8 *Ignorantia iuris nec etiam mulieribus suffragatur, & quando.*
9 *Emphyteuta etiamsi ob dilatam solutionem, caducitatem non incurrat, tenetur tamen soluere domino directo quod ei de iure, vel statuto debetur.*
10 *Mora videtur esse purgata eo ipso, quod ius creditoris non est effectum deterius.*
11 *Mora in contractibus est impurgabilis, quando est apposita dies, & pœna, vel post certam diem est adiecta resolutio contractus.*
12 *Contractus, quod sine consensu permanere debeant, Non est in potestate nostra.*
13 *Emphyteuta non soluens canonem, adhuc admittitur ad purgationem moræ, & quare.*
14 *Contractum si Partes resolutum esse voluerunt, non admittitur purgatio moræ.*
cum Lege mitiùs agitur, quam cum homine d. n. 14.
15 *Debitor dotis non potest dici in mora, nisi prius illa fuerit per iudicem declarata.*
16 *Litigandi iustam causam si quis habet, excusatur ad effectum ne possit pati interesse, & vid. num. seqq.*
18 *Resolutio contractu, resoluitur etiam qualitas interpellationis in eo adiectæ.*
19 *Resolutio contractus proueniens ex culpa debitoris qui illum non adimpleuit, prodesse nequit eidem debitori.*
20 *Interpellatio pro consequutione fructuum dotis, ad alium effectum non requiritur, quam ad inducendam malam fidem.*
21 *Contractu etiam resoluto, adhuc potest simul stare, quod debitor habeatur pro interpellato.*
22 *Solutio fructuum dotalium facta viduæ, habet vim interpellationis à statuto requisitæ, & quare.*
23 *Fructus dotis in casu vergentiæ viri ad inopiam qualiter exigantur.*
24 *Fructus dotis inuestiendæ in locis montium, debentur ad rationem eorundem montium.*
25 *Fructus dotis debentur ad rationem illius speciei, quæ fuit à debitore promissa.*
26 *Dos ad effectum taxandi illius fructus aliud est, quod fuerit constituta in stabilibus, aliud verò quod promissa sit in pecunia.*
27 *Fructus dotales quatenus possint à iudice minui, si dotes ipsæ diminutæ reperiantur, & num 31.*
28 *Cambia placentia quare fuerint à Rota reducta ad cambia nundinalia, & num 30.*
29 *Facultate, seù mandato creditori concesso, ille in præiudicium debitoris grauiori vti non debet, cum eum minus grauare debuisset.*
31 *Rota numquam contra leges aut statutum ausa est, nec potuit ex æquitate procedere.*
32 *Statuto non prohibetur illud, quod non mutatur.*
33 *Legem expressè correctam si non inuenimus, antiquæ dimittimus figuræ.*
34 *Correctio legis numquam inducitur ex identitate rationis.*
35 *Debitor si ob sui culpam cecidit a beneficio reductionis fructuum, frustra petit illorum remissionem ex æquitate, & supra a num. primo ac tota decis.*

D E C I S I O CCCCXXXV.

IN Decisis 3. * Decembris proximè præteriti, hodie Domini vnanimes steterunt fructus Dotis esse soluendos ad rationem Statutariam *cap. 137. lib primo*, nec dd. fructus esse inuestiendos pro cautione hæredis prætendentis se adhuc Creditorem; Visæ sunt enim insufficientes exceptiones instauratæ contra Decisiones.

Itaque ad obtinendam purgationem moræ pro hærede petitam, ne cum graui præiudicio hæres debitor Dotis cadat à commodo Concordiæ, & à remissione fructuum in ea facta à scutis septem cum dimidio, ad scuta quatuor cum duobus Tertijs, adducebatur Decisio Rotæ apud Scanarol. *de visit. Carcer. in Appendice cap seù decis 14. n. 21.* vbi in Emphyteusi, quàm Dominus directus concessit,
† si Emphyteuta saltem potest credere habere iustam cau- 1
sam differendæ solutionis cessat caducitas.

Sed visa est differentia facti notabilis, quia ibi ex allegatis coram Verall. *dec. 180 n. 4 part. prima & in alia decisione, quæ est 92 nu. 4 par. 3. recent.* † concluditur, quod 2
error possit excusare à caducitate; at hic nunquam visus est error in actione intentata rerum amotarum, quæ
ex furto quidem est, † licet furti non sit actio, *ad l. pri-* 3
mam C. rerum amot. & cautius visa est debuisse proponi:
Eoque magis, quod etiamsi fuisset vera, † non obsta- 4
bat actioni rei Vxotis, & repetendæ Dotis, nec dabat iustam causam excipiendi, aut retinendi pecunias Dotales,

l pri-

l. prima ff. rerum amot. § Taceat in ea, vers. sed nec retentio ob res amotas, C. de rei vxor. actione vbi neque datur compensatio *ex l. 6. C. de compensat. & notat ibidem* Cuiac. Quas
5 constitutiones † ignorare, aut dissimulare cuiquam non permittitur, *l. Constitutiones 12. Cod. de Iur. & fact. ignor.* cum regulare sit Iuris ignorantiam cuique nocere, *l. 9. ff. eo-*
6 *dem*, etiam mulieribus † præter casus expressos *in l. vltima, C. eodem* Et aduerterunt DD. Decisionem allegatam concludere, quod Emphyteuta non cadat ab Emphyteusi,
7 † non autem, quod Dominus directus non debeat consequi, quod illi de Iure Communi, aut statutario debitum
8 sit, vnde ad hoc, vt Decisio stringeret, oportet, & addocere casum, quo Dominus directus remitteret partem canonis Emphyteutæ soluenti in tempore, quæ non haberetur
9 pro remissa, si non solueret, & tamen errantes non soluenti, fuisset decisum non cecidisse à conuento pacto remissionis.

Alia *decis. 640. num. 4. part. 4. recens.* vbi agitur de mora
10 obligati repræsentare debitorem, quæ purgata † videatur hoc ipso, quod ius creditoris non est factum deterius, eiusdem Iuris visa est; Et nihilominus hæc decisio DD. videbatur non modicè congruere iam decisis, cum dicat mo-
11 ram in contractibus esse impurgabilem, † quando est apposita dies, & pœna *num. 7.* & quando post certam diem, est apposita resolutio contractus *num. 9.* cum allegatis, & maximè Put. *dec. 66. lib. 3.* vbi sub initium, inquit *Ratio etiam viua est, quod ex quo post illud tempus abest consensus Partium*
12 *non est in potestate nostra facere, quod † contractus sine consensu maneat*; Et opportunè de exemplo Emphyteusis inquit. *Non obstat, quod quando Emphyteuta non soluit canonem, lex resoluit contractum, & nihilominus admittitur pur-*
13 *gatio moræ, † quia illud est in dispositione legis, quæ si contractum resoluit, nihilominus admittit purgationem moræ, & sic*
14 *ipsa lex in hoc specialiter prouidit, hic autem non est talis prouisio, sed Partes statim voluerunt contractum fore resolutum, & mitius agitur cum lege, quàm cum homine*, hæc Puteus, quæ est alia, & melior differentiæ ratio inter allegatas Decisiones, & Decisionem, quæ præsens vertitur.

Deducebatur etiam, quod in debitore Dotis nulla mora
15 poterat considerari, † priusquam per Iudicem fuerit declarata, & quando quis habet iustam causam litigandi, excu-
16 satur ad effectum, ne possit pati interesse, Rota *decis. 413. n. 21. & 22. part. 14. recent.*

Sed visum est nulla opus esse declaratione Dotis, de qua in dicta Decisione, cum nulla maior summa petatur, vl-
17 tra illam certam ex publicis Instrumentis, † sicuti neque vlla visa est iusta causa litigandi *ex dicto § Taceat in ea, dicto vers. sed nec ob res amotas*.

Subtilius deducebatur, quod cum creditrix Dotis inuiti velit pacto resolutiuo contractus, in quo debitrix se
18 declarauit pro interpellata, si resoluatur Contractus, † corruet etiam qualitas interpellationis ex ipsis verbis instrumenti. *Si debitrix in solutione defecerit, creditrix voluit, & declarauit, quod reductio prædicta cum omnibus, & singulis in Instrumento contentis, pro non facta habeatur.*

Nam huic obiecto fuit abundè satisfactum, quia resolutio contractus proueniens ex culpa debitoris, qui solutio-
19 nem in tempore conuento non impleuit, prodesse nequit eidem debitori, Gizzar. *decis. 20. num. 2.* Rota coram Seraphin. *decis. 209. num. 4. vers. neque est ferendum, &* Millin. *decis. 183. num. 9. & dec. 200. sub n. 2.*

Ponderato præsertim, quod interpellatio pro consequu-
20 tione fructuum Dotis † ad alium effectum non requiritur,
21 quàm ad inducendam malam fidem † Rota coram Pen. *decis. 1237. num. 12. & seqq.* & simul stante possunt, quod Contractus resoluatur, & nihilominus firma remaneat confessio debitoris se habentis pro interpellato, Rota *decis. 91. num. 14. & 15. part. 12. recent.* Quamuis sola fructuum Dotalium solutio facta Viduæ ab hærede debitore
22 Dotis, etiam post resolutum Contractum, vim habeat interpellationis à statuto requisitæ, Pen. *in d. dicta decis. 1237. d. num. 12. vsque ad 17.* concurrentibus insuper interpellationibus continuò post resolutionem dicti contractus iudicialiter factis contra hæredem, & mandatis obtentis ad rationem septem cum dimidio, cum successiua Iudiciali confessione debiti, & terminorum susceptione ad illud soluendum ab hærede, vt fuit firmatum in decis. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in ea, quæ vertitur.

Pro inuestimento fructuum Dotalium ad cautelam debitoris prætendentis in vlteriori Iudicio plenario demonstrare occultationem gemmarum æquiualentium integræ Doti creditricis multa deducebantur.

Sed nihil DD æstimauerunt, quia Dos aliàs inuestienda erat, non tamen ex conuento cum Marito; Fructus verò cum sint alimenta Viduæ ad statut. d. cap. 137. sicuti non patiuntur Inuestimentum in Vidua, sic neque post secundas nuptias, & onera redeuntia in hoc secundo matrimonio.

Et hoc loco repetebatur exceptio, quod saltem fructus Dotis debiti essent ad rationem Inuestimenti, in quo collocata fuisset Dos inuestienda ex allegatis in infrascriptis Decisionibus.

Sed DD. visæ sunt non congruere, nam *Decisio 292. nu. 4. par. 2. recent.* in qua agebatur de taxandis fructibus ad sustentationem Vxoris, & filiorum, necnon mariti in casu vergentiæ illius ad inopiam *ex l. vbi adhuc 29. C. de Iur. dot.*
† Responsum est deberi ad rationem Locorum Montium 23
& adiecta fuit rationem in Instrumento Dotis, fuit conuentum, vt liceret debitoribus Dotem vel partem illius inuestire in Locis Montium, &c. Præterea in ea decisione am- 24
plius consideratum est, quod ipsamet Vxor consentiendo venditioni Castrorum, dixerat se remanere cautam super pretio, illudque acceptauit pro fundo, & pignore Dotali, vnde cum pretium fuerit inuestitum in tot Locis Montium, dictum fuit, esse contentam fructibus dd. Locorum, quæ nullatenus concurrunt in casu præsenti.

Decisio 226. in fine post tractatum de Obligatione Camerali Zacchiæ fructus taxauit ad rationem locorum Montium,
vel censuum, vel bonorum stabilium, † quia debitor pro- 25
miserat in his soluere, non autem in pecunia, vt in terminis alias fuisse resolutum, inquit dicta Decisio in vna *Bononien. Fructuum Dotis*, quæ nihil congruunt ad rem nostram

Decisio 337. num. 2. & 3. coram Merlin. loquitur de Dote constituta in prædio dato in primis nuptijs, & ab hæredibus primi Viri consignato, secundò Marito, *vt in decisione ab initio vers. moti sunt ex eo, & n. 3. vers. statutum vero*, quod
nihil commune habet ad casum nostrum. † Tanta est dif- 26
ferentia Dotis constitutæ in Bonis Stabilibus, Censibus, & Locis Montium, & Dotis consistentis in pecunia *ad dictam decis. 337. d. num. 3. vers. statutum verò*, vt si etiam non sit inuestienda, & nullum fructum allatura, tamen Statutum determinet vsuras Dotales ad septem cum dimidio, & ita lex scripta est, & obseruatum fuit in præcedenti Decisione.

Maior difficultas excitata fuit à præcipuo Aduocato, quod ab antiquis temporibus, quando vsuræ Dotales erant longè maiores, vt pro minore Dote deberentur ad duodecim, & pro maiore ad septem cum dimidio, quæ postremæ in statutum nouum transierunt *d. cap. 137 ab initio*, vbi Dotis fructum secundum antiquam consuetudinem redacti sunt ad septem cum dimidio, † vndè videantur hodie 27
(cum omnes vsquequaque diminutæ fuerint) etiam hæ diminuendæ arbitrio Rotæ, prout arbitrata est diminutionem Cambiorum Platealium ad nundinalia coram bo. me. Verospio *decis. 413. ad fin. part. 13. & decis. 126. ab initio part. 14. recent.*

Sed non placuit DD. oppositio, neque comparatio præcipuè quod in dd. Cambijs non fuit captum arbitrium pro illorum diminutione, sed declaratum fuit, quæ Cambia
eucurrissent, aut corruere deberent. † Quia cum creditor 28
Cambiorum pro facultate ei data à debitore cambiandi suum creditum super se debitore per Nundinas, & Plateas quomodocumque, & vbicumque luberet, & creditor elegisset Cambia Platealia grauiora, & sic vsus fuisset gra-
uiore mandato, & facultate data, † cum potuisset leuiora 29
gerendo vtiliter, & bona fide negocium sui debitoris, *ad l. Debitor meus 13. ff. de negoc. gest.* & non faciendo alteri, quod sibi fieri noluisset; Creditor verò propter non seruatam cum suo Debitore charitatem, non propterea remanere deberet priuatus vtroque Cambio, scilicet Plateali,
quo non debuerat vti, & Nundinali, quo noluerat vti, † 30
Decisum fuit, & declaratum licuisse quidem Cambia Platealia, quibus voluit vti, cum regula tamen Nundinalium, quibus debuerat vti, vt verè sensit Rot. *me etiam præsente coram bon. me. Verospio in dd. Decisionibus.* Hic verò in Vsuris Dotalibus nulla æquitas esset eas diminuere, con-
tra dispositionem statuti, † quam Rota vnquam contra le- 31
ges minuere, nec ausa est, nec potuit.

Hinc satisfactum videtur dicto rigori statuti, quod si temperandum sit, viderint alij quod enim non mutatur,
† quare stare prohibetur inquit Iustinianus in *leg. sancimus* 32

27. C. de Testament. & in § in quibus verf. quoniam dum nihil. Authent. de administrat. officiorum, seù cap. 9. Nouell. 21. vbi notat glos. vbi legem expresse correctam non inuenimus
33 † antiquæ dimittimus figuræ, & Bartol. *ad § vltimum l. Præcipimus C. de appellat. num. 1. & 2.* ait ex identitate ra-
34 tionis † nunquam inducitur correctio, & perpetuò tenendum menti.

Præsertim, quod ad taxam Statuti factæ sunt semel, iterum, ac tertiò, multæ solutiones talium vsurarum ad notabilem summam vsque adhuc scut. supra 20. mil. cum declarationibus opportunis factis ab hærede debitrice Dotis, tàm in susceptionibus terminorum ad soluendum, excludentibus omnes, & quascumque exceptiones, fatendo esse debitas ad tantam summam; Ideoque ex his actibus matura deliberatione gestis, & geminatis, postquam dicta debitria, sua culpa cecidit à beneficio reductionis, non soluendo præfinitis tempori-
35 bus, vt supra, visum est DD. † hodie frustra quæri illam remissionem ea æquitate, quæ fuerat à debitrice ex conuentione acquisita, & tamen neglecta, vt supra, non soluendo in tempore, & postmodum resoluto contractu, vt dictum est culpa propria, quasi agnoscendo Iustitiam taxæ Statutariæ, & suæ obligationis, soluit dd. vsuras ad formam mandatorum eundem nuntium ad septem cum dimidio.

Et ita vtraque &c.

Plurimas decisiones in hac Causa emanatas concordauimus supra ad decis. 378. alterius primi tomi huius Decimæ Octauæ partis.

R. P. D. CALATAIV.

Valentina Distributionum.

Lunæ 4. Februarij 1675.

ARGVMENTVM.

Pro denegandis Beneficiato distributionibus quotidianis, allegabatur defectus institutionis, & dotationis beneficij, de quibus cum apparere visum sit ex illius fundatione à testatore facta, cum approbatione Ordinarij, deque etiam sufficienti dotatione, quæ in annuis redditibus constituta erat, & assignari poterat, ideo pro consequutione earundem distributionum fuit decisum.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium fuisse institutum, & successiuè dotatum, ex quibus verbis dicatur probatum.*
2 *Dos beneficij constitui etiam potest in annuis redditibus, & num seq.*
3 *Promissio pecuniarum per hæredes adimplendam, sufficit pro dotatione beneficij.*
4 *Dotatio beneficij probatur executioni demandata ex nominatione, & institutione beneficiati ac etiam ex alijs de quibus ibidem.*
5 *Assignatio redditunm facta pro dote beneficij, & Anniuersarij, ex quibus remaneat concludenter probata.*
6 *Enunciatiuæ emissæ ab Ordinarijs in actu visitationis plenè probant assignationem dotis beneficij.*
7 *Anniuersarij pro beneficio requisiti defectus, potest suppleri ab hæredibus fundatoris, & quatenus.*
8 *Consuetudo viget in tota diœcesi Valentiæ supplendi defectum Anniuersarij pro dote beneficij requisiti, mediante oblatione solidorum decem.*
9 *Beneficiatus, qui paratus est inseruire Ecclesiæ, illius etiam distributiones quotidianas consequi debet.*

DECISIO CCCCXXXVI.

THOMÆ petenti distributiones quotidianas, Informantes pro Clero S. Martini iterum opponebant non Iustificasse donationem Beneficij, & fundationem Anniuersarij ad formam Constitutionis Episcopi Vitalis, verum Domini persliterunt in decisis 3. Iulij 1673. * & 4. Iulij 1674.

De Institutione, & dotatione siquidem Beneficij facta à Petro Marrades, clarè constat ex Instromento fundationis de anno 1382. dato in hodierno *Summario Cleri numer. primo*, quod non continet, vt prætenditur, simplicem promissionem dotandi, sed effectiuam dotationem, vt patet, ibi: *Facio, constituo, & ordino* vnum Beneficium, & promitto illud dotare 20. libris annuis censualibus sub conditionibus, quod dominatio vestra, seù vester Vicarius Generalis faciatis recipere in Beneficium illum Presbyterum, seù Clericum idoneum, qui mihi siuè Patrono post meum obitum benè visus fuerit, &c. & promitto impofterum mea vita durante celebrari facere dictum beneficium, & dare ex meis bonis Presbytero, qui illud celebrabit ad meum libitum illam portionem, quæ mihi benè visa fuerit, &c. & post meum obitum promitto dare Presbytero ex meis bonis 20. libras, &c. vel quod hæredes teneantur emere, seù assignare dictas 20. libras in censibus rendalibus, & annualibus, &c. & ibi: *Nos d. Iacobus Episcopus Valentinus dictam Institutionem Beneficij, &c. acceptamus, approbamus,*
& laudamus, &c. ex quibus verbis apertè colligitur Benefi- 1
cium verè fuisse institutum, & dotatum cum dote annua
librarum 20. extrahenda ex bonis fundatoris, authorizan
te, & approbante eodem Ordinario, † cum dos Be- 2
neficij constitui etiam possit in annuis redditibus, vt præter adductos *in secunda decisione § obiectum* habetur ex Text. *in can. Placuit prima quæst. 2.* Rocch de Curt. *de Iurepatr. Verb. & dotauit num. 13.* & in specie promissionis
† pecuniarum adimplendæ per hæredem tenuit Rota *in* 3
Meleuitana Beneficij 14. Martij 1664. coram bonæ memoriæ Vicecomite.

Quod autem dotatio habuerit effectum; Primò desumitur ex nominatione, & Institutione subsecuta in personam Iacobi *Poch.* cum proibitione alienandi bona spectantia ad Beneficium; Secundò ex Instrumento anni 1385. facto ab Ordinario, in quo leguntur talia verba *ad plenum vidimus publicum Instrumentum*, per quod est certum de Institutione, & dotatione Beneficij Ecclesiastici, quod idem Petrus Marrades in manu nostra fundauit in dicta Ecclesia sub Inuocatione S. Michaelis, tertiò ex concordia inita inter Regem Aragoniæ, & Clerum Ecclesiasticum Valentinum, in qua fit mentio Beneficiatorum S. Martini, & inter istos recensetur Iacobus Poch sub his verbis: *Item Iacobus Poch Presbyter, qui tenet vnum Beneficium institutum per Petrum Marrades cum suis redditibus.* Quartò ex permutatione dicti Beneficij facta de anno 1422. cum Ioanne Daude, cui Ordinarius iniunxit onus personaliter residendi, proibuitque alienationem bonorum spectantium ad dictum Beneficium. Quintò ex Visitationibus factis de anno 1388. 1391. & 1401. in quibus pariter fit mentio de dotatione, & assignatione bonorum de residentia Beneficiati de dotatione Anniuersarij, & assignatione redditum pro
lampades; † Quę omnia exuberant ad probandum effectiuam 4
assignationem redditunm pro dote, & Anniuersario, ex
Lambert. Barbos. & alijs *in prima decisione allegatis §. non*
obstat; Imò in hac re antiquissima † satis essent enunciati- 5
uæ emissæ ab Ordinarijs in dd. Visitationibus, quibus credendum est Rota *post Viuian. de Iurepatr. decis. 26. num. 12.*

Et de dotatione Anniuersarij constat ex supradicta enunciatiua, vel quatenus ob temporis antiquitatem concludenter constare non posset de dotatione effectiua dicti
Anniuersarij, † adhuc de consuetudine vigente in tota 6
Diocesi Valentina sufficit oblatio solidorum decem facta 7
ab hæredibus fundatoris, vt firmat *prima decis. §. Præterea.*

Cumque ex supradictis appareat sufficienter de dotatione, & versemur in Beneficio habente præcisam obligationē
interessendi, & inseruiēdi Ecclesiæ, † Tho. qui est paratus 8
inseruire, debet etiam admitti ad consequendas distributiones, vt in puncto dixit Rota *in Valentina Distributionum sexta Februarij 1615. coram Vbaldo* cum alijs relatis *in dd. decisionibus coram me*, quæ respondent etiam obiectis de nouo repetitis.

Et ita vtraque; &c.

Supra in altero tomo primo huius Decimæ Octauæ partis adsunt aliæ duæ decisiones in hac causa emanatæ, quæ sunt ibi in ordine 174. & 364.

R.P.D.

R. P. D. VICECOMITE.

Hispalen. Decimarum.

Lunæ 4. Februarij 1675.

ARGVMENTVM.

Latissimè disputatur, an sub dismembratione Ecclesiæ, etiam decimæ dismembratæ censeantur, & articulo maturè discusso, negatiuè resoluitur, eo magis quia in hoc casu decimæ de iure speciali, & ex regijs donationibus debebantur, de quibus ideò Papam nec voluisse, nec cogitare potuisse dicendum est; Vt proinde per dismembrationem huiusmodi, nullum antiquæ Ecclesiæ fuerit præiudicium illatum.

SVMMARIVM.

1 *Literæ Apostolicæ super dismembratione Ecclesiæ, eatenus præiudicant, quatenus verbis expressis continentur in illis.*

2 *Decimarum translatio de vna Ecclesia ad aliam, causat præiudicium, ac proinde exactam causæ cognitionem requirit.*

3 *Decimæ non censentur dismembratæ ab Ecclesia per solam dismembrationem territorij, nisi de eis specialis, & expressa mentio facta sit, & n. 9.*

4 *Dismembrationis Ecclesiæ iustitia ab aliqua illius necessitate desumi debet.*

5 *Dismembratio Ecclesiæ iure facta dicitur ad prospiciendum periculo animarum.*

6 *Dismembratio Ecclesiæ fieri potest pro assignanda congrua dote Ecclesiæ nouiter erectæ.*

7 *Decimæ Ecclesiæ matricis censentur ab ea dismembratæ, & spectare ad filialem, eo ipso quod illa intra eius limites fuit erecta, & quando vide n. seqq.*

8 *Dismembratio decimarum ab Ecclesia non reducitur, si cessante necessitate Ecclesia nouiter erecta habebat sufficientes redditus, & n. seqq.*

9 *Dismembratio sola territorii non importat dismembrationem decimarum, & quando, & vid. sup. nu. 2.*

10 *Dismembratio Ecclesiæ si fit cum assignatione territorij, veniunt decimæ in illo existentes, alioquin non veniunt & vid. n. seqq. & n. 25.*

11 *Decimæ non dicuntur assignatæ Ecclesiæ nouiter erectæ, nisi hoc expressum sit, quamuis illi fuerit etiam assignatum territorium earundem decimarum.*

12 *Papa ea solum præsumitur scire, quæ à iure descendunt.*

13 *Papa in dismembratione Ecclesiæ non censetur voluisse comprehendere decimas, quæ iure particulari, & extraordinario exiguntur, & n. 19.*

14 *Abbas si est verus Ordinarius, & in Episcopi locum, ac iurisdictionem successit, decimas ratione curæ, & eiusdem iurisdictionis habere debet.*

15 *Decimæ, quæ per dismembrationem cessans in Archiepiscopo, assistere debeat Abbati in illius locum suffecto.*

16 *Argumentum deductum à sufficienti partium enumeratione, dicitur in iure validum.*

17 *Decimæ, excepta quarta, non numerantur inter iura Episcopalia.*

18 *Cura non dicitur spectare ad Abbatem, si persona, quæ illam exercere debet eligi debet à Capitulo cum approbatione Episcopi viciniores, non autē eiusdem Abbatis.*

19 *Papa non censetur in dismembratione Ecclesiæ potuisse cogitare de iis decimis, quæ ex donationibus particularibus debebantur, & sup. n. 13.*

20 *Episcopus pro decimis nullam contra laicos habet iurisdictionem, sed tantum contra Ecclesias Parochiales super illarum quarta.*

21 *Decimarum quarta debita Episcopo fuit subrogata loco decimarum, quas Leuitæ soluebant Sacerdotibus.*

22 *Decimas Sacerdotes non exigebant à Populo, sed Populus illas soluebat Leuitis.*

23 *Dismembratio Ecclesiæ non præiudicat Episcopo, & Capitulo super exactione decimarum.*

24 *Decimas in dismembratione Ecclesiæ non fuisse comprehensas, ex obseruantia declaratur, si antiqua Ecclesia semper illas exegit.*

25 *Ecclesia nouiter erecta de mandato Papæ cum assignatione parochiæ, non potest prætendere decimas, & vid. sup. à num. 10.*

DECISIO CCCCXXXVII.

AD preces Comitis de Oliuares postquam fau. mem.
Vrbanus Octauus Ecclesiam Parochialem ipsius loci
de Oliuares suppresserat, & in Collegiatam cum vna Ab-
batia Dignitate principali, alijsque Dignitatibus, Cano-
nicatibus, Beneficiatis, omnibusque Capitularibus, &
Collegialibus Insignijs erigi iusserat, constituta Mensæ Ca-
pitulari congrua dote ex fructibus antiquę Parochialis sup-
pressæ, applicatione diuersorum Beneficiorum, alijsque
redditibus de proprijs eiusdem Comitis facultatibus assi-
gnatis, ad maiorem insuper honorificentiam ipsius Abba-
tiæ Oppidum ipsum de Oliuares eiusque Statum, & Co-
mitatum cum omnibus in eo contentis, etiam Parochiali-
bus Ecclesijs ab Archiepiscopato, & Diœcesi Hispalen.
dismembrauit, & Abbatiæ nouiter erectæ, ac futuris Ab-
batibus pro particulari Territorio, in quo essent Iudices
Prælati, & veri Ordinarij, assignauit, & prout latius in
Bulla erectionis continetur, Cum autem in huiusmodi as-
signatione etiam Decimas, quæ in eodem Territorio perci-
piunt dictus Archiepiscopus, & Capitulum Hispalen.
Mensa Abbatialis sibi suaderet contineri, 27. annis post di-
ctæ Bullæ executionem eas prætendere cepit, & Iudicio
coram Reuerendissimo Nuntio Hispaniarum desuper in-
structo, sententiam obtinuit fauorabilem, deuoluta deinde
per appellationem Causa coram R. P. D. m. Bourlemont,
præuijs duabus Decisionibus 27. Nouembris 1672 * & 13.
Iunij 1671. per aliam Sententiam reuocatoriam decretum
fuit prædictas Decimas non deberi Abbati, ad cuius de-
mum prouocationem sententiam hanc esse confirman-
dam coram me DD. responderunt.

De illius namque validitatem constat ex reuolutione
actorum, & Iustitia apparet ex præcitatis binis decisioni-
bus coram R. P. D. meo Bourlemont, quarum fundamen-
ta fuerunt iterum repetita, & confirmata.

Etenim cum in Bulla erectionis, & dismembrationis,
in qua se fundat Abbas, nullatenus mentio fiat de Deci-
mis Territorij dismembrati, non censetur Papa illas voluis-
se comprehendere, qui regulariter per similes literas non
intendit præiudicare, † nisi quatenus in illis contineatur 1
expressè est textus notabilis in *Extrauag. Apostolatus Ioan-*
nis 22. de concess. Præbend. & cum materia ipsa translatio-
nis Decimarum de vna Ecclesia ad aliam recenseatur in-
ter casus magis dubitabiles, † inuoluens de sui natura 2
præiudicium Ecclesiæ antiquæ, exigensque propterea exa-
ctiorem causæ cognitionem, *vt in Valentina Decimarum 29.*
Nouemb. 1603. coram Lancell. penes Marches. *de Commiss. p. 1.*
pag. 639 per solam dismembrationem Territorij ab Eccle-
sia Hispalensi, & finibus Ecclesiæ de Oliuares vniti, nul-
la facta in dicta Bulla erectionis de his Decimis expressa
mentione aut speciali assignatione, † non censentur dis- 3
membratæ, vt tenuit Rot. *dec. 48. nu. 21. coram Bichio*, ac in
præcitata Valentina *Decimarum, & in rec. dec. 419 nu 3. p.*
1. & decis. 399. n. 1. vers. Quam ex eo par. 2. & ex mente Sac.
Congregationis Concilij recedendo *à decis. 59.* coram Marc.
Andr. ait *decis. 497. n. 1. & per tot. par 4.* comprobata in ea-
dem *Mediolanen. Decimarum de Carlatio 5. Iunii 1617. coram*
Pirouano, & in alia Leodien. Decimarum de Spa. 5. Maii 1627.
coram eodem, & refert Barbos. ad Sac. Conc. Trid. *sess. 21. de*
reform. cap. 4. n. 16. alijsque quampluribus firmat *prima de-*
cisio §. Bulla namque coram R. P. D. meo Bourlemont.

Quodque dictæ Bullę dispositio vbi loquitur de dismem-
bratione Territorij, ad ipsas Decimas non extendatur con-
uincitur etiam ex eo, quod non ex aliqua necessitate, † à 4
qua dismembrationis Iustitia desumi debet, vt tradit Lo-
ther. *de Benefic. qu. 28. num. 24.* facta fuit talis dismembratio,
vt quia scilicet prospiciendum esse † animarum periculo 5
iuxta constitutionem Alexandri 3. *ad audientiam de Eccles.*
ædific. innouatam per Sac. Conc. Trid. *dicta sess. 21. de re-*
form. c. 4. vel esset prouidendū de congrua dote † Ecclesiæ no- 6
uiter erectæ, vt post *Abbatem in cap. conquerente sub n. 1. in*

prima

primo notabili, & numer. primo de Cleric. non residens & alios
Canonistas tradit idem Lother. *præcitata quæst. 28. num. 25.*
Sed ex mera Comitis pietate prout Bulla ipsa præfatur, &
& postquam vberrimis redditibus in eadem Bulla specificè
enumeratis, Ecclesia de Oliuares iam erat dotata, & ex
quibus splendori Ecclesiæ, illiusque Ministris satis erat
consultum, vt prosequendo exponit eadem Bulla, fuit in
Collegiatam erecta, & ad magis decorandam illius erectio-
nem, Territorium ab Ecclesia Hispalen. dismembratum
ei fuit vnitum; Hoc enim casu Doctores etiam ij, qui con-
tra Ioannem Andream *ad specul. tit. de Decim. §. 1. verb.*
vnica litera A. tenent decimas Ecclesiæ Matricis censeri ab
7 ea dismembratas, † & spectare ad filialem, eo ipso quod
intra illius limites fuit erecta, omnes conueniunt quod hu-
8 iusmodi Decimarum dismembratio † non inducitur, inter
quos Abbas *in dicto cap. Ad audientiam il primo sub num. 8.*
vers. fatendum est tamen de Decimis, & ibi Ioannis de An-
nania *pariter sub num. 8. vers. sine exceptione si nimis necessi-*
tas Butrius *in cap. cum contingat etiam sub num. 8. ergo finem*
vers. quando Ecclesiæ Parochialis Papæ mandato Rebuf. *de*
Decimis quæst. 8. nu. 22. eoque minus quando cessante neces-
sitate, Ecclesia nouiter erecta habebat pingues redditus
sufficientes pro splendore Ecclesiæ, ac emolumentis mini-
9 strorum, prout in casu nostro, † quia tunc in generali dis-
membratione Territorij, non comprehenduntur Decimæ,
vt prosequendo tradit idem Rebuf. *præcitata quæst. 6. num.*
22. vers. 3. quod illa Capella Lother. *de benefic. dicto lib. 1. qu.*
23. num. 49. & 50. Rota *decis. 419. num. 4. & decis. 448. num 2.*
par. 5. cum alijs cumulatis *in dicta prima decisione §. quæ fa-*
cilius, etiam repetitis *in secunda §. Hæc Pontificis carum R.*
P. D. mea Baurlemont, Ex quibus apparet hæc omnia eo
fortius procedere, quia de non comprehensione harum De-
cimarum sub generali dismembratione constat per confes-
sionem ipsius Comitis supplicantis, & etiam Abbatis, cum
quibus DD. transierunt.

Nec in præsenti casu visum est DD intrare distinctio in-
ter dismembrationem, quæ fit cum assignatione Territo-
rij Ecclesiæ dismembratæ, & inter dismembrationem, quæ
fit sine tali assignatione, vt scilicet in prima veniant Deci-
10 mæ ex prædijs in tali territorio assignato reclusis, prout fuit
opinio Ancharan. *inter cons.* Calderini *cons. 2. vers. sed con-*
tra de Decimis in secunda vero non sic, quia præterquam
quod semper viget responsi superius data, quod scilicet ad-
11 missa etiam tali assignatione Territorij. † Decimæ nihilo-
minus ipso Iure non transeunt in Ecclesiam dismembra-
tam, nisi fuerint particulariter assignatæ, vt reprobato An-
charan. *dicto cons. 2* ex mente Sac. Congregationis Concilij
Statuitur *in Mediolanen. Decimarum Sancti Donati 5. Iunii*
1617. & in dicta Leodien. Parochialis de Spa. 5 Maii
1627 coram bon. mem. Pirozano, & in alijs *in prima decis. R.*
P. D. mei Bourlemont § Bulla namque, adhuc quomodocum-
que fiat talis dismembratio, cum nullo Iure ordinario aut
ratione Iurisdictionis, aut vniuersalis Curæ animarum ea
infra dicendis, harum Decimarum exactio competat Ar-
chiepiscopo, & Capitulo, sed Iure Regiarum Donatio-
num, de quibus toties actum est in Rota, illarumque
Historiam fusè recenset Prima Decisio non est dicendum
12 quod Papa, qui solum ea, quæ à Iure communi descen-
13 dunt, præsumitur scire, de his Decimis cogitauerit, † &
auctoritatem circa eas voluerit exercere, quæ Iure particu-
lari, & extraordinario exiguntur Castill. *quotid. contr. lib. 6.*
de tertijs Decimarum cap. 36. à n. 8. tom. 7. optimè Rota coram
Seraphin. *decis. 1693. per tot.* cum alijs *in decis. prima §. vn-*
de vbi respondetur *decisioni 48. par. 1. rec.* quæ videtur con-
traria prædictæ Seraphini.

Minusque ad hac Decimas cogitasse Papam præsumen-
dum est, ex eo, quod non solum de illius mandato fuit ere-
cta Collegiata cum assignatione particularis Territorij, sed
vlterius in Territorio sic assignato, & ab Ecclesia Hispa-
len. dismembrato, voluit vt Abbas de Oliuares esset verus
Ordinarius exinde inserendo; quod cum in Archiepiscopi
locum, & Iurisdictionem successerit, & in sua Diocesi iste
14 sit vniuersalis Parochus, † ratione que curæ animarum, ac
prædictæ Iurisdictionis sibi decimæ debeantur, vt in ter-
minis huius Ecclesiæ dixit Rota *decis. 22. num. 1. & seqq.*
decis. 189. num 9. & 10. part 7. recent. Iura hæc parochiali-
tatis, & consequenter Decimarum, quæ per dismembra-
15 tionem cessant in Archiepiscopo, † assistere debeant Ab-
bati in illius locum sub ingresso ex præcitato *cap. cum con-*
tingat de Decimis.

Quandoquidem factum non assistit; Siue enim attenda-
tur persona Archiepiscopi, vnde iura prædicta dedu-
cuntur, & in eo nullum Ius Parochialitatis cessauit,
in quo potuerit succedere Abbas, cum in locis dismem-
bratis, etiam antequam dismembrarentur, cura
non esset penes Archiepiscopum, sed eorum in aliquibus
Curati deputabantur per ordines militares Hispaniæ, in
aliquibus verò per dictum Capitulum, & nihilo-
minus ab Archiepiscopo, & Capitulo, non secus, ac de
præsenti percipiebantur Decimæ, cum tamen neuter isto-
rum haberet in Iure communi fundatam intentionem de-
cimandi, † vt argumento ducto à sufficienti partium enu-
meratione in *cap. conquerente de decim.* vbi inter Iura Epi- 16
scopalia decimæ, † excepta quarta non numerantur tradit
Rebuf. *de decimis quæst. 7. à num. 7. per tot.* & sæpius dixit
Rot. *decis 202. num. 3. 212. num. 7. & 270. nu. 3. part. 13. recent.* 17
& de Capitulo loquitur præcitata *decis. 202. nu. 5.* siue con-
sideranda sit persona Abbatis nec pariter cura generalis
animarum fuit in eo translata, dum facultas deputandi
Canonicum ad exercitium dictæ Curæ in Ecclesia Colle-
giata fuit per Papam commissa Capitulo, vt ea Bulla n. 39.
illiusque approbatio Episcopo viciniori, † cui non autem
Abbati auctorizabilis institutio competit, cuius subiectum 18
est ipsa cura Butrius *in cap. de Monach. sub num 8. &* Abb.
num 7. de Præb. Lother. *de benefic. lib. 1. quæst. 23. num. 99.*
& prout latius in dictis Causæ *Decisionibus cor. R. P. D. meo*
Bourlemont.

Et si vigore dictæ Bullæ in illa parte in qua huic Colle-
giatæ applicantur redditus iam visum est in themate, de
quibus redditibus intellexit Papa, cum omnes fuerint ex-
pressi, nec potuisse cogitare de his Decimis, quæ Iure par-
ticulari Regiarum donationum exiguntur ab Archiepisco- 19
po, & Capitulo *vt in § Etenim*, eo minus huiusmodi inten-
tio colligi potest ex parte exemptiua vbi scilicet loca dis-
membrata eximuntur à lege Diocesana, quia notum est in
Iure principium vigore legis Diocesanæ nulla habere Epi-
scopum contra Laicos super decimis Iurisdictionem, † sed
tantum contra Ecclesias Parochiales, super quarta illarum 20
quas exiguntur à Laicis, vt soluendo quæstionem excita-
tam per *gloss. in d. cap. conquerente verb. decimationum*, &
conciliando textuum antinomiam, explicat alia *gloss. in*
præcitato cap. cum contingat verb de Iure communi de Deci-
mis Abbas *in nox citato cap. conquerente nu 2.* Barbos. *de of-*
fic. & potest. Episcopi allegatione 86. nu. 35. & seqq. & num.
38 vers. vnde Rota cor. Royas *decis. 343 num. 4.* quæ dat
concordantes. Cum enim ista quarta † sit subrogata loco
Decimarum, quas Leuitæ soluebant Sacerdotibus, vt per 21
Monet. *de Decim. cap 3. nu. 5.* Sacerdotes illas non exigebant
à Populo, † sed populus illas soluebat Leuitis vt ex lit. *tex.*
in cap. 1. de Decimis. 22

Ex quibus omnibus cum satis constet in dismembratio-
ne de qua agitur, de sui natura non venire Decimas, nec
de ijs potuisse cogitare Papam, † firmum etiam remanet, 23
quod nullum ea inde potuit præiudicium resultare Archie-
piscopo, & Capitulo, vt respondendo contrarijs statuit 1.
Decisio §. vnde.

Veritatem demum præmissorum omnium comprobauit
obseruantia subsequuta, Etenim vsque à die, qua fuit exe-
cutioni demandata Bulla dismembrationis per ann. 27. con-
tinuos absque vlla contradictione Abbatis quietè, & paci-
ficè Archiepiscopus, & Capitulum Decimas has semper
exegerunt † vnde clara elicitur declaratio in dismembra- 24
tione non fuisse comprehensas, vt in specie obseruat Rot.
in præcitata decis. 419. num 5 par. 1. & 447. sub n 4. p 4. tom. 1.
& in Mediolanen. Decimarum S Donati 5. Iunii 1617. §. Deci-
mas coram bon. me. Pirouano, & de Ecclesia erecta de man-
dato Papæ cum assignatione Parochiæ † tradit Butrius *in* 25
præcitato cap. cum contingat sub nu 8 prope finem Ibi: *Si ta-*
men apparet assignata Parochia, & sic est possessa, præsumi-
tur in Dubio sic assignari extra de Decimis, in nihilo obstante
lite intra dictum tempus agitata, quia ex tunc deductis in
Iudicio, & ex confessione ipsius Comitis, & successiuè
etiam Abbatis apparet super diuerso articulo fuisse excita-
tam, vt ex facto probatur in præcitata primæ Causæ *Deci-*
sione §. finali, quæ fusè confutat contraria, & ceteris omni-
bus supplet secunda cum quibus DD. transierunt.

Et ita altera tantum parte informante, &c.

Decisiones in hac causa emanata sunt impressæ par. 17. rec.
vbi sunt in ordine 213. & 351.

R. P. D.

R. P. D. EMERIX.

Leodien. Secus.

Lunæ 4. Februarii 1675.

ARGVMENTVM.

Ad saluandas contrarietates, & alias exceptiones testium præsens tendit decisio; Itaut testes discordantes de tempore in actu reiterabili, & successiuo, de diuersis temporibus deponere videantur; Alii verò, quorum vnus testatur de mille patacconis pro supellectili, non sint contrarii, si alter de suppellectili non excedente mille patacconos deponat; Et demum quod non repellatur testis mediator, & communis amicus, licet pro quiete partium aliquam affectionem habere videatur.

SVMMARIVM.

1 *Testis dicat pactum fuisse conuentum die confectionis capitulorum, non contrariatur testi deponenti de eodem pacto aliquibus diebus antea, & in actu stipulationis non repetito, & quare numer. seqq.*

2 *Testes inuicem non discordant, si de eodem acta diuerso tempore deponant, quotiescumque ille reiterabilis sit.*

3 *Testium contrarietatem, & singularitatem ad euitandam omnis interpretatio fieri debet.*

4 *Testes discordantes in tempore, ita concordantur, vt vnusquisque de diuerso, & successiuo tempore deponat.*

5 *in Matrimoniis plerumque pacta tractantur, antequam ad conclusionem reducantur.*

6 *Testes non sunt contrarii, si vnus deponit de mille patacconis pro suppellectili, alter de suppellectili non excedente mille patacconos; & numer. 7.*

7 *Testes licet discrepent in formalitate, si tamen in substantia non probant.*

8 *Testis procurator matris etiam in eodem contractu, non repellitur in iis, quæ spectant ad filium.*

9 *Testis mediator, de facto proprio; si nullum habeat interesse, recipitur, etiam si dixerit, se ita cupere.*

10 *Testis communis amicus, deponens pro quiete ambarum partium non diminuitur, sed potius augetur de fide, etiam si habent affectionem ad concordiam earundem partium.*

DECISIO CCCCXXXVIII.

DOMINI persliterunt in decisis coram me die 7. Maii proximi præteriti ea fundamentis in eadem decisione deductis, quibus minime obstare videbantur exceptiones contra depositiones, & personas Testium à Thoma Petro inductorum hodie iterum pro parte Agathæ repetitæ.

Non enim existimabantur singulares, & contrarii, ex quo primus testis deponat pacta partis æqualis fuisse con-
1 fusa die confectionis Capitulorum matrimonialium, †
secundus verò per aliquot dies, ante, & in actu stipulationis non fuisse repetita, quia vt aduertit eadem *decisio §. singularitas & seq.* idem secundus Testis dicit fuisse po-
2 stea repetita in actu confectionis, † quamuis non iterata in actu stipulationis; Vndè à primo non discordat, cum
3 enim actus sit reiterabilis, † ad vitandam singularitatem,
& contrarietatem prout semper fieri debet in hac materia
ex firmatis in *dicta decis. §. præmittendo † enim*, Testes in- 4
telligendi sunt de tempore diuerso, & successiuo Felin. *in cap. translato nu. 8. vers. & sic nota de constit.* Bart. *in l. apud antiquos num. 3. C. de furt.* Dec. *cons. 602. numer. 6.* Ruin. *cons. 130. num. 6.* Rota coram Gregor. *decis. 351. num. 31. & coram* Carill. *decis. 186. num. 13. & decis. 410. numer. 2. & coram* Coccin. *decis. 1831. nu. 21. & in recent. decis. 688. an. 5. par. 2. & decis. 433. num. 6. par. 4. tom. 2.* potissimum quia super huiusmodi pactis matrimonialibus experientia
docet † sæpius tractari antequam concludantur, vt ad- 5
uertit etiam Decian. *d. cons. 608. num. 6. & Rota ibi proxime.*

Neque fortior varietas, & contrarietas desumi videbatur ex eo, quod vnus deponit de promissione mille patac-
conorum pro suppellectili, † alter verò de ipsamet suppel- 6
lectili, quæ non excedat mille patacconos, quoniam in
substantia idem deponunt, † quamuis discrepent in for- 7
malitate verborum ideoque plenam fidem merentur, vt præter allegatos *in decis. §. neque pariter* firmant Altaand. *consil. 5. numer. 10. libr. primo & consil. 186. numer. 3. & 4. libr. 7.* Decian. *cons. 100. numer. 4.* Farin. *de testib. quæst. 65. numer. 16.* & dixit Rot. coram Gregor. *decis. 351. numer. 24.*

Quo verò ad exceptiones personales contra eosdem testes hodie etiam adductas istæ visæ sunt irreleuantes, quia primus non interfuit contractui tanquam. Procurator Thomæ Petri, sed eius matris, quæ illum deputauit ad promittendum quædam spectantia ad ipsam, non autem ad acceptanda controuersa pacta *Summarii præteriti Tho-*
mæ Petri num. 4. † & ideò à testificando super dictis pactis 8
ex hoc capite repelli non potest, qualitas verò affectionis particulariter considerata in secundo teste, qui pacta pertractauit, & dixit cupere, quod Agatha se conformaret cum promissionibus factis, non existimata fuit sufficiens
ad diminuendam eidem fidem, † quia cum deponat de fa- 9
cto proprio, & ex negotio pertractato nullum reciperet commodum, & vt communis amicus etiam electus fuisset mediator, id rationabiliter dixit, & quidem pro quie-
te ambarum partium, vt ipsemet declarauit, † potius 10
maior fides illi est præstanda Caputaq. *decis. 267. part. 5.* Muntic. *decis. 6. num. 10.* Buratt. *decis. 775. nu. 4. & decis. 844. nu. 14.* Cels. *dec. 312. nu. 4* Dunoz. Inn. *dec. 664. num. 13. & dec. 113. nu. 11. par. 5. rec.*

In reliquis verò Domini approbatiue se retulerunt ad latius firmata in d. præterita decisione cum quibus transierunt.

Et ita vtraque, &c. resolutum fuit.

Altera, quæ hic est confirmata decisio habetur impressa in alio præcedenti tomo istius decimæ octauæ partis cuius est in ordine 288.

REVERENDISS. D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Saluiaol.

Lunæ 4. Februarii 1675.

ARGVMENTVM.

Post disdictam census, eiusque pretium in Sacro Monte depositatum, ad effectum illud consignandi creditori, alter comparuerat creditor anterior, qui dictum pretium sibi consignari postulabat; cumque non obstante sua inhibitione, creditor posterior illud sibi consignari fecisset pro auocatione pecuniarum, Saluianum anteriori conceditur, quia & de hypotheca in censu dubitatum non est, eamque etiam in illius pretio, adhuc extanti, subrogatam, continuare fuit decisum.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Census venit sub generali obligatione iurium, & actionum.*

2 *Pretium in particularibus non succedit loco rei.*

3 *Pretium rei non ex re, sed propter negotiationem percipi dicitur.*

4 *Pretium, re perempta, & extincta, etiam in particularibus, succedit loco rei.*

5 *Depositi conditionalis dominium, non impleta conditione, neque illius acceptatione sequuta, remanet penes deponentem.*

6 *Pecunia depositata, licet cum alia depositarii commixta, remanet tamen illius domino actio ad tantumdem consequendum.*

7 *Saluianum datur etiam super pecunia creditori hypothecata sub nomine iurium, & actionum.*

8 *Attentata sunt omnia gesta post inibitionem.*

9 *Pecunia consignata creditori posteriori post inhibitionem, tanquam attentata, auocari potest à creditore anteriore, etiam si sit commixta, vel consumpta.*

D E C I S I O CCCCXXXIX.

CENSVS scutorum 2600 in sorte aliàs impositus à Congregatione Lateranense ad fauorem qq. Martii, & Augustini Spinulæ, fuit à Benedicto Spinula cessus Cataneo de Cataneis, & ab isto pro rata scutorum 650. Petro Ferretto; cui facta disdicta per Congregationem debitricem, depositaque pecunia in Sacro Monte Pietatis ad effectum præuia retrouenditione Census eam consignandi Ferretto Creditori cum onere inuestiendi in aliis Censibus, seù Locis Montium, antequam retrouenditio & respectiuè pecuniæ consignatio sortiretur effectum, insurrexiit Iulia Vxor, & Creditrix d. Benedicti Spinulæ occasione duorum Censuum ad sui fauorem per eundem impositorum de anno 1639. & admissa ad causam, obtinuit super dicta pecunia immissionem in Saluiano ab Eminentissimo D. Cardinali Vicario, quam pariter in gradu appellationis concedendam esse censuit Rota, quia non fuit dubitatum sub generali obligatione bonorum, iurium
1 & actiunum † ad fauorem Iuliæ contractam per Spinulam eius Virum venire Censum, de quo agitur, tunc ab illo possessum, iuxta textum *in leg. nomen C. quæ res pign. & oblig. poss*: cum aliis apud Merlin. *de pign. lib. 2. q. 29. nu. 1. cum seqq.*

Quemadmodum neque fuit in dubium reuocata moderna possessio Ferretti rei conuenti, sed controuersia versabatur in eo dumtaxat, an hypotheca Iuliæ extendatur super hac pecunia nunquam possessa à Spinula debitore, itaut super illa valeat petere immissionem in Saluiano.

Et quamuis ad eam excludendam scribentes pro Fer-
2 retto niterentur regulæ, † quod in particularibus pretium non succedit loco rei per *text. in l. venditor 21. ff. de hæred. vel act. vendit.* Amat. Panorm. *resol. 4. numer. 10. &* Merlin. *de pignor. lib. 4. quæst. 179. num 1. & 5.* qui alios referunt.

Attamen præterquam vnus ex Dominis aduertebat rationem Textus fundatam in eo, quod pretium non ex re,
3 sed propter negotiationem perceptum dicatur, † ibi: Pretium enim hominis venditi non ex re, sed propter negotiationem percipitur; non applicari præsenti hypothesi, in qua pretium non propter aliquam negotiationem, sed ex censu resoluto, & extincto percipitur.

Et vlterius regulam ex eodem Textu desumptam limi-
4 tari † quoties res perempta, & extincta remansit secundum Gloss. *in l. 1. verb. possessores vers. nam in subsidium ff. distract. Pignor.* quam esse communiter approbatam ait Gabriel. *cons. 37. numer. 2. vol. 1.* & sequitur Surd. *decis. 306. numer. 14.* & aliis relatis, Rota *decis. 51. num. 5. par. 10 rec.*

Præterea omnis quæstio cessare Dominis videbatur in hoc casu, quia de tempore, quo Iulia fuit admissa ad causam, pecuniæ extabant penès Sacrum Montem Pietatis, quarum dominium nequaquam prætendi valet fuisse vsque tunc translatum in Ferrettum posteriorem Creditorem per Cedulam depositi ad eius dispositionem conceptam, quia in ea Ministri eiusdem Montis declararunt penès se retinere pecunias depositatas ad effectum illas soluendi Ferretto, facta prius per eundem retrouenditione Census vnà cum cessione iurium fauore Congregationis
debitricis, † quibus conditionibus de tempore præfatæ ad- 5
missionis ad Causam à Creditore non adimpletis, neque Cedula acceptata, dominium depositi, etsi forte irreuocabilis, adhuc spectare dicebatur ad deponentem, vt firmat Merlin. *de pignor. lib. 4. quæst. 84. nu. 121. &* Rota cor. Millin. *decis. 136. nu. 4 & cor.* Coccio. *decis. 49. per tot.* & signanter *nu. 13.*

Quo posito licèt pecuniæ depositatæ non in sacculo, sed per actualem numerationem commixtæ dicantur cum
aliis † d. Montis, remanebat nihilominus dictæ Congre- 6
gationi deponenti contra ipsum actio ad consequendum tantundem, vt obseruat Pacif. de Salu. *inspect. 3. cap. 2. n. 266.* super qua vti hypothecata Benedicto Iuliæ debitori
sub nomine iurium, & actionum † competit eidem Iuliæ 7
immissio in Saluiano, vt prosequitur idem Pacif *in mox allegato cap. nu. 268. & 269.* cum aliis ab eo relatis in præcedenti *nu. 195. vers. septimo quæro.*

Nec obstat illarum consignatio facta eidem Ferretto, & inuestimentum subsequutum in tot locis Montium, quia cum vtrumque emanauerit postquam instante Iulia, tam ipse Ferrettus, quàm Congregatio debitrix fuerant
Iudicialiter inhibiti, † ne auderent aliquid innouare, om- 8
nia gesta post talem inhibitionem fuerunt attentata, & nulla, *capit. non solum de appell. in 6* in specie Rota post Merlin. *de pignor. decis. 102. numer. 18. & dec. 317. num. 2. part. 3. recentior.* & proindè non apta ad præiudican-
dum Iuliæ, † cui salua remanet actio hypothecaria pro 9
auocatione pecuniæ mala fide exactæ à posteriori Creditore, etiamsi fuerit commixta, vel consumpta, Surd. *cons. 4. nu. 43. & seqq.* Thesaur Iun. *quæst. for. 16. nu. 14. libr. 2.* Salgad. *in labyr. cred. par. 1. ca. 10. nu. 65.* Noguerol. *alleg. 7. nu. 8. cum seqq.* Andreol. *contr. 351. nu. 24. &* Rota *d. decis. 317. per tot. par. 3. rec.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. E M E R I X.

Anconitana Fideicommissi.

Veneris 8. Februarii 1675.

A R G V M E N T V M.

Reintegratio Fideicommissario conceditur pro bonis, & creditis ab hærede grauato distractis, non obstante illorum præcedenti donatione facta, quæ & nulla erat ob non seruatas solemnitates Constitutionis Carpensis in Prouincia Marchiæ requisitas in contractibus, & donationibus mulieris, ac resoluta etiam tamquam correspectiua ad aliam donationem, non sortitam effectum, quæ si illum habuit, hic solùm fuit sequutus post mortem donantis, quod non sufficit.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres grauatus distrabeat bona, vel exigens credita fideicommissaria, tenetur reintegrare fideicommissum.*

2 *Appellatio remanet deserta, fatalia lapsa sunt si per bienaium, vltra in causa nihil actum sit, nec citatum ad dicendum contra.*

3 *Sententia lapsis fatalibus, vel appellatione deserta transit in iudicatum.*

4 *Bona nulliter donata remanent subiecta fideicommisso, quamuis postea condito.*

5 *Donatio mulieris, vt valeat, quas solemnitates continere debeat in Prouincia Marchie, & nu. seqq.*

6 Con-

6 *Constitutio Carpensis in Prouincia Marchiæ extenditur ad omnes contractus, & donationes mulierum etiam maiorum.*

7 *Statutum loci non derogat Ægidianæ, vel Constitutioni Carpensi, si non loquitur taxatiue sed, vtriusque solemnitates seruari debent.*

8 *Donatio reciprocè facta ad aliam donationem, quæ vel non habuit effectum, vel illam habuit post mortem donantis, remanet resoluta, & num. seq.*

DECISIO CCCCXL.

DOMINI responderunt constare de re iudicata sen-
tentiæ Auditoris Cameræ, per quam relaxatum fuit
mandatum contra Flaminiam hæredem Guidobaldi here
dis grauari Camillæ ad fauorem Petri Nappi heredis fidei-
commissarii pro reintegratione trium creditorum hæredi-
tariorum per dictos Guidobaldum, & Camillam respecti-
uè exactorum, vnius scilicet scutorum quingentorum à
Venerabili Collegio Romano, & alterius scutorum ducen-
torum sortis principalis Census à Guelpho, & Bartholo-
mæo de Tangredis, ac tertii scutorum centum quinqua-
ginta alterius Census ab Equite Laurentio de Ferrettis,
Summ. nu. 1. 2. & 3. Trita est enim conclusio, quod hæres
1 grauatus † distrahens bona, vel exigens credita fideicom-
missaria tenetur reintegrare fideicommissum, iuxtà *Te-
xtum in l. quidam 25. § si quis filiam ff. ad Senat. Consul. Tre-
bell. & in leg. fin. §. finalis de legatis secundo*, ad tradita per
Cyriac. *controu.* 5. *nu.* 23. & Rota *dec.* 235. *nu.* 1. *cum seq.
& dec.* 308. *nu.* 12. *cor. Card. Celsa*, aliosque ab eo allega-
tos. Ac propterea cum ab Anno 1667. latæ sententiæ, vs-
que ad præsens Flaminia, & Andreas eius hæres non cu-
rauerint prosequi appellationem, immo nec quidem obti-
2 nuerint citationem ad dicendum contra commissionem, †
dubitari non potest quin lapsa sint omnia fatalia, ad *Text.
in c. cum sit Romana, & c. ex ratione, ibique glossa, & Scri-
bentes de appell. Clem. sicut eodem tit. Authent. ei qui appel-
3 lat. C. de temporibus appell.* & per consequens sententia †
transitum fecerit in iudicatum, Rot. *dec.* 156. *nu.* 1. *par.* 2.
recent. & cor. bon. mem. Bichio *dec.* 488. *nu.* 2. *& dec.* 637.
num. 4. aliasque passim.

Non obstat, quod creditum cum Seminario Romano
fuerit prius in vita à Camilla donatum Guidobaldo, ideo
que non remanserit subiectum fideicommisso ab eadem
4 postmodum in Testamento ordinato, † quia responsum
5 fuit istam donationem non solum fuisse nullam † ex defe-
ctu decreti Iudicis requisiti per Constitutionem Carpen-
6 sem in tota Prouincia Marchiæ † extensam ad contractus
& donationes mulierum etiam maiorum, vt notat Boc-
caccius *ad eandem Constitutionem glossa vltima numer.* 40.
cum seq. cui non censetur derogatum per Statutum Anco-
nitanum mandans in contractibus mulierum adhiberi
7 duos proximiores, † dum non loquitur taxatiuè, seu non
excludit concursum alterius solemnitatis a Iure, vel à di-
cta Constitutione requisitæ, vt aduertit Men. *cons.* 388.
nu. 14. *& Addentes ad sanct. me.* Greg. *dec.* 260. *nu.* 19.

Verum etiam quatenus substineri non potuisset, cum
morte Camillæ fuisse resolutam, ex quo facta fuerat re-
ciprocè ad aliam donationem à Guidobaldo collatam in
Camillam, & cum clausula, quod sortiretur, & habere
deberet effectum incontinenti secuta solutione facta per
8 dictum Seminarium Guidobaldo, & non aliàs, † cùm
enim tempore solutionis factæ per Seminarium Guido-
baldo, esset iam mortua Camilla, & sic amplius conse-
qui non posset vsumfructum prædii sibi reciprocè donati à
9 Guidobaldo, † nec etiam effectum habere potuit donatio
dicti crediti per Camillam in Guidobaldum correspectiuè
collati, ad *Textum in leg. qui Romæ* 122. §. *Augerius ff. de
verborum obligationibus, ibique Scribentes*, & latè Barzius
decis. 90. *nu.* 24. *cum sequenti.*

Et ita, altera tantùm parte informante resolutum fuit.

R. P. D. EMERIX.

Farfen. Bonorum.

Lunæ 8. Februarii 1675.

ARGVMENTVM.

Renouatio emphyteusis ex lege, vel statuto proximiori debita, debetur etiam non obstante inuestitura extraneo concessa, & quidem cum fructibus à die motæ litis, quamuis idem proximior omiserit facere depositum summæ per extraneum solutæ, si illi fuerit impugnata competentia actionis, suumque ius controuersum; quod autem remedium pro huiusmodi renouatione intentandum sit, ex sequenti Summario, & Decisione videbis.

SVMMARIVM.

1 *Feriæ Farfenses à quo tempore incipiant.*

2 *Proximior vltimi Emphyteutæ se renouari petens, probare debet non solum esse proximiorem, sed etiam hæredem vltimi inuestiti, & quando.*

3 *Renouatio emphyteusis peti solummodo potest actione personali contra Dominum directum, non autem actione reali contra tertium possessorem, & vid. num. 14. & 15.*

4 *Ordinaria iudicii seruari debent in loco statuti, & à iudicibus ibidem existentibus, non autem extra, & præcipuè in causis appellationum.*

5 *Feriæ Rotales seruari non debent in causis Auditori Rotæ commissis, vti Prælato.*

6 *Cardinalis Abbas Farfensis ex priuilegio Pontificis potest quandocumque decidere causas eiusdem Abbatiæ, ac si personaliter resideret.*

7 *Iurisdictio indefinitè concessa, non censetur restricta ad limites statutos in loco eiusdem iurisdictionis existentis.*

8 *Breue Pontificis concessum Cardinali nepoti est latissimè interpretandum.*

9 *Obseruantia est optima interpres Constitutionum Apostolicarum.*

10 *Obseruantia dicitur interpres cuiuscumque dispositionis, etiamsi intellectus esset malus, & de iure non tenendus.*

11 *Proximitas probata eo magis attenditur, si quis vti talis fuit à parte agnitus, & approbatus.*

12 *Hæreditaria qualitas in proximiore requisita, non attenditur, si alius proximior non comparet, qui se inuestiri petat, aut succedere instet.*

13 *Proximior petens se inuestiri eo ipso declarat, se esse hæredem vltimi emphyteutæ defuncti.*

14 *Renouatio emphyteusis potest simul peti tam contra Dominum directum pro inuestitura, quam contra tertium pro prælatione, & numer. seqq.*

15 *pro Renouatione emphyteusis debitæ proximiori vel ex lege, vel ex statuto æquè datur actio contra dominium, ac contra inuestitum pro prælatione.*

16 *Proximior vltimi emphyteutæ potest petere renouatio-*

uationem etiam actione reali contra tertium inuestitum, si illam petiit quoque contra Dominum & vid. sup. à nu. 3. 14. 15. & nu. 16. cum seqq.

17 *Retractus contra tertium qua actione petatur.*

18 *Renouatio emphyteusis à proximiore petita, eaque illi minus legitimè denegata, censetur à iure concessa.*

19 *Præsentatus, & ad beneficium electus censetur ille, qui fuit iniustè reiectus.*

20 *Inuestitura emphyteusis nulliter extraneo concessa, non impedit renouationem proximioribus debitam.*

21 *Impugnans competentiam actionis, ac ius actori competens, non potest deinde opponere illum non fecisse depositum, quod alias facere debuisset.*

22 *Depositum alioquin faciendum, fieri non debet, si illud non fuisset profuturum.*

23 *Oblatio verbalis sufficit attenta illiquiditate crediti, & aliis de quibus ibidem.*

24 *Extraneus nulliter inuestitus tenetur restituere bona proximioribus, cum illius fructibus à die motæ litis.*

25 *Fructus à die motæ litis an debeantur proximiori renouationem petenti si ille omisit facere depositum, & solum fecit oblationem verbalem.*

DECISIO CCCCXLI.

CVM hodie vti subrogatus in locum Reuerendissimo Cadicen. reproponerem hanc causam super decisis coram eodem sub die 25. Iunii informantes pro Angelo Salustio repetebant ferè eadem fundamenta, quibus non obstantibus tunc responsum fuerat sententiam bo. me. Ninot esse confirmandam.

Impugnabant enim illam rursus tam ex capite nullitatis vti latam sub die 31. Iulii, & sic post in dictas ferias Far-
1 fenses, † quæ incipiunt à die 13. Ianuarii ex *Statut. de feriis cap. 65. lib. 1.*

Quam ex capite iniustitiæ. Tum quia Dominicus, & fratres de Manfredis non probarunt se esse proximiores, & hæredes Petri Pauli vltimi inuestiti, prout ad formam
2 Statuti *de locat. cap. 81. & 82. lib. 1.* † ipsos teneri contendunt, ex his, quæ in alia causa Farfen tradidit Rot. cor. Buratt. *decis. 87. nu 12. & 13.*

Tùm quia egerunt actione reali pro immissione contra Angelum tertium possessorem, quam contra illum non
3 competere replicabant, † sed solum personalem ad renouandum contra Dominum directum, iuxtà veriorem, & magis communem DD. sententiam, de qua Rota *decis. 211. num 7. & 8. par. 11. rec. decis. 348. nu. 3 cor.* Greg. & cor. Royas *decis. 132. nu. 3. decis. 131. nu. 4. decis. 312. nu. 11. & decis. 321. nu. 10.*

Tùm denique quia iidem fratres defecerunt in reali oblatione Laudemii pro Eminentissimo D. Cardinali Abbati intra annum à die petitæ inuestituræ, & antequam illam Angelo concessit, & deindè etiam ipsi Angelo post obtentam ab eo inuestituram, & persolutum Laudemium sine qua reali oblatione sustinebant ipsis non fuisse debitam prælationem, & consequenter nec etiam immissionem, seù inuestituram, nulliterque condemnatum Angelum ad restitutionem fructuum perceptorum à die motæ litis.

Sed his omnibus iterum non obstantibus DD perstiterunt in decisis: motiuus enim nullitatis non videbatur re-
4 fragari, † quia respicit ordinatoria iudicii seruanda solum in loco Statuti, & à Iudicibus ibidem ius dicentibus, non etiam extra, signantèr in causis appellationum, iuxtà doctrinam Bart. *in l. 1. num. 11. C. de Summ. Trinit. & fid. Cathol* & replicat Fenzon. *ad Stat. Vrbis præfat. nu. 3. & seqq* & aliis relatis dixit Rota in hac causa *decis. 132. num. 18. par. 14. rec.*

Nec relenare, quod de tempore latæ sententiæ inceptæ quoque essent feriæ rotales, propter quas illa nec etiam in Rota sustinetur, quia cum causa non cognosceretur coram d. D. Ninot vti Auditore Rotæ, sed vti Prælato deputato ab Eminentiss. Abbate iuxtà amplissimas facultates eidem concessas à sa. me. Vrbano Octauo, † feriæ Ro- 5
tales non erant seruandæ, sed sententia censetur lata in Tribunali Eminentiss. Abbatis, qui ex mox dicto priuilegio potest in Vrbe causas quandocumque decidere, & aliis decidendas committere, † perinde ac si personaliter 6
apud Monasterium resideret, vt pariter obseruatum fuit in *dicta decis 132. nu. 19 par. 14 rec.*

Minus obstare, quod ista iurisdictio sic decidendi, & committendi perinde ac si apud Monasterium resideret, intelligi debeat concessa cum obseruatione Statutorum † 7
illius, quia cum in eodem priuilegio amplissimè concedatur iurisdictio indefinitè exercenda; talis clausula non censetur adiecta ad restringendum, sed potius ad ampliandum & corroborandum eandem iurisdictionem, vt per *Text. in leg. Sacrilegii pœnam § si quis ex metallis*, in simili notat Moedan. *decis. 11. num. 2. de renunciat.* Rota *decis. 12. nu. 2. de præbend in nouis, & decis. 54 nu. 17. & seqq. part. 2. diuers.* maximè in breui concesso Cardinali Nepoti, † 8
quod est latissimè interpretan accedente præsertim diuturna obseruantia, † quæ est optima Constitutionum Apo- 9
stolicarum Interpres, iuxtà *Text. in l. minimè, & l. si de interpretatione ff. de leg* & auctoritates allegatas *in Pampilonen. Decimarum 18. Iunii 1670. in fin. cor. me*, vbi hoc ampliatur † etiamsi intellectus esset malus, vel de iure 10
non tenendus.

Fundamenta verò iniustitiæ pariter visa sunt non habere releuantiam; proximitatem enim non posse in dubium reuocari, quia Dominicus, & fratres illam non solum probarunt ex Testibus, aliisque Iuribus relatis in Summ. *num. 3. & seqq. coram Eminentiss. Cerro sub die 23. Martii 1661.* relata in recentioribus *decis. 306. part. 13.* † 11
verum etiam iidem tam ab Angelo Reo, quam à Ministris Eminentissimi Abbatis pro talibus fuerunt semper habiti, & agniti, vt responsum fuit in *prima decis sub d. die 23. Martii § immo tanquam*; Qualitatem verò hæreditariam in hac facti specie, vbi non concurrit alius † proxi- 12
mior, qui sit hæres, & se inuestiri petat, ex dispositione eiusdem Statuti *cap. 86.* prout concurrebat in casu *decisionis 87 coram Buratto*, non esse necessariam, & quatenus necessaria foret, † satis desumi ea ipsumet instantia præ- 13
lationis, & inuestituræ illis vt talibus debitæ, iuxtà *Text. in l. pro hærede, & l. gerit*, vbi communiter *DD. ff. de acquir. hæred.*

Sicut minus rectè opponi eosdem fratres nulliter egisse actione reali ad bona, non competente contra Angelum tertium possessorem ex iuribus supra relatis. Tum quia ipsi egerunt simul, & semel tam contra Eminentiss Abbatem pro inuestitura, † quàm contra Angelum pro præ- 14
latione, & consecutiua inuestitura, prout declaratum fuit in sententia Eminentissimi Cerri, in Summario dd. fratrum dato coram R. P. D. meo Taia sub die 15. Iunii 1665. & consideratum in *d. decis. 132. num 3. par. 14. rec.* Tùm quia etiam licèt regulariter pro renouatione emphyteusis competat tantum actio personalis contra Dominum, qui renouare † tenetur: attamen id non procedit, 15
quando prout hic, inuestitura debita est vigore legis, vel statuti proximioribus, qui non neglexerunt illam petere in termino legali; † tunc enim æquitas omninò postulat, 16
vt ipsis detur actio etiam contra tertium inuestitum pro prælatione, & consecutiua immissione, vt post Alexand. *in l. si mihi & Titio 110. num. 20. vers. tamen in contrarium, &* Crot. *ibidem propè finem, ff. de verb. obligat.* Paris. *cons. 18. nu 4 & seqq. vol. 1.* Riminald. Iun. *cons. 94. nu. 29. & seqq lib. 1. & cons. 444 num. 49 & 50. vol. 4.* benè rationatur Cald *de emphyt. lib. 1. de renouat. emphyteusis quæst. 7. nu. 29. & seqq.* Fulgin. *eod. tract. tit. de renouat. quæst. 1. n. 42.* & in his terminis seruauit Rota *decis. 431. in princip. coram Durano*, ad similitudinem actionis, quæ datur agnatis ex statuto pro retracto gentilitio, † & aliarum a- 17
ctionum personalium in rem scriptarum, de quibus latè Tiraquell. *de retract. lignag. §. 8. nu 8. & seqq. &* Menoch. *cons. 838. nu. 1. & 2.*

Et fortiùs quia vltra alias rationes benè deductas in *decis. 48. cor. bon. mem. Ninot* concurrit etiam, quod fratres prædicti petierunt ante Angelum inuestituram eisdem proximioribus vigore statuti debitam, illaque concessa, & ab eo acceptata fuit *sine præiudicio habentium meliora, & potiora iura*; † Ideoque etiamsi postmodum inuestiti non 18
fuerunt à Domino, id minus legitimè denegante, habentur à iure pro inuestitis, vt argum. *Text. in l. a ff. de euict.*

& in

& in l. penultima ff. de testam. milit. In terminis consuluerunt Castrensis *cons. 338. in fin. lib. 2.* Berous *cons. 77. nu. 34 vol. 1.* & firmauit Rota *dec. 46. num. 7. & 34. par. 10. rec.* aliique relati in *decis. huius causæ 132. num. 1. par. 14. rec. & coram R. P. D. meo Taia 15. Martii 1661. §. ex his , & cor. Reuerendiss. Gadicen. 23. Iunii 1673. §. minus obstare*, exemplo beneficiorum , quæ ex dispositione fundatoris sunt debita certo generi personarum ; probata enim qualitate requisita, licet si Patronus illum præsentare, vel is
19 ad quem spectat, præeligere recuset; † ille pro præsentato, & electo de iure habetur, vt ea *text. in leg. si vnum ex familia §. 1. vbi DD. de legat. 2.* in hac causa considerauit Rot. *d. decis. 132. num. 2. par. 14. rec.* Ita etiam inuestitura concessa Angelo vel nulla, tamquam facta contra dispo-
20 sitionem statuti, † non potuit illi tribuere titulum sufficientem ad impediendam immissionem prædictis fratribus debitam, ad tradita per Caldas. *de emphyt. d. tit. de renou. qu. 7. nu. 3.* & prosequitur Rota *in d. dec. 132. nu. 3 & seqq.* aliaque huiusmodi causa *co. Reuerendiss. Gadicen. §. & proinde*, quibus non contradicunt reliquæ auctoritates superius in contrarium allegatæ in *§. tùm quia egerant*, quoniam loquuntur vel in terminis simplicis pacti de renouando , vel quando renouatio ex statuto, vel lege debita , fuit petita post plures annos, postquam alii fuerunt legitimè inuestiti.

Nec denique suffragari sæpè dictos fratres non soluisse, vel deposuisse Laudemium debitum Eminentissimo Abbati intra annum , & postea illud non restituisse, aut saltem realiter obtulisse Angelo inuestito, ipsumque propterea nulliter fuisse condemnatum ad restitutionem fructuum , tum quia Angelus semper impugnauit competentiam actionis, & proximitatem dd. fratrum, ac ius
21 eisdem competens pro inuestitura , † & per consequens
22 etiam receptionem Laudemii, † cuius proinde depositum minus iustè prætendit debuisse fieri, cùm illud nullatenus fuisset profuturum, per ea , quæ adnotauit Fontanella *decis. 74. nu. 40.* Tùm quia etiam interuenit oblatio verba-
23 lis, † quæ sufficit dum depositum fieri non poterat attenta illiquiditate Laudemii ob prætermissam æstimationem bonorum propter difficultatem conuocandi consilium, & celerem inuestituram factam Angelo per Eminentiss. Abbatem, iuxta doctrinam Baldi *in l. vnica nu. 4 C. ne liceat in vna eademque causa tertio prouocare*, Surd. *cons. 142. n. 8. & 9.* & firmauit Rot. co. Dunoz Iun. *dec. 776. num. 26.* aliisque relatis in præterita *dec cor. Reuerendiss. Gadicen. §. responsum fuit*; Ideoque cum ex prædictis Dominicus,
24 & alii fratres habeantur pro inuestitis, † Angelus tenetur restituere bona, de quibus agitur vna cum fructibus à die motæ litis, & sola posset intrare æquitas compensandi ratam fructuum correspondentem vsuris Laudemii solum
25 verbaliter oblati, & non † depositi, pro quantitate scillcet, in qua Laudemium apparebit debitum facta bonorum æstimatione ad formam statuti iuxtà temperamentum propositum per Fontanell. *d. decis. 74. nu. 4. cum seqq.* & signanter nu. 7. quod etiam in proposito , vt seruetur æqualitas inter collitigantes DD. amplecti voluerunt , vtraque &c.

Altera, quæ hic confirmatur decisio co. Reuerendiss. Gadicen habetur impressa in alia præcedenti tomo istius decimæ octauæ partis, vbi est in ordine 143.

R. P. D. CALATAIV.

Sulmonen. Beneficii.

Veneris 8. Februarii 1675.

ARGVMENTVM.

Licet solam transportationem actorum hęc contineat decisio, plura tamen in praxi necessaria congerit non solum ex dispositione Sacri Concilii Tridentini , quod in beneficialibus omnia acta transportari mandat , etiam irreleuantia , verum etiam super modo faciendi diligentias in reperiendis scripturis, & iuribus ad causam facientibus.

SVMMARIVM.

1 *Actorum transportatio non potest dici integra , si plura iura deficiant.*

2 *Appellans tenetur transportare omnia acta , quæ in causa gesta sunt , & nu. seq.*

3 *Transportatio actorum fieri debet tam de actis factis pro appellante , quàm aliis gestis pro appellato .*

4 *Transportatio actorum in causa , quæ non sit prophana , sed beneficialis , fieri debet de omnibus actis .*

5 *Acta, etiam irreleuantia in beneficialibus transportari debent ex dispositione Sacri Concilii Tridentini .*

6 *Iudex sine transportatione actorum caret omni, & quacumque iurisdictione .*

7 *Acta non possunt dici integrè transportata , ex transportatione noui processus , si Extractista testatur alia iura deficere .*

8 *Notario, vel Extractistæ non creditur super eo quod non reperiantur scripturæ , quamuis asserat fecisse diligentias de eis reperiendis , & n. 9.*

9 *Diligentiæ pro inueniendis scripturis , & iuribus causæ fieri debent parte citata , & cum suis requisitis .*

DECISIO CCCCXLII.

DOMINI dixerunt acta non fuisse integrè transportata, † quia deficiunt mandatum procuræ in perso- 1
nam comparentis modò pro Reuerendo Capitulo, ac enim depositiones plurium testium, & aliquæ fides authenticæ ex parte Domini Alexandri productæ , quatuor termini secundo loco seruari pro re iudicata, diuersæ partitæ solutionum canonis, & quædam attestationes ab ipsis Canonicis exhibitæ , & de iure appellans tenetur transportare
† omnia acta, tam pro se , quàm pro appellatio facien- 2
tia, † Posthius *in suo tractata de Manutentione obseruatio-* 3
ne 69. n. 17. Thomatus *dec. Maceraten. 9. n. 2. & dec. 48. n. 4.* præsertim in proposito casu , qua causa non est propha-
na, † & in qua Sacrum Concilium Tridentinum rigoro- 4
sè disponit † esse transportanda omnia acta , etiam irrele- 5
uantia, vt in sessione vigesimaquarta *c. vigesimo de reformat.* & aduertit Rot. cor bon. me. Arguel es *dec. 35. num. 28. & seq. & coram Peuia editionis Lugdunen. decis. 1302.*
Aliàs his deficientibus † caret interim Iudex omni, & qua- 6
cumque iurisdictione, vt dixit Rota *post secundum volumen cons.* Farinacci *dec. 114. num. 1. & cor.* Coccino *decis. 1465. nu. 21. & cor. Eminentiss. D. Card.* Otthobono *decis. 29. cum sequentibus .*

Nec releuat productio noui extractus foliorum septuaginta duorum post factam in actis protestationem super
non integra eorundem actorum transportatione ; † quia 7
idem Lucas Ventura extractista fatetur adhuc in eo deficere nonnulla iura producta ad instantiam appellati, nempè nonnullas attestationes , ac listam expensarum , & quamuis dicat se fecisse omnes diligentias reperiendi supra-
dicta iura, & ea non inuenisse, † non ideo statur illius 8
attestationi, † sed dictæ diligentiæ fieri debuissent parte 9
citata, & cum aliis solemnitatibus relatis per *Addentes ad sanct. me.* Greg. XV. *dec. 287. nu. 10. & cor.* Bichio *dec. 440. nu. 13. & in recent. dec. 323. nu. 2. par. 2. recentiorum.*

Et ita , vtraque Parte informante resolutum fuit.

Sub hac eadem die fuit proposita alia causa super negotio principali, sed non resoluta, & sub die 12. Iunii 1679. fuit ordinatum, quod præsens reuideretur decisio.

R. P. D.

R. P. D. RONDININO.

Romana executionis Laudi super confirmatione sententiæ.

Lunæ 11. Februarii 1675.

ARGVMENTVM.

Prætendebatur restitutio in integrum tam aduersus præscriptionem statutariam, quam de iure communi, sed quia non concurrere visa est probabilis ignorantia quæ ad hunc effectum est omninò necessaria, & debet esse vndique verisimilis, ac citra omnem coniecturam scientiæ, ideò illa denegata est, quia ex introductione iudicii, etiam super alia causa, habita erat, vel haberi poterat notitia iurium præscriptorum, quod sufficit ad effectum denegandi restitutionem in integrum.

SVMMARIVM.

1 *Solutio debiti ex Statuto Vrbis lib. 1. cap. 158. præsumitur, si per sexdecim annis creditum non sit petitum.*

2 *Actio omnis præscribitur spatio annorum 30.40. vel amplius annorum.*

3 *Restitutio in integrum ex capite ignorantiæ conceditur tam aduersus præscriptionem, quàm contra præsumptam à Statuto solutionem, & num 4.*

4 *Statutum Vrbis lib. 1 cap. 158. de præsumenda solutione, adhuc admittit restitutionem in integrum ex capite ignorantiæ.*

5 *Restitutio in integrum non conceditur aduersus pactum conuentionale inter partes conuentum, puta si res conuento tempore non restituntur.*

6 *Ignorantia ad effectum restitutionis in integrum debet esse verisimilis, & citra omnem coniecturam scientiæ.*

7 *Instantia, & lites in Rota non desinant, nisi per desertionem, vel sententiam super desertione, cum alioquin sint perpetuæ.*

8 *Scientia iurium vnius causæ non infert ad scientiam iurium alterius, & vid. numer. 10. & seqq.*

9 *Causæ si sunt diuersæ, ex introductione vnius, non resultat introductio alterius*

10 *Scientia iurium generica deducitur ab introductione iudicii, & discussione illius iurium, etiam ad effectum habendi notitiam aliarum scripturarum.*

11 *Homines ad exquirendum iura sua, ex quacumque notitia induci consueuerunt.*

12 *Diuersitas causarum vbi inducit diuersitatem scripturarum, notitia iurium vnius, non potest operare scientiam iurium alterius.*

DECISIO CCCCXLIII.

ALEXANDER Senior, & Angelus fratres de Petroniis, acquiescentes laudo ab eximiis Iurisconsultis Bernardino Biscia, & Coronato de Incoronatis lato ad sedandas controuersias super hæreditate Tiberii de Petroniis eorum Patrui apprehenderunt possessionem bonorum vtrisque assignatorum, & facto calculo, cùm repertum fuisset Angelum ante laudum prædictum occupasse vltra propriam portionem, bona valoris scutorum 1489. 50. atque è conuerso repertum fuerit Alexandrum habuisse scut. 693. supra summam Angelo fratri in eodem laudo attributam; istorum proindè medietatem scut. 346. 50. constituentem Alexander fratri soluere obtulit hoc modo, scuta nempè 246 in pecunia numerata, & alia centum b. 50. in bonis hæreditariis, quo recusante recipere, A. C. deponi mandauit, prout Alexander deposuit, Angelusque recepit in contanti sub obligatione restituendi fructus per eum perceptos ex dd. bonis detentis vltra ratam sibi debitam, sub qua conditione factum fuerat depositum, Summ. Alexandri *nu. 1. cum septem seq.*

Cum autem anno 1608 Laurentius Petronius, & fratres d. Alexandri successores egissent contra Lelium d. Angeli filium pro consecutione trium prædiorum in suspenso relictorum, & quæ iuxta laudum ad Alexandrum spectabant, non facta declaratione infra decem dies ab Angelo, in cuius arbitrio acceptationem illorum Arbitri reliquerant, d. Summ. Alexandri num. 1. & 2. mandatum de immittendo à Iudice ab A. C. deputato obtinuerunt, quod cum executioni demandandum esse dixerit in gradu appellationis, Rota coram Durano *decis.* 210. *&* 283. capta proinde possessione pro certis ratis, expurgato excessu, quod in illius adeptione adfuisse dixerit Rota coram Reuerendissimo D. meo Albergato Decano *in rec. par* 12. *dec.* 249 ad vlteriora in executionem laudi procedendum esse dictum fuit in *decis.* 4. *Iunii* 1663 *coram eodem Reuerendiss. D. meo Decano.*

Verum quia in decis. Reuerendiss. Decani dictum fuerat debere successores Alexandri consignare scuta centum b. 50 vna cum fructibus ad rationem quinque pro centenario pro illa rata scut 100. b 50. quæ Alexander soluere obtulit ex bonis hæreditariis in complementum dd. scut. 346 50. Angelo, vt supradictum est, debitis, ex quibus solum scuta 246 soluerat, causa iterum commissa R P. D. meo Vicecomiti dictum fuit non constare de re iudicata quoad dd. scuta centum b. 50. & fructur, præuiis eiusdem decisionibus 22. Iunii 1672. * & 10. Maii 1673. quam sententiam confirmandam esse DD. responderunt.

Videbantur enim DD subsistere rationes deductæ in dd. decisionibus coram R. P. D. meo Vicecomite, ex quibus sublatum remaner hoc creditum scutorum 100. b. 50. cum ob longum silentium ab anno 1683. quo peti poterant † intret non solum præsumpta solutio ex iure municipali 1
Stat. Vrb. lib. 1. *cap.* 158 quod post lapsum sexdecim annorum absque vlla crediti petitione, satisfactionem præsumit, sed etiam formalis præscriptio ex iure communi Romanorum, quod spatio tanti temporis, videlicet 30. 40. 60. † & plurimum annorum quamlibet actionem extinguit, iuxtà *text. in l. sicut, & l. omnes C. de præscript.* 30. 2
vel 40. *annorum.*

Et licèt responderent Scribentes contra sententiam ob probabilem ignorantiam, quæ militat in hærede quatenus de iuris rigore præscriptio 30. 40. annorum curreret contra ignorantes, atque contra ipsos solutio à Statuto præsumpta † procederet, adhuc semper dari in integrum 3
restitutionem, tam respectu præscriptionis, vt conciliando contrarias Iurisconsultorum sententias Alex. *cons.* 71. *num.* 3 *lib* 1. Petr. *de fideicomm quæst.* 14. *nu.* 183. *& seqq.* Fusar. *de substitut quæst.* 528 *num.* 22. Cyriac. *contr.* 329. *numer.* 77. *& seqq.* Fontanella *decis.* 154. *numer.* 1. *& seqq.* cum aliis latè congestis per *Adden. ad r c. par.* 3. *dec.* 3. *nu.* 21. 23. 49 *& pluribus seqq.* & sæpe dixit Rota *in rec. part.* 3. *d. decis.* 3 *& par.* 13. *decis.* 47 *num.* 12. Cald Cels. *decis.* 63. *num.* 12 Eminentissimus Otthobon. *dec.* 173. *num.* 10. Arguell. *decis.* 87. *nu.* 15. *&* 17. *& decis* 92 *nu.* 14 *& seq.* quam etiam respectu præsumptæ † satisfactionis à Statuto Vrbis, vt per Fenzon. *ad d. Stat. Vrb. lib.* 1. *d. cap.* 158. 4
num. 68. *&* 71. Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 67. *num* 38. *et seqq.* Rota apud Pacif de Saluian. *interd. decis.* 259. *nu.* 5. *et* 6. *et in rec. par.* 6. *decis.* 360. *nu.* 6. Verall. *decis.* 307. *in fine par.* 3. Greg XV. *decis.* 425 *num.* 10. *et* 11. Eminentiss. Otthob *decis.* 422. *nu.* 15. quidquid sit vbi ageretur de præscriptione procedente ex pacto conuentionali inter partes † veluti re conuento tempore non restituta, in quibus 5
terminis loquuntur Thesaur. *decis.* 103. *numer.* 1. Capic. Latr. *consult.* 6. *nu.* 16. *Adden. ad* Buratt. *decis.* 410. *nu.* 18. quibus nititur *decis. huius causæ* 3. *Maii* 1673. *cor. R. P. D. meo Vicecomite §. sicut pariter.*

Adhuc tamen dixerunt DD. quemadmodum scientia Angeli indubium reuocari non potest, cum huius crediti optimè conscius esset ex serie facti superius relati; ita etiam scientiam Lelii ipsius filii, qui vsque ad annum

1636.

1636. vixit, Summ. eodem num. 9. atque etiam aliorum eius successorum argui non solum ex sanguinis coniunctione, sed etiam ex lite super vlteriori executione laudi vsque ab anno 1608. coram A. C. introducta, & postea in Rota coram Durano prosequuta super dd. Prædiis vigore d. laudi, & diuisionis; Quæ omnia semper deducta, & discussa fuerunt, itaut ex omni parte reddatur improba-
6 bilis ignorantia, † cum tamen adhunc effectum vndequaque verisimilis esse deberet citra omnem coniecturam scientiæ, vt communiter concludunt Pinell. *in Auth nisi Triennale num. 6. C. de bonis maternis* Cephal. *cons. 215. n. 8 & 9.* Mandel. *cons. 18. num. 1. & seqq.* Beninden. *decis. 69. num. 2. & seqq.* cum aliis late congestis per *Adden. ad* Rot. *in recent. part. 3. decis. 3. num 69. & seqq.* & pluties dixit Rot. apud Pacific. de Saluian. *decis. 255. num. 2. cum pluribus sequen.* Rot. cor. Bich. *dec. 6. nu. 44. & 45. & dec. 30. nu. 22. & seqq. repetit. in rec. par. 8. decis. 238.* & confirmata *cor. Eminentiss. Cerro in rec. par. 9. decis. 30. Reuerendiss.* Royas *decis. 70. nu.* 10. repetita in *recent. part. 8. decis. 156.*

Neque intrat dilemma, quod aut caosa istius crediti fuit ab initio deducta cor. A. C. & in Rota, & tunc cum
7 instantia, & lis cæpta in hoc Tribunali non desinant, †
nisi per desertionem, vel per sententiam super eadem desertione, *attenta* perpetuitate instantiæ, nulla possit applicari præscriptio; Aut verò causa istius crediti nouiter adducti est diuersa ab alia causa in Rota olim introducta, & tunc ex scientia iurium, & actorum ad illam spectan-
8 tium † non inferatur ad scientiam iurium, & actorum, quæ spectant ad illam, quia stant benè simul, quod cau-
9 sæ sint diuersæ, † & quod causa istius crediti ab initio deducta non fuerit, vt in *dec. 22. Iunii 1672. §. neque in præsenti, & §. sequen. & 10. Maii 1673. §. Etenim quoad primum coram R. P. D. meo Vicecomite*, & quod adhoc ex lau-
10 do, & diuisione in aliis causa semper examinatis, † illorum probabilem scientiam rei conuenti habuerint, cum hoc casu saltem generica notitia scripturarum euitari non
11 possit, † quæ ad inquirendum iura sua homines inducere consueuit, ad terminos *text. in l. qui cum alio, vbi DD ff. de reg. iur. gloss. in cap. innotuit verb. ignorantia de electione*, Rot. post Pacif. de Saluian. *interd. d. decis. 255. num. 4. & 5. & decis. 256. num. 1.* cum aliis per *Adden. ad* Rota *in rec. par. 3. d. decis. 3. num. 71. & 72.* quidquid sit vbi diuersitas causarum secum tulisset diuersitatem scriptura-
12 rum, † de quibus notitia haberi non possit, iuxtà *decis. 257. num. 3. vers. præsertim apud* Pacific de Saluian. *interdict.* cum similibus per *Addent. ad* Rot. *in rec. par. 3 d. decis. 3. nu. 76.*

Et ita, vtraque parte informante &c.

Hæc & alia immediata Decisio ambæ emanarunt in eadem causa, licet diuerso articulo.

R. P. D. RONDININO.

Romana executionis Laudi super executione mandati.

Lunæ 11. Februarii 1675.

ARGVMENTVM.

Mandatum, de cuius viribus nunquam fuerat dubitatum in Rota, exequutioni demandatur, quia exceptio cuiusdam solutionis contra illud opposita, iam erat per sententiam sublata, vt proindè noua dubii disputatio necessaria non sit, maximè quod illud in necessariam consequentiam veniret articuli præcedenter discussi, & decisi.

SVMMARIVM.

1 *Executio mandati, de quo Rota nunquam dubitauit in decisionibus causæ concedenda est.*

2 *Mandatum in Rota relaxari non potest, nisi præuiis decisionibus, & vid. nu. seq*

3 *Mandatum de immittendo præuia certa solutione relaxatum, potest exequi à iudice appellationis postea quam à d. solutione fuit absolutoria concessa.*

4 *Iudex appellationis succedit, & subrogatur in locum iudicis à quo.*

5 *Iudex appellationis potest iudicare super iis, quæ comprehendebantur in primo iudicio.*

6 *Laudi eiusque mandati iustitia resultat, data insubsistentia crediti, quæ solum contra illud opponebatur.*

7 *Dubia superflua in Rota disputari non debent.*

8 *in Consequentiam necessariam quæ veniunt, cadunt sub dispositione eiusdem articuli præcedenter discussi.*

DECISIO CCCCXLIV.

EX serie facti relata in Decisione huius Caosæ hac eadem die edita coram me super confirmatione sententiæ Rotalis a Reu. P. D. meo Vicecomite prolatæ constat de iustitia mandati de immittendo, quod executioni demandandum esse per separatum decretum Rotale, Reuerendus Pater Dominus meus Vicecomes mandauit, cum aduersus immissionem petitam in tribus controuersis prædiis vigore antiqui laudi inter Alexandrum, & Angelum fratres de Petroniis emologatum à Iosepho Honuphrio Petronio ex persona Angeli adhuc detentis, atque Alexandro Iuniori ex persona Alexandri Senioris debitis, nihil aliud Ioseph. Honuphrius opposuerit, nisi prætensionem crediti scut. 100. 50 Angelo Auctori suo debitorum vna cùm fructibus ad rationem scut. quinque pro centenario vsque ab anno 1583. iuxtà decisionem in hac causa editam quarta Iunii 1663. cor. Reuerendiss. D. meo Albergato Decano, quod cum iam plenè sublatum fuerit in decisionibus huius Causæ cor. Reu. P. D. meo Vicecomite, & coram me, dubitari non potest de vlteriori executione
prædicti mandati de immittendo, † de qua nonquam Ro- 1
ta dubitauit in *decisionibus huius causæ 210. & 283. co. Durano, & in dicta dec. 4. Iunii 1663. cor. Reuerendiss. D. meo Albergato Decano, & 22. Iunii 1672. ac 10. Maii 1673. cor. Reu. P. D. meo Vicecomite.*

Non obstat, quod coram eodem Reuerendo Patre Domino meo Vicecomite particulariter disputatum non fuerit, an esset locus executioni dicti mandati; Ideoque illud relaxare non potuerit non præcedentibus decisionibus, quemadmodum protestatum fuit Summario Iose-
phi *numero vnica*, † quia cum resolutum fuisset coram 2
Reuerendissimo Domino meo Decano procedendum esse ad vlteriora pro executione mandati de immittendo in tribus prædiis, solutis per Alexandrum Actorem Aduersario scutis centum, & fructibus, pro quibus fuerat relaxatum mandatum, & subinde Causa commissa Reuerendo Patre Domino meo Vicecomiti, & coram eo resolutum dicta scuta centum, & fructus non deberi; Ideò vltra sententiam absolutoriam à solutione dictorum scu-
torum centum, & fructuum, † benè potuit idem Reue- 3
rendus Pater Dominus meus Vicecomes mandare exequi mandatum de immittendo prius decretum à Reueren-
dissimo Domino meo Decano Iudice à quo, † quia Iudex 4
appellationis succedit, & subrogatur in locum Iudicis à
quo, & potest iudicare super iis, † quæ comprehendeban- 5
tur in priori iudicio, iuxtà doctrinam Franc. *in cap. cum in Ecclesiæ trigesimo octauo nu. 8. de appellat. quæst. 11. sub nu. 23* cum aliis, de quibus Rota *recent. par. 8. decis. 12. nu. 3. & 4.*

Neque videbatur opus esse alia particulari disputatione
super executione laudi, † quia posita insubsistentia credi- 6
ti, quod opponebatur, † pernecesse insurgebat iustitia 7
mandati de immittendo, contra quod nihil aliud adducebatur, itaut superfluum fuerit disputari dubium † super 8
re clara, quæ in necessariam consequentiam veniebat, ex ratione textus cum ibi notatis *in l. tertia C. de sententia, quæ sine certa quantitate profertur, & in l. quinta §. si index, ff. de re iudicat.* Rota *in Romana Primogenituræ de Bubala vigesima tertia Iunii 1672. §. leuioris cor. Reu. P. D. Emerix.*

Et ita, vna tantùm Parte informante, resolutum fuit.

Hæc, & altera immediata Decisio ambæ sunt in eadem Causa, diuerso tamen articulo,

R. P. D. CALATAIV.

Imolen. Bonorum, seù Fideicommissi.

Lunæ 11. Februarii 1675.

ARGVMENTVM.

Deciditur fideicommissum fuisse perpetuum, & successiuum, non solum quia Testator vocauerat lineam, sed voluit vlterius, quod bona perpetuò conseruarentur in illa, adiiciendo etiam legatum perpetuum suis hæredibus, & successoribus præstandum; In eo tamen succedere solum masculos resolutum est, tùm quia, & semper masculi fuerant vocati, tùm etiam quia vbi fœmina licèt descendens à masculis, concurrit cum eisdem masculis, nunquam venit appellatione eiusdem lineæ.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum perpetuum reciprocum, & successiuum ex quibus verbis resultet, & numer. seqq.*

2 *Linea in conditione posita, si testator voluit quod sua bona semper conseruarentur in illa, peræcesse resultat perpetuum, & reciprocum fideicommissum.*

3 *Reciprocam substitutionem ad inducendam tria concurrere debent requisita, quæ qualia sint ibidem, & nu. anteced.*

4 *Fideicommissum perpetuum resultat ex legato perpetuo à vocatis, & successoribus in fideicommisso præstando,*

5 *ad Fideicommissum ordinatum fauore lineæ admittuntur omnes descendentes ex eadem linea.*

6 *Fœmina descendens à masculo non dicitur esse de linea, & ideo non admittitur ad fideicommissum ordinatum fauore eiusdem lineæ.*

7 *Linea masculina per solos masculos ex masculis efformatur,*

8 *Agnatio dicitur considerata ex sæpius repetita qualitate masculinitatis.*

9 *Masculis ex masculis solum Testatorem prouidere voluisse resultat, si ille in suo testamento sæpius repetiit qualitatem masculinitatis.*

10 *Fœmina non continetur appellatione lineæ masculinæ, & quando vid. etiam nu. seq.*

11 *Fœmina concurrens ad fideicommissum cum masculis, eo minus continetur sub nomine lineæ.*

12 *Identitas bonorum fideicommissi probatur ex inuentario facto à primo hærede instituto.*

13 *Bona fideicommissaria esse probantur ex diuisione facta inter hæredes, in qua illa tamquam talia enunciata sunt.*

14 *Identitas bonorum fideicommissi probatur ex fide catastri, si confinia, quæ exprimuntur in eo concordant cum confinibus bonorum fideicommissariorum.*

DECISIO CCCCXLV.

POST emanatas binas sententias, alteram coram A. C. & alteram coram R. P. D. meo Emerix, concedentes Romualdo, & aliis de Flaminiis immissionem in bonis fideicommissariis Iulii, & Honorii; Deuoluta mihi Causa in tertia instantia, Domini sub die 26. * Februarii anni preteriti dixerunt sententiam Rotalem esse confirmandam quoad bona fideicommissaria Honorii, quo verò ad alia prouenientia ex fideicommisso Iulii, mandarunt, vt particulariter videretur; vnde hodie reassumpta in omnibus disputatione, censuerunt standum esse in decisis, & sententiam Rotalem esse confirmandam.

Respectu enim fideicommissi Honorii subsistere visa sunt fundamenta tam vltimæ decisionis, quàm aliarum duarum precedentium cor. R. P. D. meo Emerix, in quibus sublata remanent omnia obiecta denuò repetita.

Quo verò ad fideicommissum Iulii, iste in suo testamento post factum annuum, & perpetuum legatum libr. 240. pro duobus Scholaribus de familia, & in eorum defectu pro duobus originariis Imolæ, hæredes vniuersales instituit Honorium eius nepotem, eiusque filios legitimos, & naturales, & casu quo deficerent absque linea masculina legitima, & naturali, substituit filios masculos legitimos, & naturales Marci Antonii alterius nepotis; Prohibuit etiam quod vllo vnquam tempore bona sua possint vendi, & pignorari, & in casu contrauentionis vocauit Hospitale S. Mariæ della Scaletta pro implemento supradicti legati perpetui, ac insuper declarauit, quod vti in testamento facta sit mentio filiorum, aut descendentium masculorum legitimorum, aut lineæ legitimæ, intelligi semper debeat de natis ex legitimo matrimonio, exclusis naturalibus legitimatis, & adoptiuis *Perche vuole, & intende, che la sua robba, e beni stiano sempre nella sua linea masculina vera, e legiti-*
ma: † ex qua dispositione resultat perpetuum, & recipro- 1
cum fideicommissum ad fauorem totius lineæ masculinæ Honorii primò instituti, & ea deficiente ad fauorem filiorum Marci Antonii substitutorum, quamuis dicta linea masculina fuerit posita in conditione, cum enim Testator voluerit expressis verbis, vt bona sua semper starent in li-
nea masculina Honorii, † id procul dubio verificari non 2
potest, nisi inducto perpetuo, & reciproco fideicommisso inter omnes masculos de dicta linea, vt aduertunt Fusar. *de substitut. quæst.* 441. *nu.* 28. Altograd. *cons.* 92 *nu.* 10. *& seqq. libr.* 1. Cyriac. *contr.* 96. *n.* 27. Rot. cor. Buratt. *decis.* 107 *n.* 1. *&* 242. *nu.* 3. *& cor.* Caual. *dec.* 481. *n.* 4. *& in recent. dec.* 18. *n.* 10. *par.* 8. *dec.* 429. *nu.* 9. *par.* 13. *& dec.* 472. *nu.* 9. *&* 37. *par.* 14.

Quod comprobatur ex substitutione filiorum Marci Antonii, in casu quo deficeret linea masculina filiorum Honorii, talis namque substitutio iuxtà voluntatem Testatoris adimpleri nequit, nisi vltimus de linea sit vocatus
& in tota hæreditate, † quę sunt tria requisita ad inducen- 3
dam reciprocam, Ruin. *cons.* 140. *nu.* 9. *lib.* 3. Soccin. Iun. *cons.* 110. *nu.* 16. *lib.* 1. Dec. *cons.* 28. *num.* 18. *lib.* 2. Peregr. *cons.* 54. *nu.* 7. *lib.* 1. Rot. *decis.* 183 *nu.* 17. *dec.* 280. *nu.* 19. *par.* 10. *& dec.* 283. *nu.* 5. *& seqq. par.* 13. *recent.*

Confirmatur etiam ex legato perpetuo librar. 240. pro
duobus Scholaribus, † quod onus præsupponit etiam fi- 4
deicommissum perpetuum, Anchar. *cons.* 27. *nu.* 2. Men. *cons.* 1235. *n.* 22. Rot. *dec.* 468. *nu.* 1. *&* 12. *par.* 13. *dec.* 411. *nu.* 12. *& dec* 465. *nu.* 29 *par.* 14. *rec.*

Data ex prædictis vocatione totius lineæ masculinæ
Honorii † sequitur, vt ad fideicommissum sint admitten- 5
di Romualdus, & alii eius fratres descendentes per masculos ab eodem Honorio, exclusa Iulia, quæ licet de-
scendat à masculo, quia tamen est fœmina, † non dicitur 6
esse in linea, & de linea masculina, † quæ per solos ma- 7
sculos ex masculis efformatur, & componitur, Ruin. *cons.* 126. *n.* 13. *lib.* 1. Soccin. Iun. *cons.* 69. *nu.* 30. *lib.* 3. Menoch. *cons.* 205. *nu.* 27 Giouagn. *cons.* 7 *nu.* 13. *lib* 1 Peregr. *cons.* 58. *nu.* 6. *lib.* 5. Gratian. *discept.* 90. *nu.* 26. Castill. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 5. *cap.* 91. *num.* 83. Rota cor. Coccin. *dec.* 2122. *cum seqq. & in recent. dec.* 203. *num.* 5 *par* 2. *& dec.* 95. *num.* 4 *&* 6. *par.* 11. Idque etiam suadetur ex superius
repetita in dicta dispositione qualitate masculinitatis, † 8
quæ ostendit Testatorem considerasse conseruationem a-
gnationis, & prouidere voluisse masculis † ex masculis, 9
Rot. coram Arguelles *dec.* 28. *nu.* 56 & tali casu fœmina
† nunquam appellatione lineæ masculinæ continetur, 10
Soccin Iun. *d. cons* 69. *nu.* 30. *lib.* 3. Giouagn. *d. cons.* 7. *nu.* 34. *lib. e.* Fusar. *quæst.* 346. *nu.* 5. *&* 42. Rota *d. decis.* 203. *nu.* 4 *&* 6. *par.* 2. *& dec.* 183. *nu* 13. *par.* 10. *recent.*

Quod facilius locum habet in proposito, quo cum fœ-
mina † concurrunt masculi ex masculis, vt considerant 11
Castill. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 5. *ca.* 91. *nu* 84. Tondut. *resol. ciuil.* 183. *nu.* 9.

Iden-

Identitas verò bonorum d. Iulii, vltra qood non fuit
12 controuersa, concludenter probatur, † tunc ex inueotario facto ab Honorio primo hærede instituto, Peregrin. *de fideicom. art.* 44. *nu.* 2. Rot. *dec.* 183. *nu.* 8. *dec.* 310. *nu.* 16. *& dec.* 358. *nu.* 1. *par.* 13. *rec.* tùm ex diuisione facta inter Gabrielem, & Sebastianum, à quo Iulia causam habet,
13 † vbi bona eidem Sebastiano obuenta eounciatur fideicommissaria Iulii; Rot. cor. Gregor. *dec.* 371. *nu.* 9. *& coram* Coccin. *dec.* 120. *nu.* 2. *& in rec. dec.* 131. *num.* 4. *part.* 14.
14 & demum ex partitis Catastri, † ex quibus apparet booa de præsenti à Iulia possessa, conuenire in confioibus cum bonis fideicommissariis io d. iouentario descriptis, Rota cor. Seraph. *dec.* 1344. *nu.* 2. *& cor.* Card. Celso *decis.* 295. *num* 6.

Et ita vtraque &c.

Aliæ duæ decisiooes io hac causa emaoatæ habeotur impressæ io precedeoti tomo primo istius decimæ octauæ partis vbi, sunt in ordine decis. 56. & 243.

R. P. D. T A I A.

Imolen. Prædii.

Lunæ 11. Februarii 1675.

A R G V M E N T V M.

Pro confirmatione sententiarum resoluitur, tùm quia & earum merita pluries fuerant in Rota discussa, tùm etiam quia noua iura, quæ opponebantur poterunt in expeditione deduci, quæ si releuantia visa sint, causa denuo proponetur, sin minus eo magis illa poterit expediri.

S V M M A R I V M

1 *Sententia licet quis in prima instantia non obtineat, persæpè tamen, vt sunt rerum vices, obtinet in secunda.*

2 *Dies diei eructat verbum, & vna dies est discipula alterius.*

3 *Commissio causæ obtenta clausula ad legitimam executionem traditur remissiuè.*

4 *Clausula, seu commissio Constito de tribus conformibus latè explicatur à R. P. D. de Luca.*

5 *Dubio in Rota subscribi solent saltem per mensem ante propositionem causæ.*

6 *Lites ne immortales fiant properandum est quantum fieri potest.*

7 *Iudicum, vel partium mora, & præcipuè reorum, lites immortales reddi non debent.*

8 *Resolutio causæ non retardatur per exceptionem nouorum iurium, quia poterant in expeditione opponi, & quid tunc debeat seruari.*

D E C I S I O CCCCXLVI.

CONSTARE de tribus seotentiis conformibus, & exequendis Domini hodie responderuot, quia licèt in primo iudicio, & secundo quoque Rotali Actores non obtinuerint sententiam, & immissionis coram Reuerendissimo Domino meo Albergato Decano, † tamen vt sunt
1 rerum vices, & dies diei eructat verbum, † atque disci-
2 pula est; deindè cor. bon. me Emerix seoiore quater proposita Causa examinatissima præcedenti decisione sexta Iunii 1664. obtinuerunt sententiam reuocatoriam, atque adeò immissionem etiam per restitutionem io iotegrum, quæ coram ipso Domino Albergato pro alio Rotæ ordine præcedentibus aliis tribus decisionibus vigesima septima Ianuarii 1668. & vigesima nona Martii 1669. & vigesima tertia Iunii 1673. confirmata fuit, & adhuc vlteriori iudicio commissa causa à Signatura Reuerendo Patti Domino meo Matthæio, qui ad legitimam exequutionem procederet, denoò recognita Causa, ac confirmatis sententiarum fundamentis etiam præcedentibus † ad sensum hu- 3
iusmodi commissionis apud D. de Luca *in relatione Curiæ discursu* 31. *n.* 34. *lib.* 15. *duabus aliis decisionibus* 11. *Decembris* 1673. *& vigesima septima Aprilis* 1674 fuit definitiua sententia pronunciatum senteotias posteriores esse iustas, & exequendas.

Et nihilominus Signatura commisit mihi Causam,
Constito de tribus Conformibus, pari, crebaque † commis- 4
sione explicata ab id D. de Luca *dicto discursu* 31. *ex præcedenti numer.* 30. *cum dicto numer.* 34. Vndè proposui hodie proprium dubium, An coostet de tribus con-
formibus, † subscriptum non solum à solito mense, sed 5
plusquam a duobus, & à vigesima octaua Nouembris 1674 super quo Domini responderunt, altera parte rea non informaote, sed contumace cum simplici relatione ad tot, ac tantas decisiones.

Quia properandum nobis etiam est, † ne lis fiat penè 6
immortalis, † præcipuè per Reum, & Iudicis moram, 7
lege properandum decimatertia C. de iudiciis, & ibi glossa prima, maxima lite longo viginti annotum cursu fatiscente.

Quod si noua Iura, & alia necessaria expectentur, &
aliquando peruenerunt, † opponentur expeditiooi Cau- 8
sæ, & si valeant, Causa denuò proponetur, sin minus valeant, eo magis poterit expediri.

Et ita, altera tantum parte ioformante, resolutum fuit &c.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Carpentoracten. Bonorum.

Lunæ 11. Februarii 1675.

A R G V M E N T V M.

Irrita declaratur alienatio bonorum minoris, tamquam facta sine sufficienti causa extinguendi censum, cuius fructus solui poterant cum fructibus bonorum alienatorum, rursus etiam quia soror, pro cuius dote fuerat ad alienationem deuentum, post plures annos postea fuerat dotata, & demum quia fraus, & dolus in eadem alienatione interuenerant.

S V M M A R I V M.

1 *in Alienatione bonorum minoris de iure communi requiritur causa.*

2 *Minorum bona alienari non possunt pro extinguendo censu, si illorum fructus sufficiunt pro fructibus eiusdem census.*

3 *Causa dotandi Sorores pro alienandis bonis minorum non suffragatur, si illæ post aliquot annos à die alienationis fuerunt dotatæ.*

Et eo magis quia eædem Sorores dotari poterunt cum ipsis bonis alienatis, ibidem.

4 *Nullitas ex defectu causæ à iure requisitæ in alienatione bonorum minoris, sanatur per iuramentum eiusdem minoris, & vid. nu. seq.*

5 *Causa expressa in alienatione bonorum si detegitur falsa, non sanatur per iuramentum ipsorum minorum.*

6 *Causa in contractu minoris falsa, etiam in sola parte ratione consensus, & iudicis decreti, corruit in totum.*

7 *Minor censetur inductus ad contrahendum ex causa in instrumento expressa, qua cessante, corruit contractus, eiusque consensus.*

8 *Consensus partium si causa contractus deficiat non potest suppleri per iuramentum.*

9 *Alienatio bonorum minoris non substinetur ex de-*

bito voluntariè antea contracto, ad effectum postea destinandi pretium in illam.

10 *Dolus in alienatione bonorum minoris arguitur ex pluribus, & quibus, nu. 9. cum seqq.*

11 *Mulieres, & minores dicuntur ignari, & ideo sunt obnoxij deceptioni.*

12 *Fraudis suspicio resultat in contractu extra propriam patriam celebrato.*

13 *Iudex pedaneus ideo in contractu minoris censetur adhibitus, ne ob sui ignorantiam examinaret causam in eodem contractu necessariam.*

14 *Causa alienationis bonorum minoris pro soluendo ære alieno, dicitur sufficiens si vsuræ superant fructus bonorum, alias secus.*

15 *Doli probatio resultat ex pluribus coniecturis, quæ simul iunctæ considerari debeat, & supra à numer. 10.*

16 *Minorem fraude, & dolo fuisse inductum ad contrahendum iudex ex varijs causis, arbitrari solet, & debet.*

17 *Ratificatio contractus minoris ex longa illius acquiescentia resultat, & quando nu. seq.*

18 *Acquiescentia minoris non operatur ratificationem contractus, si causa deficiat, vel interueniat dolus.*

19 *Hæres venditoris non potest vendicare bona ab eius auctore distracta.*

20 *Maior ratione communis causæ iuuatur beneficio minoris.*

21 *Reintegratio hæredi conceditur super bonis, à quorum possessione illius auctor aulliter ceciderat.*

DECISIO CCCCXLVII.

INSTRVMENTVM initum inter Margaritam de Palleriis maiorem 25 annis, aliasque eius Sorores in minori ætate constitutas ex vna, & Spiritum Baculardum earum Auunculum ex altera, duas habens partes, alteram continentem venditionem trium Prædiorum pretio scutorum 1987. alteram verò dimissionem nonnullorum corporum factam per easdem Sorores d. earum Auunculo sub prætextu, quod ad ipsum vigore fideicommissi conditi à Stephano eius Fratre spectarent, fuit respectu huius secundæ partis nullum declaratum ab Eminentiss. D. Legato Auenionensi, & concessa reintegratio ad bona dimissa fratribus de Scipionibus causam habentibus à præfatis Sororibus; validum verò respectu venditionis in eo contentæ; Sed commissa mihi Causa appellationis, propositoque dubio, An constet de inualiditate Instrumenti, itaut sit danda reintegratio etiam ad bona vendita; Affirmatiuè responsum fuit.

Omissa enim discussione super nullitate dimissionis bonorum à Dominis sub silentio transmissa; Restrictaque hodierna controuersia ad venditionem istius, nullitas re-
1 sultare dicebatur ex defectu Causæ, † de iure communi
requisitæ in alienationibus minorum, per Textum expressum in *l. magis §. non passim ff. de reb. cor. qui sub tut.* Rot. *dec. 852. nu. 3. par. 4. diuers.*

Et quamuis pro causa allegaretur dissolutio æris alieni ipsarum minorum consistentibus in capitalibus diuersorum censuum ascendentibus ad scuta 700. eorumque fructibus non excedentibus scut. 150. necnon in aliis partitis constantibus summam scut. 158. nihilominus huiusmodi causa partim insufficiens, & partim falsa, non fuit à Dominis habita in consideratione.

Insufficientia deducebatur ex eo, quia capitalia dd. censuum erant irrepetibilia, & fructus eorundem iam decursi in d. summa scut. 150. & decurrendi in quantitate
2 scut. 42. annuorum † poterant commodè solui ex redditibus prædiorum venditorum, vt in his terminis aduertit Rota *decis. 846. nu. 30. & 31. cor. Dunoz. Iun.*

Falsitas verò eliciebatur ex eo, quia fuerunt adscripta ad debitum earundem minorum d. scuta 158. sub prætextu, quod Ioannes earum Pater teneretur ad solutionem maioris partis eorum vti cohæres Stephani Iunioris de Bacalardis, & tamen procedendo cum supposito, quod ipsius hæreditas spectaret ad Spiritum Emptorem vigore fideicommissi, prout idem Emptor in alia parte Instrumenti processerat; ad ipsum, non autem ad præfatas mulieres spectabat onus soluendi debita hæreditaria.

Minusque pro sufficienti causa vendendi suffragari visa est necessitas dotandi prænominatas Sorores ex pretio retrahendo, quia cum ipsæ fuerint nuptui traditæ post ali-
quos annos à die venditionis, † inde patet non adfuisse de 3
tempore contractus suppositam necessitatem, cui præterea consuli poterat mediante assignatione ipsorum bonorum, prout respectu Margaritæ iam nuptæ fuerat practicatum.

Neque obstat nullitatem resultantem ex defectu causæ
requisitæ de iure † communi sanari per iuramentum præ- 4
stitum à minoribus, per *Text. in Auth. Sacramenta Puberum*, cum ibi notatis per *DD. C. si aduers. vend.* Hodiern. ad Surd. *decis. 278. nu. 35. & 36 &* Rot. cor. Put. *dec. 244. nu. 3. & 4. lib. 3. & in rec. dec. 647. nu. 6. par. 3.*

Quia obiectum procederet si contractus fuisset celebratus absque expressione alicuius causæ, in quibus terminis
loquuntur in contrarium adducti; † sed quando fuit ex- 5
pressa, & detegitur insufficiens, & falsa, quæ licèt in
parte, † ob indiuiduitatem consensus, & Iudicis decre- 6
tum desuper interpositum annullat contractum in totum, Honded. *cons. 32. num. 111. libr. 1.* Grat. *discept. 691. num. 32. & 33.* Rot. *decis. 852. nu. 2. par. 4. diuers. in rec. decis. 242. nu. 13. par. 6. decis. 340. nu. 9. par. 12. & coram* Bich. *decis. 559. num. 9.* Tùm quia mulieres ex huiusmodi causa
motæ videntur ad contrahendum, † eaque cessante, ces- 7
sat consensus earundem, † qui per iuramentum suppleri 8
non valet, Crauett. *cons. 144. nu. 16. & 17.* Paul. de Castr. *cons. 122. sub nu. 3. vers. sed certè ea loquitur lib. 2.* & in terminis Dec. *cons. 403. n. 22. vers. 2 quoad Iuramentum, &* Rota cor. Puteo *dec. 204. à nu. 4. ad finem lib. 3.*

Quæ eo facilius procedunt accedente dolo, qui in præsenti interuenisse desumebatur ex pluribus coniecturis, & primò ex suppositione crediti in scut. 158. insubsistenti ex supradictis.

Secundò ex debito in scut. 80. voluntariæ contracto à minoribus immediatè ante venditionem pro extinctione
Canonis † ad effectum colorandi eandem venditionem, & 9
destinandi pretium pro extinctione eiusdem debiti.

Tertio ex qualitate personarum contrahentium; † 10
Emptor enim est Auunculus, & sagax, venditrices vero
mulieres minores ignaræ, † ac proinde obnoxiæ deceptio- 11
ni ad *Text. in l. cum Pater in fin. C. de Sponsal.* & aduertit Roland. *cons. 7. n. 46. lib. 3.* Manent. *cons. 140. nu. 10.* Addea. *ad decis. 81. nu. 12. & seq. par. 8. &* Rota *dec. 1. nu. 3. par. 5. rec.*

Quarto ex tempore contractus procuius celebratione solertissimus Senex expectauit obitum Aui dd. Mulierum sequutum per quinque dies antè.

Quinto Ex loco Paternatum vbi idem contractus fuit
celebratus videlicet extrà Patriam, † quod augere fraudis 12
suspicionem aduertit Crauett. *cons. 864. num. 3.* Roland. *cons. 93. nu. 29. vol. 3.* Riminald. Sen. *cons. 58. nu 43.* Surd. *cons. 473. nu. 30 &* Ciriac. *contr. 10. nu. 86.*

Sexto Ex qualitate Iudicis † Pedanei adhibiti in Instru- 13
mento, nè forsan ob eius ignorantiam examinaret, vt par erat, Causam alienationis faciendæ.

Septimo Denique ex defectu causæ, quæ nulla suberat alienandi bona annui redditus scut. 100. circiter pro extinguendo annuo Censu scut. 42. causa enim sufficiens ad alienationem reputatur, quando vsuræ excedunt fructus
bonorum alienatorum, † non autem quando isti nedum 14
sufficiunt, sed longè exuberant ad solutionem vsurarum Gabr. *cons. 118 sub num. 5. lib. primo* Peregr. *de fideic. art. 40. n. 25.* Rot. cor. Dunoz. Iun. *decis. 846. nu. 32.* & ita distinguendo dictum fuit in *Romana Appartamenti 21. Iunii 1674. §. Itaquè non aderat cor. R. P. D. Matthæia.*

Ex quibus facti circumstantiis, & coniecturis simul
iunctis, prout fieri debet, † sufficiens doli probatio re- 15
sultare visa est Dominis per ea, quæ tradit Mantic. *de tacit. lib. 26. tit. 9. nu. 38. &* Manent. *cons. 149. n. 69* firmantes posse Iudicem ex variis causis, argumentis, & perso-
nis, † arbitrari minores fuisse inductos ad contrahendum 16
per fraudem, & dolum, qui in præsenti deducebatur, non solum ex supradictis sed etiam ex eo, quia apparet Spiritum Auunculum in toto contractu, tàm dimissionis bonorum reportatæ ex causa fideicommissi, quam emptionis aliorum, hoc vnum prospexisse, vt ea omnia suis vicinis prædiis incorporaret.

His

His positis frustra adducebatur illius præsumpta ratifi-
17 catio † ex longa acquiescentia dd. Minorum per *text. in l. final. C. si maior factus*, quia dispositio huius legis proce-
dit, quando aliqua solemnitas deficit, nec dolus interue-
18 nit, † secus autem si causa legitima deficiat, & dolus sinè
manifestus sine præsumptus deducatur, vt notant com-
muniter *DD. in dictu l. fin.* & probant Surd. *cons.* 49. *nu.* 29. *& seq.* Rota coram Gregor. *decis.* 473. *num.* 19. *& ibi Add. nu* 24. *cor.* Merlin. *dec.* 444. *nu.* 13. *&* 14. *& in rec. dec.* 279 *nu.* 5. *&* 6. *par.* 8. & pluribus relatis *Adden. ad dec.* 16. *nu.* 29 *eadem par.* 8.

Quemadmodum nullius releuantiæ fuit habita exce-
ptio, quod Margarita altera ex sororibus contrahentibus
esset maior, & insolidum vna cum aliis se obligauerit pro
19 manutentione venditionis, † indequè Scipionibus cau-
sam ab ea habentibus obstet exceptio *l. vindicantem ff. de euict.* Quia cum ab initio prædia vendita essent communia
cum sororibus minoribus, & nomine etiam istarum modo
agant dicti Scipiones, indè sequitur, quod ratione com-
20 munis causæ, † soror maior iuuetur beneficio minoris
Rota coram Gregor. *dictu decis.* 473. *num.* 16. *&* 17. *& in rec. decis.* 132. *num.* 4. *par.* 2. & in terminis *dicta decis.* 330. *nu.* 8. *&* 9. *par.* 12.

Constito igitur istas mulieres absque iusta Causa, & si-
ne valido consensu cecidisse ab eorum anteriori possessio-
21 ne, † non dubitarunt Domini, quin eisdem Scipionibus
hæredibus, & respectiuè cessionariis earundem sit conce-
denda dicta reintegratio contra hæredem emptoris iuxtà doctrinam Bartoli *in l. prima §. si vir vxori num.* 3. *ff. de acquir. possess.* quem sequitur Honded. *cons.* 23. *num.* 56. Thomat. *decis.* 88. *num.* 35. *&* 36. Roc. *decis.* 178. *num.* 6. *par.* 7. *rec. & coram* Merlin. *decis.* 702. *nu.* 5. *&* 6. cum aliis pluribus allegatis.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CALATAIV.

Romana Assecurationis.

Lunæ 11. *Februarii* 1675.

ARGVMENTVM.

Quia naues assecuratæ, tam ex vi, & impedimento ventorum, quàm Magistratus Ædicto totum iter facere non potuerunt pretium ideo assecurationis ad ratam itineris, & periculi suscepti fuit reductum, secundum obseruantiam, & attestationes mercatorum in huiusmodi causis potius ex æquitate, quam ex subtilitatibus iuris iudicandis.

SVMMARIVM

1 *Assecurationis causa deficit, si naues magistratu iussu iter facere fuerit impeditæ.*

2 *Naues assecurantur ob periculum in itinere maris, non autem ratione modici cursus, qui fit in aqua dulci.*

3 *Assecurationis contractu resoluto, nullum debetur præmium, & si quid fuit solutum, venit restituendum.*

4 *Assecuratores in breui itinere quem naues fecerunt per placidas aquas nullum ferè periculum subeunt.*

5 *Assecuratores non possunt consequi integrum pretium assecurationis, si naues totum iter non fecerunt, eiusque integrale periculum non subierunt.*

6 *Mercatorum in causis ex æquitate proceditur, reiectis subtilitatibus iuris.*

7 *Assecurationis pretium reducitur secundum obseruantiam, & attestationes mercatorum, si iter, & periculum in sola parte sint expleta.*

8 *Iactare suum nemo præsumitur.*

DECISIO CCCCXLVIII.

CVM non modica frumenti quantitas transferri debuisset ab Amsterodamo in Siciliam, curarunt mercatores, naues onerandas à periculo maris assecurari, præmio Assecuratoribus constituto atque etiam præuentiuè soluto ad rationem scutorum nouem pro quolibet centenario. Cumque postmodum naues iter arripuissent, non potuerunt transgredi Canalem, quem vocant, il Pampus, sed ventorum vi, & glaciei impedimento coactè, Amsterodamum inter paucos dies redierunt, Interdicta interim illius Magistratus ædicto nauigatione; Cum naues assecuratæ statutum iter amplius facere non potuerint, contractus assecurationis adimpleri nequiuit, Assecuratores propterea omnes Belgæ, & plures etiam Vrbis pretium periculi restituerunt, retento medio scuto pro quolibet centenario, cuius restitutionis formam, cum alii Assecuratores sequi recusauerint in Iudicio introducto coram Auditore Cameræ succubuerunt, sed posteà per aliam Sententiam fuerunt absoluti. Hinc deuoluta causa ad Rotam fuit coram me disputatum dubium: an sit restituendum pretium periculi, & pro qua summa, quod pari modo, resolutum fuit esse restituendum retento medio scuto pro centenario.

Resolutionis ratio fuit, quia cum Naues fuerint dicti
Magistratus iussu iter facere impeditæ † deficit causa Asse- 1
curationis posita in periculo itineris, † & contractus re- 2
mansit resolutus, ita vt nullum debeatur præmium, † & 3
si quid fuerit solutum veniat restituendum Santerna *de Assecuratione pa.* 3. *nu.* 22. Stracca *eodem tractatu glossa* 6. *nu.* 10. Roccus *paritèr de Assecuratione nu.* 32. *cum seq.* & latè examinato articulo decidit Rota *Ianuensis decis.* 40. *nu.* 1. *& dec.* 63. *nu.* 2.

Nec obstare visum fuit vnicum obiectum, quod scilli-
cet, cum Naues iàm oneratæ iter cæpissent, dicendum sit
eas periculo se subiecisse, ex quo illud incæpit à die onera-
tiones, ita vt propterea præmium debeatur. † Quoniam 4
cum in tam breui itinere, & per placidas aquas nullum fe-
rè periculum subierint, æquum non est visum Dominis,
vt haberent Assecuratores integrum præmium illius peri-
culi, † quod subire potuissent permanere in itinere desti- 5
nato, vt obseruat Rota *Ianuensis præcitatis decisionibus*.

Sequentes propterea æquitatem, † qua relectis subtili- 6
tatibus in foro Mercatorum iudicandum est Rota coram
Bichlo *decis.* 557. *nu.* 25. *& in rec. decis.* 284. *nu.* 24. *par.* 9.
attendentesque nedum Belgarum mercatorum attestatio-
nes, quam eiusdem nationis Assecuratorum, † aliorum- 7
que Vrbis obseruantiam in restituendo dicto pretio reten-
to medio scuto pro Centenario, † de quibus non est præ- 8
sumendum illos voluisse iactare suum *ad leg. cum de indebito ff. de probationib.* in hanc sententiam venerunt.

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit &c.

R. P. D. TAIA.

Romana Manutentionis.

Lunæ 11. *Februarii* 1675.

ARGVMENTVM.

Plura pro retardatione Spolii opponebantur tamen ex eo, quod causa fuerat commissa cum clausula, *manu regia*, *& sola facti veritate inspecta*, quam etiam quia decretum, seu sententia lata erant per capita separata, quibus tamen non obstantibus spoliatum restituendum esse deciditur, quia præterquam quod hæc omnia ante purgatum spolium immatura visa sint, operare minimè poterant, quod iudex prætermittere potuisset probationes, aliaque in iudicio necessaria, sine quibus minus rectum redditur iudicium.

S V M M A R I V M.

1 *Clausula*, manu regia, & sola facti veritate *inspecta dat facultatem procedendi de facto, & sine vllo iuris ordine, & vid. numer. 7. cum seqq.*

2 *Sententia, seù Decretum lata per capita separata substinentur pro capitulis, in quibus debitum verum est, etiam si fuerit pronanciatum pro vna summa resultante ex pluribus capitulis separatis.*

3 *Adiudicatio bonorum fieri non potest, nisi præcedentibus æstimatione, & subhastatione, tam ex forma statuti Vrbis, quam ex dispositione iuris communis.*

4 *Adiudicatio bonorum fieri nequit, nisi probato quod eo tempore alia bona non extabant, quodque illa plus non valebant,*

5 *Æstimatio bonorum non minus necessaria est pro adiudicatione, quam pro subhastatione.*

6 *Adiudicare est rem iudicio peracto actori addicere eamque illi iudicio attribuere, & assignare.*

7 *Clausula*, sola facti veritate inspecta, *idem operatur, ac clausula*, manu regia.

9 *de Facto aliud est, quod partes iudicare voluisse consentiant, aliud vero quod Princeps det facultatem procedendi sola facti veritate inspectu.*

10 *de Facto aliud est, quod simpliciter procedi possit, aliud verò de veritate facti.*

11 *Princeps licet sit solutus legibus, legibus tamen viuit, & nu. seq.*

12 *Legibus alligatos se Principes profiteri debent, quia ab auctoritate iuris dependet auctoritas Principis.*

13 *Iudex si ex clausula*, manu regia, & sola facti veritate inspecta, *procederet sine probationibus, & aliis in iudicio necessariis, non iudicaret secundum veritatem.*

14 *Iudex, quia dicitur vir bonus, debet vti vir bonus iudicare.*

15 *Iudex etiam cum clausula*, manu regia, & sola facti veritate inspecta, *vbi elegit viam, & ordinem iudiciariam, tenetur formare processum.*

16 *Pupillus tenetur ex culpa tutoris, quatenus est locupletior, & an liberetur cedendo actiones contra illum, si fuerit soluendo, & numer. 17.*

18 *Iudex dicitur iustissimè iudicare secundum ea, quæ illi proponuntur, etiam si postea iniustè iudicasse appareat.*

19 *Iudex, quandoque, etiam si æqua statuerit, non tamen ipse æquus est, & licet æquè non statuerit, ipse tamen æquus fuit.*

20 *Decretum, seù sententia lata per capita separata, an vno corruente capitulo, corruat in totum.*

21 *Sententia si dicitur nulla, & si qua est, appellatur, verificata nullitate, circumducitur appellatio.*

22 *Iudex secundas non potest confirmare primam sententiam nullam, & confirmando facit iniustitiam.*

23 *Spoliatus ita est ante omnia restituendus, vt omnes probationes interim adductæ dicantur importunæ, & immaturæ.*

D E C I S I O CCCCXLIX.

DECISIO Insignis Castrilii nunc Reuerendissimi Episcopi Gadicen. 4. Maii 1672. (cui me subrogatum profiteor dissimillimum) hodie à DD. confirmata est.

Et quamquam vnus responderet, vel vtrique Parti
dandam manutentionem, vel differen. resolutionem dubii eligendo Peritum, & faciendo calculum, cum sententia A. C. non videatur reuocanda tota, Tum quia causa
fuit commissa cum clausula, *manu Regia*, quæ quidquid
de sola alia clausula, *sola facti veritate inspectu*, † cense- 1
tur dare facultatem procedendi de facto, & sine vllo Iuris ordine Rota coram Coccio. *decis.* 729. *nu.* 3. Tum etiam
quia quando sunt plura capitula separata, tunc pro capitulis in quibus debitum verum est; decretum sustinetur,
† etiamsi decretum fiat pro vna summa resultante ex plu- 2
ribus capitibus separatis Rota *decis.* 33. *num.* 7. & 8. & de
sententia, quæ similiter fuisse concepta *seq. n.* 9. *pa.* 2. *dia.*

Alii tamen aliud sentiendo responderunt standum in
decisis. Nam præmisso quoque, non tamen concesso,
summam scutorum 49488. quam D. Philippus, prætendit fuisse receptam à D. Co: Octauio redigi ad scuta 43963.
ad sensum ipsius Co: Octauii, & sententiam A. C. ita definientem adhuc sententiæ nullitas constat, quia ad quamcumque summam condemnata fuerit hæreditas Co. Octauii Senioris ad assignationem bonorum procedi non poterat, nisi præcedentibus æstimatione, & subhastatione, 3
ad Stat. Vrbis 194. *de forma seruan. in pignor. lib.* 1. & ad d.
Galganet. & Fenzon. & de Iure communi subhastatio erat
omninò requisita *l.* 3. *C. de exequut. rei iudic.* Rota coram
Puteo *dec.* 246. *ab init. & decis.* 275. *nu.* 2. *lib.* 2. *& in d. l.*
3. obseruandum quod sæpè diùque processum, erat ad subhastationem ante adiudicationem pignoris creditori, quod
seruatum non est in casu præsenti, † nec probatum fuerit 4
tempore adiudicationis alia bona non extitisse, & res illo
tempore plus non voluisse, *ad d. dec.* 275. *d. n.* 2. *vers. tamen quia tempore* æstimatio vero non minus necessaria † 5
pro adiudicatione, quàm pro subhastatione *ad d. Stat.* 194.
vbi datur forma eligendi æstimatores vtpote neglecta inducit nullitatem in Sententia, adiudicare enim est Iudicio peracto, idest forma iudicii, & tela Iudiciaria seruata rem controuersam Actori addicere, & significat Iudicio
attribuere, assignare &c. apud Fenzon. *ad d. Stat.* 194. *nu.* 6
14. & 15.

Neque hæc necessitas euitari poterat dicebant DD. per
clausulas commissionis *manu Regia, & sola facti veritate
inspecta*, quæ posterior frequens est in statutis, & æquiualens priori, † cum ex ea quoque possit procedi manu Regia Barbos. *clauf.* 173. *nu* 6. & 7. Grat. *decis.* 68. *nu.* 4. & 5.

Quia vigore illarum † non datur Iudici, tàm ampla 8
facultas iudicandi sine probationibus legitimis, & requisitis in aliis Iudiciis, nempe necessariis plenis, ac concludentibus, & multum differt, quod Partes consentiant
Iudicari de facto, † vel quod Princeps det facultatem pro- 9
cedendi sola facti veritate inspecta, aliud enim est posse
simpliciter procedere de facto, † aliud de veritate facti, vt 10
apud Grat. *d. dec.* 68. *d. n.* 7. *vers. Tamen quoties occurrit, cum
alleg.* & Ipse Princeps licet sit solutus legibus, † tamen legi- 11
bus viuit §. *vltimo instit. de exhæred. liber.* & digna vox, est
Maiestatis Regnantis legibus allegatum se Principem profiteri, † adeo ab auctoritate Iuris Principis pendet aucto- 12
ritas *l.* 4. *C. de legib.*

Et ratio est vltra prædicta, quia alias Iudex † non iu- 13
dicaret secundùm veritatem, vt inquit Grat. *d. dec.* 68. *n.*
13. cum cætera qui debeat † vti vir bonus iudicare, *seq.* 14
num. 14. & Iudex dicitur vir bonus in §. *Cum ita l. continuus
actus* 137. *ff. de verb. oblig.* maximè vbi, † & quando Iu- 15
dex eligit viam, & ordinem iudiciarium.

Constare quoq; visa est Iniustitia tam in statuenda legitima Abb. Io: Antonii in vncia pro feminineia, & hæreditario asse diuiso in sex vncias pro totidem masculis, diuidendo in 12. pro sex etiam fœminis numerum, ac partem facientibus, immò proficientibus fratribus suis, si
minùs sibimetipsis ex quo asse etiam iuxta diminutionem
legitimæ, diminuendi erant fructus, quàm etiam in condemnando ad reintegrandam Primogenituram de damnis
à Tutrice illatis contra rationem † ac textumque sum- 16
mam † quidem Pupillus tenetur ex culpa Tutoris, qua- 17
tenus est locupletior, & etiam vltra Tutor est soluendo,
sed liberatur cedendo actionem contra eundem *l. vlt. ff.
de Administr. & periculo tut. & ibi* Bart. & quosdam adhuc
tenentes non liberari Pupillum cedendo actionem ipsos,
& falso reprehendit Accurs. *in Gloss. prima l. prima ff. quando
ex fact. Tutor.*

Adeout ex hac sola ratione concluderent DD. Sententiam stare non posse ex ipsa sola facti veritate inspecta
per quamlibet manum Regiam, & plenitudinem potestatis,

tis, etiam iustissimo Iudice primæ Sententiæ, & iustissimè iudicante secundum ea, quæ tunc proponerentur,
18 vt Antiqui Prudentes, & Præcipuus Scæuola respondebat atque, vt interdum Iudex æquum licèt statuerit haud æquus fuit, & interdum æquum licèt non statuerit ipse tamen æquus fuit.

19 Et quatenus sententia sit per plura capitula separata, & proinde substineatur pro capitulis, in quibus debitum verum sit, maximè cum clausulis suprascriptis manu Regia, & sola facti veritate inspecta, responsum ad huc est præmisso quoque non tamen concesso ex eius defectu, in aliquo capite, (si enim defectus inesset prætensus
20 à Co. Philippo, corrueret ipsum caput, † prout corrueret vna sententia) superest nullitas sententiæ totius ideoque omnium capitum ipsius iuxta Scacc. *de Sent. Glos.14. qu. 13.* maximè *num.79. & num. vlt.* & quando nullitas seorsum, & separatim, vel conditionaliter, & distinctiuè vna cum ipsa appellatione deducitur, vt quando dicitur Sen-
21 tentia nulla, † & si qua est appellatur verificata nullitate circumducitur appellatio interposita in euentum, In quo sententia subsisteret, Vant. *de nullit. tit. quot. & quib. mod. nulli. prop. poss. nu.114. ex* Bart. *ad l. si expressim de appellat. n.8.* cum allegatis, & multo minus potest secundus Iudex
22 primam confirmare, † & confirmando facit iniustitiam, Rota *decis.261. n.3. par. prima diu.* ex Bart. *ad l.4. C. quom. & quando Iudex ad fin. vers. Dixi*, quod debet præcedere cognitio, cum alijs in *decis. alleg. & adnot* à Cocc. *in sua adnot.144.* & amplius Scacc. *de appell. qu.19. Remed. primo concl.1. ex num.116. cum alleg.*

Et ex his reijciendam dixerunt propositionem noui calculi conficiendi, de quo poterit agi postquàm spolium fuerit purgatum, cum Co. Philippus spoliatus è Iudice, Iuris
23 ordine prætermisso ante omnia restituendus sit ad summam *cap.7. de restit. spolio* & oblatæ probationes vti deductus calculus, visæ sunt immaturæ, & in opportunæ ante spolij reintegrationem.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. MATTHÆIO.

Meleuitana Pensionis.

Veneris 15. Februarii 1675.

ARGVMENTVM.

Solutionem pensionis euitare prætendebat commendatarius Hierosolymitanus, ex quo illa fuerat translata pendente anno, quo pensionarius debuerat emittere professionem, vel quia etiam excederet quintam partem fructuum, vel demum quia ipse eosdem fructus non perceperat; Sed pro valida translatione & successiua solutione deciditur, cum translatio facta sit tempore habili, quamuis pensio, professione non emissa, alias resoluta fuisset, nec probata erat excessiuitas eorundem fructuum, qui à suis creditoribus sequestrati, perinde est, ac si ab ipso titulari fuissent percepti.

SVMMARIVM.

1 *Pensio eadem actione soluitur translatario, qua transferenti persolui debuisset.*

2 *Pensio acquisita cum onere emittendi professionem infra annum, dicitur purè acquisita, & solum resoluitur, si infra annum non emittatur professio.*

3 *Pensio validè acquisita, durante tempore habili, potest legitimè transferri, etiamsi postea sub pœna resolutionis aliquid implendum esset.*

4 *Pensio excedens quintam partem fructuum, non potest imponi super beneficiis Hierosolymitanis.*

5 *Locatio non probat verum valorem rei locatæ.*

6 *Locatio facta pendente lite, eo minus probat valorem rei locatæ.*

7 *Probatio super excessiuitate pensionis, debet percutere*

tempus præcisum reseruationis illius.

8 *Titularis non euitat solutionem pensionis, si fructus beneficii sui culpa non percipiat, ex eo quod illi ab eius creditoribus sequestrati fiat.*

9 *Titularis, vt teneatur ad solutionem pensionis etiam in futurum, sufficit, quod perceperit per aliquos annos fructus beneficij.*

10 *Pensionis in reseruatione solus Papa potest apponere decretum, quod titularis sua vita durante pensionem integrè soluat.*

DECISIO CCCCL.

EXEQVENDVM esse mandatum pro solutione pensionis ab Auditore Cameræ relaxatum contra Fabritium Ruffum modernum possessorem Commendæ de Monte Sarchio firmatum fuit coram me sub die 9. Maij proximè præteriti, & Dubio hodiè reproposito placuit Dominis persistere in decisis.

Visa enim fuerunt subsistere fundamenta decisionis, posita in eo, quod cum constaret de reseruatione pensionis fauore Hippoliti de Amato, eiusque valida translatione
in Theodorum Cellesium, † controuerti non possit à 1
Commendatario illius solutio eadem actione, quæ transferenti comperijsset Rota coram Eminentissimo Domino Cardinali Otthob. *decisione 22. nu.4.*

Non obstante repetito obiecto, quod reseruatio fauore Hippoliti fuerit conditionalis vbi: Cum hoc tamen, quod per totum vigesimum primum suæ ætatis annum regularem professionem emittere teneatur, alias præsens gratia, & pensiones, si quas intereà obtinuerit, nullæ sint: Et propterea non adimpleta conditione, nullius roboris remansit; Placuit enim Dominis responsio præteritæ *de-*
cisionis §. non obstat, † quod hic non agitur de conditione 2
suspensiua acquisitionis, sed tantum resolutiua post tempus assignatum ad faciendum professionem, itaut solummodo pensio euasisset nulla, si post tempus præscriptum pensionarius non emisisset professionem, sed interim me-
dio tempore pensio adhuc erat valida, † & durante tem- 3
pore habili legitimè potuit transferri iuxtà *cons. Oldrad. 203. n. primo* Parisius *de resignat. beneficior. lib.3. qu 2. nu.8. & sequenti* Ioan. Andreas *in additionibus ad speculator. titulo de rerum permutatione versiculo occurrit, etiam noua quæstio* Rota *decis.33. de præben. in antiquis.*

Minus obstare visa fuit nullitas contrà eandem pensionem opposita ex eo, quod excedat quintam partem fru-
ctuum † non enim fuit iustificatus valor commendæ, & 4
quidem plenè, & concludenter, prout ad hunc effectum opus fuisset, & Instrumentum locationis nouiter produ-
ctum nullam mereri potuit animaduersionem, † Tum 5
quia ex eo vetus rei locatæ valor educi nequit Rota *decis. 116. num.2. & dec.136. numer.4. parte 2. dec.656. parte 3. & dec.342. num.10. parte 4. tomo 2. recentior.* Tum quia fuit
facta nouissimè hac lite in Rota pendente, † nec percutit 6
tempus reseruationis pensionis, † prout requiritur ex fir- 7
matis per Rotam coram sanctæ memoriæ Gregor XV. *dec.469 num.4. & dicta dec.342. numer.11. parte 4. tom.2. recent.*

Quod verò fructus commendæ sint sequestrati, & quod proinde Commendatarius, ex quo fructus non percipit pensionem soluere non teneatur, nec visum fuit obstare, dum sequestrum prouenit ex defectu Titularis, qui
eius proprio debito communi Erario non satisfecit, & sic 8
excusari non valet à solutione pensionum, vt in specie Gigas *de pensionib. quæstione 621. nu.9.* Belletus *de charit. subsid. quæst.34. num 2. in fine*, & in omnem casum satis est,
quod ipse per aliquot annos fructus perceperit, † vt ex eis 9
indè sit obligatus soluere pensiones decurrendas Rota coram Duranu *dec.369. nu.6. & sequen.*

Tandem, quod in reseruatione huius pensionis facta beneficio pleno, fuerit appositum decretum, quod Titularis sua vita durante pensionem integrè soluat, non iustificatur in facto, & ideò cum simile decretum apponi soleat
à Summo Pontifice dumtaxat, † non ab Ordinario super- 10
fluum visum fuit Dominis immorari in eo, an verè pensio soluta fuerint.

Et ità vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. RONDININO.

Narnien. Societatis Officij.

Veneris 15. Februarii 1675.

ARGVMENTVM.

Contra Societatem Officij opponebantur fimul, quod illa ex fructibus, & ex ludo fuiffet contracta, quodque eius inftrumentum effet de falfo fufpectum, & demum quod petitio crediti poft mortem debitoris fuiffet dilata, fed pro validitate deciditur, quia Societas Officij contrahi poteft etiam ex credito, ludus verò in modica quantitate probatus, non adæquabat fummam ad Societatem receptam, falfitas etiam inftrumenti ex fola poffibilitate contraria ceffabat, & tamdem nihil operabatur, quod creditor vfque ad obitum debitoris tacuerit, dum fciebat ius fuum faluum effe.

SVMMARIVM.

1 *Societas Officij contrahi poteft fine numeratione pecuniæ etiam ex credito, vel ex fructibus debitis, & non folutis.*

2 *Solutio pecuniæ ad Societatem Officij receptæ probatur ex illius adnotatione, quæ fit in extremitate inftrumenti.*

3 *Societas Officij quomodo renouetur, & qui modus in illius renouatione ex confuetudine feruari foleat.*

4 *Iter, quod fieri poteft, & communiter fieri coafaeuit in fingulos dies attenditur, non autem dieta legalis.*

5 *Poffibilitas fola fufficit, vt ex actu infolito remoueatur falfitas, & fubftineatur validitas actus.*

6 *Inftrumentum magis attenditur, quam inuoluta depofitio Notarij.*

7 *ex Ludo non fuiffe contractum creditum, puta Societas Officii ex quibus refultet.*

8 *Filius licet inhabitet cum patre poteft tamen viuere feorfum à patre.*

9 *Falfitatem, in mendacium ad euitandum omnis admittitur interpretatio, & quæcumque poffibilitas in contrarium recipitur.*

10 *Solutionis præfumptio ob dilatam debiti petitionem poft mortem debitoris, ad effectum conueniendi heredes ignaros, ex quibus ceffare dicatur.*

11 *Societatem Officij difdicendi facultas non fufficit, nifi reducatur ad actum.*

13 *Præfumptiones, & fpecialia multiplicari non debent.*

14 *Voluntatis perfeuerantia non autem illius mutatio præfumitur, quoufque de mutatione non docetur expreffè.*

DECISIO CCCCLI.

SVBLATIS Coniecturis ex quibus crediderant Domini nimis inuerifimilem Societatem Officij contracta à
Iacobo Alberto fauore Antonij Pellegrini in Decifione
huius Cauíæ 7. Maij præteriti coram me, hodie à decifis
recedentes mandatum A. C. Panciatici contra bona hæreditaria dicti Iacobi relaxatum executioni demandandum
effe dixerunt.

Videbatur enim bona fide contracta Societas Anno
1654. in fcutis 500. de qua præcisè hodie agitur, tam refpectu fcut. 300. quæ Albertus faffus eft in pecunia numerata
recepiffe in extremitate mandati iuxta confuetam formulam in his contractibus adhiberi folitam in quibus etiam
per Confeffionem de recepto Societas creari poteft cum
1 Pontifice Conftitutiones numerationem pecuniæ in Societatum creatione non requirant, fed ex credito, vel ex fructibus debitis, & non folutis conftitui poffint. Gabriel.
confil. 81. *per tot. vol.* 1. Scacc. *de Commerc. & camb.* §. 7. *glof.*
2. *num.* 55. Filliucc. *oper. moral. tom.* 2. *Tractat.* 38. *cap.* 6. *num.*
517. *& feqq.* Sperell. *decif.* 163. *num.* 31. cum alijs per Modern. Venulin. *in Theatr. verit. lib.* 5. *de Societate Officii difcurfu* 10. *per tot.* ideoque fatis effe, quod de vera folutione
pecuniæ, quæ adnotata eft in extremitate inftrumenti pro
adimplemento mandati, † quod debitor dare folet pro fo- 2
lutione pecuniæ iuxta formulam de qua apud Saluft. Tiber. *in prax.* A.C. *lib. primo cap.* 53. *&* 14. Scacc. *de Commerc. & Camb.* §. *primo quæft.* 7. *part. prima num.* 38 Zacch.
de Soc. Offic. num. 17. Gratian. *difcept.* 501. *nu.* 15. Rota coram Mililn. *decif.* 50. *n.* 1.

Quam etiam quoad reliqua fcut. 200. pro renouatione
aliarum trium Societatum, qui modus renouandi confuetudine probatur, quafi foluta fuerit fumma priorum So- 3
cietatum Creditori, qui deinde in caufam fecundæ Societatis foluat debitori iuxta *conf.* Caftr. 70. *numero primo part.* 2.
Scacc. *de Commerc. & camb.* §. 7. *gloff.* 2. *numer.* 55 Pofth.
refolut. 54. *numer.* 88. Rot. poft Zacch. *de Societ. Offic. decif.*
8. *fub num.* 2. *& feqq.* Eminentiffimos Otthob. *decif.* 131.
num. 8. *& feqq.*

Non obftat, quod vna ex Societatibus renouatis fcut.
75. eadem die fuerit rogata in Vrbe cum officiali, & facta
recognitio bonæ fidei in Ciuitate Narnien. per Albertum,
quia, & fi ex coniecturis in præterita decifione huius Caufæ, deductis nimis inuerifimile hoc iter vifum fuit Dominis, ijs tamen hodie fublatis, non dobitabant quemadmodum experientia docet, hoc iter potuiffe vna die confici,
vt in Summario præfenti Pellegrini num. 2. itaut inapplicabiles remaneant dietæ legales viginti millia paffuum in 4
fingulos dies conftituentes, atque fpectandum fit quid homines eiufdem conditionis atque ipfe Notarius facere confueuerit ad terminos *Text. in l. continuus* 137. §. *Cum ita ftipulatus ibique* Bartol. *num.* 2. Bald. *num.* 3. Mandof. *ad reg.*
30. Cancell. *quæft.* 4. *num.* 30. Tondut. *quæft.* ... *benefíciar.
lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 28. & quod poffibile fit hoc iter, quia
tunc ex fola poffibilitate atque ex actu licet infolito, remo- 5
uetur falfitas, & fubftinetur actus validitas, vt in his terminis Mandof. *de fignat. Gratiæ* §. *Prouifiones col.* 13. *verf.
pulchrum, cafum, & ad dictam reg* 30. Cancell. *quæft.* 4 *fub
num.* 7. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell.* §. *probemial.* 3. *num.* 104.
Farinac. *de falfit. quæft.* 153 *nu.* 193. Rota coram Crefcent.
decif. 4. *de præfumpt. &* coram Buratt. *decif.* 678. *n.* 9. *&* 10.
& dec. 860. *n.* 1. *&* 2. *& in Piftorien. Beneficij* 11. *Marti* 1671.
coram R. P. D. meo Emerix, & 28. *Martij* 1672. *coram R.
P. D. meo Taia.*

Coniecturæ autem ex quibus in præterita Decifione Iudicantium animus inftructus fuerat ad credendum inuerifimile iter, atque fufpectam confeffionem de recepto, fublatæ penitus funt in hodierna caufæ propofitione, quia
inuoluta Notarij depofitio afferentis fe prius rogaffe
recognitionem bonæ fidei, quàm Societatem, quia videbatur Dominis attendendum potius Rogitum Notarij in
Inftrumento, in quo afferitur iam fuiffe rogatam Societa- 6
tem Officij iuxtà folitum contrahendi Societates, & iuxtà
præfumptionem validitatis actus, quàm illius inuolutam
depofitionem in examine Surd. *decif.* 107 *num.* 6. Rota coram Merlin. *decifion.* 209. *numer.* 5. *&* 6. *&* coram Coccino
decifion. 280. *numer.* 9.

Ludi autem præfumptio fublata pariter fuit, tàm ex
ipfis refponfionibus Pellegrini ad pofitiones, cum faffus eft
lufiffe cum Alberto in parua tamen quantitate, non fufficienti ad Societatem contrahendam, ab eo expreffè negatam *Summario præterito de Albertis numer.* 4. *& Summario
præfenti Pellegrini numer. primo* quam etiam ex bona fama
& honeftis moribus Pellegrini, qui folebat tradere pecunias fub debito lucro † atque tunc erat minor annorum 23.
cum Iacobus Albertus effet in ætate annorum 28. *Summa- 7
rio præfenti Pellegriai num.* 3. itaut citra omnem probabilitatem remaneat fufpicio collufionis inter ludum, quafi
hac de caufa creari potuerit Societas, ac proinde inapplicabiles fiot auctoritates creationem Societatis ex caufa ludi
fupponentes de quibus Rota coram Greg. XV. *decif.* 47. *&
in rec. par.* 5. *decif.* 93. cum alijs in præterita decifione huius
caufæ.

Neque vifum eft adeffe fuppofitum mendacium, quod
Iacobus Albertus affirmauerit viuere feorfim à Patre, atque Pellegrinus contrarium dixerit, ex quo deducebatur,
quod fi Iacobus feparatos redditus à Patre habebat, adhuc
cum Patre conuiuens, inuerifimile prorfus fuerit, quod
breui fpatio duorum annorum 500. fcuta vlterius confumpferit, quia placuit refponfio, quod nempè Pellegrinus non

alfud

aliud affirmauerit, nisi Iacobum habitare in Domo Patris,
8 †quod non concludit ad communionem mensæ, cum pos-
sit quis habitare in Domo Patris, & viuere seorsim à Patre
prout ipse Pellegrinus posteà confessus est affirmans Iaco-
bum Albertum alimenta à Patre non recepisse *Summario
responsionis præteritæ de Albertis num vnico*, *& Summario
præsenti Pellegrini num.* 4. ex quibus dubium non est eui-
9 tari falsitatem, † & mendacium, ad quæ excludenda om-
nis admittitur interpretatio, & quæcumque possibilitas in
contrarium recipitur Surd. *cons.* 173. *num* 46. *& decis.* 282.
num. 14. Cyriac. *contr.* 131. *num.* 12. Farinac. *quæstione Cri-
minali* 190. *num.* 103. *& seqq.* Rot. *post secundum vol. consil.*
Farinac. *decis.* 121. *num.* 2. *& decis.* 267. *num.* 5.

Præsumptiones autem solutionis tam in terminis Iuris
communis ob dilatam debiti, petitionem post mortem Ia-
cobi Alberti, ac etiam longè posteà, vt labente magis, ac
magis in dies tempore, in hæredibus inscijs rei gestæ memo-
ria periret, quam etiam in terminis Statuti Vrbis post sex-
decim Annos solutionem præsumentis, visæ fuot tolli ex
vnica responsione, quod Pellegrinos tacuerit vsque ad an-
10 num 1665. quia sciebat ius suum esse saluum, cum vsque
ad illud tempus Societas durauerit, nonnisi per obitum
Cursorum terminata *Summario præterito Pellegrini num.* 2.
atque exinde postea vsque ad diem petitionis anun 1671. la-
psum non esse tempus sufficiens neque ad arguendam præ-
sumptam solutionum in terminis Statuti Vrbis, neque ad
incurrendam moram ob suspicionem dilatæ petitionis tum
quia Pellegrinus non tacuit, sed concordiam tractauit, at-
que ab anno 1670. pro sui crediti satisfactione citauit, tùm
etiam quia nonnisi ab illo tempore mora Creditori Socie-
tatis considerari potest, qui licet posset elapsis sex mensibus
11 quandocumque repetere sortem, † & vt in foro inquiunt
Societatem disdicere adhuc tamen non sufficit hæc facul-
tas disdicendi, nisi actualis disdicta concurrat, quæ ex præ-
12 suptione statuti deduci posse non videbatur, quia hoc es-
set multiplicare præsumptiones, & specialia atque præsu-
mere mutationem voluntatis cuius perseuerantia potius
13 præsumitur, † quousque de motatione expressè doceatur
ad terminos *Textus in l. eum qui* 22. *ff. de probat.* Menoch.
lib. 4. *præsumpt.* 165. *num.* 3. Posth. *de manut. obseruat.* 57. *nu.*
60. Rota coram Greg. XV. *decis.* 136. *numer.* 6 *& in recent.
par.* 3. *decis.* 497. *num.* 3 cum alijs in proposito congestis per
Modern. *Cuntianen. allegat.* 33. *numer.* 36. 39. *& seqq.* Rota
coram Seraphin. *decis.* 1303. *num.* 10 *& in rec. part.* 7. *decis.*
28. *num.* 6.

Et ita vtraque, &c.

Altera præsentis causæ decisio habetur impressa in alio præcedenti tom. 5. istius decimæ octauæ partis, vbi est in ordine decis. 285.

R. P. D. E M E R I X.

Gerunden. Vnionis, seu Parochialium.

Vener. 15. Februarii 1675.

A R G V M E N T V M.

Vnionem ad principaliter probandam adducebantur iura informia, quæ etiam cum obseruantia munita, adhuc tamen non suffragantur; Ideò pro illius exclusione fuit decisum, quia libertas beneficij, quæ de Iure præsumitur, eo magis probari visa est ex collationibus factis, tamquam de beneficio libero, ac etiam ex permutatione, & resignatione illius, quæ omnia vnioni repugnant.

S V M M A R I V M.

1 *Scriptura extracta ex simplici copia, si nescitur à quo loco, & sine compulsorijs, recognitione originalis, ac citatione partis fuerit extracta nullam fidem meretur.*
2 *Obseruantio non præbet robur scripturæ informi, vbi agitur de canonizando vnionem principaliter.*
3 *Vnio, si principaliter canonizzari debet, vti repugnans, & diminutiua cultus diuini, concludentissimis probationibus est iustificanda, & n.* 13.
4 *Vnio probari debet, vel per instrumentum publicum, vel per immemorabilem, seu quadragenariam cum titulo.*
5 *Collationes factæ de beneficio vti vacante, potius destruunt, quam confirment vnionem.*
6 *Beneficia Parochiali vnita resignari, & permutari non possunt.*
7 *Consensus Abbatis interuentus in resignatione, seu permutatione parochialis, non ad vnionem, sed ad ius conferendi refertur, & n.* 8.
9 *Ius conferendi beneficia parochialia, quod erat liberum ante Concilium, ex dispositione postea eiusdem Concilij remansit subiectum concursui.*
10 *Collator inferior beneficium Parochiale tenetur illi conferre, vel eum instituere, quem Episcopus ex approbatis digniorem elegerit.*
11 *Enunciatiuæ Summorum Pontificum emanatæ ad supplicationem partis, licet antiquæ, pro illis non probant.*
12 *Decisio, quæ aliquid supponit, vel in ea aliquid incidenter dicitur, non attenditur nec suffragatur in decidendo negocio principali.*
13 *Vnio si principaliter canonizzari, vel reiici debet, non attenditur quidquid de ea in aliis decisionibus decisum est.*

D E C I S I O CCCCLII.

PRÆTENDENTE Abbate S. Saluatoris de Breda
Parochiales Ecclesias S. Stephani de Tordera, & de
Blanis S. Mariæ de Breda S. Quirici de Arbutijs, S. Lau-
rentij de Geseranijs, & S. Andreæ de Riuo magno vti vni-
tas eius Monasterio non posse ab Episcopo conferri per con-
cursum, orta fuit desuper inter eosdem Abbatem, & Epi-
scopum lis, qua ad Rotam delata, dedi dubium an constet
de vnione, negatiuè per DD. resolutum, quia non fuerunt
visæ releuantes probationes ad hunc effectum ex parte Ab-
batis adductæ.

Donatio siquidem pleno Iure cum amplissimis verbis
concepta, quæ de controuersis Ecclesijs prætenditur facta
Abbati, & Monasterio de Anno 1162. per Gullhelmum
tunc Episcopum Gerunden. non fuit exhibita in forma
probanti, sed in simplici copia, extracta nescitur à quo lo-
co, sine literis compulsorialibus, recognitione originalis, 1
& citatione partis, quæ nullam fidem facit *l. 2. ibique gloss.
verb. ind co. ff. de fid. instrumentum auth. vt fratrum filii cap.
illud quoque ibique gloss. verb. monumentum*, & notant com-
muniter DD in *Auth. si quis in aliquo C. de eden.* & dixit
Rota coram san. mem. Greg. XV. *decis.* 469. *num.* 4. & po-
stremo in his terminis in *Tarraconen. Prioratus 16 Febr. an-
ni præteriti §. licet enim coram me.*

Nec ad augendam fidem dictæ scripturæ vis fieri potest
in prætensa obseruantia, † quia præmisso quod hic agitur 2
de canonizanda principaliter ipsamet vnione, non autem
de illa ad alium effectum probanda, † quo casu vti iuri re- 3
pugnans, & diminutiua cultus Diuini concludentissimis
probationibus est iustificanda Crauett. *cons.* 258 *num.* 9. *vers
fin. versic. sed isti Canonici, &* 10. Mascard. *de probat. concl.*
1418 *num.* 1. *&* 2. Rota in *Nolana Parochialis 27 Iunii* 1670.
*§. & tamen cum vnio coram R. P. D. meo Vicecomite, & in
Tarraconen. Prioratus 16 Februarii* 1674 *§. quod eo magis co-
ram me*, in quibus referuntur concordantes; Vel scilicet per
instrumentum publicum ipsius vnionis, † vel per imme- 4
morabilem, seu quadragenariam præscriptionem cum ti-
tulo iuxta receptum *consil.* Felin 2 *numer.* 2 *&* 3 Garz *de
Benefic. part* 12. *cap.* 2. *num.* 226 231. *& seqq. & num.* 280.
Lother. *de Benefic. lib* 1. *quæst.* 28. *num* 105. Rota *decis.* 233.
num. 5. *part prima recent* coram Pen. *decis.* 704. *num.* 2. *&* 5.
& in Cathacen Beneficiorum 8. Iunii 1654 *§. aut vero coram
Eminentissimo Cerro.*

Tantum abest, quod in præsenti concurrat obseruantia,
quæ comprobet ass. donationem, quinimo de contraria
doceatur; Tum per collationes præuio concursu factas de
dictis Parochialibus vti vacantibus ad formam Sacr. Con-
cil. Trid. & effectum sortitas quæ vti aduersatiuæ qualita- 5
ti non vacationis insitæ vnioni, illam potios destruunt,
quam confirment Lother. *de re Benefic. dicto lib.* 1 *quæst* 28.
num 104. Garz. *eod. tract. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 12. *& seqq.*
Greg. *decis.* 77. *num.* 3. cum pluribus alijs relatis in præcitata

Torra-

Tarracone Prioratus 16. Febr. 1674. §. nec in contrarium coram me Tum ex pluribus resignationibus, & per mutationibus earundem Parochialium, vt plenè in *Summario Episcopi num. 2. & per tot.* quæ nec etiam fieri potuissent, si iste verè mensæ Abbatiali vnitæ fuissent, vt ex dispositione Sac. Concil. Trid. *sess. 21. cap. 4. de reform. in fin.* Paris. *de resignat. lib. 2. qu. 9. num 1. & seqq.* & pluribus alijs adductis respondit Rota *in Nolana Parochialis 2. Decembr. 1669. §. quapropter cum ex recensitis, & 27. Iunii 1670. §. obseruantia autem coram R. P. D. meo Vicecomite.*

Non obstat quod in nonnullis ex prædictis resignationi-
bus, & permutationibus interuenerit consensus Abbatis
7 vt in eius *Summ. num. 4. & seqq.* † Quia iste consensus non
potest referri ad prætensam vnionem pleno iure extincti-
uam tituli, & destructiuam vacationis ex præallegatis,
8 sed potius referendus est ad ius conferendi, vt dixit Rota
coram Vbald. *decis. 138. num. 8. & 9. &* coram Peuring *decis.*
135 numer. 4. & 5. quod licet ante Concilium etiam in
9 Collatoribus inferioribus esset liberum, † per illius tamen
decretum *sess. 24. cap. 18* subiectum fuit concursui, &
10 effectum quasi necessarium, † per facultatem ab eodem
attributam Episcopis eligendi eum, quem ex approbatis
in concursu digniorem existimauit, vt post Garz. *de Benefic. part. 9. cap. 2. n. 150. &* Barbos. *ad prædic. cap. nu. 124.*
considerauit Rota *hac ead. die in Tarraconen. Prioratus §. fin. coram me.*

Minus suffragantur enunciatiuæ emissæ in Bullis Summorum Pontificum, Lucij Tertij de Anno 1181. & Innocentij Quarti de Anno 1246. Quia illæ nil noui Abbatibus tribuerunt, sed solum confirmarunt ius, si quod habe-
bant, & cum emanauerint ad illorum supplicationem, ibi:
11 *Vestris iustis supplicationibus clementer annuimus*, † licet an-
tiquæ pro illis non probant, vt etiam dixit Rot. *in d. dec. 138. n. 5.* coram Vbald & coram Eminent. Otthob. *decis. 179 n. 23. & 24.*

Et hinc non merebatur allegari *decis. 237. coram Bichio*
in qua approbatur vnio alterius ex Ecclesijs de quibus agi-
tur, Quoniam illa emanauit altera tantum parte infor-
12 mante, & potius supponit quam probet vnionem; † cum
super hoc articulo tunc non fuerit expresse assumpta dis-
putatio, quapropter quidquid fuerit in ea incidenter di-
13 ctum prodesse, † non potest in præsenti dum agitur princi-
paliter de canonizanda, vel reijcienda ipsa vnione, vt alias
responsum fuit coram Dunozett. Iun. *decis. 498. num. 29 & 30. &* coram Bichio *decis. 480. num. 31.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. EMERIX.

Tarraconen. Prioratus.

Veneris 15. Februarij 1675.

ARGVMENTVM.

Vnio Beneficij probari prætendebatur ex scripturis extractis ex Archiuio particulari Ecclesiæ, quod contra non subditum nullam fidem meretur, quoties, vt hic, de eorum originalibus non plenè constat; atque ideò dictum concursui; itaut inferior Collator teneatur instituere eum, quem Episcopus ex approbatis digniorem elegerit.

SVMMARIVM.

1 *Iura extracta ex archiuio particulari Ecclesiæ, si non constat de originalibus, non probant contra non subditos ad fauorem eiusdem Ecclesiæ.*
2 *in Archiuio particulari etiam Ecclesiæ fraudes de facili committi possunt.*
3 *Archiuum publicum non tribuit robur scripturis informibus, & multo minus priuatum, sup. à n. 1.*
4 *Iura informia in Archiuio reposita, dubitari potest fuisse ibidem recondita ab interesse habentibus.*
5 *Testes deponentes adhiberi fidem scripturis Ecclesiæ contra illius subditos, non probant ibidem fore seruandum contra non subditos.*
6 *Vnio beneficii excluditur ex collationibus factis de eo, vti vacante, & præuio concursu ad formam Concilij.*
7 *Ius conferendi beneficia Parochialia, licet ante Concilium fuerit liberum, ex dispositione tamen eiusdem Concilij fuit subiectum concursui.*
8 *Collator inferior in beneficio Parochiali tenetur eum instituere, seu illi beneficium conferre, quem Episcopus ex approbatis digniorem elegerit.*

DECISIO CCCCLIII.

INFORMANTES pro Capitulo Tarraconen. ad probandam vnionem controuersi Prioratus illius Mensæ Capitulari contra fundamenta Decisionis editæ coram me 11. Febr. anni præteriti, iterum insistebant in Donatione vt prætenditur, eidem Capitulo amplissimis verbis facta de anno 1159. à tunc Archiepiscopo Tarraconensi; sed Domini ex eisdem fundamentis persliterunt in decisis.

Subsistit enim, quod asserta Donatio non probatur ex
Iuribus productis, licèt hodie praeuia compulsoria rotali
extractis ex libro retento in eius particulari Archiuio, † 1
quæ dum non constat de originalibus ad proprium commo
dum Capituli contra Archiepiscopum, aliosque non sub-
ditos, probationem non faciunt, † ad euitandas fraudes, 2
quæ aliàs facilè committi possent, vt præter auctoritates
in alia allegatas firmauit Rot *dec. 183. n. 4 part. 2. diu. & cor.* Seraph *dec 642. nu. 1.* & postremò dictum fuit in *Anconitana Capellæ 5. Decembris proximè præteriti §. non obstante cor me*, & optima quidem ratione, quia nec Archi-
uium publicum † tribuit robur scripturis informibus, cùm 3
probabiliter dubitari possit † illas fuisse ibidem reconditas 4
ab interesse habentibus, vt benè pluribus relatis respondit Rota *dec. 41 per tot. pa. 1. co.* Caputaq *& co.* Coccin. *dec. 1867. nu. 7. & seqq.*

Non obstat examen quatuor Testium Notariorum deponentium scripturis extractis ex præfatis libris semper in
iudicio, & extra adhibitam fuisse, modoque adhiberi fidem, quia illi deponunt hoc solum obseruari contra sub-
ditos in exactione scilicet Decimarum, aliorumque iu-
rium ad ipsum Capitulum spectan. † Ideoque ex illorum 5
examine non benè infertur probari etiam contra Archiepiscopum, & alios non subditos, vt in specie respondendo huic obiecto dixit Rot. cor. Millino *dec. 34 nu. 5.*

Nec ad conualidandam dictam donationem suffragatur
repetita obseruantia deducta ex collationibus huius Prio-
ratus factis à Capitulo, † quia dictæ collationes factæ de 6
Beneficio vti vacante, & præuio concursu ad formam Sacri Concilij Tridentini sunt exclusiuæ vnionis, vt respondit Rota cor Vbaldo *decis. 138. nu. 8. & 9. cor.* Peutinger. *dec. 145. nu 4. & 5.*

Minus denique ad probandam sæpè dictam vnionem
confert nouiter adductum Instrumentum transactionis
initæ inter Archiepiscopum, & Capitulum de anno 1193.
in quo reseruatur Archiepiscopo ius conferendi omnes Parochiales, exceptis donatis Capitulo, inter quas aderat
illa, de qua agitur in Summario *num. 7.* & Bulla sanctæ
memoriæ Gregorii Decimitertii anni 1582. in quo reser-
uatur Capitulo ius conferendi dictum Prioratum, eodem
Summario *numer. 8.* quia vltra alias exceptiones adductas
per Informantes contra prædicta Instrumentum, & Bullam, ex illis solum fauore Capituli deduci posset ius con-
ferendi, † quod licèt ante Concilium Tridentinum esset 7
liberum, per illius tamen dispositionem in *cap. 18. session. 24. de reformat.* subiectum fuit concursui, itaut Collator
inferior pernecesse tenetur eum instituere; seù illi con-
ferre, † quem Episcopus ex approbatis digniorem elege- 8
rit, vt notat ibidem Barbosa *nu. 124. &* Garzias *de benefic. par. 9. cap. 2. nu. 150.*

Et ità rursus conclusum fuit instituendum esse Ioannem præelectum ab Archiepiscopo, vtraque parte informante.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Bononien. Affictuum.

Lunæ 18. Februarij 1675.

ARGVMENTVM.

Principaliter hæc tendit Decisio ad reijciendas probationes post terminum probatorium à Statuto, vel Constitutionibus præfixum; Cùmque ageretur de obligatione clara, illi non præiudicare visum est; quod fideiussor, vel conductor, cui promissa est indemnitas, concordauerit prætensiones sub conductoris, vel principalis, dummodo hoc sine nouatione faciat, nec reddat duriorem conditionem eorum.

SVMMARIVM.

1 *Constitutiones plures Curiæ Legati Bononiæ traduntur, & declarantur, & num. 9. & seqq.*

2 *Positiones exhibitæ extra terminum assignatum ad probandum, non possunt, nec debent admitti.*

3 *Confessio partis post terminum probatorium, in Iudicio non recipitur nisi sit spontanea.*

4 *Positiones admissæ contra formam Constitutionis, vel Statuti, non attenduntur.*

5 *Iudicium agitari debet coram Iudice, non autem coram illius auditore, ad instar consultoris deputato simpliciter ad referendum.*

6 *Clausula* si, & in quantum *importat admissionem iurium; vel probationum si, & quatenus de iure ea admitti debeant.*

7 *Admissio iurium, vel probationum facta cum clausula* si, & in quantum *importat potius reiectionem, quam admissionem, si illa non erant admittenda, & sup. num. 6.*

8 *Decretum procedi ad vlteriora adiectum alteri decreto, per admissionis iuriam, sublata admissione, corruit, vti illi accessorium, & consequutiuum.*

10 *Instantia initiari non debet à die, quo causa fuit alteri commissa ad referendum.*

11 *Clausula* in terminis, in quibus &c. *operatur præseruationem actorum antecedenter gestorum.*

12 *Litis initium à quo tempore desumendum sit.*

13 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*

14 *Conductor, cui à subconductore promissa est indemnitas, potest sine nouatione concordare illius prætensiones, dummodo eius conditionem non reddat duriorem.*

15 *Fideiussor non potest redarguere creditorem quod non exegerit creditum à suo debitore, prout exigere poterat.*

DECISIO CCCCLIV.

SVblocauerat Scipio Cataneus Magister Generalis Tabellariorum Bononiæ Carolo de Angelis, Francisco de Bono, & Hieronymo de Loctis singulis singula officia Tabellariatus pro vna ex quatuor partibus cursuum intra annum diuisim faciendorum cum obligatione soluendi ratione affictus pro quolibet itinere, seu cursu libr. 155. & huiusmodi obligationi fideiussores accesserunt Io. de Piodis, & Christophorus Parraratius; Transacto aliquo tempore, affictibusque non solutis pro infradicenda rata, Ferdinandus à Monte Cessionarius Catanei Sublocatoris, pro illorum consequutione instituit Iudicium coram D. Vicelegato, qui per sententiam declarauit esse relaxandum mandatum pro summa libr. 2439. 2. contra Ioannem fideiussorem Caroli pro summa libr. 2482. 8. contra Christophorum vti fideiussorem Hieronymi, & contra eundem vti fideiussorem Francisci pro lib. 2871. à qua deuoluta ad Rotam causa appellationis, & prætendentes Rei conuenti sententiam esse nullam, & non esse debitores in summis expressis, dedi dubium, An sententia de partibus sit valida, & an, & pro qua summa constet de credito; & esse validam & constare de credito in eadem expressa hodie responsum fuit.

Validitas enim patet ex reuolutione actorum: Nullitas verò opposita, & fundata dumtaxat in eo, quod post exhibitas in actis pro parte debitorum positiones, non debuerit Iudex pendente termino ad respondendum sententiam proferre, non habet subsistentiam.

Siquidem Constitutiones † Curiæ legati Bononiensis 1
tria disponunt sub *rubr. 14. data* in Summario additionali Ferdinandi *num. 1.* Primum sub *num. 19.* vt à die reproductæ petitionis censeatur ipso iure, & absque aliquo Iudicis ministerio præfixus terminus trium dierum immediatè inchoandorum ad opponendum libello, & litem contestandum. Secundum sub *num. 29.* vt in causis ordinarijs dilatio ad probandum vtrique parti communis, extendatur ad tres menses computandos à die lapsi termini ad respondendum libello. Tertium denique sub num. 55. vt lapsis dilationibus non recipiatur vlterior probatio per testes, nisi illi sint iurati in dilatione, minusque recipiatur per scripturas, nisi sint Instrumenta &c. addendo, quod sublata etiam censeatur partis confessio, nisi sit spontanea.

Cùm igitur Ferdinandus, citatis debitoribus, reproduxerit coram R. Vicelegato petitionem die 9. Nouembris 1673. dicto Summario additionali *numer. 2.* &
computato termino trium dierum ad opponendum libello, dilatio probatoria expirauerit die 12. Februarij
1674. indè sequitur positiones exhibitas die 13. Martij,
& sic extra terminum assignatum ad probandum, † 2
non potuisse admitti in quacumque parte iudicij, vt ex
distinctione Angel. *in l. peremptorias prope fin. C. Sent. Rescind. non poss.* post alios tradit Fontanell. *decis. 25 num. 11.*
quam sequitur Michalor. *de position. cap. 27. num. 29.* resistentibus præsertim Constitutionibus dictæ Curiæ expressè iubentibus, vt etiam sublata esse censeatur confessio
partis, † nisi sit spontanea, vt aduertit idem Michalor. 3
d. cap. 27. num. 30.

Quibus stantibus nihil refert Auditorem D. Vicelegati positiones admisisse, & ad vlteriora procedi mandasse, † quia huiusmodi admissioni obstat defectus po- 4
testatis, & voluntatis ipsius Auditoris: Potestatis, quia nedum illa remanet adempta ex præfatis Constitutionibus, verum etiam, quia vt vnus ex DD. aduertebat ius admittendi, vel reijciendi positiones spectabat ad
D. Vicelegatum, † coram quo illæ erant exhibendæ, 5
non autem ad Auditorem ad instar Consultoris deputatum dumtaxat ad referendum, ad *text. in l. cum à nobis C. de dilat. Afin. in §. 14 cap. primo num 9. & 10.* & in specie Bald. in *l. 1. num. 2. C. de pœna iudic. qui mal. iudic.* & post eum Michalor. *cap. 37. per tot.*

Voluntatis verò, quia cùm illas admiserit cum clausu-
la, *si, & in quantum* † importante admissionem si, & 6
quatenus de iure fieri deberet, *Adden. ad* Gregor. *decis. 417. num. 12. & Adden. ad* Buratt. *decis. 633. num. 20.* &
ex prædictis appareat de iure admitti non † debuisse, 7
consequens fit eas fuisse potiùs reiectas, quam admissas, vt præter mox allegatos aduertit Barbos. *claus. 149. num. 3.* vbi plures congerit, & in terminis Rota *decis. 27.*
num 8. part. 9. recent. Processus denique † ad vlteriora sub 8
eadem citatione demandatus, vtl admissioni accessorium, & consecutiuum, corruit sublato eius principali ex vulgatis.

Neque subsistit dictas positiones admitti debuisse etiam in calculo ferendæ sententiæ ex dispositione earundem Constitutionum sub num. 80. quia illarum particula data
in Summario debitorum *nu. 10.* † Loquitur dumtaxat de 9
recipiendis responsionibus mediante transmissione Notarij ad septuagenarios, infirmos, mulieres honestas, vel nobiles, non autem de admittendis positionibus post expiratum terminum probatorium, vt patet ex dicto nu. 80. & duobus alijs antecedentibus datis in d. Summ. additionali Ferdinandi *n. 5.*

Minus

Minus subsistit initium dilationis, seù termini pro-
batorij esse desumendum à die 15. Februarij, quo causa
fuit commissa præfato Auditori: Quoniam præterquam
qood hec non dicitur commissio, à qua initiari deberet
10 instaotia, † sed commissio solummodo ad referendum,
vt dictum est; Viterius cessat obiectum ex clausula *in
terminis in quibus* &c. apposita io commissione citato
11 Summario additionali *num.4.* † operante vt præseruata
censeantur omnia acta vsque tunc gesta coram D. Vi-
12 celegato, † itaut litis initium semper ab illis sit de-
somendum, ad tradit. per Rot. *decis.381. numer.3. & 4.
part.4. tom.2. rec.* & coram Bich. *decis.539. nu.20. & duo-
bus seqq.*

Constito igitur ex his de validitate sententiæ, non
fuisse dubitatum constare etiam de credito Ferdinandi;
Obligatio namque Conductorum soluendi libras 155. pro
quolibet Itinere non potest controuerti, quia resoltat
13 ex instrumentis † publicis facientibus probatiooem pro-
batam, & quod affictus decursi ascendant ad quantita-
tem expressam in seoteotia patet ex calculo dato io
Summario Creditoris *numer.4.* non releuante doplici
exceptione in contrarium addocta, altera nempè, quod
Scipio Sublocator, seù Ferdinandus eios Cessionarius
exegerit mercedem, quæ pro affraocatione epistola-
rum à Bononia ad Statum Venetum, aliasque mun-
di partes transmittendarum solui debebat præfatis Sub-
conductoribus; & altera, quod ipsi debitores coacti fue-
rint soluere Collegio Tabellariorum Venetorum scu-
ta decem qualibet hebdomada, quæ proindè vna cum
mercede indebitè exacta dicebantur esse compensanda cum
affictibus decursis.

Qoia tantum abest, quod lo facto iustificetor exa-
ctio d. mercedis respectu Scipionis, vel Ferdinandi, vt
imò attestatione quamplurium Campsorum, & Mer-
catorum Bononiæ Summ. Creditoris *numer.5.* appareat
ea fuisse semper exacta ab ipsismet Subconductoribus.

Magisque insobsistens visa est prætensio deducendi
ex affictibus dicta scuta decem soluta Collegio Tabel-
lariorum Venetorum, eo sub prætextu, quod Scipio
non potuerit io præiudicium Subconductorum, & mul-
to minus fideiussorum eorundem alterare, & nouare
præcedentes contractus locationum, paciscendo cum
dd. Tabellarijs solutionem summæ controuersæ: Quia
dum ijdem Subconductores io prædictis contractibus
expressè soluere promiserint totum id, quod illi Ta-
bellarij prætendere possent, indemnemque releuare
14 Scipionem Sublocatorem, † potuit ipse citra aliquam
nouationem concordare eorum prætensiones in scutis
decem pro qualibet hebdomada, dum ex tali concor-
dia non ostenditur Subconductores, eorumque fideius-
sores fuisse grauatos duriori obligatione, iuxtà firma-
ta coram Emineotiss. Otthob. *decision. 169. à num. 27.
ad 31.*

Pro quorum corroboratione non parum conferre Do-
minis videbatur attestatio Matthæi de Castagnetis al-
terius Tabellarij, qui licet simile officium conduxerit
pro eodem affictu, & cum ijsdem pactis, nihilominus me-
dio iuramento attestatos est se liberè soluisse libr. 155.
pro quolibet itinere absque eo; quod aliquam dimi-
nutionem prætenderit sine ex prædictis, siue alijs de
causis, & hoc dicit esse notorium, eodem Summ.
num.6.

Negligentia deoique, qua fideiussores redarguere vo-
lebant creditorem in exigendo anticipatè affictus pro de-
15 cem & octo itineribus † vti penitus irrelouans, ad *Text.
in l. si fideiussor creditori 63. ff. de fideiuss.* non fuit à DD. ha-
bita in consideratione.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. EMER X.

Romana Successionis.

Lunæ 18. Februarii 1675.

ARGVMENTVM.

Succedere volebat filia, sed suam dotem conferre recusabat, quasi stante decoctione mariti, sibi sufficeret cedere, aut etiam conferre suas actiones; verum quia neque de diligentijs constabat contra eundem virum, neque illius decoctio fuerat concludenter probata, ideò à successione repellitur, eo magis quia possessori bonorum competebat retentio pro creditis anterioribus, quæ non remanebant illiquida ex receptione paruæ quantitatis pecuniarum; cum per computum aritmeticum illa de facili liquidari potuisset.

SVMMARIVM.

1 *Filia repellitur à successione parentum, nisi dotem actualiter, & integraliter conferat.*

2 *Filia quæ dotem conferre tenetur, si maritus est decoctus, sufficit, quod cedat, vel suas conferat actiones.*

3 *Filia vt possit admitti ad cessionem, vel collationem suarum actionum contra maritum decoctum, tenetur prius facere diligentias de illas exigendo.*

4 *Decoctio probari debet concludenter, quando agitur de præiudicio tertij.*

5 *Decoctio eo solo casu dicitur probata concludenter, si de ea constet vel per sententiam iudicis, vel per cessionem fori, & bonorum.*

6 *Instrumentum publicum facit probationem probatam, & constituit rem claram.*

7 *Fides simplex procurata lite pendente, & sine citatione partis nihil probat.*

8 *Cedens post factam cessionem, in præiudicium cessionarij nihil agere, vel declarare potest.*

9 *Retentio datur possessori pro creditis anterioribus ab eo persolutis, vel aliter acquisitis.*

10 *Confessio dotis receptæ à marito facta constante matrimonio, ob præsumptam suspicionem simulationis, non præiudicat, neque attenditur.*

11 *Confessio dotis receptæ iuncta præcedenti promissione, & si non viget aliqua coniectura in contrarium, attendenda est, & probat.*

12 *Confessio dotis receptæ propriè est suspecta inter virum, & vxorem.*

13 *Confessio dotis receptæ facta inter virum, & socerum promissorem etiam constante matrimonio, plenè probat.*

14 *Creditum non remanet illiquidum ex receptione paruæ quantitatis pecuniarum quæ de facili liquidari potest.*

15 *Retentio alias competens pro credito anteriori non denegatur ex consecutione paruæ quantitatis pecuniarum, quæ de facili liquidari potest.*

DECISIO CCCCLV.

SOLVTIS ad mentem Rotæ per Elisabetham Franciscæ scuti 505. in causam creditorum maternorum, quæ vti anteriora impediebant Elisabethæ retentionem bonorum hæreditariorum Michaelis eios viri, atque ita restricta nunc controuersia ad quartam partem successionis paternæ, reproposui dobium, An esset standum, vel recedendum a decisis in hoc articulo coram me sub die * sexta Aprilis anni proximè præteriti, & recedendum responsum fuit tam ex capite retentionis quæ Elisabethæ competit pro diuersis eius creditis, quàm ex capite Dotis per Franciscum à patre receptæ in sc. 1000. vt in Sum. Elisabethæ *n. 1. & 2.* integrè conferendæ antequam ad successionem admittatur.

Respectu enim dotis obstant Franciscę textus literales
in *l. filia duodecima, & l. si maritus decimaquarta C. de col-
lation.* † eam à successione repellentes, oisi illam actuali- 1
ter, & integraliter conferat.

Nec à tali collatione visum fuit Franciscam se eximere posse sub colore decoctionis mariti, exindè inferen-
do, † quod ei sufficiat cedere, seù conferre suas actio- 2
nes,

nes, iuxtà textum *in authentic. quod locum dicto titu-*
lo, & ea, quæ tradunt Michalor. *de fratribus parte pri-*
*ma cap.21. numer.*8. Afflictus *decis.247. numer.2. ibique*
3 Vrsill. *num.primo*, quia illa non solum non probauit †
se fecisse vllas diligentias contra maritum pro assecura-
tione suæ dotis, prout ad sensum eiusdem Authenti-
cæ tenebatur, sed nec etiam concludenter probata vi-
4 debatur decoctio viri, † prout opus est, quando, vt hic,
agitur de præiudicio tertij, nempè vel per sententiam
5 Iudicis, † vel per cessionem fori, & bonorum, Stracc.
de decoct. parte 2. numer. primo, & quarto, Rota
decision.188. numer. 12. part. 10. *recent.* coram Coccin.
*decis.*2041. *num.*3. *&* 4. & nouissimè in *Romana, seu*
Mantuana Cambij 29. *Ianuarij* 1674. *§. his firmatis coram*
me.

Minus placuit replicatio, quod dos non fuerit illi in
tanta quantitate persoluta, quia contrarium apparet ex
6 tribus instrumentis publicis † constituentibus probatio-
nem probatam, & rem claram, vt notat Bald. *in l. quo-*
ties iust ne C. de iudic. & in l. interest in vltimo notabili C. de
solution. Decius *in l.1. C. de noui operis nunciat. &* Rota *dec.*
71. *n. primo* coram Caualer. *& in Bononien. Quintæ* 3. *De-*
cembris 1660. *coram bonæ memoriæ Auanculo meo*, aliasque
passim:

Neque dictam probationem labefactat fides Barbaræ
attestantis confessionem in scutis mille à viro Franciscæ
eius sororis emissam, fuisse simulatam, idque audiuis-
se à communi patre, asserente, quod licet ipse dicto
viro Franciscæ promiserit scuta mille pro dote, nihilo
minus soluisse tantum scuta quingenta, tum quia ista
7 fides, † vti simplex, & lite pendente absque citatione
partis procurata, nihil probat, vt quotidie respondet Ro-
ta, & alijs relatis dictum fuit in *Bononien. manutentionis*
19. *Maii* 1673. *§. nihil suffragante coram me*, tùm etiam
quia ea fuit facta postquam Barbara vsque de anno 1659.
8 Iura sua cesserat Elisabethæ, † in cuius præiudicium post
cessionem nihil agere, vel declarare poterat, Surdus *cons.*
22. *n.*29. Berous *cons.*187. *nu* 5 *lib primo*, Rota *dec.*413. *nu-*
*mer.*3. *in fine part.2. recent.* & coram Caualer. *decision.*361.
*num.*5.

9 Respectu verò retentionis † eam nunc Elisabethæ suf-
fragari, ad textum *in l. creditor decima secunda, & in l.*
eum qui ff. qui potiores in *pignore habeant*. visum fuit primo
pro credito scutorum quatuorcentum in sorte translatiuè
acquisito vna cum fructibus in summa aliorum scutorum
centum, & decem, secundo pro scutis 606. debitis per Mi-
chaelem ad formam eius obligationis contractæ sexta Iulij
1647. & tertio pro dote eiusdem Elisabethæ, & lucro dota-
li in alijs scutis 875. vt in Summario *n.6. & seqq.*

Neque releuare exceptionem, quod de receptione dotis
Elisabethæ constet solum per simplicem confessionem
10 Michaelis emanatam constante matrimonio, † quæ non
præiudicat ob præsumptam suspicionem simulationis;
quia ex instrumento dotali clarè constat pro solutione dotis
promissæ dicto Michaeli fuisse à Luca Ventura Patre di-
ctæ Elisabethæ assignatas quasdam domos, vt in illius
Summario *numero sexto*; Et quamuis etiam appareat ex
alio instrumento easdem domos per Michaelem fuisse re-
trocessas Lucæ Socero, præuia confessione, quod loco il-
larum receperat scuta septingenta in pecunia, nihilomi-
nus quia Francisca agit vti hæres confitentis, & constat
11 de præcedenti promissione, † nec aliqua vrget coniectura
in contrarium, prædictaque confessio non emanauit inter
12 virum, & vxorem, † inter quos propriè est suspecta, sed
13 inter virum, & socerum promissorem, † illam benè pro-
bat, vt consuluerunt Dec. *consil.*573. *num.*9. *versic. ad hoc*
etiam respondetur, Surd. *cons.*290. *num.*32. & in fortiori-
bus terminis respondit Rota *in recent. dec.*214. *num.*5. *par-*
te 14. & coram Celso *dec.*306. *num.*9. *& in Bononien. fidei-*
commissi de Monterentijs 15. *Maij* 1665 *§. præsumptio circa*
finem coram Otalora.

Prout nec etiam eadem credita videbantur remansisse
extincta, vel illiquida ex pensionibus per Elisabetham
14 perceptis ex domo hæreditaria viri, † quia tres ex quatuor
partibus eiusdem domus ad eam spectant vigore cessio-
num, quas reportauit ab alijs sororibus Franciscæ cohæ-
redibus Michaelis, quantitas verò pensionis alterius quar-
tæ partis est longè minor illius creditis, & facilè liquidari
15 potest per calculum aritmeticum, † & propterea non est
sub hoc prætextu impedienda retentio aliàs competens,
vt ad propositum considerauit Rota *in Muranu Congruæ*
12. *Februarii* 1669. *§. quia cum creditum coram Eminentis-*
simo Cerro.

Et ita &c.

Altera præsentis causæ Decisio habetur impressa supra in præcedenti tomo primo istius decimæ octauæ partis, vbi est in ordine 459.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Troiana Iuris funerandi.

Lunæ 18. Februarii 1675.

A R G V M E N T V M.

Manutentio in quasi possessione funerandi, Ecclesiæ Collegiatæ conceditur aduersus Parochorum, non obstante iuris assistentia, quæ proeo militare solet, tùm quia illa in actibus iurisdictionalibus non attenditur, tùm etiam quia constabat de possessione contraria, ad hunc effectum admissa, etiam per testes ad perpetuam rei memoriam examinatos, qui in summarijssimo manutentionis iudicio sufficiunt, quando, prout hic, de alia probatione non constat.

S V M M A R I V M.

1 *Quasi possessio funerandi probatur ex depositione officialium Ciuitatis, aliorumque ciuium.*

2 *Testes examinati sine citatione partis admittuntur in summarijssimo possessorio, amplia vt numer. seqq.*

3 *Possessorium summarijssimum recipit, etiam testes examinatos ad perpetuam rei memoriam, vbi non concurrunt probationes contrariæ.*

4 *Testes examinati sine citatione partis, si fuerint adminiculati probant, & quando.*

5 *Ordinarii iudicio, quia ille præsumitur informatus de qualitate, & statu suorum Ecclesiarum, plurimum est deferendum.*

6 *Assistentia iuris super tumulatione Parochianorum assistit in fauore Parochorum.*

7 *Assistentia iuris non suffragatur ad effectum obtinendi manutentionem in actibus iurisdictionalibus.*

8 *Assistentia iuris non attenditur; nec suffragatur, vbi constat de possessione contraria.*

DECISIO CCCCLVI.

RESOLVTVM fuit dandum esse mandatum de
manutenendo Capitulo, & Canonicis Collegiatæ
Oppidi Foggiæ in quasi possessione Iuris funerandi in
eorum Ecclesia omnes Aduenas, & Incolas in dicto
Oppido decedentes, licèt intra limites aliarum Paro-
chialium Sancti Thomæ, & Sancti Angeli ibidem exi-
sten. dummodo tamen huiusmodi Aduenæ, & Incolæ
non fuerint à publico Consilio in Albo Ciuium adscri-
pti; & ratio resolutionis fuit, † quia talis quasi posses- 1
sio probata remanet ex depositionibus Magistri iurati,
& Electorum dictæ Ciuitatis, quamplurium Incolarum,
& duorum Sacerdotum, qui curam Animarum in dictis
Parochijs exercuerunt, Summario Informantis *numer.*
2. *&* 3.

Nil refragante, quod fuerint examinati sine citatione
Partis, † quia in summarijssimo Iudicio manutentionis, 2
in quo leuiores, & semipleuæ probationes sufficiunt,
Menoch. *de retin. remed. vltimo nu* 34. Rot. coram Bu-
ratt. *decis.*222. *num* 5. & coram Merlin. *decis* 180. *num* 4.
etiam huiusmodi Testes admittuntur, † quando non 3
concurrunt probationes contrariæ, Posth. *de manut.*
obseru.

*obseru.*38. *numer.*49. & Rot. *post eundem decis.*269. *numer.*
4. *&* 5. *& decis.*44. *nu.*2. maximè quia in præsenti illorum
4 dictæ † corroborantur à decreto emisso per Ordinarium
in visitatione, declarante dictum Ius funerandi spectare
5 ad Capitulum, † cuius iudicio tamquam plenè informati de statu, & qualitate Ecclesiarum suæ Diœcesis plurimum esse deferendum aduertebat vnus ex Dominis, per *Text. in cap. præsentia de renunciat.* & dixit pluries Rot. coram bon. mem. Cardinali Cels. *dec.*215. *nu* 8. *in rec. dec.* 160. *n.*1. *part.*12. *& dec.*55. *num.*8. *par.*13. *ac in dec.*284 *nu.* 4. *par.*14.

Neque refragatur assistentia iuris militans in fauorem Parochorum, per *tex. in capit. Is qui de Sepultur. & in Clement. Dudum §. huiusmodi eodem tit.* quia si ea non suffragatur ad obtinendam manutentionem in illis, quæ
7 iurisdictionalia respiciunt, † vt hic, iuxtà opinionem, quam recedendo ab alia antiqua sententia coram Seraph. amplexa est Rot. *in Reatina Decimarum* 9. *Iunii* 1610. *coram Pirouano* impressa post secundum volumen *cons.* Farinac. *dec.* 291 *n.*13 *&* 14. & in his terminis coram Merlin. *dec.*19. *n* 4. & in alijs relatis per *Addea. ad* Buratt. *dec.* 219. *sub lit. A.*

8 Eo minus attendenda visa est in præsenti casu † in quo constat de possessione contraria, vt ex §. *retinendæ, & §. hodie institut. de interdict.* & aduertitur *in d. dec. coram Pirouano sub n.*14. *&* 15. & coram Merlin. *n.*6.

Et ita reiectis ad aliam disputationem ijs, quæ pariter adducebantur circa Ius decimandi, conclusum fuit vnica Parte informante, altera pluries citata &c.

R. P. D. EMERIX.

Vicen. Beneficij.

Lunæ 18. *Februarii* 1675.

ARGVMENTVM.

Ex lege fundationis Beneficii qualitatem sacerdotalem requiri deciditur, eamque inesse debere de tempore præsentationis, quia Testator non solùm Sacerdotem eligi mandauerat, sed voluit etiam, quod ille quotidie Missam celebraret in Capella à se ipso fundata, & vlterius contradistinxit Sacerdotem à Patronis fore nominandum, à se ipso verò etiam simplicem Clericum, seù Scholarem esse eligendum.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium contra legem fundationis collatum deuoluitur ad Papam, & ideo ab eo rectè confertur, tamquam deuolutum, & num. seqq.*

2 *Literæ Apostolicæ vbi sunt iustificatæ, veniunt exequendæ.*

3 *Valor beneficij probatur ex attestationibus testium dum gratia non fundatur super valore.*

4 *Beneficium dicitur Sacerdotale non solum si beneficiatus debent esse Sacerdos, verùm etiam si qualibet die debeat celebrare missam, & num. seq.*

5 *Sacerdotalis qualitas dicitur à testatore requisita, si ab alijs voluit nominari Sacerdotem, à se ipso verò simplicem Clericum, vel etiam Scholarem.*

6 *Adoptio propria, & specialis est tantummodò eorum; qui sunt in potestate parentum.*

7 *Arrogatio comprehenditur etiam sub adoptione generaliter sumpta.*

8 *Actio propria, & specialis illa esse dicitur, quæ est in personam.*

9 *Actio generaliter considerata æquè comprehendit actionem in rem, ac in personam.*

10 *Decisio Merlini* 825. *traditur, & declaratur.*

11 *Sacerdotalis qualitas pro beneficio requisita debet inesse de tempore præsentationis illius.*

DECISIO CCCCLVII.

VACANTE de mense Februarij 1672. Beneficio sub inuocatione Sanctæ Annæ in Parochiali Ecclesia Villæ Aqualitæ, Consiliarij eiusdem Villæ, ad quos ex lege fundationis spectat ius præsentandi, præsentarunt intra legitima tempora Ioannem, & Iosephum Galofre simplices Clericos, & Ordinarius Iosephum tamquam præsentatum à maiori parte instituit, ac in possessionem immisit; Verum quia in fundatione expressè cauetur, quod Beneficium sit Sacerdotale, quodque Fundatrix in vita possit illud conferre, & assignare cuicumque voluerit siue Presbytero, siue Clerico, aut simplici Scholari, post illius verò obitum occurrente eius vacatione dd. Consiliarij teneantur præsentare Presbyterum bonæ conditionis, & famæ primo loco de genere fundatricis ex latere matris, & secundo loco Presbyterum ex linea patris, & quatenus isti non reperiantur, alium Presbyterum extraneum pariter bonæ conditionis, & famæ cum onere celebrandi missam qualibet die pro suffragio animæ fundatricis, eiusque parentum &c. vt latius continetur in instrumento fundationis Summ. *num.*5. Ideo Iosephus Fabreguas eiusdem Villæ originarius, actuque Presbyter obtinuit à Sanctissimo Domino Nostro sibi prouideri de
eodem Beneficio tamquam de deuoluto; † Et Rota 1
hodie consulta censuit ipsius literas esse exequendas † 2
vti in omnibus iustificatas per celebrem *text. in cap. si Capitulo, ibique glos. in verbo exequatur de concess. præben. in* 6. passim in hac materia laudatum, & approbatum.

Habilitas enim vltimo dicti Iosephi non reuocabatur in dubium, valor autem narratus per non excessum in ducat.24. videbatur satis probatus ex attestationibus trium
testium originariorum eiusdem loci, † dum gratia non 3
fundatur super valore, ad tradit per Rotam coram Durano *decis.*38. *n.*4. & aliàs sæpissimè.

Qualitas verò Sacerdotalis, ad quam reducebatur tota disputatio, desumpta fuit ex supra recensita fundationis serie, in qua fundatrix non solum voluit semper per supradictos Consiliarios præsentari Presbyterum, qui qualibet die missam celebraret in eadem Ca-
pella, † in quibus terminis loquitur *decis. bon. me. Mer-* 4
*lin.*825. & resolutiones Sacræ Congregationis in ea laudatæ, sed vlterius verbis expressis declarauit se facere institutionem Beneficij Sacerdotalis, & contradistinguendo Presbyterum per sæpè dictos Consiliarios post obitum suum præsentandum à Capellano per se ipsam adhue viuentem nominando, siue Presbytero, siue
Clerico, aut simplici Scholari, † apertè demonstrauit se 5
in præsentando ab ijsdem Consiliarijs intelligere, & requirere qualitatem specialem, & propriam Presbyteri exemplo eius, quod in §. *adoptio institut. de adopt.* traditur de adoptione, & arrogatione, vt adoptio propria,
† & specialis sit eorum solum, qui in potestate parentum 6
sunt. † Generalis etiam arrogationem comprehendat, 7
& eius quod traditur à Mynsinger. *instit. de adopt. in princ.*
quod actio † propriè, & specialiter sumpta in personam 8
sit, † generaliter autem, & in rem, & in personam; 9
Ideoque in his facti circumstantijs non applicari supradi-
cta *decis. bonæ memoriæ Merlini*, † sed militare omnia, 10
quæ prius in leuioribus terminis, ante supradictas resolutiones tenuit Rot. *dec.*496. *part.*1. *& dec.*207. *&* 216. *per tot. part.*2. *recent.* vt videlicet qualitas Presbyteralis pro-
pria † adesse debeat de tempore præsentationis, iuxtà *tex.* 11
in l. in delictis §. in extraneo, ff. de noxal. act. cap. nemo, vbi glos. in verbo Sacerdotio de elect. in 6. Abb. *in cap. cum in cunctis §. inferiora n.*10. *& ibid* Decius *n.*12. *de elect.* cum alijs adductis per Rot. *d. dec.*216. *n.*1.

Et ita vtraque &c.

R. P. D.

R. P. D. RONDININO.

Bononien. Indemnitatis, ſeù Prædij.

Lunæ 18. Februarij 1675.

ARGVMENTVM.

Creditori aſſociato ad bona ſui debitoris per tertium poſſeſſa, fuit conceſſa facultas illa ſubhaſtandi, & deliberandi, quia præceſſerat commiſſio Sanctiſſimi ad hunc effectum omninò neceſſaria, & probatum erat per teſtes dd. bona eſſe redditus adeò tenuis, vt nonniſi per viginti annos creditor ſatisfieri potuiſſet.

SVMMARIVM.

1 *Bona, ſuper quibus fuit obtenta aſſociatio, ſi fructus ſuat inſufficientes pro ſatisfactione creditoris, deliberari poſſunt.*

2 *Teſtes deponentes de fructibus bonorum, ſi reddunt congruam cauſam ſcientiæ, attenduntur, & plenè probant.*

3 *Deliberationi bonorum, ſuper quibus creditori fuit conceſſa immiſſio, vel aſſociatio, locus eſt ſi pro eius ſatisfactione viginti anni requirerentur.*

4 *Poſſeſſor ſi vult impedire ſubhaſtationem bonorum, in quibus creditori fuit conceſſa immiſſio, vel aſſociatio, illius creditum perſoluere tenetur.*

5 *Hypothecata bona creditor diſtrahere non poteſt.*

6 *Creditor immiſſus, vel aſſociatus ad bona ſui debitoris, debet ex illius fructibus ſatisfieri.*

7 *Subhaſtari, & deliberari vt poſſint bona hypothecata, in quibus creditori fuit conceſſa immiſſio, requiritur auctoritas Principis.*

8 *Creditor immiſſus, vel aſſociatus ad bona ſui debitoris, non tenetur longas, & diminutas ſolutiones recipere.*

DECISIO CCCCLVIII.

POSTQVAM per tres conformes ſententias bonæ memoriæ Burattus relaxauit mandatum executiuum fauore quondam Hieronymi Fabæ contra Linos ubligatos pro francatione quorundam bonorum præuijs *deciſionibus 162. 176. & 189. coram Dunozetto Seniore*, repetitis in *rec. par. 4. to. 2. dec. 15. 38. et 66.* & coram eodem Buratto *dec. 657.* Laurentius Pacchionus dicti Hieronymi Fabæ hæres, obtinuit ſibi concedi duplicatum mandatum coram bon. mem. *Peutingerio* præuijs eiuſdem *dec. 94. & dec. 141.*

Contendentibus autem Patribus Ordinis Prædicatorum Ciuitatis Bononiæ tertijs Poſſeſſoribus, atque ideò repropoſita Cauſa coram Eminentiſſimo Cerro, mandatum de aſſociando fauore Dominorum de Piazzis dicti Pacchioni Actoris ceſſionariorum Rota confirmauit, vt *in dec. eiuſdem cauſæ Bononien. indemnitatis 16. Nouembris 1663. & 24. Nouembris 1664. coram Eminentiſſimo Cerro*, quod licèt exequutioni demandatum fuerit cum ſubſequuta poſſeſſione Dominorum de Piazzis, quia tamen fructus controuerſi Prædi, ad quod aſſociationem obtinuerunt, ſunt adeò tenues, vt deductis expenſis, mi-
1 nimum quid ſuperſint pro ſui crediti ſatisfactione, † dedi
dubium, An locus eſſet ſubhaſtationi, & deliberationi bonorum, de quibus agitur, cui Domini affirmatiuè reſponderunt.

Poſito enim credito librarum quinque millium, quod extra controuerſiam videbatur, Teſtes optimè concludunt, quod fructus dicti Prædij, deductis expen-
2 ſis, non excedunt annuas libras 230. † reddendo con-
gruas cauſas ſcientiæ, vt in Summario Dominorum de Piazzis *numero vnico*, quæ libræ 230. ſpatio decennij iuxtà Calculum arithmeticum conficiunt libras 2300. conſequens proindè eſt, vt cùm ſpatium viginti an-
norum requireretur pro debita ſatisfactione, † locus ſit 3
ſubhaſtationi, & deliberationi dicti Prædij, niſi Patres
Ordinis Prædicatorum illius Poſſeſſores in congruo ter-
mino ipſius aſſignando, † illud ſoluto credito non relue- 4
rint, quia licèt de rigore iuris non liceat rem hypotheca-
tam diſtrahere, ſed creditor immiſſus, vel ad illam aſſo- 5
ciatus † debeat ex eius fructibus ſatisfieri, ad terminos 6
*Textus in §. Seruiana Inſtitut. de action. & in l. prima ff. de
Salu.* Quotieſcumque tamen, vt in caſu, præcedit aucto-
ritas Principis, † vt ex commiſſione Sanctiſſimi mihi di- 7
recta non denegatur ſubhaſtatio pro integra ſatisfactione
creditoris, qui non tenetur tam longas, † & diminutas 8
ſolutiones recipere, iuxta deducta per Couarr. *var. reſol. lib. 3. capit. 58. ſub nu. 4.* cuius ſententiam, hac adhibita diſtinctione ſequuntur Doctores, de quibus Eugen. *conſil. 65. num. 86. volum. primo*, Marcheſ. *de commiſſ. parte prima tit. de commiſſ. in cauſa poſſeſſ.* Salu. *& alijs §. 2. num. 81. fol. 1005.* Pacif. de Salu. *Inſpect. 4. cap. 1. num. 144.* Mangil. *de ſubhaſt. quæſt. 126. num. 14. & quæſt. 200. num. 3.* Ridolfin. *in prax. part. 1. cap. 15. nu. 88. & part. 2. cap. 6. num. 93.* Rota *in recent. part. 6 dec. 161. num 15.* Seraph *dec. 1100 num. 3.* Coccin. *dec. 1856. ſub num 1. & 2. & dec. 1684. num. 1.*

Et ita Dominis de Piazzis informantibus, ac Patribus reis conuentis pluries vocatis, Domini reſponderunt.

R. P. D. VBAGO.

Pampilonen. Abbatiæ.

Lunæ 4. Martij 1675.

ARGVMENTVM.

Pertinentia Iuriſpatronatus, quæ ad effectum ſubſtinendi præſentationem, deducitur ex vltimo ſtatu, hic comprobatur ex laudo vtrinque emologato, & exequutioni demandato per ſpatium quadraginta, & amplius annorum, ſicque etiam præſcripto, itaut dubitari minimè poſſit illud non conſtituere rem iudicatam, & habere vim tranſactionis, & pacti.

SVMMARIVM.

1 *Status vltimus beneficii ſufficit ad ſubſtinendam præſentationem donec doceatur de ſtatu anteriori contrario.*

2 *Laudum ſuper pertinentia iuriſpatronatus, illiuſque præſentationibus, attenditur, & ſeruari debet, & num. 4. & 9.*

3 *Vniuerſitatis in iuribus ſufficit acceptatio maioris partis, ad hoc, vt illa omnes liget.*

4 *Laudum à partibus acceptatum conſtituit rem iudicatam, tranſactionem, & pactum.*

5 *Pertinentia iuriſpatronatus aduerſus compatronum præſcribitur ſpatio quadraginta annorum.*

6 *Sententia non obſtante appellatione tranſit in iudicatum, ſi illa poſt lapſum fatalium proſequuta non ſit.*

7 *Laudum ex obſeruantia remanet comprobatum, ſi ab eo non fuerit appellatum.*

8 *Læſionis exceptio in Laudo, maximè à partibus acceptato, reiicitur ad petitorium.*

9 *Laudum, & ſententia, eo magis ſi ſint in iudicatum tranſacta, habent in ſe implicitum ſtatum validitatis.*

Et ideo exequutioni demandanda ſunt, donec per tres conformes fuerint reuocata ibidem.

DECISIO CCCCLIX. R.P.D. RONDININO.

ABinstitutione Ordioarij ad Ecclesiam Parochialem
Sancti Rumani Abbatiam, nuncupatam loci de
Echarren fauore Michaelis præsentati à Thoma Domino
Palatij appellauit Ioannes præsentatus ab Incolis dicti lo-
ci, & cum ipsam institutionem confirmauerit Reueren-
dissimus meus Decanus, delata mihi Causa, dedi Du-
bium, An sententia Rotalis sit confirmanda, vel infir-
manda, quod pro confirmatione resolutum fuit.

Fundamentum resulutionis prouenit à validitate, &
iustitia sententiæ. Prima constat ex reuolutione acto-
rum, secunda verò resultat, quia ex plutibus præseota-
tionibus factis per Dominos Palatij suum effectum sorti-
tis à Summ. *num.12 vsque ad 15.* habetur vltimus status
ad fauorem Michaelis præsentati à Thoma Domino Pa-
1 latij, † quod sufficere ad effectum substinendi præsenta-
tionem, donec doceatur de contrario anteriori firmant
*Doctores in cap. consultationibus de iurepatr. cap. quærelam
de elect.* Marescott. *var. resol. lib. 1. cap. 55. n. 12.* Rot coram
Bich. *dec. 361. n. 3. & 26.* coram Buratt. *dec. 776. n. 11.* & co-
ram Celso *dec. 102 n. 3.*

Cui accedit iustus titulus, qui resultat ex Iure præsen-
tandi, quod habent Domini Palatij in dicta Parochiali in
vim Laudi prolati à duobus Arbitris electis de Partium
consensu super differentia pertinentiæ huiusmodi Iurispa-
tronatus per Incolas acceptati, & à Sede Apostolica con-
2 firmati, † in quo Laudo huius Parochialis præsentatio so-
lis Dominis Palatij tribuitur, reseruata tantum facoltate
Incolis præsentandi ad Beneficium simplex, erectum per
Ordinarium ex fructibus ipsius Parochialis, vt ex *dec. 118.
coram Cauaier.*

Non obstat, quod duo de Vniuersitate contradixerint,
quia cùm Ius præsentandi prætenderetur Vniuersitatis,
3 † sufficit, fuisse Laudum acceptatum à maiori parte, ita-
4 ut omnes liget, † & constituat rem iudicatam, pactum,
& transactionem, Bart. *in l. 1. n. 6. ff. de re iudic.* Gratian.
discept. 775. num. 2. 34. & 37. Buratt. *dec. 657. num. 4. & ibi
Adden. n. 8. 9 & 10. & in recent. dec. 516. nu 1. & dec. 574.
nu. 2. & 3. part. 3.* & præcisè in hac Causa idem Caualer. *d.
dec. 118. n. 2. & 3.*

Accedit pariter obseruantia ex pluribus præsentationi-
bus post ipsum Laudum factis spatio quadraginta, & vl-
5 tra annorum, † ex qua præscribi pertinentiam patrona-
lem aduersus Compatronum tradiderunt Feder. de Sen.
cons. 234. n. 1. & 2. Couar. *in regul. possessor. par. 2. §. 10. sub
n 8. vers. verum in specie*, Lambert. *de iurepatr. lib. 1. par. 2.
q. 11. art. 5. n. 5. sub vers. Ego autem*, Rot. *dec. 229. n. 1. par. 1.
diuers.* coram Peutinger. *dec. 294. nu. 5. & in vna Cremonen.
Iurispatronatus 3. Iulij 1673. coram R. P. D. meo Emerix.*

Nec dicta obseruantia interrupta dici potest ob litem
motam ab Incolis anno 1618. occasione præsentationis fa-
ctæ à Dominis Palatij in personam Paternain, quia in ip-
sa lite Incolæ succubuerunt, attenta institutione concessa
per Ordinarium eidem præsentato per Dominum Palatij,
6 à qua licèt fuerit appellatum, † attamen per lapsum fa-
taliom, & non prosequutionem appellationis sententia
super institotione transitum fecit in iudicatum, vt benè
ponderat Rot. *in dec. huius causæ coram Reuerendiss. D. meo
Decano §. Minus obstat.* Tantò magis, quia obseruantia
7 Laudi † remansit comprobata ex subsecutis vacationibus,
& prouisionibus ab anno 1623. vsque ad præsentem ad so-
lam præsentationem Domini Palatij Incolis non appel-
lantibus, Rota *in Nicien. Canonicatus 20. Iunij 1664. §. 1.
& §. Deinde coram R. P. D. meo Taia.*

Exceptio verò læsionis Laudi reiecta fuit per Dominos,
cum spectet ad alterum Iudicium intentandum ab Inco-
8 lis, † laudum enim, & sententia, maximè quando sunt
9 in iudicatum transacta, † semper habent in se implicitum
statum validitatis, & sunt exequutioni demandanda, do-
nec de contrario constet per tres conformes, & diuersas
sententias, Rot. *dec. 86. n. 8. & 9. par. 6 & dec 126. n. 9. &
dec. 312 n. 10. par. 10. recent.* & in hac Causa coram *R. ue-
rendiss. D. meo Decano sub die 13. Iunii 1674. §. non obstat.*

Et ita, vna Parte tantùm informante, altera pluties
citata, resolutum fuit &c.

Theatina Præminentiarum.

Lunæ 4. Martij 1675.

ARGVMENTVM.

Pro sedandis controuersijs duarum Ecclesiarum super præcedentijs in honorem cultus Diuini, ac populi quietem, plura erant facta capitula, quorum existentia primo loco impugnata, ex eo quod eorum copia tantum exhiberetur, non attenditur, quia pro illo graues concurrebant coniecturæ, præsumptiones, & adminicula; prout etiam fuit reiecta exceptio defectus Beneplaciti Apostolici, quod in huiusmodi casu non erat necessarium.

SVMMARIVM

1 *Scripturæ existentia in dubium reuocari non potest, si illam supponat rescriptum Sanctissimi, qui super sola illius validitate causam commisit.*

2 *Copia pluribus, & vrgentibus coniecturis, argumentis & adminiculis fulcita plenum facit probationis gradum, & num. seqq.*

3 *Iudicis animus, ex quibus moueri soleat, & debeat ad effectum præstandi fidem scripturæ informi, vel simplici copiæ.*

4 *Copia in actis exhibita, ibique dimissa, facta prius collatione cum originale non minus probat, ac ipsum originale, à qua est desumpta.*

5 *Copia scripturæ in actis exhibita, & cum suo originali collationata, dicitur habere requisita publici instrumenti.*

6 *Scriptura informis plenè probat, si super ea iudicatum sit.*

7 *Copia scripturæ, etiam sine alijs adminiculis, æquiparatur instrumento publico, si super illa sententia fuerit pronunciata.*

8 *Scriptura pluries exhibita, & nunquam de falso impugnata, licet alijs exceptionibus controuersa de præexistentia, & legalitate amplius redargui non potest.*

9 *Copiam scripturæ Ecclesiæ suæ Diœcesis authenticat Episcopus, si de illius veritate testatur.*

10 *Ordinarii attestationi maximè deferendum est in negotiis suarum Ecclesiarum.*

11 *Subtracta scriptura præsumitur facta ab eo cuius interest illam non reperiri.*

12 *Copiæ simplici adhibetur fides in odium illius, qui subtraxit, vel præsumitur subtraxisse originale.*

13 *Attestatio Domini alicuius Loci vel Terræ, eiusque Magistratus attendenda est.*

14 *Scriptura informis, de cuius legalitate testatur, Dominus loci, aut illius magistratus plenè probat.*

15 *Copia scripturæ, cuius plura sunt exemplaria, maximum veritatis habet argumentum.*

16 *Scriptura semper inter partes supposita, necessariam præexistentiam habere videtur, quod idea ad effectum probationis attenditur.*

17 *Scriptura non potest de falsitate redargui, si super ea plures aduocati scripserunt, ac iudices iudicarunt.*

18 *Scriptura, quæ incipit* in primis *supponit sequentia capitula, & per consequens illorum existentiam approbat.*

19 *Scripturæ vnius capitali vsus, illiusque approbatio, inducit quoque approbationem, & confessionem*

nem aliorum capitulorum, & num seq.

21 *Capitulorum scripturæ pluralitas non præsumitur & ideo illorum existentia refertur ad capitula, quæ adducuntur.*

22 *Voto alicuius Eminentissimi Cardinalis præstatur fides, non secus ac scripturis, & libris legaliter tentis.*

23 *Præcedentia probatur ex testibus de ea deponentibus, quamuis illa ab ipsis vsurpatio appellata sit.*

24 *Vsurpationis qualitas expressa à testibus interesse habentibus reijcitur, & in reliquis eorum attenditur depositio.*

25 *Beneplacitum Apostolicum non requiritur in concordia inita pro bono pacis Ecclesiarum, & in honorem cultus diuini, ac populi quietem.*

DECISIO CCCCLX.

CONSVLTA Rota de ordine Sanctissimi à Sac. Congregatione Rituum, in qua diuturna lis pendet super legalitate, & releuantia Capitulorum ab Archiepiscopo Perutio pro sedandis controuersiis inter Ecclesias Sanctæ Mariæ Maioris, & Sancti Petri Terræ Vasti editorum, de illorum legalitate, & releuantia constare censuit, vt in decis. 4. Iunii 1674. coram me, quam hodie Domini reassumpta disputatione, ac pluries monitis, ac diù expectatis Presbyteris Ecclesiæ Sancti Petri informare differentibus, confirmauit.

Posita enim existentia dd. Capitulorum, quæ in Sac.
Congregatione Rituum pluriès exhibita, & per longam
annorum seriem examinata fuerint, quæ neque in du-
1 bium reuocari poterant, † cùm rescriptum Sanctissimi
illa supponat, & solùm super illorum legalitate, & rele-
uantia Rotæ iudicium exquirat; dicebant iterum Domi-
ni constare de illorum legalitate, quamuis nonnisi sim-
2 plex illorum copia exhibeatur, † quia cùm hæc pluribus,
& vrgentissimis adminiculis sit suffulta, plenum probationis gradum constituit, ex deductis per Maynard *dec.* 13. *lib.* 3. Fermosin. *in cap.* 1. *quæst.* 2 *sub numer.* 12. *& seqq. de fide instrum.* Grat. *discept.* 859. *numer.* 34. Rota coram Verall. *decis.* 234. *par.* 1. *& coram* Buratt. *decision.* 243 *sub numer.* 1. cum aliis *in decision. huius causæ §. sanè coram me.*

3 Ex his autem adminiculis, & coniecturis, † ex qui-
bus Iudicantium animus instruitur, vt copiæ fidem præstet, videbatur primum locum obtinere illud desumptum ex eo, quod copia Capitulorum fuit publicata, & exemplata à Notario publico, & legali, ac tempore non suspecto, cuius manus hodie recognita fuit, Summ. hodier-
4 no Cleri Sanctæ Mariæ *numer.* 2. † quia tunc copia in actis
exhibita, & dimissa penes Notarium publicum, priusque collationata cum suo originali, licèt postea reassumpta ab eo, qui illam attulit, non minus probat, quàm ipsa ma-
5 trix, à qua tenor præcisus copiæ desumptus fuit, † cùm
dicatur habere omnia requisita, *cap. fin. de fid. instrum.* Barr. in *l. Chirographus* 38 *numer.* 2. *ff. de admin. & peric. Tutor.* Castrens. *in l.* 2. *num.* 3. *C. de testam.* Rot. *in rec. par.* 12. *dec.* 52. *sub n.* 3. Bich *dec.* 643. *n.* 4. *&* 5. *& in Romana fideicommissi Io. Petri de Caffarellis* 17 *Aprilis* 1673. *§. patet coram bo. me. Priolo.*

Alterum adminiculum, & quidem vrgentissimum desumptum fuit ex productione istorum Capitulorum occasione controuersiarum olim vertentium coram A. C. & in
Sac. Congregatione Rituum super alternatiua pulsationis
6 Campanarum olim controuersia inter istas Ecclesias, inter
quas cùm A. C. & Sac. Rituum Congregatio iudicauerint super copiis istorummet Capitulorum, exindè insurgit illorum legalitas, siue à Clero Sanctæ Mariæ, siue à Clero Sancti Petri exhibita fuerint, quia vis consistit in hoc, quod super iis iudicatum fuerit Menoch. *conf.* 924. *numer.* 33. Staiban. Iun. *resol* 69 *numer.* 2. Rot. *in rec. par.* 12. *dec.* 52. *numer.* 5. Zarat. *decis.* 23. *num.* 6. itaut nullum aliud ad-
7 miniculum requiri, † sed publico instrumento copiam
æquiparari dixerint Paris. *cons.* 104. *numer.* 53. *&* 54. *vol.* 1. Staibao. Iun. *d. resolution.* 69. *numer.* 5. Rot. coram Coccin. *decis.* 958. *numer.* 7. *& in decis. huius causæ § obseruantia coram me.*

Tertium adminiculum desumptum fuit ex eo, quod Capitulum Sancti Petri cùm priùs hæc Capitula exhibita fuerunt tam in priori lite coram A.C. & in Sac. Congregatione super alternatiua pulsatione Campanarum, quàm etiam in hac noua lite super Processionibus, numquam il-
la redarguit de falso, † quamuis opposuerit alias exce- 8
ptiones, defectus nempè Beneplaciti Apostolici, & facultatis Procuratorum, ac similes, quæ præexistentiam, & legalitatem Capitulorum supponunt, Genu. *de script. priuat. lib.* 1. *quæst.* 16. *numer.* 36. Grat. *discept.* 268. *numer.* 15. *& seqq.* Surd. *decis.* 199. *sub num.* 7. Menoch. *d. consil.* 924. *num.* 33. Marescott. *lib.* 1. *variar. resol. cap.* 81. *num.* 9. *Addent. ad* Gregor. XV. *decis.* 292. *nu.* 6. *Add. ad* Buratt. *decis.* 243. *num.* 21. Rot. *rec. par.* 3. *dec.* 664. *n.* 2. *& seqq. & in decis. huius causæ §. alias enim.*

Quartum argumentum desumebant Domini ex iudicio Archiepiscopi, qui à Sacra Congregatione Rituum re-
quisitus, † ingenuè fassus est veritatem istorum Capitulo- 9
rum, quæ à Clero Sancti Petri subrepta fuisse, ne veritas
haberi posset fama vulgauerat, † cuius assertioni maximè 10
deferendum Domini dicebant, ex ratione *text. in can. placuit* 12. *quæst.* 2. *DD. in cap.* 1. *de his quæ fiunt a maiori par. Capit.* Neuizz. *cons.* 100 *num* 3. Rot. coram Dunoz. Iun. *decis.* 122. *num.* 3. & in terminis scripturæ, quæ dicebatur informis post Tamburin. de iur. Abbat. *dec.* 16. *num* 2. *&* 4. *& in decis. huius causæ §. Itaut.*

Quintum deducebatur ex præsumpta subreptione originalis facta à Clero Sancti Petri tàm ex constanti fama de hac subreptione in terra Vasti vulgata, vt ex Informatione Archiepiscopi, hoc ipsum, vt mox dictum est Sac Con-
gregationi rescribentis, ac etiam ex præsumptione Iuris, † 11
subtractionem factam ab eo, cuius interest scripturam non reperiri, ex deductis in præterita *decis. § sed etiam,* itaut in
odium subtrahentis authenticum exemplar, † copiæ sim- 12
plici fides habenda sit, iuxtà theoricam Bald. *in l. publicati n.* 8. *C. de testam.* & in propriis terminis Abba. *in cap. accepimus n.* 5 *de fid instrum.* Mascard. *de probat. conclus.* 715. *nu.* 77. Rot. *dec.* 418. *sub n.* 5. *par.* 2. *& decis.* 359. *n* 12 *&* 13. *par.* 6. *& dec.* 410 *num.* 24. *par.* 9. *rec. & apud* Coccin. *dec.* 2122. *nu.* 4. *& seqq.* Bich *dec.* 623. *n.* 8. *& in d. Romana fideicommissi Io. Petri de Caffarellis* 17. *Aprilis* 1673. *§ patet prima pars, vers. certius quia coram bo. me. Priolo*

Sextum considerabant Domini Magistratum Terræ, & Excellentissimum Marchionem Vasti hoc idem affirmare,
† quorum attestatio, attenta personarum qualitate, ma- 13
ximè habenda est, prout semper illi detulit Rot. coram Burat. *dec.* 358 *n* 9 *par* 12 *rec. dec.* 257. *nu.* 10. *& seqq. & par.* 14. *dec* 360. *n.* 2. *in fin. & n* 13. in præcisis terminis pro concilian-
da fides † scripturæ informis *coram Reuerendiss.* Royas *dec.* 14
316. *n* 6. *& dec.* 331. *n.* 2.

Ponderabant Domini pluralitatem exemplorum, † quæ 15
pro veritatis argumento inseruire consueuit, ex deductis per Menoch *d. cons.* 924. *n* 32 Grat. *d. discept.* 268. *nu.* 55. Ge-
nua *de script. priuat. lib.* 1. *q* 16. *n.* 44. quæ semper † inter par- 16
tes, prout ab initio præsupposita fuerunt, vt ad hunc effectum post alios Rot. coram Reuerendiss. Royas *d. decis.* 316 *n.* 15.

Pro octauo argumento animaduertebant Domini Procuratores Causarum inter istas Ecclesias semper hæc Capitula supposuisse, atque super eis scripsisse, tam in priori causa super alternatiua pulsatione Campanarum, quàm in hac eadem lite super Processionibus, Summario præsenti Ecclesiæ Sanctæ Mariæ *num.* 10. *cum duobus seqq.* ac etiam nouissimè in scripturis impressis exhibitis in Signatura gratiæ, ac in aliis pluribus actibus relatis in præteri-
ta *decis.* † *§. pro argumentis,* itaut inuerisimile prorsus sit, 17
quod tot eximii Causarum Patroni, ac Iudices scripserint, ac iudicauerint super Capitulis falsis, & suppositis, vt ad hunc præcisum effectum ponderauit, atque etiam magnifecit Rot coram Reuerendiss. Royas *d. dec.* 316. *num.* 6. *& d. dec.* 331. *sub nu.* 2. *vers. hæcque obseruantia,* Card. Cels. *decis.* 125 *num.* 7.

Hinc opus non fuit respondere iis quæ deducta fuerunt pro Clero S. Petri contra Decisionem, cum porrexerant memoriale, vt iterum audirentur, quæ ad hæc potissimum restringebantur, quod nempè non appareret Patronos eiusdem Ecclesiæ in antiqua lite super pulsatione Campanarum porrexisse hæc Capitula, aut saltem non porrexisse, nisi vnicum Capitulum concernens solam pulsationem, ex quo ad alia arguere non licet, & quod Testes pro parte Cleri, & Ecclesiæ S. Mariæ deponentes super obseruantia Capitulorum, non concluderent, super quo solum insistebat scribens pro Ecclesia S. Petri in memoriali pro dilatione causæ exhibitio, veluti non restituta copia Processus, vt Testium dicta perpendere posset.

Etenim præter responsiones scribentium pro Ecclesia
S. Mariæ, videbatur Dominis, seclusa etiam approbatio-
ne istorum Capitulorum, quæ ex productione, atque de-
creto fauorabili super pulsatione Campanarum insurge-
surgebat, vt latè probatum fuit in præterita decisione, at-
que posthabita etiam depositione Testium de obseruantia
iuxta formam Capitulorum fauore Ecclesiæ S. Mariæ de-
ponentium, de legalitate tamen Capitulorum satis, su-
perque constare ex octo coniecturis superius relatis, atque
etiam ex ipsa productione illius primi Capituli super pul-
satione Campanæ, quod non negabant informantes pro
Clero S. Petri ab eorum Procuratoribus exhibitum fuisse,
18 quod cum loquatur, & incipiat per verba: *In † primis*, sup-
ponit subsequentia Capitula adesse, & consequenter illa
19 approbat, cum ex vsu vnius Capituli, atque illius † ap-
probatione, aliorum quoque confessio insurgat, ex dedu-
ctis in his terminis per Rota *in recent. part. 2. decis. 398. nu.
2. in fin. Reuerendiss.* Royas *d. decis. 316. num. 10. & 12. & d.
decis. 331. num. 3.* Card. Cels. *decis. 125. num.* 8. & ad præci-
20 sum effectum, vt probet † scriptura informis, Peuting. *de-
cis. 198. num. 1. & 2.* Itaut nisi concludenter doceatur de
alijs Capitulis diuersis ab istis, eodem modo incipientibus
per idem Capitulum de alternatiua pulsatione Campa-
21 narum inter istas Ecclesias, † quod nimis improbabile
Domini iudicabant, pernecesse dicendum sit ad ista Ca-
pitula referri, cum nunquam pluralitas præsumatur, &
præsertim in hoc casu sit penitus improbabilis, iuxtà *glos.
in l. omnium vers. comprobetur C. de testam.* Rota coram
Coccin. *decis. 1790. num. 24. & decis. 2027. num. 21. cum alijs
in recent. part. 11. decis. 335. num* 11.

Considerando igitur, quòd Eminentiss. Aldobrandi-
nus in suis votis relatis in Summario Ecclesiæ S. Mariæ
numer. 3. & 4. comprehendit ordinationes, & decreta con-
tenta in controuersis Capitulis, itaut agnosci facilè possit,
ea ipsa tunc à Capitulo S. Petri fuisse producta, qualia ex
22 votis d. Eminentiss. Aldobrandini arguuntur, † quibus
aliqua fides præstanda est, non secus ac similibus libris, &
scripturis legaliter conseruatis, iuxtà *decisionem* Coccin.
938. num. 10.

Testes autem pro parte Ecclesiæ S. Mariæ quatenus
deficerent in probanda obseruantia ipsius fauore, satisfa-
cerent tamen ipsi Testes Ecclesiæ S. Petri, qui deponunt
de præcedentia Ecclesiæ S. Mariæ, quamuis illam appel-
23 lent vsurpationem, † quia veluti subditi Ecclesiæ S. Pe-
tri, atque ideò in causa interesse habentes, cum & Popu-
li ipsi in partes scissi sint, vt in Summario responsionis
24 præteritæ Cleri S. Petri *numero 2.* † qualitas illa vsurpa-
tionis reijcitur, veluti tendens in commodum deponen-
tium, atque illorum depositio in reliquis subilinetur, &
probat ex ratione, quam reddit Bart. *in l. Aurelius § idem
quæris ff. de libers. legat. Add. ad* Gregor. XV *decis.* 200.
num. 5. Rota *coram eodem decis. 438. num. 4. & seq.* cum
alijs latè congestis per Posth. *de manutentione obseruat. 19.
numero 20. & in decis. huius causæ §. eadem responsione in
fin.*

Posita autem legalitate Capitulorum, dubitari non po-
test de illorum releuantia, & validitate, cum determi-
nent differentias iamdiu agitatas inter istas Ecclesias,
25 quamuis non doceatur de Beneplacito † Apostolico, quod
non requiritur in istis determinationibus initis pro con-
cordia Ecclesiarum, & pro bono pacis ad tollendas tam
longas controuersias in honorem Diuini cultus, & in Po-
pulorum quietem, ad terminos *text. in cap. fin. de Pact. in
6.* Rota coram Seraphin. *decis. 36. per tot.* & in præterita
decis. huius causæ §. finali.

Cæterum quoad inuerisimilitudinem ex eo deductam,
quod Archiepiscopus Perutius antecedenter in Processio-
nibus mandauerit seruari solitum antiquum alternati-
uam respiciens, & quoad attestationem cuiusdam Presby-
teri affirmantis nunquam fuisse confecta hæc Capitula,
satisfecit præterita *Decisio §. neque, & §. eadem respon-
sione*, cum qua Clero Sanctæ Mariæ Maioris informante,
& Clero Sancti Petri pluries monito, & diu expectato,
Domini transierunt.

Supra in alio præcedenti tomo istius decimæ octauæ par-
tis adest altera in hac causa facta decisio, quæ ibi est in
ordine 305.

1.

R. P. D. MATTHÆIO.

Calaguritana Beneficij de Elqueta.

Lunæ 4. Martij 1675.

ARGVMENTVM.

Quia post reiectionem termini vltramari-
ni petiti ad subijciendum se examini, à
qua etiam appellatum erat, fuit bene-
ficium collatum, illud ideo tamquam
deuolutum adiudicatum est à Rota ido-
neo hic in Vrbe ab Examinatoribus re-
perto, ex quo concurrebant in eo no-
bilitas, paupertas, & præsentia in Cu-
ria, quæ efficiunt, vt etiam per viam
gratificationis ille debuisset præferri.

SVMMARIVM.

1 *Terminus vltramarinus petitur ad subijciendum se examini
ad effectum obtinendi beneficium.*
2 *Rota ex celebri Clementina Auditor de rescriptis, habet
facultatem adiudicandi beneficium, & num. 10.*
*Idoneus ab examinatoribus approbatus, si alias etiam habeat
qualitates, cæteris concurrentibus præferri debet.*
4 *Habilis, cæteris paribus præferri debet in adiudicatione be-
neficij.*
5 *Paupertas, & præsentia in Curia attenduntur ad effectum
obtinendi prælationem in beneficio.*
6 *Beneficio carens præferri debet in illo obtinendo alteri con-
gruum beneficium habenti, & num. 7.*
7 *Qualitates licet minores, habens adhuc in electione beneficij
præfertur, si nullum habeat beneficium, alij verò sufficiens
retineant, & num. 6.*
8 *Beneficium collatum post petitionem, & reiectionem termini
vltramarini, à qua etiam appellatum sit, dicitur nulliter,
& attentatè collatum.*
9 *Ius conferendi beneficium deuoluitur ad Rotam si illud fuerit
malè collatum.*
10 *Rota Romana habet facultatem adiudicandi beneficium, e-
tiam per viam gratificationis.*

DECISIO CCCCLXI.

VACANTE simplici, & patrimoniali beneficio
Parochialis Ecclesiæ Oppidi de Elqueta per obitum
Sanctoris de Sostoa, comparuit inter alios opposito-
res Ioannes Dellona, & Arando mediante speciali
Procuratore constituto, † perijtque terminum vltra- 1
marinum ad effectum subijciendi se examini: Sed fuit
reiecta instantia casu quo intra quatuor dies non depo-
nerentur scuta ducenta, & subinde beneficium colla-
tum fuit Antonio alteri oppositori, quare interposita
appellatione, & causa mihi commissa, proposui du-
bium per contradictas; An, & cui sit adiudicandum
Beneficium, † & Domini iuxta consuetas Sacræ Ro- 2
tæ facultates ex celebri *Clementina Auditor extra de
rescriptis*, illud dixerunt esse adiudicandum supradi-
cto Ioanni.

Constat enim de ipsius idoneitate ex relatione Exami-
natorum Vrbis, † propter quam concurrentibus etiam 3
alijs pluribus qualitatibus præferri cæteris oppositoribus
meretur, cum sit nobilis, pauper, & præsens in Cu- 4
ria, vt de prima aliàs firmauit Rota *decisione 215. nu-
mero 3. coram bonæ memor.* Cardinali Celso, & de cæ-
teris † Peutinger. *eius decisione 438. nu. 3. & coram* Royas 5
decisione 486. numero sexto.

Vlterius est destitutus omni alio Ecclesiastico benefi-
cio, † quodque è contra Antonius alter Coppositor 6
possidet beneficium congruæ substentationis in Ec-
clesia Parochiali Oppidi de Mondragon, vt deponunt
plures Testes in Coria examinati; itaut proinde om-
nis iustitia, & æquitas exposcat, quod istud ei ad-
iudicetur, † quamuis polleret minoribus qualitatibus, 7
quàm alius Oppositor, *capitulo is cui de Præbendis
in sexto, glossa in capitulo dudum extra de electionibus,*
Gonzalez *ad regulam octauam Cancellariæ, glosso quar-
ta num. 160.* Rota *decisione 160. num. 2. part. 12. recentio-
rum,*

rum, *& decisione 248. num. 9. & 10. coram Eminentissimo Domino meo Cardinali Otthobono.*

Neq; vrget, quod Antonius Oppositoribus alter ex obtinuerit præsentationem à Beneficiatis, & collationem etiam ab Ordinario, quoniam dum illæ emanarunt nonob-
8 staote petitione termini vltramarini † facta à Procuratore Ioannis ad comparendum, & post interpositam appellationem ab eius denegatione, dicuotur nullæ, & attentatæ, vt tradit idem Gonzalez *ad dictam regulam octauam Cancellariæ in adnotatione contra nullitates*, *& attentata numero 180.* Rota *decis. 206. numero 12. parte 12. recentiorum*, *& in Burgen. dimidiæ portionis vigesima sexta Nouembris 1661. coram bonæ me-*
9 *moriæ Verospio*, & ideo ius conferendi dictum † Beneficium deuolutum fuit ad Sacram Rotam, cui etiam
10 per viam gratificationis † illud Ioanoi licet adiudicare, Rota *decisione 238. numero 9. parte decima quarta recentiorum.*

Et ita, Ioanne tantùm informante, resolutum fuit.

R. P. D. RONDININO.

Romaoa Saluiani.

Lunæ 4. Martij 1675.

ARGVMENTVM.

Causa obligationis mulieris latè in hac decisione examinatur ad effectum substinendi fideiussionem ab ea factam pro viro, quæ valida reputatur, quamuis creditores non vrgerent, aut non fuerint relaxata mandata, quia sufficit exequutionem fuisse paratam vigore obligationis cameralis, non obstante, quod illius instrumenta essent in albo relicta, cum potuerint ex postea suppleri, & non attenta ptobatione versionis, quæ licèt requiratur in Ecclesia, Ciuitate, & pupillo, non ideò tamen est necessaria in muliere se solemniter obligante.

SVMMARIVM.

1 *Emptor mediante cessione, & obligatione expressa de euictione, cessionarium in omnibus repræsentat.*
2 *Mulier tam de iure communi, quam ex statuto Vrbis lib. 1. cap. 151. fideiubere probibetur, & num. 3. cum seqq.*
4 *Mulieris obligatio eiusdemque fideiussio substinetur ex causa vtili, vel saltem non damnosa.*
5 *Causa liberandi maritum à debitis in vxore pro eo se obligante dicitur non solum honesta, sed etiam necessaria.*
6 *Vxor, vt possit se pro viro obligari, non requiritur quod creditores vrgeant, quodque immineat carceratio, sed sufficit executionem esse paratam vigore obligationis cameralis.*
7 *Vxoris obligatio pro viro facta solum generaliter, & indefinitè ex causa indigentiarum illius, non substinetur.*
8 *Mulier si non habeat releuatorem, aut remaneat penitus indotata, nulliter se obligat, & proinde eius obligatio non substinetur.*
9 *Mulier obligans se pro viro, qui eo tempore non babebat pecunias promptas, non ideo excluditur quod ab eo postea releuari potuisset.*
10 *Mulieris obligatio pro viro eo magis substinetur, si fuit facta super re non dotali.*
11 *Causa obligationis mulieris quatenus substineatnr si instrumenta pro ea adducta fuerint in albo relicta, & num. seqq.*
12 *Causa principalis obligationis mulieris, super qua decretum interponitur, sufficit fuisse veram, licet aliæ deficiant, aut purificatæ non sint.*
13 *Instrumenta sine die enunciata in obligatione mulieris cum potuerint postea suppleri, non tollunt præsumptionem validitatis ex aliis solemnitatibus resultantem.*
14 *Versio in contracta pupilli, Ecclesiæ, vel Ciuitatis est necessario probanda.*

15 *Versio probari non debet in contractu mulieris cum solemnitatibus celebrato.*
16 *Contractus mulieris eo magis substinetur si ab ea nunquam fuerit impugnatus, quinimò pro legitimo agnitus.*

DECISIO CCCCLXII.

IMMISSIONEM in controuersæ Domus possessionem à Patribus Oratorii Sancti Hieronymi Neapolis detentam concesserat Rota, Societati Sanctissimi Sacramenti Sanctæ Mariæ in Via præuijs decisionibus 7. Iunii 1649. coram clar. mem. Card. Corrado, * & prima Iulii 1672. coram Reuerendissimo D. meo Albergato Decano, à qua sententia ex Iuribus nouiter repertis à PP. Congregationis Oratorii possessoribus, causa restitutionis in integrum mihi commissa, de illius causis constare DD. mei responderuot.

Sublatum enim fuit præcipuum fundameotum, ex quo in præteritis decisionibus retentionem Rota denegauit PP. possessoribus obiicientibus iura D. Marii Accoramboni, in quibus mediante emptione Domus ab ipsa facta successerunt, Summ. Congregationis *num. 2.* quia Instrumentum Census D. Mario debiti, in cuius satisfactionem Hortentia Testatrix Domum eidem legauerat, tunc in Rota non exhibitum, hodie productum fuit Summ. Societatis *num. 1.* & Summ. Patrum Oratorii *num. 3.* ex quo dixerunt DD. iustificari intentionem Patrum possessorum, ex Iuribus prædi-
cti veoditoris, à quo mediante cessione, † atque obliga- 1
tione expressa de euictione causam habent, eumque in omnibus repræsentant, ad terminos *text. in l. 2. ff. de hæred. vel action. vend. & in l. si à creditore C. de action. & oblig.*

Neque validitati d. Census aduersari visa est prohibi-
tio fideiussionis † mulieribus interdicta, tam de iure 2
communi *in Auth. si qua mulier, C. ad Senat. cons. Vel.*
quàm de † Iure municipali ex *Statuto Vrbis lib. 1. cap.* 3
551. quia vtriusque legis dispositioni satisfactum videba-
tur, etiamsi causa vtilis, vel saltem nou damnosa mu- 4
lieri requireretur in illius obligatione, super qua quæstione se inuoluebant vtrinque Scribentes, quia cum Census vsque ab anno 1608 per d. Hortentiam cum solemnitatibus staturijs, & decreto Iudicis impositus fuerit cum fideiussione D. Marii, quem indemnem Hortentia releuare
promisit, vt à debitis virum † liberaret, consequens est, 5
vt non solum de honesta, sed de necessaria causa fideiussionis constare dicatur, etiamsi creditores non vrgerent,
atque imminens non esset carceratio, † quia sufficit para- 6
tam semper esse ob vim obligationis cameralis, vt latè probant Franch *decis. 237. num. 3.* Thesaur. *decis. 223. num. 8. & seqq.* Surd. *cons. 367. num. 14. & seqq.* Gratiao. *discept. 108. num. 12. & seqq. discept. 723. num. 10. discept. 852. num. 1. & seqq.* Fontanell. *de pact. nuptial. claus. 4. gloss. 18. part. 3. num. 54. & claus. 7. gloss. 2. part. 6. num. 25. & seqq.* Salgad. *in labyr. credit. part. 2. cap. 4. num. 66. & seqq.* & perpetuò dixit Rota apud Picum *ad Statut. vrbis decis. 10. & decis. 70. & apud* Cenc. de Censib. *decis. 32. & post.* Pacific. de Saluian. *decis. 56. 227. & 271. atque in recent. part. 2. decis. 775. & part. 4. tom. 2. decis. 304.* Buratt. *decis. 783.* Pen. *decis. 620. & in Romana Locorum Montium secunda Maii 1667. §. quæ verò dedacebantur coram R. P. D. meo Bourlemont.*

Contraria autem procedunt, quando constat mulierem se obligari in fraudem legis, enunciatis indefinitè, & gene-
ralitet indigentijs viri, † in quibus terminis procedunt de- 7
cisiones io contrarium adductæ apud Pic. *ad statut. Vrbis decis. prima, & in recent. part. 14. decis. 31. & decis. 167.* Merlin. *decis. 714. num. 35. & seqq. & decis. 737. num. 16. & seqq.* Ninot *decis. 9. num. 3. & 4.*

Vel quando mulier remaneret penitus indotata, † & 8
nullum haberet releuatorem, in quibus terminis procedit decisio coram Gregor. XV. 333. *numero 7* quod non est io hoc casu, quia licet in Instrumento dicatur, quod vir tunc
non haberet pecunias promptas, † non tamen concludi- 9
tur, quin postea non posset tractu temporis releuare vxorem, quæ tantum abest, vt indotata sine releuarore remaneat, vt potius appareat censum impositum fuisse su-
per ista Domo non dotali *Summario Patrum Oratorii* 10
numero 3. liter. A. prout ad huoc effectum ponderat Rota *in recent. part. 2. d. decis. 775. numer. primo & apud Picum ad Statutum Vrbis d. decis. 70. num. 8.* Mart. Andr. *decis. 79. num. 5. & 6.*

Nequè DD. in suspicionem aliquam adducere potuit,
quod in aliquibus locis Instrumenti omissa fuerint, & re-
11 licta in albo plura ex debitis enunciatis, † tùm quia com-
putatis debitis expressis, apparet, illa ascendisse ad sum-
mam scutorum mille, pro qua Census impositus fuit,
ideoque existente vera causa principali super qua decre-
12 tum interpositum fuit, † contractus quoque sustinetur
iuxta Cons. Castrens. 201. *parte prima* cum alijs apud
Pic. *ad Stat. Vrbis glos.* 21. *num.* 38. Rota coram Vbaldo *de-
cis.* 342. *num.* 7. *&* 8.

Tum quia, seclusis alijs coniecturis, hæc sola non est
sufficiens ad tollendam præsumptionem, quæ militat pro
decreto Iudicis in Instrumento iurato, propinquis con-
sentientibus, atque affirmantibus, se de omnibus in-
formatos, cùm potuerint ostendi Instrumenta Debito-
rum quorum dies postea à Notarijs quandoque pro ma-
13 iori sollicitudine omissa, † supplentur, atque ideò non
excludatur Causa, & cognitio in his contractibus re-
quisita, quæ ex serie Instrumenti satis adhibita appa-
ret ex deductis apud Pic. *ad Statut. Vrb. d. gloss.* 21.
num. 12. *&* 23. *& seqq.* Rota *post eundem decis.* 25. *num.* 7.
& seqq.

Non obstat, quod non dicatur, pecunias versas fuis-
se in causam expressam extinctionis debitorum, quia
quidquid sit vbi agitur de contractibus cum Ecclesia pu-
14 pillo, vel Ciuitate † in quibus speciale est, vt versio
probetur iuxta textum *in auth. hoc ius porrectum C. de
Sacros. Eccles. in l. si in rem C. quando ex facto Tutor*, *&
in l. Prædiorum C. de præd. minor. & in l. Ciuitas ff. si cert.
pet.* in quibus terminis loquuntur auctoritates in con-
trarium adductæ, certum est in contractibus mulierum,
15 ‡ quæ interuenientibus solemnitatibus statutarijs con-
traxerunt, regulam hanc non procedere Gratian. *d.
discept.* 951. *num.* 7. 8. *&* 28. *Adden. ad* Gregor. XV. *de-
cis.* 511. *num.* 33. Rota post Pacific. de Saluian. *d. decis.*
227. confirmata coram Vbaldo *d. decis.* 341. *num.* 12.
Seraphin. *decis.* 1187. *numero primo* Canaler. *decis.* 482.
num. 3. *& in recent. part.* 4. *tom.* 2. *decis.* 33. *numer.* 10.
& seqq.

Quæ omnia benè agnouit ipsa Hortentia, quæ vi-
16 uens nunquam Censum hunc impugnauit, † quinimò
in testamento, ex quo Societas Sanctissimi Sacramenti
Legataria ad hanc domum agit, censum hunc pro de-
bito legitimo agnouit *Summario Patrum Oratorii nume-
ro primo*, vt in proposito ponderat Rota *in recent. part.*
13. *decis.* 394. *num.* 12. *&* 13.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. RONDININO.

Anconitana Separationis Thori.

Veneris 8. Martii 1675.

ARGVMENTVM.

Petita ab vxore separatio thori ob sæuitiam, & adulterium mariti non conceditur, quia neutrum fuerat probatum non primum ex testibus plures exceptiones habentibus, & qui de modica correctione intelligi poterant; minus autem adulterium ex solis attestationibus lite pendente procuratis, quibus etiam aduersabantur contrariæ attestationes Parochi aliorumque Religiosorum de bonis moribus, & bona fama viri deponentium vtrumque sublatum per cautionem de non offendendo eamque honestè tractando, ab eodem marito oblatam, & successiuè præstandam.

SVMMARIVM.

1 *Separatio thori non conceditur, nisi futuræ sæuitiæ per solam cautionem fauore vxoris trepidantis consuli non possit.*

2 *Testes plures exceptiones habentes non admittuntur nec probant sæuitiam ad effectum obtinendi separationem thori.*

3 *Testes in concursu magis attenduntur deponentes de mutua coniugum beneuolentia, quam illi qui de odio, & sæuitia deponunt.*

4 *Testes de sæuitia deponentes, non contrariantur testibus de mutuo coniugum amore, & beneuolentia, quia illi de modica correctione intelliguntur.*

5 *Correctio leuis erga suam vxorem marito est licita, & ideò ex ea non insurgit iusta causa separandi thorum.*

6 *Discessus vxoris à viro ex causa litis super dote consequenda à socero, non refertur ad causam sæuitiæ, si aderat animus, & desiderium redeundi & num.* 13.

7 *Sæuitia præcedens per reconciliationem, & pacatum coniugis animum censetur remissa.*

8 *Adulterium non probatur ex attestationibus informibus procuratis lite pendente, aliisque iuribus non productis.*

9 *Adulterium ad effectum obtinendi separationem thori est plenè, & concludenter probandum.*

10 *Testes deponentes de honestis moribus, & bona fama mariti præualent testibus super illius adulterio testantibus.*

11 *Fides Parochi aliorumque Religiosorum ratione dignitatis eorum, magis attenditur, quam fides aliarum personarum.*

12 *Sæuitia mariti, vt per cautionem non possit remitti probari debet illum in futurum reddi sæuiorem, nec posse sperari emendam, & num. seq.*

13 *Timor futuræ sæuitiæ non attenditur si non fuerit probatum maritum fuisse ferocem, & solitum minas exequi, eo magis si vxor pollicita sit ad ipsum reuerti.*

14 *Sæuitiæ futuræ, eiusque timor reparantur per cautionem de non offendendo à marito præstandam.*

15 *Adulterii macula tollitur, si vir offerat vxori cautionem de non offendendo, eamque honestè tractando.*

DECISIO CCCCLXIII.

EX ijsdem rationibus quibus lata fuerat confirmarunt Domini Rotalem Setentiam præuijs Decisionibus 12. Ianuarij, & 4. Maij 1674. coram bon. mem. Priolo Thori Separationem ob sæuitiam, & ob adulterium Equitis Iosephi Columbelli Viri Ludouicæ Tauroleonæ Vxori denegantem.

Non ob sæuitiam Viri, quia cùm in Causa Separationis
Thori, quæ reputatur grauis, & ardua, non omnis causa
attendatur, sed ea tantum, † quæ iudicantium animum 1
instruat de probabili timore futuræ sæuitiæ, ita vt per
cautionem incolumitatis trepidanti Coniugi consultum
non sit ad terminos *Text. cum ibi notat per Canonistas in c.
literas, & in cap. ex transmissa de rest. spoliat.* visum est eam
concludenter, & pernecesse quemadmodum opus est non
probari ex Testibus ab Vxore examinatis, siue quia plu-
res ex ipsis deponunt de simplici auditu, † ac alij sunt pau- 2
peres, & viles affectati inuerisimilia deponentes ac etiam
inter se singulares, & parum informati *Summario Equitis
Columbelli num* 3. 5. *&* 6. seù quia eorum dicta eliduntur ex
testibus ab eodem equite viro mediante remissoria Rota-
li formiter examinatis præuia decisione 18 Martij 1669.
coram eodem bon. mem. Priolo, ac etiam ex teste ipsius
Ludouicæ Coniugis *Summario eodem num.* 4. qui concordes,
& vnanimes affirmant mutuum coniugum amorem ac
decentem, & nobilem rei familiaris commoditatem, cæ-
teraque omnia Coniugum conditioni conuenientia, qui-
bus potius fidem præstandam Domini crediderunt, nedum
quia sunt plures concordes magis informati, & meliorem 3
scientiæ causam reddentes, sed etiam quia in aliorum te-
stium concursu potius creditur testibus deponentibus de
mutua coniugum beneuolentia, & amore, quam aliis de
odio, & sæuitia deponentibus iuxta deducta per Paris. *cons.*
54 *num.* 30. *&* 31. *vol.* 4. Roland. *cons.* 27. *num.* 25. *&* 30. *vol.* 3.
Bertazol. *cons. Crimin.* 228. *nu.* 16. *ante med. vol. primo* Rimin.
Iun. *cons.* 174. *num.* 23. 26 *&* 27. Farinac. *cons.* 157. *num.* 3. *vol.*
2. cum aliis late congestis per Rotam *in recent. part.* 11. *de-
cis.* 34. *num.* 9. *& pluribus seqq.* Bich. *decis.* 425. *per tot.* cum
aliis in Decisionibus huius Causæ.

Potissimum, quia quatenus aliqua sæuitia probari pos-
set ex testibus mulieris, illa non excederet limites mo-
dicæ correctionis prout etiam ad euitandam contrarie-
tatem cum testibus viri interpretatio sumenda esset, ex 4
qua non insurgit iusta causa separandi Thorum cum le- 5
uis sæuitia ad correctionem Viro permittatur iusta dedu-
cta apud Sanchez *de matrimonio lib.* 10. *disp.* 18. *sub num.* 16.
Farinacc. *d. cons.* 157. *num.* 4. *cum pluribus seq.* Rot. *in recent.
part.*

part.11.d.decis.35.num.13. Coccin. *decis.2011.num.3.repetita in recens.part.6.decis.155.* Buratt. *decis.815.nu. 4. & pluribus seqq.*

Atque sæuitia, si quæ forsan adsuerat remissa fuisset ex
subsequuta reconciliatione, de qua deponit octauus testis
mulieris, ac etiam probatur ex testibus viri referentibus
desiderium illius, quoad celerem reditum Vxoris Anconam
proficiscentis, atque ex epistolis ab ipsa Ludouica
conscriptis *Summario eodem num.* 8. ex quibus quemadmodum
apparet causam discedendi, & difficultatem redeundi
6 consistere in solutione dotis à suis Parentibus Viro facienda,
circa quam lites inceperant, & mandatum vir obtinuerat
*Summario eodem num.*2. ita pariter ostenditur, vel nullam
antecedentem sæuitiæ Causam fuisse, vel illam per
7 reconciliationem, † & pacatum Coniugis animum remissam
fuisse ad terminos *text. in cap. plerumque Vi reconciliata de donat. inter Vir. & Vxor.* Bertazzol. *dicto cons. crim.*
228. *num.*12. & in terminis similium Epistolarum Farinac.
d.cons.157.nu.11. & 12. Bich. *decis.412.n.8. & decis.425.nu.6.*

Non etiam ex adulterio Viri separationem concedendam
esse Domini responderunt, cum illud non aliundè
deducatur, quã ex quibusdam informibus attestationibus
8 lite pendente procuratis, alijsque iuribus non productis, †
quæ si in quocunque iudicio fidem non merentur, multo
minus attendi possunt in hoc iudicio in quo adulterium
9 concludenter est probandum Paris. *dicto cons. 54. num. 30. in fine vol.4.* Bertazzol. *dicto cons.crim.228.num. 5. & seqq. vol. primo* Rot. *recens.part.11.decis.35. num.15. & in Hispalen. Separationis Thori 24 Februarii 1636 § neque ex dictis testibus coram Macchiauello, & in Auenionen. Separationis Thori 17. Maii 1669. §. primo & seqq. coram Reuerendissimo D. meo Decano Albergato.*

Concurrentibus pro honestis moribus, & bona fama
equitis Columbelli attestationibus Parochi, & Religioso-
10 rum quibus †, & ratione personarum, & ratione materiæ
magis defertur Paris. *dicto cons. 54. num.30 & 31. vol.4.* Roland. *dicto cons 27. num. 30. vol. 3.* Rim. Iun. *dicto cons. 174. n. 22. & 23* Farinacc. *dicto cons.159. num.8. vol.2.* Rot. *recent part. prima decis.441. in fin. & in dicta Auenionen. Separationis Thori 17. Maii 1669. §. vndè non suffragantur coram Reuerendissimo Domino meo Albergato Decano.*

His positis non aduersatur, quod ex lite hucusque acta,
atque ex querelis Vxoris circa venenum sibi propinandum
à Fabio equitis Viri patre, & circa insidias, & sæuitiam
ipsius viri ortum fuerit odium irreconciliabile in ipso
viro sufficiens pro concedenda Thori Separatione, cum
ex his querelis, & litibus credendum sit Maritum futu-
11 rum esse sæuiorem, † quia quidquid sit in casu in quo ex
serie rerum antecedentium, atque ex illarum circumstantijs
apparet Maritum sæuiorem futurum esse, quam fuerit
in quibus terminis loquitur Coccin *d.decis.2011. num. 4. cum duobus seqq. repetita in recent. part. prima decis.135.* Peuting. *decis.268. num.6. cum duobus seqq.* certum est in
hoc casu in quo non docetur de præterita Viri sæuitia, nec
12 etiam in futurum illa rationabiliter timenda est, cum ad
hunc effectum probandum fuisset Virum esse ferocem, &
consuetum vindictis offensos rependere cuius contrarium
docetur ex serie facti superiùs relata atque ex miti, & pacato
animo Viri de quo testantur Parochus, & testes,
quem bene agnouit Ludouica Vxor in suis Epistolis su-
13 pra relatis in quibus ad ipsum reuerti pollicetur itaut vanus
sit timor, qui ad hunc effectum non consideratur Natta
cons.616.num.3 & 4 Roland. *d.cons.27.num 21. vol.3.* Bichio *d.decis.412.num.9. & melius in recent. part. 13. decis. 270 sub num.13. cum duobus seqq.*

Sed trepidanti Vxoris satis consultum Domini dicebant
ex cautione à Viro oblata quoad futurum hone-
14 stum, † & decentem tractatum Vxoris, vt exinde reparatus
dicatur quicumque timor sæuitiæ ex late congestis *in recent. part.13. d. decis. 270. num.16. & post secundum vol. cons.* Farinacc. *decis. 371. num. 13. & in decis. huius Causæ 22. Februarii 1674. §. fin. coram bon. mem. Priolo* atque abster-
15 sa censeatur quælibet macula adulteri, vt Post. Bald. Lup.
& Mathienz. probant Sanchez *de Matrimonio lib. 10. disp. 18. sub n.20. vers. quare* Rota coram Bichio *decis.412. nu.1.*

Et ita equite Columbello informante, & Ludouica
Vxore pluries, ac pluries monita, &c.

R. P. D. EMERIX.

Cremonen. Iurispatronatus.

Lunæ 11. Martij 1675.

ARGVMENTVM.

Beneficium esse Sacerdotale actu, neque sufficere quod quis possit promoueri infra annum, in hac decisione deciditur ex instrumento fundationis, in quo præcæteris dicebatur eligendum esse Sacerdotem sufficientem, & idoneum ad celebrandum, quodque patronus possit illum cassare, & priuare si non attendat ad celebrandum, concurrente præsertim obseruantia interpretatiua plurium præsentationum de solis Sacerdotibus factarum.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas Sacerdotalis beneficii sine instrumento fundationis, non probatur ex obseruantia interpretatiua, sed requiritur illam fuisse præscriptam.*

2 *Obseruantiam interpretatiuam ad inducendam, est omnino necessaria præexistentia instrumenti, alioquin illa non suffragatur.*

3 *Sacerdotale esse beneficium de tempore præsentationis ex tenore instrumenti probatur, & num. seqq.*

4 *Verba*, quod eligatur Sacerdos sufficiens ad celebrandum, *denotant qualitatem Sacerdotalem de tempore præsentationis requiri.*

5 *Beneficium dicitur Sacerdotale actu, si patronus potest Sacerdotem, electum cassare, & priuare quoties ille non attendit ad celebrandum.*

6 *Obseruantia interpretatiua cum instrumento fundationis attenditur, vt beneficium dicatur esse Sacerdotale.*

7 *Concilium Tridentinum* sess. 22. cap. 7. de reformat. *non suffragatur vbi ex fundatione requiritur Sacerdotium actu, & num. 8.*

8 *Sacerdos sufficiens, & idoneus ad celebrandum si præsentari debeat, non potest eligi non Sacerdos, qui promoueatur infra annum.*

DECISIO CCCCLXIV.

POSTEA quam firmatum fuerat per binas decisiones
reuocatorias alterius editæ coram me sub die 3. Iulij
1673. non sufficere ad arguendam qualitatem Sacerdotalem
in Beneficio obseruantiam Interpretatiuam, † sed re- 1
quiri talem, quę transiuerit in præscriptionem, attenta de-
ficientia Instrumenti fundationis, † cuius dubietas dici 2
possit declarata per successiuam obseruantiam fuit nuper
ab Agentibus Ioannis exhibitum in actis Instrumentum,
& hodie, reassumpta disputatione resolutum, ita dum esse
in primo loco decisis; Etenim, seclusa etiam obseruantia
præscriptiua, cui neque scribentes pro Stephano, neque
Domini in hodierna causæ discussione multum insistebant,
placuit qualitatem Sacerdotalem actu in præsentando
ad hoc Beneficium nunc satis desumi ex tenore su-
pradicti Instrumenti, in quo inter alia cauetur, quod per di- 3
ctos fideicommissarios eligatur vnus Sacerdos sufficiens,
qui celebret duas missas in hebdomada ad dictum Altare
pro anima dicti Bartolini testatoris, & suorum Prædecessorum,
quodque prædicti fideicommissarij quandocumque
sibi placuerit, possint, ac eis licitum sit Sacerdotem electum
cassare, &c. & iterum ibi: & eligendi Præsbyterum
ad beneficiandum dicto Altari; & qui celebret prædictas
duas missas omni hebdomada, & ipsum priuandi de dicto
Beneficio, si eis non videbitur fore sufficiens ad celebrandum
dictas missas; Illa enim verba, † quod eligatur, Sacer- 4
dos, sufficiens ad celebrandum dictas missas bis à fundatore
repetita, & in prima parte expressè respicientia tempus
electionis videbantur Dominis efficere, vt ex mente eiusdem
fundatoris qualitas Sacerdotij sit necessaria de tempore
præsentationis, ad regulam Textus *in leg. In delictis §. si extraneus ff. de Noxal. lib. action. cap. nemo, vbi gloss. in verbo*

Sacerdotio de electicn. in sexto Abbas *in capit. Cum in cunctis §. Inferiora num.* 10. *et ibidem* Decius *num.* 1a *de electïon.* Parisſ. *conſ.* 50. *num.* 17. *libr. quarto* & in specie aduertit Rota coram Buratto *decis.* 680. *num.* 4. *et coram* Dunoz. Iunior. *decis.* 956. *num.* 9. *et* 10. & priùs coram Seraphin. *decis.* 871. *num prima* Tanto fortiùs concurrentibus alijs supra recensitis, quod possint Sacerdotem electum cassa-
5 re, & ipsum priuare de dicto Beneficio, † si eis non videbitur sufficiens, & non attendat ad celebrandum, concurrenreque obseruantia saltem interpretariua tot præsentationum de Sacerdotibus semper factarum de quibus
6 in *Summario Ioannis numero secundo cum sequentibus*, quæ stante præexistentia, & tenore supradicti Instrumenti multum est consideranda, vt aduertit Parisius *dicto consil.* 50. *num.* 19. Rota coram Seraphino *dicta decis.* 871. *num.* 2. *in fine coram* Buratt. *dicta dcei s.* 680 *num.* 6. *et decis.* 216. *num* 2. *parte quinta recent.* alijsque ibidem allegatis.

7 Et hinc dicebant, Stephanum frustra recurrere † ad tempus anni Conciliaris iuxta *session.* 22. *capit. quarto de reformat.* cum ibi notatis per Barbos. & inniti traditis per
8 Rotam coram Merlino *decis.* 825. † Quia tempus anni Conciliaris non suffragatur, vbi ex fundatione requiritur Sacerdotium actu, vt reiectis contrarijs declarat idem Barbosa *de officio et potest. Episcop. allegat.* 24. *num.*
9 42. *vers. et ideò*, † & Rota coram Merlino non loquitur in terminis fundationis requirentis præsentari Sacerdotem sufficientem, & idoneum ad celebrandum, & minus geminatè id præcipientis, ideoque non obstat.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Aliæ duæ decisiones in hac causa emanatæ habentur impressæ supra in præcedenti tomo primo istius decimæ octauæ partis vbi sunt in ordine decis. 173. & 335.

R. P. D. RONDININO.

Romana Hæreditatis.

Lunæ 11. *Martij* 1675.

ARGVMENTVM.

Rursus in hac causa decisum est, quod deficiente institutione hæredis proprietarij tamquam captatoria, arbitrio vsufructuarij concessa, hæres ab intestato succedat, non obstante quod hæres vsufructuarij suum auctorem per ius accrescendi, totam debuisse capere hæreditatem prætenderet, quia ille fuerat à testatore prohibitus de non petendo aliud, quæ prohibitio sicuti censetur facta fauore hæredis instituendi, quatenus succedere potuisset, ita eo non succedente fauore hæredis ab intestato venientis dicebatur adiecta.

SVMMARIVM.

1 *Hæredis institutiò collata in arbitrium tertii non substinetur.*

2 *Vsusfructuarius hæres totam capit hæreditatem quoties principalis institutio in proprietate veluti captatoria tollitur, ac si scripta non esset.*

3 *Hærede in re certa instituto cum prohibitione ne amplius petere possit, quatenus exinde præseruata dicatur successio venientibus ab intestato.*

4 *Hæres particularis etiam aliud petere prohibitus, an cessante hærede vniuersali, per ius accrescendi totam capiat hæreditatem.*

5 *Clausula codicillaris supplet voluntatem testantis, vt hæres restituat hæreditatem venientibus ab intestato iure fideicommissi.*

6 *Testatus pro parte quis non decedit, & pro parte non testatus stante clausula codicillari, vel omni meliori modo.*

7 *Hæres, qui alias ab intestato succederet, quando stante nullitate institutionis, ex clausula codicillari iure fideicommissi totam capiat hæreditatem.*

8 *Facultas nominandi hæredem proprietarium vsufructuario concessa per verba* se li parera *an vitiet institutionem, vel potius ipsa vitietur.*

9 *Institutio hæredis proprietarii facta de persona, quam nominauerit vsufructuarius quatenus substineatur, & valeat per tot.*

10 *Hæredes ab intestato stante nullitate institutionis non admittuntur, si in eo casu alius cohæres datus sit.*

11 *Prohibitio de non petendo aliud, à testatore facta hæredi particulari, cuius fauore dicatur adiecta, si deficiat hæres vniuersalis.*

12 *Hæres institutus in re certa cum prohibitione non petendi aliud plus petere non potest instituto adeunte, secus autem si ille non adit.*

13 *Prohibitio facta vxori vsufructuariæ de non petendo aliud, dicitur adiecta fauore instituti, si hæres erit, sin minus, fauore venientium ab intestato.*

14 *Doctores sunt intelligendi secundum communem sententiam, & retenta distinctione communiter approbata.*

15 *Hæres, qui ab intestato succedere debet, non censetur exclusus ex odio testatoris, & quando num. seqq.*

16 *Odium occasione litis inter defunctum, & hæredem ab intestato, non censetur esse tale, vt illum à successione repellat, & num. seqq.*

17 *Proximiores excludere ab hæreditate propter solum odium, & admittere extraneos Christiana pietas abhorret.*

18 *Odium ex causa leui iudices aeque præsumere solent, nec debent.*

DECISIO CCCCLXV.

HÆREDITAS Raymondi de Surdis ad Eusebium fratrem spectare Domini dixerunt in decis. 4. * Iulij proximi præteriti coram me cuius fundamenta hodie quoque reassumpta disputatione placuerunt, cum captatoria fuerit dispositio Raymundi quoad hæredem proprietarium in hæc verba institutum: *Herede proprietario instituisco il Signor Iacomo Martinelli per la persona da lui nominarsi*, veluti in Martinelli arbitrium hæredis insti- 1
tutio collata contra textum in *l. institutio et in l. si quis Sempronium vbi gloss. et DD ff. de hæred. instit.* & quoad Hipolitam, quam hæredem vsufructuariam instituit inutilis pariter ad effectum de quo agimus, fuerit dispositio, quia cum institutio restricta fuerit ad simplicem vsumfructum: *con dichiaratione, che non possi hauer altro, che il semplice vsufrutto della mia heredità essa viuente, et morta che sia detta Hipolita, la di lei heredità sia obligata à tutti li crediti, che hò con essa*, non potuit proinde præter vsumfructum, quo potita est *sua vita durante*, hæreditatem in proprietate prætendere ex iure accrescendi, † quod fauore vxoris, vel 2
alterius personæ in vsufructu institutæ procedere solet, quotiescumque principalis institutio in proprietate, veluti captatoria tollitur, ac si scripta non esset quia etsi antiquis temporibus non modica fuerit dissentio inter veteres iurisperitos, an instituto aliquo in re certa cum prohibitione ne amplius petere posset, † dicatur exinde præseruata 3
successio venientibus ab intestato iuxta opinionem Bart. *in l. quoties § si duo ff. de hæred. instituen. et in consil.* 156. *vol. primo*, vel potiùs hæreditas † accrescat hæredi particulari- 4
ter cum illa prohibitione instituto iuxta sententiam Dini *in l. si quis ita hæres ff. de hæred. instit.*

Conueniunt tamen communiter Doctores, quod quotiescumque ex coniecturis voluntatis testantis, elicitis in proposito casu ex verbis superius relatis, atque ex clausula, *codicillari* in testamento adiecta, † quæ supplet volun- 5
tatem testatoris, vt hæres restituat hæreditatem venientibus ab intestato iure fideicommissi, quatenus restitutio fieri non possit iure directo, cessat illud absurdum à sequacibus Dini consideratum, quod defunctus pro parte testatus, & pro parte intestatus decedat, † quia hoc casu verè 6
testatus decedit omni meliori modo, quo potest & sic Eusebius frater intestato succedens, † iure aliquo fideicom- 7
missi capere debet iuxta textum expressum *in d. l. quoties § si duo vbi* Castrens. *sub num.* 3 *ff. de hæredib. instit. et l. peto* 71. *in principio ff. de legat.* 2. quemadmodum admittunt quotquot Doctores contra decisionem adducebantur Bald. *consil.* 468. *in fine vol. primo* Fachin. *contr. iuris libr.* 4. *cap.* 15. *in fine versic. porro* Clar. *in § testamentum q.* 74 *ad fin. vers. pariter* Ioseph de Rosa *consult.* 34. *n.* 47. Altograd. *cons.*

27. *num.*

77. *num.* 37. *volum.* 1. Peregrin. *de fideicomm. art.* 25. *num.* 13.
16. *&* 17. *& art.* 11. *num.* 66. *verſ. reperio* Bellon. *de iure ac-
creſc. cap.* 7. *quæſt.* 10. *num.* 45. *& cap.* 10. *quæſt.* 18. *num.* 5.
& 6. *& num.* 29. *&* 30. cum alijs per Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.*
477. *num* 27. *& ſeqq. & n.* 50. *& ſeqq.* Rota *in rec. p.* 4. *tom.* 3.
deciſ. 589. *num.* 12. *&* 13. *&* coram Eminent. Otthob. *deciſ.*
403. *num.* 19. *&* 20.

Non obſtat, quod verba illa adiecta inſtitutioni Mar-
tinelli: *per la perſona da lui nominarſi*: poſſint ſeparari ab in-
ſtitutione, quod ſatis indicauerit teſtator adijciendo facul-
8 tatem: *ſe li parerà*: † & ideo vitientur, & non vitient iux-
ta *textum in l. ſi ita ſcripſero* 67. *ff. de hæred. inſtituen. & in
l. ſi ſe ſolum §. ſed ſi ſe, ff. illo eodem titulo*, quia iterum
dicebant Domini, hæc verba numquam ſine violatione
literæ, & mentis teſtatoris ſeparari poſſe, neque teſtatorem
ipſa ſeparaſſe, committendo id voluntati hæredis inſtitui:
ſe li parerà: quia teſtator hanc facultatem tribuit quoad
determinationem temporis, in quo declarauit hæredem,
mortua, vel viuente Hipolita, ibi: *per la perſona da lui
nominarſi doppo la morte della detta Hipolita, ò vero auanti ſe
9 gli parerà*: † ſed non aliter inſtituiſſe hæredem Martinel-
lum niſi pro perſona nominanda, perinde ac ſi teſtator di-
xiſſet, inſtituo hæredem quem Martinellus nominauerit,
vt declarant pariter Doctores in contrarium adducti Do-
rand. *de conditionib impoſſibilib. par.* 3. *cap.* 4. *numer.* 21. *&
ſeqq.* Carp. *de exequutor. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 24. *& ſeqq.* &
melius Altograd. ſuo. *controu.* 43. *numer.* 24. *&* 25. quem
alijs adductis ſequitur Modern. Lucentis *de pactis futuræ
ſucceſſ. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 66. *verſic. cum hac tamen, & plu-
ribus ſeqq.* cum alijs in præterita deciſione allegatis *in §.
hæc enim*.

Neque pariter obſtat, quod theorica Bartoli *in d. l. quoties
§. ſi duo, ff. de hæredib. inſtitut.* procedat quando non eſt da-
tus alius cohæres, quia tunc lex ſupplet, vt ſaltem iure
aliquo fideicommiſſi fiat reſtitutio venientibus ab inteſta-
10 to, † ſecus autem dato, vt in caſu, cohærede, qui ſaltem
in mente teſtatoris talis eſſe potuit, quia animaduerſum
fuit vxorem cenſeri prohibitam plus petere fauore cohære-
dis, quamuis nulliter inſtituti, quotieſcumque teſtator
prouidiſſet ſibi de hærede vniuerſali, qui ſecundum cogi-
11 tationem defuncti omni caſu poterat eſſe hæres, † veluti
inſtituendo hominem certum, quia tunc fauore inſtituti
illa prohibitio adiecta cenſetur iuxta *text. in d. l. peto* 71. *in
princ. ff. de legat.* 2. quo deficiente, vel quia adire noluit,
vel quia nequiuit, hæres inſtitutis in re certa totum capit,
12 † cum cenſeatur prohibitus plus petere inſtitutn adeunte,
ſecus autem, cum ille non adit iuxta *text. in l. Paulo Calli-
maco* 27. *§. Pompeius, ff. de legat.* 2.

At quando, vt in caſu teſtator ſibi prouidit de hærede
vniuerſali, qui etiam ſecundum ſuam cogitationem hæres
eſſe non poterat, niſi in vno caſu tantum, veluti ſi Marti-
nellus nominauerit, & caſu quo non nominaue-
13 rit, nihil vlterius diſpoſuit, † quia tunc prohibi-
tio adiecta inſtitutioni vxoris in vſufructu inſtitutæ
cenſetur appoſita fauore inſtituti, ſi erit hæres, quate-
nus verò non erit, prout accidit in caſu, prohibitio illa cen-
ſetur appoſita fauore venientium ab inteſtato, quia ex ſub
intellecta mente teſtantis ſaltem iure aliquo fideicommiſſi
capere debent iuxta diſtinctione ex mente Papiniani de-
ſumptam *in d. l. peto* 71. *in principio verſic. idem dicimus, ff.
de legat.* 2. cum quo ſenſu loquitur Bartol. *in contrarium ad-
ductus in d. l. quoties §. ſi duo num* 6. *ff. de hæred. inſtit.* Pere-
grin. *de fideicomm. d. art.* 11. *num.* 66. *§. & Dini opinio verſic.
intellige tamen, & conſ.* 155. *numer.* 17. *volum.* 13. Bellon.
in contrarium adductus de iure accreſcen. capitul. 10. *diſt.
quæſt.* 19. *numer.* 19. *verſ. cæterum, & numer. ſeqq.* vbi
quod licet Imola, & Laderchius contrarium voluerint,
non eſt tamen ab hac ſententia diſcedendum, iuxta quam
intelligendi pariter ſunt Doctores omnes in contrarium
14 adducti, † qui retenta hac Bartoli diſtinctione loquuntur
Cyriac. *controu.* 43. *num.* 86. 112. *& ſeqq.* Ioſeph. de Roſa
d. conſult. 34. *num.* 46. Modern. Venuſ. *Theatr. verit. lib.* 9.
de hæred. & hæredit. diſcurſ. 1. *n* 8. *in fine* cum ſimilibus.

15 Cæterum Domini non habuerunt in conſideratione id,
quod deducebatur ex odio Raymundi teſtatoris in Euſe-
bium fratrem iuxta deducta per Honded. *conſ* 89. *num.* 55.
vol. 1. Surd. *deciſ.* 54. *numer.* 15. Bellon. *d. cap.* 10. *quæſt.* 19.
num. 27. *verſic. niſi forte* Rota *in recent. part.* 4. *tom.* 3. *deciſ.*
589. *n.* 15. *&* 16. quia ex litibus, atque actis iudicialibus oc-
caſione illarum inter Raymundum, & Euſebium fratrem
16 † non videbatur Dominis inſurgere potuiſſe tale odium
ſufficiens ad præſumendum, quod teſtator voluerit exclu-
dere fratrem à propria hæreditate, & admittere extraneos
contra legitimum ordinem ſuccedendi, & pro ſola indi-
gnantis animi vindicta, † à qua Chriſtiana pietas maximè 17
abhorret, quam neque iudices præſumere conſueuerunt
vbicumque odium procedit ex cauſa leui ex deductis per
Mantic. *de coniecturis vltimar. volunt. lib.* 6. *tit.* 10. *numer.* 8.
idem Bellon *de iure accreſcendi cap.* 7. *quæſt.* 57. *numer.* 36.
Rota coram Carillo *deciſ.* 108. *num.* 13. repetita in *recent.
part.* 8. *deciſ.* 82.

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit.

Altera, & hic confirmata præſentis cauſæ deciſio habetur impreſſa in alio præcedenti tom. 1. iſtius decimæ octauæ Partis Recentiorum vbi eſt in ordine deciſ. 368.

R. P. D. TAIA.

Auximana Dotis.

Lunæ 11. Martij 1675.

ARGVMENTVM.

Nullam prætendebatur decretam, & ſequutam immiſſionem, ac ſubhaſtationem bonorum propter exceſſum, qui omnia vitiat, aut ſaltem annullat ratione ſummæ excedentis, prout adhuc allegabatur error in ſolutionibus, qui remouet conſenſum ab actu, ea tamen ex facto non conſtare deciditur, quia nec exceſſus conſiderari poterat, ex quo nullus patuit error, qui ſi fuerat commiſſus, potuit in ſubſequentibus ſolutionibus declarari.

SVMMARIVM.

1 *Exceſſus etiam in minimo quamcumque annullat immiſſionem, & ſubhaſtationem ſequutam.*
2 *Exceſſus cauſat iniuſtitiam ſaltem ratione ſummæ excedentis.*
3 *Manutentio non datur immiſſo in poſſeſſionem pro credito partim vero, & partim falſo.*
4 *Sententia, & decretum ſunt indiuidua.*
5 *Vſuræ dotales inter partes conueniri poſſunt, eique licitè ſolutæ dicuntur.*
6 *Solutio cadit prius in vſuras, quam in ſortem.*
7 *Solutio non præſumitur facta pro fructibus, vbi exprimitur illam fieri in computum ſortis.*
8 *Solutio in quam cauſam cadat ſi neuter contrahentium ſuam voluntatem expreſſit.*
9 *Solutio, quæ cauſam habet expreſſam, ad aliam referri non poteſt.*
10 *Contrahentium negatur conſenſus in ipſorum errore.*
11 *Conſentire non dicuntur qui errant.*
12 *Confeſſio non immutat veritatem, atque ideo probata veritate non præiudicat confitenti.*
13 *Confeſſio cum erratur in facto poteſt vſque ad ſententiam reuocari.*
14 *Error ſi apud contrahentes non fuit in ſorte, eo minus fuit in fructibus.*
15 *Error ſi aliquis in præcedentibus ſolutionibus fuit commiſſus, potuit in ſubſequentibus declarari.*

DECISIO CCCCLXVI.

ETIAM informante hodiè Nicolao DD. ſteterunt in
Deciſis 12. Ian. 1674. informante altera tantum Par-
te, quantum vnus ex Dominis diceret nullam fuiſſe decre-
tam, & ſequutam Immiſſionē, † & ſubhaſtationem propter 1
exceſſum etiam in minimo, ita vt exceſſus cauſet etiā iniu-
ſtitiam † ſaltem ratione ſummæ excedentis, nec miſſus in
poſſeſſionem pro credito partim vero, partim falſo † manu- 2
teneri debeat, quia ſententia, & decretum eſt indiuiduum
Poſth. *de Manut. obſer.* 12. *ex n.* 92. cum allegatis vt Rota cor. 3
Ludouiſ. *deciſ.* 198. *&* coram Buratt. *& Adnotat. ad deciſ.*
91. *in fine* cum alijs allegatis.

Expreſſum autem ipſe dicebat exceſſum, quod Nicolaus 4
Maritus eſſet creditor non ſolùm Dotis promiſſę ſcutorum
4000. ſed etiam dotalium vſurarum iuxta tempora dila-
tis ſolutionibus deſtinata, † prout non controuertitur, vti 5

E 4 quoqun

quoquo modo conuentarum, quin etiam plerumque solu-
tarum, & licitè *ad §. si Vxor l. si quis pro vxore at. ff. de Do-
nat. inter Vir. & cap. Salubriter 16. de Vsur.* cum abundè,
ibi notatis à Barbos *num.* 2 & generaliter constitutum est
6 prius in vsuras † nummum solutum accepto ferendum *§.
Imperator Antonius l 5 ff. de solut. l. 1. in fine C. eodem.*

Nec obstare videbatur, quòd solutio non præsumitur
7 facta pro fructibus, † vbi exprimitur illam fieri in compu-
tum sortis principalis, quæ est præclara summa coram
Buratt. *decis.* 19. *num.* 6. & planè cautum est, si neuter con-
8 trahentium voluntatem suam expressit *dicta l. prima*, &
solutiones, quæ habent in venire, (& potiùs in facie) cau-
9 sam expressam, † ad aliam referri non possunt, inquit Ro-
ta coram Bich *decis.* 262. *num.* 14. quia negaretur consensus
10 contrahentium † in ipsorum errore, vt non videntur, qui
errant consentire, *l. nihil consensui* 116. *ff. de reg. Iur.* & confes-
11 sio non immutat veritatem, ideoque probata veritate, non
præiudicat confitenti, *l. 5. C. de Iur. & fact. ignor.* & erro-
12 nea confessio † cum erratur in facto, potest vsque ad sen-
tentiam reuocari, *l. 7. C. eodem.*

13 Huc autem dubio concordibus DD. redacto, alijs ne-
glectis, Latiùs quàm decisis, adijciebat ille sibi non satisfa-
cere, quod Cæsar, & alij consortes respondebant, Nicolao
fuisse satisfactum de his dotalibus vsuris ex tribus Apochis
trium solutionum. *Per saldo dell' Interusurij dotali del pre-
sente anno di scudi* 1000. *che per esser la verità, &c.* 26. Iu-
nij 1674. *Io Nicola, &c.* & rursus *per vsufrutto di scudi*
1000. *residuali della Dote per saldo fino al presente mese di
Gennaro* 1665. *& in fede, &c.* 19. Ianuarij Io Nicolà, &c.
& demùm *per vsufrutto di scudi* 1000. *della Dote per saldo
fino al primo di Gennaro 1666. che per esser ciò la verità, &c.*
22. Decembris 1665. Io Nicola, &c.

Quibus benè responsum dicebat assumpto errore in scu-
tis 250. in Decisione iam expresso, neque controuerso, eas
omnes confessiones erroneas fuisse, & consequenter de vsu-
ris dotalibus pro ratæ portione, scutorum 250. dotis non
solutorum, nullas esse ea suprascriptis, & vulgatis, & ex
hoc capite recedendum à Decisis.

Alijs autem aliud visum est, & standum decisis ex facto
ipso, quia ea publicis Instrumentis in Summario Cæsaris,
& consortium habeatur declaratio expressa Nicolai rece-
pisse scuta 3400. in causam dotis, & meritò, quia de dota-
libus vsuris fuerit illi satisfactum ex Apochis suprascri-
ptis.

Atque, vt fuit explicatum, quamuis dicerent Infor-
mantes pro Nicolao erratum in solutione, & Instrumen-
tum 23. Septembris 1650. descriptis scutis 500. per relatio-
nem ad Instrumentum 9. Aprilis 1646. in relato compertis
scut. 250. attamen hoc admisso, quod & constat ex vtrius-
que Partis, summarijs apparet inde Notarium errasse non
autem partes quæ voluerunt scribere 250. ideoque addide-
runt scuta 50 vt fieret summa scut. 3000. & deinceps dixe-
runt remanere scut. 1000. quod concludit fuisse citra vllum
errorem soluta scuta 3000. quia Dos erat scuta 4000. Ideo-
14 que sicut error non fuit in sorte apud contrahentes, † Sic
neque error fuit in fructibus, & quatenus esset quid illiqui-
15 dum, † satis hoc esset declaratum in quietationibus resi-
duos fructus enunciantibus.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. EMERIX.

Romana Vineæ.

Vener. 15. *Martij* 1675.

ARGVMENTVM.

1 Donatione facta sub conditione, si donator intestatus decesserit, ille ad alienationem deuenerat, quæ proinde valida declaratur, non obstante hypotheca, & stipulatione Notarij, quia neutrum impedit, quo minus idem donator validè alienari potuerit, ad quam alienationem substinendam plura etiam adducuntur super detractione legitimæ, eiusque probatione illam fuisse consumptam, à fideicommissario facienda.

S V M M A R I V M.

1 *Alienatio primo loco facta per grauatum substinetur ex causa legitimæ, in qua venit imputanda.*

2 *Filius non prohibetur detrahere legitimam aduersus fideicommissarium vniuersalem, etiam si non confecerit inuentarium.*

3 *Fideicommissarius vniuersalis solum potest capere id, quod cadit sub fideicommisso, cui non subiacet filiorum legitima.*

4 *Bona præsumuntur libera non autem fideicommissaria, si tamquam libera sunt diuisa inter filios, & hæredes.*

5 *Detractiones fuisse consumptas probari debet à fideicommissario agente contra tertium possidentem ex titulo oneroso.*

6 *Donatio facta sub conditione, quatenus donator decesserit intestatus, non impedit quominus ille medio tempore alienet.*

7 *Retrotractio in præiudicium tertii non admittitur, & quando sup. n. 6. cum seqq.*

8 *Hypotheca adiecta in parte executiua instrumenti, non immutat naturam dispositionis illius.*

9 *Hypotheca apposita in contractu conditionali, eundem famulatur contractum, & iuxta illius naturam regulatur.*

10 *Constitutum non alterat qualitatem contractus conditionalis, cui fuit appositum.*

11 *Derogatio Apostolica fideicommissi suffragatur, siue ex cursu temporis deducatur, siue etiam ex vrgentissimis coniecturis.*

12 *Coniecturæ simul, & vnitim considerari debeat prout in materia probationum fieri solet.*

13 *Donatio, vt suffragetur, & suum possit habere effectum, requiritur quod fuerit à donatario acceptata.*

14 *Donatarius non dicitur acceptasse donationem, si postea bona donata diuisit, eorumque alienationi consensit.*

15 *Stipulatio Notarii importat acquisitionem iurium etiam ad fauorem absentium, & quando vid. n. seqq.*

16 *Donatio conditionalis potest mediante non implemento conditionis reuocari à donante, non obstante stipulatione Notarii, & n. seqq.*

17 *Alienatio facta ab eo, qui sub conditione donauit, substinetur quamuis stipulatio Notarii in donatione interuenerit.*

DECISIO CCCCLXVII.

TAMETSI scribentes pro Antonio actore deducerent plures alienationes, ea calculo per ipsos nouiter exhibito ad probandum consumptionem legitimæ Balduino debitæ in bonis Antonij Senioris antequam sequuta fuerit venditio controuersæ vineæ, & vltra fideicommissum conuentionale, etiam aliud fauore eiusdem Antonij Actoris, & quidem anterius dicto conuentionali desumere conarentur ea donatione de ann. 1577. per Balduinum facta Matthæo fratri *cum pacto, vt bona ipsa permaneant in familia, & per ea familiæ conseruetur nomen, & sustineatur, &c.* nihilominus istis non obstantibus Domini persiterunt in decisis.

Præmissa enim rursus fundamentali Regula *Textus in l.
Marcellus §. res quæ, ff. ad Trebell* quod prima alienatio fa- 1
cta per grauatum sustinetur ea causa legitimæ, in quam
venit imputanda; Non obstante opposita omissione Inuen-
tarij, quæ non impedit quin grauatus possit detrahere suam
legitimam contra fideicommissarium vniuersalem ea ra- 2
tione, quia iste petere non potest, nisi id, quod cadit sub
fideicommisso cui legitima non subiacet iuxta *Text. in l.* 3
omnimodo, & l. quoniam in prioribus C. de inoffic. Testament.
& tradita per Rota coram Cardinali Celso *decis.* 1. *num.* 4.
& in Sabinen. Bonorum 4. *Aprilis* 1672. *§. accedit cor. R. P.
D. meo Bourlemont, & in Romana, seu Vercellen. Fideicom-
missi super detractionibus* 5. *Iunii* 1673. *§. Stat enim coram bo.
mem. Priolo*, alijsque concordantibus.

Iste calculus non videbatur DD. releuare, tum quia plu-
res census, Societates officiorum, & officia vacabilia in eo
descripta, & per grauatos alienata, non probantur fideicom-
missaria Antonij Senioris imò potius præsumuntur libera
eo ipso, † quod fuerunt inter eos diuisa vti talia, vt legitur 4
in instrumento diuisionis dato in *Summario Reorum Conuen-
torum nu.* 8. & notat Bald. *in l. cum oportet num* 1. *C. de bonis
maternis* Alexand. *cons.* 104. *numer.* 1 *vol.* 4. Ciriac. *discept.*

24 *num.*

24 *n.64.* Sord. *decis.* 339. *num.* 15. *&* 19. Peregrin. *de Fideic.*
art. 44. *num.* 21. cum alijs cumulatis per Rotam *decis.* 226.
num. 5. *& seqq. part.* 5. *tom.* 1. *recent.* Tum quia non proba-
tur, quod alienatione istorum Censuum Societatum, &
officiorum præcesserint alienationem vineæ de qua agitur,
5 † & absorbuerint legitimam filiorum, prout necessarium
esse, quando prout hic illa debetur in magna quantitate, &
petitur immissio contra tertium possidentem rem longè in-
fra legitimam ex titulo oneroso tradit Rota *in Reatina Fi-
deicommissi* 14. *Iunij* 1669. §. *Sed vbi detractiones cum seqq.
coram R. P. D. meo Bourlemont, & in Romana Census* 3. *Mar-
tij* 1673. §. *Aliæ quoque coram R. P. D. meo Taia*, in quibus
cæteræ congeruntur.
Sicut nec etiam suffragari fideicommissum conuentio-
nale, quia illum vti ordinatum sub conditione potestatiua,
donauit cum primum decesserit intestatus, non impedit quo-
6 minus medio tempore donans poterit legitimè alienare,
itaut etiamsi postea decesserit intestatus non fiat retrotra-
ctio in præiudicium tertij, vt distinguendo inter conditio-
7 nem potestatiuam, & Casualem, vel mixtam præter alle-
gatos in præcedenti decisione §. *neque etiam sunt Text. in l.
qui balneum aona, & l. potior* 11. *ff. qui pot. in pign. habeant*
tradunt Molphes. *post consuetud. Neapol. cons.* 7 *num.* 31 *&*
32. Caren. *resol.* 39 *num.* 10. Dunoz. Iun. *decis.* 169. *numer.* 4.
Idque non obstante hypotheca, & clausula constituti, alijs-
8 que adiectis in parte executiua Instrumenti donationis,
quia iste vti accessoriè non immutant naturam Principalis
dispositionis, sed ei famulantur, & iuxta illam regulantur
9 pro vt de hypotheca apposita in contractu concepto sub
conditione potestatiua notat Riminald. Iun. *cons.* 819. *num.*
20. *& seqq.* Giouagnon. *cons.* 35. *num.* 17. *&* 22. *lib.* 1. Mer-
10 lin. *de pignor. lib.* 4. *quæst.* 22. *num.* 50. *cum seqq.* & de con-
stituto pariter apposito in contractu conditionali Bald. *in
l. ex Testamento in fine C. de fideicommissis* Tiraquell. *de Iure
constit. possess. par.* 3. *limit.* 7 *num.* 16. Rota apud Posth. *de ma-
nut. decis.* 300 *num.* 19. *& decis.* 620. *num.* 3. alijque in præ-
cedenti decisione adducti §. *non suffragante*.
Et in omnem Casum vtrumque fideicommissum subla-
tum respondebant per derogationem Apostolicam elicitam
11 non tam ex temporis cursu, quam ex pluribus, & qui-
dem vrgentissimis coniecturis sigillatim perpensis in præte-
rita decisione §. *Et*, hodie plenius comprobatis per infor-
mantes pro reis conuentis ex quibus simul consideratis,
12 prout in materia probationum fieri solet iuxta *Textum in l.
rationes, & in l. Instrumenta C. de prob. & in Capitulo cum cau-
sam. quæ eodem titulo*, & tradita in similibus per Gabriel. *de
prob. concl. prima n.* 1. *cum seqq.* Rota coram Bichio *decis.* 30.
num. 31. *& post* Merlin. *de pignorib. decis.* 63. *num.* 11. *& de-
cis.* 246. *num.* 26. *part.* 6. *recent.* iterum credebant eandem
derogationem Apostolicam satis probatam fuisse.
Denique minoris releuantiæ esse dicebant aliam dona-
tionem hodie noulter adductam, & quæ prætenditur fa-
cta, vt supra Matthæo cum pacto, vt bona permaneant in
13 familia, quia non docetur illam fuisse acceptatam prout
requiritur ad hoc, vt possit dici perfecta ad *Text. in l absenti*
14 10. *ff. de donation. & gloss. in* §. *Aliæ instit. eod. tit.* imò cum
Matthæus postea deuenerit ad diuisionem permiseritque
partem donatam ab eo occupari, & successiuè consenserit
alienationi Vineæ controuersæ, prorsus excluditur quæli-
bet acceptatio Matthæi ad benè notatum per Cephal. *consil.*
440. *numer.* 38. *& seqq. &* Rota coram Celso *decision* 21.
num 7.
Et licet interuenerit stipulatio Notarij per quam acqui-
15 ritur Ius absentibus, vt firmant *DD. in decis.* 12. *num.* 1. *&*
16 2. *part.* 1. *recent.* hoc tamen procedit tantum † ne donans
possit à donatione recedere, non autem, vt donatario sit
interim acquisitum dominium, & ius irreuocabile super re-
17 bus donatis, † per quod reuocetur dispositio de eisdem me-
dio tempore in alium facta per donantem, prout articulo
discusso distinguit Rota *d. decis.* 12. *num.* 1. *cum seqq. part.*
1. *recent.* coram Greg. *decis.* 567. *n* 3. coram Celso, *decis.* 21.
num. 2. *&* 3. cum alijs in eisdem, & per *Adden. ad* Greg *de-
cis.* 97. *num* 8. cumulatis.
Et ita vtraque &c.

R. P. D. EMERIX.

Bononien. Fideiussionis.

Veneris 15. *Martij* 1675.

ARGVMENTVM.

Ad obtinendam euictionem non curauerat emptor suas exceptiones opponere, quinimo breuissimo tempore, & spatio duodecim dierum causam etiam vsque ad rem iudicatam terminari permiserat, vt exindè de euictione agere posset, quod ideò illi denegatum est maximè contra fideiussorem, qui suam obligationem restringerat ad lites motas non autem mouendas.

SVMMARIVM.

1 *Euictio non debetur si prouenit ex alia causa, quam quod fuerit emptori promissum.*
2 *Casus obligationis si non eueait, ex eadem obligatione agi non potest.*
3 *Fideiussor qui se taxatiuè obligauit ad lites motas, non teneatur ad mouendas.*
4 *Euictio, quæ prouenit ex supina negligentia emptoris exceptiones suas opponere negligentis, eidem præstanda non est.*
5 *Molestiæ intimari omnino debent, alioquin euictio prætendi non potest.*
6 *Collusio præsumitur, si causa breue spatium duodecim dierum, non solum fuerit terminata, sed etiam vsque ad rem iudicatam perducta.*
7 *Euictionem non consequitur qui litem consultò terminari permisit, vt ex ea agere potuisset.*
8 *Simulationis particeps omittendo exceptiones sibi principaliter spectantes, neque agit de euictione, neque fideiussori præiudicat.*

DECISIO CCCCLXVIII.

EX facto latè recensito in alia præcedenti huius Causæ
Decisione iterum responsum fuit non constare de cre-
dito Iosephi Mariæ, ac propterea mandatum ab Auditore
generali Bononiæ illius vigore contra Carolum Antonium
relaxatum non esse exequendum.
Credebant enim earius Domini euictionem Prædij *della
Barisella*, quam passus fuit Ioseph Maria, non prouenisse
ex lite ante mota ab Equite Horatio de Victorijs ex causa
fideicommissi; † sed ex alia successiuè mota ob non imple- 1
tam concordiam inter eundem Equitem, & Iosephum
Mariam, ac Carolum Beccadellum pendente priore iudi-
cio initum, † ideoque non euenisse casum obligationis Ca- 2
roli Antonij, qui taxatiuè fideiussor accesserat † ad lites 3
motas tantum, non etiam ad mouendas, iuxta *textum in
lege quidquid adstringendæ nonagesima nona, ff. de verborum
obligationibus, l. si in pignore* 55. *ibique gloss. &* Baldus *in leg.
fideiussores* 69. *ff. de fideiussoribus, &* Rota coram Dunozet.
Iunior. *decis.* 225. *nu.* 7. aliasque auctoritates in præcedenti
decisione allegatas.
Non obstare eis videbatur, quod prædicta concordia ini-
ta fuerit ad euitandam euictionem, quæ proximè immine-
bat ex priori iudicio, quia ponderabant id contigisse non
solum propter supinam negligentiam Iosephi Mariæ, † non 4
curantis opponere Equitem Victorium vti non descenden-
tem à Leonello, ab eius fideicommisso esse exclusum, pro-
ut postmodum declaratum fuit coram Zarate *eius decis.* 73.
& 99. *per totas*; sed etiam propter manifestam eius collu-
sionem cum prædicto Equite Horatio, qui conniuente Io-
sepho Maria, & non citato Carolo Antonio, imo nec Ca-
rolo Beccadello principali promissore, † minusque intima- 5
tis eisdem huiusmodi nouis molestijs, prout necessarium
erat, *c. fin. de empt. & vend.* §. *emptor fundi, l. si parentes, leg.
empti, & l. cum successores C. de euict.* Rota *decis.* 69. *nu.* 11.
part. 2. *diuersor. &* coram Vbaldo *decis.* 224. *num.* 4. *&* 5. *&*
coram Dunozett. Iunior. *decis.* 738. *num* 6. † causam intra 6
breue spatium duodecim dierum ad rem iudicatam vsque
perduci

7 perduci obsultò permisisse videtur, † vt sub colore sequutæ euictionis ex primo iudicio suam fundaret intentionem contra Carolum Antonium non alias obligatum, quàm si euictio verè, seu saltem originaliter ex primo iudicio sequereretur, vt præter leges supra adductas probat etiam textus in *leg. cum apud*, ibique notant Bart. & alij Scribentes *ff. iudicatum solui*.

Neque mouit Dominos replicatio, quod in dictis sententijs citatus fuerit Dominicus Albanus assertus Procurator creditorum quondam Fabij Victorij, & sic satis dicatur citatus Carolus principalis promissor vnus ex dictis creditoribus, & eo mediante etiam Carolus Antonius fideiussor, tum quia ex reuolutione actorum non constat de aliquo mandato procuræ creditorom Fabij in personam Dominici, & minus de mandato dicti Caroli qui præcedenter ex parte pretij dicti Prædij vlterius fuerat iam satisfactus, tùm etiam quia idem Carolus collusiue quoque interuenit in eadem in transactione, seu concordia in qua conuentum extitit de reportanda re iudicata sine
8 defensione, † & propterea tamquam particeps collusionis, non potuit præiudicare Carolo Antonio fideiussori, omittendo defensionem ad se principaliter spectantem.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. T A I A.

Romana Portæ S. Pauli.

Vener. 15. Martii 1675.

A R G V M E N T V M.

Occasione concessionis, seu magis extensionis factæ à Papa vnius ex officijs Portarum Vrbis, expenditur, & declaratur Gratia eiusdem Pontificis quæ licet fundata in alijs concessionibus, & extensionibus aliorum Pontificum, & quamuis exprimat factum alienum, vel suorum Prædecessorum; adhuc plenè probat, eo magis si Motu proprio facta sit, quia tunc nullam verificationem requirit.

S V M M A R I V M.

1 *Gratia Pontificis, seu illius extentio, licet fundata in concessionibus, & extensionibus aliorum Pontificum sustinetur, & probat.*
2 *Literæ Apostolicæ quamuis loquantur de facto alieno faciunt tamen plenam probationem.*
3 *Pluralis eloquutio duorum numero contenta est.*
4 *Supplicationes licèt amplæ à partibus porrigantur posteà tamen delentur, & limitantur in dataria secundum intentionem Papæ.*
5 *Gratia regulatur à Signatura Pontificis, quidquid fuerit in corpore supplicationis petitum.*
6 *Clausula*, tantum, *declarat id, quod Papa concedere voluit, & exprimit quomodo intelligatur quod per* Fiat *simpliciter fuit concessum.*
7 *Declaratio Gratiæ facta per Cameram est multum attendenda, quia Camera est organum Papæ.*
8 *Mandatum sibi præiudiciale nemo præsumitur acceptasse & num. 18.*
9 *Veritas vna est, ideoque illi omnia congruunt.*
10 *Veritatem ad agnoscendam magna ex parte conferunt accidentia.*
11 *Officia custodum portarum Vrbis non sunt solita dari, nisi ad vitam.*
12 *Obseruantia plurimum confert ad declarandum quomodo Officium fuerit concessum.*
13 *Literarum Apostolicarum verba, quibus Papa narrat proprium factum, plenè probant, si super illis Gratia vel intentio Papæ fundatur, & n. seqq.*
14 *Confirmatio Pontificis, quamuis narret factum Prædecessoris plenam facit probationem, & n. seqq.*
15 *Papæ attestanti de voluntate sui Prædecessoris plenè creditur.*
16 *Assertio Papæ facta motu proprio super facto, quod sibi causa cognita innotuerat, attendenda est, & probat.*
17 *Gratia facta Motu proprio non eget iustificatione, etiam si sit de facto alieno.*
18 *Gratiam sibi præiudicialem quis non presumitur acceptasse, & sup. n. 8.*
19 *Arbitrium regulatur à iure, amplia vt n. seqq.*
20 *Signatura Iustitiæ non facit rescripta Gratiosa.*
21 *Executio Literarum Apostolicarum non retardatur per exceptiones extraneas ad illas.*
22 *Executio Literarum Apostolicarum vt retardari possit clarum, & apertum ius opponentis requiritur.*
23 *Lis per desertionem extinguitur spatio decem vel triginta annorum, si ita actis constat de malo iure litigantis.*
24 *Gratia ob non factam mentionem litis iam extinctæ non remanet subreptitia.*
25 *Ordinarius potest conferre beneficium litigiosum, si lis fuerit per desertionem extincta.*

D E C I S I O CCCCLXIX.

INNOCENTIVS X. cum Officium Custodis Portæ S. Pauli de Vrbe nonnullis Hiacinthi Maioribus, ad eorum vitam per diuersos Romanos Pontifices concessum & ad vitam, & personam Hiacinthi à Gregorio XV. extensum esset, ex tunc, postquam per obitum Hiacinthi vacaret, ad Iuliani, filij Bartholomei consanguinei eiusdem Hiacinthi vitam, & personam extendit, & prorogauit anno 1653. Diem functo Hiacintho 5. Aprilis 1673. remissa causa executionis literarũ Apostolicarum pro Iuliano D. Vicesgerenti Iudici Deputato in causis, vbi vertitur interesse Ignatij de Capranica, hic tandem sententiam tulit Literas Apostolicas exequendas. Adeunte autem Carolo, & d. Ignatio fratribus Hiacinthi Signaturam, hæc mihi commisit causam appellationis cum clausula *parito literis arbitrio Rotæ*; vnde proposito hoc ipso Dubio, An intret Arbitrium pro retardatione executionis, DD. responderunt non intrare.

Actor enim in literis exposita verificauit conuenientia in vnum, idest Officium hoc nonnullis Hiacinthi maioribus ad eorum vitam à diuersis Romanis Pontificibus concessum, & patuit iam à concessione Pij IV. ad vitam Angeli Anno 1563. cum Angelus fuerit Proauus Hiacinthi, & Atauus Iuliani; & ab extensione ipsius Pij IV. de vita Angeli ad vitam Dominici filij Anno 1565. & ab alia extensione Gregorij XIII. ad vitam Andreæ filij Dominici Anno 1577. & adhuc ab alia extensione Gregorij XV. ad vitam Hiacinthi filij Andreæ Anno 1621. assertis ab vtroque Gregorio omnibus antecedentibus, quæ, & in præsenti extensione Innocentij asseruntur, vti comperta ipsi, & ab ipso expressa, *Cum Officium, &c. nonnullis Hiacinthi maioribus ad eorum vitas per diuersos Romanos Pontifices Prædecessores nostros concessum, & ad vitam, & personam Hiacinthi à fel. recor. Gregorio XV. prædecessore nostro extensum, &c.* ita vt extensio † Innocentij fundata videatur in 1
alijs concessionibus, & extensionibus, & licet de facto alieno, † faciunt plenam probationem, vt distinguendo con- 2
cludit *gloss. fecisse narramus Clem. Vnic. de probat.* † vltra su- 3
perius expressa, & probata de facto, & pluralis eloquutio duorum numero contenta est, *leg. vbi numer. 12. ff. de Testibus*.

Nec obstitit supposita subreptio non expressæ in his litteris Innocentij perpetuæ concessionis, & quidem titulo oneroso à Pio IV. in illa extensione de vita Angeli ad vitam Dominici, & vtinam obstarent (replicabant Informantes pro Iuliano) quia satiùs esset diuisa linea Dominici nunc in duos Nepotes Carolum ex Andrea, & Bartholomæum ex alio Bartholomæo fratribus, & Dominici filijs, & ipsis adhuc multa, & pulchra prole parentibus, perpetuum habere Officium ita omnibus commune, quam proprium ad vitam Iuliani, si Camera consentiret; magis dubitante Iuliano, & Bartholomæo Patre, certum pro incerto, & potius vmbram sequendo maiorum, maiorem offam ex ore dimittere.

Et placuit multiplex responsum Informantium pro executione literarum in re non noua, & pridem examinata punctim à Spada *tote cons. 143 lib. 1.*

Primò, Considerando totam illam extensionem Pij IV.

PijIV. & quomodo solent supplicantes porrigere suppli-
4 cationes, † amplas, quæ tamen postea delentur, & li-
mitantur in Dataria secundùm intentionem Papæ apud
ipsum Spad. *d. conf.* 143. *in totum num.* 3.
Secundò considerando verba nouissima, seù etiam
pro Dominico tantùm apposita in tertia parte signa-
5 turæ, † à qua regulatur tota Gratia, quidquid fue-
rit in corpore supplicationis petitum, vt in terminis
Rebuff. apud Spad. *d. cons.* 143. *num.* 4. & ampliua Rota
coram Cocc. *decis.* 361. *num.* 2. *ex vers. minus etiam*, stan-
te quod hæc restrictiua est posita in clausula, *Et cum ab-*
6 *solutione*, † per quam Papa declarat id, quod conce-
dere vult, & exprimit quomodo intelligat id, quod sim-
pliciter per *Fiat* concessit, & ideò hanc partem vocant
Practici Dispositionem, seù Clausulas, vbi Papa con-
scribit illas clausulas, quas concedere vult, *dicta dec.* 361.
num. 4 *et* 5.
Tertiò considerando literas Camerales expeditas su-
per illo Motu proprio Pii IV. præuia matura delibe-
ratione in Camera Apostolica, in quibus verbis ex-
pressis dicitur *Quod extensio fuerat facta ad to Domini-
cum &c.* & infra loquendo de Angelo, & Dominico,
*Vasque, et vtrumque vestrum, etc. vosque et alterum
vestrum, etc.* & hæc declaratio facta per Cameram
7 multum est † attendenda, primò quia Camera est
organum Papæ, &c. secundo, quia aliàs Angelus,
8 & Dominicus d. † mandatum non acceptassent, Spad.
d. conf. 143. *d numer.* 4. *d vers. Tertiò hoc idem*, superaddi-
ta nunc alia resolutione plenæ Cameræ at Iulii 16at.
In Causa Romana Portæ S. Pauli inter Andream
Capranicam ex vna, & hæredes Bartholomæi Par-
tes ex altera, DD. dixerunt concessionem Pii IV.
non esse perpetuam, sed restrictam ad vitam Domi-
nici tantùm; Quidquid opponerent pro Carolo In-
formantes, quia saltem non proponebatur pro sen-
tentia, & re iudicata, sed inter consonantia, vt
9 vna est veritas; † adeoque omnia illi congruunt ait
Philosophus Ethic. cap. 8. *lib. primo*, *Alex (si is est)
cons.* 56. *in princ. lib* 4. Vrsill. *ad Affl.* *decis.* n53.
10 *in fine*. Etiam accidentia, † quæ magnam partem
conferunt ad agnoscendam veritatem, vt ex ipso
Arist. scripsit Bald. *ad l.* 3. *C. de Testibus sub numer.*
13.
Quartò considerando naturam huius Officii non
11 soliti dari, † nisi ad vitam, &c. Spad. *d. conf.* 143.
numer. 6. *d vers. Quartò hoc etiam probatur*, vndè
processum constat per extensiones, etiam ab eodem
Pontifice Pio IV. intra biennium.
Et vltimò considerando obseruantiam, non solùm
in executionem dicti mandati Cameralis, & illius
acceptationem, & vsum per Angelum, & Domini-
cum, sed etiam quia post mortem Angeli, in hac
Porta non successerunt alii eius filii; habuit enim
vltra Dominicum alios duos filios Paulum, & Octa-
uium, qui succedere debuissent, si Gratia fuisset
12 concessa pro filiis † Angeli, cum pluribus ad obser-
uantiam, & ex obseruantia conducentibus opportu-
nè apud Spad. *d. conf.* 143 *numer.* 7. *d vers. Quintò
multùm hoc comprobatur*, Ex quibus etiam vix non-
nulla opposita dirimit ipse Spad. *d. cons.* 143. *numer.*
10. *d vers. Quibus sic stantibus*.
His duo accesserunt, vt facilè est inuentis adde-
re; Alterum singulare, quo Gregorius XIII. in sua
extensione à vita Dominici ad vitam Andreæ filii
Motu proprio, & Ex certa scientia affirmauit Pium
IV. q. Angelo, & Dominico ad eorum, & cuius-
libet eorum vitam concessisse, & confirmauit, &
sic ad Andream Dominici filium, & ad ipsius An-
dreæ vitam extendit, itaut verba literarum Aposto-
13 licarum, quibus Papa proprium factum narrat, †
plenè probent, si super illis Gratia, vel intentio
Papæ fundatur, ad summam *d. Clem. vnicæ de præb.*
& ibi *Glos. literis, et cum aliis* Barbos. *d. num. pri-
14 mo*, quod pertinet ad confirmationem, † & quam-
uis narret factum prædecessoris, Barbos. *ibid. numer.*
10. *cum alleg. et precipuè* Paris. *de Resign. quæst.* 11.
ex num. 10. *lib.* 8. & maximè Gabr. *de prob. conclus.*
2. *num.* 17. Vt credatur Papæ, etiam attestanti de
15 voluntate sui † prædecessoris, quod pertinet ad ipsam
confirmationem, & concessionem.
Insuper animaduertendo ibi agi de assertione Pa-
pæ facta Motu proprio † super facto, quod sibi 16
causa cognita innotuerat, & super ea fundabatur in-
tentio Papæ, vt de Rota coram Millin. *decis.* 149.
num. primo, et secundo inquit Rota coram Coccin.
decis. 1788. *num.* 58. *d vers. et ad propositum, et de-
cis.* 2194. *num.* 64. cum alijs, & est præcipua coram
Seraphin. *decis.* 1016. *num.* 6. *cum allegat.* proindeque
Motu proprio † narratiua huiusmodi Gratiæ non 17
eget iustificatione, *&.* si sit de facto alieno, Rota
coram Coccin. *decis.* 1856. *num.* 13. *et* 14. cum alijs.
Et quidem Gratia, & extensio Gregorij XIII. adeò
fundatur in præcedenti Pij IV. ad vitam Angeli,
& Dominici, vt si hæc suisset ad omnes Angeli de-
scendentes, frustrà suisset extensa ad vitam Andreæ
filij Dominici, & malè in fraudem aliorum filiorum
Dominici, & descendentium, † ita vt Angelus, 18
& Dominicus non acceptassent, vt scripsit Spad. *di-
cto cons.* 143. *num.* 5. *vers. secundò quia Angelus, et
Dominicus*.
Alterum vniuersale, quod † Arbitrium regulatur 19
à Iure, vt pluriès sensit Rota apud Barbos. *in hac ipsa
clausula* 10. *num.* 2. & tantò magis in Commissione Signa-
turæ † Iustitiæ, quæ non facit Rescripta Gratiosa, 20
&c. *seq. num.* 3. *et Adnot. ad* Ludouis. *decis.* 189. *num.* 8.
vers. et hoc tanto magis; At verò non satis Iuris oppo-
situm visum est ex suprascriptis, non solùm extraneis
ad literarum Apostolicarum executionem, † sed po- 21
tiùs conformibus prout, quod aliqua rationabilis cau-
sa desideratur, quin etiam talia, ex quibus clarum,
& apertum Ius se opponentis exequutioni detegi possit,
Rota *decis.* 9. *num* 2. *et in fin. apud* Marches. *de commiss.
appellat. ab execut. Breu. et lit. Apostolic. cap.* 1. *parte
prima*, *Adnot. ad* Ludouis. *d. decis.* 189. *d. num.* 8 *in
fin.* † & amplius ad Clausulæ declarationem Mar- 22
ches. *de Commiss. proreg. fat. cap. vnic.* §. *vnico num.*
99.
Nec visa fuit subsistere subreptionis alterius altera
exceptio à tacita lite agitata in Camera anno 16at.
quiadum ex eisdem actis constabat malum Ius tunc
prosequentium perpetuitatem, † lis remansit extin- 23
cta per desertionem, seu cessationem ab ipsa non so-
lùm decem, sed etiam 30. annis decurrentibus vsque
in annum 1653. quo fuerunt concessæ Literæ Aposto-
licæ Iuliano, & ita concurrente vtroque requisito
apud Rota coram Dunozett. Iun. *decis.* 467. *num.* 6.
et coram Manzan. *decis.* 715 *num.* 11. *et coram clar.
mem.* Card. Celso *decis.* 148. *in fine* cum abundè *alleg.
etiam à temporum antiquitate decisionibus*, adeout Gra-
tia sine mentione huiusmodi litis iam extinctæ † sub- 24
reptitia nequeat prætendi ex supra *allegat. et* Rota
decis. 175. *part.* 7. † etiam ad hoc, vt Ordinarius 25
posset conferre, Rota coram Achill. de Grass. *decis.*
152. *siue vt liter. pend. decis.* 3. *cum antiquioribus al-
legat.*
Et ita vtraque &c.

R. P. D. TAIA.

Leodien. Repræsentationis ad Carceres.

Veneris 15. *Martij* 1675.

ARGVMENTVM.

Nemo mundus à sorde, etiamsi fuerit in-
fans vnius diei, nobis ex fide tradidit
S. Leo Papa *sermon.* 1. *de natiuit. Domini*,
quod adeo verificatur in eo, qui sim-
plex protulit mendacium, non dolo-
sum, nec cum iuramento, & citra iu-
ramentum; & extra Iudicium, quod-
que perfectis secundum D. Augustin.
nec inuenitur concessum: Hoc itaque
in præsenti Decis. tractatur ad excu-
sandum testem, qui sine iuramento,
nec in Iudicio, aut Iudicij forma, imò
ad credulitatem alterius fide digni, di-
cebatur mentitus, affirmando Reum
suisse

fuisse innocentem , propter quod illo à Superiore dimisso , ipsum ratione damnorum , & interesse reum euasisse prætendebatur , contrariò tamen bis à nostra Rota deciso.

SVMMARIVM.

1 *Mentiri nemo iudicandus est qui dicit falsum, quod putat verum, quia non fallit, sed ipse fallitur.*
2 *Testis non dicitur mendax si aliquid affirmauit, quod audiuit à fide digno, cui credidit.*
3 *Mendacium propriè est falsa significatio vocis cum voluntate fallendi.*
4 *Mendacium non præsumitur dolosè dictum, & ideo non inducit actionem de dolo.*
5 *Doli actionem vt inducat mendacium necesse est, vt quis causa sui lucri mentiatur.*
6 *Mendacium citra iuramentum, & extra iudicium dicere, perfectis non est concessum.*
7 *Mendacium pietas, & benignitas est illud, quod fit pro salute alterius.*
8 *Mendacium simplex peccatum veniale dicitur.*
9 *Testis in iudicio, vel extra in simplici mendacio quatenus peccet, & num. anteced. & seqq.*
11 *Falsi pœna non incurritur propter mendacium, nec etiam in Iudicio, deficiente forma examinis.*
12 *Fides simplex eo minus facit fidem ad commodum facientis, & ad se ipsum iustificandum.*
13 *Doli præsumptio ex mendacio resultans quando excludatur, & num seqq.*
14 *Mendax præsumitur in dolo si ex mendacio consequatur commodum, alias non.*
15 *Regula quod alicui non prodest, & alteri nocet expenditur, & num. seqq.*
16 *Nocens alteri rationem naturalem offendit, & sup. num. 15.*
17 *ne Feceris alteri quod tibi non vis fieri.*
18 *Dolus, & iniuria sunt facere alteri, quod sibi nolit fieri, eique nocere, quod sibi non prodest.*
19 *Testis qui bona mente, & in aliena fide deposuit super innocentia rei, in nihilo peccat, licet aliorum sequatur incommodum, & sup. à princip. ac tota decis.*

DECISIO CCCCLXX.

DOMINI steterunt in decisis 23. Iunii 1673 præcipuè quia detinente Marchione Albertum vti homicidam , affirmante Francisco (maximè consanguineo interfecti) ipsum esse innocentem , Ioannes quoque idem dixerit , credens eum esse talem , vnde Marchio
1 liberauit detentum, & non est mentitus Ioannes, † vt
nemo mentiens iudicandus est , qui dicit falsum , quod
putat verum , quoniam quantum in ipso est , non fallit
ipse , sed fallitur , inquit *S. Augustinus receptus in decret. Canon xxij quæst. 2* vt fallebatur Ioannes à Francisco semetipsum fallente priùs , affirmante innocentem Alber-
2 tum , † credens quoque fide digno , maximè consanguineo interfecti , vt supra , atque ita Ioannes priùs fidem habuit Francisco , quam fidem faceret , si quam fecit
3 Marchioni , & ampliùs , & propriè est mendacium † falsa significatio vocis cum voluntate fallendi , et ex ipso *S. Augustino* notauit Gratian. *ad canon 5. quæst. 2. & glos. Mendacii § si enim est , l. de ætate ff. de interrogat. action.* quominus Ioannes cum falleretur , haberet , & habere posset fallendi voluntatem , & per se insuper mendacium
4 non præsumitur dolosè dictum , † & ideò non inducit
5 actionem de dolo , † nisi causa sui lucri quis mentiatur ,
§. vltimo l. 7. ff. de dolo malo , & ibi notat. Bartol. declarando legem sequentem , & adiiciendo aliquod visum de facto in quodam Aduocato , & Baldus contra alios notabi-
6 les Priuates , & Summates , & citra † Iuramentum , &
adhuc extra Iudicium non inuenitur concessum esse perfectis , inquit *S Augustinus in canon. Ne quis arbitretur* 14. & ibi mendacium appellat benignitatis , siue pietatis ,
7 † quod fit pro salute alterius , *glos. non occidetur* , & pec-
8 catum † veniale , *glos. prima in princip. distinct.* 13. & ge-
9 neraliter † de teste ipso extra Iudicium , Farin. *quæst.* 67.
10 *num* 203. & in Iudicio † ex Ioanne Imola , & aliis , Couarr. *variar. resolut. 2. ad finem lib.* 1. cum pluribus aliis , magis in alio foro consulendis , apud Barbos. *ad d. Canon. Ne quis arbitretur num.* 2.

Et vtcumque in Iudicio quoque deficiente forma exa-
minis † non intrare pœnam falsi tradit Farin. *d. quæst.* 67. *n.* 11
198. *versic. tunc enim deficit forma examinis cum alleg.*

Nec satisfecit subsidiaria declaratio Marchionis 9. Septembris 1673 post decisionem 15. Iunii vt supra , Albertum fuisse liberatum ex eo quod Franciscus , & Ioannes positiuè asserebant Albertum esse innocentem , quia præ-
ter alias exceptiones fidei non facientis fidem , & multo 12
minus ad commodum ipsius facientis , & ad se iustificandum , eiusdemque fidei procuratæ , & emissæ lite pendente sine citatione alterius Partis , &c. ad vulgata , benè responsum visum est videri potiùs ad prætexendam propriam incuriam , nec satis prætextum videri quin polluceat in præcedenti sententia Marchionis absolutoria Ioannis 27. Iulii 1666. examinatis &c. Iuris Confess. Clarissimo inquisitionibus , & probationibus , & iudicando de consilio Peritorum , & Scabinorum , seù Iustitiariorum consilio , eundem Iuoannem sese sufficienter , & abundanter iustificasse , suamque intentionem probasse , prædictum Ioannem declarando innocentem &c.

Nec valuit præsumptio doli † ex mendacio ex allegatis 13
à Menochio *præsumpt. 3. ex n. 53. lib. 5.* Farin. *quæst 89. num.* 104. quia hæc tamen coniectura locum habet , quando
mendax consequitur aliquod commodum † ex mendacio , 14
secus si nullum , Menoch. *ipsa præsumpt. 3. num. 62.* Farin. *d. quæst. 89. num.* 105. cum abundè allegatis , & potius magnum incommodum , vltra maius periculum iam sensit , & sentit adhuc Ioannes.

Minus valuit alia præsumptio ex actu , qui agenti non
prodest , † & alteri nocet , Menoch. *d. præsumpt. 3. num.* 97. 15
Farin *d. quæst. 89 num* 144. ratione naturali , quia alteri nocendo , rationem offendit naturalem ; Alteri ne feceris ,
† quod tibi non vis fieri , vt prosequitur Menoch & qui- 16
dem ex contrario pro eo , quod illud , quod nemini † no- 17
cet ; & mihi prodest facilè concedendum est , vt notatur in casu *l. penult. C. de precibus Imp. offeren. ex §. iidem aiunt aquam , l. 1. §. Item vertus , l. 2.* & passim *ff. de aqua , & aqua pluuia arcend.* quæ proindè plusquam præsum-
ptio est , dolusque , & iniuria euidentissimè , † vt qui 18
superseminauit zizaniam alterius sementi , & inimicus homo hoc fecit , nam paucis Ioannes fecit , & dixit
etiam bona mente in aliena fide , † quod alteri prodest , 19
videlicet Alberto detento etiam periculo capitis , & proindè tanto periculo suo , quanto commodo alieno principali , quodcumque incommodum videatur hæredum interfecti.

Et ità vtraque , &c.

Altera præsentis causæ Decisio est Impressa in præcedenti tomo primo istius decimæ octauæ partis , in qua est in ordine decis. 147.

R. P. D. MATTHÆIO.

Fauentina Successionis.

Veneris 15. Martii 1675.

ARGVMENTVM.

Collatio primogenituræ hucusque in hac causa denegata , in præsenti decisione conceditur , ea ratione , quia ex facto , & euidentissimis rationibus de illius erectione non constabat & ita cessauerat fundamenta præcedentium resolutionum , cumque ageretur de patre ab intestato defuncto , eius collationi , & imputationi locum esse debere , in dubium reuocari non poterat , ad æqualitatem inter filios seruandam , quorum disparitatem æquè iura , ac ratio naturalis abhorret.

SVMMARIVM.

1 *Collationi bonorum locus est patre ab intestato defuncto, vt ea inter omnes filios communiter diuidantur & num. seqq. & per tot.*
2 *Contractus initus pro persona nominanda, ita censeri debet, ac si à principio cum persona nominata stipulatus fuisset, & num. seq.*
3 *Actus non tribuitur nominanti, sed nominato.*
4 *Inuentarium plenè probat possessionem bonorum defuncti.*
5 *Disparitatem inter filios inducere, iuri naturali, & æquitati repugnat.*
6 *Imputatio, & collatio in dubio facienda sunt, vt seruetur æqualitas inter filios.*
7 *Apocha, cuius originale non exhibetur, non attenditur, cum illius copiæ fides non adhibeatur.*
8 *Assertio facta ab interesse habente, attendi non debet.*
9 *Obligatio etiam à principio ex orta corruit, si intra tempus conuentum non sequatur adimplementum promissum.*
10 *Promissio facta contemplatione futuri implementi, eo non sequuto amplius non obligat.*
11 *Pupillus maior septennio in eius contractu, & alienatione suorum bonorum interuenire debet.*
12 *Conuentio, & Pactum ipsos tantum paciscentes obligat, & vltra eorum personas extendi non debet.*
13 *Pacta inter alios acta, sicuti tertio non prosunt, ita & eo minus nocent.*
14 *Promissio facti alieni consimilis aliis expressis, non potest diuerso modo ab illis iudicari.*
15 *Capitulorum vnam partem si quis adimplere non tenetur, ita nec ad aliam implendam cogi potest.*
16 *Obligationis vna pars declarat aliam.*
17 *Obligatio facti alieni, & non proprii, nihil aliud importat, quam illud factum, quod fuit promissum.*
18 *Frater possidens bona patris, illa post eius mortem tenetur conferre cum aliis fratribus.*
19 *Frater possidens bona paterna, si ea retinere velit, non autem conferre, priuatur actione consequendi aliam portionem ad ipsum spectantem.*
20 *Petit vnusquisque frustra quod intus habet.*

DECISIO CCCCLXXI.

PRIMO loco sub die 5. Aprilis 1666. dixit Rota
Marchionem Gregorium Spadam in diuisione bonorum
facienda cum fratribus non teneri primogenituram
conferre, eamque in suam portionem imputare,
à qua resolutione coram R. P. D. Ottalora
sub die 27. Aprilis * 1667. recessum fuit, & cum
axinde factum nonnullis diuersis circumstantijs fuerit
consideratum præuijs duabus decisionibus, idem Marchio
Gregorius sententiam fauorabilem reportauerit,
quæ etiam alia fauorabili decisione coram me edita
fuit canonizata; Vltimo verò loco cum ordinatum
fuerit, vt omnes DD. viderent ex facto in trutinam
reuocato, illiusque fer e clariùs dilucidata, non dubitarunt
DD. recedendum esse à decisis, amplectendo
resolutionem secundu loco captam sub die 27. Aprilis
1667. coram R. P. D. Ottalora ad fauorem R.
P. D. Sigismundi, & aliorum frattum de Spadis,
quæ fundata fuit in contraria facti expositione, in
quo tota huiusmodi causæ difficultas vertitur; Siquidem
in præteritis propositionibus regulatæ fuerunt resolutiones
cum erroneo supposito, quod viuente Iacobo
Philippo Patre fuisset erecta, & stabilita primogenitura
ad fauorem Marchionis Gregorij cum assignatione
bonorum in vita eiusdem, quod fundamentum,
cum ex facto, & euidentissimis rationibus
minimè subsistere ostendatur per fratres de Spa-
1 dis; † Ideò illorum collationi esse locum ad formam
totius *tit. ff. & Cod. de Collat.* DD. inremeritò dixerunt
cum ipsis fratribus hæredibus Patris ab intestato
defuncti, quibus in bonis liberis ab eodem Patre
relictis pro æquali portione successio deferri debet,
& attenta hac infallibili veritare, non est immorandum
super literis, conuentionibus, omnibusque
alijs tractatibus inter Cardinalem, P. Virgilium,
& Iacobum Philippum fratres, super quibus discurrunt,
& fundantur contrariæ decisiones.

Quod autem huiusmodi bona essent libera Iacobi
Philippi Patris, & remanserint in eius hæreditate,
quodque ipse in vita nihil penitùs gesserit, quod collationi,
vel imputationi resistat, indubitatum est,
& quod attinet ad libertatem eorundem bonorum,
& quod sint hæreditaria Patris, vltrà latè deducta
in facto pro fratribus de Spadis, maximè probatur
ex eo, quod de Iurisdictionalibus, de quibus agitur,
fuit inuestitus ipse Iacobus Philippus à mensa
Ecclesiæ Britinorien. Summario *numera* 3. pro se, &
filijs, nepotibus, & descendentibus; Alia verò allodialia
etiamsi emerit bon. memor. Cardinalis, tamen
empta fuerunt pro persona nominanda, & præcipuè
pro Iacobo Philippo, qui viuens cum prætium
soluerit, vt in Summario *numero* 6. dicitur ipse sibi
huiusmodi bona acquisiuisse, & ob id illorum fructus
percepit toto tempore, quo vixit, & per consequens
controuerti nequit de vero, & indubitato il-
lius dominio; † De natura enim huiusmodi contra- 2
ctus est, vt censeri debeat, ac si ipse contractus cum
persona nominata à principio stipulatus fuisset, Decius
consil. 543. *numera* 5. itant contrahens reputetur
merus exequutor, † & actus non tribuatur nomi- 3
nanti, sed ipsi nominato, Anchar. *consil.* 527. *num.*
5. Mantic. *de tacit. libr.* 4. *tit.* 22. *numer.* 9. Rota
coram Gregor. XV. *decis.* 157. *numer.* 5. *& decision.*
227. *num.* 3. *& decis.* 377. *num.* 7. *coram bon. memor.*
Celso, *& in Romana Cambii 5. Martii 1667. §. nihil
obstante vers. præsertim coram R. P. D. Beuilaqua.*

Attento præcipuè, quod in Inuentario legitimè
confecto à bon. mem. Cardinali Spada vti Tutore,
& Curatore eorundem filiorum d. Iacobi Philippi huiusmodi
bona descripta fuerunt vti libera d. Iacobi
Philippi defuncti, & spectantia pro æquali portione
ad eosdem filios vti illius hæredes, † quæ optimè 4
probant defuncti possessionem, Peregrin. *de fideicommisso
art.* 44. *num.* 2. Rota *decis.* 407. *num.* 2. *part.*
2. *& decis.* 344 *numer.* 2. *part.* 3. *& decis.* 185 *num.*
12. *part.* 10. *recentior. & in Romana fideicommissi de
Cribellis 15. Iunii 1674. coram Reuerendissimo Decano.*

Tantùm autem abest, quod ipse Iacobus Philippus
constituerit effectiuè ipso viuente hanc primogenituram,
vt quinimò à die 5. Maij 1631. quo inter
Cardinalem, & Senatorem Fantuccium subscripta
fuerunt Capitula Matrimonialia occasione Matrimonij
ab indè ad octo annos contrahendi vsque ad annum
1636. quo obijt idem Iacobus Philippus, nunquam
probatum extitit ipsum aliquid tradidisse, donasse,
vel dictam Primogenituram constituisse Marchioni
Gregorio, & cum obierit intestatus nullo relicto
super illa præcepto, certum est, quod si Marchio
Gregorius vult bona occupata post obitum Patris
non esse collationi obnoxia, debet hanc primogenituræ
constitutionem vel suæ intentionis fundamentum
concludenter probare, stante quod agatur
de excludendis alijs fratribus ab æqualibus portionibus
ipsis debitis in hæreditate Patris, & per consequens
ad inducendum inæqualitatem in successione
bonorum paternorum, quam abhorrent & Ius naturale,
& Ciuile, & inter fratres semper est seruanda
æqualitas, & in dubio Pater præsumitur velle filios
esse æquales, nec sua inæqualitate ex pluribus
filijs vnum facere legitimum, & alium bastardum;
& hæc quidem præsumptio est fundata in Iure naturali,
dum naturali æquitati repugnat illa dispositio,
† per quam disparitas inter liberos inducitur, & ideò 5
ad istam euitandam, semper in dubio facienda est
collatio, † seu imputatio, vt de collationibus est 6
text. *in l. vt liberis 17. Cod. de collat. & de imputat.*
loquuntur Anchar. *consil.* 365. *numer.* 9. Menoch *consil.*
159. *numer.* 16. *&* 17. Peregrin. *de Fideicommisso
art.* 36. *numer.* 13. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.*
25. *numer.* 3. Rota *in Romana separationis bonorum 5.
Iunii 1662. §. hæc verò, & 15. Iunii 1665. §. Altera
verò coram bon. memor. Verospio*, & egregiè exornat
Mantic. *de coniect. vltim. volunt. libr.* 6. *tit.* 2.
num. 5

Nec bon. mem. Cardinalis aliquid gerere potuit,
vel gessit in præiudicium huiusmodi collationis; Siquidem
quoad apocham ab ipso, & aliis fratribus
de anno 1631. subscriptam remouetur omnis difficultas,
quod illa collationi noceat, dum neque docetur

de illius

7 de illins originali, † & copia attendi non debet, iuxtà *text. in l. Sancimus C. de diuersis scripi.* Rota coram Buratto *dec. 549. num. 1.* neque ad propositum facit, quod aliàs exhibita fuerit in instrumento, in qoo Cardinalis asseruit illam Notario consignasse, & penes se retinere illius original, dum hæc assertio facta fuit ab ipsomet Cardinali interesse ha-
8 bente, † quæ attendi non debet, vt diait Rota *in Asculana Emphyteusis 27. Maii 1672. §. non obstat coram bon. mem. Priolo, & 9. Aprilis 1674. §. Verum coram me.*

At quando etiam esset verum, quod illius original fuisset exhibitum, attamen nec aliquod fundamentum in ea constituere Marchio Gregorius posset ad effectum se subtrahendi à collatione bonorum occupatorum post mortem Patris, ex quo illa non importat assignationem, neque primogenituram, neque donationem bonorum, de qnibus agitur, itaut substineri valeat occupatio dd. bonorum per eum facta, dum exequutioni demandata non fuit à Iacobo Philippo Patre, qui nihil gessit, vt supra, quia bona, quæ emi debuissent pro primogenitura in Territorio Bononiæ, emit, & respectiuè acquisiuit Iacobus Philippus pro se, filiis, & nepotibus, nulla facta mentione primogenituræ; nec facit regulas, & circumstantias ad primogenituram spectantes noo declaranit, vt in ea conuentum fuerat, & ista nec eo viuente, & multò minus post eius obitum adimplere curauit bo. me. Cardinalis, & exindè cum agatur de conuentione inita sub pacto alicuius
9 facti, aut implementi intra tempus conuentum, † eo non adimpleto, cessat obligatio, quæ à principio exorta fuit, Cephal. *cons. 212. num. 113. cum seq. lib. 3.* Et huius conclusionis ratio est, quia promissio facta contemplatione futuri
10 implementi † eo non sequuto, amplius non obligat, Magon. *dec. Lucen. 25. num. 17* Rota Ianuen. *dec. 1. num 49.*

Vltra quod quando etiam post mortem Iacobi Philippi bo me. Cardinalis d. apocham exequutioni demandare voluisset, & hunc animum haberet, non erat in eius facultate hoc peragere, nedum quia Iacobos Philippus istam ipsi non dedit, sed etiam quia iudicis decretum, & solemnitates statutariæ interuenire debebant, stante quod agebatur de interesse pupillorum, & minorum, quorum bona distrahi non poterant, nisi cum præscriptis solemnitatibus à Iure communi, & muni-
11 cipali, † & aliqui eorum erant maiores septennio huiusmodi executioni interuenire debebant, *l. Potuit C. de iur. delib.* Carrill. *decis. 178. numer. 6.* Rota *in Tibartina redditionis rationis 20. Maii 1569. & 22. Iunii 1672. § sed 2. coram R. P. D. Taia.* Imò huiusmodi apocha quando
12 esset vera, & facta fuisset ab ipsis fratribus, † ipsos paciscentes tantum ligaret, & vltra eorum personas extendi non posset, iuxtà *text. in l. quod Iulianus §. 1. ff. ad Senat. Consult. Maced.* Ideò ad effugiendum collationem Marchio Gregorius eam allegare non valet, & hoc optima ratione inductum fuit, ea quo pacta inter alios acta,
13 † tertio non prosunt, sicuti non nocent, *l. si vnus in princ. ff. de pact. l. Imperatores in princ. ff. de transact.* Ruin. *cons. 11. num. 18. lib. 1.* Surd. *dec. 301. num. 3.*

Et ex his omnibus excluditur suppositum in præteritis decisionibus factum, qnod Marchio Gregorius possideat huiusmodi bona vti sibi assignata à bo. mem. Cardinali pro primogenitura, eaque ab ipso recognoscat, quoniam si erant acquisita à Iacobo Philippo Patre, qui illa libera reliquir filiis absque aliquo primogenituræ onere, bo. me. Cardinalis non poterat de illis disponere, nec super eis aliquod onus imponere, dum dominium illorum ad ipsum non spectabat, sed erat filiorum Iacobi Philippi, qui pro æquali portione in hæreditate Patris ab intestato defuncti successerunt, & in quorum præiudicium hæc assignatio à d. Cardinali fieri non poterat, vti etiam ipse optimè cognouit in asserta Primogenitura, in qua vsus fuit hoc verbo, *sottoporre*, Sum. *numer. 8. fol. 16.* & nunquam adhibuit verbum, *assignare*; Quæ verba inter se sunt diuersa, & diuersum effectum producere debent, & cum ipse in Iure esset versatissimus, si verè voluisset, & potuisset huiusmodi bona assigoare pro constituenda Primogenitura, vtique fecisset cum verbis propriis, & cum solemnitatibus necessariis, prout de iure fieri debebat ad substituendum hunc actum.

Eoque minus aduersantur Capitula matrimonialia ab eodem Cardinali subscripta, io quibus promisit, *che il Signor Gregorio accettarà per moglie la Signora Camilla; Che il Signor Gregorio debba hauere in testa sua vna primogenitura, che nel detto tempo il Signor Gregorio venga ad habitare, e tener Casa in Bologna*; Supponit etiam vltima decisio huiusmodi promissionem importare obligationem bo. me. Cardinalis, & tamen ex istis verbis, cum quibus concepta fuerunt dicta Capitula matrimonialia, euidenter apparet bon. mem. Cardinalem nihil aliud promisisse, nisi factum proprium eiusdem Marchionis Gregorii, quem voluit teneri ad ducendum in Vxorem Camillam Neptem Senatoris Elefantuccii, ad tenendam domum apertam Bononiæ, ad habendum primogenituram, vt patet ex illis verbis, quæ nullam aliam vim habent, quàm, *Che il Signor Gregorio sia obligato ad hauere, ad andare, ad habitare*, quæ omnia important factum à Marchione Gregorio eaplendum, & sicut ad ipsum spectabat adimplere sponsiones tenendi domum apertam, & ducendi Vxotem, ità cum illis æquiparetur aliud pactum, *Che Gregorio debba hauere vna primogenitura*, eodem modo reputari debet, quod hoc ipsemet adimplere teneatur, & eo magis, quia istud solummodo requirebatur pro conditione effectuandi matrimonium, & per consequens eum sit similis aliis eapressis, † 14
non potest diuerso modo ab illis iudicari, sed solum in sequelam, & famulatum ipsius promissionis facti alieni, cui illud est accessorium, Angel. *cons. 100. numer. 7.* hinc patet, quod sicut bon. me. Cardinalis non tenebatur tradere domum Bononiæ, ita nec ad primogenituram constituendam compelli poterat, cum huiusmodi Capitula sint
eisdem verbis concepta, † & ideo sicut non tenetur vnam 15
partem adimplere, nec ad aliam cogi poterat, † & pri- 16
ma pars huius obligationis aliam declarat; iuxtà *text. in l. 1. ff. de reb. dub.* Rota *dec. 711. num. 2 par. 3. & dec. 150. n. 11. par. 8. rec.*

Exceptio verò, quæ datur contra hanc obligationem bon. mem. Cardinalis ad factum, quod ipse etiam se obligauerit ad obseruantiam *Delle cose sopradette*, corruit ex eo, quod huiusmodi obligatio tantum continet, quantum ipsa promissio, cuius fines ipsa excedere nequit; Vndè cum promissio restricta legatur, quod ipse Marchio Gregorius in Vxorem accipiet Camillam cum pactis, & conditionibus habendi primogenituram, & retinendi Domum apertam Bononiæ; dicitur promisisse factum alienum, & factis diligentiis, quod ipse Marchio ista omnia adimpleat, Cardinalis non potest cogi ad constituendam Primogenituram, quam ipse non eapressit se velle constituere, vel erigere, vel donare, sed quia obligauit Marchionem Gregorium, illius obligatio restringi debet intra limites præcedentis promissionis, & sic cum promiserit
factum alienum, & non proprium, obligatio per eum 17
facta nihil vlterius importat, nisi quam illud factum, quod promisit, *l. emptor §. Lucius ff. de pactis*, Rota Ianuen. *dec. 70. num 90.*

Quamobrem admissa etiam obligatione bonæ memoriæ Cardinalis, quæ nihil nocet fratribus de Spadis, attamen ipse Marchio Gregorius huiusmodi bona detinere non potest, ea quo non sunt, nec proueniunt ab eo, qui nec viuente Iacobo Philippo, nec post eius obitum Primogenituram constituere poterat, nec ipse Iacobus Philippus fecit, dum vixit, & post eius mortem ea-
dem reliquit † libera, & idcircò illa tenetur conferre cum 18
aliis fratribus cohæredibus, vt omnia hinc indè reducantur in pristinum statum, prout erant de tempore obitus Iacobi Philippi, ad hoc, vt quisque postea sua Iura expe-
riri possit; Vel si ipse maluerit ea † retinere, priuabitur 19
actione petendi aliam portionem in hæreditate Patris, † 20
cum ipse iotus habeat, quod ipse petit, *§. si itaque, instit. de action. l. bona fides ff. de regul. iur.* Corn. *consil. 64. num. 10. versic. si autem libro primo.*

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit &c.

Decisiones plures in hac causa emanatas adnotauimus supra in alia Decisione 317. alterius præcedentis Tomi primi istius decimæ octauæ partis Recentior.

R. P. D.

R. P. D. MATTHÆIO.

Auximana Prædij.

Veneris 15. Martij 1675.

ARGVMENTVM.

A fideicommisso excludi prætendebantur filij in conditione positi, qui erant ex statuto, & ex pluribus coniecturis vocati, & hoc ratione alterius fideicommissi particularis, cumque bona controuersa in eo fuissent excepta; pro vocatione resoluitur ex conditionibus, & substitutionibus in vtroque fideicommisso repetitis; maximè quia si alioquin forent admittendi substituti, eo magis debent admitti filij, qui illos excludere debent.

SVMMARIVM.

1 *Filii in conditione positi eo magis dicuntur vocati ex Statuto Vrbis, si etiam coniecturæ concurrant.*
2 *Bona excepta in fideicommisso particulari remanent subiecta, & comprehensa in fideicommisso vniuersali.*
3 *Conditiones, & substitutiones adiectæ in fideicommisso vniuersali, censentur etiam repetitæ in fideicommisso particulari.*
4 *Repetitio datur in fideicommissis, stantibus verbis relatiuis.*
5 *Substitutio facta, si sine filiis, expirat per mortem cum filiis, & quando non.*
6 *Conditio superius expressa censetur à Testatore repetita in omnibus gradibus subsequentibus ex præsumpta voluntate eiusdem Testatoris.*
7 *Dictio,* quam, *importat repetitionem qualitatum supra expressarum.*
8 *Filii in conditione positi ad exclusionem substituti eo magis dicuntur vocati, si aliàs ipse substitutus debuisset admitti.*
9 *Obseruantia vt suffragetur, debet deduci ex aliquo actu positiuo.*
10 *Obseruantia non resultat ex transactione, in qua adsunt verba,* vt asseritur, vt prætenditur.
11 *Verba,* vt asseritur, *& verba,* vt prætenditur, *sunt apta potius ad negandum, quàm ad confitendum.*

DECISIO CCCCLXXII.

ITERVM hodie confirmando decisionem editam
coram me sub die 25. * Iunij proximè præteriti responderunt Domini dandam esse immissionem ad Prædium
nuncupatum delli Cauaticci Mariæ, & Honestæ de
Campanis, cùm fuerint positæ in conditione in te-
1 stamento condito ab Vguccino Testatore, † & per
consequens vocatæ ex dispositione Statuti Vrb. ex
pluribus coniecturis ponderatis *in decisione 447. coram bon. mem.* Merlino.

Et quamuis in contrarium suppeteretur, quod hoc
Prædium fuerit particulari fideicommisso suppositum
fauore proximioris masculi de familia, nihilominus
obiectum visum fuit non subsistere ex eo, quod Testator post institutum fideicommissum vniuersale, in
quo vocauit ad successionem omnes eius filios tam
natos, quàm nascituros, ijsque sine filijs decedentibus substituit Prosperum, & Victoriam fratres, continuando eandem periodum, & orationem excepit
2 Prædium controuersum, † quare sicuti dubitari non
potest de vocatione istarum in fideicommisso vniuersali; ita nec dubitari potest quin ipsæ, ex eadem
successione vniuersali, succedant etiam in isto Prædio, cum eædem conditiones, & substitutiones in
3 isto æquè ac in illo censeantur repetitæ, † solumque fideicommissum particulare in isto Prædio deberet habere locum, si per obitum omnium filiorum
Testatoris sine filijs habuisset locum substitutio facta
4 ad fauorem Prosperi, & Victoriæ, † quidquid secus dici posset vbi nulla adessent verba relatiua, aut
continuatiua, vt latè distinguendo probat Altograd. *consil. 79. num. 7. & seq. lib. 2.* & latè firmatum fuit *in decisione*, quæ reuidetur.

Neque prædictis aduersantur ea, quæ fuerunt deducta ad ostendendum, quod non expirauerit substitutio facta cum conditione, *si sine filiis*, † per obi- 5
tum institutorum cum filijs iuxta *consilium* Oldradi
21. quod in præcedenti decisione Sacra Rota amplexa est ob contrarias circumstantias in præcedenti disputatione ponderatas, quoniam animaduerterunt Domini, quod filij Testatoris decesserunt cum filijs, qui
adhuc supersunt, & ideo penitus incongrua est prætentio, quod fideicommissum dicatur purificatum,
cum hoc solummodo procedere posset vbi hæredes primo loco instituti decesserint sine filijs, † quoniam 6
aliàs hæc eadem conditio repetita censetur in omnibus gradibus subsequentibus ex præsumpta Testatoris voluntate, quæ satis clara visa fuit in præsenti ob
illud relatiuum, † *quam* secum ferentem repetitio- 7
nem qualitatum supra expressarum, Surdus *consil. 315. numero 21. & seq.* Gratian. *discept. 1468. numero 72.*

Certius autem ex quo si decessissent hæredes primo loco instituti sine filijs, vtique factus fuisset locus substitutioni Prosperi, & Victoriæ fratrum Te-
statoris substitutorum, † quare tanto certius admit- 8
ti debent Maria, & Honesta, quæ positæ sunt in
conditione etiam ad illorum exclusionem, vt in hac
causa benè aduertit Rota *d. decis. 447. numer. 5. coram* Merlino.

Non potest fundamentum constitui in prætensa obser-
uantia in contrarium, † quia hic non deducitur ex 9
vllo actu positiuo, vt esset necessarium, iuxta firmata
in mea præcedenti decisione, & transactiones, quæ
nouiter productæ fuerunt, non valent hanc obser-
uantiam probare, † cum in eis adiecta sint illa ver- 10
ba, *vt asseritur*, † *vt prætenditur*, quæ potiùs sunt 11
apta ad negandum, quàm ad confitendum, Lother. *de re benefic. lib. 2. quæst. 13. num. 144.* Rota *in Leodien. Parochialis 20. Februar. 1675. §. quod denique coram Reuerendo Patre Domino meo Calataiu.*

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum.

Altera præsentis causæ Decisio est impressa supra in alio præcedenti tomo istius decimæ octauæ partis, cuius est in ordine 342.

R. P. D. CALATAIV.

Albanen. Gabellæ.

Veneris 15. Martii 1675.

ARGVMENTVM.

Collectæ solutionem ad euitandam deuenerunt fratres ad diuisionem bonorum; quorum maiorem partem assignarunt fratri Clerico, sed collusiua, & fraudulenta diuisione, detecta, ea non obstante ille ad solutionem condemnatus est, quia priuilegium Clericatus suffragari non poterat, maximè cum eorum pater eiusdem collectæ impositioni consenserit, sicque illam euitare non valebat filius hæres, & bonorum possessor.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio collusiua, & simulata, facta in fraudem creditorum, non attenditur.*
2 *Clericatus non suffragatur ad effugiendam solutionem onerum communitatiuorum, stante collusiua diuisione facta inter fratres.*
3 *Testes deponentes portionem vni ex fratribus obuentam esse longè maiorem, & fructus longè exuberare portionem alterius, probant simulationem diuisionis.*
4 *Simulatio diuisionis ex magna inæqualitate præsumitur, ac etiam ex aliis, vt num. seqq. & vide per totum.*

5 *Diui-*

5 *Diuisio præsumitur simulata, si frater minorem partem habens, promisit vlterius dotare sororem.*
6 *Diuisio inter fratres detegitur collusiua, & fraudolenta, si omnes postea possederunt, perceperunt fructus, eosque in proprios vsus conuerterunt.*
7 *Fratres, quorum vnus erat Clericus, quatenus ad diuisionem deuenisse dicantur ad effectum euitandi onera communitatis, & vide per totam.*
8 *Collecta aliud est, quod fuerit à Communitate imposita, aliud verò quod fuerit conuentionalis.*
9 *Collectam, cuius impositioni pater viuus consenserat, soluere tenetur filius illius hæres, & bonorum possessor, amplia vt num. seq.*
10 *Clericus quamuis non teneatur soluere collectam, ad illam obligatur si est hæres patris, qui illius impositioni consensit.*

D E C I S I O   CCCCLXXIII.

IN diuisione bonorum facta inter Octauianum, & Carolum Franciscum fratres de bonis hæreditarijs Stephani Carretti commonis Patris, obuenerunt in portionem Octauiani quamplura bona subiecta oneribus laicalibus, à quorum solutione, cum se tamquam Clericum exemptum contenderet, fuit ad instantiam Communitaris Monsilij, vbi sita sunt bona, in iudicium vocatus, & post latas inter se contrarias sententias, Causa ad Rotam deuoluta, fuit coram me proposita sub die 25. Martij 1671. & responsum, Octauianum non teneri ad illorum solutionem; Verum examinatis interim nonnullis testibus mediante remissoria, & Causa hodie reproposita, Domini ex nouis probationibus recesserunt à decisis.

Probatum siquidem fuit, quod hæc diuisio facta inter
1 fratres † fuit verè collusiua, & simulata in fraudem
2 Communitatis, quo casu Clericatum non suffragari † ad effugiendam solutionem onerum laicalium tradunt Carolus de Grassis *de effectibus Clericatus effect. tertio numero 187. Sperellus decis. 35. numero 42. cum sequentibus.*

Cuius rei probatio satis abundè resultare visa est ex eo,
3 quod prædicti testes deponunt † portionem obuentam Octauiano Clerico esse longè maiorem altera obuenta illius fratri, & fructus valde exuberare, & excedere etiam
4 sine vlla proportione, ex qua adeo magna inæqualitate † simulationem præsumi tradunt Mascard. *de probationibus conclusione 559. numero 2.* Corneus *consil. 127. libro 2.* Grassius *de effectibus Clericatus effect. 3. numero 193.* Iuncto præsertim, quod frater, qui minorem partem
5 habuit, promisit dotare sorores, † ex quo tanto magis crescit inæqualitas, cui fortissimæ coniecturæ accedit, quod Octauianus cessit huic liti, Summario Communi-
6 tatis *numero* 12. Agitur de diuisione inter fratres; † & tamen omnes communiter remanserunt in possessione bonorum etiam post diuisionem, & fructus perceperunt, eos conuertendo in communes vsus, quæ omnia mani-
7 festè ostendunt simulationem huius diuisionis, † ad effectum nempè euitandi solutionem onerum, vt præter mox allegatos firmauit Rota coram Coccino *decis. 942. in recent. decis. 262. num. 18. parte 11. & in Imolen. Bonorum 20. Maii 1669. coram Reuerendo Patre Domino meo Emerix*, fuitque firmatum *in decisione* in hac Causa edita super remissoria.

Vlterius in hac propositione animaduersum fuit, quod ista onera fuerunt imposita super bonis, de quibus agitur viuente Stephano Patre, qui illorum erat Do-
8 minus, & possessor, & ipso consentiente, † quapropter cùm non agatur de collecta imposita per Principem, siue alium Superiorem laicum, sed de collecta habente originem à pacto, & conuentione priuata, sicut remansit o-
9 bligatus Stephanus Pater consentiens, † ita & Octauia-
10 nus eius filius, & hæres, & bonorum possessor, † quamuis aliàs vti Clericus non teneretur, vt distinguendo inter vtrumque casum respondit Rota in notissima *Albanen. Gabellæ coram bonæ memoriæ* Merlino Inter eius impressas la 902. *numero* 64.

Et ita, vna tantùm parte informante, resolutum fuit.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Bononien. Primogenituræ de Ghislerijs.

Lunæ 18. Martij 1675.

A R G V M E N T V M.

Fideicommissum dicebatur à Testatore ordinatum in casum delicti ex verbis restrictiuis *tunc*, *& eo casu*, & similibus; sed cum ille ad agnationem prospexerit, & voluerit conseruationem bonorum in familia cum dictionibus, *semper*, *& in perpetuum*, pluraque etiam similia onera suis descendentibus demandauerit, ideò pro fideicommisso perpetuo, & successiuo in præsenti decisione deciditur.

S V M M A R I V M.

1 *Fideicommissum perpetuum, & absolutum resultat ex præcepto dotandi fœminas omnibus descendentibus iniuncto, & num. seq.*
2 *Dotatio puellarum singulis annis à Testatore ordinata, perpetuum, & absolutum fideicommissum inducit.*
3 *Prohibitio alienationis, seu alterius detractionis, quia voluit Testator illa perpetuò remanere in familia, declarat fideicommissum institutum etiam in casu obitus.*
4 *Verba* salua semper proprietate *denotant fideicommissum fuisse institutum, & quare.*
Dictio, semper, *omnem casum, omneque tempus includit num. 4. & num. 13.*
5 *Fideicommissum non potest dici restrictum ad casum delicti, si Testator prohibuit alienationem semper, & in perpetuum.*
6 *Institutio facta in solo vsufructu, salua semper proprietate, nihil aliud importat, quàm grauamen ad restituendum post mortem.*
5 *Verba* salua semper proprietate, *nonnisi fauore substitutorum censentur à Testatore apposita.*
8 *Fideicommissum à Testatore ordinatum in vsufructu particulariter relicto, censetur quoque institutum in vsufructu vniuersali.*
9 *Testamenti vna pars declarat aliam, si nulla vrget disparitatis ratio.*
10 *Fideicommissum in bonis vniuersaliter relictis dicitur institutum, si bona particulariter legata, finito vsufructu, cum bonis vniuersalibus consolidari debent.*
11 *Fideicommissum institutum in casum delicti, ad contradictionem euitandam dicitur constitutum in casum mortis.*
12 *Clausula* ita quod *stat ampliatiuè.*
13 *Dictio,* in infinitum, *omne tempus, omnemque casum comprehendit, & supr. num. 4.*
14 *Fideicommissum non solum in casum delicti, sed etiam in casum obitus dicitur institutum, si bona semper, & in infinitum ad primogenitos hæredum deuenire debent.*
15 *Fideicommissum in solo casu delicti dicitur constituisse Testator, si perpetuitati, & conseruationi agnationis prospexit.*
16 *Fideicommisso non restricto ad solum casum delicti nihil operantur verba* tunc, & eo casu, & casibus prædictis.
17 *Verba quando dicantur stare potius demonstratiuè, non autem restrictiuè.*

D E C I S I O   CCCCLXXIV.

AD euertenda fundamenta decisionis editæ coram me die 27. Aprilis anni præteriti Informanres pro Dauijs, & litis Consorribus dicebant Virgilium senior. de Ghislerijs ordinasse fideicommissum in casu delicti, non autem in casu obitus hæredum institutorum, & probationem assumpti deducebant ex verbis adiectis post institutionem hæredum ibi: Cum hoc 1 quod casu quo prædicti eius filij, vel alter ex eis effice-

efficeretur bannitus, seu rebellis, ita quod confiscarentur eorum bona &c. tunc & eo casu, & casibus prædictis eos, vel alterum eorum priuauit de vsufructu &c. & tunc voluit dictus Testator dictum vsumfructum ipsorum, vel alterius eorum in casu, & casibus prædictis deuenire debere ad descendentes eorum, vel alterius, ita quod semper primogenitus dd. DD. Bonapartis, & Francisci succedat in vsufructu &c. & sic in infinitum deueniat ad descendentes primogenitos dd. DD. Bonapartis, & Francisci &c. sed huiusmodi obiectum in alia decisione præuentiuè sublatum, hodie pariter DD reiecerunt ex infra dicendis.

Præmissa enim, quod Testator de vsufructu suorum bonorum in perpetuum dotari voluit quascumque fœminas ex eius casata, & prosapia de Gislerijs, ipsiusque descendentibus in infinitum nascituros, ac successiuè institutis hæredibus Bonaparte, & Francisco filijs, eisdemque concessa libera facultate disponendi de bonis mobilibus, & de tertia parte immobilium eandem ademit, quoad alias duas partes stabilium, ac insuper interdixit detractionem Falcidiæ, & Trebellianicæ cum ratione, quia voluit eius bona ad posteros peruenire modis, & forma infrascriptis, videlicet (sunt verba Testamenti): Quia voluit ipse D. Testatur, quod ex fructibus bonorum satisfiat legatis supradictis modis, & forma ordinatis per ipsum, & quod vsusfructus eorundem, salua semper proprietate, peruenire debeat ad prædictos DD. Bonapartem, & Franciscum eius filios, donec naturaliter vixerint: Hinc non obstantibus verbis immediatè subsequentibus: Cum hoc, quod casu, quo prædicti eius filij, vel alter ex eis efficeretur bannitus &c. plures eliciebantur coniecturæ, & demonstrationes suadentes illa verba fuisse adiecta ad restringendum ad casum delicti tempus fruitionis vsusfructus concessi ad vitam, ne videlicet hoc eueniente casu vsusfructus in fiscum redigeretur, non autem ad limitandum fideicommissum inchoatum ex infra ponderandis in casu mortis.

Prima igitur coniectura resultare visa est ex præcepto dotandi ex vsufructu bonorum omnes fœminas in infinitum nascituras ex ipso Testatore, eiusque descendentes, quod vtique non posset habere locum, nisi eadem bona mediante perpetuo, & absoluto fideicommisso in ijsdem
1 descendentibus conseruentur, † vt in specie de similibus perpetuis oneribus bonis hæreditarijs iniunctis firmarunt Surd. *cons. 539. nu. 6* Mantic. *de coniectur. lib. 6. tit. 15. sub n. 12. vers. sed rursus*, Rota coram Eminentiss Otthob. *dec.*
2 *177. n. 21.* vbi de onere iniuncto dotandi puellas † singulis annis, & in his terminis aduertit Bursatt. *cons. 227. sub n. 49. vers. vigesimotertio*.

Secunda desumebatur ex prohibitione alienationis, & detractionis Falcidiæ, & Trebellianicæ, quæ vtpote vestita ratione, quia voluit bona ad eius posteros peruenire, & repetita post omnes substitutiones cum alia simili ratione, quia voluit illa remanere in perpetuum
3 in eius familia, & peruenire ad descendentes, † etiamsi dici possit adiecta consecutiuè ad casus, sub quibus vocatio substitutorum concepta legitur, adhuc negari non potest, quin iuncta cum alijs coniecturis deseruire valeat pro declaranda mente disponentis constituendi fideicommissum in casu obitus, sine quo bona ad posteros peruenire, & in familia in perpetuum remanere non possunt, vt præter allegatos in præterita *decis. §. accedente denique* firmauit Rota *dec. 47 per tot. part. 1. & dec. 135. n. 1. par. 8. rec.* coram Arguelles *dec. 16. nu. 29. & dec 28. nu. 118.* cum alijs relatis *in Firmana fideicommissi de Fulcbis 28. Nouemb. 1670. §. quoniam coram Reu. Patre D. meo Vicecomite*.

Tertia fuit deprompta ex illis verbis, *salua semper pro-*
4 *prietate*: † Si enim Testator voluit remanere saluam proprietatem per dictionem, *semper*, omnem casum, omneque tempus includens ex allegatis in alia *decis. § pro eius assumpti comprobatione*, pernecessè dicendum est ad
5 hoc, vt huiusmodi præceptum impleatur, † illius alienationem nunquam fuisse permissam, neque per consequens fideicommissum restrictum ad solum casum delicti, ad tradita per Ruin. *cons. 151. sub num. 7. vers. si vult igitur lib. 2.* Dec. *cons. 594. n. 7. & 8.* Peregr. *de fideic. art. 13. n. 77. & per* Rot. *dec. 467. nu. 12. part. 5. rec.* & coram Bich. *dec. 287. n. 12. & duobus seqq.*

Et huic coniecturæ annectitur alia clariùs demonstrans voluntatem controuersum, ponderando filios Testatoris non fuisse simpliciter institutos hæredes in bonis,
† sed dumtaxat in vsufructu donec naturaliter vixerint, 6
quæ restrictio vocationis ad vitam, maximè in solo vsufructu, & additis verbis, *salua semper proprietate*, † 7
nihil aliud importat, quàm grauamen ad restituendum post mortem, ea ratione, quia huiusmodi verba, & conditiones nonnisi fauore substitutorum apposita censeri debent, Soccin. Sen. *in l. cum auus numer. 25. & 26 ff. de cond. & demonstr.* Magon. *decis Flor. 52. numer. 4. & 5.* Peregr. *cons. 62. numer. 5. lib. 2.* & Aliograd. *cons. 48. nu. 21. lib. 1.* Istumque fuisse germanum sensum Testatoris patet ex legato ab ipso præcedenter relicto Francisco filio, ibi: Item iure legati reliquit D. Francisco eius filios &c. duas petias terræ &c. quoad vsumfructum donec vixerit &c. Et deindè voluit ipse Testator post mortem D. Francisci consolidari cum alijs bonis dicti Testatoris modo, & forma infrascriptis, & eo casu vsusfructus prædictus supradictorum bonorum, & petiarum terræ spectare, & pertinere debeat ad primogenitum masculum dicti D. Francisci, cum hoc, quod teneatur dare, & consignare quolibet anno medietatem d. vsusfructus dd. petiarum terræ, deductis expensis primogenito dicti Bonapartis alterius filij Testatoris, & sic in infinitum modo, & forma, de quibus infra in alio vsufructu, relinquendo infrascriptis eius hæredibus, & successoribus &c.

Ex hac enim expressa mente Testatoris ordinandi in vsufructu legato d. fideicommissum in casu obitus cum
declaratione, quod bona legata post mortem † legatarij 8
consolidentur cum alijs modo, & forma infrascriptis, bene deducitur idem voluisse ordinare quoad vsumfructum vniuersalem; tùm quia regulare est, quod vna pars te-
stamenti aliam quatenus dubiam † declarat, quando in- 9
ter vnam, & alteram nulla vrget disparitatis ratio, vt hic, *Text. in l. qui filiabus ff. de leg. primo*, Mantica *de coniect. lib. 6. tit. 13. n. 10.* Rot. coram Dunoz. Iun. *dec. 611. nu. 5. & in rec. dec. 410. n. 7. & 8. par. 14.*

Tùm etiam quia si voluit bona legata post mortem legatarij consolidari cum alijs bonis, indè resultat necessarium consequens etiam in istis voluisse grauare hæredem
post mortem, † ne alias per eorum alienationem facien- 10
dam, seù quæ fieri poterat in vita, impossibilis redderetur consolidatio demandata post mortem, ex ponderatis per Dec. *cons. 23. sub n. 4. vers. num vt ista voluntas*, & per Rot. coram Caualer. *dec. 481. pariter sub n. 4.* cum alijs supra relatis in tertia coniectura.

Quibus ita præmissis Domini non dubitarunt, quin verba testamenti in principio relata præseferentia casum delicti, & immediatè adiecta post illa verba, *donec naturaliter vixerint* censeatur apposita, vt supra dictum est ad restringendum ad eundem casum delicti tempus fruitionis vsusfructus concessi ad vitam, non autem ad limitandum fideicommissum iam inchoatum in casu mortis, vt patet ex ipso contextu verborum, vt probat ratio de contradictione euitanda quæ in præsenti foret manifesta; Si dicamus, prout dicendum suadet ipsa litera testamenti, fideicommittentem in casu abstentionis à delictis voluisse eius hæredes frui vsufructu donec naturaliter vixerint, salua semper proprietate, & sic grauare post mortem, ac in eodem casu ipsis permisisse alienationem
vsusfructus, † & proprietatis, prout contingeret si ad- 11
mitteretur restrictio grauaminis, & fideicommissi ad solum casum delicti, ad quam proinde contradictionem euitandam dicendum est grauasse hæredes, etiam in casu obitus per ea, quæ tradunt Paris. *consil. 53. nu 47. & tribus seqq. lib. 3.* Rota coram Cocc. *dec. 2283. n 59.* & coram Dunoz Iun *dec. 233. n. 4.*

Et huic intellectui adstipulantur nedum verba subsequentia ibi: Ita quod semper primogenitus dd. DD. Bonapartis, & Francisci succedat in dicto vsufructu, & sic in infinitum deueniat ad descendentes &c. pon-
derando clausulam, *ita quod*, † quæ siue stet ampliati- 12
uè, vt post alios voluit Paris. *consil. 90. num. 26. 27. & seqq. lib. 2.* siue declaratiuè, vt voluerunt alij, semper regulat præcedentem dispositionem, & in præsenti facti
specie per illas dictiones *semper*, † & *in infinitum*, omne 13
tempus, omnemque casum comprehendentes ex supra deductis, ac in specie aduertit Paris. *in loco mox citato*, ostendit voluntatem Testatoris substituendi eius descendentes, tam in casu delicti, quàm in casu obitus hære-
dum institutorum, cum alias eius intentio, † quod bona 14

ſemper, & io infinitum deueniaot ad primogenitos hæredum, eorumque deſcendentes effectuari noo poſſit, ve lo ſpecie dictæ clauſulæ ad rem firmat Deciao. *conſ.33.nu.94.lib.1.*& bene Rota coram Coccino *dec.267.n.7.& 8.dec.493.n.6.& 7.& dec.364.n.11.*

Verum etiam ex longa ſerie ſubſtitutlonum, qoas lpſe Teſtator in remotlſſimom tempus protraxit, nedum vocando omnes deſcendentes legitimos, & naturales, & deindè oaturales dumtaxat hæredum ioſtitutorum, verùm etiam poſt eorum lineam finitam ſubſtituendo proximiores de familia, & Caſata de Ghislerijs, eaque tam ex iatere maſculino, quàm fœmioino extincta, mandando eligi duos pueros nobiles eius nomine, & cognomine nuncupandos, addendo denique præceptum conficieodi inuentarium omnium bonorum, quod vna cum ipſo Teſtamento deponi voluit lo Archiuijs Bononiæ, & Venetiarum ad perpetuam rei memoriam, quæ omoia iuncta cum repetita declaratione, quod proprietas bonorum remaneat ſemper ſalua ad hoc, vt ſemper, & perpetuo deueniat abſque diminutione aliqua ad eius hæredes, & deſcendentes, & ſucceſſores prædictos, & infraſcriptos, vt habetur io Teſtamento per extenſum dato in præterita poſitione ſub litera F. quemadmodum demonitrant enim Teſtantis volnntatem conſulendi perpetuitati fideicommiſſi, & conſeruatiooi proprij nominis, & cognominis, ita nemo dixe-
15 rit fuiſſe inaniter, † & ſuperfluè excogitata, & diſpoſita
ad occurrendum ſolæ confiſcationi bonorum, dum pro euitanda ſatis fuiſſet vocare in caſu delicti deſcendentes hæredum inſtitutorum, vt poſt Alex. *conſil 23. lib. primo*, & alios ponderat in his terminis Burſat. *dicto conſilio* 227. *numero* 24.

Excluſa igitur ex his prætenſa reſtrictione fideicommiſ-
16 ſi ad ſæpè nominatum caſum delicti, † fruſtrà illa deſu-
mi prætendebatur ex verbis *tunc*, *& eo caſu*, & *caſibus prædictis* per ea, quæ tradit Rota *dec.419.n.6.par.5. dec.77. n.4.par.7. recentior.* & coram Eminentiſſ. Otthob. *dec.258.n.2.*

Nam concurrente veriſimili, & præſumpta, imò clara Teſtatoris voluntate, elicita ex tot coniecturis, & demonſtrationibus ſupra, & in alia deciſione ponderatis,
17 quæ io deciſionibus mox allegatis deficiebant, † non fuit
io dubium reuocatum, quio dicta verba prolata abſque dictionibus taxatiuis, ſtare dicantur demonſtratiuè, non autem reſtrictiuè, vt præter allegatos in alia *deciſione §. bis poſitis* firmauit Surd. *conſ.443. num.32.* Altograd. *conſ.76 num.75. lib. primo*, & quampluribus auctoritatibus, & deciſionibus cumulatis dixit Rota coram Coccino *deciſ.121. num.89. & 90.* quam reijciendo concluſionem in obiecto relatam ſequitur *dec.77.* io contrarium adducta *nu 38. & 39. parte 7. recen.*

Et ita vtraque &c.

Deciſ.278.io præcedenti tomo primo iſtius decimæ octauæ partis eſt in eadem cauſa.

R. P. D. RONDININO.

Farſen. Prædij.

Veneris 18. Martii 1675.

ARGVMENTVM.

Res iudicata, quæ poſt ſeruationem quatuor terminorum inducitur, euitari prætendebatur ex eo, quod ratione impedimenti, vt in Curia dicitur, *il nibil tranſeat*, appoſiti in Banco Curſorum, non potuerit proſequi cauſa; Verùm quia illud de facili remoueri poterat, nec de diligentijs conſtabat, hoc ipſum non ſuffragari deciditur, eo magis quod ſolùm contineret præceptum citandi partem, non autem quod ad vlteriora proſequi non poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Sententia tranſit in iudicatum, ſi poſt ſeruationem quatuor terminorum non docetur de appellatione, eiuſque legitima proſequutione.*

2 *Immiſſio, ſeu mandatum de immittendo rectè conceduntur poſt ſententiam in iudicatum tranſactam.*

3 *Apoſtolis teſtimonialibus datis, ſi commiſſio appellationis non fuit præſentata infra annum, ſententia facit tranſitum in iudicatum.*

4 *Validitas ſententiæ reſultat ex actis iuxta vulgatam deciſionem Vernlli.*

5 *Iuſtitia ſententiæ deducitur ex deciſionibus in cauſa factis, quæ eandem ſententiam præceſſerunt.*

6 *Nibil tranſeat, non continet niſi præceptum citandi partem ob euitandum illius præiudicium, quod alias ei contigere poſſet.*

7 *Nibil tranſeat poteſt de facili remoueri mediante citatione coram Eminentiſſimo Signaturæ Iuſtitiæ Præfecto.*

8 *Impedimentum quod facile remoueri poterat, non attenditur.*

9 *Impedimentum alias de facili remouendum, vt ſuffragetur, conſtare debet de diligentiis pro eo remouendo.*

DECISIO CCCCLXXV.

CONTENDENTIBVS Narduccio ex vna, & Ceratola ex altera parte ſuper manutentione in poſſeſſione controuerſi Prædij, Coſmus Paſqualis ad cauſam admiſſus ex remedio *vtilis Saluiani interdicti* Immiſſionem obtinuit præuia deciſione trigeſima Maij 1664. coram Reuerendiſſimo Domino Albergato Decano, à qua ſententia interpoſita, ſed non proſequta appellatione vigore mandati de immittendo capta poſſeſſione, atque ad loſtantiam illorum de Narduccis commiſſa cauſa ſuper bono Iure, de illo etiam ad effectum manutentionis fauore eiuſdem Paſqualis conſiare Rota pronunciauit præuijs deciſionibus vigeſima tertia Iunij 1670. & vigeſima ſeptima Iunij 1672. coram bon. me. Priolo.

Cum autem ob iterum non proſecutam in tempore appellationem, quam Narduccij ab hac ſecunda rotali ſententia interpoſuerunt, Dubium propoſuerim, An conſtet de re iudicata; De illa conſtare Domini reſponderunt.

Sicut eoim ln dubiom reuocari non poterat res iodicata reſpectu primæ ſententiæ Reuerendiſſimi Domi-
ol mei † Decani, dum fuerunt ſeruati ſoliti quatuor 1
termini ad docendum de appellatione, eiuſque legitima
proſequutione, de quibus cum aliquo modo doctum non
fuerit, † conſequenter ſententia in iudicatum tranſijt, 2
rectèque maodatum de immittendo illius vigore expeditum ſuit, Summario Paſqualis *numero primo*, *& ſecundo* iuxtà praxim, quam de iure comprobant Bartolus *in lege prima numero 9. in fine ff. nil nouari appellatione pendente*, Caſtrenſis *in lege Præſes numero 7. in fine*, *& ibi* Alexander *ſub numero 6. verſic. Et practica eſt, ff. de re iudicata*, Veſtrius *in praxi libro quinto capite* 10. Ridolphin. *in praxi parte prima capite decimo tertio numero 70. & num. 590.*

Ita pariter videbatur Dominis ſeotentiam bonæ memoriæ Prioli in iudicatum tranſijſſe, cum poſt ioterpoſitam appellationem, & datos ab lpſo Apoſtolos teſti-
moniales, † commiſſa non fuerit cauſa, & præſenta- 3
ta commiſſio intra aonum, prout hoc caſu requiritur, ad terminos Textus *in capit. cum ſit Romana de appellat.* Marcheſan. *de commiſſione parte ſecunda ſub titul. de Apoſtolorum petitione, & conceſſione numer. 55.* Scaccia *de appellat. quæſt.14. numero 2. & 60.* Ridolphin *in praxi parte ſecunda capit.13. n.162. & 163.* Rota coram Puteo *deciſ.361. libro ſecundo in correctis*, & coram Maotica *dec.121.*

Neque res iudicata euitari poterat ex nullitate, vel iniuſtitia ſententiæ, aut ex impedimento iotra annum

num ob nihil transeat appositum Banco Cursorum
ex iussu Eminentissimi Præfecti Signaturæ Iustitiæ ad
4 petitionem Pasqualis. † quia validitas benè deducebatur
ex actis, iuxtà vulgatum *decisionem Verulli* 260. *parte*
5 *secunda*, atque Iustitia deducebatur † ex decisionibus
huius Causæ, quæ Rotalem Sententiam præcesserunt,
6 & denique cum prædictum nihil transeat † non contineat
nisi præceptum citandi Procuratorem eiusdem Pasqualis
in Impetratione Commissionis ad euitunda præiudi-
7 cia, quæ illi contingere possent, † poterat facilè remo-
ueri, mediante citatione ab eodem Eminentissimo Si-
gnaturæ Præfecto demandata, vel adeundo ipsum Emi-
nentissimum Præfectum pro remouendo hoc præcepto,
8 ita vt non attendatur impedimentum, † quod facilè
9 poterat remouèri, nisi probentur diligentiæ † pro illo
remouendo, Barbos. *in dicto capit. cum sit Romana nu-
mer. 6. in fine de appellat.* Rota coram Verallo *decis.*
72. *parte secunda*, sanctæ memoriæ Gregorius Deci-
mus quintus *decis.* 501. *numer. primo*, Bichius *deci-
sion.* 665. *in fine*, repetita in *recentior. parte decima
decis.* 144.

Et ita, Pasquale Informante, & Narduccijs pluries monitis, Domini responderunt.

Infra hoc eodem Tomo, & sub die prima Iulij istius præsentis anni 1675. erit altera præsentis Causæ Decisio præsentis confirmatoria coram eodem Reuerendo Patre Domino Rondinino, quæ tamen non rem iudicatam, sed merita causæ concernit.

R. P. D. RONDININO.

Neapolitana Beneficij.

Lunæ 18. *Martii* 1675.

ARGVMENTVM.

Beneficia duplici reseruationi affecta non accessoriè, & consequutiuè, sed principaliter, & primariò, non cadere sub indultis Ordinarijs collatoribus etiam Cardinalibus concessis, in hac decisione tractatur ad eum casum, quo quis simul erat Prothonotarius Apostolicus, & Referendarius Signaturæ, de quorum itaque priuilegijs eorumque beneficiorum reseruatione, prout etiam de Conclauistis Pontificum plura in eadem decisione deducuntur, latius à sequenti Summario videnda.

SVMMARIVM

1 *Ordinarius habet in iure fondatam intentionem in collatione beneficiorum suæ Diœcesis.*
2 *Prouisus ab Ordinario repelli non debet, nisi clarè constet de reseruatione beneficij, maximè si sit reus, & possessor.*
3 *Reseruationum Beneficij quatuor species enumerantur, & quæ illæ sint.*
4 *Indulta conferendi beneficia reseruata Ordinarijs, etiam Cardinalibus concessa, quatenus comprehendant beneficia duplici reseruatione affecta.*
5 *Prouisio Ordinarii facta vigore indulti Apostolici non tollitur per simplicem reseruationem beneficii, nisi fuerit duplex, & coæqualis.*
6 *Reseruatio beneficii dicitur duplex, & coæqualis, si insurgit ratione Prothonotariatus Apostolici, & Referendariatus Signaturæ.*
7 *Prothonotariatus Apostolicus inducit reseruationem beneficii.*
8 *Referendariatus Signaturæ importat familiaritatem Pontificis, & inducit reseruationem beneficiorum.*
9 *Referendariorum Signaturæ Pontificis Constitutiones adducuntur.*
10 *Prothonotarii de numero participantium sunt etiam Referendarii Signaturæ.*
11 *Referendariatus, & Prothonotariatus in eadem persona simul concurrens, quam beneficii reseruationem importet.*
12 *Reseruatio duplex beneficii, si fuerit coæqualis, & non dispar, non comprehenditur in indulto Ordinariis, etiam Cardinalibus concesso.*
13 *Conclauistarum beneficia sunt Pontifici reseruata, & num.* 19
14 *Conclauistam aliquem esse constat, dum in Constitutione Pontificis inter conclauistas numeratur.*
15 *Reseruatio Conclauistarum olim ex sola familiaritate Papæ insurgebat, & num.* 17.
16 *Regula* 4. *Cancell. de reseruatione beneficiorum Conclauistarum ex Constitutione Pontificis hodie est perpetua.*
17 *Familiaritas Papæ dissoluitur per mortem ipsius Papæ.*
18 *Reseruatio beneficii per familiaritatem inducta, cessat per mortem Pontificis.*
19 *Reseruatio beneficiorum Conclauistarum hodie æquiparatur reseruationi apud Sedem.*
20 *Conclauistatus hodie constituit diuersam speciem reseruationis à familiaritate Pontificis.*
21 *Reseruatio beneficii conclauistarum hodie non expirat per mortem Pontificis.*
22 *in Indultis Ordinariis, etiam Cardinalibus concessa, quæ beneficia dicantur communiter excepta.*
23 *Possessio prouisi remanet nulla ex defectu facultatis conferentis beneficium.*
24 *Prouisus à non habente facultatem conferendi beneficium, non dicitur legitimus contradictor ad impediendam executionem literarum Apostolicarum.*
25 *Contradictor legitimus non dicitur ille, contra quem à principio concedi poterat immissio.*
26 *Taciturnitas possessionis alterius in beneficialibus non causat subreptionem ex stylo datariæ, & illius clausulis.*
27 *Gratia non vitiatur ob non expressam possessionem alterius nullam.*
28 *Decretum irritans inficit titulum, & possessionem.*
29 *Transumptum Bullæ cum requisitis Innocentianæ habetur pro originale.*
30 *Copiæ fides adhibetur in odium illius, qui præstitit impedimentum extractioni originalis.*

DECISIO CCCCLXXVI.

BENEFICIVM per obitum Metelli Talpæ vacans, quod Eminentissimus Caracciolus Archiepiscopus Neapolitanus tàm Iure Ordinario, quam vigore Indulti Pontificis Abbati Francisco Caracciolo contulerat, impetrauit Ioannes de Vrso, veluti Sedi Apostolicæ reseruatum, super cuius concessionis viribus vocato in Iudicium Prouiso ab Ordinario controuersi Beneficij Possessore literas Apostolicas Ioannis executioni demandandas esse DD. responderunt.

Posita enim iustificatione gratiæ, quoad Clericatum Ioannis, quoad vacationem, valorem, & alia
Summario eiusdem *numer.* 2. *cum sex seqq.* fuit solummodo
restricta difficultas ad reseruationem Pontificiam,
non comprehensam in amplissimo Indulto Eminentissimi
Archiepiscopi, Summario Abbatis Caraccioli *num.*
5. quia cum Ordinarius habeat in iure fundamentam
intentionem in Collatione omnium Beneficiorum suæ 1
Diœcesis, iuxta notissimos *tex. in can. omnes Basilicæ* 16.
quæst 7. *& in cap. ex frequentibus de Instit.* non nisi con-
cludenti reseruationis probatione † repelli potest Proui- 2
sus ab eo, reus, & possessor iuxta ea, quæ in his terminis
tradunt Simonett. *de reseruat. quæst.* 24. Gonzal. *ad regul.*
8 *Cancell. glos.* 11. *n.* 100 *& seqq.* Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.
primo n.* 257 *& seqq. & num.* 529. Barbos. *de Episcop. part.*
3. *allegat.* 57. *num.* 188. Rot. *in recent. par.* 3. *dec.* 604 *num.* 2

& 13. & par. 7. dec. 143. a primo, & 18. & par. 13. dec 266.
n. 25. cum duobus seqq. Caualer. dec. 266. n. 6. Duran. decis.
54. n. 4. & 5. Card. Cels. dec. 19. n. 13. Bich. dec. 221. n. 35. &
36. & passim in alijs.
3 Et cum quatuor sint species reseruationum, † quarum
prima realis oritur ratione rei, vel dignitatis, secunda
autem personalis, quæ oritur ratione personæ; Tertia
autem localis ratione loci, & quarta denique ratione
temporis, vt in proposito benè distinguunt Massobr. in
prax. habendi concursum prælud. 26. dub. 16. numero primo
Tondut. quæst. Beneficiar. par. 3. cap. 152. num. 17. atque de-
clarata antiqua opinione Felin. in cap. in nostra 32. col. 14.
vers. nota quod si Papa de rescript. præualuerit recentiorum
Iuris Peritorum distinctio, vt indulta conferendi Cardi-
4 nalibus, etiam Ordinarijs Collatoribus concessa, † facul-
tatem tribuant conferendi Beneficia non solum vnica re-
seruatione reseruata, sed etiam duplici, quarum tamen
altera sit accessoria, vel consequutiua, quia tunc repu-
tatur pro vna. vel potius sit diuersæ speciei, & dispar
5 ab altera, veluti cum vna est realis, & alia personalis; †
Hinc proinde dicebatur ad excludendam Prouisionem
Ordinarij Collatoris vigore Indulti Apostolici non suffice-
re reseruationem, nisi sit duplex & coæqualis, non au-
tem accessoria, atque eiusdem speciei, & non dispar iux-
ta celebre votum Vbaldi, & Verospij huius tribunalis Au-
ditorum impressa apud Gratian. discep. 982. nu. 12. & plu-
ribus seqq. quod vnanimiter posteà sequuti sunt Adden.
ad Greg. XV. dec. 291. sub num. 11. Tondut. quæst. Beneficial.
par. 2. cap. 2 § 5. num. 34. & par 3. quæst 152. num. 16. & re-
cedendo ab opinione, quam professus fuerat in discept.
278. num. 12. dixit Gratian. dicta discept. 982. nu. primo, &
12. Ricciu in collect. dec. 2956. Amayden. de Stylo Datariæ
lib. primo cap. 29. sub numer. 78. & 79. Gonz ad regul. octa-
uam glos. 13. num. 101. & glos. 53. num. 38. cum alijs per mo-
dernum Venusinum theatr. veritatis & Iustitiæ lib. 12. de Be-
nef. discurs. 3. sub num. 4. & 5. atque perpetuo dixit Rot. in
recent. par. 9. dec 350. num. primo & part. 13. dicta dec. 266.
num. primo & seqq. Dunoz. Iun decis. 632. numer. primo
Bich. decis. 221. num. primo Caual. dec. 628. num. 6. & in Ro-
mana Beneficiatus S. Ioannis in Laterano 11. Feb. 1669. §.
secundam coram Illustrissimo Beuilaqua Vrbis Gubernatore,
& 16. Iunii 1670. §. eum igitur, & passim in alijs; Atque
ad tollendam omnem discreptationem declararunt Vrba-
nus VIII. in eius constitutione 288. Bull. tom. 5. & Alexander
VIII. in Constit. edita in causa Bononien. Indulti cuius ver-
ba referuntur per Modernum Venusinum dicto discurs. 3.
num. 8.

Cæterum dicebant DD. Ioannem, qui alternatiuè
narrauit vacationem, siuè per obitum R. P. D. Pepæ,
siue per subsequutum obitum Metelli vltimi possessoris,
controuersi Beneficij ex vtroque capite reseruationem
sufficienter probasse, quamuis iuxta naturam alternati-
uæ satis fuisset vnam partem verificare, quia si attenden-
da est vacatio per obitum R. P. D. Pepæ, cum ille fue-
rit Protonotarius Apostolicus de numero participantium,
atque Referendarius vtriusque Signaturæ Summario
6 eiusdem Ioannis num 8. & 9 † clara est duplex reserua-
tio coæqualis, & non dispar ratione personæ insur-
7 gens, † tam ex Prothonotariatu iuxta extrauag. ad regi-
men. de præbendis, innouata in Regul. prima Cancellariæ,
& constit. 12. Sixti V. Bull. nouo tom. 2. quam ex Referen-
8 dariatu † ex quo pariter familiaritas Pontificia creatur,
9 † ac Beneficiorum reseruatio insurgit, iuxta Constitut.
23. Pauli Tertii & Constitut 21 Iulii Tertii Bull. nouo tom.
primo, & Constit. 41. Sixti V. Bull. nouo tom. 2. quæ Con-
stitutiones fauore Referendariorum innouantur, & am-
pliantur in Constit. 88. Alexandri VII. Bull. nouo tom 6. vt
bene explicat Gonzal. ad regul. octauam Cancellariæ glos.
51. num. 16. & 17. quarum vna dici nequit ad alteram con-
10 sequens, † cum Prothonotarij de numero participantium
sint etiam Referendarij vt in Constit. 12. Sixti V. §. 7. 15.
quia R. P. D. Pepe fuit prius Referendarius & postea
11 Prothonotarius, † ac ideò cum separatim; & distin-
ctè vtrasque dignitates acquisiuerit, & retinuerit, non
potest vna alteri accessoria dici, vt declarauit sa. me.
Alexander VII. apud Modernum Venusinum de Benef.
d. discurs. 3. num. 8. Rot. coram Royas decis. 100. numer.
15. sed veluti coæqualis reseruatio, & non dispar ra-
tione personæ ob familiaritatem, & seruitium Ponti-
12 ficis, † non comprehenditur in Indulto, vt in his termi-
nis probat votum Vbaldi, & Verospij communiter re-
ceptum apud Gratian. dicta discep. 982. in fine Adden. ad
Ludouisium dicta dec. 291. num. 10. Rot. coram Bich. dicta
dec. 221. num. primo cum duobus sequen. & in recentioribus
par. 13. dicta dec. 266. n. 2. & 3.

Si verò attendenda est vacatio ex persona Metelli vlti-
mi possessoris, quamuis in eius persona non concurrat
duplex reseruatio æquè principalis, atque eiusdem spe-
ciei, pro vt in casu superiori, concurrit tamen vnica re-
seruatio Conclauistatus, † cum Metellus interfuerit in 13
Conclaui, in quo creatus fuit gloriosæ in æuum memo-
riæ Clemens Nonus in Pontificem, vt in Constitutione
tertia eiusdem Pontificis Bull. nouo tom. 6. † in qua inter 14
alios Conclauistas Metellus annotatus reperitur, quæ
reseruatio ex Conclauistatu insurgens, † quamuis an- 15
tiquis temporibus, non aliundè insurgere videatur, quam
ex familiaritate Pontificis vigore regulæ quartæ Cancel-
lariæ † perpetuatæ per Constit. 58. Pauli V. Bull. nouo tom. 16
tertio à qua neque distinctam, neque nouam reseruatio-
nem aut magis priuilegiatam conclauistatus constitue-
bat, † sed iuxta familiaritatem regulabatur, atque ea 17
dissoluta per mortem Pontificis, † ista quoque cessabat 18
Sarnen. super reg 31. Cancellariæ quæst. 18. ad finem vers.
sed clarum est Garz. de Benef. part. 5. cap primo sub nu. 276.
Azor. institut. Morarius part. 2. lib. 6. cap 34. quæst. 10.
Spada cons. 31. numer. 16. & cons. 36. per totum, volumine
tertio Rot. coram Mohedan. dec. 33. de præben. & coram
Marc Andrea decis. tertia num. quinto & coram Seraphino
decis. 1231. per totum & in Hispalen. Præstimonii 11. Martii
& prima Iunii 1661. coram Verospio & 19. Iunii 1662. coram
bo. me. Emerix.

Quia tamen fæ. mem. Vrbanus VIII. pro declaratione
Indultorum Cardinalium beneficia Conclauistarum si-
bi specialiter reseruauit, † æquiparando hanc reserua- 19
tionem vacationi apud Sedem, vt in Constitutione 59.
eiusdem Pontificis bull. tom 4. quæ Constitutio successi-
uè confirmata fuit per san. mem. Innocentium X. &
Alexandrum VII. Clementem IX. & Sanctissimum D.
N. mediante regula nona Cancellariæ; Hinc visum est
DD. Constare de clara voluntate Summorum Ponti-
ficum, vt † Conclauistatus constituat diuersam speciem 20
reseruationis à familiaritate Pontificis, à qua non am-
plius reguletur; † neque ideo per Pontificis mortem ex- 21
piret, ità vt neque illa, neque familiaritas ipsius Pon-
tificis, neque vacatio apud Sedem, qui sunt tres ca-
sus, quos distinctè Vrbana Constitutio considerat, † 22
& quos deinde in concessionibus indultorum Pontifices
Exceperunt, secluso amplissimo Cardinalis Barbarini
Sac. Collegij Decani eiusdem Vrbani Nepotis, in quo
loquitur Rot. part. 12. dec. 14. in reliquis indultis Cardi-
nalium, quamuis cum amplissimis derogationibus am-
plius non comprehendantur, vt omnibus contrarijs res-
pondendo dixit Rota in Romana Canonicatuum 4. Aprilis
& 27. Iunii 1672. coram Reuerendissimo D. Albergato
Decano.

Ex his autem cessante titulo † ex defectu facultatis in 23
Cardinali Archiepiscopo conferente, vitiosa remanet,
& nulla possessio prouisi ab eo, † qui ad hunc effectum 24
non dicitur legitimus contradictor ad impediendam exe-
cutionem literarum Apostolicarum fauore Ioannis, † 25
contra quem ab initio concedi poterat immissio iuxta
tex. in cap. si à Sede de præbendis in 6. Rot. in recentiori-
bus parte 5. dec 603. num. 8. & par. 9. dec. 244. num 6 & par.
10. dec. 263. num. 10. Burat. dec. 608. num 8. & cum alijs in
Burgen. Beneficii 27. Ianii 1672. §. fin. & 14. Aprilis 1673.
Qua stante nullitate coram Reuerendissimo Castrill. Episcopo
Cadicen.

Non obstat, quod in literarum supplicatione Ioannes
non expresserit possessionem Abbatis Caraccioli, † quia 26
vel ex stylo Datariæ censetur hæc taciturnitas suppleta
ex clausulis apponi consuetis, vt explicat Gonzal. ad
regul 8. Cancell. glos. 15 §. primo nu. 66. & 67. vel non ideò
vitiatur gratia, † cum possessio Abbatis Caraccioli esset 27
nulla tam de iure, quam de facto ob decretum irritans in
Constitutionibus Pontificis adiectum, † quod inficit ti- 28
tulum, & possessionem Gonzal. ad dictam reg 8. glos. 67.
n. 29. & seqq. Rot. coram Mantica dec. 40. n. 8. & in recent.
par. 5 dec. 48. n. 2. & 3.

Neque pariter obstat, quod Bulla Originalis produ-
cta non fuerit, † quia visum est sufficere transumptum, 29
cum requisitis Innocentianæ cum subscriptione Emi-
nentissimi Prodatarij, & alterius Officialis Datariæ
ad hoc

ad hoc specialiter deputati mihi pariter exhibitum in
30 odium illius, † qui impedimentum præstitit ex ratione
tex. in cap. quoniam frequenter §. porro vbi glos. Verbo impedit vt lite non contest. Rota coram Seraphino *dec. 1094. n. 3. cum similibus.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CALATAIV.

Meleuitana Parochialis.

Lunæ 18. Martij 1675.

ARGVMENTVM.

Cum à mala relatione examinatorum fuisset appellatum, ideo quæritur an in eo casu esset necessarium docere de grauamine, quod sub distinctione resoluitur, illud nempe non requiri, si simpliciter agatur de sola prouocatione præelecti ad nouum examen, secus autem vbi infirmari prætenditur electio Episcopi.

SVMMARIVM.

1 *Reiectas ab examinatoribus potest à mala electione appellare, & præelectum prouocari ad nouum examen, & num. seqq.*

2 *Examen nouum in beneficialibus coram iudice appellationis, eiusque examinatoribus faciendum est, & num. 6. & 7.*

3 *Appellari quatenus possit ab irrationabili iudicio Ordinarii non docto de grauamine, & num. seqq.*

4 *Constitutio Beati Pij V. in 33. tom. 2. Bullarii super electione ad beneficia Parochialia traditur, & declaratur, & num. seqq. ac per tot.*

5 *Appellatio licet requirat grauamen, illud tamen non est necessarium, vbi reclamatur à mala relatione examinatorum, & numer. anteced. & seqq.*

8 *Insula Maioricæ longius distat ab Vrbe insula Melitensis.*

9 *Decisiones, quarum in causis militat particularis ratio, non possunt allegari pro regula generali.*

DECISIO CCCCLXXVII.

IN concursu plurium oppositorum ad Parochialem Ecclesiam Oppidi de Casal Zebug Meleuitanæ Diocesis nuper vacantem per obitum Seraphini Facinia, Ordinarius Meleuitanus præelegit Dominicum Parium, à qua præelectione Paulus Lamagna, & Consaluus Dimegh pariter approbati in dicto concursu, causam appellationis mihi committi curarunt. Vnde dato dubio an sit concedendum nouum examen in Vrbe, fuit affirmatiue resolutum.

Ipsi enim fundatam habent intentionem in constitutione Beati Pij Quinti quæ est in ordine Bullarij la
trentatre tomo secundo iuxta quam ille, qui fuit re-
1 lectus, potest ad Sedem Apostolicam à mala electione
appellare, & præelectum prouocare ad nouum examen
2 † coram Iudice appellationis, eiusque Examinatoribus,
ita tenuit Rota *dec. 5. & dec. 24. coram bonæ memoriæ Cardinali Celso.*

Neque obstat, quod donec non constat de irrationabili præelectione, standum sit Iudicio Ordinarij.

Quia licet alias Rota dubitauerit, an non docto de grauamine posset appellari ab irrationabili Iudicio Ordina-
3 rij, † nihilominus contrarium tenuit visis dictis resolu-
tionibus Sacræ Congregationis Concilij, vt videre est in dictis decisionibus coram dictæ bonæ memoriæ Cardinali Celso, & hanc opinionem sequuntur etiam *Reuerendissimus Fagnanus in cap. cum te n. 35. de ætate, & qualitate* Barbosa *de Paroch. parte prima cap. 2. n. 148. & seq.* Pignatel. *consult. 117. n. 13.*

Et ratio est, quia hodie non agitur de infirmanda ele-
ctione ipsius Episcopi, † quo tantum casu dicta Consti- 4
tutio Beati Pij Quinti disponit, constare debere de irrationabilitate, vt patet ibi, & constito de prioris eligentis irrationabili iudicio, eoque prouocato Parochialis ma-
gis idoneo conferatur, † sed solum de prouocatione præ- 5
electi ad nouum examen, pro qua dicta Constitutio nullam irrationabilitatis probationem requirit, vt ex verbis, ibi: Possint ij, qui reiecti fuerint à mala electione ad Metropolitanum, aut si exemptus fuerit ad viciniorem Ordinarium, &c. aut alias ad ipsam Sedem Aposto-
licam appellare, aut præelectum ad nouum examen † co- 6
ram ipso appellationis Iudice, & eiusque Examinatoribus prouocare.

Non obstat, quod propter distantiam loci, & periculum itineris maritimi Examen committendum sit in partibus non autem in Vrbe.

Quia verba dictæ Constitutionis Beati Pij Quinti sunt
nimis clara, † quod examen sit faciendum coram Iudice 7
appellationis, vt ex verbis supra relatis, & in fortioribus
terminis Insulæ Maioricen. † longiùs distantis quam Insu- 8
la Meliten. resoluit Rota in supradictis decisionibus coram dicto bonæ memoriæ Cardinali Celso.

Nec in contrarium faciunt decisiones coram *Arguelles*
109. & aliæ in contrarium allegatæ; † Quia loquuntur, 9
vel de beneficijs simplicibus, vel de beneficijs Calaguritanis, in quibus propter indultum sanctæ memoriæ Clementis Octaui militat particularis ratio.

Et ità vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. CALATAIV.

Bononien. Fideicommissi Caroli de Pepulis.

Veneris 18. Martii 1675.

ARGVMENTVM.

Materia repræsentationis latè in hac decisione tractatur, prout etiam quod in fideicommissis attendatur proximitas grauati, & non grauantis, vt semper Rota nostra seruare consueuit, quidquid alij senserint, nisi contraria concurrat testatoris voluntas, plura etiam de discretiua loquutione in medium sunt adducta.

SVMMARIVM

1 *Filius repræsentans personam patris, constituitur in æquali gradu, & concurrit cum patruo, licet agatur de succedendo transuersali.*

2 *Repræsentatio non admittitur, vbi agitur de succedendo pro patruo, non simpliciter patruo, & vide num. seqq.*

3 *Proximitas grauantis tunc solum in fideicommissis attenditur ex opinione Rotæ, quando apparet de voluntate testatoris.*

4 *Proximitas in dubio intelligitur, non iure sanguinis, sed iure intestatæ successionis.*

5 *Vocatio facta de proximioribus agnationis, de quibus personis intelligatur, & num. seqq.*

6 *Verba in testamentis non debent esse otiosa, & superflua.*

7 *Relatio fit ad proxima, non autem ad remota.*

8 *Testator eo modo, quo descendentes instituit in fideicommisso vniuersali, eodem prorsus modo eos succedere voluit in fideicommisso particulari.*

9 *Proximitas grauati, & non grauantis magis attenditur, si testator vocauit promiores in casu remotissimo.*

10 *Discretiua loquutio non attenditur in diuersa oratione, & diuersis personis.*

11 *Discretiua loquutio tunc solum procedit, quando*

vtraque dispositio est clora, secus autem si sit dubia.

12 *Testamenti vno pars declarot aliam, & quando.*

13 *Proximitos grau ti non attenditar vbi fieri debet transitus ad aliam lineam, & vid. num. seq.*

14 *Testator si vocauit descendentes in infinitum, perpetuitatem voluisse, eamque considerasse dicitur.*

15 *Repræsentatio non datur in fideicommissis particularibus.*

16 *Repræseutotio non admittitur vltra filios primi gradus, & quando.*

DECISIO CCCCLXXVIII.

SVFFECTVS in locum bon. mem. Prinli propo-
fui dubium An sit standum, vel recedendum à decisia
iubdiebus 15. Innij 1671. & prima Iulij 1672. & DD. in
decisis persistendum esse dixerunt moti ex eisdem rationi-
bus in dictis decisionibus adductis, quod scilicet eo ipso,
quod Franciscus decessit sine filijs, Marchio Guidus Ne-
pos veniat immittendus in possessionem Palatij pro indi-
uiso, & æqualiter cum Marchione Camillo dicti Franci-
sci fratre, ea ratione quia repræsentando personam sui
1 Patris, † coostituitur in æquali gradu, & concurrit cum
patruo licet agatur de succedendo transuersali, vt disponi-
in Auth. cessante, & Auth. post fratres C. de legit. hæred.
et in §. Si igitur il secundo in fine Auth. de hæred. ab intest.
veaien. cum alijs adductis in proposito in dictis decisio-
nibus.

Nec obstat, quod attenta persona Carnli fideicommit-
tentis non versemur in successione Patrui, sed Propa-
2 trui, † in quo repræsentatio non admittitur, vt pro-
baot plures cumulati ab Informantibus pro Camillo,
quia omnes se fundant ex ea ratione, quod in fideicom-
missis atteodatur proximitas grauantis, quam Rota no-
3 stra non sequitur, † nisi quando appareat de voluntate
Testatoris, vt videre est coram Buratt. *dec. 107. per tot.*
& coram Eminentissimo Otthob. *dec. 21. et dec. 35. et in*
Eugubina Fideicommissorum 23. Februarii, et 8. Iunii 1674.
coram R. P. D. meo Bourlemont. Sed potius sequitur ratio-
nem contrariam, quod in dubio proximitas intelligatur
4 non iure sanguinis, † sed iure intestatæ successionis ex al-
legatir in *prima decisione §. Nec aliter.*

Talis autem voluntas non benè elicitur ex eo, quod
Testator defectis descendentibus masculis Francisci voca-
uerit (sunt verba Testamenti) *li più prossimi dell' Agna-*
tione di detto Testatore. Quia vt aduertit dicta prima de-
cisio ea verba *di detto Testatore* non referuntur ad proximi-
5 tatem; † sed ad agnationem ad demonstrandum de qua
agnatione Testator senserit, seù potius ad excludendos
Cognatos, vt in specie considerant Gamm. *decis. Lusitan.*
7. num. 3. et 7. Mieres *de Maioratu part. 2. quæst. 8. numer. 8.*
Vasq. *de success. progress. parte prima lib. 3. §. 26. numer. 10.*
alias si respexisset ad proximitatem suam ea verba, *dell'*
6 *Agnatione*, essent otiosa, & superflua, † quod in testa-
mentis de facili non est admittendum *l. si quando in princ.*
ff. de legat primo Roman. *consil. 36. num. 7.* Natta *cons. 484 n.*
7 30. & est regulare, vt relatio fiat ad proxima, † non ad
remota Rota coram Merlin. *dec. 420. in fine & dec. 98 n. 11.*
par 8 recent.

Imò hic concurrit voluntas contraria aduertendo, quod
Testator in fideicommisso vniuersali æqualiter dilexit
Camillum, & Guidonem eos æqualiter instituendo,
8 † vnde etiam in hoc fideicommissu particulari constitu-
to super Palatio eos pariformiter voluisse succedere di-
cendum est Menoch. *consil. 124. num. 76. et cons. 357. num.*
11. et in tract. de præsumpt. lib. 4 præsumpt 95. num. 33. Al-
tograd. *cons. 67. numer. 5. lib. primo* Vrceol. *consult. forens.*
cap. 12. num. 43. Clarius dum proximiores vocauit in casu
remotissimo nempe in defectu descendentium in infini-
tum masculorum legitimorum, & naturalium, nec-
9 non legitimatorum dicti Francisci, † tunc enim eo ma-
gis de proximitate grauati sensisse præsumendum est Rota
dec. 72. nu. 5 part. prima diuers. & coram Buratt. *dec. 744.*
num. 8. et 14.

Nec refert, quod in fideicommisso vniuersali discretiuè
vocauit proximiores vltimi descendentium, tum quia
10 argumentum discretiuæ locutionis nihil operatur, † quan-
do agitur de diuersa oratione, & de diuersis personis
Rota *dec. 574. num. 11. part. 4. rec. Add. ad* Gregor. *decis.*
301. *num. 18. et decis. 229. num. 7. coram Card. Celso*; Tum
quia procederet, quando vtraque dispositio esset clara,
† secus vbi vna sit dubia, nam tunc intrat regula, quod 11
vna pars Testamenti † alteram declarat *l. qui filiabus ff.* 12
de legat. primo Mantic. *de coniectur. lib 6. tit. 15. num. primo*
Rota coram Dunoz. Iun. *decis. 611. num. 5. et dec. 123. num.*
32. part. 14. rec.

Minus vrget, quod vbi fit transitus ad diuersam lineam
† non sit attendenda proximitas grauati, vt tenuit Rota 13
decis. 607. num. 5. part. 2. et decis. 519. num. 13. part. 5. rec.
et in Bonon. Fideicommissi de Blaaconis 1661 et 1662. coram
R. P. D. meo Taia † Quia non procedit vbi Testator consi- 14
derauit perpetuitatem vocando descendentes in infinitum,
vt huic obiecto respondit Rota coram Buratt. *dec. 682. nu.*
6. et decis. 744 num. 12

Pro vt admissum non fuit alterum obiectum, quod in
fideicommissis particularibus non sit locus repræsentatio- 15
ni, vt tenet Paschal. *de viribus Patr. potest. par. 4. cap. 9. n.*
27. quia contrarium de iure verius esse probant Molin. *de*
Primog. lib. 3. cap. 7. n. 20. Castill *contr. Iur. lib. 3. cap. 19. n. 214.*

Parimodo verum non est, quod si attendenda sit pro-
ximitas grauati, destructa remaneat illa propositio pas-
sim à Rota recepta, quod in Tranuersalibus non detur
repræsentatio vltra filios primi gradus, † quoniam ea ve- 16
rificari potest, vbi grauatus non reliquit personas in
gradu repræsentabili, veluti pronepotes, abnepotes, &
alios vlteriores Consanguineos, vt respondet Vrceol. *con-*
sult. forens. cap. 12. num. 16. et seqq.

Reliqua repetita circa indiuisibilitatem Palatij, & ac-
ceptationem sententiæ, sublata remanent in dictis decisio-
nibus coram bon. mem. Prioloquarum fundamenta Ite-
rum Dominis placuerunt Vtraque, &c.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Pisauren. Indulti.

Veneris 22. Martii 1675.

ARGVMENTVM.

Ob fauorem publicum, quod ex matrimonio resultat, derogari prætendebatur, mediante rescripto Sanctissimi, voluntati viri defuncti super præcepto vxori vsufructuariæ iniuncto, de non transeundo ad secundas nuptias, cumque istius articuli cognitio iudicio Rotæ fuisset remissa, bis negatiuè resolutum est, & fauorem publicum non intrare decisum, quod solum consistit in eo, quod mulieres nubant, non autem quod, maiorem, vel minorem dotem habeant; Maximè quia mulier etiam sine vsufructu relicto, iam fuerat competenter dotata.

SVMMARIVM.

1 *Rescripta Principum ita interpretari debeat, vt ex eis constet, qualis fuerit meat concedentis, & num. 5.*

2 *Matrimoniis fauor publicus à legibus indulgetur, & qualis ille sit num. seqq. & per tot.*

3 *Vtilitas publica quoad matrimonium in eo solum consistit, ne mulieres defectu dotis non nubant, non autem quod maiorem, vel minorem dotem habeant, & num. 2. cum seqq.*

4 *Voluntates defunctorum suam executionem habere, publicè interest.*

5 *Rescriptum Principis recipit interpretationem à precibus, & sup. num. primo.*

6 Matri-

6 *Matrimonium quatenus respiciat publicam vtilitatem, ad hoc vt illius ratione possit derogari voluntati defuncti.*

7 *Dubia in Rota non recipiunt in abstracto, sed in concreto casus controuersi.*

8 *Derogatio voluntatis defuncti non præsumitur concessa à Principe sine vlla causa, & cum præiudicio tertij, & num. 12.*

9 *Ius quærendum proueniens ex testamento dicitur ex causa de præterito, & ideo reputatur considerabile, ac radicatum.*

10 *Ius licet quærendum habetur pro iure quæsito, quoties prouenit ex causa de præterito iam in esse producta.*

11 *Ius proueniens ex testamento, quamuis respectu alterius sit ius quærendum respectu tamen defuncti semper est ius quæsitum.*

12 *Papa, seu Princeps non præsumitur derogare voluisse voluntati defuncti sine rationabili causa, & supr. num 8.*

13 *Præceptum testatoris, & viri iniunctum vxori hæredi de non transeundo ad secunda vota, non dicitur odiosum, & pœnale.*

14 *Pœnæ inductæ à lege secundo nubentibus dicuntur odiosæ & ideo Princeps solet de facili illis derogare.*

D E C I S I O CCCCLXXIX.

PERSTITERVNT Domini in decisis coram me 10. Decembris 1674. nam præmisso, quod Iacobus, & filij de Lapis ad impediendam relaxationem gratiæ exposuerunt Sanctissimo D. Nostro, Franciscam illorum respectiuè filiam, & sororem hauere in pregiuditio degli Oratori estorto dalla S. V. vn'Indulto di poter ritenere l'vsufrutto di detta heredità anche rimaritandosi, cul supposto obrettitio di trouarsi in età fresca, dal quale V. B. hà verisimilmente considerato, la procreatione della prole, da che la Vedoua sudetta pretende di dedurre il fauor publico, non ostante che il detto motiuo cessi non meno dal fatto, per esser ella per età, e per tempo veramente inhabile, e moralmente impossibilitata alla prole, che dalla dispositione giuridica, da cui non si considerà il ben publico à questo effetto ne' matrimonij di persone priuate, e particolarmente nelle seconde nozze, e con subrettione frà l'altre, per hauer taciuto l'interesse del Padre.

Et præmisso etiam, quod Sanctitas Sua post deputatam desuper Congregationem, quæ materiam examinaret, illam deinde, præuia declaratione, quod vltra alias literas expressas considerauit causam matrimonij, & in ordine ad Patrem, de quo in precibus nulla fuit facta mentio, remaneant illæsa Iura, prout de Iure, remisit ad Rotam cum ordine disputandi dubium: An constet de Causa publica, & de præiudicio Patris; Hinc desumendu ex ipsismet præcibus qualis fuerit mens Sanctissimi circa examen
1 faciendum super existentia publicæ causæ, † prout volebant Scribentes pro Francisca *ex text. in l. prima C. de diuers. rescript.* cum traditis per Rota *decis. 276. num. 8. part. 11. recent.* Apertè eiicitur ex tenore earundem, duo voluisse ad hunc effectum examinari, Alterum an Francisca sit constituta in ætate habili ad concipiendum, ac Alterum an matrimonium de quo agitur contrahendum inter priuatas personas dicatur adeo respicere publicam vtilitatem, vt eius intuitu derogari debeat voluntati Testatoris & Iuris tertij, vt patet ex illis verbis *da che la Vedoua sudetta pretende di dedurre il fauor publico, non ostante che il detto motiuo cessi non meno dal fatto, &c. che dalla dispositione giuridica, da cui non si considera à questo effetto ne matrimonij di persone priuate, e particolarmente nelle seconde nozze, &c.* & comprobant rationes adductæ *in vltima decisione §. quia dum Sanctissimus.*

Quo posito quidquid sit de habilitate Franciscæ ad generandum, super qua discordes fuerunt Dominorum sententiæ, adhuc illa etiam admissa, dicebatur non constare de causa publica.

Quia vt dictum fuit in alia decisione fauor publicus à legibus indultus matrimonijs priuatarum personarum, tanquam directis ad procreandam sobolem concessus legitur non adhoc, vt mulieres cum minori, vel maiori dote diui-
2 ti, † vel pauperi nubant, sed simpliciter adhoc ne ex illius defectu innuptæ remaneant, vt patet ex litera *text in l. prima, ff. solution. matrimon.* ibi cum dotatas esse mulieres ad sobolem procreandam impiendamque liberis ciuitatem maximè sit necessarium, cum ibidem *not. per gloss. & scribentes*, & benè Paitell. *decis. 33. numer. 60. & seqq. iuncto numer. 75.* ibi sed simpliciter necessitati dotandi ratione publicæ vtilitatis, quæ tunc est quando nihil habet filia, & *numer. 78. ibi* sed tantum vtilitas publica, † quæ in eo, vt 3
supra diximus stat ne mulieres occatione defectus dotis non nubant.

Quæ ratio cum cesset in Francisca abunde dotata in summa scut. 7. mil. plusquam congrua ad reperiendum Virum condignum, & consulendum publicæ vtilitati procreationis filiorum, esset omnino absurdum ad explendam auiditatem, † quam ipsa præsefert retinendi pingue patri- 4
monium, & sic ob eius dumtaxat priuatam vtilitatem euertere cum Tertij præiudicio supremum viri præiudicium, quod publicè expedit exequutionem habere, vt literaliter ait *text. in l. 5. ff. quemad. test. aper.* Et cui proinde derogari non debet, quando vt hic publicè vtilitati aliter consuli potest ex adductis *in prima decis. §. minus releuare, & in secunda §. præceptum tamen.*

Neque aliquid valuit apud Dominos repetitum obiectum, quod huiusmodi consideratio vti egrediens limites dubij transmissi concepti per verba an constet de causa publica, non autem An causæ publicæ aliter consuli possit, sit recipienda tanquam extranea à mente Sanctissimi, dum ipse non obstante notitia habita de dote Franciscæ potuit, & voluit dispensationem concedere.

Quia obiectum sublatum remanet ex supra relatis precibus porrectis à Iacobo, & filijs de lapis, in quibus cum fuerit expositum de Iure non considerari bonum publicum in matrimonijs priuatarum personarum ad effectum de quo 5
agitur, ibi *Che dalla dispositione Iuridica da cui non si considera il ben publico à questo effetto ne matrimonij persone priuate;* Hinc retento Iuris exiomate supra firmato, & admisso à scribentibus pro Francisca; Quod Principis rescriptum à precibus interpretationem recipiat, clarè patet Sanctissimum voluisse pro resolutione dubij examinari ea omnia, quæ ostendere valeant, An ad effectum de quo agitur, nempe derogandi voluntati Testatoris cum Tertij præiuditio, matrimonium controuersum de Iure respiciat bonum publicum, & per consequens si potuit, noluit dis- 6
pensationem concedere, vel concessam relaxare, nisi quatenus omnibus facti circumstantijs insimul perpensis atque 7
discussis iuxta stylum nostri Tribunalis concipiendi dubia non in abstracto, sed in concreto casus propositi, vt aduertitur coram Bich. *decis. 370. numer. 13.* Eam concedendam, seu relaxandam esse duxerit Rota, ne alias dicamus voluisse iustissimum Pontificem derogationem concedere 8
absque vlla causa, quod in dubio nunquam præsumitur Valenzuel. *cons. 69. n. 26.* Eugen. *cons. 1. n. 88. & seqq. lib. 1. &* Tap. *decis. 5. n. 52. & seqq.*

Minoris ponderis fuit habitum alterum obiectum, nimirum authoritates firmantes non esse concedendas derogationes ex causa publica, † quando illi aliter 9
consuli potest, loqui in casu tollendi ius quæsitum ex contractu, vel auferendi alicui rem propriam, quæ propterea non applicari dicebantur præsenti hypothesi in qua agitur de tollendo ius quærendum, vel competens in spe, quod etiam sine causa posse à Princi- 10
pe tolli deducebatur ex Ruin. *consil. 189. numer. 16. lib. 2.* Altograd. *consil. 49. numer. 36 lib. 2* alijsque exemplis relatis *in decision. 93. part. 10. & decis. 408. part. 12.* & signanter ex Indulto concesso Cammillæ Gaetanæ retinendi proprietatem legati scut. 10. mil. relicti à primo Viro, & legitimæ sibi obuentæ per mortem filiæ, quam transeundo ad secundas nuptias erat amissura.

Quia vltra, quod respondebant informantes etiam 11
ius quærendum proueniens, † vt hic, ex Testamento & sic ex causa de præterito, dici adeo considerabile, & radicatum ex Cranett. *cons. 749. num. 6. & seqq.* Menoch. *cons. 42. numer. 7* Molin. *de Primogen. lib. 1. cap. 8. numer 31. & lib. 3. cap. 3. numer. 14.* Dunozet. Iun. *decis. 737. numer. 5.* Vt de eo iudicari debeat, † quod de iure quæsito iuxta notata per Crot. 12
in l. omnes Populi n. 73 ad med. alias n. 132. vers. & sic puto vtramque, ff. de Iust. & Iur. & cons. 269. n. 9. & seqq. Cyriac. *contr. 319. num. 12. & seq.* Add. ad Molin. *de Primog. lib. 1. c. 8. n. 28. vers. & cum authore*, & optimè Autun. *de don. reg. c. 11. n. 73. & seq.*

Adhuc quidquid sit de huiusmodi responsione, tolli videbatur obiectum tum quia etiam si respectu liiorum de

lapis agi dici posset de Iure quærendo nihilominus respectu
13 testatoris cuius voluntati derogari prætenditur agi dicitur
de Iure quæsito, vt benè obseruat Dec. *cons. 357. nu. 8. vers. non obstat dum dicitur* Couar. *var. resol. lib. 3. cap. 6. num. 6. & sub n. 9. vers. tertio deducitur, & vers. nec principale Add. ad* Merlin. *lib. 1. cap. 8. n. 28. vers. & ratio*.
Tum etiam, & certius quia ius non consistit in eo, quod
agatur de iure quærendo, vel quæsito, sed in eo, quod
14 constet de causa publica, † sine qua non præsumitur vo-
luisse, neque certè voluit ex præmissis Summus Pontifex
derogare, & de ea non constare patet ex supra deductis.
Et ex hac ratione inutilia remanent exempla dispensa-
tionum ex Ruin, & decisionibus præallegatis desumpta
ad comprobandam potestatem Principis derogandi absque
15 causa, † quæ vlterius ob casuum diuersitatem, & ratio-
nes non applicantur præsenti hypotesi in qua agitur de de-
rogando præcepto testatoris nullatenus odioso, & pœnali
vt fuit animaduersum in vltima decisione sub §. *quia fauor*
Dispensatio vero concessa Camillæ Gaetanæ, quæ vti ma-
gis punctualis, & materiæ quæstionis adaptabilis affere-
batur, inapplicabilis visa est tam in facto, quam in
Iure.
In facto, quia illam Pontifex concedere profitetur ex eo,
quia eadem Cammilia absque retentione dictæ proprieta-
tis, non poterat virum condignum reperire, quod deficit in
præsenti.
In Iure, quià per eam non violabatur mens Testatoris,
sed occurrebatur dumtaxat pœnæ indictæ secundo nuben-
tibus per dispositionem *l. fœminæ C. de secund. nupt.* cui
16 tanquam pœnali, & odiosæ Princeps solet facilius derogare
vt in specie aduertit Altograd *in consilio exaduerso alleg. 49. num. 41. lib. 2.*
Minus denique obstare visa sunt ea, quæ repetebantur
ad excludendum præiudicium Patris, quia sublata rema-
nent ex responsionibus datis in postrema decisione cum
quibus hodie Domini transierunt.
Vtraque parte informante, &c.

Aliæ binæ decisiones in hac causa emanatæ habentur impressæ in alio præcedenti tomo istius decimæ octauæ partis recentiorum, vbi sunt in ordine 360. & 386.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Bononien. Fideicommissi.

Veneris 22. Martii 1675.

A R G V M E N T V M.

Quamuis filius illegitimus per ingressum Monasterij legitimitatem, acquirat, & omnem à se impuritatis maculam remoueat, non ideo tamen iura successionis consequitur, siue ad effectum succedendi, siue etiam impediendi alteri vocato purificationem sui fideicommissi.

S V M M A R I V M.

1 *in Conditionalibus nudum factum attenditur.*
2 *Succedere aliquem non posse, & adhuc impedire purificationem fideicommissi in fauorem alterius nullum dicitur inconueniens.*
3 *Religiosus non succedit, si fuit expressè à testatore exclusus, & reiectus.*
4 *Filij positi in conditione cum qualitate legitimitatis non admittuntur, nisi eadem qualitate potiantur.*
5 *Illegitimitatis qualitas per ingressum Monasterii abstergitur.*
6 *Filius per ingressum Monasterii efficitur legitimus, & ius successionis acquirit, non secus ac si Curiæ Principis fuisset oblatus.*
7 *Legitimus efficitur, & ius succedendi habet, qui Curiæ Cæsaris, vel alterius supremi Principis est oblatus, & quare num. 6 cum seqq.*
8 *Religiosus non obstante defectu natalium, adhuc reputatur dignus inseruire Altissimo in statu Sacerdotali, & num. seqq.*
10 *Religiosus illegitimus per ingressum Monasterij non efficitur habilis ad succedendum, vel impediendum purificationem fideicommissi in fauorem alterius, & n. seqq.*

D E C I S I O CCCCLXXX.

PER obitum sine filijs masculis legitimis, & naturalibus
Co: Roderici de Pepulis vltimi hæredis grauati, & fi-
lij Co: Elisabetthæ Bouiæ prætendentes Moniales Beatæ
Mariæ Angelorum fuisse ad earundem fauorem purifica-
tum fideicommissum sub hac conditione ordinatum ab ea-
dem Elisabetta in testamento condito de anno 1622. petie-
runt immissionem super bonis fideicommissarijs detentis
ab hærede d. Co: Roderici, qua per sententiam Iudicis de
partibus denegata, causaque per appellationem ad Rotam
deuoluta, proposui dubio; An constet de fideicommisso ad
fauorem Monasterij hodie per DD. affirmatiuè resolu-
tum.
Illius enim existentia non fuit in dubium reuocata, &
paret ex lectura testamenti, purificatio vero, super qua
tota cadebat controuersia, quamuis ab hærede dicti Co:
Roderici, & Marchione Camilio de Pepulis litis principa-
li defensore impugnarent, ex eo quia adhuc supersit P.
Thaddeus Monachus Oliuetanus ass. filius qu. Co: Al-
phonsi, vnius ex tribus filijs à Testatrice hæredibus insti-
tutis.
Nihilominus quidquid sit de filiatione pro nunc à Mo-
nialibus non controuersa, & quidquid etiam sit, an idem
P. Thaddeus, quatenus esset legitimus, † posset non ob- 1
stante literali exclusione Religiosorum in testamento con-
tenta impedire purificationem conditionis sub qua Monia-
les substitutæ leguntur ex ratione, quia cum in conditiona-
libus merum factum attendatur dicebatur non esse incon- 2
ueniens, vt quis earum purificationem impediat, etiam si
non succedat *decis. 151. num. 2. par. 3.* Carill. *decis. 266. num. 20. & seqq.*
Cui tamen obiecto pro parte Monasterij replicabatur
testatricem posuisse in conditione eosdem filios antea in 3
dispositiua vocatos, non autem religione addictos, quos
expressè à successione reiecerat *dec. 237. num. 4. 5. & 16. par. 5. dec. 422. n. 3. dec. 519. num. 20. par. 13. & in puncto* Bich. *dec. 343. num. 17.*
Adhuc istis omissis cessare DD videbatur difficultas ex
defectu legitimitatis omnino requisitæ, etiam in filijs posi- 4
tis in conditione cum dicta qualitate Peregrin. *de fideicommissis art. 28. num. 39* Fusar. *de substit. quæst. 406 numer. 38. decis. 355. numer. 2. part. 13. recent. Bononien. Fideicommissi de Flexiis 27. Iunii 1672. §. minus resistit Priolo.*
Quæ concurrere non probatur in P. Thaddeo ex professio-
ne emissa in Religione Oliuetana, nam licet per ingressum 5
in Religione abstergi omnem humanam maculam ingre-
dientis sanciuit *tex. in auth. de Monacho in princ.* & per con-
sequens ad instar oblati Curiæ Principis Sæcularis eum ef-
fici legitimum, & acquirere ius succedendi voluerit Gui- 6
lelm. à Cuneo *in l. primo C. de Sacros. Eccles.* quem ibidem
sequitur Bald. *col. 4. num. 33.* Alexand. *cons. 121. numer. 19. lib. 2.* Tiraquell. *de priuil. piæ Causæ priuil. 29. per tot.* Surd. *de alim. tit. 7. quæst. 1. num. 42.* cum alijs ab informantibus
adductis.
Attamen huiusmodi æquiparatio fuit reprobata à Do-
ctoribus magni nominis, & sæpius à nostra Rota, & meri-
to ob disparitatem rationis vigentem inter vnum, & alte-
rum casum; ideo enim oblatus Curiæ Cæsaris legitimus 7
efficitur, quia præsumitur ab ipso Cęsare legitimus effectus
in præmium illius ministerij, cui illegitimus addictus est,
quæ ratio penitus cessat in oblato Curiæ cęlesti, qualis di-
citur ingrediens in Religionem, proinde licet ob vitæ san-
ctimoniam morumque honestatem in statu Monachali per-
fectione adeo commendabilis, & purus reddatur, vt non 8
obstante defectu natalium dignus reputetur inseruire Al-
tissimo in ordine Sacerdotali iuxta *Can. prima dist. 56. & cap. 1. de fil. præsbyter.* Et adhuc effectum nempe conse- 9
quendi spiritualia, non autem temporalia eum abstergi
omni macula sit intelligendus *textus in d. auth. de Monach.*
vt patet ex eius litera ibi conuersationis Monachalis
vita si est honesta, sic commendare nouit Deo ad hunc ve-
nientem hominem vt omnem quidem humanam eius ma-
culam detergat, & puerum declarat.
Nunquam tamen acquirit iura legitimitatis ad effe-
ctum,

10 ctum, † vel succedendi vel impediendi purificationem conditionis si sine filijs legitimis, sub qua vel à Statuto, vel à Testatore fuit aliquis ad successionem vocatus, vt notat Faber. *in auth. ex complexu de Incest. nupt. & in l. cum quis, & in auth. licet C. de Nat. liber. Præpos. in cap. tanta col. 2. qui filii sint legit.* Guilelm. de Benedict. *in cap.* Raynutius *in verb. Vxorem Adelasiam par. prima numer.* 200. Berou. *cons. 163. num. 29. & 30. vol. 2.* benè Couarr. *cap. 8. §. 7 num. 4. circa finem*, Et in specie ad effectum tam succedendi quam
11 † impediendi purificationem dictæ conditionis Soccin. Iunior. *consil. 48. numer. 19. lib. 4.* Bordon. *de profess. regul. cap. 20. numer.* 13. Mantic. *decis.* 32. *num.* 4. Buratt. *decis.* 872. *numer. 7. & seqq. confirmata in decis.* 930. *numer.* 1. & nouissimè *coram me in Bononien. Fideicommissi de Nascentorijs 8. Iunij 1674. §. final.*

Cessante igitur legitimitate P. Thaddei, remanet purificata conditio obitus filiorum Testatricis sine filijs legitimis, sub qua Moniales sunt vocatæ ad fideicommissum, de quo proinde ad ea[rum] fauorem constare responsum fuit.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. E M E R I X.

Rauennaten. Fideicommissi.

Lunæ 22. Martij 1675.

A R G V M E N T V M.

Filiorum in conditione positorum materia tractatur, non solum ad inducendam vocationem ex coniecturis, quarum plurimæ numerantur verum etiam ad constituendum inter illos reciprocum, & absolutum fideicommissum tam ad portionem proprij parentis, quam ad portionem Patrui; Coniecturas autem quia nimis longum esset hic recitare, & repetere, eas igitur ex sequenti Summario, & decisione colligito.

S V M M A R I V M.

1 *Filius an fuerit vocatus non solum ad portionem patris sed etiam patrui, non potest assignari certa regula, sed totum ex iudicantis arbitrio dependet.*
2 *Coniecturæ leuiores sufficiunt vbi agitur de fideicommisso ascendentis, non transuersalis.*
3 *Filii tam ex digressu ad plures gradus substitionum, quam ex contemplatione agnationis dicuntur vocati, etiam ad portionem patrui.*
4 *Filii dicuntur vocati etiam ad portionem patrui, si eorum descendentia defecta, tota hæreditas deuenire debet ad fratres testatoris.*
5 *Fratres, & alij agnati remotiores non debent esse magis à testatore dilecti, quam proprii filii.*
6 *Filii in conditione positi dicuntur à testatore vocati, ex digressu ad plures gradus substitutionum, alijs etiam concurrentibus coniecturis.*
7 *Filii si geminatè, & repetitè pluries fuerint positi in conditione, ex hoc etiam dicuntur dispositiuè vocati.*
8 *Filii in conditione positi cum qualitate naturalitatis, & legitimitatis dicuntur vocati.*
9 *Filii in conditione positi, dicuntur vocati, ex reciproca substitutione inter primos hæredes à testatore ordinata, & num. seqq.*
10 *Reciproca substitutio eo magis facit filios in conditione positos fuisse vocatos, si post illam alij etiam non descendentes fuerint substituti.*
11 *Substitutio facta per verbum* quandocumque *censetur facta sub mentione mortis, & dicitur compendiosa.*
12 *Filii in conditione positi per verbum*, quandocumque *sicuti dicuntur vocati per vulgarem, ita etiam censentur vocati per fideicommissariam.*
13 *Substitutio vulgaris facta per verbum* quandocumque *quia dicitur compendiosa, continet etiam fideicommissariam, & sup. n. 12.*
14 *Filii in conditione positi censentur esse vocati ob exclusionem propriarum filiarum testatoris, quibus solum fuerit de dote prouisum.*
15 *Agnationi dicitur prospexisse testator, qui filios masculos instituit, eosque substituit exclusis filiabus, & numer. 24.*
16 *Filii in conditione positi stante conseruatione agnationis à testatore considerata, dicuntur dispositiuè vocati.*
17 *Fideicommissum reale resultat ex verbis à testatore prolatis, & in rem directis.*
18 *in Fideicommisso reali nulla datur differentia inter vocatos, & in conditiones positos.*
19 *Filij in conditione positi dicuntur vocati ex onere perpetuo institutis, & substitutis à testatore iniuncto, & num. seqq.*
20 *Fideicommissum perpetuum censetur inductum ex onere perpetuo à testatore successoribus ordinato, & sup. num. 19. cum seqq.*
21 *ex Onere perpetuo à testatore ordinato æque vocatio filiorum in conditione positorum resultat, ac etiam fideicommissum perpetuum, & sup. à n. 19.*
22 *Clausula codicillaris plurimum præualet pro vocatione filiorum in conditione positorum.*
23 *Filii in conditione positi licet quandoque etiam ex coniecturis non dicantur vocati, si tamen illæ plures sunt, & vnitæ considerentur, eorum vocatio resultat.*
24 *Filii in conditione positi ex coniecturis dicuntur vocati etiam ad portionem patrui, si pro vtriusque portione in conditione positi sint, & hoc ipsum coniecturæ suadeant.*
24 *Agnatio dicitur à testatore considerata ab exclusione suarum filiarum æque à testatore facta tam in substitutione fratrum, quam aliorum agnatorum.*
25 *Filii in conditione positi in fideicommisso ascendentis vt dicantur vocati etiam ad portionem patrui, non omnes coniecturæ requiruntur, sed parua sufficiunt.*
26 *Dictio* quandocumque *importat substitutionem fideicommissariam.*
27 *Fideicommissaria substitutio, non autem sola positio in conditione filiorum, ex quibus dicatur à testatore ordinata.*
28 *Digressus ad plures gradus substitutionum plurimis etiam coniecturis vallatus, probat filio in conditione positos fuisse vocatos, & inter eos fideicommissum inductum.*

D E C I S I O CCCCLXXXI.

DECESSIT Eques Ioannes Louatellus cum Testamento, in quo hæredes vniuersales scripsit Io: Andream, & Exuberantium filios, ventremque prægnantem si foret masculus, & vni, vel duobus quandocumque decedenti sine filijs legitimis, & naturalibus alios, seù alterum superuiuentem, seù superuiuentes substituit, & si omnes sine filijs legitimis, & naturalibus decederent, tunc, & eo casu dotem, quam prius cuilibet ex filiabus in scutis 1700. auri legauerat, augeri voluit ad scuta 3000. & residuum eius hæreditatis deuenire ad Hieronymum, Leonem, & Dionisium eiusdem Testatoris fratres si vixerint, sin minus ad eorum filios in stirpes, & non in capita, & si dicti eius fratres, & eorum filij, & descendentes decesserint sine filijs legitimis, & naturalibus tunc, & eo casu lineæ finitæ voluit eius hæreditatem deuenire ad Petrum Paulum, & alios filios quondam Simonis de Louatellis si vixerint, sin minus ad eorum descendentes prout latius continetur in Testamento Summario Hieronymi n. 1.

Cumque defuncto Testatore ex ventre prægnante natus fuerit Ioannes, & sub inde primo loco decesserit Io: Andreas sine filijs, & postmodum Exuberantius relictis post se Ioanne Andrea, & Hieronymo filijs, & demum vltimo loco Ioanne distracto in Vita Prædio, de quo agitur, orta est Controuersia inter Hieronymum prætendentem, se vt in conditione positum non solum vocatum ad portionem Patris, sed etiam Patrui, & emptores negantes fideicommissum, eaque post contrarias sententias in partibus latas ad Rotam deuoluta, dedi Dubium An constaret de fideicommisso, & pro qua portione; Quod hodie ad fauorem

rem Hieronymi resolutum fuit tam quoad portionem pa-
tris, quam Patrui.

Præmisso enim, quod in hac materia non potest statui
1 certa regula, sed prudens Iudicantis arbitrium regulari de-
bet à facti circumstantijs, quodque in fideicommisso Ascen-
2 dentis Coniecturæ etiam leuiores sufficiunt Honded. *cons.*
54. lib. 2. Altograd. *cons.* 45. *nu.* 52. *& seqq. lib.* 1. Add. ad Bu-
ratt. *decis.* 385. *sub numer.* 10. *vers. quando vero* Rota coram
Merlin. *decis.* 359. *num.* 3. *&* coram Bichio *decis.* 424. *num.* 12.
& in recent. decis. 526. *num.* 5. *part.* 13. & quod Rota quando
inter cæteras concurrit, vel digressus ad plures substitutio-
3 num gradus, † vel contemplatio agnationis, plerumque
inclinare solet pro vocatione etiam ad portiones Patruo-
rum, vt in *decis.* 266. *num.* 4. *& seqq. & decis.* 300. *num.* 7. *p.* 1.
& dec. 474. *n.* 7. *p.* 13. *recent. & decis.* 501. *n.* 4. *coram Dunozett.*
Iun. & fuit etiam animaduersum in Bononien. Fideicommissi de
Gozadinis 27. *Aprilis anni præteriti* alijsque ibidem relatis
coram R. P. D. meo Calataiù, Domini in proposita facti spe-
cie censuerunt constare de fideicommisso ad fauorem Hie-
ronymi etiam in portione Patrui.

Ratio resolutionis fuit, quia Testator non solum posuit
in conditione filios legitimos, & naturales, & illis non
extantibus digressus est ad vocationem fratrum, illorum-
que filiorum in residuo suæ hæreditatis, detractis Dotibus
vt supra legatis filiabus, sed vlterius illis, & eorum filijs
deficientibus, & casu lineæ finitæ eandem hæreditatem
suam deuenire voluit ad Petrum Paulum, aliosque filios
quondam Simonis, & eorum Descendentes, ac propterea
cum tota hæreditas detractis dotibus post defectos Testato-
4 ris filios, & nepotes primum ad eius fratres, † & deinde
ad filios quondam Simonis deuenire debeat, multò fortius
moriente vltimo filio Testatoris sine filijs, superstitibus
nepotibus ex alio filio, eius hæreditas, & sic etiam portio
vltimi defuncti deuenire debet ad eosdem: Testatoris nepo-
tes, ne alioquin censeantur magis prædilecti fratres, &
5 cæteri Agnati remotiores, quam descendentes Testatoris
Surd. *cons.* 344. *sub num.* 6 *vers. confirmatum cum seqq.* Ro-
man. *cons.* 9. *num.* 3. Redenasc. *cons.* 9. *sub num.* 5. Hondedon.
dicto cons. 54. *num.* 41. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 24.
num 7. *cum seqq. & decis.* 146. 148. *&* 149. *per tot.* Adden. ad
Buratt. *decis.* 385. *vers. decima est* Capic. Latr. *decis.* 110. *nu.*
20. *cum seqq.* Rota coram Greg. *decis.* 315. *num* 6. *& seqq. &*
decis. 329. *num.* 8. *&* coram Dunoz. Iun. *decis.* 487. *num.* 17. *&*
18. *& decis.* 518. *num* 5. *&* coram Eminent. Otthob. *decis.* 1.
num. 28. *&* 29.

Præsertim dum concurrunt etiam quam plures aliæ co-
niecturæ id ipsum suadentes, quarum prima elicitur ex
6 prædicto digressu ad plures substitutionum gradus, † qui
iunctis alijs, de quibus infrà benè ostendit Testatorem vo-
luisse vocare filios quos in conditione posuerat Hondedon.
dicto cons. 54 *num.* 33. *cum seqq. lib.* 2. Surd. *dict. cons.* 344. *num.*
8. Redenasc. *cons.* 9. *num.* 4. Capyc. Latr. *decis.* 1. *numer.* 18 *&*
seqq. Add. ad Buratt. *dict. decis.* 395. *sub num.* 10 *vers* 3. *est*,
Rota coram Greg. *decis.* 315. *num.* 4. coram Dunozett. Iun.
decis. 487. *sub num.* 15. *vers.* 5. *depromit.* coram Cels. *decis.*
181. *numer.* 14 *&* coram Eminentiss. Otthob. *dict. decis.* 1.
num. 26. *&* 27.

Secunda ex eo, quod Testator non semel tantum, sed
7 pluries filios in conditione posuit, † talis namque gemina-
tio, & repetitio pro vocatione plurimum operatur Honded.
dict. cons. 54. *num.* 21. Ger. Spin. *cons.* 14. *num* 21. Hodier. ad
Sued. *decis.* 162. *num* 8. Rot. *decis.* 266 *par.* 1 *num.* 11. *& decis.*
26 *num.* 5. *par.* 14. *recent. &* coram Celso *dict. decis.* 181. *num.*
11. *&* coram Dunozett. Iun. *dict. decis.* 487. *num.* 14. *& dec.*
518. *sub num.* 6. *vers.* 5. *coniectura*.

Imò non solum filios, vt supra in conditione posuit, sed
8 vlterius requisiuit qualitatem naturalitatis, † & legitimi-
tatis, quæ pariter valdè viget pro eorundem vocatione
Fusar. *cons.* 145. *num.* 13. Staiban. Iun. *resolut.* 58. *numer.* 42.
Capyc. Latr. *dict. decis.* 1 *num.* 55. Rota coram Dunozet.
Sen. *decis.* 209. *&* coram Coccin. *decis.* 1399. *vtrobique num.*
4. *&* coram Bich. *decis.* 424. *num.* 2. *& in rec. decis.* 526. *nu.* 9.
part. 13.

9 Tertia quia eosdem filios masculos † primos hæredes in-
stitutos reciproce substituit, vt ad rem nostram ponderat,
Fusar. *cons.* 38. *num* 8. *& in cons.* 51. *num.* 6. Rota *decis* 355. *nu.*
5. *& decis.* 389. *num.* 6 *par.* 4. *tom.* 2 *& decis.* 484. *num.* 8. *part* 9.
rec. & coram Merlin. *decis.* 447 *num.* 3. *cum seqq. &* coram
Dunozett. Iun. *decis.* 518. *numer.* 6. *&* coram Royas *decis.*
481. *numer.* 6. Præcipuè verò, quia post dictam reciprocam
substituit alios non descendentes, † vt considerauit 10
Rota coram Eminentissimo Otthobono *dicta decision.*
prima numer. 23. *& seqq. & in recent. decis.* 474. *num.* 6.
& 7. *part.* 13.

Et fortius quia reciproca fuit sub conditione mortis per
verbum *quandocumque* quæ dicitur Compendiosa Honded. 11
dicto cons. 54. *num.* 42 Fusar. *de substit quæst.* 233. *numer.* 31.
Rota *dict. decis.* 487. *nu.* 12. coram Dunozett. Iun. hac enim
stante filij positi † in conditione dicuntur vocati etiam per 12
fideicommissariam, sicuti censentur vocati per † vulgarem 13
in eaden compendiosa contentam Honded. *cons.* 65. *numer.*
37. *& seqq. lib.* 1. Redenasc. *dict. cons.* 8. *num.* 7. *& cons* 9. *sub*
num. 5. *propè finem vers.* 4. *est cum seqq.* Giouagn. *cons.* 79. *nu.*
25. *lib.* 1. Rota coram Dunozett. Iun. *dict. decis.* 487. *num.*
13. *& decis.* 355. *num.* 8. *part.* 5. *& decis.* 484. *numer.* 10. *par.* 9.
recent.

Quarta quia proprias filias exclusit, quas dote sibi con-
stituta voluit esse contentas, tali enim casu censetur vocas-
se nepotes in conditione positos, quamuis de masculis ex- 14
pressam mentionem non fecerit Surd. *cons.* 344 *num.* 6 *vers.*
quinimo Honded. *dict. cons.* 65. *num.* 35. Petr. *de fideicomm qu.*
9. *sub num.* 194. Menoch. *præs.* 76. *num.* 31. *lib.* 4. Adden. ad
Buratt. *decis.* 385. *sub num.* 10. *vers. vndecima*, Rot. *decis.*
526. *num.* 15. *rec.*

Et hinc desumitur etiam prospexisse agnationi, dum
instituit filios masculos, eosdemque ad Inuicem substituit
exclusis filiabus ab hæreditate, & à substitutione ipsis defi- 15
cientibus, atque proinde positos in conditione vocasse, vt
consuluit Honded. *dict. cons.* 65. *numer.* 35. *&* 36. *& cons.* 67. 16
num. 3. *&* 4. *lib.* 1. Surd *cons.* 344. *num.* 11. & dixit Rota *dec.*
355. *num* 4. *part.* 4. *tom.* 2. *& decis.* 326. *num.* 6. *part.* 14. *recent.*
& in præallegata Bononien. fideicommissi de Gozzadinis 27.
Aprilis anni præteriti §. *sexto quia coram R. P. D. meo Ca-*
lataiu.

Quinta quia in substitutionibus fratrum, & aliorum
agnatorum Testator vsus est verbis in rem directis ibi: *ius-*
sit, & ordinauit residuum, † seu dictam hæreditatem deue- 17
nire, &c. verbum enim *deuenire* importat fideicommissum
reale, quo stante nullam dari differentiam inter voca-
tos, † & in conditione positos, respondit post alios 18
Decian. *cons.* 44. *num.* 72. *lib.* 3. *&* Rota coram Gregor. *decis.*
315. *num.* 13

Sexta, quia iniunxit hæredibus Institutis, & substitutis
qui possiderent Prædium controuersum onus perpetuum
soluendi annuum sextum auri Societati Sanctissimi Sacra-
menti Ecclesiæ S. Marci sitæ in eadem Villa, & vlterius
eosdem grauauit perpetuo Anniuersario dicto Summario
num. 1. si enim fideicommissum cessaret decedentibus in-
stitutis cum filijs, cessarent quoque substituti, quibus di- 19
ctum Onus iniungit, Sicque etiam ipsamet legata, vnde
facilius dicen. est filios in conditione positos fuisse vocatos,
& substitutos Fusar. *de Substit quæst* 437 *num.* 211. *& cons.*
24. *num.* 57. *& seqq.* Redenasc. *cons.* 9. *num.* 13. *cum seqq* Rota
coram Bich. *decis.* 424. *num* 6. *& decis.* 407. *num.* 15. *& seqq.*
par. 9. *rec* & generaliter in fortioribus terminis, quod ex 20
oneribus perpetuis censeatur inductum fideicommissum
perpetuum, imò etiam reciprocum iuxta consilium An-
charan. 27 *num.* 7. dixit Rota coram Bich. *decis.* 608. *num.* 4.
& decis. 468. *in princ & num.* 1 2. *&* 12. vbi in puncto one- 21
ris luminarijs ex fructibus certi Prædij *part.* 13. *recent. & in*
Firmana Fideicommissi 12. *Februar.* 1666 §. *& demum coram*
Reuerendissimo D. m. Decano.

Accedit denique clausula Codicillaris apposita in fine
Testamenti quam in proposito alias ponderauit Rot. *vt in* 22
decis 487. *num.* 19. *& decis.* 518. *num.* 9. coram Dunoz. Iun.
& decis. 28 *nu* 19. *par.* 8. *recent*.

Licet autem prædictæ Coniecturæ de per se sumptæ ali-
quam pati possint difficultatem, atque etiam interdum
reperiantur à Doctoribus, & à Rota reiectæ, tamen simul 23
iunctæ, & consideratæ, prout fieri debet, præsertim in
hoc fideicommisso Ascendentis, benè actiuam vocationem
filiorum in conditione positorum prudenti Iudici suadent,
Speiel. *decis.* 151. *num.* 17 *& seqq* Rota coram Greg *dec.* 329.
num. 10. coram Dunozett. Iun *dec.* 487. *n.* 21. *& dec.* 518. *n.* 10.
& in rec dec. 168 *n.* 10. *p.* 13.

Et quidem non solum quoad portionem Patris, sed
etiam Patrui, cum omnes respiciant quoque eiusdem
portionem, † & filij sint positi in conditione tàm 24
respectu, quam Patris, attento, quod substitutio de
fratribus, & agnatis est facta omnibus decedentibus
sine

fine filiis, Giouagn. *conf. 79. numer. 35. & seqq. & consil. 81. num. 2. & seq. lib. 1.* Rot. *in rocen. decis. 266. per tot. & decis. 320. num. 17. par. 1. & coram* Dunozet. Iuniore *decis. 487. nu. 29. & seqq. & cor.* Eminentiss. Otthob. *decis. 1. nu. 33.*

Non obstat, quod per Testatorem non fuerit habita ratio conseruandæ agnationis; nam præterquam quod
25 ex exclusione propriarum fi.iarum † tam in institutione, quam in substitutione fratrum, & aliorum agnatorum censetur habita, ex allegatis in §. *& hinc*, illa non fuit existimata necessaria, concurrente cum aliis coniecturis supra ponderatis digressu ad plures substitutionum gradus
26 † cum sufficiat alternatiuè vel *vna*, vel altera earum vbi agitur, vt in casu præsenti de fideicommisso ascendentis, quamuis etiam ad portionem Patrui, ex notatis in §. *præmisso enim*.

Nec digressus excluditur ex supposito, quod substitutiones sint ordinatæ per vulgarem, sicque restrictæ ad casum deficientiæ filiorum sine filiis, quia visum est hoc non subsistere, cum reciproca inter primos institutos sit quoque concepta per fideicommissariam, ibi: *& vni, vel duobus quandocumque decedenti, seù decedentibus sine filiis legitimis, & naturalibus substituit alios, seù alterum superuiuentem, seù superuiuentes*:
27 † dictio enim *quandocumque* importat fideicommissariam, ex adductis in §. *& fortius*, & amplius fuerunt substituti etiam fratres Testatoris, si vixerint, sin autem istorum filii, & vlterius, si dicti eius fratres, & eorum filii, & descendentes decesserint sine filiis legitimis, & naturalibus, tunc, & eo casu lineæ finitæ voluit hæreditatem deuenire ad Equitem Petrum Paulum, & alios filios q. Simonis, si vixerint,
28 † sin autem ad eorum descendentes, Summ. vtriusque partis *nu. 1.* ex quibus benè infertur ad fideicommissariam vt notat Bero *cons. 104. nu. 12. vers. 2. Doctores lib. 2.* & firmat Rota *dec. 61. in princ.* vbi refertur tenor Testamenti, iuncto *nu. 8. par. 7. rec. et decis. 16. pariter in princ. et nu. 8. pars. 14.* & consequenter digressus †
29 vallatus tot aliis coniecturis rectè deseruit pro vocatione Hieronymi in conditione positi, etiam quoad portionem Ioannis Patrui, non aduersantibus decisionibus in contrarium allegatis, quarum plures loqnuntur in transuersalibus vt *dec. 100. nu. 3. et 123. nu. 4. cor. Royas*, aliæ verò in casibus, in quibus non concurrebant tot, & tam fortes coniecturæ, vt etiam animaduertit Rota *d. decis. 424. nu. 10. cum seqq. cor. Bich.* & in aliis præallegatis.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. VICECOMITE.

Bononien. separationis bonorum.

Veneris 22. Martii 1675.

A R G V M E N T V M.

Plura continet hæc decisio tam super collatione inter fratres facienda, quam super imputatione legitimæ, ac demum super redditione rationis communium bonorum, vel effectuum ab altero ex fratribus administratorum, vt illa nempe non concedatur in fauorem filii, qui non damnum, sed commodum ex liberalitate paterna consecutus est; hæc autem imputationem importet de bonis à filio primo loco alienatis; redditio verò rationis satis ex diuisione deducatur, in qua de bonis administratis mentio facta sit, concurrente præsertim amplissima liberatione semper seruanda, donec de errore non constiterit.

S V M M A R I V M.

1 *Iudici exequenti permissum est declarare id, quod in sententiis virtualiter continetur, quamuis in illis expressum non sit.*

2 *Collatio de bonis filio à patre viuente donatis, aut aliter assignatis quomodo fieri debeat ad augendam legitimam aliorum filiorum.*

3 *Collatio à lege demandata ad fauorem filiorum; qui læsi fuerunt non procedit fauore filii, qui non damnum, sed commodum consequutus est.*

4 *Fauori alicuius, quæ inducta sunt, in illius damnum retorqueri non debent.*

5 *Correctio ad non expressa contra, vel vltra rationem facienda non est.*

6 *in Legitimam imputantur primæ alienationes factæ à filio de bonis paterno fideicommisso subiectis.*

7 *Legitima semel detracta, amplius detrahenda non est.*

8 *Satisfactio, & solutio in qualibet parte iudicii, & in acta exequutionis opponi potest.*

9 *in Legitimam imputat filius ea quæ administrauit de bonis patris, si de illis rationem non reddat.*

10 *Relatio mercatoris procurata lite pendente, & sine citatione partis nihil probat.*

11 *Relatio mercatoris, seu periti vt attendatur, requiritur quod ille fuerit legitimè deputatus.*

12 *Relatio periti numquam in actis exhibita non attenditur.*

13 *Ratio de bonis administratis à fratre dicitur sufficienter reddita in instrumento diuisionis, in quo de illis mentio facta est.*

14 *Quittantia bona fide facta inter grauatos afficit etiam fideicommissarios licet venientes ex propria persona.*

15 *Redditio rationis, & liberatio administratori facta, est omnino seruanda, donec erronea probetur.*

16 *Maior 20. annorum licet minor 25. ex Stat. Boloniæ rubric. de contract. &c. æquiparatur maiori, & ideo solemnitates seruare non debet.*

17 *Minor factus maior per quinquennium reclamare debet aduersus contractum onerosum, & correspectiuum, decennio verò in contractibus lucratiuis.*

18 *Mulier ex statuto Bononiæ sibi retinere debet bona data in dotem, si non fuerint deteriorata.*

19 *Creditores omnes concurrunt in iudicio graduationis ad bona communis debitoris.*

20 *Satisfactionis præsumptio inter fratres ex quibus resultet, & sup. nu. anteced.*

21 *Mobilia, & nomina debitorum in inuentario non descripta, & longè post obitum patris à filiis alienata, & exacta non præsumuntur hæreditaria eiusdem patris.*

22 *Læsio probari debet, & quidem de tempore contractus.*

23 *Quietantia generalis comprehendit omnia credita inter partes existentia.*

D E C I S I O CCCCLXXXII.

NON acquiescentibus hinc inde partibus decisioni coram me in hac Causa editæ sub die 23.* Februarii superioris anni super exequutione sententiarum Rotalium, bis repropofita causa prædictam decisionem DD. confirmarunt, illamque vlterius, necnon sententias ipsas

fas prout infra declarantes, quod in lure permiſſum eſt
1 Iudici; † quoties declarat id, quod in ſententiis exequendis virtualiter ineſt, quamuis in illis expreſſum non fuerit, Couar. *practic. quæſt.* 25. *numer.* 6. Theſaur. *deciſ.* 228 *numer.* 2. *Adden. ad* Burat. *deciſ.* 567. *ſub numer.* 8. *verſic. verum ſententia*, Rota poſt Cenc. de Cenſib. *deciſ.* 188. *numer.* 3. *& in Romana primogenituræ de Babalo* 23. *Ianuarii* 1672. §. *Tum etiam quia coram Reuerendo Patre Domino meo Emerix*, *& in eadem* 28. *Iunii* 1673. §. *Nono de nullitate coram me*, *& in deciſione*, *quæ reuidetur* §. 1. *in fine*.

Et primò, quia creditores hæreditatis Pauli inſiſtebant in eo, quod ad augendum eiuſdem Pauli legitimam conferenda eſſent bona ſibi à Iacobo Patre viuente donata, & primogenituræ ſubiecta, non ad hoc, vt ex illis aliqua
2 portio detrahi debeat, † ſed ad effectum augendi patrimonium paternum, & ſic illius quotam filiis pro legitima debita ex aliis bonis fideicommiſſo vniuerſali ſubiectis detrahendam, ſic diſponente *Auth. vnde etſi parens C. de inoff. teſtam.* per quem textum correctam fuiſſe *l. cum quæritur*, *& auth. nouiſſima C. eodem*, vt latè exponit Caſtrenſ. & conſuluit Surd. *conſ.* 332. *nu.* 14. *cum ſeqq.* Merl. *de legitima lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 21.

Reſponſum fuit prædictam correctionem inductam per præcitatam *Authenticam* ad fauorem aliorum filiorum,
3 qui ex paterna largitate erga alterum ex filiis Lelii † fuerunt, procedere non poſſe in fauorem ipſius Pauli donatarii, qui ex paterna liberalitate non damnum, ſed commodum ſenſit, & tantum abeſt, quod in eo conſiderari poſſit aliquod præiudicium, cui lex prouidere voluerit, quod imò magis augeretur grauamen aliorum filiorum ſi bona donata eſſent calculanda ad augendam ipſi Paulo legitimam, & magis minuendam aliis fratribus paternam hæreditatem, & ſic lex inducta ad fauorem
4 cæterorum † in illorum damnum retorqueretur contra regulam *text. in l. quod fauore C. de legib. capit. quod ob gratiam de regul. iur. in* 6. Sued. *conſ.* 215 *numer.* 68. Rota coram Celſ. *deciſ.* 326. *numer.* 16. & correctio ad non expreſ-
5 ſa abſque vlla ratione, † immò illa obſiſtente extenderetur contra diſpoſitionem *l. præcipimus* 32. *in fine Cod. de appellat.* Decian. *conſil.* 358. *numer.* 3. Surd. *deciſ.* 195. *numer.* 6. Bichio *deciſione* 414. *numer.* 31. Surdus autem præcitato *conſil.* 332. *numer.* 13. & alii in contrarium allegati loquuntur in terminis calculandi legitimam aliorum filiorum, qui ex donatione nullum commodum ſenſerunt, non autem ipſius filii donatarii.

E conuerſo prætendebant hæredes fideicommiſſarii legitimam Pauli fuiſſe per ipſum ſemel detractam, vel ſaltem pro maiori parte conſumptam per alienationes ſtabilium, extinctiones cenſuum, atque exactiones nomi-
6 num debitorum hæreditariorum Iacobi Patris, † quæ omnia vti primo loco alienata cadere debent in cauſam legitimæ, per textum in *l. Marcellus ff. ad Trebell.* quæ
7 cum fuerit ſemel detracta, † nouæ detractioni eſſe locum amplius non poteſt, ad notat. *in l. in quartam ff. ad l. falcid.* Caſtrenſ. *conſil.* 80. *numer.* 2. *&* 3. *libr.* 1. Rota coram Gregor. *deciſ.* 580. *numer.* 4. *coram* Burat. *deciſ.* 922. *numer.* 2. *coram* Duran. *deciſ.* 183. *numer.* 7. Neque huic exceptioni obſtare poſſe rem iudicatam, cum non impugnentur ſententiæ Rotales decernentes Paulo legitimam, ſed immò cum præſuppoſito, quod ſit debita, intendant pro-
8 bare † ſatisfactionem, quæ in qualibet parte iudicii, & in actu exequutionis opponi poteſt, Afflict. *deciſ.* 121. *numer.* 3. Surdus *deciſione* 191. *nu.* 7. Rot. cor. Eminentiſſ. Otthob. *dec.* 235. *nu.* 16.

Inter cæteras autem partitas, quæ cedere contendebant in cauſam dictæ legitimæ, præcipua illa fuit libr. 57109. prouenientium ex lucris negotii Anconæ, vltra eas, quas Paulus erogauit in emptionem ſtabilium, quæ lucra ſicuti Rota pluries firmauit cedere debere in augmentum fideicommiſſi, ita cum peruenerint ad manus Pauli dicti negotii ex præcepto paterno adminiſtratoris, dubitari
9 nequit, quin de illis rationem reddere teneatur, † & illa non reddita ſit debitor conſtituendus ad effectum imputandi in legitimam, latè Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 36. *numer.* 121. Rota coram Gregorio *deciſione* 568. *numer.* 6. *&* 7. *in recentior. deciſione* 384. *numer.* 10. *&* 11. *parte* 9.

Sed reſponſum fuit de dictis lucris non conſtare in prætenſa quantitate libr. 197899. cum pro illarum iuſtificatione exhibita fuerit ſola atteſtatio, ſeu relatio Aloyſii Grep-
pii, quorundam Vrbis † Mercatoris, quæ tamen nullam 10
fidem meretur, nullumque probationis gradum facere poteſt, cum fuerit lite pendente, nec parte citata procurata, Gabr. *conſ.* 168. *numer.* 102. *libr.* 1 Surd. *deciſ.* 256. *numer.* 15. Rota coram Bich. *deciſ.* 199. *numer.* 15. & in terminis *deciſ.* 596. *num.* 6. nec conſtat, quod relator † fuerit 11
legitimè deputatus, prout erat neceſſe, Rota coram Coccin. *deciſ.* 1830. *num.* 1. nec quod vnquam fuerit † in actis 12
exhibita ad *l. acta ff. de re iudic.* Guidopap. *deciſ.* 241. cum vulgatis.

Pro illa verò quantitate, de qua verè conſtat, nempe pro libr. 140890. apparere ſufficientem rationem fuiſſe per ipſum Paulum redditam aliis fratribus ex inſtrumento diuiſionis factæ inter ipſos de anno 1640. † in quo facta ex- 13
preſſa mentione de dictis lucris, & de ſtabilibus, & effectibus negotii Anconæ acquiſitis, vt aliàs fuit obſeruatum in hac cauſa coram bon. memor. Epiſcopo Papien. *in deciſ.* 385. *numer.* 5. *& ſeqq. part.* 1. *recent.* præuia computorum ſolidatione, & vniuerſali inter ipſos diuiſione ampliſſimam liberationem, & quietationem ab eiſdem fratribus
† reportauit, quæ tamquam bona fide facta inter graua- 14
tos, afficit etiam ſucceſſores ex propria perſona venientes, Surd. *conſ.* 308. *numer.* 24. Gratian. *diſcept.* 476. *numer.* 1. *& diſcept.* 997. *num.* 4. *Adden. ad* Gregor. *deciſ.* 418. *numer.* 17. *ſi tamen*, Rota pluribus allegatis coram Bichio *deciſ.* 134. *numer.* 17. *& in recent. deciſ.* 96. *numer.* 1. *&* 7. *par.* 13. *& in Imolen. Prædii* 6. *Iunii* 1668. *coram Reuerendiſſimo Decano*, itaut omninò ſeruanda ſit, † donec erronea pro- 15
betur, ad *l. cum putarem ff. famil. ercisc. l. poſt diuiſionem C. de Iuris & Fact. ignor.* cum concordantibus per Gratian. *diſcept.* 324. *nu.* 9.

Et fruſtrà fuit oppoſitum, quod alter ex iſtis fratribus eſſet minor annis 25. & contraxerit abſque ſolemnitatibus tùm quia cùm tunc excederet annum vigeſimum, vt in
eodem Inſtrumento partes † aſſerunt, & eſſet nobilis per 16
Statutum Bonon. in rubric. de contract. cum minoribus, *& fil. famil.* §. *de his minoribus libr.* 3. non indigebat ſolemnitatibus tanquam maiori æquiparatus, tum quia idemmet minor in præcedenti Inſtrumento ſolidationis anni 1637. cum omnibus ſolemnitatibus contraxerat, tùm etiam quia hodie poſt triginta annos, & vltrà hæc exceptio opponi non poteſt, cùm minori datus ſit à Iure terminus annorum quinque poſtquam factus fuerit maior ad
reclamandum in contractibus oneroſis, † & correſpecti- 17
uis, & in lucratiuis decem, *leg. final.* §. 1. *& ſeqq. Cod. ſi maior. fact.* Odd. *de reſtitut. in integr. parte* 1. *quæſt.* 25. *art.* 5. *nu.* 44. *& ſeqq.* Rota coram Merlin. *deciſ.* 535. *num.* 6. *& ſeqq.*

Secunda partita fuit libr. 40000. quas Paulus reſtituere tenebatur Diamanti Sighicellæ Vxori ſuperſtiti pro totidem ab ea receptis in cauſam dotis, ſed ex facto ſublata remanſit hæc prætenſio, quia admiſſo, quod dos fuerit in dicta ſumma conſtituta, ſaltem quoad libr. 10000. illarum ſolutio probata non fuit, & quoad alias libras 5000. compenſatæ remanſerunt cum fructibus dictæ ratæ librarum 5000. conſtante matrimonio debitis, & non ſolutis, & pro reſidualibus libris 25000 retinuit Prædium in do-
tem datum pro dicta ſumma, † ita diſponente eodem *Sta-* 18
tuto Bononiæ rubr. de dotib. reſtit. §. *Item dicimus libr.* 4. vt fuit in hac eadem cauſa deciſum coram Dunoz. Iun. *deciſ.* 872. *numer.* 1. *&* 2. cum non conſtet de aliqua deterioratione.

Cæteræ verò partitæ omnes fuerunt reiectæ vel quia iam in deciſionibus prædictis bonificatæ, qualis eſt illa libr. 4137. pro tertia parte mobilium, necnon altera iocalium, & gemmarum, quæ Paulo in diuiſione paternæ hæreditatis obuenerunt, cùm ex pretio mobilium, quæ reperta fuerunt in hæreditate eiuſdem Pauli aſcendente ad libr. 17500. ſeparatæ fuerint pro creditoribus libræ 4746. tantùm, ad hoc, vt reſiduum cederet in reintegrationem fideicommiſſi pro tertia parte modo iterum prætenſa.

Vel quia quoad libras 9000. quas illi de Dondinis ſoluerunt pro fructibus libr 8000. quas Paulus vigore accollationis ſibi factæ in diuiſione debebat aliis fratribus, pro illis non eſt debitor erga fideicommiſſum, & hæredes fideicommiſſarios vti tales, itaut iſti excipere poſſint reſtitutionem pro reintegratione fideicommiſſi, ſed ſunt credi-
ta ipſorum propria, † pro quibus concurrere poterunt 19
cum aliis creditoribus Pauli in iudicio graduationis, iuxtà *text. in l. potior ff. qui potior. in pign. habeantur*; Quo-

ad li-

ad libras verò 5668. pro quibus idem Paulus in eadem di-
20 uisione erga fratres debitor remansit, † intrat præsumptio
satisfactionis ad terminos *text. in leg. Proculu ff. de pro-
bat.*

Vel quia non sufficienter iustificatæ, prout est illa libr.
836. quæ retractæ fuerint ex venditione tertiæ partis Ca-
napis, & exactione Nominum quorundam debitorum
ad paternum fideicommissum, vt prætendebatur spe-
ctantia, quia cum dicta venditio, & eaactio sequutæ
fuerint septennio post obitum Patris, & Inuentarii con-
21 fectionem, nec fuerint in eo descripta, † vnde oritur pre-
sumptio, quod non fuerint effectus hæreditarii Patris,
Castr. *cons.* 212. *aumer.* 2. *libr.* 1. Gabriel. *prob. concl.* 7.
numer. 12. Ossach. *decis.* 68. *numer.* 11. Duran. *decis.* 1. *nu-
mer.* 16. *in recentior. decis.* 607. *numer.* 1. *part.* 1. *& decis.*
89. *numer.* 5. *part.* 7. necnon alia libr. 2000. pro gemmis,
mobilibus, & acconcio dictæ Diamantis Pauli Vxoris,
pro quibus nulla data fuit probatio, quod penes Paulum
extiterint, & similiter aliæ libr. 4977. ex persona P. Gu-
lielmi fratris eiusdem Pauli, quia pendet ex prætensa læ-
22 sione in bonis assignatis, † quæ est probanda, & qui-
dem de tempore assignationis, Seraphin. *decis.* 1462. *nu-
mer.* 3. *in recent. decis.* 92. *numer.* 29. *par.* 6. *& decis.* 23. *a.*
9. *par.* 14.

Vel demum quia eliduntur ex dicta redditione ratio-
23 num, computorum † solidatione, & amplissima quie-
tatione ab hæredibus grauatis per Paulum postmodum re-
portata, vt dictum fuit in hac causa coram Dunozetto
Iuniore *decisione* 884. *numer.* 6. *versic. præ cæteris autem*,
& compensari debent cum acquisitionibus factis per eun-
dem Paulum fauore fideicommissi, prout talem com-
pensationem admiserunt partes in calculis hinc inde
datis, quoad alias partitas superius non expres-
sas.

Et ita vtraque &c.

Aliæ duæ decisiones sunt impressæ in præcedentis tomo istius decimæ octauæ partis, quæ sunt dec. 239. & 240.

R. P. D. VBAGO.

Leodien. Canonicatus.

Veneris 22. Martii 1675.

ARGVMENTVM.

Forma Gregorianæ Constitutionis de publicandis resignationibus, dicitur impleta ex diligentiis factis de illam adimplendo mediante actuali possessione capienda, pro qua si fuit expeditum mandatum, illudque Capitulo præsentatum, in nihilo defectum dici potest atque ideo pro deneganda executione gratiæ illius, qui sub hac qualitate non factæ publicationis beneficium alterius obtinuit, fuit decisum.

SVMMARIVM.

1 *Clausulæ si ita est, dummodo, & amoto faciunt exequutorem mixtum, & impediunt viam exequutiuam.*

2 *Exequutor Litterarum Apostolicarum dicitur mixtus, si clausulæ in illius litteris appositæ tendunt ad exclusionem alterius prouisi Apostolici.*

3 *Sententia exequutoris Apostolici, si est nulla, vel iniusta, non habet viam exequutiuam.*

4 *Constitutio Gregor. XIII. de publicandis resignat. benefic. quid obseruari mandet, & quomodo intelligatur, nu. seqq.*

5 *Fundamentum suæ gratiæ vnusquisque probare tenetur.*

6 *Exequutor Apostolicus contra formam iuris mandans exequi litteras nulliter, & iniustè procedit & sup. num. 3.*

7 *Confessio prouisi ipsum non cepisse possessionem, intelligitur de possessione actuali, non autem ciuili, & quando.*

8 *Possessionis actualis defectus, ex legitimo impedimento proueniens, non præiudicat.*

10 *Possessio beneficii dicitur capta si capitulum post sibi præsentatum mandatum de immittendo, habuit se pro insinuato, & nu. 12.*

11 *Possessio ciuilis incipit ab ipsis instantiis, & petitionibus factis pro ea capienda.*

12 *Possessio etiam naturalis acquiritur, & habetur pro capta stantibus diligentiis factis de illam capiendo.*

13 *Collatio Beneficii, seu mandatum de immittendo dicuntur literæ prouisionales Capituli, quibus ex aliquo impedimento beneficiato retardatur possessio.*

14 *Prouisio beneficii incipit à die quo exequutor relaxauit mandatum de immittendo.*

15 *Vicarius in Ciuitate Leodiensi appellatur officialis, & nu. 17.*

16 *Verba Litterarum Apostolicarum non sunt accipienda prout sonant in partibus, sed pro vt intelliguntur in Curia, & Cancellaria Apostolica.*

17 *Officialis idem est dicere, quam Vicarius. & numer. 15.*

18 *Resignans beneficium dicitur legitimus contradictor, si aliqua culpa, & defectus resignatario obiiciatur.*

19 *Legitimus contradictor dicitur ille contra quem fuit introductum iudicium.*

20 *Possessio beneficii non abdicatur à cedente donec illa capta fuerit à cessionario, & quando.*

DECISIO CCCCLXXXIII.

INTRARE arbitrium pro retardatione executionis lit-
terarum Apostolicarum Ægidii resolutum fuit coram
me sub die 14. * Ianuarii proximè præteriti, & hodie
Domini agnoscentes fundamenta resolutionis subsistere,
steterunt in decisis. Non enim controuertitur ipsas litte-
ras continere clausulas, *si ita est dummodo &c. & amoto*
&c. † quæ facientes executorem mixtum impediunt viam 1
executiuam, & reddunt sententiam appellabilem, Ro-
ta coram Peuting. *decisione* 229. *numer.* 1. *&* 2 *& coram*
Bichio *decis.* 339. *numer.* 19. maximè quando sunt directæ
† ad exclusionem alterius prouisi Apostolici, Seraphin. 2
decis. 1471. *numer.* 2. Buratt. *decis.* 529. *numer.* 6. *&* Celso
decis. 121. *numer.* 4. *&* 6. seù quando sententia executoris
nullitate, vel iniustitia † illa queata dignoscitur, Abb. 3
in cap. quoad consultationem de sent. & re iudic. Rota *dec.*
100. *num.* 17. *par.* 1. *diuers.* *&* Marches. *de commiss. tom.* 1.
fol. 1255. *nu.* 4.

In præsenti autem deducitur iniustitia, dum impetra-
tio Canonicatus fuit sub narratiua non factæ publicatio-
nis à Carolo, † & non captæ possessionis intra nouem 4
menses iuxtà *Constitutionem sanct. mem. Greg. XIII.* & ipsa
narratiua non iustificata per Ægidium, vt tenebatur, † 5
tamquam fundamentum suæ gratiæ, Rota *decis.* 485. *nu-
mer.* 2. *& decis.* 701. *numer.* 2. *in fine part.* 3. *ac decis.* 305.
numer. 1. *part.* 8. *recent.* Exequutor contra formam Iuris
† mandauit exequi litteras Apostolicas, Rota *decis.* 424. 6
numer. 3 *part.* 13. *& decis.* 599. *numer.* 4. *par.* 3. *recent. &*
in Sabinen. spolii 21. *Aprilis* 1660. *Reuerendo Patre Domi-
no meo Beuilaqua Vrbis Gubernatore §. nulliter.*

Nec iustificatio resultat ex eo, quod Carolus in Instru-
mento mandati procuræ ad consentiendum resignationi
Canonicatus huiusmodi sub die 16. Nouembris 1673. fas-
sus fuerit fuisse prouisum ab anno, & vltra, & nunquam
possessionem adeptam † fuisse, quoniam ibi loquitur de 7
possessione actuali, sed non ciuili, de qua non potest du-
bitari ex deductis in altera decisione huius causæ *coram me*
§ Imò licet; Defectus verò actualis possessionis prouenit
ex le-

8 ex legitimo impedimento, † nempè ex particulari Con-
stitutione Capituli, non admittente nouum Caoonicum
ad possessionem Canonicatus obtenti, nisi elapso anno à
die exhibitionis litterarum prouisionis, qui in ipso Capi-
tulo nuncupatur annus carentiæ Summario supradicto
9 *numer. secundo*. Et constitutio Gregoriana, † non præ-
cipit simpliciter actualem possessionem, sed etiam admit-
mit ad effugiendam pœnam priuationis diligentias factas
pro ipsa possessione capienda infra nouem menses ex ver-
bis ibi: *Et si propter litem, aut aliud impedimentum nequi-
uerint* &c. In præsenti autem de diligentiis dubitari ne-
10 quit, † dum infra nouem menses ab expeditione littera-
rum Apostolicarum fuit expeditum mandatum de im-
mittendo, illudque præsentatum Capitulo, quod se ha-
11 buit insinuato, eodem Summario *numer* 3. † quare ex ip-
sis instantiis, & petitionibus ortum habuit in Carolo pos-
sessio ciuilis, ex Merlino *decis.* 329. *numer.* 14. *&* 15. *&*
Caualer. *decisione* 350. *numer.* 4. & aliis deductis in alia
præcedenti *decisione coram me d. §. Imò licet*, nisi forsan
12 etiam habeatur pro capta † etiam actualis, ex doctrina
Leon. *in Thesaur. for. Eccles. parte 2. capit.* 19. *numer.*
19.

Cessat pariter alterum obiectum, quod Carolus non
præsentauerit Capitulo mandatum de immittendo in
vim collationis obtentæ à Vicario executore, sed solum-
modò litteras Apostolicas, quæ solùm continebant man-
datum de prouidendo, quoniam dum litteræ insinuatæ
13 Capitulo fuerunt litteræ prouisionales, † hæc nuncupa-
ri non possunt litteræ Apostolicæ solùm continentes man-
datum de prouidendo, sed litteræ exhibitæ reputari de-
bent litteræ collationis, seù mandatum de immittendo
relaxatum per Vicarium executorem, quæ solummodò
continebant prouisionem, & nuncupari possunt prouisio-
14 nales, dum prouisio non incipit, † nisi à die, qua execu-
tor relaxauit mandatum de immittendo, Garz. *de benef.
par.* 11. *cu.* 3. *nu.* 39. *&* 326.

Vanum quoque visum fuit alterum obiectum, quod
scilicet diligentiæ non possint suffragari Carolo, quia col-
latio, & prouisio fuit concessa per Vicarium generalem,
non autem ab Officiali Leodien. cui litteræ Apostolicæ
15 erant directæ; † quamobrem existentia Officialis diuersi
à Vicario in Curia Leodiensi non tollit, Papam sub no-
mine Officialis intellexisse Vicarium generalem; Non
enim intelligi debent verba litterarum Apostolicarum,
16 prout sonant in partibus, † sed prout accipiuntur in Can-
cellaria Apostolica, & iuxtà eorum verum, & commu-
nem intellectum, secundum quem sub nomine Officia-
lis intelligitur Vicarius, vt in *adnotatione ad gloss.* in *cap.
fin. de offic. Vic.* in 6 ibi: quod idem est dicere Officialis,
17 † quàm Vicarius, & tradit Barbos. *de potest. Episc. alleg.*
54. *numer.* 21. *&* 24. Corrad. *in prax. dispens. libr.* 2. *capit.*
4. *num.* 45. *vsque ad* 54. Ferrett. *de abus. lib.* 3. *capit.* 4. *nu-
mer.* 13.

Tandem non repugnat, quod Carolus resignauerit
Canonicatum fauore Gabrielis, & ideò non possit con-
tradicere, quia cum impetratio gratiæ Ægidii proueniat
18 ex supposita culpa, & defectu Caroli, † remanet iste le-
gitimus contradictor ad oppugnandum, Otthob. *decis.*
186. *n.* 11. maximè quod lis fuit incepta per Ægidium con-
19 tra ipsum Carolum, † & ideò habitus fuit pro legitimo
contradictore, præterquam quod donec Gabriel Cessio-
20 narius non capit possessionem Beneficii cessi, † illius pos-
sessio, siue Ius, quod habet, quando cessio est ad fauo-
rem certæ personæ, non abdicatur, sed remanet penes
cedentem, Rot. cor. Otthob. *dec.* 106. *nu.* 4. *&* 5. *& dec.*
90. *nu.* 11. *&* 12. *par.* 9 *rec.*

Ex quibus, & aliis sublatis in alia dicta decisione per
me extensa, standum esse in decisis resolutum fuit vtra-
que parte informante &c.

Supra hoc eodem secundo tomo istius decimæ octauæ partis recent. adest altera quæ hic confirmatur dec. cor. eodem bo. me. Vbago, & est in ordine 412.

R. P. D. MATTHÆIO.

Bononien. concursus Creditorum.

Mercurii 27. Martii 1675.

ARGVMENTVM.

Merces pro portione Socii eius creditoribus consignari deciduntur; ad effectum illas distrahendum, earumque pretium inter ipsos proportionaliter diuidendum, & hoc non obstante contradictione alterius Socii, maiorem portionem, quia maius capitale posuerat, habere prætendentis, cum ex lege societatis illæ æqualiter diuidi debuissent, & ipse ex aliis effectibus Societatis penès ipsum existentibus satisfieri poterat.

SVMMARIVM.

1 *Creditor, cum succedat in iuribus sui debitoris, facultatem quam ipse debitor non habet, exercere non potest.*

2 *Creditor vnius ex sociis nullum ius habet in portione alterius socii.*

3 *Creditor vnius ex sociis, etiam anterior, non potest plus prætendere, quam illud capitale quod suus debitor à principio posuit in societate.*

4 *Sociorum conuentio, quod finita societate effectus æqualiter diuidantur, attendenda, & seruanda est, & nu. 6.*

5 *Diuisio inter socios debet esse æqualis, & inæqualis à iure non permittitur.*

6 *Pacta inter socios conuenta semper seruari, & ab eis discedi non debet.*

7 *Socii licet vnus plus altero capitale posuerit eu tamen æqualiter secundum conuentionem diuidunt, sed plus ponens de sui maiori portione reintegrari debet & num. 8.*

9 *Socii si à principio societatis promiserunt se referre ad æstimationem faciendam, eidem æstimationi postea stare coguntur.*

10 *Bilancium factum inter socios dicitur approbatum ex præcedenti conuentione de illud faciendo, & attendendo.*

11 *Socii portionem impedire non potest socius, qui de suo credito ex aliis communibus effectibus penes ipsum existentibus satisfieri potest.*

12 *Merces etiam in Sacro Monte depositatæ de die in diem semper deteriorationem patiuntur.*

13 *Merces, quia dietim detrimentum patiuntur, cum omni celeritate, & expeditè vendendæ sunt.*

DECISIO CCCCLXXXIV.

INITA Societate de anno 1664. Inter Comitem Nestorem de Morandis, & Senatorem Franciscum Carolum Caprariam super negotio serico exercitato sub nomine Iacobi Morandi, conuentum fuit inter eos, quod dictus Comes Morandus in ea apponere deberet libr. 64000. in tot mercibus, massaritiis, & mobilibus Apothecæ, & è conuersò eandem summam in pecunia numerata Comes Carolus implicare teneretur, Summario *num.* 1. *littera A.* & quod dissoluta Societate, & satisfactis Creditoribus, residuum inter eos pro æquali portione deberet & quod Comes Morandus recipere teneretur omnia bona mobilia, & massaritias d. Apothecæ pro eodem pretio, quo fuerunt æstimatæ in libris 2300. & ipse Morandus comprehensis dictis massaritiis fuit constitutus Creditor in summa libr. 63300. & Comes Capraria pro capitali in lib. 64000. Summ. *nu.* 3.

Cum

Cum verò postea euenerit decoctiu dicti negotii, & se-
qoestratis mercibus, introductoque Iudicio coram Audi-
ture Cameræ à creditoribus socialibus D. Comitis Moran-
di, manduuit ipse Auditori Cameræ capiribus creditorum
consignari omnes effectus societatis ad effectum illus diui-
dendi, & mihi commissa Causa, Rota ordinauit , vt
merces transportarentur ad S Montem Pietatis, & mas-
suritiæ in Apotheca fuerunt relictæ, & interim cum de-
uenerint ad concordiam creditores sociales cum Comite
Capraria institeruut subdelegari Iudicem ad effectum di-
uidendi dictas merces; sed DD. placuit, quod potiùs da-
retur dubium, An medietas mercium sit consignanda ca-
pitibus creditorum, & per me proposito, affirmatiuè res-
ponderunt.

Et huius resolutionis potissimum fundamentum fuit ,
quod cum hæc pars , quàm consensit Carolus Capraria
tradi capitibus creditorum, spectet ad ipsum, hanc consi-
gnationem impedire miuimè possunt particulares credito-
1 res Morandi, † in cuius Iuribus cum ipse succedat facul-
tatem prohibendi hanc consignationem , quam ipse non
habebat, nec ipsi exercere pussunt, Salgad. *in Labir. cred. par. 1. cap. 9. num.* 60. Funtanell. *de pact. nupt. clans. 4. gl. 9. par. 2. numer.* 53. Vnde cum ipsi nullum Ius habeant in
hac parte ad Carolum Senatorem spectante vel socium il-
lius negotii, nec possunt se opponi diuisiuni ad hoc , vt
satisfieri possit capitibus creditorum pru summa, pro qua
2 remanent creditores, † vti nec poterat eam impedire eo-
rum Auctor, etiam si proprio nomine ageret, vt firmant
DD. in l. si pignori ff. fam. hercisc. & in l. communi diuidunda §. si debitori ff. com. diuid. Certi autem, & indubitati
Iuris est, quod creditores vnius est socils etiam anteriores
3 societati ex ea plus prætendere non possunr, † quàm il-
lud capitale, quod eorum debitor à principiu posuit in so-
cietate, Fontanell. *de pactis nupt. clans. 4. glos. 9. part. n. numer. 53. tom. 1. fol. mihi 146. col. n.* Salgad. *in Labyrint. creditor. par. 1. cap. 9. numer.* 60. Magon. *decis. Lucen. decis. 1. nu.* 32.

Hinc cum clarè, & indubitantèr appareat Senatorem
Caprariam constituisse in hoc negociu capitale ascendens
ad libr. 64000. vt etiam ipse Morandus implicauit, ea ad-
iecta venditione, quod terminata societate effectus æqua-
liter diuidi deberent inter eosdem socios, vt in Summar.
4 *num. 1. litt. A. & B.* † creditores Morandi si prætenderent
5 sibi deberi portionem aliorum sociorum, † diuisiu esset
inæqualis, quod de iure permitti nequit, vt firmauit Ro-
ta *in Romana pecuniaria 27. Aprilis 1657. §. nec releuat* ,
confirmata 29. *Martii 1658. §. Non obstat in fine cor. Reuerendissimo Decano.*

Verùm multu minus hæc inequalitas admitti debet in
casu, de quu agitur, in quu adest expressum, & clarum
pactum inter partes in stipulatione deductum, quod ter-
minata societate , & satisfactis creditoribus, residuum
6 inter eos æqualiter † diuideretur, quod est seruandum, &
ab eo discedi non debet, *l. si quis fundum ff. locat. l. legem, vbi Bald. in princ. C. eodem* Paris. *cons. 79. num. 18. lib. 3* Buratt. *decis. 59. nu. 9.* Rota co. Bich. *dec. 437. num. 1. & in rec. dec. 451. nu. 11. par. 14.*

Quibus non aduersatur illud, quod aliàs oppositum
fuerat , quod Morandus prætendat applicasse negocio
7 maiorem summam libr. 64000. † & per consequens, quod
non possit substineri æqualis diuisiu, & consignatio. In
bilanciis, quod singulis annis factum fuit, etiamsi appa-
reat capitale Morandi ascendere ad summam libr. 66300.
& illud Caroli Senatoris tantummodò ad summam libr.
64000. vt in Summariu *num.* 3. & per consequens, quod
illud Morandi excedat in libr 2300. quia hanc tamen sum-
8 mam ipse deducere non debet ex mercibus depositatis, †
sed illam accipere tenetur ex mobilibus, & massaritiis in
Apotheca existentibus iuxtà formam conuentionis , &
quæ fuerunt à principiu Societatis æstimatæ in eadem
summa libr. 2300. pro qua ipse remanet creditor dictæ So-
cietatis, & huiusmodi bilancio est plena fides adhibenda,
9 † quia iidem socii à primordiu societatis promiserunt se
velle referre ad dicta bilancia pro liquidatione dicti exces-
sus, ibi: Come apparirà dal bilancio, e stima da farsi,
10 *num. 1. litt. A* † & hæc conuentiu operatur bilancii ap-
probationem, Bald. & Imol. *in l. si prior. ff. sol. matrimon.* Soccin. Sen. *consil. 62. num. 9. lib. 4.* Rota *in Fauentina successionis 27. Aprilis 1667. §. Et quidem in fine coram Otalora & in Romana Cambii 15. Martii 1669. coram R. P. Domino Emerix.*

Vnde cuios ipse Morandus ex summa libr. 2300. quæ
excedit summam Caroli Senatoris implicata in hoc nego-
cio, habeat mobilia , & massaritias existentes in Apo-
theca, † ex quibus integrè satisfieri potest de hoc creditu, 11
non debet impedire consignationem harum mercium exi-
stentium in S. Monte Pietatis in detrimentum Societatis,
† ex dua deteriorationem de die in diem maiorem patiun- 12
tur. Quinimò illarum consignatio de iure expeditè , &
celeriter est facienda , † dum agitur de mercibus penès 13
Montem Pietatis descriptis, & inuentariatis.

Et ita, voica tantùm Parte informante , resolutum
fuit &c.

R. P. D. CALATAIV.

Romana Attentatorum.

Mercurii 27. Martii 1675.

ARGVMENTVM.

Lata sententia separationis thori , ab eaque commissa causa appellationis in Rota , obtinuerat maritus coram alio Iudice mandatum de describendo mobilia & sequestrum contra vxorem ad effectum illam asportandi in loco tuto , vtroque declarato attentato non solum ad regulas generales attentatorum , verum etiam quia neutri locus erat tàm ex eo quod mulier possideret stabilia , quàm ex eo , quod assignatio loci tuti expressim erat in commissione appellationis contenta.

SVMMARIVM.

1 *Attentata sunt omnia gesta coram alio iudice post introductam causam in Rota.*

2 *Assecuratio bonorum potest peti coram quocumque iudice , non obstante pendentia litis in alio tribunali.*

3 *Approbatio personæ facta in iudicio , non docta de deterioratione , amplius impugnari non potest.*

4 *Dilapidationis , seu occultationis suspicio cessat in possidente stabilia.*

5 *Mandatum de describendo non potest relaxari ab alio iudice post introductam causam in Rotam.*

6 *Iudex appellationis adiri debent non solum super negotio principali , sed etiam super omnibus emergentibus ad causam facientibus.*

7 *Arrestum æquiparatur mandato suspicionis fugæ.*

8 *Sententia lata super separatione thori per appellationem remanet suspensa , & nihil ponit in esse.*

9 *Arrestum obtentum coram alio iudice quam iudice appellationis efficitur attentatum , & supra à num. 1. & per totam.*

10 *Mulier non potest assignari in loco tuto ab alio , quam à iudice appellationis , si vltra pendentiam litis , adsit etiam rescriptum Sanctissimi.*

11 *Attentata commissa non solum in spretum inhibitionis Rotalis , sed etiam contra specialem ordinem Papæ , eo magis grauiora sunt.*

12 *Attentatis non dicitur renunciasse qui ab attentante , ex actu attentato suscepit alimenta pro necessitate naturæ.*

DECISIO CCCCLXXXV.

POST introductam Causam in Rota ad instantiam
Apolloniæ censuerunt Domini 15. * Iunii anni pro-
ximè præteriti non potuisset † Matthæum Bussonum e-
1 ius virum obtinere à R. P. D. Vicesgerente mandatum de
describendo omnia mobilia ad effectum deponendi penès
tertiam personam, minusque contra ipsam procurare ar-
restum à Iudice Domus Piæ ad effectum illam asportandi
ad Monasterium absque notabili vitio attentatorum, ad
text. in cap. non solum de appell. in 6. Et hodie Causa repro-
posita, steterunt in decisis, reiectis iis, quæ pro noua
audientia deducta fuerunt.

Non enim obstat, quod stante metu dilapidationis mo-
bilium, licitum sit pro assecuratione instare coram quo-
cumque Iudice citra vitium attentatorum, non obstante
2 pendentia litis coram Iudice † Appellationis; quia ad hunc
effectum Maritus probare debet, quod mulier post mo-
tam litem deteriorauerit suam conditionem, aliàs dum
in principio Causæ cor. Eminentiss. Vicario approbauit
3 eius personam hodierno Summario *numer.* 2. † non potest
hodie illam reprobare, vt tenuit Rota cor. Card. Celso
decis 361. *num.* 8. *& in recent. dec.* 160 *nu* 14. *& dec.* 354.
nu. 6 *par.* 14. Quod non solum non probauit, quinimò ex
Instrumento dotali originaliter mihi exhibito apparet,
quod Apollonia possidet stabilia in Vrbe valoris scutorum
4 3100. † vnde cessat quæcumque suspicio dilapidationis,
seù occultationis mobilium, Bald. *cons.* 285. *num.* 4. *libr.* 1.
Grat. *discept.* 875. Rota coram Penia *dec* 1164 *nu.* 3. *& cor.*
Card. Celso *d. dec.* 361. *nu* 1. 2. *&* 7. *& d. dec.* 160. *nu.* 12. *par.*
14. *rec. & in Lateramnen. seù Romana nullitatis mandati cor.*
Reuerendiss. Decano impress. apud Scaoarol. *de visitat. Car-*
cerat. fol. 120 *& in Bononien. pecuniaria* 1. *Martii* 1666. *§.*
rursus cor. R. P. D. meo Beuilaqua.

Constat insuper ex eodem Instrumento, quod Mat-
thæus recepit, & mulieri promisit restituere scuta 200.
cum quibus dicta mobilia, quatenus fuissent distracta,
compensari potuissent, sed cessat difficultas, quia post
commissam causam in Rota, & post præsentatam inhi-
5 bitionem Rotalem, † non potuit huiusmodi mandatum
de describendo relaxari ab alio Iudice absque vitio atten-
tatorum Lancellott. *de attent. par.* 2. *cap.* 12. *limit.* 12 *num.*
17. 18. *&* 29. Natt. *cons.* 384 *nu* 8. Purpurat. *cons.* 20. *nu.*
5. *lib.* 1. Borgnin Caualc. *decis.* 23. *nu.* 10.

Minus releuat, quod arrestum sit consecutiuum causæ
criminalis, & carcerationis procuratæ à Ioanne Baptista
Bussono ex causa rixæ inter ipsum, & Appolloniam se-
cutæ; Quia subsistit responsio data in decisione, quod
Arrestum fuit expeditum non ad instantiam Ioannis Ba-
ptistæ, sed ad instantiam Matthæi viri, inter quem, &
vxorem nulla alia pendebat causa, præter illam separa-
tionis thori iam in Rota introductam in gradu appellatio-
6 nis, † ad quam proindè recurrendum erat non solum su-
per negocio principali, sed etiam super omnibus annexis,
& connexis, & quomodolibet ad idem negocium spectan-
tibus, vt dixit Rota cor Bichio *decis.* 215. *num.* 3. *&* 6. *&*
dec. 178. *nu.* 16. *par.* 10. *rec.*

Prout parui ponderis est obiectum, quod sicuti Maritus
poterat carcerari facere vxorem diuertentem ad adulteria
mediante mandato suspicionis fugæ, eamque reponere in
loco tuto, ita potuerit illam arrestare cum mandato sus-
7 picionis fugæ, † & arresta æquiparentur; quia de adulte-
8 riis nullibi constat, & sola sententia lata super † separa-
tione thori vti per appellationem suspensa, nihil ponit in
esse, Scacc. *de appellat. quæst.* 17. *in princ. & num.* 65. Ro-
ta cor. Dunozet. Iun. *dec.* 163. *nu.* 7. *& in rec. dec.* 477. *nu.* 16.
9 *pa.* 1. Et quatenus de illis constaret adhuc arrestum † aliun-
dè procuratum, quàm ab hoc Sacro Tribunali post ibidem
introductam litem, & præsentatam inhibitionem Rota-
lem fuisset attentatum, vt in specie respondit Rota *decis.*
132. *nu.* 11. *& seq. par.* 11. *rec.* Maximè quod respectu assi-
10 gnationis loci tuti, & honesti † aderat specialis prouisio
Sanctissimi Domini Nostri inserta in commissione huius
Causæ, vt talis destinatio fieret arbitrio Rotæ; Vndè eo
magis resultant attentata, dum non solum in spretum In-
11 hibitioris Rotalis, † sed etiam contra specialem ordinem
Pontificis pro reponenda muliere in loco tuto aditus fuit
alius Iudex inferior.

Cæterum, quod Apollonia dicatur renunciasse atten-
tatis, ex quo post suam traductionem ad Domum Piam
receperit scuta sex pro alimentis, & insteterit sibi consi-
gnari mobilia necessaria, non probatur in facto; & mul-
tò minus subsistit in Iure; quia dum ipsa posita fuit in di-
cta Domo violenter, & attentatè, nulla ratio postulat,
vt ibi quoque fame periret! † & proindè quando etiam 12
suscepisset alimenta, dicendum est id fecisse magis ad sa-
tisfaciendum necessitati naturæ, quam ad inducendam
ratificationem actus violenti, & attentati contra ipsam
gesti, vt dixit Rot. cor. Bich. *dec.* 541 *nu.* 35.

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum
fuit.

Supra in alio præcedenti tomo istius decimæ octauæ par-
tis adest alia præsentis Causæ decisio, quæ est ibi in or-
dine 321.

R. P. D. TAIA.

Romana, seù Taurinen. Bonorum.

Mercurii 27. Martii 1675.

ARGVMENTVM.

Vigore clausulæ Constituti, & Præcari, ac datæ licentiæ capiendi possessionem propria auctoritate conceditur associatio ad Censum mediante transactione recuperatum, quia eius requisita concurrere visa sunt, cum respectu possessionis idem operetur cessio in incorporalibus, ac traditio in rebus corporalibus, cumque obiiceretur etiam prohibitio alienationis bonorum fideicommissi, ea sine scientia, & malo animo alienantis minimè suffragari deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Recuperatio iurium vigore transactionis facta, vnicuique ex transigentibus pro conuenta portione quæritur.*

2 *Associatio conceditur vigore clausulæ constituti, precarii, & datæ licentiæ capiendi possessionem propria auctoritate.*

3 *Cessio in incorporalibus pro traditione habetur.*

4 *Cessio idem operatur circa incorporalia, quod traditio circa corporalia.*

5 *Transactio facta super bonis fideicommissi intelligenda, & declaranda, est eodem ordine, quo in illo succedi debuerat.*

6 *Circuitus est euitandus, præsertim dum causa tractatur in Rota.*

7 *Amissio iuris quæsiti requirit certam, & indubitatam scientiam, & præsumpta non sufficit.*

8 *Scientia ad effectum amissionis iuris quæsiti debet esse specifica, & cum omnibus suis qualitatibus.*

9 *Prohibitio alienationis vt afferat præiudicium, requirit in alienante malum animum interuertendi fideicommissum.*

10 *Animus malus euertendi fideicommissum, nec etiam in illius bona alienante præsumitur.*

11 *Alienans ignoranter bona fideicommissi, an scientia superueniente, recuperare teneatur, & numer. seqq.*

14 *Caducitas incursa propter alienationem bonorum fideicommissi quatenus euitetur per recuperationem alienatorum.*

15 *Fideicommissarius consentiens alienationi bonorum fideicommissi quam reuocare poterat, non amplius admittitur si postea reuocare velit.*

DE-

DECISIO CCCCLXXXVI.

IN decisis prima Februarii 1673. & 25. Ianuarii 1674. ho-
die Domini steterunt, & ex tribus casibus concordaris
in instrumento 19. Aprilis 1662. responderunt euenisse se-
cundum : Che occorrendo nel corso della lite, che si ve-
nisse à qualche aggiustamento i Signori Torelli deuino da-
re, e pagare a' Signori Pichi il terzo di quello, che s'ag-
giustarà netto, e franco, senza pretensione d'alcune spe-
1 se; † Adeoque quia Rei media transactione conquesti
sunt censum scutorum 12000. vt in instrumento concor-
2 diæ 27. Martii 1666. † Ideò danda visa est associatio Acto-
ribus ad tertiam partem d. census ex clausulis Constituti,
Precarii, & Datæ licentiæ in instrumento, *ad Rot. dec. 412. n. 1. & dec. 487. n. 1. par. 13. & in d. dec. 1. Februarii 1673. §. pro Informantibus*.

Non obstante, quod associatio dari nequeat contra Com. Adrianum, qui censum recuperatum (vti ius incorporale) numquam quasi possederit.

Nam contrarium visum est ex præclaro Instrumento transactionis dicta die 27 Martii; ibi : Dando, e cedendo, si come di presente dà, e cede il Possesso attuale d'esso censo all' Illustrissimo Sig. Conte Adriano, & all'Illustrissii Signori Conte Pio, Paolo, & altri suoi figli &c.
3 Nam in † incorporalibus cessio pro traditione est, vt no-
tat Glos. & cum aliis Tiraquell. *retract. lign. §. 1 glos. 7. nu-
mer. 12. vers. & cessio pro traditione*, Rota coram Buratt.
decis. 133. *num* 4. nouissimè Olea *de cessione iurium quæst. 4.*
4 *num. 13. & 14. tit. 1.* vbi cessio idem operatur † circa incor-
poralia, quod traditio in corporalibus; quæ referri ne-
qnit ad titulum legitimæ administrationi filiorum & pro
prii vsusfructus, quia in fideicommisso Hieronymi Pichi,
de quo agitur ordine successiuo substitutus antea Comes
5 Adrianus debebat succedere, & postea † filii, itaut se-
cundum hæc sit declaranda, nisi declarata concordia, si-
ue transactio.

Nec remouit Dominis, quod decisiones coram *Domino Cardinali Celso 28. Iunii 1662.* inter impressas *decis.* 388. & coram *D. Ottalora 28. Maii 1654* latæ fuerunt nomine filiorum, non autem Com. Adriani patris.

Quia eo tempore Com. Adrianus cesserat iura sua, quæ
postea per retrocessionem recuperauit; & adhue alieni ex
6 Dominis placuit ad euitandum circuitum † inutilem,
præsertim dum Causa tractatur in Rota, vt coram Coc-
cinn *decis.* 1458. *num.* 2. & 4. cum stipulatio retrocessionis
recepta fuerit, etiam nomine, & commodo filiorum,
contra eos quoque associationem posse decerni.

Minùs remouit Dominis, quod Comes Adrianus post cessionem iurium anteà factam illis de Pichis videbatur alienasse, atque aden cecidisse à fideicommisso.

Quia in primis cum agatur de amissione iuris iam quæ-
7 siti Com. Adriano, † requiritur in eo certa, & indubita-
ta scientia prohibitionis alienationis ex Testamento d.
Hieronymi fideicommittentis, nec præsumpta videtur
8 sufficere, † sed requiritur specifica scientia cum omnibus
suis qualitatibus, ad Rotam coram Vbaldo *dec.* 230. & *co-
ram* Bichio *dec.* 305. *nu* 28. immo requiritur, vt malus ani-
9 mus † probetur interuertendi fideicommissum, Fusar. *de
subsit. qu* 718. *n.* 52. cum alleg. Rot. *dec.* 429 *sub n.* 3. *par.* 4. *di-*
10 *uers.* † Qui non præsumitur, vt prosequitur Fusar. *d. qu.*
11 718. *n.* 53. eoque minùs, quod superueniente scientia † te-
netur alienans recupetare sequenti *n.* 57. prout recuperauit
Com. Adrianus

Quæ ratio satisfecit aliquando Rotæ in simili causa
12 alienationis census † posteà recuperari coram Vbaldo *dec.*
230. *num.* 6. quam allegauit Fusar. *d. quæst.* 718. *nu* 15. *pro dec.*
593. *par.* 2. *rec.* & illa decisio fundatur in alia coram Blan-
chetto apud Cenc. & Duard. de censib. *decis.* 334. *num.* 5. &
6. Sed hæc decisio distinguit casus quando expressa est pro-
13 hibitio, & quando non est expressa, † & magna est con-
14 trouersia, An ex recuperatione alienatorum † euitetur,
necne caducitas à fideicommissariis pro vtraque parte Ro-
ta à Fusar. *d. q.* 718 *ex n.* 12 *in totam n.* 16. Cenc. de Cens. *q.* 16.
ex num. 8.

Et in Causa visum est satis filios Comitis Adriani substitutos non solùm neglexisse hanc caducitatem, sed etiam positiuè consensisse in transactione inita cum Carolo detentore bonorum, & census recuperati, vt Carolus cederet quoque Com. Adriano eorum Patri bona, & iura fideicommissaria d. census sine vlla protestatione caducitatis incursæ, vel præseruationis iurium
ad illam euitandam, adeoque si alienationi consense-
ruot, quam reuocare potetant, † amplius non admit- 15
tuntur, si reuocare velint, *l. quoties ab omnibus* 11. *C. de
fideicomm.* cum aliis ibi notatis, quæ est *Salceti* summa.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. EMERIX.

Anconitana Manutentionis.

Mercurii 27. Martii 1675.

ARGVMENTVM.

Aduersus deliberationem data est manutentio hæreditati iacenti, & illius Curatori, quia de eius iniustitia constare visum est; Hæc autem apparuit ex quo mulier habens fundum dotalem pro certa portione, obtinuit mandatum pro tota dote, eo magis, quia plures effectus, ac etiam fructus bonorum viri consequuta erat, quibus itaque non restitutis, vel eorum ratione non reddita, creditum dotis remansit extinctum, aut saltem illiquidum, pro quo ad deliberationem deueniri non poterat.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio etiam hæreditati iacenti conceditur & numer. 3.*
2 *Hæreditas nondum adita personæ defuncti vicem substinet, sicuti ipse hæres.*
3 *Manutentio datur etiam aduersus deliberationem iniustam.*
4 *Restitutio dotis fieri debet in ipsis bonis assignatis pro fundo dotali.*
5 *Fundus dotalis dicitur constitutus si bona fuerint data in dotem, pro dote, & pro fundo dotali.*
6 *Fundus dotalis dicitur constitutus si maritus pro rata bonorum non promisit restitutionem, neque assecurationem, prout fecit pro reliqua summa.*
7 *Deliberatio non substinetur, si creditum ex fructibus antea perceptis remansit extinctum.*
8 *Deliberatio excessiua saltem pro parte proportionabili excessui, remanet nulla.*
9 *Deliberatio fieri non potest, si creditum erat turbidum, & illiquidum, nisi eius liquidatione facta.*
10 *Fructus bonorum viri post illius obitum ab vxore percepti, computantur in sortem, si neque subhastatio, nec insolutum datio facta sit.*
11 *Interpellatio facienda est à Vidua volente consequi fructus dotales, non obstante statuto Anconæ.*
12 *Mulier retinens bona viri cum protestatione ea dimittendi restituta dote, non reddita ratione, vel dicitur satisfacta, vel pro rata valoris inducta compensatio.*
13 *Retentio sine credito non permittitur.*
14 *Retentio non datur pro credito illiquido.*

DECISIO CCCCXXXVII.

RESPONSVM fuit dandam esse manutentionem
hæreditati iacenti q. Ioannis Moriconi contra Lu-
ciam, & Bartolomeam eius filias omnia eiusdem Io-
annis bona hæreditaria † retinentes ex titulo delibe- 1
rationis ad illorum fauorem factæ pro credito scuto-
rum 850. dotis maternæ, quia hæreditas nondum adi-
ta personæ defuncti vicem substinet, † sicut hæres §. 2
seruus etiam alienus instit. de hæred. instit. & dicitur quasi
possidere, vt notat Posth. *de manut. obser. 55. nu. 50.* Rot.
decis. 740. num. 3. coram Dunozetto Iun. ideoque illi danda
est manutentio, † non obstante deliberatione, quæ cum 3
sit ex pluribus iniusta, non impedit, quominus hæ-
reditati iacenti, siue eius Curatori sit debita manuten-
tio, Posth. *de manuten. obseru. 12. n. 35 & seq. post* Cenc.
de censib. *& dec. 218. n. 1. cum seqq. coram Bichio*.

Iniustitia deliberationis desumitur primò ex eo, quod Lucia, & Bartholomæa vti hæres Thomassæ Matris

ad dictam deliberationem deuenerunt vigore mandati ad
huius fauorem ab Auditore Cameræ relaxati vsque de an-
no 1655. pro scutis 900. eius dotis, cum tamen pro scutis
4 435. fuerint assignata duo Prædia pro fundis dotalibus, †
contra quæ propterea actio restitutionis dotis dirigenda
erat, quia ipsamet etanr restituenda, *l. cum in fundo* 81. §.
quod si marito, ibique gloss. verb. restitutionem ff. de iur. dot.
Bursatt. *consil.* 440. *num.* 33. *par.* 11. *& decis.* 48. *sub num.* 5.
par. 12. *rec.*

Quod autem dicta prædia essent fundi dotales suadet le-
ctura Instrumnti constitutionis dotis, Summ. hæredita-
5 tis *num.* 4. † in quo eadem assignantur *in dotem pro dote, &*
fundo dotali, vt in puncto consuluit Crauett. *consil.* 548. *n.*
2. *& seqq. lib.* 3. Gratian. *discept.* 745. *nu.* 89. Adden. ad Bu-
ratt. *dec.* 631. *su' nu.* 14. *vers. tertio non habet*, Rot. coram
Caualer. *decis.* 31. *n.* 1. *& post* Merlin. *de pignor. dec.* 39. *n.* 3.
& dec. 470. *n.* 7 *par.* 4. *tom.* 2. *& dec.* 301 *n* 3. *par.* 12. *rec.* & Io-
6 annes vir pro hac tata dotis restitutionem non † promisit,
neque assecurauit, prout fecit pro reliqua summa, Man-
tic. *de tacit. lib.* 12. *tit.* 28. *n* 28. Cabr. *cons* 60. *num.* 3. *lib.* 2. Boss.
de dote cap. 16. *n.* 49 Gratian. *discept* 489 *n* 9. Rota *dec.* 593.
n. 9. *coram Dunoz. Iun.*

Non obstat, quod fundi dotales dicantur per Maritum
distracti, quia non iustificatur alienatio, nisi Prædioli va-
loris scutorum 110. quod fuit permutatum in aliud Terre-
num cum Iosepho de Grassis de consensu etiam ipsius
Vxoris, Summario Sororum de Moriconis *num.* 2. non au-
tem alterius valoris scutorum 325. sicque adhuc remanet
excessus, & iniustitia mandati in hac Summa, & conse-
quenter ipsius deliberationis.

Secundò ex eo, quod defuncto Ioanne, Thomassa Vxor,
& successiuè dictæ Sorores perceperunt fructus eius bono-
7 rum † hæreditariorum, ex quibus vel creditum dotale,
cuius vigore bona fuerint deliberata, remansit integrè ex-
tinctum, & deliberatio non sustinetur, Posth. *de subhast.*
insp. 26. *n.* 1. *& seqq.* cum ibi allegatis, vel saltem pro parte
8 proportionabili, † & tamquam excessiua pariter corruit,
Rot. *dec.* 161. *n.* 20. *& dec.* 407. *n.* 6. *cum seqq. par.* 12. *rec. & in*
Romana domus 22. *Ian* §. *& proindè, &* 27. *Maii* 1672. §. *iniu-*
stitia enim cor. R. P. D. meo Taia, vel in omnem casum credi-
9 tum effectuoi fuit turbidum, & illiquidum, † sicque ad
deliberationem deueniri minimè poterat, nisi priùs facta
liquidatione fructuum perceptorum, & quantitatis credi-
ti remanentis, Surd. *consil* 248. *n.* 12. *& seqq.* Mastrill. *dec.*
287. *num. primo cum seqq. id. in* Posth *de subhastat. insp.* 38. *nu.*
35. & post eundem Rot. *dec* 36. *nu.* 11. *& seq. & coram* Mer-
lin. *dec.* 339. *n* 7. *&* 8.

Nec releuans videbatur prætensio, quod mulier stan-
te eius credito fecerit fructus suos tùm quia non cura-
uit bona prius subhastata, vel sibi in solutum assigna-
10 ri, prout requirebatur, † cùm aliàs imputentur in
sortem dotis, illamque extinguant, vt post multos dixit
Surd. *consil* 194. *num.* 13. *& seq.* Antonell. *consil.* 12. *num.*
11. Manent. *dec.* 76 *num.* 2. *cum seq.* Tùm etiam quia defi-
11 cit interpellatio, † quæ non obstante dispositione Sta-
tuti Ciuitatis Anconæ, quoque requirebatur, vt in
puncto censuit Rot. *decis.* 891. *numer.* 14. coram Duno-
zett. Iun. & generaliter Andreol *controu.* 17. *num.* 1. *cum*
seq. Rot. coram Vbald. *dec.* 211. *num.* 2. *& coram* Pen. *dec.*
1206. *n.* 3. *& coram* Eminentissimo Otthobono *dec.* 103. *nu-*
mer. 5.

Vltimò ex quo eadem mulier apud se retinuit omnia
bona descripta in Inuentario hæreditario Ioannis Vi-
ri, inter quæ adsunt multa mobilia, semouentia, &
credita non paruæ quantitatis, quæ omnia declarauit
velle pro eius dote retinere, illaque sibi eadem dote
restituta, postea cui de iure dimittere, dicto Sum. hære-
12 ditatis *numer.* 5. † qua declaratione stante, nec reddita de
eisdem bonis integrali ratione, censetur cum illis vel in
totum satisfacta, vel saltem pro rata valoris inducta com-
pensatio, Francisc Anton. Cost. *consil.* 29. *num.* 22. *& seq.*
Fontaneli *de pact. nuptial. claus.* 6. *gloss.* 2. *par.* 6. *numer* 61.
cum seq. Rot. *dec.* 231. *n.* 25. *par.* 9. *rec.*

Ex iisdem quoque rationibus Domini censuerunt
denegandam esse Luciæ, & Bartholomeæ eorundem
bonorum retentionem, non obstante asserta accolla-
tione, & respectiuè solutione debitorum Ioannis Pa-
13 tris, † quia supposita dictorum bonorum mobilium
retentione, fructuumque perceptione, vel creditum
saltem integrale, vt dictum fuit, non adest, vel
14 ad minus nonnisi valde turbidum, † & illiquidum
ex quo restitutio non permittitur, vt in primo casu
aliàs dixit Rot. *decis.* 322. *numer.* 45. *par.* 12. *recent. & in*
d. Romana Domus 27. *Maii* 1672. §. *penult. coram R.*
P. D. Taia, & in secundo firmat Posth. *de subhast.*
inspect. 62. *numer.* 27. *& eadem* Rota coram Duran.
decision. 113. *numer.* 7. *coram* Bich. *decision.* 349. *numer.*
21. *coram* Celsi. *decision.* 171. *numer.* 2. *& coram* Emi-
nentiss. Otthobono *decis.* 180. *num.* 17.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISSIMO D.
ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Bononien. Census.

Veneris 29. Martij 1675.

ARGVMENTVM.

Releuatio indemnitatis promissæ euitari prætendebatur, vel quia per longum tempus non fuerat petita, vel etiam quia locatio, ob cuius defectum erat debita, continuata diceretur, contrarium tamen, & ideo pro releuatione deciditur, tùm quia tempus non est modus, neque tollendæ, neque inducendæ obligationis, tùm etiam quia continuatio locationis non apparebat, imò potiùs de illius retrocessione constabat.

SVMMARIVM

1 *Locatio de iure præsumitur continuata.*
2 *Probationes plures non separatim, sed simul iunctæ accipiendæ sunt.*
3 *Probatio plena resultat, quæ deducitur ex pluribus probationibus simul ritè consideratis.*
4 *Testes depositio, si non asserit de certa scientia, & de visu, ad euitandum mendacium referenda est de auditu ab aliis personis.*
5 *Testis mendacium non respiciens, substantialia causæ, non adimit illius fidem.*
6 *Testium contrarietatem, seù varietatem ad euitandam, omnis possibilis interpretatio capienda est.*
7 *Possessionis præcipuum, & indubitatum signum est perceptio fructuum.*
8 *Statutum excludens probationes per testes, non habet locum vbi testes adhibentur ad coadiuuandas scripturas.*
9 *Statutum loquens in casu simplici non procedit in casu probationis mixtæ.*
10 *Releuatio etiam per longum tempus non petita, non ideo arguitur non fuisse debitam.*
11 *Hæres licèt integrum petierit debitum, cuius vna sola debebatur pars propter ignorantiam, non dicitur fuisse in dolo*
12 *Quietantia reperta penès creditorum præsumitur suspecta, cum penès debitorem extare debuisset.*
13 *Solutio magnæ quantitatis nonnisi per scripturam publicam fieri consueuit.*

DECISIO CCCCLXXXVIII.

QVAMVIS ad euertenda fundamenta decisionis
editæ coram me die 3. Martij 1673: * anni Ioseph
hæres fratrum de Maluasiis examinati curaue-
rit duos Testes, quibus probare contendebat locatio-
nem Prædii nuncupati della Boschetta, factam ab eius
Auctoribus Dominico de Gherardis fuisse continua-
tam per octennium, indeque non teneri ad releua-
tionem indemnitatis. Nihilominus in hodierna Causæ
propositione eorum depositionibus posthabitis vti nul-
latenus assumptum concludentibus, insistebat dumta-
xat in eo, eandem locationem † præsumi continua- a
tam tam de Iure communi ex Rota *decis* 399. *nu.* 2. *par.*
1. *rec.* quam ex dispositione Satuti Bononiæ relati in eius
Sum-

Summario *num.* 10. illiusque interruptionem post biennium non probari ex testibus pro Gherardis examinatis, aliisque iuribus ponderatis in decisione, quæ reuideretur. Sed his, aliisque contrariis non obstantibus, resolutum fuit standum esse in decisis.

Nam quod Marchio Cornelius, & Innocentius de Maluasijs Locatores transacto biennio, nempè immediatè post obitum Dominici Conductoris possessionem Prædij locati reassumpserint, probatur ex quatuor Testibus hoc vniformiter deponentibus, & assignantibus optimam rationem eorum dicti. Primus enim duplicem assignat causam scientiæ; Alteram quia pluries audiuit hæredes dicti Dominici conqueri de interruptione istius Locationis, & quod exinde grauabantur soluere de propriis peculiis annuum censum ab ijsdem Maluasijs impositum. Alteram verò quia ipse vti generalis administrator bonorum hæreditariorum eiusdem Dominici, & qui præcipuam curam habuit post ipsius obitum de omnibus fructibus, & redditibus eorundem, nunquam vidit, seù sciuit fuisse per dictos hæredes perceptos aliquos fructus ex Prædio controuerso, prout ratione sui officij necessariò sciuisset.

Secundus, & tertius Testis fundant eorum depositionem in eo, quia viderunt asportare fructus eiusdem Prædij ad palatium eiusdem Cornelij, non autem ad domum Conductoris, prout antea fieri consueuerat. Et quartus præcisè asserit ipsum ret roaccepisse istud Prædium ibi: *E morto, che fù il Iudetto Gherardi, il Sig. Marchese disse, che voleua indietro la sua Possessione, e pigliando scla in dietro, la godeua poi lui: stà giusto così, che io ero lì, & andaua innanzi, & in dietro*. Et latiùs in Summario Sororum de Gherardis *nu.* 1.

Et veritas istarum depositionum comprobatur tùm ex confessione emissa ab Antonio Agente dicti Cornelij in Epistola transmissa Margheritæ Vxori dicti Dominici, ibi: *Quanto all'interesse della Buschetto, so bene è parso all'Illustrissimo pigliare la Possessione in questa maniera, non intende per questo vi habbia da essere alcun suo pregiuditio*.

Tùm etiam ex Epistolis eidem conscriptis ab ipso Marchione Cornelio, occasione molestiarum hæredibus Conductoris illatarum à Carolo Zambeccario censûs creditore, Summ. hæredum *num.* 3. in quarum prima dicit: *In tanto ordino ad Ippolito il procoruro per ogni strada, che per questo tempo non siate molestata per mio interesse da persona alcuna, che douendo io partire per Roma frà vn mese per andar ad aggiustare la mia lite, e ritornarò di colà in stato di sadisfar vi affatto d'ogni molestia in che vi trouate*, &c. Si enim locatio continuasset, & hæredes Conductoris ex Prædio locato fructus percepissent, hæc vtique non scripsisset Cornelius nullatenus in hoc casu obligatus ad eos releuandum à molestijs passis ex causa istius Censûs, cuius capitale vna cum fructibus ex conuentione inita in Instrumento Locationis solui debebat cum pensionibus pro conductione debitis.

His denique accedit venditio huius Prædij liberè facta de anno 1633. Co. Raynutio per dictos Locatores, nulla habita mentione Locationis prout fieri debebat,
2 si bona apud Conductores eo tempore † extitissent. Quæ omnia etiamsi separatim sumpta non sufficerent, adhuc simul iuncta, prout fieri debet, arg. *Text. in l. Spadonem §. qui iura ff. de excus. Tut. & in l. Instrumenta ff.*
3 *de probat.* negari non potest, † quin plenam constituant probationem, Surd. *consl.* 1. *num.* 54. Gabr. *de probat. conclus.* 1. *num.* 1. Rota coram Buratt. *dec.* 687. *num.* 7. *& in rec. dec.* 223. *num.* 10 *par.* 10.

Neque obstare visæ sunt exceptiones adductæ contra Testes; Nam quod primus conuincatur mendax, eo quia deponat se cognouisse Federicum Patrem Dominici, antequam ipsum Dominicum procrearet, cum tamen hoc reddatur impossibile ratione ætatis huius Testis de tempore examinis non excedentis annum sexagesimum quintum, non subsistit in facto.

Ex illius enim depositione relata in Summario Iosephi *num.* 11. patet illum deposuisse de cognitione Dominici, non autem Federici, & quamuis dicat hunc fuisse ad habitandum in Castro Crepalcorij, ibique du-
4 xisse Vxorem, † cum tamen hoc non afferat de certa scientia, & de visu ad euitandum mendacium, & falsitatem, huiusmodi dictum est referendum ad auditum ab alijs, iuxtà tradita per Surd. *cons.* 530. *num.* 13. *& seq. &* per Rot. coram Greg. *decis.* 252. *num.* 11. *& in rec. dec.* 331. *num.* 12. *par.* 6.

Non omisso, quod etiamsi mendacium probaretur, adhuc vti non respiciens substantialia præsentis controuersiæ † non adimeret fidem Testi, Menoch. *de præ-* 5
sumpt. lib. 5. *præsumpt.* 22. *n.* 19. *& seq.* Rota coram Mantic. *dec.* 6. *num.* 6. Add. ad Gregor. *dec.* 547. *nu.* 10 *& ad* Buratt. *dec.* 42. *nu.* 14. & aliis pluribus relatis firmat Farinac. *de Testib. quæst.* 97. *num.* 137 *&* 179.

Minus facit habita ratio de varietate opposita secundo Testi, ex quo priùs dicat se cognouisse Dominicum, ibi: *Hò ben sentito nominare vn tal Signor Dominico Gherardi, ma non sò di hauerlo conosciuto, puol esser anche di hauerlo veduto, benche non l'habbi conosciuto*. Et deindè in diuersu Interrogatorio asserat. *L'hò veduto questo Gherardo, & il luogo doue l'hò veduto è stato à Ponzano*. Summario Iosephi *num.* 14.

Quia placuit responsio, ideò Testem dixisse se nescire an cognouerit Dominicum Gherardum, quia nesciebat. An Conductor illorum de Maluasijs ita denominaretur. At cum postea Interpres Iosephi in subsequenti Interrogatorio eundem Gherardum vti Conductorem nominauerit, tunc benè respondit se illum vidisse absque eo, quod exindè redargui possit de aliqua contrarietate, seù varietate, † pro cuius exclusione om- 6
nis capi debet interpretatio, Rota coram Gregor. *dec.* 487. *num.* 2. *&* 3. *&* 547. *num.* 5. *& in rec. d. dec.* 331. *num.* 12. *&* 13. *par* 6. *rec.*

Exceptio deinque, quod ratio assignata per secundum, & tertium Testem asportationis fructuum ad palatium Marchionis Cornelij de mandato Antonij Agentis, non concludat possessionem eiusdem, quia illa fieri potuerit de mandato hæredum Dominici. Et altera quod nec ipsi, neque alij Testes concludant tempus præcisum, quo fuit à locatione recessum, tolluntur. Prima in Iure, quia cum perceptio fructuum † sit 7
præcipuum, & indubitatum signum possessionis, Greg. *dec.* 549 *n.* 3. cum alijs pluribus cumulatis per Posth. *de manut. obseru.* 23. *num.* 6. *& seqq.* allegant illam fuisse factam de mandato, & nomine prædictorum hæredum, tamquam quid facti, incumbit onus probandi.

Secunda verò cessat in facto, quia primus, tertius, & quartus Testis explicitè deponunt hoc euenisse à die obitus Dominici, dicto Summario Sororum de Gherardis *num.* 1.

His itaque præmissis non obstat ex interruptione Locationis resultare liberationem Conductoris ab onere soluendi fructus, & capitale censûs longè excedentis summam libr. 100. & per consequens illius probationem factam per Testes † vtpote reiectam ex littera- 8
li Statuto Bononiæ sub Rubric. de probat. solut. non esse attendendam.

Quia cum talis probatio resultet non minus ex Testibus, quàm ex aliis Iuribus supra recensitis, Statutum prædictum loquens in casu simplici, † non habet 9
locum in casu probationis mixtæ, quando scilicet Testes adhibentur ad coadiuuandas scripturas, vt aduertit Asin. *in prax.* §. 19. *limit.* 3. & in terminis huius Statuti Rota *Bononien. diuers. dec.* 13. *num.* 8. *&* Rota coram Dunozetto Iuniore *dec.* 796. *num.* 13. *& coram* Eminentiss. Otthob. *dec.* 200. *num* 8.

Nil referente huiusmodi scripturas fuisse exaratas de anno 1632. & sic ab inde citra, non autem pro tempore antecedenti suffragari posse coadiuuationem ex Testibus desumptam. Quia Epistola scripta ab Antonio Agente loquitur de possessione Prædii iam reassumpta, & secunda Epistola ipsius Cornelii de molestiis iam illatis, & sic vtraque de tempore præterito.

Cum igitur ex his pateat, culpa Fratrum de Maluasijs nequiuisse filias, & hæredes Dominici Conductoris creditori censûs satisfacere cum pensionibus rei locatæ, frustrà scribentes pro Iosepho ex coniecturis deducere conabantur fuisse de tempore interruptæ locationis consilium indemnitati dictorum hæredum mediante solutione eisdem facta vel in pecunia, vel in tot bonis æquiualentibus capitali, & fructibus censûs vsque tunc solutis.

Quia præterquam nimis inuerisimile visum est Fratres prædictos voluisse integrum debitum soluere hæredibus fideiussoris, dum breuiori via earundem, & eo magis propriæ indemnitati consulere poterant, illud

solnendo Zambeccario census creditori.

Præctereà dictum fuit coniecturas addoctas esse irrele-
10 uantes; † Illa enim desompta ex longa taciturnitate io
petendo releuationem pluries reiecta per Rota & si-
gnanter coram Pen. *decis.* 914. *num.* 1. *coram bon. memor.* Cardin. Celso *decis.* 184. *num.* 14. *et* 15. *et decis.* 788. *num.* 12. *et* 13. *part.* 1. *diuers.* eo magis reijcienda visa est in casu proposito, in quo taciturnitas prouenire potuit ex imbecillitate sexus, & ætatis hæredum prædictarum, quæ de tempore obitus Dominici Patris reperiebantur in ætate infantili constitutæ.

Altera elicita ex dolo earundem, quæ ab initio petierunt integrum debitum, nulla habita ratione de bien-
11 nio, † quo durauit locatio, diluitur ex ignorantia de
iure desumpta in hæredibus *cap. præsumitur* 47. *de reg. iur. l. verius ff. de probat.* Bart. *in l. Emilius* 39. *numer.* 5. *ff. de minor.* Eugen. *cons.* 95. *num.* 23. *lib.* 1. *et* Rota coram Eminentiss. Otthobon. *decis.* 156. *num.* 11. & in specie occurrendo huiusmodi obiecto aduertit *d. decis.* 788. *nu.* 14. *parte prima diuersorum.*

Tertia coniectura deducta ex eo qoia de anno 1640. Ioannes Baptista Caluus soluerrit Hippolyto Montio vti Mandatario Marchionis Cornelij lib. 5858. pro bonis assignatis eisdem Sororibus de Gherardis, quas vtique non soluisset, si ex causa damnorum passorum fuissent illius creditrices, tollitur, aduertendo quietantias exhibitas ad hanc solutionem probandam esse valdè suspectas, non minus ex quo reperiuntur pe-
12 nes hæredem Cornelij, † cum tamen existere debuis-
sent penes hæredem soluentis, quam ex eo quia non
constat de causa solutionis in eisdem enunciata, &
13 agitur de solutione magnæ summæ, quæ hisce tem-
poribus fieri non solet sine scriptura publica, vt obseruat Posth. *resol.* 24. *numer* 20. *et* 21. Rota post Zacch. *de Societ. offic. decis.* 24. *in fine*, & maximè quando illa fit à Tertio, vt hic, qui à dictis Sororibus debuisset reintegrari.

Et ita, omissis alijs coniecturis, tamquam minoris ponderis, & benè confutatis à scribentibus, & attenta validitate obligationis Fratrum de Maiuasijs, & Lucretiæ eorum Matris satis comprobata ex rationibus deductis in alia decisione, in ea persistendum Domini censuerunt.

Vtraque &c.

Altera præsentis Causæ Decisio habetur impressa in præcedenti tomo primo huius decimæ octauæ partis recent. cuius est in ordine 43.

R. P. D. MATTHÆIO.

Senogallien. Fideicommissi.

Veneris 29. Martii 1675.

ARGVMENTVM.

Duo principaliter in hac decisione deciduntur, primum quod fideicommissario particulari postea quam de suis requisitis docuerit, non possit retardari immissio, vel ratione antiquioris fideicommissi, vel etiam ex capite detractionum, quoties hæc omnia appareant turbida; Alterum quod cum prohibeantur clerici suis filijs naturalibus, vel eorum matri quidquam in testamento, vel alia dispositione relinquere, ad formam Constitutionis san. mem. Pij V. si aliquid contra d. Oonstitutionem actum sit, totum applicetur Reuerendæ Cameræ Apostolicæ, etiam pro portione alijs non incapacibus relicta.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum, & identitas bonorum, quæ ex verbis testamenti resultant, clara esse dicuntur, maxime si à parte non controuertantur.*

2 *Linea, quæ nunquam incepit, adhuc dicitur defecisse, si primus de linea sine filiis decessit.*

3 *Immissio fideicommissario conceditur docto de fideicommisso, sui vocatione, & de identitate bonorum.*

4 *Immissio ex particulari fideicommisso non retardatur prætextu detractionum, aut antiquioris fideicommissi, quæ fuerint turbida, & num. 38.*

5 *Clericus ex Constitut. Beati Pii V. probibetur disponere in fauorem filii illegitimi, eiusque matris, & num. seqq.*

6 *Constitutio Beati Pii V. 17. tom. 2. Bullarii annullans dispositiones clericorum in fauorem illegitimorum late perpenditur, & declaratur, & num. 5. cum seqq. ac per tot.*

7 *Bona filiis clericorum ab eorum patre relicta, nec substineri possunt ratione alimentorum, si illorum valorem excedunt, & ideo dicuntur relicta in fraudem Constitutionis Beati Pii V.*

8 *Bona fideicommissi incamerata ex causa ad fideicommittentem spectante, remanent libera ab eodem fideicommisso, nec amplius in illud reincidunt.*

9 *Bona fideicommissi confiscata, & à fideicommissariis titulo oneroso recuperata, ipsis, & eorum hæredibus remanent acquisita, vt sibi ex Principis beneficentia concessa.*

10 *Hæres grauatus absque onere inuestiendi stipulando proprio, & hæredum nomine, sui & in illorum vtilitatem acquirit bona empta ex pecuniis hæreditariis.*

11 *Hæres grauatus non tenetur esse procurator, & negotiorum gestor hæredum fideicommissariorum.*

12 *Clericus an solum de bonis Ecclesiæ, vel etiam de patrimonialibus prohibeatur disponere fauore suorum filiorum illegitimorum, & num. seqq.*

14 *Constitutio Beatæ memoriæ Pii V. non solum annullat dispositiones clericorum fauore illegitimorum, sed eas etiam irritat, quoad personas capaces.*

15 *Bona filiis clericorum ab eorum patre relicta, etiam quoad personam capacem statim remanent acquisita Reuerendæ Cameræ Apostolicæ, & num. 14.*

16 *Sententia lata super inualiditate fideicommissi cum legitimo contradictore, & exequutioni demandata, ac diu obseruata, afficit etiam alios ad dictum fideicommissum vocatos.*

17 *Sententia deducta solum per modum exceptionis, & non ad effectum exequendi, probat etiam sine actis.*

18 *Rota non exequitur sententias aliorum tribunalium, nisi gustata illarum iustitia super meritis.*

19 *Obseruantia aduersus fideicommissum probatur, si bona fuerint possessa non tanquam fideicommissaria, sed tanquam propria.*

20 *Hæres grauati sine beneficio inuentarii non potest excipere de fideicommisso antiquiori, nec immissionem in posteriori fideicommisso impedire.*

21 *Hæres sine beneficio inuentarii legata, & fideicommissa particularia etiam de proprio soluere, & præstare tenetur, & num. 27.*

22 *in Fideicommissis ordinatis pro masculis, & descendentibus à masculis, succedens debet esse non solum masculus, sed descendere à masculis*

23 *Detractiones fieri non possunt ex fideicommisso particulari nisi in subsidium, quatenus ex aliis bonis illæ suppleri non valeant.*

24 *Existentia aliorum bonorum præsumitur ex quibus fieri possint detractiones, vltra bona fideicommisso particulari subiecta.*

25 *Hæres grauatus prætendens detractiones in bonis fideicommissi particularis, negatiuam non existentiæ aliorum bonorum probare tenetur.*

27 *Filius omittens facere inuentarium in fideicommisso vniuersali, non amittit legitimam.*

28 *Inuentarium tutelare non supplet defectum inuentarii hæreditarii, & quando num. seqq. vbi de ratione.*

29 *Inuentarium plures habens defectus non potest comparari alteri inuentario etiam minus solemni, quandoque à Rota approbato.*

31 *Causæ vnius, & personæ gesta non trahuntur ad aliam causam, & personam nullatenus consideratas.*

32 *Inuentarium non probat negatiuam, nisi fuerit hæreditarium, & legitimè confectum, non autem tutelare.*

33 *Trebellianica non detrahitur ex fideicommisso particulari.*

34 *Dos soluta sororibus grauati, si non probatur tradita de bonis propriis, præsumitur soluta de effectibus hæreditariis.*

35 *Bona ab hærede grauato possessa in eodem loco, quo possidebat defunctus, præsumuntur fideicommissaria.*

36 *Dos ad tempus per testatorem relicta dicitur debitum hæredis grauati, & quare.*

37 *Dos ad tempus relicta persoluenda est ex fructibus.*

DECISIO CCCCLXXXIX.

INSTITVIT de anno 1632. in Tabulis Testa-
mentariis Liuius Bauerius perpetuum fideicommis-
sum particulare in non nullis bonis existentibus in Ter-
ritorio Anconæ, & Senogalliæ ad fauorem Francisci
Mariæ filii eiusque descendentium in perpetuum, &
casu quo isti decederent sine filiis, & deficeret linea
masculina eisdem, substituit maiorem natu de eo
tempore existentem de familia Baueria, qui non esset
Clericus, neque alio modo impeditus Vxorem duce-
re, cum expressa alienationis prohibitione, vt in Summ.
num. primo lit. A & B. Vnde ipso Francisco Maria sine
filiis defuncto alter Franciscus Maria, qui de eo tem-
pore erat maior natu de dicta familia Iudicium insti-
tuit pro immissione ad bona fideicommissaria contra Mar-
chionissam Mariam Eleonoram, & à Prætore Seno-
galliæ sententiam immissionis reportauit super bonis
in eodem Territorio existentibus deuoluta postea causam
ad Rotam, & mihi commissa, dedi dubium an immissio
esset danda, & in quibus bonis, & illam concedendam es-
se quo ad bona, vt supra emanauit resolutio.

Ponderabant DD. fideicommissum, & identitatem bo-
1 norum esse claram, & indubitatam, † ex quo ex verbis
testamenti manifestè deducebantur, vt in Summ. *num. 1.
lit. A.* nec exaduerso controuertebantur Rot. coram Ar-
guelles *decis. 63. num. primo.*

Vti etiam in dubium reuocari non poterat legitima-
tio personæ ipsius Francisci Mariæ cum omnibus qua-
litatibus à fideicommittente præscriptis, quæ nec in
controuersiam reuocata fuerunt, quia linea mascu-
lina Francisci Mariæ hæredis instituti, cui ipse fuit
2 substitutus dici poterat defecisse † etiam si vnquam in-
ceperit, ex quo ipse extremam diem clausit nulli reli-
3 ctis filiis masculis. † Quibus concurrentibus immissio
in bonis fideicommissariis ex *remed. l. fin. C. de edict. D.
Adrian. tollen. vel vtil. suiu interd.* passim concedi solet
Gabr. *cons. 44. numer. 20. lib. 2.* & continuis temporibus à
Rota practicatum fuit, *vt in decisione coram bo. me. Cel-
so 181. num. 6. & coram* Bich. *decis. 670. num primo, & in dec.
472. num. primo par. 3. & decis. 368. eodem numero par. 5. rec.
& in Bononien. Primogenituræ 23. Ianuarii 1672. coram
R. P. D. Rondinino* cum aliis relatis in *Romana Primogenitu-
ræ de Bubalo 28. Iunii 1673. §. minas coram R. P. D. Vicecomi-
te.*

Verum ad retardandam hanc immissionem duo op-
ponebantur per Informantes pro Marchionissa vnum
quod adesset fideicommissum antiquius ordinatum à
R. P. D. Francisco Seniore, & alterum quod ipsi
Marchionissæ Mariæ competerent, quam plures de-
tractiones in bonis de quibus agitur, His tamen non
obstantibus placuit DD. Immissionem concedere, ne
dum ex quo detractiones erant dubiæ, & incertæ, nec
ex bonis huiusmodi fideicommisso subiectis competebant,
vt inferius demonstrabitur, sed etiam quia exceptio
antiquioris fideicommissi erat turbida, & controuer-
4 sa, † quo casu petens immissionem ex particulari fi-
deicommisso in possessionem bonorum immittendus
venit Ripa *in l. primu ua. 12 ff. quorum bonorum* Dec. *cons.
424. num. 20.* Roland. *cons. primo num. 73. lib. primo* Menoch
de adipisc. remed. primo num. 103. Rot. coram Bich. *decis. 297.
num. 13. & in Bonon. Fideicommissi de Nascentoriis 27. Febr.*
1640. *coram bo. me. Ghislerio, & in Firmana Fideicommissi
14. Iunii 1669 §. eo autem, & 13. Iunii 1662 §. fin. coram Reue-
rendissimo Albergato Decano.*

Turbiditas autem, & incertitudo antiquioris fidei-
commissi ex eo patebat, quod omnia bona eiusdem
Francisci Mariæ, & etiam ea, quæ vinculo fidei-
commissi subiecta fuerunt, à Reuerenda Camera Apo-
stolica fuerunt confiscata per sententiam latam à R. P. D.
Thesaurario Generali, ex quo vti Clericus contra
Constitutionem Beati Pii V. in ordine la 17. Bullar.
5 tom. 2. † disposuit de nonnullis bonis stabilibus tam
in vita, quam in morte ad fauorem Caroli filii ille-
gitimi, & respectu Elisabethæ eius matris perpetuo, &
irreuocabilis donationis titulo, vt in Summ. *num. 6.*
6 † quæ Constitutio non solum annullat dispositiones
ad fauorem illegitimorum à Clerico factas in casibus
de Iure communi permissis, sed etiam irritat illas, in qui-
bus ex priuilegio in illegitimos quis disponere posset,
dum prohibetur omnis dispositio, tam ex causa dotis,

& pietatis, & paupertatis commiserationis intuitu,
& per consequens huiusmodi dispositio, aut donatio
facta ab eodem Francisco Maria nec poterit substine-
ri loco alimentorum, quæ ex priuilegio Iuris Cano-
nici filio illegitimo debentur quando etiam ista essent
permissa, † ex quo bona relicta excedunt illorum quan- 7
titatem, & ita consideratum fuit a DD. fuisse tra-
dita in fraudem dictæ Constitutionis, vt in his ter-
minis dixit Spad. *cons. 222. num. 4. lib. 3.* Rot. *dec. 476. num.
16. coram Dunoz. Iun.*

Hinc cum postea hæc eadem bona fuerint à Reueren-
da Camera Apostolica cessa Liuio pro se, filiis, & suc-
cessoribus quibuscumque mediante solutione scutorum
4500. libera euaserunt à quocunque nexu fideicom- 8
missi, cui ante confiscationem obnoxia reperieban-
tur, nec in hæreditate Francisci amplius computan-
da veniunt, † sed titulo oneroso, & respectiuè do- 9
nationis in dominium eiusdem Liuij transierunt ex in-
dustria propria, & suis hæredibus acquisita vti sibi ex
Principis munificentia concessa iuxta *tex. in l. sed & si lis
ff. ad leg. falcid.* Cast. *in l. 3. in princip. ff. eodem* Gratian.
discept. 586 num. 18. & dixit Rota *in rec. decis. 55. numer.
16. par. 9.* licet prætendatur dicta scuta 4500. soluta fuisse
ex bonis dictæ hæreditatis, quia ad propositum facit,
quod hæres grauatus absque onere inuestiendi pretium,
† stipulando proprio, & hæredum nomine ad sui, 10
& illorum vtilitatem acquirit bona empta ex pecunijs
fideicommissariis ex ea ratione quod non tenetur † fi- 11
deicommissariorum esse Procurator, & negotiorum ge-
stor *l. postulanti §. sed & in huiusmodi ff. ad Trebell.* Peregr.
cons. 31. num. 11. vers. 2 quia hæres Rot. *in recen. dec. 70. nu. 4.
par. 9. dec. 308. num. 4. par. 11.*

Nihil releuante, quod exaduerso oppositum fuit,
quod Constitutio Beati Pii V. non comprehendat ista
bona, vti eiusdem Francisci Mariæ fideicommittentis
patrimonialia, † sed rantummodo habeat locum in 12
iis bonis acquisitis ab Ecclesia, vel ex fructibus illius bo-
norum iuxta ea, quę firmauit Rota coram Dunoz. Iun.
*decision. 981. numer. 12. & decis. 487. numer. primo par. prima
diu.*

Quoniam non solum huiusmodi Constitutio compre-
hendit bona Ecclesiastica, sed etiam habet locum,
quo ad Patrimonialia quando ista fuerunt donata, 13
vel relicta in vim legati filio illegitimo à Clerico, vt
patet in alia Constitutione declaratoria in calce eius-
dem Constitutionis inserta, vt in puncto respondit Me-
noch *cons. 311. numer. 6. vers. & non solum, & præsumpt. 96.
num. 4. vers. quæ quidem prohibitio, & num. 5. lib. 4.* Rot. *ad-
ducta ab eodem* Menoch. *decis. 214. num 4. par. 2. diuers.* Et
vlterius irritat huiusmodi dispositiones † etiam quoad 14
capaces, & totum Testamentum inualidat applican-
do omnia, & singula bona in eo disposita ad commo-
dum Cameræ Apostolicę tam quoad capaces, quam
quoad incapaces, vt clare apparet in ea *Constitutione in
§. 5. & 6. ibi nec etiam quoad capaces, & res ulius valeat*:
Verba enim huiusmodi dispositionis sunt litteralia, &
ideo nulla indigent declaratione, sed illis standum est,
& quod in casu, de quo agitur illa etiam afficere
debeat alios in huiusmodi testamento vocatos non po-
test dubitari, † dum ex huiusmodi dispositione con- 15
tinetur legatum ad fauorem filij illegitimi, & illius
Matris, & per consequens integra illius hęreditas sta-
tim ad Cameram Apostolicam pertinere cępit, & to-
tum testamentum irritum, & nullum euasit, vt
sępè firmatum fuit Gabr. *cons. 83. numer. 11. vers. tertio
omnem lib. 2.* Menoch. *cons. 511. numer. 7. et seqq. et dicta
præsumpt 96. numer. 4. et 5. lib. 4.* Rota *d. decis. 214. num.
primo vers. ad Bullam par. 2. diuers.*

Augetur insuper turbiditas huiusmodi fideicommissi
antiquioris Francisci Marię ex sententia lata à Re-
uerendo Patre D. Thesaurario super testamento, &
fideicommissi inualiditate, declaratione, & applica-
tione bonorum fauore Camerę Apostolicę, quę cum
in iudicatum transiuerit, & fuerit executioni deman-
data, & obseruata vltra annos 50. afficit Liuium, &
omnes ad fideicommissum vocatos, † stante quod la- 16
ta fuit cum legitimo contradictore, Honded. *cons. 28.
num. 24. lib. primo* Peregr. *de fideicommissis art. vltimo num.
96.* cum innumeris congestis per Fusar. *de substit. quæst. 622.
num. 11. et seq.* Grat. *discept. 456. nu. 91.* Rot. coram Bich.
dec. 112. num. 6. et dec. 116. num. 2. & presertim cum dicta

sententia non deducatur ad effectum exequendi, sed fuit
inducta per modum exceptionis, siue replicationis,
17 † quo casu sine actis etiam in Rota probat, quam-
uis non sit solita, quando petitur illius executio ad-
18 mittere sententias aliorum Tribunalium, † nisi gusta-
ra super meritis illarum iustitia Put. *decis.198. num. pri-*
mo & 2. & decis. 391. numero primo lib. primo in correctis
Mantic. *decis.350. num.9.* Coccin. *decis.1827 num. 5. & de-*
cis. 2343. numero primo cum duobus seqq. & decis. 296. num.
4. part.5. & decis 78. num.12. & 13. part. 14. recent. & in
Romana Domus 16. Ianuarii 1673. §. & iam coram bon. me-
mor. Priolo, & in alia Romana Domus 9. Februar. 1674. §.
non enim coram eodem, & in Romana Census 11. Ianuarii
1675. §. quia coram Reuerendissimo Albergato Decano.

De obseruantia autem eiusdem sententiæ dubitari nec
quidem potest, dum Franciscus Maria, à quo causam
habet Marchionissa Maria, bona de quibus agitur vs-
19 que ad obitum possedit vti hæreditaria Liuij Patris, †
non autem vti fideicommissaria Patrui, Rota *decis.228.*
numero 2. part.10. recent. & in Romana Fideicommissi Pros-
peri Sen. de Cassarellis 17. Martii 1673. §. certum coram
bon. mem. Priolo.

Accedit, quod dum Liuius huiusmodi bona particula-
ris fideicommissi vinculo subiecit, Franciscus Maria Se-
nior, dictæ Marchionissæ auctor fuit hæres Liuij fidei-
committentis, & eius hæreditatem adiuit nullo confe-
20 cto Inuentario † non potest nunc ipsa excipere de fidei-
commisso antiquiori, nec immissionem in posteriori fi-
deicommisso impedire, cum apertissimi Iuris sit, quod
hæres simplex non beneficiatus, qualis fuit Franciscus
21 Maria etiam ex actibus gestis in ætate maiori, † integra
legata, & fideicommissa particularia etiam de proprio
soluere, & præstare tenetur, & hoc comprobant text.
apert. in l. fin. §. postquam C. de Iur. delib. §. si vero non fue-
rint auth. de hered. & falcid. l. cohæred. §. cum filiæ ff. de
vulg. & pupill. Bart. *in l. Pater filium num. 2. ff. de*
leg.3. Castrens. *in l. ab omnibus § fin. num. 2. ff. de leg. 2. &*
in l. ita tamen § si ex Trebellian. ff. de trebell. tenet Soccin.
Iun. *cons. 7. num. 15. vol.4.* Boer. *cons.53. num.3.* Bellon. Iun.
cons.48 num.37. & seq. Castrens. *cons.186. numer. primo vers.*
sed aduertendum, & cons.188. num.2. Menoch. *cons.217. num.*
17 Surd. *cons.459. num.16.* Peregr. *de fideicommiss. art.33. nu.*
13. Rota coram Gregor. *decis. 511. num. 29 vers. quia alias*
coram Duran *decis.213. num 13. coram* Bich. *decis.251. nu.*
19. & 20 & decis 559 coram Peuting *decis.286. num. 5. co-*
ram Dunozett Iun. *decis 910. num.21. & in recent. decis.19.*
num 6. part 5. decis.12 num 39 pure. 10. & quidem insubsi-
stens visa fuit prætensio Marchionissæ de succedendo ex
persona perpetua in primogenitura dicti Prælati, cum in
ea substituerit filium masculum Liuij primogenitum, &
deinde successiue omnes filios primogenitos maiores, nam
ex linea masculina ipsius Liuij, vt Summario Marchio-
22 nissæ *numero 1. in fin.* † quo casu succedens debet esse de-
scendens ex masculis, & ipse etiam masculus, Peregr. *de*
fideicommissis art.26. num.29. vers. circa vero secundum Ca-
sum, Rota *decis.213 sub num.5. part.2 recent. & decis.95. nu.*
4 & 5. & 6 part.11.

Altera verò exceptio circa detractiones quas præten-
debat Marchionissa ex persona Francisci Mariæ eoque
23 minus valet retardare hanc immissionem, † quia ex par-
ticulari fideicommisso illæ non competunt, nisi insubsi-
dium, quatenus huiusmodi detractiones ex aliis bonis
hæreditariis suppleri non valeant, Castrens. *cons. 247.*
numero 4. vers. sed quando lib. primo Honded. *cons 66. num.*
11 vers primo quia lib.2. Aym. *cons.19. num.14.* Roin. *consil.*
17. num.10. vers. non tamen lib. primo Altograd *cons. 37.*
numero 49. Peregrin. *de fideicommissis art.4. num 34.* Fusar.
de subst. t. quæst.692. num 4 & seqq. Merlin. *de legit. lib. 2. tit.*
9 part.10. num.11. Surd. *decis.316. num. 10. & seq.* Rota co-
ram Buratt. *decis 693 num.11. coram* Dunoz. Iun *decis. 29.*
num 4. coram bon. mem. Celso *decis.124. numero primo, &*
decis. 113. num 4 part.2. diuers. & in recent. decis. 185. num.
14. part. 5. & decis.12. num.35. part.10 & decis 441. numer.2.
24 *part.14* quæ semper extare præsumuntur, † & si Mar-
chionissa contrarium asserit debet hanc suam exceptio-
25 nem, † vti suæ intentionis fundamentum concludentis-
simis probationibus deducere, Angel. *in l. Papinianus §. si*
conditioni num. 5 vers. ad ipsum autem ff. de inoff. testamen-
to Couar. *in cap. si hæredes num. 9 vers. quamobrem de testa-*
ment. Natt. *consil. 199 num 9.* Fusar *de substit. quæst.92. num.*
37. Merlin. *de legit. lib. 2 tit. 2. quæst 4. num 8 & 15.* Gratian.
discept. 570. num.19. & 20. Surd. *cons. 316. num. 14.* Rota
coram Caual. *decis.246. num.9. coram* Duran. *decis. prima*
num.33. coram Bichio *decis.278 num.17. & in recent. decis.*
153. num.15. part.9. & decis.77. num 2. & 4. part.5.

Attento præsertim, quod hæreditas à Francisco Ma-
ria adita fuit sine inuentario, & hoc casu distinguendum
est, quod vbi agitur de fideicommisso vniuersali in dona- 26
tione ob non confectionem inuentarii, non amittit legi-
timam; Secus vero quando sumus in fideicommisso par-
ticulari, quia de iure nouo hæres, † qui non confecit in- 27
uentarium legata, & fideicommissa particularia integra
persoluere debeat, Bellon. Iun. *cons.48. num. 55. & seqq.*
Peregr. *cons.64. num.27. & 28. lib.3.* Fusar. *cons.74. num. 15.*
Castrens. *cons. 188. num.2. lib.2.* Ciriac. *contr. 5. num.178. &*
seq. Rota coram Bich. *decis.251. num.17. & seq. & coram*
Peutinger. *decis.286. num.9 coram* Dunozett. Iun. *decis.910.*
num.4. & in recent. decis.31. numero 4. & 5. part.5. Cuius de-
fectus nec suppleri potest per Inuentarium tutelare, † 28
etiam si Rota contrarium firmauerit *in Bonon. Fideicom-*
missi de Glauarinis 21. Iunii 1673. coram R. P. D. Emerix,
quoniam in casu illius decisionis agebatur de fideicom-
misso vniuersali, & in Inuentario tutelari descripta fue-
runt omnia bona præsente fideicommittente vna cum
redditione rationis, quam ipse Donans approbauerat,
quę non concurrunt in Inuentario titulari de quo hodie
tractatur immo plures defectus patitur, eo quia non fuit
vocatus Iacobus Ioseph, vt disposuit Testator Summ.
numero primo nec vlla pecuniarum quantitas in illo fuit
descripta, quę in opulenti hęreditate verisimiliter aderat,
neque continet omnia bona, sed solum describit illa exi-
stentia Senogallię, & his defectibus concurrentibus † non 29
potest comparari alio Inuentario approbato à Rota *in di-*
cta Bononien. Fideicommissi, sed habebunt locum illa,
quę alias firmata fuerunt tam à DD. quam à Rota, quod
Inuentarium tutelare cum respiciat Tutorem, & pupil-
lum, † trahi non debet extra eius terminos itaut com- 30
prehendere debeat hęredem, pro quo non est confectum,
& cum sit factum respectu vnius Causę, vel personę † 31
non trahitur ad aliam causam, & personam in illo non
consideratam Cabal. *cons.156 num.43. & 44. lib. primo* Ro-
ta coram Royas *decis. 53. num. 12. vers. nec obstat coram*
Bichio *decis.161. num 25 & in recent. decis.780. num 4 part.*
2. & decis.432. num 4 part.4 decis 88. num.24. & decis. 126.
num.34. part.7. & placuit DD. illa ratio, quod illud non
probat negatiuum, † ex quo probandi huiusmodi negati- 32
ua tributa non est nisi Inuentario hęreditario legitimè
confecto, vt probat Couar. *lib.2 var. cap.5. num 4.* Royas
dicta decis. 53. num 14 & in Camarinen. Dotis 8. Iunii 1674 §.
nec subsistit coram R. P. D. meo Rondinino.

Vltra, quod prætensa Trebellianica † non potest de- 33
trahi ex huiusmodi fideicommisso particulari, vt incon-
cusse tenet Rota *in Bononien. Fideicommissi 23. Iunii 1671.*
§. nec alienatio coram R. P. D. Culatain. Dos soluta felici
vni ex sororibus Francisci Marię hęredis grauati tradita
fuit in prędio hęreditario, quod cum de proprio non sol-
uerit, ideo fideicommissum onerari non debet vti etiam
nec alię dotes aliis sororibus solutę ex huiusmodi fidei-
commisso detrahi debent, ex quo bona à Francisco Ma-
ria viuente tradita non fuit probatum fuisse sua; † Vn- 34
de intrat pręsumptio fuisse hæreditaria tanquam per
grauatum possessa in eodem loco, † in quo posside- 35
bat Liuius Testator, Rota *in Maceraten. Saluiani 27.*
Maii 1669 §. ex supra firmatis coram R. P. D. Bour-
lemont. Pariter non est detrahenda ex huiusmodi fidei-
commisso pecunia incontanti soluta à grauato pro eis-
dem dotibus dum detracta pręsupponi debent ex fru-
ctibus hęreditariis, ac bonis liberis de quibus Summ.
numero 8. Nec competit retentio pro summis solutis
post obitum Francisci Marię à Marchione Viro eiusdem
Marchionissę, † ex quo erat debitum proprium eius- 36
dem Francisci Marię hęredis grauati † ex quo dotes 37
erant ad tempus relictę, & sic soluendę ex fructibus
Rota *decis. 260. numero 13. & seq. part. 11. recent. de-*
cis. 261. numero 8. & 9. part. 13. & in Romana Fideicom-
missi 28. Iunii 1673. coram Reuerendissimo D. Gadicen.
Vlterius nec dotem propriam ipsa Marchionissa ex hu-
iusmodi fideicommisso particulari detrahere potest donec
non probauerit alia bona libera non extare, vt superius
dictum fuit. Quo verò ad legata, & ęs alienum, & ex-
pensas funeris eo minus retentio competit, dum illę fa-
ctę fuerunt, ex pretio frumenti, Vini, & Animalium, &
mobi-

mobilium in hæreditate repertorum, vt in Summario
num. 7. Postremo detractio legitimæ Francisci Mariæ
Patris, vna cum dote materna ipsi Marchionissæ nullo
modo debetur dum Franciscus Maria inuentarium non
confecit, & plura bona ingenti valoris præcedenter alie-
nauit, ex quibus patet detractiones illi nullo modo com-
peteret, vel etiam adeo turbidas, vt immissionem impe-
dire nequeant, quare illius exceptio, aut prorsus elidirur
aut dubia redditur, itaut retardari nequaquam valeat
38 immissio, † quam hodie ex hoc capire, & ex alijs rationi-
bus supra deductis vtraque parte Informante DD. in bo-
nis Senogalliæ huiusmodi particulari fideicommisso ob-
noxijs Francisco Mariæ concedendam esse conuenerunt,
iuxta ea, quæ alias firmata fuerunt *in recent. decis.* 275.
num. 2. vers. & ratio resolutionis fuit part. 5. & decis. 88. *nu.*
27. *vers. quo vero ab* Alexandro *par. 7. & decis.* 12. *num.* 44.
par. 10. *& in Romana Fideicommissi de Incoronatis* 28. *No-
uembris* 1668. *§. nunc coram bo. mem. Priolo.*

Confirmata fuit hæc decis. sub die 21 Ianuar. 1676. coram
bon. me. Vbaco, quæ inferius suo loco, & tempore
apponetur.

R. P. D. EMERIX.

Leodien. Matrimonij.

Vener. 29. Martij 1675.

ARGVMENTVM.

Metus in contractu matrimonij interue-
nisse dicebatur, sed quia de eo non con-
stabat, quinimo maritus, vti qui mu-
lierem deflorauerat, illius contractum
affectabat, ideo pro eius validitate de-
ciditur, non obstante quod plures actus
intermedij contrarij interuenerint, dum
posteà de libertate consensus apparuit;
Plura igitur de metu, eiusdemque re-
quisitis in præsenti decisione adducun-
tur.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractum coram Presbytero ad id Pa-
rocho deputato, dicitur contractum ad formam Con-
cilii, & validum reputatur.*
2 *Metus ad effectum annullandi matrimonium iam con-
tractum, plenè, & concludenter probari debet.*
3 *Metus probari debet cum suis requisitis, quod incutiens
sit solitus minas exequi, quod eum passus sit timidus
& debilis, quodque agatur de graui malo.*
4 *Matrimonium, quod quis ob sequutam copulam affecta-
uit, non dicitur meticulosum, quamuis intermedij
actus fuerint contrarii, si postea de libero consensu
apparuit.*
5 *Metus excluditur ex actibus liberam voluntatem præse
ferentibus.*
6 *Metus non probatur ex contentione sequuta inter par-
tes, quæ statim cessauit, & num. seqq.*
7 *Minæ vanæ, & elusoriæ non inducunt metum cadentem
in constantem virum.*
8 *Matrimonium impugnans, vti met contractum supponit
illud præcessisse.*
9 *Testes amici, & consanguinei non repelluntur à te-
stificando in fauorem matrimonij, amplia vt nu.
seqq.*
10 *Matrimonium contractum in loco secreto magis probatur
ex testibus amicis, & consanguineis illius fauore de-
ponentibus.*
11 *Testes in æquali gradu consanguinitatis vtriusque partis
plenè probant.*
12 *Consanguinitas probari debet in gradu propinquo vt te-
stem à testificando repellat.*
13 *Testes quorum personæ, & depositiones in contractu ma-
trimonij integrantur à Parocho fauore eiusdem ma-
trimonii plenè probant.*

Decis. Recent. Pars XVIII. Tomi II.

DECISIO CCCCXC.

RESPONSVM fuit constare de Matrimonio vali-
dè contracto inter Gerardum, & Elisabetham co-
ram Præsbytero † adhoc à Parocho deputato, vt in Sum- 1
mario num. & duobus Testibus ad formam Sacr. Concil.
Trident. *sess. 24. cap. 1. de reformat. matrim.* prout in his
terminis alias respondit Rota coram Buratt. *decis.* 713. *nu-
mer. primo*, & concordantibus allegatis ibi per *Adden.
num.* 11.

Nec obstare videbatur exceptio per Gerardum proposi-
ta, quod ipse per vim, & metum cadentem in constantem
virum compulsus fuerit ad illud contrahendum à Leo-
nardo Auunculo Elisabethæ, apud quem tanquam A-
manuensis commorabatur, quia ex facto per dictum Pres-
byterum, qui loco Parochi interfuit, aliosque Testes re-
censitos, iste metus non solum non probatur, sed imo po-
tius excluditur, † Et tamen dum agitur de infringendo 2
matrimonio, ille plenè, & concludenter probari debuis-
set, vt sunt *Text. expressi in cap. veniens 15. & cap. consul-
tationi 28. vtrobique in fin. de sponsal.* Sanchez *de matrimon.
lib. 4. disput. 1. num. 9. & seqq.* & quidem cum suis requisi-
tis, † quod scilicet illum incutiens esset ferox, & terribi- 3
lis naturæ, ac solitus minas exequi, metum autem pas-
sus timidus, ac debilis ad resistendum minis, & malum
quod timebatur graue cui facile occurri non posset Abb.
in cap. causam matrimonii 16. num. 5. de offic. deleg. Menoch.
de arbitr. cas. 135. per tot. Caren *resol. 81. num.* 51. Sanchez
d. lib. 4. disp. 1. num. 10. vsque ad fin. Egid. Bellamer. *cons. 9.
num.* 11. Rota *decis. 32 num. 4 & seqq.* & pluribus cumula-
tis dictum fuit *in Nullius, seu Tolletana Nullitatis Ordinum*
28. *Nouemb.* 1674. *§. ex quibus coram me.*

Deponunt enim concorditer, quod secuta inter eos ex
domestica conuersatione copula carnali, & exinde grauí-
da effecta Elisabetha, itaut vterum amplius cela-
re non posset, quod ipsemet Gerardus ad contrahendum
matrimonium dispositus, ne res ad notitiam eius Paren-
tum deueniret, requisiuit Leonardum, vt procuraret ab
ordinario dispensationem à publicationibus, quod cum
factum fuisset, & Gerardus à die 7. Maij destinati contra-
ctus, vsque ad diem 16. eiusdem mensis ex solo metu Pa-
rentum procrastinasset, tandem petijt ab eodem Leonar-
do, vti Elisabetham deduci curaret ad eius hortum situm
propè Ecclesiam Parochialem, vbi matrimonium ibi se-
creto, coram dicti Sacerdote, & Testibus contraheretur;
Et licet ibidem peruentis eisdem contrahentibus, ac eo-
dem Sacerdote, & Testibus, atque dicto Leonardo, Ge-
rardus parum sibi constans in principio ostenderet se desi-
derare, vt expectaretur adhuc per aliquot dies ad obtinen-
dum consensum eius Parentum, sicut deponunt Testes
eius Summario num. 3. & 4. nihilominus post verbalem
contentionem inter ipsum, & Leonardum, habita ad
persuasionem dicti Sacerdotis, particulari colloquio cum
Elisabetha, ambo processerunt cum hilaritate versus eun-
dem Sacerdotem, & Testes existentes ab alio latere hor-
ti, & audito, quod iam essent concordes, Sacerdos inter-
rogauit Gerardum, an vellet pro celebratione dicti ma-
trimonij accedere ad dictam Ecclesiam Parochialem ibi
proximam; cui ille respondit nolle, ne tale matrimonium
ad plurium notitiam pro tunc deueniret; † Ac propterea 4
coram eisdem per verba de præsenti matrimonium con-
traxerunt, prout plenius legitur in Summario Elisabe-
thæ *num. 1. & seqq.* ex quibus alijsque circumstantijs in
facto concurrentibus liberam voluntatem contrahendi
præseferentibus † omnis iustus metus excluditur Me- 5
noch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 4. num. 26 & seqq.* Rot.
decis. 301. num. 35. pars. 11. recent. & coram Peutinger. *d.
decis. 32. num.* 13.

Neque refert, quod ijdem Testes deponant inter con-
tendendum Leonardo excidisse pallium in Terram, eun-
demque manus imposuisse in sacculos, quia cum nulla
exindè arma extraxerit, statimque, vt subiungunt, ista
contentio cessauerit, † huiusmodi motus prouenientes ex 6
iusta causa Neptis defloratæ, & rursus propositæ dilatio-
nis matrimonij contrahendi non fuerunt visi sufficientes
ad inferendum metum cadentem in constantem virum, 7
vt supra concludenter probandum, cum etiam possint
minæ vanæ, & elusoriæ fieri, vt inquit *Tex. in l. hæc au-
tem 4. ff. si cui plusquam per l. falcid.* & ponderauit Rota
coram Bichio *decis. 411. num. 9.*

Prout nec refragari dicebatur, quod Testes, qui ma-
trimonio interfuerunt sint consanguinei, & Amici Leo-
nardi, ac Elisabethæ, ideoque illud non probant. Tum
quia Gerardus impugnando matrimonium vti metu
8 contractum, † supponit hoc præcessisse; Tum etiam quia
9 tales Testes † non repelluntur à testificando ad fauorem
10 matrimonij, præsertim dum fuit contractum in loco se-
creto ex destinatione ipsiusmet Gerardi illud impugnan-
11 tis, & inter eos in omnibus intercedit æqualitas *cap. vi-
detur* 3. ibique distinguendo *gloss. verb. antiqua consuetudi-
ne, & Abb. numer. 3. & seqq. qui matrimon. accus. poss. &
gloss. in cap. super eo 22. verb. cum mater. de Test.* Sanchez
de matrim. lib. 3. disp. 41. num. 5. & seqq. Tum denique quia
12 de consanguinitate vnius ex Testibus non docetur, † sal-
tem in gradu tam propinquo, vt inde veniat repellendus
iuxta doctrinam Farinac. *de Test. quæst. 54. num. 23. 49. &
50.* & vlterius adest Sacerdos à Parocho deputatus, cuius
13 dictum, & authoritas † supplent, ac reintegrant aliorum
Testium Personas, & depositiones itaut plenè probent,
vt notat Bald. *in l. si quis ex argentarijs in §. quod ante nu-
merum primum C. de eden.* Alexand. *cons. 56. num. 12. lib. 2.*
Roman. *cons. 486. in fin. ibique Add. l. 1. D.* qui plures cumu-
lat, & in his terminis Sanchez *de matrim. d. lib. 3. disp. 41.
sub eodem num. 5. vers. 2. quin*, & dixit Rota coram Buratt.
decis. 713. num. 8.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. EMERIX.

Afforicen. Beneficij.

Veneris 29. Martii 1675.

ARGVMENTVM.

Inter duos litigantes tertius gaudebit vulgatum adagium est, quod per sæpe verificatur in beneficijs, & gratia si neutri, aut nulli, vt contigit in hac causa, in qua quia illam obtinens, beneficium alteri cesserat, & hic nouas literas Apostolicas expediuit, quas proinde vti in omnibus iustificatas exequenda esse deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Gratiam obtinens si neutri, aut nulli per sæpe gaudet inter duos litigantes, & n. 9.*

2 *Gratia exequutioni demandari debet, si omnia in illa narrata verificata sunt.*

3 *Litis pendentia inter partes probatur ex processu, & resolutionibus rotalibus.*

4 *Valor beneficij probatur ex confessione partis, quæ similem valorem expressit.*

5 *Confessio contra confitentem plenè probat.*

6 *Cessio beneficii publicari debet iuxta Constitutionem Gregorianam.*

7 *Publicatione cessionis facta in termino prorogato, adhuc dicitur satisfactum Constitutioni sanctæ memoriæ Gregorii XIII.*

8 *in Termino prorogato, quæ facta sunt perinde habentur ac si expleta fuissent in tempore.*

9 *Literæ Apostolicæ vbi sunt iustificatę veniunt exequendæ, vt supra n. 1.*

DECISIO CCCCXCI.

FVERAT de anno 1660. prouisus à Nuntio Apostolico de Prestimonio Sancti Christophori Petrus Loares, tanquam de vacante in mense Augusti per obitum Antonij Ernesti, cumque postmodum de anno 1665. Ioseph. Franciscus de eodem beneficio vacante per resignationem Ferdinandi sibi prouideri fecisset, & orta propterea inter illos controuersia, Iudex de partibus Petro manutentionem concessisse, eaque Rotæ commissa
1 fuisset cum clausula sine præiudicio mandati de manute-
nendo superuenit Franciscus cum gratia si neutri, aut
nulli, & inter duos litigantes gaudens, eam prius per
sententiam rotalem prolatam à Reuerendo Patre Domino meo Calataiu, & deinde per rescriptum non intrare arbitrium pro retardatione coram me approbari obtinuit; Et quia in hoc statu idem Franciscus per viam concordiæ à Sede Apostolica confirmatæ Iura sua Petro cessit, isque super cessione huiusmodi nouas literas Apostolicas expediuit, ideo dedit dubium, an istæ literæ sint exequendæ,
quod fuit per Dominos affirmatiuè resolutum, † quia 2
verificata sunt in omnia in eis narrata.

De lite enim pendente inter dictas partes ac gratia
Francisci cedentis, & quod iste obtinuerit executionem
eiusdem gratiæ † constat tam ex processu, quam ex reso- 3
lutionibus rotalibus coram dicto Reuerendo Patre Domino meo Calataiu, ac ea sententia ab eo prolata; Quod verò Petrus sit Vicarius Episcopi Afloricensis, ac eiusdem Ecclesiæ Canonicus iuxta expressionem in eius literis factam patet ex Summario n. 8.

Valor autem Beneficij de quo agitur expressus in ducatis viginti quatuor quoad fructus certos, & septuagin-
ta vna cum incertis, † resultat ea confessione eiusdemmet 4
Iosephi modo tantum contradictoris, qui in eius prouisio-
ne similem valorem narrauit, quod in præsenti sufficit, † 5
dum agitur contra confitentem, vt firmauit Rota coram Bellamera *decis. 298.* coram Buratt. *decis. 931. num. 1. & postremo in Abulen. Beneficij de Pozanco 11. Decembris 1673. coram me.*

Demum Petrus ad formam decreti in literis appositi declarauit etiam per Procuratorem adhoc specialiter constitutum, se velle tantum vti hac gratia, & respectiuè renunciauit prouisioni prius obtentæ à Nuntio, vt in Sum-
mario num. 8. & licet non publicauerit cessionem † ad sui 6
fauorem factam à Francisco in termino nouem mensium ad formam constitutionis sanctæ memoriæ Gregorij De-
cimitertij, tamen cum publicatio † facta fuerit in termi- 7
no prorogationum ad id concessarum, † idem operatur ac 8
si facta fuisset dicto tempore Rebuffus *in praxi beneficiali titul. de publicand. resignation. gloss. 13. num. 15.* Paris. *de resignation. benefic. lib. 10. qu. 7. numer. 68. vers. limita secundo, & nu. sequentibus, & respondit* Rota *dec. 14. par. 10. recent. & in Burgen. Abbatiæ 17. Iunii 1669. §. alterum caput coram
Reuerendissimo Domino Decano*, ideoque eaedem literæ, † 9
vt in omnibus iustificatæ veniunt exequendæ ad *Textum capit. Si Capitulo 5. ibique gloss. verbo exequatur de concess. præbendæ in sexto, & dixit* Rota *decis. 92. num. 11. par. 6. & decis. 1174. p. 14. recent.* & alibi passim.

Et ita altera tantum parte informante resolutum fuit.

R. P. D. TAIA.

Cerulen. Bonorum.

Lunæ 1. Aprilis 1675.

ARGVMENTVM.

Sicuti prohibetur Episcopus præmaturas facere renouationes, seu concessiones bonorum emphyteuticorum, ita quoque præmaturæ solutiones sunt prohibitæ, eæque successoribus non præiudicant, sed ab ipsis condici possunt, cum hac tamen distinctione, quod si in vtilitatem Ecclesiæ versæ sunt, vel ipsa Ecclesia fuerit hæres Prælati recipientis, ipsa refundere teneatur; Sin minus salua remaneant iura emphyteutæ contra hæredes Episcopi antecessoris:

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta non tenetur, nec potest cogi maius soluere Laudemium, quam à iure taxatum sit.*

2 *Laudemium vltra summam à iure communi demandatum, non posse persolui plures Summi Pontifices ordinarunt.*

3 *Manutentio probata possessione, vel quasi conceditur.*

4 *Laudemium stante consuetudine soluitur in plusquam fuerit à iure communi dispositum.*

5 *Solutio facta ab emphyteuta occasione renouationis nullæ, &*

le, & ipsa quoque nulla est, & num. 8.
6 *Soluens Episcopo antecessori in praeiudicium successoris inaniter soluit.*
7 *Laudemium ab Episcopo antecessore non exactum transmittitur ad successorem.*
8 *Solutio praematura nulla est, & n. 5.*
9 *Episcopus non potest praeueniendo renouare emphyteusim, & supplantare successorem.*
10 *Successor non minus supplantatur praeoccupatione Laudemij, quam anticipata inuestitura, vel renouatione.*
11 *Solutio facta Episcopo antecessori, tunc solum bonificanda est, si probatur versa in vtilitatem Ecclesiae, vel Ecclesia eidem Episcopo successerit.*
12 *Emphyteuta praematurè soluens Episcopo antecessori habet actionem contra illius haeredes.*
13 *Solutio indebitè facta, tanquam indebita condicenda est.*
14 *Calculo facto inter partes de facili videri potest, quae summa inter ipsas debeatur.*

DECISIO CCCCXCII.

DVDVN coram Ghislerio 23. Martij 1648. admissus fuit Fabius ad purgationem morae occasione caducitatis acceptatae, & intentatae ab Episcopo Ceruien. super quibusdam bonis de quibus fuerant inuestiti Fabritius pater, & Io. Antonius auus cum certis pactis, & conuentionibus *vt in decis. 165. par. 10. recent.* confirmata in hoc speciali puncto 18. *Iunij 1649. coram Eminentissimo Otthobono inter eius impressas decis. 183. & 17. Maii 1658. coram Verospio.*

Sed cum in petenda noua inuestitura, vel renouatione antiquae, emerserint plures controuersiae super quantitate Laudemij soluendi respectu bonorum existentium in territorio Caesenatensium, aliorumque existentium in territorio Ceruien. necnon circa imputationem pecuniarum solutarum à Fabritio in summa scutorum 550. anno 1595. illi Episcopo in actu reducendi plures inuestituras terminantes varijs diuersisque temporibus in vnam inuestituram habentem terminum, ac periodum de sexaginta annos, & scutorum 1250. solutorum à filijs Fabij praesentibus actoribus anno 1651. in quadam concordia inita cum Episcopo illius temporis, qui renouauerit dictis filijs inuestituram, ac si esset finita, nulliter tamen vti contra pacta, & conuentiones primarum inuestiturarum Ioannis Antonij, & Fabritij; Vnde disputatum est hodie dubium ad quid teneantur emphyteutae.

Et Domini distinguendo difficultatem in duo capita, prima de quantitate Laudemij quoad bona existentia in territorio Caesenae, & illius districtu, responderunt non debere emphyteutas, neque cogi posse soluere maius Lau-
1 demium, † quam à iure communi taxatum duorum pro
2 centenario ad *l. fin. C. de iur. emphyt.* reiectis abusibus, licque per quoscumque iudices etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicandum expressè mandauit in suo indulto Pius IV. 12. Augusti 1564. confirmato à Greg. XIII. & Clem. VIII. prout alias decisum fuit cor. Buratt. *dec. 495. & decis. 831.* de qua meminit *decis. 247. num. 19. p. 8. & dec. 400. num. 12 & 38 par. 9. recent.* de quo Laudemio soluendo ad formam iuris communis ostensa est quasi possessio communitatis, & illius vigore data manu-
3 tentio coram Coccin. *decis. 714. ab initio, quae est dec. 444. par. 1. rec. & d. dec. 247. n. 17.*

De bonis verò in territorio Ceruien. teneri emphyteutas soluere Laudemium quinque pro centum non dis-
4 sentientibus illis † stante solito, & consueto *vt d. dec. 183. sub num. 16 & 17.*

Quoad secundum caput de imputatione summarum solutarum à Fabio, & illius filijs maior difficultas fuit, quia cum agatur de antiqua inuestitura, & generatione adhuc durante anno 1595. soluta fuerint scuta 550. & anno 1651. alia scuta 1250. semper nulliter ex supradictis decisionibus 165. *p. 10. rec. & 183. coram Eminent. D. Otthob. & 17. Maii 1658. coram Verospio.*

De prima solutione responsum iam fuit nulliter fa-
5 ctam fuisse, † sicuti nulliter fuit renouatum ab eo Episcopo *in d. decis. 183. num. 23. & 24.* & inde sumpta regula pro validis renouationibus beneficandas esse solutiones, & imputandas, pro inualidis vero non imputandas, vt qui praematurè soluendo, & vt dicitur in Sacro Concilio Tridentino *de reformat. cap. 11. sess. vltima* repraesentata
pecunia † in successorum praeiudicium inaniter soluerint 6
viderint ipsi.

Et licet Laudemia non exacta † transmittantur ad suc- 7
cessorem *d. decis. 183. d. n. 23.* non ita Laudemia super exacta non tenetur restituere, vel imputare successor, quae illum supplantant, & prout nulla fuit praematura renouatio, vt dictum est, † ita nulla fuit praematura solutio 8
cum non liceat Praelato praeueniendo † renouare emphy- 9
teusim durante adhuc praecedente concessione, & supplantare successorem in Ecclesia *ad cap. vnicum de cleric. qui inuest.* facit cum alijs in hac causa allegat. dicta *decis. 165. nu. 9. & d. decis. 183. sub initio*, nec minus supplantatur successor praeoccupatione Laudemij, † quam antici- 10
patione inuestiturae, vel renouationis.

Et quod tunc DD. *in d. decis. 183. d. num. 23. vers. hoc tamen intellexerunt*, vt computari debeant scuta 550. soluta, &c. hodie DD. intellexerunt, ac declararunt debuisse computari quidem ad fauorem illa soluentes, vt etiam perdiderit † in his tamen casibus filiam verit pro- 11
bentur in vtilitatem Ecclesiae, vel si illi Episcopo, cui solutio facta est Ecclesia ipsa successerit ad *cap. relatum est 12. de testam.* alias, & extra hos casus salua est actio emphyteutae soluenti contra haeredes Praelati nulliter reno- 12
uantis, atque vt exactio indebita fuit, † sic vti indebita 13
est condicenda.

De secunda solutione scutorum 1250. anno 1651. pro secunda inuestitura eandem rationem habendam Domini dixerunt, vti nulliter, & contra formam primarum inuestiturarum concessam, & ita facto calculo inter partes, & sublatis vt supra difficultatibus circa imputationem faciendis in illius duobus fermè casibus, † de facili 14
videri potest, quae summa debeatur, vt alias conclusit Rota *d. decis. 183. in fine.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. RONDININO.

Romana, seu Tusculana pecuniaria.

Lunae 1. Aprilis 1675.

ARGVMENTVM.

Vxor à Iudice iniustè spoliata de bonis sui Viri, restituitur etiam per viam manutentionis, non obstante rescripto Signaturae cum clausula *sine praeiudicio*, quod licet praeseruet iurisdictionem Iudicis, à quo, vt possit ad vlteriorem exequutionem procedere, non impedit tamen quominus Iudex appellationis, detecta nullitate, vel iniustitia, adhuc per viam manutentionis illam reuocare possit; Plura ideo de anterioritate, & potioritate mulieris, ac de iuribus eidem quaesitis ex donatione facta contemplatione certi matrimonij differuntur.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiae resultat ex actis iuxta notissimam decis. Veralli.*
2 *Mulier non potest à Iudice repelli à possessione bonorum sui viri, nisi ei persoluto integro dotis credito.*
3 *Possessor non priuatur possessione ob factum Iudicis notoriè iniustè procedentis, ac proinde in ea manuteneri debet, ampliа vt num. seqq.*
4 *Clausula* sine praeiudicio *praeseruat iurisdictionem Iudicis à quo, vt ad vlteriorem executionem deuenire possit.*
5 *Clausula*, sine praeiudicio, *non impedit quin Iudex appellationis deducta nullitate, vel iniustitia deliberationis, illam per viam manutentionis reuocare possit.*
6 *Bona contemplatione certi matrimonij Viro donata, habentur ac si post contractum d. matrimonium fuissent acquisita.*
7 *Capitulorum matrimonialium, & dotis constitutionis tempus*

tempus attenditur ad effectum desumendi anterioritatem donationis factæ contemplatione certi matrimonij.

8 *Mulier in bonis constante matrimonio acquisitis præfertur quibuscumque creditoribus viri etiam expressam anteriorem hypothecam habentibus.*

9 *Dotis fauore non minora priuilegia, quam fisco fuerunt à iure concessa.*

10 *Fructus bonorum viri à muliere percepti referuntur in causam fructuum dotis, nec sortem extenuant, & num. seqq.*

11 *Statutum Vrbis* lib. 5. cap. 137 *disponit mulierem percipientem fructus ex bonis sui viri, illos loco alimentorum recipere, ac proinde non computat eos in sortem.*

12 *Mulieri ex donatione sibi facta contemplatione certi matrimonij, acquiritur ius irreuocabile, etiam impedienter à viro.*

13 *Mulieris hypotheca in bonis viri ex donatione contemplatione certi matrimonij acquisitis, remanet illæsa, non obstante quocumque facto eiusdem mariti.*

DECISIO CCCCXCIII.

DOMVM, Feniie, & alia bona Laurentij Antonuccij primi viri, quæ ex credito dotis, & quanti dotalis possidebat Elisabetha Zaccona ex creditis contra d. Antonuccij hæreditatem acquisitis, subhastari, atque per interpositam personam sibi deliberari ab A. C. obtinuit Carolus Valentinus depositis scutis 1000. pro dote dictæ Elisabethæ, quam deliberationem veluti notoriè iniustam cum subsequuta executione reuocauit Rota concessa insuper manutentione per decretum separatum eidem Elisabethæ, Summ. eiusd. *numer. 5. cum duob. seq.* præuijs decisionibus 14. Maij 1668 15. Iunij 1671. 1 Iulij 1672. & 18 Iunij 1674. coram R. P. D. meo Taia; Cùm autem ad prouocationem Valentini Signatura rescripserit cum clausula manutenendi quem de iure, ad huius rescripti tenorem dubio proposito sententiam Rotalem confirmandam, atque mandatum de manutenendo executioni demandandum esse DD. responderunt.

1 Posita enim validitate sententiæ † ex actis insurgente
iuxta notissimam decisionem Veralli 260. parte 2. Iustitia
illius videbatur insurgere ex decisionibus huius Causæ,
in quibus abundè probatur notoria iniustitia deliberationis fauore Caroli Valentini pro creditis contra hæreditatem d. Antonuccij acquisitis cum solo deposito scut. mille pro dote dictæ Elisabethæ, quæ cum repræsentet Lucretiam Antonuccij coniugis matrem cuius dos ad scuta 1850. ascendit Summario *d. num. 4. cum duobus seqq.* non potuit proinde A. C. absque notoria iniustitia remouere
Elisabetham à possessione dictorum bonorum primi viri
2 † non soluto integro eius credito anteriori, & potiori, pro
quo mille scuta deposita non sufficiebant, resistente expressa litera *Text. in l. ex his consequenter § Celsus in l. hæredes §. idem iuris, ff. famil. erciscun. in l. si necessarias §. si vnus, & in l. si rem §. omnis ff. de pignorat. action. & in l. quamdiu C. de distract. pignor.* Surdus *decis. 44. num 7. & 8.* Negusant. *de pign. membr. 3. part 5 num 17.* cum alijs, quos sequitur Rota *recent. par. 6. decis. 135. num. 8. & seqq.*

Itaut ob factum Iudicis, qui ex notoria iniustitia non
3 secus ac priuatus procedere dicitur possessione priuata †
non fuerit Elisabetha, in qua proinde manuteneri potuit
quamuis Signatura causa appellationis commisisset cum
clausula *sine præiudicio*, quia illa præseruauit Iudici, à
quo potestatem procedendi ad vlteriorem exequutionem,
4 sed non impediuit † quin deducta nullitate, aut iniusti-
5 tia deliberationis, † potuerit Iudex ad quem, & in gradu
appellationis, & in quamcumque instantiam illam reuocare per viam manutentionis, Garz. *de benefic. par. prima tit. 5. num. 573. & 574.* Adden ad Gregor. XV. *dec. 91 sub n. 13.* Rota *p. 6. dec. 214. n. 5. & 6. & par. 9 dec. 45 n. 19.* Buratt. *decis. 185. num. 6.* Bich. *decis. 218. n. 2. & 3.*

Creditum autem dotale Lucretiæ non dubitabant Domini esse anterius credito Valentini, cum originem ducat ab anno 1607. ex quo propterea defenditur Elisabetha ob donationem omnium bonorum à Lucretia factam Antonuccio filio contemplatione certi matrimonij cum
ipsa contracti, Summario eodem *num. 4. cum duobus seqq.*
6 † quæ cum facta fuerit post capitula matrimonialia antecedenti anno confecta habentur ac si bona ex dicta donatione obuenta post contractum matrimonium acquisita
essent, cum ad hunc effectum tempus Capitulorum attendatur, † & dotis constitutæ ad terminos *Text. in l. 1. ff.*
qui potior. in pignor. habean. Paris. *cons. 180. num. 5. & seqq.* 7
Merend *controu. iur. lib. 6. cap. 35 num. 6. & 7.* Capyc latr. *consult 27. num. 7 tom. 1.* Gricel. *decis. 133. num. 2.* Rota coram Mantic. *decis. 166. num. 1. & 2. & coram* Buratt. *decis. 144. num. 2.* & reiectis omnibus contrarijs coram Cardinali Cello *decis. 41. n. 8. cum pluribus seqq.*

Et consequenter in istis bonis constante matrimonio
acquisitis, † præfertur Valentino, & cuicumque credito- 8
ri etiam expressam anteriorem hypothecam habenti
exemplo fisci, † cuius non minora priuilegia, quam dotis 9
fauore concessa sunt ad terminos *textus in l. si is qui 28. de iure fisci*, iuncto textu in *l. 2. ibique gloss. & DD. C. de priuil. fisci, & in l. Dotis 9. vbi glos. verb. magis C. de iure dotis* Mantica *de tacit. lib. 15. tit. 26. num. 23.* Petr. Barbos. *in l. 1. p. 2 num. 17. ff. solut. matrim.* Peregrin. *de iur. fisc. lib. 6. tit. 6. num. 17.* Cappon. *quæst. legal. de dote ad d. l. primam quæst. sub num. 19 solut. matrim.* Guttier *pract. quæst. lib. 3. qu 99 num. 10.* Cost. *de priuil. Credit. reg. 2. ampliat. 7. numer. 167. & 168.* Cancer. *var. resol par. 1. cap. 9. num. 2.* Mut. *decis. 33. num. 3.* Capyc. Galeot. *lib. 2. controu. 93. num. 3.* cum alijs per Boss. *de dote cap. 18. § 4. nu. 50. & 51. & per* Andreol. *controuers. 9. nu. 10. & seqq. & per tot.* Rodriq. *de concurs. credit. p. 5. art. 2. num. 6. & seqq.* Rot. *in recent. par. 5. decis. 328. num. 59. & seqq.* & reprobatis contrarijs relatis per Merlin. *de pignor lib. 3. qu. 68. in recent. part. 12. decis. 7. numer. 5. & seqq.* repetita post Salgad. *in Labyrint. Credit. decis. 110. &* coram Ninot. *decis. 17 num. 5. in Fulginaten bonorum 23. Iunii 1668. §. finali coram Illustriss. Ottalora Præside Granaten. & in Romana pecuniaria 27. Iunii 1672. § cumque, & in Romana Saluiani 14. April. 1673. § Quo enim coram me*, & in quatuor decisionibus huius causæ coram R. P. D. meo Taia.

Non obstat, quod Elisabetha ex pecunijs, atque ex redditibus controuersorum bonorum sua credita diminuerit;
quia hæc omnia in Calculo inito cum Summario num. 7.
fuerunt relata ad causam fructuum † dotalium ad quam 10
referenda erant, tam inspecto iure communi ad literam
Text. in l. 1. C. de solut. & in l. in his § si autem, ff. illo eodem tit. quam ex Statuto Vrbis *lit. 1 d. cap. 137.* ibi, ex quo pos-
sit percipere fructus loco alimentorum, † & non compu- 11
tentur in sortem, Ruin. *cons. 136. num. 14 vol. 4.* Surd. *cons. 290. num. 61.* Gratian. *discept. 224 num. 31.* Rot. *recent. part. 5. decis. 403. num. 16. & par. 9. decis. 29. num. 2. & 5. & apud* Modern. Lucens. *pact. futur. success. decis. 103. numer. 8.* Eminentiss. Otthobon. *decis. 242. n. 28.*

Quod autem Antonuccius fuerit hæres Manilij patris debitoris dotis maternæ, ac ideo intrauerit confusio actionum, Domini non habuerunt in consideratione, quia
cum ex dicta donatione à Lucretia matre intuitu certi
matrimonij cum Elisabettha † contracti, Ius irreuocabile 12
etiam independens ab Antonuccio quæsitum fuerit Elisabetthæ, Thesaur. *decis. 32. sub num. 10.* Couar. *lib. 3. variar. resolut cap. 6. sub num. 16.* Cuttel. *de donat. tom. 2. discurs. 1. special. 9 num. 12. & sequen. & special. 15. sub nu. 15.* Franc. à Ponte *cons. 25. num. 6. vol. 1.* Marcian. *cons. 33. num. 4. vol. 5. cons. 41. num. 17. vol 2.* Boss. *de dote cap. 18. num. 32.* Adden. ad Buratt. *decis. 861.* cum alijs pluribus, quos sequitur Rota coram Merlin. *decis. 715. num. 1. & 2 & in rec. part. 12. decis. 229. num. 3. & seqq.*

Non potuit proinde ex confusione actionum, quatenus inducta fuisset, cuius contrarium in decisionibus huius causæ probatum fuit, præiudicium aliquod inferri Elisa-
bettæ, quæ habet ius proprium, † cuius proinde fauore 13
potioritas hypothecæ illæsa remansit, Castrens. *cons. 198. num. 4. vers. excepto part 1.* Marcian. *disp. 95. numer. 7. & 9. vol. 2* Mart. Medic. *inter decis. Senen. exam. 47. num. 9. & sequen.* Merlin. *de pignor. lib. 5. qu. 14. numer. 101. & 102.* cum alijs per Modern. Venus. *in Theatr. verit. lib. 8. de credit. distin. 40 num. 26. & seqq.*

Et ita, Elisabettha informante, & Carolo Valentino pluries monito, Domini responderunt, &c.

RE-

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Meleultana Annatatum.

Lunæ 1. Aprilis 1675.

ARGVMENTVM.

Statuto Hierosolymitano cauetur, quod obtinens illius beneficia per viam cessionis, seù resignationis alterius, teneatur soluere fructus duorum annorum; Hinc cum propter cessionem factam ab eo, qui aliud beneficium fuerat assequutus, obligari prætenderetur cessionarius ad solutionem dictorum fructuum, negatiuè resoluitur, quia hæc visa non est simplex cessio, de qua loquitur Statutum, sed cessio, seu resignatio necessaria, quod etiam ex alio subsequenti capitulo eiusdem Statuti declaratum erat.

SVMMARIVM.

1 *Milites Hierosolymitani obtinentes beneficia eiusdem Religionis quando teneantur ad formam statuti soluere fructus duorum annorum, vide per tot.*

2 *Verbum,* dimittere, & resignare, *nullam habent differentiam inter se.*

3 *Statutum loquens de resignatione, & cessione non habet locum in ea cessione, seu resignatione, quæ fit ex causa assequutionis alterius beneficij, & num seq.*

4 *Statutum Hierosolymitanum de communi ærario* tit. 5. cap. 5. *explicatur, & declaratur & supra à num.* 1. *& per totam.*

5 *Resignatio, seu cessio beneficii ea propria dicitur quæ independentur à quocumque alio actu est causa principalis vacationis.*

6 *Dictio,* per, *denotat causam efficientem, & immediatam.*

7 *Statutum loquens per verbum* peruenerit *denotat actum acquisitionis vndequaque perfectum, & num. seqq.*

8 *Verbum peruenerit qualiter à Doctoribus accipiatur, & explicetur.*

9 *Statum Religionis Hierosolymitanæ* tit. 5. cap. 1 *à subsequenti cap 6 remanet declaratum.*

10 *Beneficia Hierosolymitana obtinens per viam cessionis, & resignationis, tenetur ad omnia debita resignantium, & quando, vid. num. seq.*

11 *Resignatarius Beneficii de iure non tenetur ad debita resignantis, quid autem ex Statuto Hierosolymitano seruetur, vid. num anteced. & seqq.*

12 *Successor in officio ex proprio iure, vel ex liberalitate concedentis, nihil penitus recognoscit à resignante, seu dimittente.*

13 *Successor in officio, vel beneficio quod teneatur ad debita antecessoris, iniustum, & iniquum esse reputatur.*

14 *Statutum ita intelligendum est, vt minus exorbitet ab æquitate, & iuris communis dispositione.*

DECISIO CCCCXICIV.

CONCESSA noua audientia Equiti Alexandro Castillioneo aduersus decisionem editam coram me die 27. * Aprilis anni præteriti, in qua dictum fuit Baiuliuatum ab ipso acquisitum vacasse per resignationem, seu dimissionem factam ab Equite Raphaele Spinula iuxtà formam sibi præscriptam ab indulto sanctæ memoriæ Alexandri Septimi, †
1 & proinde ipsum Castillioneum teneri ad solutionem fructuum annorum iuxtà dispositionem Statuti Sac. Religionis Hierosolymitanæ *titulo 5. cap. 5 de communi ærario*, Causaque hodie denuo proposita recessum fuit à decisis, non ex eo quia inter verbum *dimittere, & resignare* † vlla intercedat differentia,
2 prout in prædicta propositione contendebant scribentes pro dicto Equite Alexandro, sed ex eo quia non versamur in casu Statuti.

Illud enim loquitur de Prioratibus, Baiuliuatibus, & Administrationibus, quæ per viam cessionis, & resignationis, ad manus alterius Administratoris peruenerint, † ideoque non applicatur præsenti hypo- 3
thesi, in qua Eques Castillioneus non vigore resignationis, sed ex sola ratione antianitatis, & benemerentiæ consecutus est Baiuliuatum vacantem propter optionem factam ab Equite Spinula de dignitate admiratus.

Nil releuante, quod ex lege Indulti Spinula ante
optionem resignauerit, seu cecesserit Baiuliuatum; † 4
quia cum dictum Statutum loquatur de Commendis: *Che per via di cessione, e risegna perueranno*: Do-
miol censuerunt non habere locum, † nisi quando 5
resignatio, & cessio independenter à quocumque alio actu sit causa principalis, & efficiens vacationis, non autem quando sit accidentalis, & remota occasione alterius actus, prout hic occasione optionis, nam il-
la † dictio, *per*, denotat causam efficientem, & 6
immediatam, Roman. *cons.* 301. *sub numer.* 13. *vers. secunda causa efficiens*, Barbos. *dict.* 250. *num.* 6. præ-
cipuè repetita in composito verbo † *peruenerint*, de- 7
monstrante actum acquisitionis esse perfectè complendum ex resignatione principaliter facta, ad *textum in l. vrban. & c. 166. §. pernoctare ff. de verb. signific.* Roman. *in mox dicto cons.* 301. *num.* 13. Mandell. de Alb. *cons.* 118. *num.* 17. Bellamer. *cons.* 26. *numero* 19. Mandos. *in reg. de annal. quæst.* 20. *num.* 7. & in spe-
cie † huius verbi Alciat. *in l. peruenisse num.* 3. *ff. de* 8
verb. signific. idem Bellamer. *cons.* 39. *numer.* 11. *vers. viget alia ratio*, Barbos. *dict.* 258. & Rota *decis.* 438. *num.* 52. *part.* 5. *recent.*

Et hanc fuisse mentem statuentium colligitur etiam
ex immediatè subsequenti † *cap. sexto*, ibi: Di più 9
saranno tenuti dd. Priori Castellano di imposta, Bagliui, Commendatori, e nuoui Amministratori fatti, come si è detto, per via di risegna à pagare tutti i debiti, a'quali erano obligati li resignatori al tempo della risegna.

Dum enim in hoc capitulo imponitur grauamen successoribus per viam cessionis, & resignationis sol-
uendi indistinctè omnia debita resignantium, † si 10
disposita in præcedenti *cap.* 5. essent intelligenda de resignationibus occasionaliter factis, & propter asse-
curationem incompatibilis, † tale grauamen non pos- 11
set saluari ab iniustitia; Cum enim in hoc casu successor in officio ex proprio iure, vel ex liberalitate
concedentis † nihil penitùs recognoscat à resignante, 12
seu dimittente, vtique nimis inconueniens foret, 13
quod teneretur ad illius debita, ex traditis per Rouit. *cons.* 104. *num.* 4. *lib.* 2. Rota coram Bichio *decis.* 571. *num.* 42 & *decis.* 606 *num.* 37. cum alijs in vtraque decisione relatis.

Huiusmodique intellectus etiam cessantibus demonstrationibus supra adductis, adhuc esset amplecten-
dus, † vti minus exorbitans ab æquitate, & iuris 14
dispositione, *cap. cum dilectus de consuet. l. inter veteres C. de fideicomm. libert.* Bald. *in l. si defunctus num.* 8. *Cod. de suis, & legit.* Gemin. *cons.* 131. *in princip.* Alex. *cons.* 83. *num.* 5. *lib.* 2. & Rota *decis.* 388. *num* 3. *parte prima recent.*

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

Altera præsentis Causæ Decisio habetur impressa in præcedenti tomo istius decimæ octauæ partis recentiorum, vbi est in ordine 275. infrà verò sub die 7. Februarij 1676. erit altera præsentis confirmatoria, quam suis loco, & tempore apponemus.

R. P. D. VICECOMITE.

Bononien. Primogenituræ de Luparis.

Lunæ 1. Aprilis 1675.

ARGVMENTVM.

Conuenta inter partes deputatio Oeconomi, seruari deciditur, donec durat transactio,

factio , & illius causa , ob quam ad eam est deuentum ; cumque ageretur de lite inter partes suspensa , illius effectus etiam in filijs continuare debere visus est , quia de eorum interesse constabat ex decisionibus rotalibus , quæ semper in noua disputatione causæ supponuntur , & de illius insubsistentia adeò clarè non apparuit , vt nulla discussione opus sit , quod ad hunc effectum esset omninò necessarium.

S V M M A R I V M.

1 *Lite inter parses suspensa , non autem extincta , non potest quidquam interim innouari , sed omnia remanent attentata.*
2 *Lite durante , omnia debent in eodem statu permanere .*
3 *Litis suspensio idem operatur siue illa fiat à Iudice , siue etiam à partibus.*
4 *Transactione durante , omnia in ea contenta vigere, & obseruari debent.*
5 *Transactio obseruari debet , nulla intercedente causa contraria, per quam sit locus pœnitentiæ.*
6 *Interesse partis non potest controuerti , si de eo constet per decisiones rotales.*
7 *Decisiones Rotæ in alia disputatione causæ semper supponuntur.*
8 *Attentatorum reuocatio non excluditur ex non iure petentis , quod non sit adeo clarum, vt nulla discussione opus sit.*
9 *Præseruatio iurium operatur , vt illa illæsa remaneant.*
10 *Gratia , seu concessio Pontificis facta sine præiudicio alterias, habetur pro non facta , si ex ea aliquod præiudicium resultaret.*

DECISIO CCCCXCV.

IN Transactione inter Marchionem Æneam Magnanum, & Senatorem M. Antonium de Luparis inita , conuentum fuit, quod Primogenitura à Matthæo de Luparis instituta, necnon lis super illius purificatione in Rota introducta in suspenio remaneat, quoad ipsi Transigentes viuerent, & quod bona Primogenituræ supposita interim administrentur per Oeconomum , iam præcedenter per sententiam de partibus deputatum , & deinceps pro tempore deputandum , qui fructus dictorum bonorum colligeret , & illos consignaret , & respectiuè conseruaret, & prout latiùs in dicta Transactione ; Cumque per obitum dicti Senatoris dubitatum fuisset , an dicta Transactio expirasset , fuit per binas decisiones in hoc Sacro Tribunali coram R. P. D. meo Bourlemont negatiuè resolutum; sed mortuo, hoc medio tempore Oeconomo , cum Marchio Æneas prædictorum bonorum possessionem propria auctoritate fuerit adeptus, institit coram me, cui in gradu appellationis negotium principale commissum fuit, Francisca Maria de Luparis dicti Senatoris defuncti filia pro noua deputatione, & proposito hodie dubio, fuit affirmatiuè resolutum.

Etenim cum iam ante præfatam Transactionem fuisset per sententiam deputatus Oeconomus, ipsaque Transactio sit temporalis ad vitam, scilicet Transigentium , &
per consequens litem præcedentem suspenderit , non verò
1 extinxerit, † non potuit Marchio , nec modò potest quicquam, citrà vitium attentatorum innouare, *cap primo, &*
2 *eoto tit. vt liter. pend.* sed donec lis † terminetur omnia
debent in eodem statu permanere , *cap. significante de appellat.* Lancell. *de attentat. parte 2. cap. 7. num. 8.* vbi quod
3 id procedit , siue suspensio fiat à Iudice , † siue ex partium
conuentione , Rota *decis. 420. numero primo parte 9. recentiorum.*

Eoque certiùs vigente adhuc transactione , quia specialis conuentio in ea apposita, quod Oeconomi pro tempore
4 deputarentur ad bonorum administrationem , † etiam viget, & obseruari debet , vt post Bart. Bald. Soccin. & antiquiores respondit Rota coram Coccin. *decis. 708. numer. 3.*
Nec licitum est Marchioni ab ea recedere nulla interce-
5 dente causa, † propter quam sit locus pœnitentiæ , Text. *in leg. Pomponius scribit vers. sed eo dicto ff. de negoc. gest. l. nemo potest mutare ff. de reg. iur.* Surd. *decis. 265. num 25.* Rota coram Coccin. *decis. 1947 num. 7.* & in terminis coram Bichio *decis. 376. num. 8.*

Neque ad euitandam hanc deputationem potest per Marchionem excipi de non interesse Franciscæ Mariæ
ob eius incapacitatem , quia ad hunc effectum sufficit , † 6
quod Transactionis virtus ad ipsam quoque Franciscam
Mariam † extendatur , vt per dictas binas decisiones co- 7
ram R.P.D. Bourlemont, quæ de stylo sunt supponendæ, resolutum fuit, & in reliquis cum negocium principale requirat ulteriorem indaginem , alio particulari dubio discutiendum, non potest interim hoc prætextu quidquam in-
nouari, † & ad hunc effectum deberet de non iure peten- 8
tis adeò clarè constare, vt nulla opus esset discussione, Rota coram Martin. Andr. *decis. 37. num. 5. coram* Greg. *decis. 465. num 9. in recent. decis. 152 num. 9. part. 11.*

Nec etiam obstare censuerunt Domini duo Breuia Marchioni concessa cum facultate retinendi Primogenituram controuersam ; nam fuit in eis expressè apposita præseruatiua iurium hæredum , & successorum de Lupa-
tis , † per quam illis iura illæsa remanserunt , Angel. *in l.* 9
omnes num. 2. ff. de præscript. 30. & 40. annorum , Crauett. *cons. 289 num. 3.* cum alijs per Rota *decis. 75. num 4. part. 2. recent. coram* Coccin. *decis. 1817. num. 5.* & vlteriùs in Congregatione desuper à Sanctissimo specialiter deputata, fuit resolutum, quod Marchio Æneas declararet Breuia per ipsum impetrata, non fuisse in præiudicium Franciscæ Mariæ , & deputationis Oeconomi , quæ resolutio fuit ab eodem Sanctissimo approbata , itaut magis præcisè colligatur Papæ concedentis intentionem fuisse præ-
seruare Franciscam Mariam à quouis præiudicio , † at- 10
que inde concessio habeatur pro non facta , si ex ea præiudicium aliquod resultaret, Paris. *consil. 21. num. 54. in fin. vers. & conditionaliter , & num. 55. lib. primo* , Gratian. *discept. 980. num. 8.* Posth. *obserua. 50. num. 8.* Rota post eundem *decis. 14. num. 17. in recent. decis. 513. in fine part. 1. et decis. 414 num. 24. et 25. part. 14.*

Et ita , altera tantum parte informante , resolutum fuit.

R. P. D. CALATAIV.

Romana Primogenituræ de Bubalo.

Lunæ 1. Aprilis 1675.

ARGVMENTVM.

Confirmatur immissio in bonis fideicommissi toties à Rota fideicommissario in hac causa concessa , etiam super multiplico à Testatore ordinato , quod & illi subiacere dubitatum non est , cum de effectibus hæreditarijs factum sit, iuncta præsertim declaratione ipsius hæredis , & voluntate defuncti , quod si pro aliqua portione ad ipsum grauatum spectasset , remanere pro ea solam actionem ad pretium , iudicatum est.

S V M M A R I V M.

1 *Sententiæ , quarum vna confirmat aliam , dicuntur inter se conformes.*
2 *Nullitas post tres conformes non amplius opponitur.*
3 *Iurium nomine comprehenduntur etiam bona stabilia .*
4 *Voluntas declaratum etiam ex non facto.*
5 *Facultas personaliter alicui concessa , per illius mortem expirat.*
6 *Cessio alicui facta restringitur ad bona , & corpora in illius instrumento indicata.*
7 *Bona, & loca montium pro fideicommisso acquisita , eidem fideicommisso quæruntur , si ita cantant verba acquisitionum, & literarum patentium.*
8 *Facultas disponendi de vsufructu non attenditur ad capitale factum ex inuestimentis, & sic ad proprietatem , & num seq.*
9 *Capitalis nomine intelligitur etiam capitale multiplicatum , & noui-*

10 *Verba vniuersalia omnium comprehensiua esse dicun-
tur.*
11 *Pluralis loquutio in vno tantum verificari non po-
test.*
12 *Dictiones*, tam, & quam, *sunt comparatiuæ, & æquali-
tatem important.*
13 *Verba* dell' intiera heredità *comprehendunt etiam hære-
ditatem auctam ex multiplico.*
14 *Multiplicum à testatore ordinatum non remanet libe-
rum, sed subiectum fideicommisso ab eodem testato-
re ordinato.*
15 *Verba testamenti dubia declarantur ex obseruantia hæ-
redum.*
16 *Multiplicum eo magis remanet subiectum fideicommisso
si testator non dixit illud fuisse suppositum dispo-
sitioni hæredis.*
17 *Bona acquisita à grauato dicuntur fideicommisso quæ-
sita, stante voluntate testatoris, & declaratione
hæredis.*
18 *Solum tantummodo, & non fabrica, si fuerit hæredis, pro
illo remanet actio ad pretium.*
19 *Creditum grauati compensatur cum fructibus ab illius hæ-
rede perceptis, qui à die motæ litis restituendi sunt.*

DECISIO CCCCXCVI.

CONCESSA ab A. Cam. de voto Rotæ Sententia
Immissionis Domino Octauio Hyacinto in omni-
bus bonis, & iuribus subiectis primogenituræ Marchionis
Octauij Senioris de Bubalo in ea expressis, fuit ista coram
R. P.D. meo Emerix præuijs duabus decisionibus 25. Ia-
nuarii, * & 27. Iunii 1672. in aliquibus ratis nonnullorum
corporum reformata, & in reliquis confirmata, prout
etiam præcedentibus alijs binis decisionibus 6. Februarij,
& 28. Iunii 1673. coram R. P. D. meo Vicecomite confir-
mata fuit in tertia instantia: Cumque Signatura Iustitiæ
quoad aliqua corpora rescripserit cum clausula, *sine præ-
iudicio*, & quoad reliqua corpora causam mihi commise-
rit, cum clausula, *consito de tribus*, proposito de more du-
bio, dixerunt Domini constare de tribus, præterquam
quoad Loca sex Montis Restaurari secund. erectionis, &
Lauatorium, & Sententias esse confirmandas quoad Ca-
nonem scutorum quadraginta, & Prædiolum Bosquetti.
1 Clara siquidem est conformitas sententiarum, † dum
vna aliam confirmat quoad corpora, in quibus Domini
dixerunt constare de tribus, & vnaquæque est valida, &
iusta, vt aduertit Rota coram Card. Celsin *decis. 233. num.
1.* coram Eminentiss. Otthobono *decis. 63. num. 1. & in
Bononien. Domuncularum 8. Februarii 1672. coram R. P. D.
meo Bourlemont.*
Validitas non fuit hodie amplius controuersa, & meri-
tò, quia nullitas opposita contra Sententiam A. C. quod
scilicet ea esset difformis voto rotali penitùs sublata fuit
in dictis decisionibus coram R. P. D. meo Emerix, & Vi-
cecomite, & reiecta etiam in Signatura Iustitiæ, & Gra-
tiæ, quæ super dicta nullitate in specie nihil voluit rescri-
2 bere, & est etiam de iure, † quod post tres conformes, de
ea amplius opponi non possit, vt clarè disponitur in *Clem.
vt calumniis de sentent. & re iudic.*
Iustitia verò manifesta visa est etiam quoad bona, pro
quibus suspensa fuit executio mediante dicta clausula,
consito.
Nam quod sub Primogenitura cadant effectus cessi per
Flaminiam Massetam pro pretio scutorum 12500. Octa-
uio, Testatori consistentes in rubris vigintiquinque cum
vno septimo Casalis Ciampiliæ D. Flaminiæ obuentis ex
hæreditate Ascanii sui viri, ac in portionibus Domus ma-
gnæ in via Cursus, alijsque corporibus specificatis in dicta
cessione liquet ex Instrumento concordiæ dato in prætei-
to Summario impresso *numero 8.* & ex expressione de illis
facta in Testamento. Et licèt sententia A C. concedat so-
lummodo immissionem super iuribus acquisitis per Te-
3 statorem à dicta Flaminia, † illorum tamen nomine com-
prehenduntur etiam stabilia comprehensa in dicta cessio-
ne, Barbos. *de verb. signific. appellat. 124. num.* 10 Rota
coram Dunozett. Iun. *decis 910. num. 26. & coram* Ninot.
decis. 28. num. 8.
Nil releuante, quod talis acquisitio facta fuerit à Te-
statore, cum declaratione communicandi dictam cessio-
nem Angelo fratri, soluta medietate pretii; quia Angelus
nunquam soluit dictam medietatem pretii prout fuerat
conuentum, immo approbando dictum instrumentum
concordiæ expressè declarauit dominium, possessionem,
omniaque & singula iura, & actiones spectare ad Octa-
uium, ipsique nullum ius, nullamque actionem compe-
tijsse, nec competere super dictis bonis, dicto Summario
numero 2. ex quo apparet noluisse acquirere dictam † me- 4
dietatem, cum voluntas declaretur etiam ex non facto,
vt dixit Rota coram Reuerendiss. Royas *decis. 271. num.
16. & coram* Bich. *decis. 331. num. 15. & in recent. decis.
56. num 7. part. 6. & decis. 291. num. 11. part. 9.* eoque defun-
cto expirauerit facultas acquirendi vti personalis, Rota 5
*decis. 330. num. 38. decis. 361. numero 14 part. 11. recent. de-
cis. 419. num. 13. coram* Dunozett. Iun. *& decis. 485. num.
19 coram* Bich.
Minusque subsistente, quod super dictis effectibus, &
iuribus cessis à Flaminia dari non potuerit immissio, vt-
potè incertis, & illiquidis. Quia contrarium apparet ex
dicto Instrumento concordiæ, in quo leguntur indiuidua-
ta omnia iura, & bona cedentis, † & sic cessio restringi- 6
tur ad bona, & corpora ibidem indicata, & expressa,
Bart. *in l. quæsitum §. si quis numer. 15. ff. de fund. instruct.*
Adden. ad Gregor. *decis. 257. num. 12. & decis. 70. numer. 13.
part. 12 recent.*
Hoc idem visum fuit quoad ratas Census Ducis Soræ,
Principis Peretti, & Eminentissimi Cardinalis Barberini,
& quoad Loca Montis Salis pro rata Locorum decem,
& quoad alia Montis Nouennalis pro rata Locorum vi-
gintiquatuor: Ea enim omnia fuerunt acquisita pro Mar-
ch. Paulo Nepote, & hærede testamentario Octauii,
aliisque Successoribus, & vocatis ad primogenituram, vt
expressè legitur in Instrumentis acquisitionum, & ex le-
cturis patentibus, Summario *numero 7. &* 8. & quam-
uis in aliqua portione dd. censuum dictum fuerit, quod
pretium proueniebat ex capitalibus Primogenituræ, &
in alia, quod proueniebat ex fructibus, hoc tamen con-
sultò processit, vt semper constaret, quænam rata inue-
stimenti facta esset ab hærede grauato, cum capitalibus,
& quæ cum fructibus, qui pariter de ordine Testatoris in-
uestiendi erant, & multiplicandi, † exindè autem non 7
sequitur quin acquisitio Censuum facta fuerit in totum
pro fideicommisso, vt cantant verba instrumentorum,
& dd. patentium, & in simili firmauit Rota coram Ca-
rill. *decis. 181. numer. 7. & coram* Ninot. *decis. 12. num. 6.
& decis. 28. num. 11. parte 9. & 377. num. 24. & seqq. part.
13. recent.*
Necest verum, quod inuestimentum medietatis fru-
ctuum ex dispositione Testatoris liberè spectaret ad Pau-
lum ab anno 1612. vsque ad annum 1627. immo etiam po-
steà defuncto Angelo patre; nam contrarium ex pluribus
conuincitur; & primò, quod peruento primogenito ad
ætatem annorum viginti conceditur à Testatore facultas
disponendi de medietate vsusfructus, † quæ concessio vsu- 8
fructus non potest extendi ad capitale factum ex inuesti-
mentis, & sic ad proprietatem, Honded. *cons. 69. numer.
18. &* 38. Rota coram Cardinali Celso *decis. 399. numer. 6.
& decis. 411. numer. 5.* Secundo, quia de altera medietate
datur facultas disponendi adiectis verbis, *Saluo sempre il
Capitale*, † quod includit etiam capitale multiplicatum, 9
Gratian. *discept. 540. num. 22.* Rot. *decis. 682. num. 74. par.
2. decis. 385. num. 9. par. 12. decis. 320. num. 3. par. 13. rec.
& coram* Peutinger. *decis. 205. num. 4.* Tertiò, & clariùs,
quia Testator omnia inuestimenta *tanto di sorte principa-
le, quanto de' moltiplici* fieri mandauit in faciem hæredi-
tatis, & pro fideicommisso, & quod sint supposita præ-
senti eius dispositioni. Cumque in toto testamento non
ordinauerit aliud multiplicum nisi istud, & aliud pro do-
tibus, manifestum redditur, quod multiplicum medie-
tatis fructuum est subiectum primogenituræ, † & fidei- 10
commissu, quia verba vniuersalia sunt omnium compre-
hensiua, Rota *decis. 225. num. 35. par. 10. rec* & pluralis
locutio † in vno tantum verificari non potest, Rot. *decis.* 11
743. num. 15. par. 4. tom. 3. & decis. 204. num. 2. par. 5. rec.
Ponderando etiam dictiones *tam, & quam*, † quæ sunt 12
comparatiuæ, & æqualitatem important inter sortem,
& multiplica, vt in *d. decis. 225. nu. 5. par. 10. rec. & cor.*
Dunozet. Iun. *decis. 502. numer. 15.* Quartò etiam, quia
idem Testator disposuit, quod defuncto Angelo, eius fi-
lius, siue alius, ad quem pertineret hæreditas, *debba
contentarsi della metà dell'entrata, & vsufrutto di tutta l'-
intiera hereditá mia*, † aucta scilicet ex multiplicis, Gra- 13
tian. *d. discept. 540. num. 46 & 50.* & quod aliam medieta-
tem debeat inuestire, augere, & multiplicare, itaut qui-
libet

libet successor in primogenitura, dum erit sine filiis, aut
filius primogenitus minor annorum viginti debeat esse
contentos medietate vsusfructus, & aliam medietatem
debeat conseruare, & multiplicare pro aliis descendenti-
14 bus in infinitum, vt in dicto testamento §. 12. † vnde pa-
tet multiplicum non fuisse liberum Primogeniti, sed esse
subiectum fideicommisso, Rot. *decis.464.num.18. coram*
Greg. *& decis.622. num.18 coram* Bichio. Quintò denique
comprobatur ex ipsamet obseruantia subsequuta, dum
omnes acquisitiones prouenientes ex fructibus factæ fue-
runt pro primogenitura, eiusque successoribus, vt patet
ex ipsis instrumentis supra relatis; Vnde quatenus verba
15 testamenti fuissent dubia † declararentur ex obseruan-
tia hæredum, Decian. *consil.* 10 *num.* 94. *lib.* 3. Menoch.
consil. 895. *num.*3. Adden. ad Gregor. *decis.* 184. *num.* 8 *&*
coram Vbald. *decis.*22. *num.*12. *& decis.*313. *num.* 7. ex qui-
bus non applicatur Spad. *consil.* 354. *lib.*2. *& decis. coram*
Rembold. *ibidem impress.* quoniam in eius casu fideicom-
missum restrictum erat ad bona descripta in Inuentario,
16 nec Testator dixerat, † quod multiplica deberent esse
supposita suæ dispositioni, & pro vocatis ad fideicom-
missum, vt in specie aduertunt Gratian. *discep-*
tat. 540. *numero* 44. Rota *decis.* 682 *num.* 3. *&* 4. *parte*
2. *recentior.*

Simili modo sententiarum Iustitia manifesta visa est
respectu fabricæ Palatii in via Cursus, & Platea Colum-
næ, ac respectu alterius portionis d Palatii, dum pe-
cuniæ in illis fabricandis erogatæ ab Angelo, & Paulo
spectabant ad Primogenituram, etiam respectu ratæ
prouenientis ex fructibus, vt supra firmatis, & vti ta-
les denominatæ fuerunt in ordinibus factis à dictis hære-
dibus grauatis, etiam mediante Procuratore, ad subscri-
bendum ordines pro fabrica specialiter constituto, ibi:
Eredità, e Primogenitura del Sig. Marchese Ottauio del
Bufalo, quorum intentione, & confessione concurrente,
17 proculdubio remanere debent subiecta † Primogenituræ
dicta corpora acquisita, Rota *decis.* 38. *num.* 4. *& decis.*
70. *numer.* 6. *part.*9. *& decis.* 308. *part* 11. *recent. & coram*
Manzaned. *decis.*389. *num.*1. *& decis.* 417. *num* 2. *&* 4 cum
alijs adductis in *decisionibus coram R.P.D. meo Emerix, &*
Vicecomite.

Sunt etiam Iustæ sententiæ quoad fabricam Domus
magnæ nuncupatæ del Giardino factam ab eodem Octa-
uio Testatore, cum impensa scutorum 7800. ac aliam sta-
buli, & fænilis cum impensa scutorum 1500. de quibus
expressa fit mentio in eodem testamento, non attenta
donatione Angelo facta, cum non habuerit effectum, &
dictus Angelus declarauerit ad Octauium spectasse, &
sibi nullum ius, nullamque actionem competijsse, ne-
que competere, excepto Solo, quod est commune, al-
legato Summario impresso *numero* 2. vt aduertunt dictæ
18 decisiones coram R.P.D. meo Emerix, † & Vicecomi-
te Prodicto autem Solo non competit actio, nisi ad pre-
tium, Magon. *decis. Lucens.* 33. *num.* 52. *& coram* Du-
nozett. Iun *decis.* 259. *num.* 2. quod poterit compensari
19 cum fructibus, † qui à die motæ litis erant restituendi,
l. sumptas, & l. emptor, ff. de rei vindicat. Rota coram
Card. Celso *decis.* 233. *num.* 14.

Idemque dictum fuit quoad Domum ad Cloacam Bu-
bali, quæ pariter empta fuit pro Primogenitura, &
cum eius pecunia, vt patet ex Instrumento dato in dicto
Summario impresso *numero* 20. in quo etiam descripta
leguntur confinia cum modernis conformia, Itaut dubi-
tari non possit de identitate, neque ex eo, quod hodie
ibidem constructa reperiatur Fornax vitrearia prætendi
possunt aliqua melioramenta, dum constructio facta non
fuit ab hæredibus grauatis, sed ab inquillino de eius vo-
luntate, arbitrio, & absque diminutione pensionum,
vt videre est in Summario vltimo *numero* 11.

Et demum sub eadem Primogenitura comprehendi
etiam situm emphyteuticum concessum Octauio Testa-
tori à Monialibus Sancti Siluestri de anno 1592. liquido
constat ex Instrumento concessionis, d. Summario im-
pressu *num.* 21. & firmant prædictæ decisiones coram R.P.
D. meis Emerix, & Vicecomite.

Censuerunt tamen Domini non constare de tribus ex
capite iniustitiæ, quoad Loca sex Montis Restaurati se-
cundæ Erectionis, quia ista erant propria Marchionis Pau-
li, hodiern Summario *num.*2. Et hoc idem dictum fuit quo-
ad Lauatorium, cum non probetur illud esse comprehen-
sum intra fines situs emphyteutici, vt fuerat in antece-
dentibus decisionibus suppositum.

Quo verò ad Canonem scutorum 40. & ad Prædiolum
nuncupatum del Boschetto, non fuit dubitatum cadere
sub Primogenitura, vt fuit iustificatum coram R.P.D. meo
Emerix ex Instrumentis acquisitionum, dicto Summario
impresso *num.*27. & 28. Verum quia nulla de illis fuit facta
mentio in Sententia A C. meritò fuit resolutum non con-
stare de tribus, sed Sententias Rotales esse confirmandas.
Et ita vtraque &c.

Plurimas decisiones in hac causa emanatas ad notauimus
supra decis.27. & 164. in alia præcedenti Tomo istius de-
cimæ octauæ partis recent.

R. P. D. VICECOMITE.

Romana Dilationis.

Lunæ 1. Aprilis 1675.

ARGVMENTVM.

Duplicem dilationem obtinuerat debitor, quæ proinde ei non suffragari deciditur, tum quia & non aderat consensus maioris partis creditorum, ad hunc effectum non considerat ex numero, sed ex quantitate crediti, tùm etiam quia secunda dilatio tamquam maius continens præiudicium, non ita de facili concedi debuerat.

SVMMARIVM.

1 *Debitor in obtinenda dilatione à suis creditoribus formam legis seruare tenetur.*
2 *Dilatio debitori non conceditur, nisi maior pars creditorum consentiat.*
3 *Creditores consentientes dilationi sui debitoris, non ex numero, sed ex quantitate crediti considerantur.*
4 *Dilatio debitori concessa à maiori parte suorum creditorum, qui tamen minorem partem crediti habebant, non attenditur, nec suffragatur.*
5 *Minor pars creditorum non præiudicat maiori, & quæ dicatur maior pars, quæ verò minor, & supra à nu 3.*
6 *Dilatio secunda, quæ debitori conceditur, maius damnum creditorum continet.*
7 *Dilatio secunda non ita de facili debitori concedi solet, & debet.*

DECISIO CCCCXCVII.

OBTINVIT Martius de Grassis de anno 1668.
ab Auditore Cameræ Bulgarino dilationem ad
triennium aduersus suos Creditores, eaque expirata
aliam similem dilationem ad aliud triennium ab Audi-
tore Cameræ Panciatico reportauit. Verùm appellatio-
ne interposita à Venerabili Monasterio Spiritus Sancti
de Vrbe Creditore ex persona Mariæ Hieronymæ Pec-
ciæ, Causa fuit mihi commissa, propositoque dubio,
An hæc secunda dilatio suffragetur, responsum fuit non
suffragari.

Siquidem Martius debitor non docet formam seruas-
se, † quam in obtinendis similibus dilationibus statuit 1
Imperator *in lege finali C. qui bonis cedere possunt*, quod
scilicet assensum præstiterit † maior pars Creditorum, 2
quorum causa principaliter non ab eorum numero,
& frequentia, † sed ex quantitate debiti trutinatur, 3
vt ex litera *textus, & ibi omnes Scribentes*; Cum au-
tem debitum eiusdem Martij erga sex Creditores, qui
dilationi consenserunt, sit longè minùs debito, quo
grauatur erga quamplures alios, quos recenset Mona-
sterium, eius Summario *numero quinto*; hinc nullum 4
Commodum dilationis sentire potest ex minori credi-
torum parte, † quæ maiori præiudicare non potest, 5
vt per illum Textum latè tradit Gratian. *disceptation.*
222. *per totum*, Scannarol. *de Visitat. Carcerator. lib* 3. §.
primo capit. 2. *num.* 5. *cum sequentibus*, & prius Rebuff.
in Regiis Constitut. titul. de liter. dilation. Annal. & c. art.
primo gloss. prima numer. 53. *&* 54. Rota coram Coccin.
decis. 440 *num.*3. *& decis.* 884. *numero* 2. & hæc eo fortiùs
visa sunt procedere, quia agitur de secunda dilatione, † 6
in qua

9 in qoa maius damnum creditorum † versatur, & non ita
de facili concedi solet, ad tradita per Faber. *in Codic. titul.
de precib. Imperat. offeren. lib. primo titul. 9. definit. prima
num. 3. & definition. 17. num. 5.*

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit &c.

R. P. D. E M E R I X.

Romana Fideicommissi, seù Saluiani.

Lunæ 1. Aprilis 1675.

A R G V M E N T V M.

Ad restitutionem fructuum se non teneri prætendebat possessor stante transactione cum ipso conuenta, à qua tamen non fuit liberatus saltim à die impugnatæ, & postea rescissæ transactionis, ijdemque fructus liquidati sunt ad summam in locationibus conuentum, detractis tamen quinque pro centenario pro reaptationibus, & restaurationibus, vt in pensionibus domorum Vrbis semper Rota detrahere consueuit.

S V M M A R I V M.

1 *Fructuum condemnatio fieri debet à die, quo quis impugnauit transactionem à Iudice postea rescissam, & num. seqq.*

2 *Fides mala, quæ resultat ex lite, an cesset per transactionem postea inter partes conuentam.*

3 *Fides mala inducitur à die que fuit impugnata transactio.*

4 *Fructus restituere tenetur possessor, postea quam fuerit constitutus in mala fide.*

5 *Fructus percepisse dicitur, qui domum possedit, illamque subinde locauit.*

6 *ex Possessione, & locatione præsumitur perceptio fructuum, nisi contrarium probetur.*

7 *Fructuum, seu pensionum liquidatio fieri debet ad rationem, qua bona fuerunt locata, & pensiones perceptæ.*

8 *Restaurationes, & reaptationes domorum in Vrbe taxantur, & calculantur in scutis quinque pro centenario.*

9 *Pensiones domorum quatenus, & in qua summa à Rota liquidari soleant.*

10 *in Liquidatione fructuum certorum bonorum non possunt prætendi expensæ ex alia lite, & causa factæ, amplia vt num. seqq.*

11 *Liquidatio fructuum certorum bonorum, ad eaque restricta, non admittit exceptiones, quæ sint extra dubium.*

12 *de Expensis præsumitur satisfactus, qui alia bona debitoris possedit, eorumque fructus percepit*

D E C I S I O CCCCXCVIII.

POSTQVAM Ioannes Baptista Lutios vti hæres
Fuluiæ matris obtinuit per tres sententias confor-
mes rescindi transactionem Initam per ipsum, & bon. me.
R.P.D. Honoratum super Domo supposita fideicommis-
so Tiburtij Pacifici, & subinde etiam alias tres sententias
conformes super immissione in possessionem eiusdem Do-
mus, cum condemnatione fructuum perceptorum à die
motæ litis iuxtà liquidationem faciendam; Consului ho-
die DD. ad quam summam sint liquidandi dd. fructus, seù
pensiones ex Domo perceptæ, & prodijt resolutio, esse li-
1 quidandas à die 12. Iunij 1657. † impugnatæ transactio-
nis, vsqoe ad diem 13. Ianuarij proximè præteriti adeptæ
possessionis d. Domus per Ioannem Baptistam in summa
inferius exprimenda.

Quidquid enim sit, an mala fides, in qua fuit constitu-
tus R.P.D. Honoratus prædictus per iudicium contra ip-
sum motum coram A.C à dicto Ioanne Baptista de anno
2 1651. † cessauerit per transactionem desuper celebratam;
Ideoque à dicto tempore fructus non veniant restituendi,
in quo articulo DD. non fuerunt concordes, existimarunt
3 enim illos deberi à die 12. Iulij † 1657. quo incepit impu-
gnari transactio, & à quo tempore Laurentius, & alij fra-
tres iterum excitati fuerunt ad inquirendum de viribus
4 eorum possessionis, & constituti in mala fide † ad effectum
vt fructus restituere teneantur iuxtà dispositionem *text.
in l. 2. C. de fruct. & lit. expens. l. certum 22. C. de rei vindic. l.
sed & si lege 28. §. & si ante ff. de petit. hæred. & l. 3. ff. de in-
terdict.* & in similibus dixit Rota coram Celso *decis. 353. &
coram* Peuting *decis. 444. vtrobique num.* 1. & alibi passim.

Nec dubitari potest dictum Laurentium percepisse per
d. tempus pensiones Domus vsque adhuc controuersæ, † 5
dum illam continuò possedit, & locauit; ex posses-
sione enim, & locatione rei fructiferæ resultat præ-
sumptio perceptionis fructuum, † nisi contrarium 6
probetur, vt respondit Rota coram Merlin *dec.* 509
num. 4. & dec. 139. num. 4. & 5 par. 8. rec. & postremò *in
Nepesina successionis 26. Iunii 1673. §. firmato, & in Ciui-
tatis Castellanæ fructuum 4. Iulii 1674. coram me.*

Istorum autem fructuum, seù pensionum liquidatio
† fieri debet ad eam rationem, & summam, pro qua 7
apparet dictum Laurentium dictam Domum, & Apo-
thecam sub ea existentem locasse, & sic pensiones per-
cepisse; Vnde cum à dicta die 12. Iulii 1657. vsque ad 12.
Ianuarii proximè præteriti sint decursi anni decem &
septem, & menses sex, fuerintque retracta per dictum
tempus ex præfatis locationibus scuta 4410. 93. vt
colligitur ex calculo ad hoc dato medietas ad dictum Ioan-
nem Baptistam spectans iuxtà decretum Rotale, ascendit
† ad scut. 2105. 46. ex quibus detractis scutis quinque pro 8
centenario pro restaurationibus, aliisque necessarijs rea-
ptationibus, † prout seruat nostrum Tribunal in materia 9
liquidationis pensionum Domus, vt in *recent. decis.* 81.
num. 8 part. 13. coram Seraphino *decis. 952. & cor Eminen-
tissimo* Otthobono *decis. 37. num. 8 in fin.* & sic scutis 110. 25.
remanet restituenda scuta 2095. 21.

Neque releuans visa fuit oppositio, quod Ioannes Ba-
ptista teneatur compensare in eisdem fructibus nonnullas
expensas, † vt prætenditur factas à quondam Canonico 10
Lucillo auctore dictorum fructuum in lite ab eo mota pro
recuperatione diuersorum bonorum ad hæreditatem dicti
Tiburtij Pacifici spectan. † Tùm quia talis oppositio est 11
extra dubium restrictum ad liquidationem pensionum
ab ijsdem frattibus perceptarum, tùm etiam quia dictus
Canonicus pro eisdem expensis † accepit aliam Domum 12
existentem in foro Boario, ac etiam per plures annos pos-
sedit Domum, de qua agitur, & illius fructus percepit,
itaut ex his, aliisque rationibus prædictæ expensæ iam re-
lectæ fuerint à Rota coram Reuerendissimo Decano 23.
*Iunii 1653. & coram Reuerendissimo Gadicen. 9 Maii 1672. §.
insubsistentem, & seqq.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. T A I A.

Romana Manutentionis.

Veneris 26. Aprilis 1675.

A R G V M E N T V M.

Quæstio illa, an dos succedat loco legitimæ, & an filia exclusa à Statuto faciat numerum, & non partem ad augendam legitimam masculorum, hic latissimè disputatur ad interpretationem duplicis capituli Statuti Vrbis *lib. 1. cap.* 141. & 145. quorum vnum suppletur, & declaratur ab altero, & hæc est summa principalis præsentis decisionis, in qua etiam plura de nullitatibus, clausula *manu regia*, & æstimatione bonorum in subhastationibus, & adiudicationibus requisita, opportunè deducuntur.

S V M M A R I V M.

1 *Nullitates ex illis tribus iurisdictionis, citationis, & mandati sunt insanabiles.*

2 *Nullitates illæ solum attenduntur, quæ sunt de substantia iudicii.*

3 *Nullitates in causa commissa cum clausula* manu regia *attendendæ non sunt, & quando.*

4 *Clausula* manu regia *operatur, vt Iudex procedere possit de sa-*

de facto, & sine vllo iuris ordine.

5 *Æstimatio bonorum in subhastatione, & adiudicatione solum requiritur ex stylo Rotæ pro credito fisci, & exactione publicarum functionum.*

6 *Statutum Vrbis ordinatorium seruatur solum in foro Capitolino.*

7 *Sententia lata per capita separata dicitur esse diuidua.*

8 *Bona debitoris retineri possunt donec debita pecunia soluatur.*

9 *Statuta Vrbis* lib.1.cap.141.& 145.*plurimum declarantur, & inuicem concordant, & num.seqq.*

10 *Fœminæ exclusæ à Statuto quatenus faciant partem ad augendam legitimam masculorum, & num.seqq. vbi latè.*

11 *Dos si non succedit loco legitimæ, fœminæ computantur in numero ad augendam legitimam masculorum, quando id prodest masculis, aliàs secus.*

12 *Fœminæ à Statuto exclusæ regulariter non habentur pro mortuis, sed faciunt partem ad commodum masculorum, quorum contemplatione excluduntur.*

13 *Fœmina licèt exclusa à Statuto, adhuc ad successionem admittitur, si masculus nolit vti beneficio Statuti.*

15 *Filiarum nomine de iure non continentur masculi, quid autem ex dispositione Statuti, supr. num anteced. & seq.*

16 *Dos succedit loco legitimæ ex dispositione Stat. Vrbis* lib.1. cap.141. *& supr. num* 14.

17 *Portio, quæ filiabus tollitur à Statuto, auget legitimam masculorum, non autem cadit sub fideicommisso.*

18 *Statutum Vrbis* lib.1. cap.141. *contra distinguitur ab alio Statuto* cap.145.

19 *Legitima masculorum est illa portio, quæ tollitur filiabus à Statuto exclusis, non quæ non tollitur.*

21 *Argumentum recipitur à causa testati ad causam intestati, & è contra.*

22 *Statutum subsequens declaratur, & cum præcedenti procedit.*

23 *Statutum vnum recipit interpretationem ab alio præsertim comprehensa in vno, eodemque volumine.*

24 *Lex vna declarat aliam, & non minus priores à posteriores trahuntur, ac posteriores ad priores d.*

25 *Ius commune sicuti ad ius commune se habet, ita Statutum ad Statutum, & vtrumque eodem modo intelliguntur, vt vnum cum alio concordet.*

26 *Pupillus facto Tutoris grauari non debet, nisi quatenus probetur ex eo locupletior.*

DECISIO CCCCXCIX.

REFORMANDAM decisionem posteriorem à me
factam 10. Februar. 1675. & anteriorem ibidem ab
alio, cuius ego subrogatus, non ita saplo naturam, hodie
DD. visum est, prætermissa in primis nullitate sententiæ
vnica etiam responsione, quod nullitates non sint ex illis
tribus iurisdictionis mandati, & citationis, quæ sunt insa-
1 nabiles, iuxtà reformationem *Pauli V.* & prius *Pii IV.*
apud Fenzon. *ad Stat. Vrb. cap.* 167. *lib.* 1. *num.* 5. vt conclusit
2 Rota coram Buratt. *decis.* 337. neque ex illis, † quæ sunt de
substantia iudicii, vt ibidem adnotatur, saltem stante com-
3 missiooe † cum clausula *manu Regia.*

Maximè qood præcipuè ad deficientem æstimationem
pro adiudicatione bonorum proposita est quædam æsti-
matio, quæ licèt in alia causa sufficere visa est, in præsenti
4 commissa com clausula *manu Regia*, vt supra, † quæ ope-
ratur, vt Iudex possit procedere de facto, & sine vllo iuris
ordine, Barbos. *claus.* 78. *num* 4. cum allegat. & amplius
Rot. coram Coccin *decis.* 729. *num.* 3. & specialiter in Rota
5 æstimatione locum habente solummodo † in sobhastatio-
ne, & adiudicatione pro exactione publicarum functio-
num, & pro crediro Fisci apud Posth. *de subhast. inspect.* 47.
6 *ex num.* 91. vbi & Statotum est ordinatorium, † & serua
tur solum in foro Capitolino, tamquam in Arce, *d. insp.*
47. *num.* 114. cum decisionibus allegatis non rescriben-
dis.

Porrò de Iniustitia primum obseruata sententia distin-
cta in capita per credita diuersa, diuersaque bona pro va-
7 tiis † sommis DD. statuerunt ipsam sententiam diui-
duam *ad decis.* 33. *num.* 7. & 8. *part.* 2. *diuers.* cum ibi alleg.
8 hoc maximè quod booa tamen retineantur † donec debi-
ta pecunia soluatur, §. *si centum in fine*, *l. si non sortem* 26.
ff. de condict. indeb. Rota coram Coccin. *decis.* 847. *numero* 2.

His ita constitutis DD. confirmarunt alias decisiones,
reformantes sententiam in illa vncia pro sexta parte legi-
timæ sex filiorum masculorum ad mediam vnciam pro
duodecima, & sex quoque filiarum vtpotè fœminis com-
putandis, & computatis.

Minus valuerunt opposita istorum, ac tertio huic re-
formationi huius sententiæ de hac legitima, & de vncia
integra in mediam vnciam reformata, etiam Testamen-
tum, & disposita à Testatore singulis filiabus primæ dota-
tæ, & maritatæ: Lassa la sua benedittione, & vn Quadro
di deuotione, nel quale, e doti datile l'instituisce herede.
Secundæ etiam dotatæ, & maritatæ, lascia vna gioia di
scudi 100. con la benedittione, nella qual dote, e gioia da-
tali l'instituisce herede &c. Tertiæ etiam dotatæ, sed vi-
duæ, lassa la sua benedittione, e per legato, & in ogn'al-
tro miglior modo lassa scudi 100. annui moneta. Quartæ
dotatæ, & maritatæ lassa la sua benedittione, & vn Qua-
dro di deuotione, nel quale, e dote datile l'instituisce here-
de. Quintæ etiam dotatæ, & maritatæ, oltre alla sua be-
nedittione laicia vna gioia di scudi 100 & sextæ Mona-
chæ parimente lassa la sua benedittione, e li conserma gl'
annui scudi 100. assignatili per sua entrata, nella quale,
e dote datale l'instituisce herede; ita non omnes, licèt pari-
ter in re certa, & quidem parua vltra datam dotem, & in-
stituendo disposita quoque à Stat. Vrb. 141. quod filiæ fœ-
minæ, & neptes paterno Testamento acquiescant, † & 9
alio Statut. 145. *de success. ab intest. lib.* 1. pro omnimoda
fœminarum exclusione.

Quia quæstio an exclusi faciant partem aliis non exclu-
sis, † & illi etiam qui vsque ad tempus, ac diem, cum scri- 10
bebat Merlin. *de legit.* de ea ex professo locuti sunt satis
consusè processisse eidem visi sunt *quæst.* 3. *tit.* 4. *lib.* 1. vti-
nam non adhuc magisque videantur, omissis non negle-
ctis aliquibus, notabilis videtur Rota coram Coccin. *decis.*
1285. vbi si dos non succedit loco legitimæ † fœminæ com- 11
putantur in numero ad augendam legitimam, si prosit
masculis, aliàs secùs &c. *d. decis.* 1285 *num. vlt. vers. si verò
non succedit loco legitimæ cum alleg.* & præcipuè Bruous,
quod regulariter fœminæ exclusæ non habeantur pro
mortuis, † sed faciant partem ad commodum masculorum, 12
qoorum contemplatione excluduntur &c. apud Brun. *de
stat. exclus. fœm. art.* 13 *num.* 45. *à vers. Alia, & tertia opinio*
cum alleg. & quia si masculus vti nolit beneficio Statuti,
† fœmina exclusa admittitur &c. *num.* 45. & hæc decisio co- 13
ram Coccin. 1285. est ita apud Gillan *ad stat. Perusiæ decis.*
149 *& apud* Merlin. *de legit. decis.* 106.

Et aliàs habemus causam vtcumque testati etiam in
omnes fœminas, & habemus d Stat. 141. in Rubr. † *Quod* 14
filiæ fœminæ (si esset accipiendum, vt filiarum nomine
etiam masculi contineaotur † &c. contra *l. si ita scriptum* 15
45 *ff. de leg.* 2) vel neptes *Paterna, & Auito testamento ac-
quiescant, & in textu, sint contentæ dotibus, quas Pater, vel
Auus eorum in Testamento, vel alia vltima voluntate, seù in-
ter viuos dederit, vel reliquerit, nec occasione Falcidiæ, seù
supplementi debiti iure naturæ, possint aliquid petere &c.* † 16
ex quibus in hoc Statuto etiam dos ipsa loco legitimæ suc-
cedere videtur, Soccin. Sen. *cons.* 30 *num.* 3. *à vers. circa ter-
tiam principalem quæst. & num.* 4. Surd. *de aliment. quæst.* 1.
num 56 *&* 57. *tit.* 3. Merlin. *de legit. quæst* 6. *num.* 23 *tit.* 1. *lib.* 3.
Grat. *disc.* 700 *num.* 29. *&* 30 Rot. *decis* 266. *num* 3. *&* 4. *par.
1 diuers.* vbi ea portio, quæ filiabus tollitur à Statuto auget
ipsam legitimam, † non autem cadit à fideicommisso, & 17
coram Buratt. *decis.* 215. *num.* 11. ad hoc ipsum Statutum
141. de sucess ex Testam de quo agitur idipsum distinguen-
do ab alio † stat 145. de successione ab intest. prçclarè *in d. de-* 18
cis. 215. *num.* 10 & coram Card Cels. *decis.* 289 *num.* 10. *& de-
cis.* 128. *num.* 14. *&* 15. *part.* 13 ex quibus etiam eo minor vi-
detur statuenda legitima hęc, † quę portio est, quę filiabus 19
tollitur, noo quę non tollitur *d. decis.* 266. *num.* 4. *in fine*, &
prius *num.* 1. *in fine.*

Et ne diuersitas, & potiùs contrarietas sit inter *d. stat.*
141. quod filię fœminę Paterno, & Auito Testamento ac-
quiescant, † & *d stat.* 145 *de success. ab intest.* maximè in qui- 20
bus conuenire debent, & ratio eadem est ne dos sit, & non
sit loco legitimę, & argumento à causa testati ad causam † 21
intestati, sicut à causa intestati ad causam testati, apud
Euerard. *in loc. à causa intestati & c. ab intest. & num.* 1. *vers. sic
è contra*; Quare non intelligatur posterius Statutum iu-
xtà anterius? & ad ea ipsa verba: Nec occasione supple-
menti debiti iure naturę &c. non minus ad intestati, quàm
ad testati successionem? † & prout Statutum subsequens 22
cum pręcedenti procedit apud Galganett. *ad d. statut.* 145. *in
princ.* Fenzon. *ad d. stat.* 141. *num* 28. & quia Statutum in-
terpretationem † recipit ab alio Statuto, præsertim com- 23
prehen-

prehensio in vno, eodemque volumine, superaddi potest de vna, eademque causa dotis, & ad vnum, eundemque finem exclusionis fœminæ dotatæ, & cum eo cense-
24 tur se velle conformare, cum vna lex aliam declarat, † & priores ad posteriores trahuntur, ac posteriores ad priores, *l. non est nouum 26. & l. sed & posteriores 28. ff. de le-*
25 *gib.* & sicut se habet ius commune, † ita Statutum ad Statutum, & sicut ius commune ita intelligitur, vt concordet cum iure communi, ita & Statutum intelligitur, vt concordet cum alio Statuto ait, & probat Fenzon. *ad d. stat. 141. ex num. 20. cum alleg.* & benè Rota *decis. 415. par. 4. diuers.* citata quoque apud Merl. *de legit. decis. 36.* & repetita pro *decis. 72.*

Confirmarunt quoque DD. decisiones in partita scutorum 1481 5. excessiuè impensorum à Tutrice in alenda familia, & neglectu illorum inuestimento ordinato à Testatore ad fauorem Primogenituræ sententiam eandem Primogenituram fecerat creditricem.

Nam præterquod constat d summam fuisse impensam terendo capitale, iterum dixerunt DD. quod etsi concludenter ostenderetur impensa excessiua, non tamen gra-
26 uandus esset Pupillus ex facto Tutricis, † nisi quatenus probetur ex eo locupletior factus, vt in *dd. decisionib.*

Et ita reformando decisiones circa nullitatem sententię vt supra, in reliquis DD. steterunt in decisis, vtraque Parte informante.

R. P. D. CALATAIV.

Bononien. Fideicommissi de Gozzadinis.

Veneris 26. Aprilis 1675.

ARGVMENTVM.

Plures referuntur coniecturæ pro vocatione filiorum in conditione positorum, eæque facilius recipiuntur, quia agitur de succedendo proprio parenti, quo in casu semper leuiores sufficiunt, ad quem effectum plurimum considerantur ratio conseruandæ agnationis, vocatio naturalium, ac etiam adoptiuorum, & alia latiùs in sequenti Summario, & Decisione videnda.

SVMMARIVM.

1 *Filii in conditione positi ex coniecturis dicuntur dispositiuè vocati, quæ quales sint vide num. seqq. & per totam.*

2 *Filii in conditione positi, vt dicantur vocati ad portionem proprii parentis, leuiores coniecturæ sufficiant.*

3 *Filii naturales ab intestato non succedunt.*

4 *Filii in conditione positi pernecesse dicuntur vocati, si adhuc in eadem conditione positi sint etiam filii naturales.*

5 *Filii adoptiui, vel adoptari permissi dicuntur in conditione positi non ad effectum excludendi substitutum, sed ad effectum illos vocandi ad fideicommissum.*

6 *Filii adoptiui non admittantur ad fideicommissum, nisi fuerint adoptati ex permissione Testatoris.*

7 *Filii in conditione positi vt dicantur vocati, potissima coniectura est probibitio alienationis.*

8 *Probibitio alienationis censetur à Testatore apposita fauore filiorum in conditione positorum.*

9 *Agnationis conseruandæ ratio est coniectura omniam fortissima pro inducenda vocatione filiorum in conditione positorum.*

10 *Adoptio naturam imitatur.*

11 *Adoptati ex voluntate, & ordinatione disponentis succedunt in iis omnibus dispositionibus, in quibus vocantur filii, & descendentes legitimi, & naturales.*

12 *Filii naturales non sunt penitus insuccessibiles, sed succedunt ab intestato in duobus vnciis.*

13 *Naturalium successio eis solum reseruata in duabus vnciis, non traditur pro legitima nullatenus ipsis debita, sed iure tantùm alimentorum.*

14 *Filiorum naturalium vocatio, vt deseruiat pro coniectura vocationis filiorum in conditione positorum, necesse est, vt illi in totum, vel pro maiore parte succedant.*

15 *Filii naturales succedentes in duabus vnciis, dato hærede vniuersali, æquiparantur legatariis.*

16 *Filii naturales etiam in conditione positi quatenus excluduntur ab adoptiuis, vel vxore Testatoris omnibus ad fideicommissum vocatis, & num. 15.*

17 *Probibitio alienationis generaliter facta comprehendit quamcumque alienationem, etiam per viam vltimæ voluntatis, & hæredis institutionem, amplia vt nu. seq.*

18 *Hæredis institutio etiam ipsa dicitur propriè alienatio, & quando.*

20 *Adoptatus ex permissione Testatoris, in fideicommisso succedens, non recognoscit bona ab adoptante, sed à Testatore permittente.*

21 *Nominatus ex præcepto, vel facultate Testatoris, ab illo dicitur habere ius, non autem ab eum nominante.*

22 *Clausula ad habendum eneruatur ab expressa, & literali probibitione alienationis à Testatore facta, & quando.*

23 *Probibitio alienationis expressa magis dispositionem qualificat, quàm clausulæ generales apponi solitæ de stylo Notariorum, & nu. 35.*

24 *Ratio conseruandæ agnationis à Testatore non restricta, contra illius mentem ad certas personas tantummodò determinari, & restringi non debet.*

25 *Donatio facta filiis quatenus ipsis intelligatur facta vti filiis, vel potiùs vti hæredibus, & vid. nu. seqq.*

26 *Hæredum nomen de per se est æquiuocum, & adaptabile æquè ad extraneos, ac hæredes sanguinis, limit. vt nu. seqq.*

27 *Verba hac tamen lege, conditione, & pacto modificant, & restringunt antecedentia ad sequentia.*

28 *Stipulatio Notarii pro hæredibus facta filiis, intelligitur vti filiis, & hæredibus sanguinis, non autem cum solu qualitate bonorum.*

29 *Filii in conditione positi, & à Testatore vocati sub qualitate masculinitatis, dicuntur vocati vti filii, non autem vti hæredes.*

30 *Hæredum nomine veniunt filii solum vti hæredes sanguinis, vbi agnatio à Testatore contemplata est.*

31 *Verba hæredes sui propriè intelliguntur de filiis, & descendentibus Testatoris.*

32 *Filii non possunt dici simpliciter vocati vti hæredes, vbi à Testatore fuit facta probibitio alienationis & nu. seqq.*

33 *Hæres non potest reuocare alienationem factam à defuncto, sed illius factum seruare tenetur.*

34 *Clausulæ liberè, & pleno iure debent intelligi secundum subiectam materiam.*

35 *Filiorum vocatio à Testatore facta an intelligatur potiùs de filiis vti filiis, vel vti hæredibus non at-*

tenditur differentia inter contractus, & vltimas voluntates.

DECISIO D.

PLACVERVNT DD. fundamenta postremæ decisionis editæ coram me 27. Aprilis anni præteriti, * in qua recedendo ab alia emanata die 17. Aprilis 1673 dictum fuit filios Ludouici Donatarii Vincentii Patris licèt positos in conditione fuisse dispositiuè vocatos.

Pro vocatione enim ponderatę fuerunt plures coniecturæ in dicta vltima decisione; Primò nempè, quia Donator posuit in conditione filios masculos legitimos, & naturales, & in eorum defectum naturales tantum, & his deficientibus, filios adoptiuos.

Secundò, quia prohibuit bonorum alienationem; Tertiò, quia respexit ad conseruationem agnationis; Quartò demom, quia substituit quendam Scipionem minus dilectum, & quidem per compendiosam, ac postmodum
1 adiecit clausulam *omni meliori modo*. † Quæ coniecturæ,
& aliæ in decisione ponderatæ, licèt separatim sumptæ,
aliquam pati possent difficultatem, & aliquæ ex his quandoque fuerint à Rota reiectæ, tamen simul iunctæ fuerunt approbatæ, quando, vt hic, filii succedere volunt
ad portionem proprii parentis, vt pro regula generali fuit
2 firmatum in decisione §. *Et quidem*, † cum tali casu leuiores coniecturæ sufficiant, vt præter ibi adductos consuluit
Spada *cons.* 341. *nu.* 24. *libr.* 2. & tenuit Rota cor. Seraph.
dec. 1329. *nu.* 13. *& in Rauennaten. fideicomm.* 22. *Martii proximè præteriti cor.* *R.P.D. Emerix*.

Et sanè ordo, quo Donator processit, & posuit in conditione primò filios masculos legitimos, & deindè naturales, & postmodum adoptiuos, nil aliud importare potest, quàm successionem vnius in defectum alterius, &
sic eorum vocationem, non autem solam exclusionem
3 substituti, pro qua ordo ineptus est; † Immòdum fuerunt positi in conditione filii naturales, qui ab intestato
non succedunt, & in quo potissimum fundatur *Gloss. in l. Lucius la seconda ff. de hæred. instit.* vt aduertunt Ceph.
cons. 268. *nu.* 18. *lib.* 2. Clar. *in §. Test. qu.* 77. *nu* 1. Mantic. *de coniectur. lib.* 11. *tit.* 2. *nu.* 1. Rota *decis.* 526 *nu.* 2. *par.* 13. *rec.*
4 † pernecesse vocati censendi sunt vt notarunt Corn *cons.*
64. *nu* 9. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 393. *nu.* 70. *lib.* 4. Intrigl *de substit. centur.* 3. *qu.* 26 *nu.* 108. Cyriac *contron.* 96. *nu.* 17. Rota cor.
Pæn. *decis.* 1297 *num.* 7. aliique plures relati in *decis. §.* 2. *quod fuerunt*. Idque etiam dicendum est de facultate adoptandi, & de filiis adoptiuis, qui positi censentur in conditione non ad effectum excludendi substitutum, cum iam
excludi posset à legitimis, vel naturalibus antecedenter
5 nominatis, † sed ad effectum illos vocandi ad fideicom-
6 missum, ad quod regulariter non admittantur † nisi sint
adoptati ex permissione Testatoris, Peregrin. *de fideicom. art.* 22. *nu* 91. Grat *discept.* 93. *nu* 9. cum aliis cumulatis
in eadem *decis. § Quia*.

Hoc ipsum suadet prohibitio facta Ludouico ne possit
vendere, vel alienare bona in præiudicium ordinatorum
7 in donatione, † quæ est quoque potissima coniectura vocationis filiorum in conditione positorum, Mantic. *de co-*
8 *niectur lib.* 11. *tit.* 3. *nu.* 14. Rota cor. Bich. *dec.* 424. *nu.* 9. & †
censetur apposita etiam ad illorum fauorem, Capic. Latr.
decis. 110. *nu.* 17. Hier. Leo *dec.* 209. *nu.* 45.

Prædictis etiam accedit, quod Donator habuit intentionem conseruandi suam agnationem mediante Ludouico Donatario, ibi: *Cupiens eo mediante nomen, & anti-*
9 *quam dignitatem eius Domus, & Familiæ conseruare;* †
& hæc coniectura est omnium fortissima pro inducenda
vocatione filiorum in conditione positorum, Men. *præsumpt.* 76. *nu.* 70. Intrigliol. *de substit. cent.* 3. *quæst.* 26. *nu.* 239
Rota cor. Seraph. *dec.* 1329. *nu.* 3.

Nec obstat, quod in conditione positæ repellantur personæ, quæ non sunt de descendentibus, quales sunt filii adoptiui, & idcircò concurrere debeant coniecturæ concludentes, non autem leues, quales sufficiunt in descendentibus.

Quia cum adoptio naturam imitetur, vt inquit Imperator in § *minorem instit. de adopt. Glossa in l. sed etiam Nepos, & Glossa in l. si arrogatur, ff. eodem tit.* Indè fit, vt
10 adoptati ex voluntate, & ordinatione disponentis † admittantur, & succedant in fideicommissis, & dispositio-
11 nibus, † in quibus vocantur filii, & descendentes legitimi & naturales, *l. penult. § fin ff. de adopt.* Gabr. *cons* 113.
nu. 23. *lib.* 1. Peregr. *de fideic. art.* 22. *nu.* 91. Fusar. *de substit. quæst.* 16. *nu.* 6. Mantic. *de con. ect. lib.* 11. *tit.* 8. *nu.* 6. prætérquod non vrget in præsenti obiectum, quia non agitur de successione adoptiuorum.

Minus releuat, quod filii naturales non sint penitùs in-
successibiles, † sed succedant ab intestato in duabus vn- 12
ciis, *Authen. licet, C. de natur. liber. §. Discretis, Authen. quibus mod. natur. efficiun. sui*, Peregrin. *de iure fisci lib.* 3. *tit.*
18. *nu.* 1. Merl. *de legit. lib.* 1. *tit.* 1. *quæst.* 4. *nu.* 1. Quia dictæ duę
vnciæ non sunt debitæ iure successionis pro legitima nulla-
tenus ipsis † debita, sed iure tantum alimentorum, Sur- 13
dus *de Aliment. tit.* 7. *quæst.* 12. *nu.* 10. *& seq. & nu.* 25. *versic. quia certum est*, Cyriac *contr.* 237. *nu.* 5. *vsque ad* 11. Rot. cor.
Peuting *dec.* 126 *n.* 1. *& seq.* repetita post Merl. *de legit. decis.* 177. Immò ad effectum vt cessat ratio *gloss. in dicta lege*
Lucius, † necesse est, quod succedant vel in totum, vel 14
in maiori parte hæreditatis, in specie Mart. *de successor. legal. par.* 1 *quæst.* 9 *artic.* 3 *sub nu.* 5. *vers. vbi extenditur, & nu.* 6. & in simili firmant Paris. *cons.* 62. *nu.* 4. *lib.* 3. Rota *dec.* 770. *num.* 5. *par.* 2. *rec. & in Romana supplementi legitimæ* 23. *Iunii* 1670. *coram Reuerendiss. D meo Decano, &* 27. *Aprilis* 1671 *&* 13. *Iunii* 1672. *cor R.P.D. Vicecomite*, vbi rationem
adducit, quia dato hærede vniuersali, † successores in dua- 15
bus vnciis æquiparantur Legatariis, licet etiam fuissent
exclusi in totum ab Vxore, iuxtà *Tex. in §. consideramus*
ibique gloss. verb. legitima, Authent. de trient & semiss. † nec- 16
non à filiis adoptiuis, *§ sed hodie, instit. de adopt. § sed ea omnia, instit. de hæred. quæ ab intest. defer.* & tamen Vincentius voluit naturales omninò, & in totum præferri adoptiuis, dum istos illis solum non existentibus, in conditione posuit.

Multoque minus subsistere potest, quod prohibitio alienationis restringatur ad alienationem per contractum,
quoniam Donator primò prohibuit venditionem, quæ dicitur actus inter viuos, & postmodum prohibuit alienationem, † quæ tamquam verbum generale comprehen- 17
dit quamcumque alienationem etiam per vltimam vo-
luntatem, & sic hæredis institutionem, † quæ dicitur pro- 18
priè alienatio, Gabr. *cons.* 91. *nu.* 10. *lib.* 1. Paris. *cons.* 71. *nu.* 27.
lib. 3 Honded. *cons.* 33. *nu.* 49 *lib.* 1. Riminald Iun. *cons.* 456.
nu. 6. Cyrocc. *discept.* 60. *nu.* 23. Rota *decis.* 211 *nu.* 20. *par* 6
rec. & sanè dum facta fuit pro effectuali dispositione, &
obseruatione contentorum, & ordinatorum in instrumento, & dispositio tendat in fauorem Ludouici, & filiorum
& ad conseruandum Nomen, & familiam ipsius dispo-
nentis, † proculdubio extendi debet etiam ad alienatio- 19
nem per vltimam voluntatem, Rimin. Iun. *d. cons.* 456.
nu. 64. Curt. Iun. *cons.* 43 *nu.* 11. Roland. *cons.* 98. *numer.* 15.
lib 2. Petra *de fideic. qu* 8. *nu.* 10. *&* 12. Rota *dec.* 10. *num.* 7. *par.* 1. *rec.*

Neque ex permissione adoptandi Ludouico concessa, neque ex clausula *ad habendum* inferri potest ad liberam facultatem disponendi, & instituendi hæredem quem voluerit.

Quoniam adoptatus non recognoscit bona ab ipso ado-
ptante, † sed ab ipso donatore, qui per dictam permissio- 20
nem adoptandi verè, & propriè est ille, qui præiudicat substituto, prout in terminis legitimationis dictum fuit in
Bonon. fideicommissi de Nascentoriis 14 *Maii* 1668 *&* 8. *Ian.*
1669. *cor. Carpineo*, & in terminis nominati † à Testatore 21
est *tex. in l. vnum ex familia* 69 *§. falcidia ff. de leg.* 2. & tradunt Tondut *resol. ciuil.* 50. *n* 34. Capon. *contr.* 8. *art.* 3.
n. 1. Clausula verò *ad habendum* cæterata, & non exten-
sa † penitùs eneruatur ab expressa, & literali prohibitio- 22
ne alienationis, † quæ magis qualificat donationem, 23
quàm clausulæ generales apponi solitæ de stylo Notariorum, Curt. Iun. *cons.* 130. *n.* 6. Dec. *cons.* 171 *n* 3. Gabr. *cons.* 91. *n.* 12. *lib.* 1. Rota coram Merlin. *dec.* 383. *n.* 9.

Sicuti in vanum denuò controuersum fuit, quod Agnationis conseruatio restricta sit ad solam personam Ludouici, nec vlterius progrediatur, vt aduertit dicta vltima
decisio, contrarium important verba clara à disponente
prolata ibi † *Cupiens eo mediante nomen, & antiquam di-* 24
gnitatem eius Domus, & Familiæ conseruare, quæ respiciunt etiam filios à Ludouico procreandos, vndè esset contra mentem donantis illa ad personam non determinatam, neque restrictam, determinare, & restringere.

Longa serie adducta super clausula *pro hæredibus*, sublata quoque remanet in *d. vltima dec. §. neque in concursu*; non enim donatio facta fuit Ludouico præsenti stipulanti pro se, & hæredibus, sed Ludouico absen-
ti,

ti, ſtipulantibus Notarii vice, & nomine Ludouici, &
25 eius hæredibus. † Ideoque donatio cenſetur facta filiis vti
filiis, non autem vti hæredibus, vt diſtinguendo vnum
caſum ab alio firmanit Rota *decif. 406. num. 5. & 6. coram*
Peuting. vbi reprobat Surd. *in contrarium allegatum* eiuſ-
que ſequaces *& in Vrbinaten. Pecuniaria 5 Decembris 1659*
& 5. Maij 1660. & 24 Ianuarii 1661. coram bon. memorie
Veroſpio, & hoc deſumitur etiam ex pluribus coniecturis
in hac facti ſpecie concurrentibus, & primo, quod nomi-
26 ne hæredum, † quod per ſe eſt æquiuocum, & adapta-
bile tàm hæredibus ſanguinis, quàm hæredibus bonorum
Fuſar. *conſ. 169. num. 26* fuit declaratum ab ipſo donante
in illis verbis, ibi: *Hac tamen lege, conditione, & pacto*
quod ſi & caſu quo decederet ſine filiis maſculis legitimis, &
27 *& naturalibus*; † Quæ cum modificent & reſtringant an-
tecedentia ad ſequentia Merlin. *decif. 583. numer.* 10. Coc-
cin. *decif. 1788 numer* 80. dicta ſtipulatio pro hæredibus
intelligitur de filiis ex poſt vocatis, & ſic vti filiis, & hæ-
28 redibus ſanguinis, † non autem cum qualitate bonorum
Surd. *decif. 322. num. 24.* Fuſar *de ſubſt. quæſt. 421. num.*
19. & ſeqq. & in dd. Decif. Vrbinaten. Pecuniaria coram
Veroſpio impreſſ. poſt Paytell. *decif. 42. & 46. vtrobique*
numer. primo. Eoque magis, quia fuit addita qualitas ma-
29 ſculinitatis, † per quam donator habuiſſe dicitur reſpe-
ctum ad filios, non autem vti hæredes, vt aduertunt De-
cian *conſil. 239. numer. 4 & 5.* Honded. *conſil. 29. numer.*
103. cum ſeqq. lib. primo Surd. *decif. 322. numer. 6.* Mantic.
de coniect. libr. 8. tit. 14. numer. 15. Secundo quia contem-
30 platus fuit Agnationem per quam nomine hæredum †
veniunt filii vti hæredes ſanguinis Hondedon. *d. conſil. 29.*
ſub numer. 102. lib. primo Cyriac *contr. 475. numer. 10. &*
ſeq. Rota *decif. 40. numer. 14. & ſeq. & decif. 143. numer.*
14. cum ſeq. part. 12. recent. Tertio quia nominando ite-
31 rum hæredes, addidit verbum ſuos, † propriè autem lo-
quendo hæredes ſui dicuntur filii, & deſcendentes Bero
conſ. 110 numer. 52. libr. 2. Menoch. *conſil. 1958. numero*
11. Quarto quia prohibuit alienationem, quo caſu filii
32 non poſſunt dici vocati vti hæredes, quia vti tales non
33 valerent bona alienata reuocare, † cum tenerentur ſer-
nare factum defuncti, ſed vti filii, & hæredes ſanguinis
Bald *conſil. 283. numer. 2. libr. 2* Soccin. Sen. *conſil. 57.*
numer. 4. libr. 3. Gionagnon. *conſil. 36. numer. 12 lib. 3.* De-
cian. *conſil. 39. numer. 4.* Crauett. *conſ. 31. numer. 9.* Natt.
conſ. 521. numer. 20. Lanar. *conſil. 89. numer. 3.* Fuſar. *de*
ſubſtit quæſt. 339. numer. 8. Sanfelic. *decif. 202. numer. 21.*
& ſeqq. Rota *decif. 199. numer. 24. poſt* Turr. *de pact. fu-*
tur. ſucceſſ. & in dd. decif. 42. numer. 5. & 46. num. 4. poſt
Paitell.

Hinc non applicantur auctores in contrarium allegati,
quia vel loquuntur in ſtipulatione Patris pro ſe, & filiis,
vel in ſtipulatione pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſ-
cumque, vel quando adſunt coniectura in contrarium,
prout ex illis videre eſt.

34 Idemque dictum fuit de clauſula *liberè & pleno iure*, †
quæ debent intelligi ſecundum ſubiectam materiam Ro-
ta coram Coccin. *deciſione 1788. numer. 78.* præcipuè quia
35 adeſt expreſſa prohibitio alienationis, † quæ magis atten-
di debet, quam clauſulæ generales appoſitæ, vt pluri-
mum de ſtylo notariorum Rota *decif. 427. numer. 16. &*
ſeqq par. 9 rec.

Non attenta differentia inter contractus, & vltimas
36 voluntates, † quia illam præcipuè reijcit Cutell. *de don.*
tract. 2. diſc. primo Special. *25. nu. 23. & de donatione lo-*
quuntur dec. Peuting. & Veroſpii ſuperiùs allegatæ.

Et ita vtraque &c.

Altera præſentis cauſæ deciſio, quæ hic confirmata
eſt habetur impreſſa in alio præcedenti Tomo pri-
mo iſtius Decimę octauæ Partis Recentiorum vbi
eſt in ordine 276. alia vero decif. 99. in hac cauſa
pariter emanauit.

R. P. D. RONDININO.

Romana Reſidui Dotis.

Veneris 26. Aprilis 1675.

ARGVMENTVM.

Dos à fratre ſorori promiſſa debetur, etiam ſi donatio, cuius contemplatione facta ſit, vigore pacti reſolutiui, reuertatur ad donantem, vel eius hæredem, dummodo indeterminatam, & ſeparatam obligationem contineat, & hoc quamuis hæres donantis fuerit ipſa mulier, cui dos promiſſa debetur, modo tamen dotis obligatio bonis donatis non fuerit iniuncta.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactione non impleta, pro illius adimplemento cetè relaxatur mandatum.*

2 *Dotis obligatio correſpectiuè ad donationem facta, non ideo ceſſat, ſi illa vigore pacti reſolutiui reuertatur ad donantem, vel hæredem.*

3 *Promiſſio indeterminatè, & ſeparatam obligationem habens, etiam ſi alteri contractui fuerit correſpectiua, adhuc ſtat de per ſe, & independenter iudicatur ab ea.*

4 *Obligationes tot eſſe dicuntur, quot ſunt promiſſiones.*

5 *Bona fratri donata ſi filia vigore pacti reuerſiui conſequuta ſit, quatenus poſſit prætendere dotem intuitu dicta donationis ſibi à fratre promiſſæ, & nu. ſeqq. ac per tot.*

6 *Bona ſi quis habuit, vel habere poteſt non debet conſequi emolumentum in eiſdem bonis ad ſui fauorem aſſignatum.*

7 *Tempus contractus attendi debet, non autem euentus poſtea ſubſequutus.*

8 *Contractus, vt non fuerit læſiuus, ſufficit quod ab initio ſit vtilis, vel vtilis eſſe potuerit.*

9 *Donatarius vltra vires donationis non obligatur, & vide nu. ſeqq.*

10 *Legatarius non tenetur in plus, quam importent bona legata.*

11 *Onus an excedat vires donationis conſiderari debet futurus euentus vitæ donatarii, & quando ibidem & nu. anteced.*

12 *Donatio ſub pacto reſolutiuo facta, an fuerit læſiua, fructus etiam medio tempore percepti conſiderandi ſunt.*

13 *Fructus percepti reſtitui debent in donatione, ſi illam prætenditur fuiſſe læſiuam.*

14 *Tranſactionis effectus non impeditur per exceptiones requirentes altiorem indaginem, & num. ſeqq.*

15 *Tranſactio rei iudicatæ æquiparatur.*

16 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem reiiciuntur ad petitarium, non autem tollunt effectum obligationis claræ, donec illa per tres conformes reſcindatur.*

17 *Verba, quæ non niſi ad certam cauſam referri poſſunt, idem operantur ac ſi de ea expreſſa mentio facta ſit.*

DECISIO DI.

POSTQVAM ter dixerat Rota mandatum A. C. Bulgatini relaxatum pro reſidua dote Marchioniſſæ Mariæ Serlupiæ de Torres, contra bona hæreditaria Gregorii Serlupii fratris, executioni demandandum

non esse, vt in Decis. 17. Februarii 1668. coram Eminen-
tissimo Cerro, & 30. Martii 1672. * ac 17. Martii 1673.
coram me, concessa iterum noua audientia eidem Mar-
chionissæ super rationibus nouiter ponderatis, ex iisdem
hodie à Decisis Dominis recesserunt.

Premisso enim, quod Marchio Gregorius frater, ter
se obligauit pro dote Marchionissæ Sororis, pro quantita-
te sc. 10. mill pro prima vice in minori ætate, cum decre-
to Iudicis, & statuti solemnitatibus, ac secunda vice post-
quam effectus fuerat maior in actu donationis ei factæ à
Beouenuta Biscia matre anno 1642. & tertia denique vice
transactione anno 1645. inita suadentibus clar. mem. insi-
gnibus viris Cardinali Imperiali, & R. P. D. Androsilla
Summ. Marchionissæ *nu. 1. 2. & 4.* Dicebant proinde Do-
mini circumscripta etiam obligatione priori, ad quam in
minori ætate constitutus ex persoua propria, & tanquam
hæres Ioannis Philippi Seriupis Senioris, communis pa-
rentis, ac veluti possessor bonorum fideicommissariorum
Gregorius frater se adstrinxit, circa quam præcipuè ver-
sabantur decisiones huius causæ, ex secunda saltem obli-
gatione huius dotis ab eodem Gregorio facta in maiori æ-
tate occasione prædictæ donationis à matre habitæ, atque
ex alia obligatione vigore transactionis postea initæ, ex
sapientissimorum virorum consilio, Gregorii fratris obli-
gationem sustineri pro residua dote soluenda, ac ideo man-
datum A. C. Bulgarini contra illius bona hæreditaria iu-
1 stum esse † promissis transactionis causa, non impletis ad
text. in l. promissis 37. C. de transact. cum simil.

Neque videbantur satisfacere responsiones præterita-
rum decisionum huius causæ, quod nempè donatio à ma-
tre facta Gregorio cum obligatione soluendi dotem Mar-
chionissæ filiæ reuersa fuerit ad eandem Marchionissam
filiam cum Gregorius frater decesserit, sine filiis, sub quo
2 pacto resolutiuo concepta fuerat, † quia non ideò libera-
tus fuit Gregorius à solutione dotis promissæ in correspe-
ctiuitatem donationis maternæ, quia cum dos soluenda
3 non esset ex ipsis bonis, † sed indeterminatè Gregorius
obligatus esset per distinctam, & separatam, atque ab
ipsis bonis donatis independentem obligationem, ibi: *Per-
che all' incontro detto Sig. Gregorio suo figliolo promette pa-
gare, come obligato al Sig. Marchese Torres scudi 7. mila, e
suoi Interusurii per resto della Dote della Signora Maria sua
moglie, & in oltre altri 25. mila promessili da detta Signora
4 Benuenuta della propria dote doppo la sua morte:* † Cum
tot sint obligationes, quot sunt promissioois, iuxta *dec.
Pæn. 378. num. 7.* cum simil.

Non intrat proinde consideratio decisionum huius Cau-
sæ, quod cum ipsa Marchionissa Maria ex prædicto pacto
resolutiuo ad matris fauorem concepto, bona donata con-
5 secuta sit pro maiori parte, ac reliqua consequi possit, †
tanto minus ex iis consecutura sit, si residuum dotis præ-
tendit, quia id procederet si ex ipsis bonis donatis dos hæc
soluenda fuisset, in quibus terminis loquuntur Doctores
io decisione adducti, secus autem quando, prout in casu
independens, & penitus separara ab ipsis bonis est pro-
6 missio dotis soluendæ, † quo casu restitutis bonis post o-
bitum Gregorii, adhuc prior obligatio remanet, cum fru-
ctus bonorum, & commodum medii temporis, atque
spes prolis, qua existente cessabat reuersio bonorum do-
natorum ad matrem in solo casu obitus Gregorii, sine fi-
liis vocata, tanti Gregorius ipse æstimauerit, quamuis
postea sine filiis anno 1655. ipse decesserit, quia 13. annis
superuixit, post donationem anno 1642. factam Summ.
7 eodem *nu. 2. & 10.* cuius tempus attenditur, † non autem
euentus subsecuti, ex quo contractus læsiuus dici non po-
8 test, † quia sufficit, qnod ab initio vtilis fuerit, ac talis
esse potuerit ad terminos *text in l. si voluntate C. de resc.
vend.* Lup. *in c. nauigantí comm. 3. §. 2. n. 96. de vsur.* cum aliis
quos sequitur Surd. *de alim. tit. 9 quæst. 10. sub n. 7 & 8.* Cal-
derin. *cons. 5. de rer permut.* Riminald. Iun. *cons. 97 n. 14.* Ci-
riac. *contr. 1. nu. 53. & seqq.* Minot. *cons. 156. sub nu. 37.* Rota
*rec. pa. 4. tom. 3. decis. 98. nu. 18. & 19. & pa. 6. dec. 292. nu 29.
& pa. 9. dec. 459 in fine pa. 12. dec. 374. nu. 24.* Coccin. *dec. 1338
nu. 16. & 17. & apud* Modern. Lucen. *de pact. futur. succes.
dec. 81. per tot. atque in dec. huius causæ 30. Maii 1672. §. nul-
la habita*, & prius *in Romana Locorum Montium 26. Iunii
1672. §. fin. coram me.*

Neque hoc casu intrat inspectio, an admisso hoc intel-
lectu onus hoc soluendi dotem excessiuum nimis, & ex-
9 cedens vires rerum donatarium fuisset, † quo casu vltra
vires donationis Donatarius obligari non solet exemplo
legatarii, † de quo Castrens. *in leg. filias famil. 117. §. apud* 10
Marcellum nu. 2. ff. de legatis primo Peregr. *cons. 42. num. 9. &
seq. lib. 6.* Rot. *rec. par. 6. dec. 254. nu. 12. & par. 10. dec. 80. num.
15. & in Anconitana Bonorum 9. Decembris 1641. cor. bon.
me. Ghislerio.*

Quia quidquid sit de hac quæstione, circa quam plura
deduci possent pro grauitate articuli latè examinati *in Ro-
mana seù Albanen. Vineæ 20. Iunii 1670. cor. Reuerendiss.
Albergato Decano impress. post* Moder. Lucen. *de pact. futur.
success. dict. dec. 81. & 24. Aprilis 1671. co. eodem Reueren-
diss. D. meo Decano.*

Hoc vnum certum est articulum hunc non solum in Iu-
re ex mox dictis, sed etiam in facto maximam iuuoluere
dubietatem, cum adhoc vt videatur, an istud onus excedat
vires donationis, † considerari debeat non solum euentum 11
futurus, tam vitæ ipsius Gregorii donatarii ad terminos
text. in l. hæreditatum ff. ad l. falcid. quam filiorum ipsius,
sed etiam commodum possessionis bonorum donatorum,
& fructus † ex ipsis non solum pendentes, sed etiam reso- 12
luta donatione perceptio vsque ad integram bonorum re-
stitutionem Marchionissa faciendam à die mortis matris
anno 1645. secutæ Summ. eiusdem Marchionissæ *num. 3.*
quos omnes restituendos esse probat *text. in l. cum autem §.* 13
cum redhiberetur ff. ædil. edict. Caball. *cons. ciu. l. 147. nu. 4.
lib. 1* Bero *cons. 165. nu 23. vol. 1.* Couar. *var. resol. lib. 3. c. 9. n. 1.
vers. quia res* Giurb. *dec. 105. sub na. 10.* Rot. *rec. par. 2. dec.
1. nu. 8. & seqq.*

Quæ omnia cum tàm in iure, quàm io facto altiorem
requirant indaginem, apta proinde non sunt impedire ef-
fectum obligationis Gregorii fratris, † ad quam est me- 14
diante transactione summo studio, & labore insignium
virorum ad finem perducta iterum se adstrinxit, quia ad
effectum impediendi executionem transactionis, quæ rei
iudicatæ æquiparatur, † non attenduntur exceptiones 15
altiorem indaginem requirentes, quæ ordinario iudicio
discutiendæ reseruantur, † atque interim transactioni de- 16
bita executio conceditur, quousque per tres sententias
conformes rescindatur ad terminos *text. in l. diem proferre
32. §. sunt autem ff. de recept. arbitr. DD. in c. Quintauallis
de iur.* Rota *rec. pa 10. dec. 312. n. 1. & 4. & in Aaenionen.
Pecuniaria 7. Aprilis 1667. §. respectu, & §. finali, cor.
Reuerendissimo Albergato Decano.*

Neque obstat, quod in præcedentibus decisionibus sup-
positum fuerit nullam habitam rationem fuisse obligatio-
nis Gregorij ex dicta donatione descendentis in prædicta
transactione, atque ideò ex illa agi noo posse, cum vltra
partium intentionem actus non extendantur, quia visum
est hodie suppositum corruere in facto, quia in transactio-
ne habetur expressa mentio sc. 5. mil. promissorum à Ben-
uenuta, vt superius dictum est in Instrumento donatio-
nis Gregorio factæ, vt ex Instrumento transactionis, ibi:
Sitque etiam quod pro parte D. Marchionissæ Mariæ pro
consecutione scut. 7. mil. residui scut. 10. mil. promissorum
per dictum D. Marchionem Gregorium, & eius matrem
& sc. 2500. residui dd. sc. 5. mill. post obitum d. bo. me. Ben-
uenutæ soluere promissorum, & aliorum 500. pro residuo
fructuum dotalium sc. 7. mil. & aliorum 1000 pro residuo
22500. decursorum à die obitus Benuenutæ, † Quæ ver- 17
ba cum nonnisi ad donationem, qua facta est obligatio
supplendi dotem Marchionissæ in alijs sc. 5. mil. post mor-
tem eiusdem matris donantis referri possint, habetur pro-
inde ac si de ea donatione facta esset expressa mentio iuxta
sensum præcedentis conuentionis Bart. *in l. si duo nu. 3. ff. de
legatis prima* Bald. *in l. qui Romæ § duo fratres ff. de verb.
oblig.* Rot. cor. Peuting. *dec. 468. nu. 7. & in Bonon. Pecu-
niaria seù Transactionis 29. Nouembris 1669. sub §. 2. coram
Reuerendiss. D. meo Albergato.*

Et ita vtraque parte informante Domini responde-
runt.

Decis. 66. supra in alio præcedenti tomo istius Decimæ
octauæ Partis Recent est in eadem causa.

R. P. D.

R. P. D. RONDININO.

Firmana Census.

Veneris 26. Aprilis 1675.

ARGVMENTVM.

Quia post satisfactum creditorum immissum in Saluiano, opponebantur damna, & interesse ab eo passa occasione dimissionis bonorum fauore creditorum anteriorum, ea tamen non deberi deciduntur, quia non erant dependentia à credito principali, sed tantum accessoria, & ab eo extrinseca, quo casu illius anterioritatem non habent, atque ita hæredibus debitoris fuit manutentio concessa.

SVMMARIVM.

1 *Immissus vigore Saluiani, nec dominium, nec possessionem acquirit, sed solum detentationem, vt ex fructibus satisfiat, & nu. seqq.*

2 *Creditor immissus in Saluiano non sibi, sed domino possidet.*

3 *Creditor immissus in Saluiano fructus in suo credito imputare tenetur.*

4 *Datio in solutum, Adiudicatio, & similes contractus, dominium, & possessionem transferant.*

5 *Manutentio debitori conceditur posteaquam creditor immissus in Saluiano, de suo credito fuerit satisfactus.*

6 *Fructus quos percepisset bonorum possessor, si ei bona euicta, aut ablata non fuissent, dicuntur damna, & interesse, quæ veniunt reficienda.*

7 *Saluianum datur, & extenditur etiam pro fructibus, damnis, & interesse.*

8 *Saluianum, & Hypothecata exerceri non possunt super bonis, quæ de tempore obligationis iam ex debitoris dominio exierant.*

9 *Pactum redeundi ad primæua iura in casu molestiarum, operatur quod ex primis iuribus agi possit, etiam in casu, quo alias non daretur regressus.*

10 *Creditor permittens distrationem rei sibi hypothecatæ cum præseruatione suorum iurium, illa exercere non prohibetur.*

11 *Emptor, qui sibi cauit de redeundo ad primæua iura in casu molestiarum, ad ea redire permittitur.*

12 *Pactum redeundi ad primæua iura in casu molestiarum, quatenus pro damnis, & interesse exerceri possit, vel ne.*

13 *Damna, quæ passus est creditor consentiens subhastationi bonorum, etiam cum præseruatione iurium, & quæ alias non substinuisset, an debeantur, & supr. sub nu. 7.*

14 *Prælatio competens pro credito principali conceditur etiam pro fructibus, damnis, & interesse, & vid. nu. seqq.*

15 *Damna, & interesse dependentia à credito principali, illius accessoria sunt, eiusque anterioritatem habent, secus si fuerit ab eo extrinseca, & accidentalia*

16 *Credito satisfacto, etiam de fructibus, tamquam principali sublato, non considerantur amplius damna, & interesse, quæ ab illo dependent.*

17 *Creditor possidens bona sui debitoris si ea anterioribus dimisit, an illorum iura acquisiuisse dicatur.*

18 *Creditores si ex bonis debitoris satisfacti sint, eorum hypothecæ remanent extinctæ, quia spe debitor soluisse fingitur.*

19 *Filius dicitur hæres patris eo ipso, quod agit ad bona hæreditaria illius.*

DECISIO DII.

EX vtilis Saluiani Interdicto anno 1641. Immissionem obtinuit Verzerius, à quo Moniales S. Claræ Ciuitatis Nouæ causam habent pro credito Census, quo reperto extincto per Instrumentum publicum in actis tunc exhibitum, retentionem habuit ex alio credito duarum Societatum Officii, quas illi Carolus cesserat, Summario præteriti de Mazzinis *num. 1. & 2.* & hodierno Monialium *a numer. 1. & seqq.* quo pariter credito ex fructibus dd. bonorum, quæ spatio annorum 31. Verzerius, & Moniales possederunt extincto, vt ex calculo à Monialibus non impugnato, atque exhibito in dicta præterita positione, Antonius, & fratres de Mazzinis obtinuerunt ex decreto A. C. Cauallerini super dd. bonis manutentionem atque per sententiam eiusdem declarari constare de satisfactione præfatorum creditorum.

Cumque prædictum mandatum, atque sententiam à R. P. D. Vallato confirmata fuerint, iterum appellantibus Monialibus, causaque mihi commissa, dedi dubium An Mazzinis danda esset manutentio, seu reintegratio, cui DD affirmatiuè responderunt.

Posita enim satisfactione monialium ex fructibus à Verzerio earum Auctore, atque ab ipsis perceptis, iuxta calculum prædictum à Monialibus non controuersum, non dubitabant DD. Antonium, & fratres de Mazzinis reintegrandos esse ad Censum à Verzerio ablatum eorum Patri etiam ea remedio retinendæ, quia cum Verzerius immissus vigore Saluiani Interdicti, † nec dominium, nec 1
possessionem Census acquisiuerit, sed solam detentationem, vt ex fructibus creditum extingueret, cum creditor ex hoc interdicto immissus, † non sibi, sed Domino 2
possidere dicatur, vt notant communiter *DD. in l. cum notissimi in princ. C. de præscript.* Alex. *in l. prima §. per seruum corporaliter num. 5. & 6. ff. de acquir. poss.* Rota *in rec. par. 5 decis. 172. num. 8. & coram* Duran *dec. 70. numer. 5.* adeout fructus in satisfactione sui crediti imputare cogatur † ad differentiam dationis in solutum, vel adiudica- 3
tionis, aut similis tituli dominium, & possessionem transferendi iuxta distinctionem *Glosæ in l. à Diuo Pio §. si* 4
super rebus verbo integris versic. non missus ff. de re iudicat. Adden. ad Greg. XV. *decis 88 num. 111.* Posth. *de manut. obseru. 12. num. 170.* Rota apud Pacif. de Salu. *decis. 101. n. 10. & 15. & dec. 211. in fin.* Buratt. *dec. 40. nu. 1. & 11.* Bichiu *dec. 504. nu. 3. & 17.*

Consequens proinde est, vt manente adhuc possessione apud Dominos Census, detentatio ablata fuit, † competat quoque manutentionis remedium ex ratione 5
text. in §. retinendæ Instit. de Interdict. Ridolphin. *in praxi par. 2. capit. 6. numer. 99 & seqq.* Menoch. *de retinen. possess. remed. 3. ex num. 22.* Rota coram Coccino *dec. 1967. numer. 2. 4 & seqq* repetita apud Posth. *de subhast. decis. 133.*

Et licet vltra satisfactionem suorum creditorum; Quam non negabant moniales, adhuc obiicierent creditum aliud proueniens ab euictione, quam olim passus fuerat Carolus de Carolis, à quo Verzerius Auctor monialium vigore cessionis superius enunciatæ causam habuit itaut pro integra satisfactione Moniales prætenderent prius damna, quæ passus est prædictus Carolus ob euictionem, quæ damna considerantur in fructibus bonorum euictorum, † quos Carolus, & Verzerius eius 6
cessionarius percepissent, si bona ab anterioribus Creditoribus eis ablata non fuissent, ad terminos *text. in leg. si venditione, & l. euicta re 70. ff. de euict. in l. si controuersia, & in l. si successores C. illo eodem tit.* Rota *rec. par. 10. dec. 330. n. 1. & in Meleuitana Legati 15 Iunii 1663. §. fin. co. Illustriss. Beuilaqua Vrb. Gub ac in Eugubina Transactionis 2. Decembr. 1672. §. Controuersiam cor. bo. me. Priolo.*

Prò quibus damnis † non secus, ac prò illorum fructibus 7
Saluianum extenditur ex ratione *text. in d. l. euicta re 70. ff. de euict. cum Concordan.* Rot. *rec. pa. 5. dec. 407. in princ. &*

num. 9. Seraphin. *decis.* 935. *num. primo* Bich. *dec.* 315. *num.*
6. *& in Romana Domorum* 20. *Febr.* 1671. *§. cum enim cor.*
me.

Adhuc tamen distinguebant DD. quod aut moniales
ex persona dicti Caroli prætendunt damna, & interesse
ob euictionem quam ipse passus est, habito respectu ad
subhastationem anno 1629. emanatam, atque ad consen-
sum ab eodem Carolo antecedenti anno præstitum, vt
anterioribus Creditoribus bona ab ipso possessa delibera-
rentur euictionem ipsam bona fide agnoscendo Summario
hodierno earundem monialium *num.* 4. *&* 5. & hoc casu
certum est censum Mazziols debitum à monialibus am-
plius retineri non posse, quia cum anno 1624. Franciscus
Mazzinus ipsorum Pater censum hunc emerit, quod par-
tes non controuertunt, non potest proinde exerceri hypo-
theca, quæ ab anno 1629. initium ducit contra censum,
qui longè prius anno 1624 exierat è Dominio Papirii debi-
8 toris † atque ideo non existebat, vt opus erat in illius bo-
nis tempore, quo hypothecaria actio oriebatur, prout ad
hunc effectum iura requirunt, *in l. rem alienam ff. de pi-*
gnerat. act. & in l. potior §. si de futuro ff. qui pot. in pignor.
hab. Magon. *dec. florent.* 127. *nu.* 12. Negusant. *de pignor.*
membr. 3. *par.* 2. *nu.* 52. Rota cor. Bich. *dec.* 330. *num.* 5. *&*
cor. Eminentiss. Otthob. *dec.* 63. *nu.* 9. *&* 10.

Aut ex prædicti Caroli persona Moniales prætendunt
damna sibi deberi habito respectu ad ipsius Caroli credi-
tum vigore Societatum anno 1623. initatum, & sic an-
tequam census hic exiuerit de dominio debitoris vigore
pacti expressi, quo Carolus sibi cauit de redeundo in ca-
su molestiarum ad sua primæua Iura Summario hodierno
9 monialium *num. primo &* 2. † quò casu licet ex primis a-
ctionibus experiri etiam in casu, in quò alias regressus
cessaret iuxta *gloss. in l. si quis aliam* 46. *verb. pristina ff. de*
solut. Merlin. *de pign. lib.* 4. *quæst.* 150. *num.* 20. *&* 21. Ar-
rias de Mesa *var. resol. lib. primo cap.* 41. *num.* 2. Posthum.
de subhast. inspect. 65. *numer.* 6. Rota apud Pacif. de Salu.
decis. 293. *num.* 5. *&* 6. Bich. *decis.* 504. *numer.* 8. & in pro-
posito Creditoris permittentis distractionem rei sibi hypo-
10 thecatæ, † cum præseruatione tamen Iurium suorum *in*
rec. par. 5. *decis.* 143. *num. prima cum seq.* & distinguendo
11 inter tertium ementem, † ac inter Creditorem apud Mer-
lin. *de pign. dec.* 215. *nu.* 13. *& seqq. repetita penes* Posth.
de subhast. decis. 136.

Et tunc pariter dicebant DD. censum retineri non pos-
se vigore huius pacti, quod præseruat quidem priora Iu-
ra ante acquisitionem bonorum ex prædicta subhastatio-
ne Creditori competentia, quoad creditum & illius fru-
ctus antea decursos vsque ad diem emptionis dd. bonorum
12 † non autem quoad vsuras ratione damnorum, quæ non
amplius ab ipso credito, sed à subhastatione atque emptio-
ne bonorum dependent, itaut, si emptio facta non fuis-
13 set, sed aliis vendita bona fuissent, † atque ex illorum
pretio Carolus dimissus, damnum insurgens ex euictio-
ne bonorum illi non contigisset, quo casu non procedit
amplius *text.* cum sua materia *in l. Lucius* 19. *ff. qui pot. in*
14 *pign. hab.* vt prælatio competens pro credito principali †
competat etiam pro illius fructibus, & damnis, quæ ve-
luti accessoria reputantur: Quia id procedit in vsuris, &
damnis dependentibus, & præcisè consecutiuis ad ipsum
15 creditum, † non autem, quando ab ea extrinseca sunt,
& accidentalia, quia tunc satisfacto credito, & eius fru-
16 ctibus, ac ideo sublato principali; † Non potest conside-
rari illa prælatio respectu accessorii ab ipsa emptione bo-
norum potius, quam à credito originem ducentis, vt ex-
plicant Vincen. de Franch. *decis.* 613. *num.* 13. *&* 15 Ca-
pic. Galeott. *tom. primo contr.* 21. *num.* 18. *&* 19. Staiban.
de Inter. lib. 2. *tit.* 11. *quæst. vnica sub num.* 161. Anton. de
Marin. *var. resol. cap.* 76. *nu.* 10. Tondut. *quæst. Ciuil. par.*
1. *cap.* 21. *nu.* 18. 19. *&* 22. Olea *de cession. Iur. tit.* 4. *quæst.*
1. *nu.* 22. *vers. id tamen* & bene explicat Rota apud Cenc.
de Censib. *decis.* 411. *sub num.* 2. *& seqq. & co.* Bichio *decis.*
406. *num.* 32. *&* 33.

Extranea autem videbatur prætensio, quod Carolus
dimittendo bona ob imminentem euictionem Creditori-
bus anterioribus, illorumque Iura acquisiuerit, non se-
17 cus ac si ex bonis propriis illos dimisisset, † cum ex deli
beratione longe antea Carolus bona acquisiuisset, quia
hoc repugnat voluntati ipsius Caroli, qui fassus est bona
tradere anterioribus Creditoribus veluti propterea Com-
munis debitoris Summario earundem Monialium *numer.*
4. atque pariter repugnat facto, ex quo apparet anterio-
ribus Creditoribus bona assignata, veluti prioribus obli-
gationibus communis debitoris subiecta, quo casu ipse-
met debitor soluisse fingitur, atque hypotheca remanet
extincta, † non autem translata, eodem modo, ac si di- 18
rectè ipse soluisset, *text. in leg. prima C. de his qui in prior*
Credit. Bart. & Castrens. *in l. Modestinus ff. de solut.* Merl.
de pign. lib. 4. *quæst.* 44. *num.* 2. 3. *&* 27. Carleual. *de Iudic.*
tom. 2. *disput.* 37 *num.* 11. Amat. Panormit. *resol.* 7. *numer.*
17. 18 42. *& seqq.* Olea *de cess. Iur. tit.* 3. *quæst.* 2. *num.* 49.
& 50. Rota apud Pacif. de Saluian. *decis.* 165. *numer.* 7. *&*
apud Cenc. de Cens. *decis.* 451. *numer.* 6. *& in rec. part.* 1.
decis. 94. *num.* 15. *& par.* 13. *dec.* 327 *num.* 10. *& par.* 14. *dec.*
315. *num.* 6. Seraph. *decis.* 481. *numer. primo* Greg. XV. *de-*
cis. 68. *nu.* 4. *&* 5.

Quod autem Antonius, & fratres de Mazzinis non le-
gittimauerint proprias personas, sublatum fuit ex facto,
cum ex Testamento Francisci Patris Instituti fuerint hæ-
redes, vt ex Testamento mihi exhibito, cum acta prio-
ris Instantiæ moniales integrè non transportauerint eo ip-
so, † quod egerunt ad censum paternum hæreditarium ex 19
ratione *text. in l. gerit, & in l. pro hærede, ff. de acquir.*
hæred. quo casu aditio præcedit actum illum saltem intel-
lectualiter, vt inquit Bald. *cons.* 314 *nu.* 3. *vol.* 3. Manent.
dec. 5. *nu* 25. *cor.* Bichio *decis.* 490. *nu.* 10. Carill. *decis.* 121.
nu. 3. *cum similibus.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. T A I A.

Mediolanen. Prioratus.

Veneris 26. Aprilis 1675.

A R G V M E N T V M.

Pertinentia iuspatronatus ex inscriptionibus marmoreis probatur, cum etiam ex insigniis pictura, vel affixione in Ecclesia resultet, ad cuius præsentationem, si illud fuerit gentilitium, & agnatitium, licet non admittantur descendentes ex fœminis, non ideo repugnat, quod quandoque ipsæ fœminæ sint admissæ, cum illæ de eadem familia esse dicantur.

S V M M A R I V M.

1 *Iuspatronatus probatur ex inscriptionibus marmoreis, vel aliter in Ecclesia insculptis, & num. seqq.*

2 *Inscriptiones patronorum aliorumque insignium in Ecclesia antiquissima consuetudine processerunt, cum Iacob erexerit lapidem in titulum.*

3 *Iuspatronatus probatur ex insignijs familiæ, pictura, vel affixione in Ecclesia appositis, & relictis.*

4 *Armorum appositio fieri non consueuit in re prorsus aliena.*

5 *Signa rebus imponere alienis, sine iudicis auctoritate non licet.*

6 *Historiæ etiam deseruiunt ad probationem iurispatronatus.*

7 *Iuspatronatus probatur ex pluribus præsentationibus effectum sortitis.*

8 *Iuspatronatus gentilitium vtrumque continet agnatitium, & cognatitium.*

9 *Iuspatronatus gentilitium non admittit descendentes à fœminis ad præsentandum.*

10 *Præsentatio in iurepatronatus gentilitio non repugnat, quod fuerit facta à fœminis, quia illæ etiam sunt de familia, & nu. 12.*

11 *Clara res non est animaduersione digna.*

13 *Posterorum appellatione liberi tantummodo continentur.*

14 *Suc-*

14 *Successores, & Posteri per se propriè intelliguntur sanguinis.*
15 *Posteritas, & soboles idem significat, & quando.*

D E C I S I O DIII.

INSTITVTIONEM dandam Canonico Io: Baptistę Mantegatiæ, non autem Abbati Constantio Galle-
rato, DD. responderunt, quia ille præsentatus fuit à
Secretario Angelo, & Petro eius fratribus quondam Fran-
cisci, plerisque aliis de Nobili familia Mantegatia, & ab
Ordinario per Sententiam, & institutionem institutus,
etiamsi Constantius Aduersarius ab aliquibus de ipsa fa-
milia, & Descendentibus per fœminas de eadem familia
fuerit pręsentatus considerata qualitate Patronatus Gen-
tilitii, & Agnatitii vti familiaris, non etiam vti Cogna-
titii, & minus hæreditarii.
1 Et quidem præ omnibus clara visa est inscriptio † Mar-
mori Ecclesiæ Prioratus antiquissimo tempore insculpta.
Mantegatia Domus Templum hoc struxit, Agro pingui mul-
toque reddita Patronatus titulo donauit, &c. adeo expres-
sa Patronatu, & Patronatus Iure à fundatore, & in fun-
datione posito lapide in Testimonium, & alii Marmori
breuius, & tamen clarius *Patronatus de Montegatis*, vt
visum fuerit, quod fuerat pridem maioribus nostris *coram*
Cardinali Corrado in hac Mediolanen. Prioratus 14. *Martii*
1646. *ex §. quinto inscriptio*, ad quam refertur alia *coram*
eodem 27. *Maii* 1647. *decis.* 63. *par.* 10. nec solum huiusmo-
di antiquis Descriptionibus multum deferendo, *vt in di-*
cta priori decisione §. huiusmodi enim, sed, & iis stando ad
priorem allegatam ipsam *glossam per libros antiquos versic.*
Item si reperiatur scriptura in aliqua Columna, vel lapide,
& vt de antiqua inscriptione, sic de antiquissima consue-
2 tudine † cum Iacob erexit lapidem in Titulum Genes. *c.*
28. *& 31. & titulum lapideum cap.* 35. atque ita de huius-
modi inscriptionibus Rot. *in dicta decisione dicto §. Huius-*
modi enim, & de probatione Iurispatronatus etiam ex In-
scriptione solius fundationis, quam consequitur Iuspatro-
natus Rota coram Coccino *decis.* 230. *ab initio, & decis.*
1559. *num.* 12. *& decis.* 1476. *num.* 2. & ex Armorum, seù
3 Insignium familiæ Pictura, vel affixione, neque enim
4 talis Armorum appositio † consueuit fieri in re prorsus ad
ipsam rubricam *C. ne cuiquam liceat sine Iudicis auctoritate*
5 *signa* † *rebus imponere alienis* Lotter. *de re benefic. quæst.*
13. *num.* 146. *&* 147. *lib.* 2. cum allegatis, maximè Rota
coram Seraphino *decis.* 5141. *num.* 7. *cum aliis in dicta De-*
cisione §. sexto Insignia, & plura, pluribusque in illa, ad
quam & ibi allegata punctim, & versiculatim DD. sua
6 suffragia retulerunt † super additis exterioribus in Hysto-
ria *Mediolanen. apud* Bugatt. *rubr.* 2. ibi: *Questo luogo hog-*
gi ancora per questa Mortalità si chiama Campo morto, cioè
Campo de Morti antico Iuspatronato sin hora della Casa No-
bile de Mantegazii di Milano, & in Chronicis Canonicorum
Regularium apud Pennott. *capit.* 26. *libr.* 2. ibi: *Octauum*
Monasterium Campi mortui nuncupatum, à Nobilissima fa-
milia de Mantegatiis fundatum, &c. de Iurepatronatus
familiæ de Mantegaciis, & ex facto in effectu ex præsen-
tatione Anno 1490. in qua declaratur expresse qualitas
agnatitia in Summ. impresso Mantegatiæ *nu.* 29. & Gal-
lerati *nu.* 2.

Præsentationes verò continuatæ, & effectum sortitæ
7 † in eadem decisione asseruntur & differuntur vberrimè
ab ipso §. *præsentationes verò*, atque vt accurate procul
dubio proponebatur, dubitari non potuit ne Ioannes Ba-
ptista fuerit præsentatus à Nobilibus de familia de Man-
tegatiis Descendentibus à quasi possidentibus Iuspatrona-
tus decem ipsis Præsentantibus enumeratis, & enunclea-
tis Descendentibus ab iis, qui præsentarunt Anno 1587.
D. Cardinalem Montaltum, & ab aliiis, qui postmo-
dum resignationi de Anno 1670. consenserunt; Aliis, qui
ex tunc consenserunt, & mox præsentarunt, *vt in Infor-*
matione ab opportuno §. Dubitari autem, non potest.

Vndè non valuit præsentatio Constantii præcipua à
Descendentibus ex fœminis Mantegatii, quia dum ver-
8 samur in Patronatu Gentilitio (quinimo Agnatio, † quia
Gentilitium est amplius, & vtrumque continet Agna-
titium, & Cognatitium apud D. de Luca *de Iurepatron.*
9 *disc.* 60. *numer.* 30. *lib.* 13. *& me)* † Descendentes ex fœ-
minis non admittuntur Rota coram Roxas *decis.* 446. *nu-*
mer. 6. *& decis.* 374. *numer.* 9. *& decis.* 162. *numer.* 6. *part.*

11. *in eadem Causa præposterè impressa*, & coram Cardin.
Celso *decis.* 106. *num.* 21. *&* 22. multo minus præsentatio
ab illis Mantegatii, quia non sunt de Nobili familia, nec
descendunt ab aliquo, qui vnquam fuerit in quasi posses-
sione præsentandi.

Ex quibus non obstitit quædam præsentatio fœmina-
rum Anno 1587. † quia non repugnat cum etiam fœminæ 10
sit de familia Rota *decis.* 166. *numer.* 15. *part.* 6. *& decis.*
374. *sub numer.* 11. *&* 12 *confirmata, vt supra dicta decis.*
162. *numer.* 9. *& coram* Merlino *decis.* 563. *numer.* 15. &
præclarè in re clara; † nec animaduerti digna coram Emi- 11
nentissimo D. Cardinali Otthobono *decis.* 840. *numer.* 19.
d. versic. nec animaduersione dignum maximè contra fœmi-
nas † ipsas stantibus Gratian. *discept.* 577. *num.* 46. *& de-* 12
inde Viuian. *prax. Iurispatronatus capit.* 2. *numer.* 56. *libr.*
14. Rota apud ipsum Viuian. *decisione* 69. *numer.* 8. *cum*
alleg.

Minus valuit, quod in duobus Breuibus Pauli Secun-
di, & Sixti Quarti Iuspatronatus videatur pertinens ad
fundatores, & eorum Posteros, & successores, & pro-
miscuè successores, & posteros, Quia senserunt de Po-
steris, & successoribus eiusdem familiæ de Mantegatiis,
vt declarantur posterius ab Innocentio Octauo in alio suo
Breui Posteri, & Successores per lineam masculinam De-
scendentes, & adhuc personæ de familia tamen dd. de
Mantegatiis, &c. Et quia ambigua, vel generalia ver-
ba etiam redacta ad Descendentes, † vt planè Posteri, & 13
Posterorum appellatione liberi tantummodò continentur
l. quod his verbis 83. *in fine ff. de legat.* Barbos. *verb. Iuris*
appell. 219 & successores, & æquè penes Posteros, † & 14
per se propriè intelliguntur sanguinis *l. cum acutissimi* 30.
C. de fideic. Barbos. *appell.* 254. *numer.* 4. *vers. propriè ve-*
rò Menoch. *præsumpt.* 89. *numer.* 56. *d. versic. secundo mo-*
tus est libr. 4. vbi & æquipollet propria successio, Posteri-
tas, † & soboles, & idem significat sequen. *numer.* 57. 15
ad versic. verum respondet, redacta inquam hæc de Poste-
ris, & Successoribus ad Descendentes facilè intelliguntur
de familia tamen de Mantegatiis iuxta dictum Breue In-
nocentii Octaui.

Cæterum ad quoddam Breue Sixti V. vnicè, & optimè
replicatum ex facto, & potiùs deficiente facto, visum,
Breue, siuè Bullam, non esse de Mundo cum in actis,
vel extra acta ipsa nihil constiterit vnquam congruente
maximè, quod fœminæ ipsæ, quæ vtcunque præsenta-
uerant Anno 1587. adeò non masculi ex fœminis, & mi-
nus hæredis, & successores.

Totam itaque, & vnam difficultatem DD. concluse-
runt redactam ad Descendentiam nunc præsentantium à
tunc præsentantibus & consentientibus in vltima præsen-
tatione anno 1587. & posteà in resignatione anno 1650.
eandemque difficultatem satis superque sublatam ex su-
prascriptis, & magis ex aliis in Informatione facti, & per
Arbores quas dicimus, gradusque successorum etiam à
fundatoribus in *Summ. Partis huius*.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. T A I A.

Bononien. Fideicommissi de Pepulis.

Sabbato Martiniana 4. Maii 1675.

A R G V M E N T V M.

Interesse tertii ad effectum admissionis ad causam in hac decisione deducitur, de quo sufficit apparenter docere, ad distinctionem principalis, qui illud plenè & concludenter probare tenetur; Hinc igitur de filiatione tractatur, quatenus illa in filio legitimo, & alio naturali legitimatio probetur, ad eum finem, vt possit ex eo idem filius retardare, vel non retardare processum.

SVMMARIVM.

1 *Clausula* constito de interesse *est conditionalis & formam inducit.*

2 *Filiatio illius, qui est natus de legitimo matrimonio, controuerti non potest.*

3 *Legitimatus à patre lite pendente, probari debet quod sit filius aliunde, quam ex gestis ab eodem patre.*

4 *Interesse pro sola admissione ad causam, non requirit probationem omnino certam, & concludentem.*

5 *de Interesse sufficit apparenter docere, adhoc vt quis possit ex eo admitti ad causam.*

6 *Interesse licet tertius quoquomodo iustificare permittatur, principalis, tamen illud concludenter probare tenetur.*

7 *de interesse sufficit tertio per scripturas docere, quamuis pars non fuerit citata ad dicendam contra.*

8 *Vocatus ex propria persona non est dubium, quod habeat interesse in alienatione bonorum fideicommissi.*

9 *Filio venienti ex propria persona ad fideicommissum si non possidet, nihil refert an possessio sit penes patrem, vel penes alium.*

10 *Admitti ad causam si quis petit cum retardatione processus debet sufficienter interesse docere, secus tenetur si sine retardatione voluerit admitti.*

DECISIO DIV.

CVM in hoc Auditorio inter Com. Ioannem, & Hippolytum aliosque litis consortes actum fuerit, & agatur de bonis fideicommissi conuentionalis, super quibus pro Hippolyto, & Consortibus prætenditur fideicommissariorum quin etiam Emphyteuticorum remissio, Comes Gerra filius legitimus Com. Ioannis natus interim 5. Ianuarij proximi, & Comites Cæsar, & Carolus ante præsens matrimonium naturales, & legitimati prætendentes se vocatos non solum in casum obitus, sed etiam in casum alienationis, tàm coniunctim quàm diuisim, intendentes quoque venire ad Causam ex propria persona, & sua iura experiri, supplicarunt S. D. N. vt dignaretur committere, & mandare mihi, vt ipsos tam coniunctim, quàm diuisim procorum interesse admitterem, &c. & S. D. N. per Signaturam Iustitiæ commisit, & mandauit cum
1 clausula *Constito de interesse*, † quæ est conditionalis, & formam inducit Barbosa *clauf. 25. num. primo & vltimo.*

Vnde proposito hodie formali Dubio An constet de interesse DD. responderunt non constare ad effectum de quo agitur.

Etenim ad verba ipsa dominorum, quatenus examinatio fieri debeat in abstracto, est affirmatiuè respondendum saltem quoad Infantem ex legitimo matrimonio natum de filiatione cuius propterea dubitari non po-
2 test, quo enim ad alios duos adultos, & vt prætendi-
3 tur, legitimatos à Patre lite pendente, † esset sine dubio filiatio aliunde probanda, quàm per gesta à Patre, quæ illum tantummodo afficeret.

Ad probationem quorum Informantes pro Hippolyto contra admissionem plurima conferebant ex Rota coram Zarate *decis. 73. in totum numero 6.* & recentius *decis. 388. num. 7. à vers. prout non refragantur actus part.* 13. cum aliis allegatis, & allegandis, & si Informantes pro Cesare, & Carolo replicerent, quod non requiratur
4 probatio † omninò certa, apud Barbos. *d. clauf. 25.*
5 *d. num. vltimo* & sufficiat apparenter † docere de aliquo interesse Rot. cor. Put. *decis. 166. in fin. lib. 3.* & distinguen-
6 do Tertium, † & Principalem *decis. 801. num. 3. parte 1. diuers. & coram* Coccin. *decis. 2254. nu. vltim.* etiam quod
7 Pars † non sit citata ad dicendum contra, & coram Peuting *decis. 188. nu. 1. & co.* Cardinali Celso *decis. 53. etiam nu. 1.*

Quia cum fideicommissum de quo agitur, sit litterale fauore filiorum, & descendentium cum prohibitione alienationis, ita vt alienans priuetur, & ad bona alienata admittantur illi, qui aliàs alienanti grauato succedere de-
buissent, † interest Indubitanter infantis examinare tran- 8
sactionem factam à Patre An sub ea comprehendantur bona hæc fideicommissaria, & an Comes Ioannes potuerit in præiudicium substitutorum illa remittendo alienare.

Si verò hoc interesse reducitur ad effectum retardandi executionem trium Sententiarum Rotalium, & ita ad effectum, de quo agitur, negatiuè est respondendum; quia cum dictum Infans venire intendat ex propria perso-
na independenter à Patre, † nec ipse possideat, neque 9
possiderit vnquam, nihil refert quo ad ipsum an possessio sit penes Patrem, vel penes alium, vt inquit Rota *d. decis. 53. num. 5. cum alleg.* & cum hac decisione, & eius distinctione, & declaratione DD. senserunt, non constare de interesse prætendentium ad effectum de quo agitur, sci-
licet ad effectum retardandi, † secus si volunt admitti si- 10
ne retardatione Processus, *vt in dicta decis. 53. dicto numer. 5.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. VBAGO.

Ortonen. Canonicatus.

Sabbati 4. Maii 1675.

ARGVMENTVM.

Non solam, & simplicem materiam attentatorum continet hæc decisio, de quibus etiam plura practicabilia deducuntur, sed adhuc confirmatur in ea, qualiter procedere debeat exequutor litterarum Apostolicarum, *certo modo*, qui quia vti exequutor mixtus nulliter, & iniustè processerat, non citando partem, & suam exequendo sententiam infra decem dies datos ad appellandum merito pro reuocatione attentatorum mandatum de manutenendo fuit concessum.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio Rotalis, siue iusta siue iniusta, semper est timenda, amplia vt nu. 5.*

2 *Inhibitio rotalis attendi debet, nec potest impune sperni, siue simus in Curia, vel extra.*

3 *Signatura, quia de facili adiri potest pro remouenda inhibitione, ideo illius spretus ex quacumque causa non suffragatur.*

4 *Inhibitionis rotalis vires cognosci non debent à iudicibus de partibus, aliisque inferioribus.*

5 *Inhibitio rotalis sperni non potest etiam si fuerit nulla, & iniusta, & num. anteced. vbi de ratione.*

6 *Mandatum de manutenendo passim à Rota conceditur pro purgatione attentatorum, & numer 14.*

7 *Attentatorum pro purgatione relaxandum est etiam mandatum pro expensis contra attentantem.*

8 *Possessor beneficii citari debet, si ob non factam publicationem prætenditur fuisse priuatum, & numer. seqq.*

9 *Clausula*, si ita est, dummodo, & amoto *requirunt iustificationem narratorum.*

10 *Citari debet ille, ob cuius tituli defectum gratia obtenta.*

11 *Clausula*, dummodo, & amoto, *reddunt exequutorem mixtum.*

12 *Exequutor mixtus tenetur assumere partes iudicis, & citare partes, & supra à nu. 8.*

13 *Sententia exequutoris mixti remanet appellabilis ad vtrumque effectum.*

14 *At-*

14 *Attentata est possessio capta infra decem dies, qui dantur ad appellandum.*

15 *Manutentio datur aduersus factum iudicis dum quis non habuit se prospoliato, sed statim reclamauit, & appellauit.*

56 *Contradictor legitimus ad sua defendendum iura adhuc remanet ille, qui per gratiam alteri concessam, prætenditur esse priuatus.*

17 *Possessor triennalis beneficij semper citari debet, & est legitimus contradictor aduersus illum, qui suum beneficium obtinuit.*

18 *non Publicationis defectus sanatur per possessionem triennalem.*

19 *Regula Cancellariæ 36. de possessione triennali irritat omnes impetrationes postea certo modo obtentas, & plura vid. supra num. 17.*

DECISIO DV.

POSSIDENTE Buragna Canonicatum Ecclesiæ Cathedralis Ortonen. ad effectum tuendi suam possessionem obtinuit à Sacra Rota inhibitionem vigore commissionis, illamque præsentauit Pizzio, qui eumdem Canonicatum certo modo, & sub prætextu non factæ publicationis requisitæ per constitutionem san. me. Gregorij XIII. à Sede Apostolica impetrauit, & ad illius possionem ipsa inhibitione non obstante immissus fuit, quare contigit coram me disputari dubium An constet de attentatis, itaut Buragnæ sit danda manutentio, & Domini affirmatiue responderunt.

De præcedenti etenim possessione Buragnæ in vim prouisionis Apostolicæ patet ex Instrumento tradito in Summ. *numer.2.* & ideo fundamentum inhibitionis rotalis non controuertitur, licet non sit essentiale, quoniam inhibitio rotalis semper est timenda siue iusta siue iniusta Rota *decis.315. num. primo & 2. part.4. tom.2. rec.*
2 & coram Bich. *decis.524. num.5.* & tam in Curia † quam
extra Achil. *decis.59. de appell.* Ludou. *decis.435. & ibi* Add. *num 4.* Rot. *in recen. dec.529. n.10. par. prima & dec.*
502. num.3. & 4. par.4. vbi redditur ratio, quia si sumus in
3 Curia, † facile est adire Signaturam pro remedio, si vero
4 in partibus, vt hic, † non est aperienda via inferioribus
cognoscendi de viribus inhibitionis Rotalis Lancell. *de attent. post. inhib. ampliat.6. n.2.* Caputaq. *decis.93. part.2.*
5 imo in specie, quod hoc procedat licet constaret † inhibitionem Rotalem nulliter, & iniuste fuisse concessam Add. ad Greg. *dec.435. lit. B.* & fuit dictum *in Senogallien. Bonorum 14. Aprilis 1617.* coram Remboldo, *et in dec.117. n.4. post* Zacch. *de Oblig. Camerali.*

Cum itaque commissio, & inhibitio Rotalis præsentatæ fuerunt sub die 16. Februarij 1675. Summ. *numer.5.* & sub die 21. Martij 1675. fuerit Buragna sui Canonicatus possessione spoliatus Summ. *num 4.* non solum existimauerunt Domini reintegrandum esse per viam mandati
6 de manutenendo, † quod passim datur à Rota pro purgatione attentatorum, vt notat Fontaneil. *de pact. nupt. claus.7. glos.3 par 10. num.10.* & pluries ipsa Rota firmauit, *vt in Vicen. Beneficij 10. Decembris 1646. coram Eminentissimo Cerro in Taurinen. Parochialis 20. Decembris 1647. in Melenitana Bonorum 15. Martii 1658. & in Compostellana Parochialis 9. Decembris 1661. coram Cels.* sed vlterius contra Pizzum relaxandum esse mandatum pro
7 expensis factis † ex causa huiusmodi spretus inhibitionis rotalis ex doctrina Lancell. *de attentat. par.3 cap.31. nu.11. & seq. de pœnis attentatorum, & secundum* Ridulph. *in prax. par. prima cap.13. n.614.* Rot. *dec.3. de dol. & cont. in nou. & dec.37. de sent. & re iudic. in antiq.*

Ad quæ libentius deuenerunt, quia executor literarum Pizzi nulliter, & iniuste processit, & nullitas resultat ex relaxatione ipsius mandati facta, non citato
8 Buragna possessore prout necesse erat, † cum ageretur de illius præiudicio ex impetratione Canonicatus facta ob non publicationem suæ prouisionis Rot. *in Compostellana Parochialis 25. Iunij 1649. coram Eminentissimo Otthoa & in Meliten. Parochialis 28. Iunii 1649. & 31. Ianuarii 1650.* coram Bich & Celso *decis.121. num 6.* Tanto magis quia literæ Pizzi continebant mandatum de prouidendo cum clausulis, *si ita est, &c. dummodo, &c. &*
9 *amoto, &c.* † quæ requirunt iustificationem narratorum, † citato illo ob cuius tituli defectum, fuit gratia certo 10
modo impetrata Marches. *de commiss. part. prima cap. primo numer.81. vol. primo fol.322.* Rot. *decis 516. n.3. par. prima rec.* Otthob. *dec.156. num.51. &* Rota *in rec. decis. 142. nu.7. part.5. & in Leodien. Canonicatus 14 Ianuarij & 22. Martij currentis anni coram me;* Attentis præcipuè
prædictis clausulis, *dummodo, &c. amoto &c* † quæ reddunt 11
executorem mixtum Abb. *in cap. cætero nu.8 de re iud.* Buratt. *decis.529. num.5.* & Celsus *dicta decis.121. num.4.* itaut non solum executor tenebatur assumere partes Iudi-
cij, † & possessorem Buragnam citare *c. licet Episcopus* 12
& ibi glos. verbo tamen vocato de præb. in 6. l. fin. C. si per vim vel alio modo Rot. *decis.56. n.4. & decis.147 n.3. par.2.*
rec. verum etiam ipsius sententia † redditur ad vtrumque 13
effectum appellabilis Rot. *dec.701. num. primo & par.2. rec. & coram me in prædicta Leodien. Canonicatus 14. Ianuarii proxime præteriti §. clausula enim & 22. Martii §. primo* & ex appellatione oritur dum mandatum executoris fuit executum intra decem dies, qui dantur ad appellandum Summ. *num.4. & 5.* Alterum Iuris attenta-
tum; † Pro cuius pariter purgatione dandum veniret man- 14
datum de manutenendo Seraph. *decis.1471. numer. primo* Beltram ad Greg *dec.413. sub num.4. vers. vbi inde infertur* & Add. ad Buratt. *decis.171. sub numer.8. vers. qui plura in fin.* Rot. *dicta decis 701. numer.1. par.2. rec.* & coram Greg *dec.91. nu.4.* quoniam Buragna non solum non ha-
buit se pro spoliato, † sed retinens animo possessionem ci- 15
uilem, statim reclamauit appellauit, & pro purgatione attentatorum institit, quod sufficit pro manutentione Menoch. *de retin. remed.3. nu 22.* Rot. *dec.516. in fin. part. prima rec* Seraph. *dec.636. n.9. & dec.1176. per tot.* & Rot. coram Dun. Iunior. *dec.364. n.10.*

Non obstat, quod cum Papa prouiderit Pizzum de Canonicatu censeatur priuasse Buragnam, itaut amplius
dici non debuisset legitimus contradictor, † quia semper 16
est contradictor legitimus ad defendendum iura propria super validitate sui tituli, donec de contrario constet per rem iudicatam, vt firmauit Rot. *in prædicta Leodien. coram me §. clausula enim & §. non subsistit* & tanto magis in præsenti casu, dum Buragna vti prouisus Apostolicus possedit Canonicatum pacificè per triennium,
& ideò prætensus defectus non publicationis † videtur 58
sanatus ex ipsa triennali per *reg.36.* Cancell. Gomez. *d. reg. quæst.58. num.4* Lotther. *de re benef. lib.5. quæst 33. nu. 7.* Rota coram Buratt *decis.280. num 2.* coram Bichio *dec. 171. num.2.* & coram Cels. *decis.392. num 11. & d dec.408.*
n 5. quæ regula † impetrationes postea certo modo obten- 19
tas irritat, & inanes censeri deberi decreuit, ex quibus iniustitiam resultare dixerunt per contradictas, Buragna tantùm informante.

R. P. D. RONDININO.

Dertusen. Canonicatus.

Sabbati 4. Maii 1675.

ARGVMENTVM.

Explicatur Regula Cancellariæ de annali possessore, mandans impetrantem aliena beneficia teneri infra sex menses vocare in iudicio possessorem, & infra alium annum prosequi causam, eamque vsque ad sententiam terminare, quatenus nempe, hæc omnia non procedant in eo, qui facto partis fuit impeditus, quominus vtrumque implere potuerit.

SVMMARIVM.

1 *Regula Cancellariæ 35. de annali possessore latè traditur, & explicatur per totam decisionem.*

2 *Regulæ Cancellariæ 35. de annali ex stylo Datariæ passim derogari consueuit.*

3 *Derogatio Regulæ Cancellariæ 35. de annali sufficit, quod in sola supplicatione facta sit, & num 6.*

4 Iudi-

4 *Iudicandum non est iuxta supplicationem partis, sed iuxta gratiam Pontificis, & reg. 37. Cancellariæ.*

5 *Supplicatio signata à Pontifice, sufficit vbi agitur de sola qualitate gratiæ, postquam eius literæ sunt expeditæ.*

7 *Citatio possessoris infra sex menses iuxta reg. 35. de annali, sufficit quod sit facta post remota impedimenta præstita.*

8 *Impedimentorum tempus de medio subducitur, & reliquum computatur.*

9 *Tempus impeditæ expeditionis, & retentionis Bullarum, quatenus, & ad quem effectum non attendatur.*

10 *Citasse aliquem infra certum tempus dicitur, qui infra illud tempus fuit à parte preuentus in commissione causæ.*

11 *pro Citato habetur qui sponte comparuit.*

12 *Regulæ Cancellariæ 35. de annali volenti causam terminari infra annum, remanet satisfactum per impedimentum citationi præstitum.*

13 *Annus, in quo terminari debet causa vigore regulæ 35 Cancellariæ, à quo tempore incipiat.*

14 *Regula 35. Cancellariæ de annali expressè mandat vocari possessorem infra sex menses, & causam terminari infra annum.*

15 *Impeditus imputari non potest, si aliquod vt tenebatur non adimpleuit, sed illud impedienti facto tribuitur.*

16 *Diligentiæ factæ pro expedienda causa in primo anno, suffragantur Regulæ Cancell. de annali.*

17 *Diligentias faciens, si fuerit impeditus, ad alias maiores diligentias non tenetur.*

DECISIO DVI.

1 REGVLA 35. † Cancellariæ de Annali Posses-
sore & si multa requirat, in duas tamen partes com-
muniter à Doctoribus diuidi consueuit, quarum prima
vult, vt quicumque impetret beneficium per annum im-
mediatè præcedentem pacificè possessum, exprimat no-
men, gradum, & nobilitatem possessoris eiusdem, &
quotannis illud possederit, ac specificam, & determina-
tam causam, ex qua clarè posset constare nullum ius pos-
sessori in beneficio competere. Altera autem pars Regu-
læ statuit, vt infra sex menses ipsum possessorem ad iudi-
cium euocare faciat, causamque ex tunc desuper infra
annum vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiuè prose-
qui debeat, & teneatur.

Vtrique autem parti visus est satisfecisse Ioseph Mi-
ralperix, qui Canonicatum, & Camerariam controuer-
sos Cathedralis Ecclesiæ Dertusen. certo modo vacantes
ob non residentiam D Saluatoris de Prugnunosa impe-
trauit, cum primæ partis huius Regulæ derogatum
2 fuerit, Summ. eiusdem Iosephi *num.* 18. † prout passim
ex stylo Datariæ derogati consueuit, Lother. *de benef.*
lib. 2. quæst. 52. numer. 51. Cochier. *in Not. ad hanc reg.*
de Annali numer. 43. Tondut. *quæst. benef. part. 1. cap. 85.*
num. 17. Quesad. *in not. ad hanc reg. verb. Nomen*, Rota
coram Bich. *decis. 187. num. 40. rep. & in rec. par. 9. dec. 305.*
& decis. 228. nu. 1. coram eodem Bichio, & in Calaguritana
Archidiaconatus 17. Martii 1665. §. attamen coram Eminen-
tissimo Cerro.

3 Etiamsi in sola supplicatione † huic regulæ derogatum
fuerit, quia cum non agatur de principali canonizatione
4 gratiæ, † quo casu iuxtà literas, non autem iuxtà sup-
plicationem iudicandum est, *ex regul. 27. Cancellariæ*
de non iudican. iuxta formam supplicationis, sed aga-
5 tur tantùm de qualitate gratiæ, † sufficit ipsa suppli-
catio, postquam non controuertitur literas fuisse ex-
peditas, vt communiter concludunt Gomes. *in d. reg.*
de non iudican. iuxta formam supplicationis quæst. 4. nu.
8. & ibi Mandos. *quæst. 18. per tot.* Addeo. ad Busatt. *dec.*
647. num. 56. & 14. Spad. *cons. 52. nu. 3. & 4. vol. 2.* Amay-
den. *de stylo Datariæ lib. 1. cap. 31. nu. 77.* Corrad. *in prax.*
dispens. lib. 2. cap. 3 numer. 37. & præ cæteris benè ex-
plicant Lother. *de re benef. lib. 3. quæst. 2. num. 45.* Rota
in Bononien. Canonicatus coram Pamphilio apud Marches.
de commiss. part. 1. pag. 357. sub numer. 3. & in diuers.
part. 3. decis. 1161. & in rec. part. 7. decis. 218. numer. 8.
Seraph. *decis. 764. n. 4. & 5.* Cavaler. *dec 255. num. 10. &*
in Cauen. Iurispatronatus 1. Iul. 1669. § final. coram R. P.
D. meo Bourlemont, cum pluribus alijs relatis *in Aueniō-*
nen. denominationis 27. Nouembris 1671. §. final. coram me,
atque in his præcisis terminis † pro derogatione Regulæ 6
de Annali Tondut. *quæst. benef. par. 1. d. cap. 85. n. 18.* Rota
coram Pen. *dec. 418 n. 7.*

Secundæ autem parti Regulæ satisfactum videbatur,
cùm Ioseph Saluatorem vocare in iudicium curauerit
infra sex menses post remota omnia impedimenta à Sal-
uatore præstita tam in Dataria, quàm in Cancellaria,
in quibus Bullæ retentæ fuerunt, earumque expeditio
impedita, Sum. Iosephi *nu. 2. & plur. seqq.* † quod suffi- 7
cit, vt satisfactum dicatur regulæ, quia citatio posses-
soris, & instructio litis infra sex menses factæ censen-
tur eo ipso quod factæ fuerunt, postquam cessarunt im-
pedimenta à Saluatore præstita, † quorum tempus de me- 8
dio subducitur, & reliquum computatur, iuxtà *text. in*
l. 1. fin. C. de Annali præscript. & in cap. vnitis, in cap.
cum nobis, & in cap. de quarta de præscript. prout in his
terminis tradunt Gomes. *in reg. de Annal. quæst. 71.* Lo-
ther. *de re benef. lib. 2. d. quæst. 52. num. 57. & 58.* & præter
decisiones inferius subiungendas pluries dixit Rota in de-
cisionibus relatis in *d. Calaguritana Archidiaconatus 17.*
Martii 1667 §. quo verò ad 2. partem cum pluribus seqq. co-
ram Eminentissimo Cerro, atque in terminis impeditæ ex-
peditionis † in Dataria ob retentionem supplicationis, & 9
bullarum dixit Rota *in Regien. Hospitalis coram Bubalo*,
& in Lauretana beneficii 9. Decembris 1589. in fine cor. Bra-
uo inter illius manuscriptas apud me *lib. 2. dec. 7.* Paris. *de*
resign. lib. 11. q. 12. n. 16. & seqq.

Cum tamen ad hunc effectum satisfecerit, † quod ip- 10
se Saluator præuenerit causam in Rota infra tempus sex
mensium in petitorio committendo, Sum. Iosephi *num.*
2. et 3. quia habetur pro citato † qui spontè comparuit, 11
iuxtà notat per Archidiac. *in can. proposuisse distinct. 82.*
& per Alexan. *in l. de vnoquoque in princ. ff. de re iudic.* vt
in proposito dixit Rota coram Crescen. *decis. 14. de causa*
possess. & propriet. & in diu. par. 4. dec. 601. sub n. 20. Bich.
d. dec. 187. in fin.

Ex ratione autem impedimenti præstiti à Saluatore † 12
satisfactum pariter dicebant Domini dispositioni Regulę,
quæ vult causam terminandam esse infra annum, quia
præmisso, quod annus hic computatur à die exequutæ
citationis, † non autem literarum expeditarum iuxtà 13
verba regulæ, quæ post citationem possessoris infra sex
menses, † iubet causam ex tunc desuper infra annum ex- 14
pediri, Lother. *de re benef. lib. 2. d. q. 52. nu. 61.* Adden. ad
Gregor. XV. *dec. 532. nu. 7.* Quesad. *in notatis ad hanc reg.*
verb. infra annum, Rota *diuers. par. 4. dec. 708. n. 1.* Put. *dec.*
2. super reg. de Annali, Greg. XV. *dec. 272. n. 1.*

Adhuc cum ex parte sua Ioseph non defuerit, ipsi im-
putandum non est, † sed impedimentis à Saluatore præ- 15
stitis, si causa infra annum terminata non fuit, Gomes.
super reg. de Annali quæst. 14. Lother. *de re benef. lib. 2. d.*
quæst. 51. n. 57. & seqq. Addeo. ad Gregor. XV *d. dec. 213.*
& 532. vtrobique num. 6. Rota coram eodem Greg. XV. *d.*
dec. 272. n. 4. & seqq. Pen. *d. dec. 418. nu. 2. & dec. 457. nu. 7.*
Bich *d. dec. 228 n. 5.*

Expeditio autem post annum, etiamsi præciperetur à
regula, illi satisfactum est per diligentiam pro expedienda
causa in primo anno, † in quo cum Ioseph ex facto partis 16
impeditus fuerit, † non obligatur ad vlteriorem diligen- 17
tiam, *DD. in l. Minoribus C. de his, quibus vt indigni*, Bald.
in l. 2. C. de diuers. delict. cum alijs, quos in his terminis
sequuta est Rota coram Crescen. *dec. 17. de causa possess.*
& propriet. & in diu par. 4. & d. dec. 708. n. 2. Gregor. XV.
d. dec. 532. num. 5. Pen. *d. dec. 457. sub nu. 2. cum tribus seqq.*
Bich. *d. dec. 228. n. 8.*

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

REVE-

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Pensionum.

Sabbati 4. Maii 1675.

ARGVMENTVM.

Pro pensionibus domorum etiam in Rota exequutiuè proceditur, quoties, vt hic, communicantur illi facultates A. C. quem in huiusmodi causis viam exequutiuam habere in dubium reuocatum non est; Rursùs opposita simulatio excluditur ex pluribus actibus veritatem comprobantibus, præsertim nulla data causa simulandi, quæ ad illam probandam est omninò necessaria.

SVMMARIVM.

1 *Locatio licet disdicta, adhuc per successiuam habitationem dicitur continuata.*

2 *Via exequutiua sine obligatione camerali non datur.*

3 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 88 & cap. 121. *pro pensionibus domorum, & alijs huiusmodi causis summariè, & simpliciter procedi mandat.*

4 *Rota procedit exequutiuè sibi communicatis facultatibus A. C.*

5 *Auditor Cameræ procedit exequutiuè in omnibus causis, in quibus alia Vrbis tribunalia exequutiuè procedunt.*

6 *Dictio* donec *dicitur restrictiua.*

7 *Simulatio probatur ex illius declaratione præcedenter facta.*

8 *Simulatio excluditur ex pluribus actibus veritatem comprobantibus.*

9 *Simulatio cessat nulla data causa simulandi.*

10 *Contractus factus ex præambula causa vera, & necessaria, quamcumque simulationis vmbram excludit.*

11 *Decisio Rotæ non officit non citatum, & principale interesse habentem.*

12 *Creditori conceditur retentio, quæ suo debitori concedi debuisset, amplia vt num. 13.*

13 *Retentionis ius transit etiam in hæredem.*

DECISIO DVII.

ANIMADVERTENTES Domini resolutionem dubij propositi die 15. Februarij proximè præteriti An ad instantiam hæredis Iacobi de Ceuis relaxandum esset mandatum contra Annam hæredem Honorati de Ginis pro pensionibus non solutis Palatij ad Cursum, pendere à reuisione decisionum editarum coram me die 3. Iulij 1673.* & die 4. eiusdem mensis 1674. in quarum prima dictum fuit Annæ præfatæ nullam competere actionem contra Sorores de Ceuis, vel d. hæredem Iacobi pro repetendis alimentis eisdem præstitis ab Honorato, vtpotè quia huiusmodi creditum reddatur illiquidum ex supradictis pensionibus ab ipso nunquam solutis, addita præterea respectu eiusdem hæredis alia ratione, nempè ipsum non teneri ad dd. alimenta tam ex pacto inito de illis non præstandis in casu, quo Sorores penès Matrem educarentur, quàm de iure, quia existente Matre diuite, Frater ad eorum subministrationem non tenetur; In secunda verò relicta in suspenso hac postrema, idem firmatum fuit ex prima ratione, demandarunt proponi vtramque causam in Rota, ad cuius rescripti formam vnà cum d. dubio hodie examinatis etiam fundamentis decisionum responsum fuit esse relaxandum mandatum, detractis alimentis præuio calculo iudicialiter faciendo.

Causa enim pensionum pro rata scutorum annuorum
69. aliàs indecisa relicta ab A. C. Baranzono, & postre-
mò mihi commissa a Signatura cum facultatibus A. C.
videbatur respectu obligationis Honorati procedere abs-
que difficultate; quia neque in prima propositione ab
Anna, neque in hodierna à Monasterio Sanctissimæ Visi-
tationis eius, nuper defunctæ hærede, illa fuit controuer-
sa, & meritò quia licet primæua locatio per instrumen-
tum publicum celebrata mediante disdicta facta de anno
1651. † expirauerit, attamen ex habitatione successiuè 1
continuata per Honoratum censetur tacitè renouata.

Non releuante in hac tacita relocatione non censeri re-
petitam obligationem cameralem, † sine qua proindè di- 2
cebatur non competere viam exequutiuam, ex Rota co-
ram Peuting. *dec. 494. n. 1.*

Quia obiectum tollitur ex *Statuto Vrbis lib. 1. cap. 88.* † 3
& 121. vtrobique disponente in huiusmodi causis posse
summariè sine libello, & absque strepitu, & figura iudi-
cij procedi, cuius vigore quemadmodum in Curia Capi-
tolina via exequutiua † procederetur, ita pariformiter ea- 4
dem via procedere valet Rota ex facultatibus A. C. sibi
communicatis, † quem non est dubium posse exequuti- 5
uè procedere in omnibus causis, in quibus alia Vrbis Tri-
bunalia exequutiuè procedunt, Rota coram Buratto *dec.*
537. n. 6. coram Dunoz Iuniore *dec. 795. n. 1. & in rec. dec.*
560. n. 20. cum seq. par. 8.

Minus obstat pensiones dicti Palatij, & aliarum Domorum suisse die 9. Decembris anni 1645. à Iacobo assignatas Annæ, Lauræ, & Camillæ Sororibus ad effectum ex illis consequendi alimenta, residuumque inuestiendi donec integra quantitas dotis cuilibet debitæ ex dispositione testamentaria Pontij Senioris earum Propatrui compleretur Summ. Annæ *n. 1.*

Quia talis assignatio operatur, vt Honoratus, qui
alimenta subministrauit dd. Sororibus, vel eius hæres,
illa detrahere valeat ex pensionibus soluendis, non au-
tem quod residuum ipsarum vna cum dotibus detractis
superfuturum cedere debeat commodo earundem Soro-
rum: Ex verbis enim Instrumenti ibi: *Et huiusmodi as-*
signationem facit ad effectum fructus vt supra exigendos
erogandi pro earum alimentis, ac etiam inuestiendi, do-
nec compleuerint integram quantitatem dotis &c. cla-
rè demonstratur assignationem non fuisse simpliciter, &
indefinitè factam pro alimentis; itaut de eo, quod supe-
resset possent Assignatariæ ad libitum disponere, indè-
que adempta remansit Iacobo omnis actio pro illius con-
sequutione, vt contendebat Scribens pro Monasterio, sed
patet illam fuisse conditionalem, nempè cum onere in-
uestiendi residuum pro dotibus, & restrictiuè ad tempus,
quo illæ debitum reciperent complementum, † vt ex di- 6
ctione, *donec* notat Bart. *in l. fin. §. quando impendenti nu.*
5. ad med. vers. in contrarium videtur ff. ad Trebell. & post
eum Rota coram Bich. *dec. 581. n. 7. & in rec. dec. 6. n. 3 &*
dec. 527. n. 1. par. 14.

Vnde dum hodie non controuertitur dotes fuisse vel ex eis pensionibus assignatis, vel aliundè à Iacobo solutas, nulla remanet dubitatio quin detractis etiam alimentis, & sic purificata conditione, sub qua assignatio emanauit, residuum ad hæredem Iacobi pertineat ex mox allegatis.

E contra nullatenus obstare visa sunt adducta pro
Ioanne Aloysio ad euitandam obligationem Iacobi sui
Auctoris, subministrandi dicta alimenta, siue quia præ-
fata assignatio simulatè emanauerit, † vt ex declaratio- 7
ne ab ipsis Sororibus assignatarijs præcedenter facta per
apocham priuatam constare dictum fuit *in Romana fidei*
commissi, seù manutentionis 1. Iulij 1662. §. neque huiusmodi
possessio coram Reuerendiss. D. Castrillo, siue quia per eam
non dicatur recessum à primæua obligatione facta per Ia-
cobum in transactione ita inter ipsum, & Honoratum
die 6. Decembris 1643. de aliendis Camilla, & Anna So-
roribus, dummodò penes Matrem non educarentur, vt
in Summario præterito Ioannis *n. 3.*

Respectu enim simulationis tantum abest, quod illa
probetur ex supposita apocha declarationis data in Sum-
mario coram Reuerendissimo D. Castrillo, sed nun-
quam in actis producta, † vt potiùs assignationis veritas 8
abundè comprobetur ex pluribus actibus successiuè ge-
stis in eius exequutionem, & recensitis in præterito
Summario Annæ, nimirum possessione capta die 23.
Septembris 1645. *num. 2.* deputatione Oeconomi facta
in

in Tribunali Eminentissimi Vicarij die 17. Aprilis 1649.
pro exactinne pensionum *num* 14. disdicta locationis Pa-
latij per Iacobum reproducta etiam nomine Sororum
assignatatiarum die 30. Decemb. 1651. *numer.* 8. posses-
sione iterum capta per Camillam die 5. Augusti 1658.
occasione ubitus Vrsulæ Matris *num* 10 manutentio-
ne obtenta ab omnibus dd. Sororibus aduersus illos
de Rattis per decisionem editam die 16. Ianuar 1672. co-
ram R. P. D. meo Beuilaqua, vt in particula *num.* 16. &
denique sententia super manotentione per Camillam
reportata à R. P. D. Altouito die 10. Iulij 1673. *n.* 17. quæ
licet non fuerit expressè concessa vigore assignationis con-
trouersæ, satis tameo est illam vel fundatam in præceden-
ti possessione Camillæ mediatam causam habere à d. assi-
gnatione, in cuius exequutiooem eiusdem acquisitio ema-
8 nasse dignoscitur ex prædictis.

Quæ simulatio in præsenti eo magis excluditur, nedum
9 quia deficit causa simulandi, † de qua principaliter con-
stare deberet, iuxtà tradita per Gratian. *discept.* 225 *nu.*
8 *& seq.* Rota coram Pen. *dec.* 323. *nu.* 1. *&* 8. Eminentis.
Otthob *dec.* 238. *n.* 10. & coram bo. mem. Card. Celso *dec.*
196. *n.* 8.

Verumetiam, quia cum die 15. Iul. 1645. idem Iacobus
assignasset Camillæ, & Annæ Sororibus in eandem can-
sam alimentorum alias domos, & super illis fuissent illatæ
aliquæ molestiæ à Bruto Gottifredo creditore ad hoc,
vt illæ tutiùs, & faciliùs consequerentur alimenta pro-
missa, deuenit ad hanc secundam assignationem Palatij,
10 † quæ proindè vti facta ex præambula causa vera, & ne-
cessaria eo magis quamcumque simulationis vmbram
diluit, & excludit, Bart. *in l. Lucius la seconda ff. deposit.*
Surd. *cons.* 162. *n.* 42. & Gratian. *disc.* 321. *n.* 9. *& in addit.*
ad Dec March. *dec.* 224. *n* 10.

Neqoe contra hæc facti, & iuris fundamenta pro si-
mulationis probatione suffragari Domini censuerunt de-
11 cisionem editam coram Reuerendissimo D. Castrillo, †
qoia illa vti emanata inter dd. Sorores, & illos de Rattis
nunquam citato Honorato, de cuius interesse agebatur
obius ipsis alimentorum creditori quæsitum super his
pensionibus in hanc causam assignatis, nullum aluit ei-
dem inferre præiudiciom, iuxtà notata per Bald. *in l. ab*
ee n. 19. *C. quomodo, & quando Iudex*, Rota coram Seraph.
dec. 1241. *n.* 1. coram Coccino *dec.* 449. *nu.* 2. & coram Bich.
dec. 150. *n.* 1.

Data igitur veritate assignationis, non obstat pactum
de non præstandis alimentis in casu, quo sæpè nominatæ
Sorores degerent penes Matrem appositum in d. transa-
ctione, à quo dicebatur non fuisse recessum, neque per
assigoationem factam die 25 Iulij 1645 quia de eo tempo-
re ipsæ degebant in Monasterio, oeque per secundam ce-
lebratam die 9. Septembris eiosdem anni, quia illam Ia-
cobus facere profiterur non recedendo à prima, immò
ipsi inhærendo; siquidem præterquam quod recessus non
obscurè desumi videbatur, nedum ex eo, quia vtraque
assignatio emanauit absque repetitione dicti pacti, & post
trium dierum interuallum à die initæ secundæ, ipse-
met Iacobus traduxit Sorores ad cohabitandum iosimol
cum in Palatio vbi Honoratus commorabatur, in Sum-
matio primæ decisionis editæ coram me *num.* 2. qui vtique
eas noo recepisset, nisi assignatio absque dicto pacto præ-
cessisset.

Verum etiam ex eo, quia idem Iacobus agnoscendo
proprium debitum ab an. 1646 die prima Aprilis reporta-
re curauit vnà cum Sororibus donationem ab Honorato
de alimeotis ab ipso præstitis à die 17. Septembris 1644.
vsque ad dictam diem primam Aprilis 1646 in d præterito
Summ. Aloysij *n* 6. quam inaniter procurasset si pactum
controuersum in suo robore permansisset.

Prætareà dictum fuit tunc fore agendum de hac quæ-
stione, quando Honoratus, siue eius hæres alimeota re-
peteret vigore transactionis, vel in ea Sorores interuenis-
sent: At cum in præsentia vtraque circumstantia deficiat,
& ex hactenus dictis pensiones liberè spectent ad Sorores
assignatarias pro concurrenti quantitate alimentorum
12 † nihil prohibet, quin earum retentio concedi debeat Ho-
norato creditori earundem, *ad text. in l. per rec. C. de vsu-*
ris, Surd. *cons* 4. *n.* 5. Rota coram Coccin. *dec.* 2202. *n.* 2. &
coram Bichio *dec.* 260. *num.* 12. & ex illius persona Ioanni
13 Aloysio hæredi, † io quem idem ius transiuisse non dubi-
tatur, vt pluribus relatis firmat Rota coram bo. me. Card.
Celso *dec.* 240. *n.* 2

Non denique omisso, qood si vt in principio instru-
menti secundæ assignationis asseritur, Pontius Testator,
licèt transuersalis, mandauit fœminas ali, & dotari ex
fructibus suorum bonorum, exemisset quidem Iaco-
bus mediaote sua conuentione bona propria ab one-
re præstandi alimenta, quatenus aliundè ea submini-
strari potuissent, non tameo exindè liberasset bona
fideicommissaria ab eodem onere, cui ex præscripto
Testatoris in prædicto instrumento asseruntur obno-
xia.

Et ita, vtraque Parte informante fuit resolu-
tum.

R. P. D. T A I A.

Romana Salulani

Veneris 10. *Maij* 1675.

A R G V M E N T V M.

Priuilegium dotis expenditur ad *Auth. res quæ C. commun. de legat.* quod nempè illud sit cæteris anterius, habeatque locum etiam in vltimo fideicommissario, in quo fideicommissum expirat; & quatenus dos à Patre, & Matre promissa; sit potiùs profectitia, quam aduentitia; ac demum quod bona, licèt in pignus recepta, si tamen nulla sit spes luitionis, in solutum data præsumantur, maximè si a creditore vendita sint, cùm aliàs ea distrahere non potuisset.

S V M M A R I V M.

1 *Mulier. vig.* Auth. res quæ C. comm. de leg. *est potior omnibus super bonis fideicommissi ascendentis.*

2 *Priuilegium* Auth. res quæ C. comm. de leg. *habet locum etiam in eo, in quo fideicommissum expirat, & num.* 5.

3 *Bona fideicommissi ad quemcumque vadant, transeunt cum onere dotandi vig.* Auth. res quæ C. comm. de leg.

4 *Testator censetur voluisse vt hæres obliget fideicommissum pro restitutione dotis, ad quam ipse ascendens teneretur si vixisset.*

6 *Dos filiæ promissa à patre, & matre, eaque per matrem soluta, quatenus tamen sit profectitia, non aduentitia, & numer.* 10. *cum seqq.*

7 *Dos profectitia filiæ ipso iure reuertitur ad patrem dotantem.*

8 *Creditori immissio conceditur in bonis viri, illius vxore à possessione non amota.*

9 *Lucrum dotis quoad proprietatem vig. Statuti Vrbis* lib. 1. cap. 131. *remanet ad commodum creditorum vna cum filiis mariti defuncti.*

11 *Pater, & Mater promittentes dotem filiæ, mater dicitur fideiussor, & pater remanet debitor principalis.*

12 *Dos per matrem filiæ præstita, à patre repeti potest, amplia, num.* 13.

14 *Interpellatio est facienda à vidua vig. Statuti Vrbis* cap. 138. lib. 1. *vt possit consequi fructus suæ dotis.*

15 *Datio in solutum prætendi non potest de eo, quod datum non est, sed vid. num.* 17.

16 *Emptio non datur de eo quod non est venditum, & num.* 17.

17 *Pignora quorum non est spes luitionis, alienata, & in*

& in solutum data præsumuntur.
18 *Pignora præsumuntur in solutum tradita si à creditore vendita sunt.*
19 *Præsumptio* l. Quintus Mutius ff. de donat. inter vir. & vxor. *quando non attendatur, vide remissiue.*

DECISIO DVIII.

EDITA decisione 4. Iunij 1674. eademque recognita 4. Februarij prox. præteriti, placuit Dominis ad
commoditatem vnius Partis dilationem petentis resolutionem differre; Hodie verò repropositæ, fuit à Dominis
reformata vt infra.

Quoad primam partem, An, & cui sit danda immissio, vel associatio, dandam primis emptoribus bonorum
euictionem passis, non quod ipsis obstare non
potest exceptio Hortentiæ ex *Auth. et quæ C. com. de legat.*
1 † vigore cuius fuit qui affirmabat, nec fuit qui negaret
esse potiorem super his, & omnibus bonis fideicommissarijs Ioan. Angeli ascendentis, allegando totam *dec.
599. part. 8. & decis. 40. numer 10. à vers. potioritas autem* cum abundè allegatis *par. 9.* quæmuis fideicommis-
2 sum expiraret † in Francisco filio Ioannis Baptistæ,
quia tempore dotationis viuebat Ioannes Baptista hæres grauatus, & Franciscus substitutus, & ambo pro
3 restitutione huius dotis sese obligarunt, † & bona transierunt ad quaslibet personas affecta onere d obligatio-
4 nis, & ex voluntate Testatoris, qui censetur † voluisse, vt hæres obliget bona pro restitutione dotis, ad
quam ipse ascendens coactus fuisset, si vixisset, vt
inquit Rota coram Merlin. *decis. 657. ex num. 4. & nu.
5 6.* vbi quod etiam † vltimus tenetur, *vers. Et etiam vltimum tempus, imo & ex num. 2. ferè tota decis. & dec. 671.
nu. 12.*

Sed visa fuit Hortentiam sibi satisfecisse de sua dote
scutorum 9000. & quarto dotali scutorum 2250. cum
habuerit scuta 5085. 12. in bonis mobilibus tanti æstimatis, & scuta 1608. de restitutione partis dotis Por-
6 tiæ filiæ, † quæ etsi solutam ipsi Portiæ ab ipsa Hortentia simul obligata cum Francisco viro ipsius Hor-
tentiæ, & Patre ipsius Portiæ hodie non esse aduenti-
7 tiam iuxtà *decisionem in fine*, sed profectitiam † ipso iure
ad Patrem reuersam *l. 4. C. de iure dotium*, & vtraque summa soluta computata in vnam scutorum 6693. 50. eademque supputata à reliqua dotis parte soluenda scutorum
5000. & quarto dotali scutorum 2250. in vnam summam
scutorum 7250. reliquæ sunt scuta 606. 50. in quibus remanet creditrix Hortentia.

Et proinde conclusum fuit dandam immissionem Archiconfraternitati, & creditoribus Francisci quondam
8 mariti Hortentiæ super domo controuersa, † non tamen amota ipsa Hortentia pro dd. scut. 606. 50. quoad
vsumfructum tantùm quarti dotalis cedentis quoad
9 proprietatem hæreditati, † mariti, & ad commodum
creditorum mariti cum liberis defuncti, ad Statutum *Vrbis* 131. *de lucro dotis lib. 1. & apud* Fenzon.
ad d. Statutum decis. 74. vers. nec applicantur, & decis. 80.

Porrò quod disputabatur de dote profectitia, vel aduentitia Portiæ filiæ vti soluta ab Hortentia matre,
maximè quod habebat, & parabat multa bona, vt in
decis. §. & quoad credita, quam dotem neque commodè
soluere poterat Franciscus pater, tamen conclusum
10 fuit esse profectitiam, † quia quando pater, & mater
11 dotem promittunt pro filia, † mater censetur intercedere vti fideiussor, & pater dicitur principalis debitor,
inquit Surd *consil 290. num. 18. cum alijs allegatis*, & alijs
nouissimè apud D de Luca *de dote discurs. 29. num. 4. &
discurs. 154 num. 24. lib 6.* itæ etiam dos per matrem filiæ
12 præstita à patre repeti possit, & in casu quo pater, † &
mater in solidum se obligauerunt, Peregr. *de iure fisci
tit. 18. num. 16. lib. 3.* vbi & de facto obtinuisse, si mater
soluendo quidem sit, & congrua dos, *ad l. vltim. C. de dotis promiss. & ibi notat* D de Luca *d. discurs. 154. d. num.
24. sub vers verum hæc est nuda præsumptio*, nulla quidem
habita mentione fructuum dotis, & quarti dotalis quo-
14 rumcumque ob defectum interpellationis faciendæ † nec
factæ hæredi ad ipsam *rubr. statuti 138. si per viduam alimenta petantur lib. 1.*

Et quod disputabatur de mobilibus æstimatis, an in
solutum acceptis, aut in pignus ad frustnum temporalium quæstionem, etsi in solutum accipi non possit, † 15
quod non fuerit datum, sicuti nec emptum, † quod 16
neque venditum, ad *l. eleganter 24. de pignor. act. amplius*
Rota coram Buratto *tot. dec. 372. cum adnotat. & allegat.*
aliud videtur, & visum est, vt quando sunt pignora obligata pro tanta pecunia, quod non est pes luitionis,
† videtur alienatio, *l. qui habebat 101. ff. de legat. 3. & ibi* 17
glos. vlt. cum addit. Costa *de retrotract. cap. 8. cas. 11. n. 17.
& 18.* Merlin. *de pignor. quæst. 105. ex numer. 4. lib. 2.* Rota
dec. 145. ad finem tom. 2. par. 4. recent. & congruit ipsa venditio pignorum ab ipsa creditrice venditorum ab ea die,
qua facta fuit venditio, quod vendendo acceperit pignora
credito inferiora, quod debitor proindè permiserit, † quod 18
alias vendere non potuisset ad titulos *ff. & Codicis de distract. pignor.*

Præsumpta satisfactio ex pecunijs depositis in Sacro
Monte Pietatis ad euitandum præsumptionem, *l.
Quintus Mutius 52. ff. de donat. inter virum, & vxor.
& §. nec est ignotas lib. 6.* † neque considerata, ne- 19
que considerabilis fuit extranea, & aliena ex rationibus deductis in d. §. Placuit DD. & alijs apud Informantes pro Hortentia.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Firmana Immissionis.

Veneris 10. Maij 1675.

ARGVMENTVM.

Deducebatur simulatio contra publicum Instrumentum, ideo in hac decisione reiecta, quia non fuerat probata causa simulandi, sine qua cæteræ coniecturæ nunquam sufficiunt, & actus apparebat potius gestus ex causa omninò vera, prout non solum de iure præsumitur, sed etiam quia omnis possibilis interpretatio capienda est pro eadem simulatione excludenda.

SVMMARIVM.

1 *Ægidiana non intrat stante iniustitia sententiæ.*
2 *Sententia iniusta nullam meretur executionem.*
3 *Immissimo hæredi non conceditur in bonis præcedenter alienatis, & de tempore obitus penes testatorem amplius non existentibus.*
4 *Alienatio simulata neque dominium, neque possessionem abdicat ab alienante.*
5 *Simulatio habens admixtam fraudem, sicuti allegari non potest à simulante, ita & nec minus ab illius hærede.*
6 *Simulatio allegari non potest contra eum, qui non fuit particeps simulationis.*
7 *Simulandi causa nullatenus profutura, & inuerisimilis non suffragatur, & quæ talis sit.*
8 *Simulandi causa cessante, cæteræ coniecturæ non sufficiunt.*
9 *Simulatio contra publicum instrumentum cessante causa simulandi, minimè suffragatur.*
10 *Ignorantia solutionum præsumitur in hærede.*
11 *Simulationem fraudolentam ad euitandam omnis interpretatio capienda est.*
12 *Præseruatio facta ab hærede repetendi quidquid à suo auctore apparebit solutum, detegit animum gerendi actum omnino verum, non simulatum.*
14 *Actus in dubio præsumitur verus, non simulatus.*

14 *Lau-*

14 *Laudum à partibus acceptatum obtinet vim rei iudicatæ.*
15 *Res iudicata pro veritate habetur.*
16 *Præsumptio semper cedit veritati.*
17 *Testes examinati lite pendente, sine citatione partis, nullum faciunt probationis gradum.*
18 *Æstimi mutatio omissa, non probat continuationem possessionis in venditore, stante illius translatione facta in emptorem mediante clausula* constituti.
19 *Probationes, & testes habentes pro se Iuris præsumptionem, contrarijs probationibus præferuntur.*
20 *Continuatio possessionis in venditore, stante clausula* constituti, *& sine aliqua causa simulandi, non probat simulationem.*
21 *Sanguinis coniunctio, deficiente causa simulandi non probat simulationem.*

DECISIO DIX.

DEFVNCTO Francisco Roncoolo ab Intestato,
successerunt in eius hæreditate pro medietate
Creusa neptis ex fratre, & pro alia medietate Con-
ceptus, & alij nepotes ex Baptista sorore; sed orta con-
trouersia inter partes super quibusdam prædijs, domi-
bus, & mobilibus de an. 1567. & 1668. alienatis à Fran-
cisco tunc viuente in Baptistam sororem, quorum medie-
tatem, tamquam simulatè alienatorum, sibi deberi con-
tendebat Creusa, institutoque ab eadem iudicio coram
A. C. super immissione ex interdicto quorum bonorum,
eaque obtenta mediante sententia fauorabili, fuit ab ista
mihi commissa appellatio, cum clausula, *constito, quod*
1 *sit locus Ægidianæ*, † cui non esse locum hodie responsum
2 fuit, quia sententia est iniusta, † & proinde nullam me-
retur executionem, Rota coram Royas *dec.332. in princ.*
cum alijs pluribus ibi allegatis.
Iniustitia resultare visa est ex eo, quia non potest con-
cedi immissio super bonis, quæ per alienationes præceden-
3 tes in Baptistam sororem translata † penes Franciscum
de tempore obitus amplius non existebant. Menoch. *de
adipiscen. remedio 4. num. 363. & seqq.* Argel. *de legit. co-
trad. quæst.4. num. 15. & 32.* Rota *decis.690. num. 9. part.4.
tom.3. recent.*
Nec obstat prædictas alienationes tamquam simulatas,
& factas in fraudem creditorum, nempè ad euitandam
4 imminentem executionem mandatorum, † non abstu-
lisse dominium, neque possessionem ab alienante, ex de-
ductis per Rotam *dec.179. n.1. par.4. tom.2. rec.*
Præterquam enim ista simulatio habens admixtam
5 fraudem, sicuti non posset allegari ab ipso Francisco, †
nec allegari valet à Creusa eius hærede contra Baptistam,
6 quæ fraudis † particeps fuisse non probatur, iuxtà *cons.*
Bart.*65. lib.1* Franc. à Ponte *cons.2. num.84. & seqq. & n.
112.* Tiraq. *de retract. L.gnag. §.1. glos.18. n.72.* Bero *cons.
147. nu.40. vers. quoad reuocandam lib.2.* Gratian. *discept.
876. num.16. cum seqq.* Rota coram Coccin. *dec.1177. & in
Foroliuien. manutentionis, seu donationis 17. Martij 1673. §.
neque visæ sunt simulatæ coram R. P. D. meo Taia.*
Præterea dicebatur causa simulationis deducta ex ani-
mo fraudandi creditores, non habere subsistentiam, quia
Franciscus Boncorius, cuius dumtaxat creditum addu-
cebatur, vel de tempore sequutæ dationis in solutum
tam prædiorum, quàm domorum, necnon venditionis
mobilium, remanserat satisfactus mediante deliberatio-
ne sequuta sub die 17. Augusti 1667. data in Summario
responsionis Concepti *n.1.* & sic per mensem ante primam
dationem in solutum prædiorum celebratam sub die 11.
Octob. eiusdem anni, & per annum ante aliam datio-
nem in solutum domorum, & venditionem mobilium,
secutas sub die 27. Nouembr. 1668. vel poterat satisfieri
super alijs bonis non comprehensis sub dictis dationibus in
7 solutum ad certa bona restrictis, † & proinde huiusmodi
causa simulandi nullatenus profutura simulanti, vt nullo
modo probabilis, & omninò inuerisimilis non suffragatur
ad inducendam simulationem, Mand. de Alb. *cons.9. n.6.
7. & seqq.* Honded. *cons.41. n.28. lib.2.* Rota coram Dunoz.
Iun. *dec.602. n.9. cum seqq. & in recentioribus dec.308. cum
seqq. part.3. & dec.236. n.11. & seqq. part.1. & in d. Foro-
liuien. donationis 28. Ianuarij præteriti §. nec pro causa co-
ram R. P. D. meo Emerix.*
Sublata verò causa verisimili † simulandi, solæ co- 8
niecturæ ad illam probandam regulariter non sufficiunt
Gratian. *discept.255. n.8. & seq.* Rota coram Pænia *decis.
323. num.1. & 8.* Dunoz. sen. *decis.23. num.8.* Eminentiss.
Otthobonus *d. dec.238. nu.10.* bo. me. Card. Cels. *dec.196.
num.8. & dec.236. n.20. par.10 recent.* præsertim † contra 9
publicum Instrumentum, Beccius *cons.32. n.4.* Bertaz. *in-
ter cons.* Farinac. *cons.40. sub n.65.* & Staiban. iun. *resolut.
103. n.49.*
Et multo minus quando coniecturæ sunt leues, & inef-
ficaces, quales visæ sunt adductæ ab Informantibus pro
Creusa, illa enim desumpta ex quo pro residuo dotis
Baptistæ fuerint assignata prædia valoris scutorum 1950.
licet illud computatis etiam fructibus non ascenderet ad
scuta sexcentum circiter, vt patet ex solutionibus factis
ab Alphonso fratre Francisco, & datis in Summario
Creusæ sub *n.4.*
Non releuat, quia dum idem Franciscus soluit resi-
duum dotis in summa prædicta, in qua factis computis
sortis principalis, & fructuum fatetur se fuisse repertum
debitorem: Saluis tamen (sunt verba Instrumenti) ad
fauorem d. Francisci aliquibus quietantijs, & receptis
respectiuè in dies forsan reperiendis, & ipsi vsque adhuc
non notis: Ex hac reseruatione, & ignorantia solutio-
num factarum ab Alphonsio fratre prædefuncto, † quæ 10
de iure præsumitur in Francisco hærede, *cap. præsumitur
47. de reg. iuris in 6. l. verius de ff. probationibus*, Bart. *in l.
Emilius 39. num 5. ff. de minoribus*, Eugenius *cons.45. nu.
23. lib 1.* & Rota coram Eminentiss. Otthob. *decis.156.
num.11.* maximè ad euitandam simulationem fraudolen-
tam, † pro cuius exclusione omnis est capienda interpreta- 11
tio, latè Aldouinus *cons 69. num.30. & 31.* apertè elicitur
animus eiusdem sibi dumtaxat reseruandi actionem re-
petendi quidquid vltra debitum solutum ex quietantijs
forsan reperiendis † detegeretur, & sic gerendi actum 12
omninò † verum, prout in dubio etiam præsumitur, be- 13
nè Castren *cons.261. nu.1. lib.2.* Staiban. Iun. *d. resolut 42.
dec.302. n.6* coram Royas *dec.390. nu.5. & in recent dec.
413. n.1 par.2.*
Insubsistens pariter visa est coniectura deducta ex eo,
quia domus fuerint traditæ in solutum pro legato relicto
Baptistæ à Creusa Seniore, quod propter illius renuncia-
tionem amplius non debebatur.
Nam huiusmodi renunciatio prætendebatur nulla ob
defectum insinuationis, cuius interuentus licet præsumi
diceretur ex lapsu triginta annorum, nihilominus cum
super hac controuersia fuerit factum compromissum, &
emanauerit laudum eam nullam declarans, quod vti à
partibus † acceptatum vim obtinet rei iudicatæ, *leg. ne* 14
in arbitr. & l. cum antea C. de recept. arbitr. quæ † pro ve- 15
ritate habetur *l. ingenuum ff. de stat. hom. & l. res iudicata
208 ff. de regul. iur.* Inde tollitur omnis contraria præsum-
ptio validitatis, † quæ semper cedere debet veritati, Add. 16
ad Burat. *dec.120. in fin.* & Rota *dec.294. n.31. par.6. recen.*
His ita sublatis, non subsistit altera coniectura desum-
pta ex continuata possessione bonorum alienatorum pe-
nes Franciscum vsque ad obitum, quia assumptum nul-
lo modo probatur, non quidem ex testibus, quia vti exa-
minatis lite pendente, & sine citatione partis † nul- 17
lum faciunt gradum probationis, Rota coram Eminentiss.
Otthobono *dec.10. n.54. & seqq. & dec.160. n.15.*
Et eo minus ex non mutatione æstimi, vel solutione
collectarum facta nomine Francisci, quia solutio non ap-
paret facta pro bonis controuersis, & omissa mutatio æsti-
mi, non probat continuationem possessionis penes vendi-
torem, † quando illa mediante clausula *constituti & preca-* 18
rij translata apparet in emptorem, a quo vlterius fuisse
exercitam in proposita facti specie, detegitur ex locationi-
bus factis nomine Baptistæ, necnon depositionibus datis
in Summario responsionis Concepti *num.2. & 3.* † quæ vti 19
habentes pro se Iuris præsumptionem, essent in omnem
casum præferendæ contrarijs probationibus, Paulus de
Castro *cons.192. sub n.4. vers. & constat lib.2.* Ruin. *cons.35.
sub n.16. vers. testi autem habenti lib.4* & Rota coram Greg.
dec 472. n.3.
Non omisso denique, quod tam continuatio possessio-
nis, quàm sanguinis coniunctio, quæ pro alia coniectura
afferebantur, insufficientes reputantur ad probandam
simulationem, quando deficit causa simulandi, & con-
currit

20 currit clausula *constitati*, † vt de continuatione possessionis explicat Mantica *de tacitis lib* 11. *tit.*31.*n.*36.*vers.quod est intelligendum*, Farinac. *de falsitate, & simulatione qu.* 102.*n.*235.*&* 239.*&* Rota *dec.*269.*n.*4 *par.*9.*recen* coram Caual. *dec.*13.*n.*4.coram Penia *dec* 446.*sub n.*10.*& in dicta Foroliuien. donationis* 17. *Martii* 1663.*§.finali coram R. P. D. meo Tata, &* 28. *Ianuarii præteriti §.continuatio coram*
21 *R. P. D. Emerix*, & de sanguinis † coniunctione notat Bart. *in l. post contractum colom.*2. *in fine vers.secunda præsumptio n.*3 *ff.de donat.* Tiraq *de iur.constit lim* 9.*n.*8.*ad med.vers.& ex ea colligi*, Honded *d. cons.*46.*num.* 16.*lib* 1. *&* Grat.*d. discept.*255.*n.*8.

Et ita, alijs coniecturis tamquam leuioribus omissis, decisum fuit, vtraque Parte informante.

R. P. D. VICECOMITE.

Romona Saluiani.

Veneris 10. *Maij* 1675.

ARGVMENTVM.

Possidebat creditor bona sui debitoris pro euictione aliorum bonorum hypothecata, cumque Saluianum intentasset contra tertium similiter possessorem aliorum bonorum, quibus debebatur euictio; hæc illi denegata est, non solum quia non docuerat de subsistentia crediti cessi, prout vltra cessionem cessionarius iustificare tenetur; verum etiam quia si illi daretur immissio, alia similis contra ipsum concedenda esset euictionem passo, ad quem circuitum euitandum pro denegatione Saluiani resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Cessio reportata ab eo, qui non erat verus dominus, non suffragatur, & n.*3. *cum seq.*
2 *Causa testati facit cessare causam intestati.*
3 *Ius quod non habet nemo in alios transferre potest.*
4 *Cessionem reportare, eamque iustificare non sufficit, nisi simul doceatur de subsistentia crediti cessi.*
5 *Saluianum non datur creditori possidenti bona hypothecata pro euictione sui crediti, & n.*8.
6 *Petere nemo debet, id quod statim restituturus est.*
7 *Circuitus sunt omnino vitandi.*
8 *Immissio non datur ad fauorem illius, qui ex inde aliam similem immissionem pati debuisset.*
9 *Possessor vi ratione solutionum creditoribus factarum, possit se ab alijs creditoribus liberare docere debet illos fuisse anteriores.*
10 *Saluianum creditori anteriori conceditur pro rata creditori posteriori soluta.*

DECISIO DX.

EX Iuribus cessis eiusdem Census, quem vsque de anno 1618. imposuit Simon de Capizucchis fauore Tarquinij Angelini, egit Interdicto Saluiani in Curia Auditoris Cameræ Franciscus Capizucchus contra Coniuges de Naris, & Sorores de Ceulis possessores vnius Horti, & Arundineti aliàs de tempore impositionis in bonis ipsius impositoris existentis, & sententia immissionis reportauit; Verum in gradu appellationis, cognita ex integro causa, & dato de more dubio, An Francisco sit danda immissio, Rota censuit esse denegandam.

Primò quia non probauit cessionem habuisse à veris Dominis, Liuia enim Angelina, à qua Iulius Moronus, Roccius Lactantius, & Rector Sancti Ioannis de Malua, omnes cedentes, causam dominij deducunt, nec ip-
1 sa erat domina, † quia hæreditatem Tarquinij, in qua Census comprehendebatur, adiuit tamquam illius soror, & proximior ab intestato, & tamen hodie constat condidisse Testamentum, & in eo legatum fuisse censum huiusmodi Patribus S. Mariæ in Porticu; Cum autem causa testati † cessare faciat causam intestati, se- 2
quitur ius, quod non habebat, † non potuisse in præfatos cedentes transferre vulgata *l. Nemo plus iuris ff. de regul. iur.* Ideoque non satis est, Francisco reportasse cessionem, illamque † iustificare, nisi simul, & semel do- 4
ceat de subsistentia crediti cessi, *l si nemo C. de hæredit. vel action. vendit.* Aldouin. *cons.*42. *n.*18. *& seq* Rota post Pacific. de Saluiano *interd dec.*162. *n* 6. *&* 7. coram Bich. *dec.*131. *n. final* & sæpiùs in alijs.

Secundò, & præcipuè quia si danda esset aduersus hos possessores Francisco immissio, † illis hæc eadem succes- 5
siuè concedi deberet contra eundem modo possidentem Casale Turris Perunæ generaliter pro euictione dicti Horti hypothecatum, & propterea cum petat † id, quod sta- 6
tim esset restituturus, ad euitandum inanem circuitum, 7
immissio † ei fuit denegata, *ad leg. Cum fundus* 81.*§ Seraum* 8
taum ff. si cert.petat. Bald. *cons.*100.*in fine lib.*4. Olea *de cession. iurium tital. primo part.* 6 *n.*82. Rota coram Coccino *dec.* 1468. *n.* 2. *cum duobus sequentibus.*

Et licèt se tutum esse asserat Iuribus cessis creditorum anteriorum Ceulo, quibus solutum fuit pretium dicti Casalis, † cum tamen de eorum anterioritate non doceat, 9
nisi quoad aliquos, cum quibus de tempore emptionis lis coram Auditore Cameræ pendebat, in reliquis integralem solutionem vel non iustificat, vel facta apparet posterioribus, Summario præteritæ positionis *n.*12. *litera C.* propterea pro summa, quam retinet, & signanter scutorum 1572. cum fructibus compensatiuis, quos retulit Peritus de mandato Iudicis electus deberi, dicto Summario *n.*12. necnon pro alia soluta posterioribus † denegari non 10
posset immissio Ceulis, & Naris anterioribus, ad tradita *in Romana Census quinta Maii* 1667. *coram me.*

Alias etiam rationes allegabant Scribentes pro Reis conuentis, sed illis ommissis, in his standum pro deneganda Francisco immissione Domini fuerunt concordes, vtraque Parte informante.

R. P. D. CALATAIV.

Hispalen. Decimarum.

Veneris 10. *Maii* 1675.

ARGVMENTVM.

Carthusianorum priuilegia ab exemptione solutionis Decimarum in hac decisione expenduntur, eaque non comprehendere Decimas de iure speciali, & vigore donationum Regum vna simul deciditur; eoque magis, quia illa visa sunt ex causa paupertatis concessa, qua ideo de præsenti cessante, ipsa etiam priuilegia cessare debent; plura igitur vltra præmissa adducuntur adhuc de causa impulsiua, & finali, & qualis hæc vtraque sit.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ prouenientes ex titulo regiarum donationum dicuntur spectare iure speciali.*
2 *Decimæ spectantes de iure speciali non comprehenduntur sub priuilegio generaliter concesso*
3 *Gratia, & concessio Pontificis nunquam continet ius speciale, & in præiudiciam iuris ignorati.*
4 *Dispositio, seu derogatio generalis non tollit concessiones Regibus factas.*
5 *Causa paupertatis cessante, cessat priuilegium illius causa concessum, & vid. num.seq.*
6 *Priuilegium concessum pro bonis acquisitis, & acquirendis, si causa paupertatis est concessum, ea cessante, ipsum quoque cessat.*
7 *Priuilegium concessum ex causa paupertatis restringitur ad bona substentationi necessaria.*
8 *Parochus omnibus decimis priuari non potest.*

9 Pau-

9 *Paupertatis causa cessat, si immunitate, vel priuilegio cessante, adhuc remanet bona pro substentatione necessaria.*

10 *Priuilegium ex pluribus causis concessum, quatenus vna cessante, substineatur, vel pereat.*

11 *Causa finalis dicitur illa, sine qua disponens non disposuisset.*

12 *Causa cultus diuini adiecta concessioni facta ex causa paupertatis dicitur impulsiua, & occasionalis.*

13 *Causa impulsiua, & occasionalis dicitur illa, quæ stat consecutiuè, & independenter ad causam principalem.*

14 *Decimæ dismembratæ ab Ecclesia parochiali, & alteri Ecclesiæ seù Monasterio concessæ, quatenus substideantur.*

15 *Decimæ debentur etiam Ecclesiæ diuiti.*

16 *Parochi per dismembrationem seu priuilegia decimarum in fauorem alterius Ecclesiæ læsionem reportare dicantur.*

17 *Testes attestantes de certa scientia, & facto proprio, plenè probant.*

DECISIO DXI.

TAM in possessorio, quàm in petitorio R. P. D. meus
Taya præuijs pluribus decisionibus sententiam pro-
tulit, in qua declarauit decimas fructuum, reddituum,
& prouentuum debitas per Colonos, & Arrendatarios
spectare ad Ven. Carthusiam de Xeres vigore suorum pri-
uilegiorum Apostolicorum, reseruato tamen Capitulo
Hispalen iure agendi ad reductionem prout de iure; Qua-
re causa appellationis mihi commissa, dubitaui; An sit con-
firmanda, vel infirmanda, & DD. infirmandam esse
censuerunt.

Duo enim fuerunt fundamenta prædictæ resolutionis,
alterum in præcedentibus decisionibus non tantum, &
alterum in eadem sententia reseruatum; Primum igitur
fuit, quod agitur de decimis spectantibus ad Capitulum
1 iure speciali, † nempè titulo donationum Regum Hispa-
niarum, qui ex causa onerosa expulsionis Maurorum ex
2 concessione Apostolica eas obtinebant, † vt deponunt
plures Testes postremò mediante Remissoria examinati
hodierno Summario Capituli num 2. & firmauit Rota *in*
5. *alia Hispalen. decimarum 27. Nouembris 1671. coram R. P.*
D. meo Bourlemont, vnde quidquid sit circa Carthusiano-
rum priuilegia, quæ Capitulum ex pluribus non releuare
contendebat, tamen cum nulla in eis legatur derogatio
3 prædicti iuris specialis Capitulo † competentis, imò nec
contineant, quod hoc ius speciale fuerit Pontificibus ex-
pressum, & in præiudicium iuris ignorati, nunquam di-
citur facta concessio Noguerol. *alleg. 39. n. 26.* Rota coram
Seraph. *dec. 1293.* maximè quia agitur de concessionibus
4 Regibus † factis, quæ non tolluntur per generalem dispo-
sitionem, siue derogationem, vt in specie respondit Rota
in d. Hispalen. decimarum 27. Nouembris 1671. coram R. P.
D. meo Bourlemont.

Secundum fuit, quod priuilegium Papæ Ioannis Vige-
simi secundi concessum Conuentui Bonipassus communi-
catum, posteà à Pio Secundo vniuerso Ordini Carthu-
sianorum, & deindè confirmatum ab alijs Summis Pon-
tificibus, fundatur expressè in paupertate dicti Conuen-
5 tus, vt apparet ex eius lectura; † Quapropter ea cessan-
te, censetur ipso iure reuocatum, *cap. suggestum ibique*
glos. de decim. Menoch. *cons. 156. num. 9. & 34.* Rebuff.
de decim quæst. 14. nu. 35. Monet. *eodem tract. cap. 4. quæst.*
3. num. 62. Rota coram Zarat. *decis. 67. & decis. 24. num. 2.*
6 *part. 13. rec.* quamuis illud fuerit concessum † pro bonis
tam acquisitis, quàm acquirendis, Card. *in d. cap. sugge-*
stum de decim. & in Clem. 1. num. 10. quæst. 18. de Cens. et ibi
Imol. *num. 9. in fine*, Marches. *de commiss. par. 1. de appell.*
in caus. decim. § 1. n. 127. fol. 672. Cancer. *var. resol. part. 1.*
7 *cap. 23. num. 4.* vel in omnem casum est restringendum †
ad bona Monachorum substentationi necessaria, ad *tex.*
in cap. ex parte de decim. vbi Abb. num. 3. Anchar. *n. 2.* qui
8 considerant, quod alias Parochus † omnibus decimis pri-
uari posset, Tambur. *de iur. Abb. tom. 1. disput. 15.*
quæst. 18. numer. 3. Rebuf. *de decim. quæst. 14. in fin.* Monet.
eodem tract. cap. 5. num. 17. Rota *dec. 345. num. 7. part. 11.*
recent.

Quod autem antiquo statu inspecto Monasterium de
Xeres modernis temporibus non sit pauper, imò diuitijs
affluat; concludunt quamplures Testes de nouo me-
diante Remissoria examinati, deponentes de continuis
acquisitionibus, & de excrescentia reddituum in notabili
quantitatè, nempè de capitali scutorum 800. mil. & de an-
nuo redditu scutorum 45. mil. circiter, itaut vltrà expen-
sas necessarias pro Religiosis ibidem viuere solitis, adhuc
superfit plusquam tertia pars reddituum, † & plures Te- 9
stes dicunt superabundare duas ex tribus partibus, per-
solutisque controuersis decimis, adhuc posse se substen-
tare, aliaque onera adimplere, Summario Capituli *num.*
quinto, et sequentibus.

Nec prædictis aduersantur alij Testes ex parte Mona-
sterij examinati, sed potiùs comprobant excrescentiam
diuitiarum, & quamuis conentur ostendere diuersa one-
ra iniuncta bonis de nouo acquisitis, itaut quoad illa Mo-
nachi non habeant nisi nudum ministerium, tamen vel
fuerunt acquisita pleno iure, & excrescentia diuitiarum
exindè remanet comprobata, vel fuerunt acquisita, quo-
ad ministerium tantùm, & non debet Capitulum clipeo
exemptionis concessæ solis Monachis frandari decimis de-
bitis ex bonis ad alios, quàm ad Monasterium spectan-
tibus.

Non obstat, quod priuilegium Ioannis Vigesimi se-
condi fuerit concessum ex duplici causa, nempè ex cau-
sa paupertatis, & vt commodius Patres Conuentus
Bonipassus diuinis vacare possent; Ideoque cessante
vna ex causis finalibus, videlicet paupertate, firma re-
maneat altera æquè principaliter considerata, ex qua
priuilegium substineri potest; † quoniam in tantùm 10
Monachi diuinis vacare impediebantur in quantum præ-
mebantur paupertate illos cogente ad culturam præ-
diorum proprijs manibus, ex qua à diuinis distraheban-
tur, & ista fuit vnica, & finalis causa, propter quam
Summus Pontifex motus fuit ad concessionem priuile-
gij, vt apertè constat ex eius lectura, ibi: Cùm itaque
sicuti petitio vestra nobis exhibita continebat pro eo,
quod terras, & possessiones, quas vobis, & domui ve-
stræ pro substentatione vestra concessimus, proprijs
sumptibus excoliris propter occupationes diuersas cultu-
ræ huiusmodi officijs diuinis vacare commodè nequea-
tis, quinimò Laicorum Colonorum familiam vobiscum
habitantium, & animalia necessaria nutrire i, } pro-
pterea nos oporteat, etiam ad hoc, vt diuino cultui
intendere valearis, & sæcularium vitare tumultus,
credatis vobis expedire, vt terras, & possessiones hu-
iusmodi tradatis alijs excolendas, nos tùm propter præ-
missa, tùm ob tenuitatem vestrorum reddituum, & pro-
uentuum, volentes vos in hac parte prosequi gratiosè
vestris supplicationibus inclinati &c. quod de prædictis
terris, & possessionibus, quas Coloni, qui eas excolunt
soluere alijs tenerentur, etiamsi aliæ Ecclesiæ, vel
personæ fuerint in possessione percipiendi decimas à
Colonis, qui coluerunt possessiones prædictas, nec pro
dd. terris, & possessionibus possint à dd. Colonis nisi per
vos dumtaxat exigi decimas memoratas, nec ad id dd.
Coloni à quoquam valeant coarctari &c. † Causa enim 11
finalis dicitur illa, sine qua disponens non disposuisset,
Gratian. *discept. 358. num. 19.* Rota *decis. 102 numer. 1. &*
dec. 400. num. 28. par. 9. rec. & coram Dunoz. Iun. *dec. 526.*
num. 6. & Summus Pontifex priuilegium non concessisset,
nisi Monachi fuissent pauperes, respectu verò ad cul-
tum diuinum † fuit causa impulsiua, & occasionalis, 12
† quæ stat consecutiuè, & dependenter ad causam prin- 13
cipalem, Gratian. *discept. 971. nu. 45.* Rota *dec. 229. nu. 14.*
par. 12. rec.

Minus releuat, quod dispositio *text. in d. cap. sugge-*
stum † non habeat locum, nisi tribus concurrentibus re- 14
quisitis, nempè quod constet de statu antiquo, quod Ec-
clesiæ, quibus de iure debentur decimæ, adeo grauen-
tur, vt illarum Rectores congruè substentari nequeant,
& quod maxima oriantur scandala; nam quoad pri-
mum, Status antiquus paupertatis satis remanet iustifi-
catus, dum hodie constat de nouis acquisitionibus, &
de superabundantia reddituum; & quoad secundum
ratio fundamentalis dicti textus non consistit in pau-
pertate Ecclesiæ Parochialis, nec in deficientia congruæ
substentationis Rectoris, † quia regulariter decimæ 15
debentur

debentur etiam Ecclesiæ diuiti, ex sententia Diu. Thom.
in 2.2.quæst. 87.art.3.ad primum Suarez. *de Relig. lib.1. tit.*
de decim. cap.11.num.9. Mandos. *cons.31.in fine*, sed in læ-
16 sione, † quæ vigore priuilegij fit Parochis, vt aduertit Ro-
ta *decis.122.num 10.part.13.recent.* Quo verò ad tertium
scandalum oritur ex ipsa affluentia diuitiarum in frau-
dem Ecclesiæ, cui de iure debetur decima.

Quæ eo fortius vigere visa sunt, quo Capitulum His-
palense probauit quasi possessionem exigendi decimas ab
ipsa Carthusia, vt fuit iustificatum per triginta Testes
exactores decimarum loquentes de exactione per 30. 40.
17 50. & 60 annos, † qui tamquam attestantes de certa
scientia, & de facto proprio plenè probant, Rota *decis.*
22.num 13.part.7 recent. Gregor. *decis.351. num.11.* cum
quibus concordant quatuor ex testibus pro parte Carthu-
sianorum examinati, hodierno Summario *num.4.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. MATTHÆIO.

Assisien. Bonorum.

Veneris 10. Maii 1675.

ARGVMENTVM.

Plura de deliberatione in hac decisione deducuntur, sed principaliter agitur, qualiter banniti, qui durante banno sunt incapaces cuiuscumque successionis, possint, & valeant aduersus illud restitui, & cum distinctione resoluitur, nempè quod simplex habilitatio exilij, seù commutatio pœnæ, illos capaces non reddant, secus autem si plenariè restituti sint, reseruato tamen exilio, donec pacem obtineant ab hæredibus occisi.

SVMMARIVM.

1 *Reintegratio conceditur aduersus deliberationem nullam, & spoliatiuam*
2 *Fideiussoris obligatio extinguitur, debito principali per solutionem sublato.*
3 *Deliberatio facta sine credito ab euidenti nullitate saluari non potest.*
4 *Creditum per solutionem extinctum, amplius reuiuiscere non valet.*
5 *Hæres beneficiatus potest impugnare deliberationem ab eius auctore factam.*
6 *Inuentarium præsumitur ritè, & rectè confectum donec contrarium concludenter probetur.*
7 *Sententia contumacialis pronunciata præuia compilatione processus, probat delictum, ac si ob veras probationes fuisset prolata, & num.9.*
8 *Banniti sunt incapaces cuiuscumque successionis tam actiuæ, quam passiuæ, & num 14.*
10 *Bannitus tunc solum remanet successionis capax, si purgauerit contumaciam, vel sit restitutus à Principe.*
11 *Bannitus in pœnam capitis, & simpliciter habilitatus ad exilium, non ideo efficitur successionis capax, & vid nu. seqq.*
12 *Gratia super commutatione pœnæ non suffragatur si quis ea vsus non sit.*
13 *Commutatio pœnæ propriè non dicitur gratia.*
14 *Contumacia durante, Bannitus succedere non potest, sed cuiuscumque successionis est incapax, & num.8.*
15 *Bannitus citari non potest, nec debet.*
16 *Fiscus stante fideicommisso in casu delicti nihil prætendere potest in præiudicium vocatorum.*
17 *Citari non debent illi, quibus nulla competit defensio.*

DECISIO DXII.

REPETITIS in præsenti propositione per Informatores pro hæreditate iacente omnibus motiuis
aliàs in præterita adductis, & per me in decisione de medio
sublatis, obtinuit Comes Guidus de Fluminibus responderi standum esse in decisis.

Ratio autem resolutionis fuit, quia stante spolio com-
missio eidem in bonis nulliter deliberatis † reintegratio 1
competit, Cagnol. *in l. hæredes numer. 17. ff. de regul. iur.*
Posth. *de subhast. quæst.58. num 17.* Rota coram Greg. XV.
dec 542. num.2. coram Buratt. *dec.271.num.1.*

Nec de huiusmodi spolio dubitari potest, ex eo quia
cum Comes Iulius esset solummodò obligatus in socie-
tate officii inita de anno 1611. quæ cum postea ex-
tincta fuerit cum pecuniis ad societatem acceptis de
anno 1618. ab Ægidio Brundolino extincta etiam re-
mansit illius obligatio, † dum debitum principale 2
per solutionem sublatum fuit, vnde patet delibera-
tionem, vti factam sine credito, † saluari non pos- 3
se, *l. 1. in verb. vili pretio C. de præscript. 30. vel*
40. annorum, Mangil. *de subhast. quæst. 21. num. 11.*
Post. *de subhast. inspect. 10. numer. 1.* & indubitatum
est omnem obligationem ipsius cessare, ex quo rea-
liter attenta effectiua solutione prima societas extin-
cta remansit, † & ideò amplius reuiuiscere non po- 4
tuit, *l. eius, qui in fine ff. de iur. fisc. l. inter stipu-*
lantem §. sacram ff. de verb. oblig. Grat. *discept. 962.*
num. 31. & seqq.

Nihil releuante obiecto super hoc repetito, quod
cum Comes Guidus sit hæres Comitissæ matris, hanc
deliberationem, quam ipsa fecerat, impugnare ne-
queat, † quoniam, vt iam aliàs dictum fuit, ipse 5
adiuit hæreditatem cum beneficio legis, & Inuenta-
rii, vt constat ex Summario dato die 13. Iunii præ-
teriti *num. vnico*, quod præsumi debet ritè confe-
ctum, † donec contrarium non fuerit concludenter 6
probatum, Bald. *in l. vltima in §. licentia C. de iur.*
deliber. Rota coram Coccino *decis. 970. num. 12. &*
decis 536. num. 15. parte 5. recent.

Vti nec etiam releuat, quod adsint Ascanius, & Iu-
lius, quibus deferenda venit successio in bonis fidei-
commissariis Iulii Senioris, quia cum essent banniti
ob homicidium ab ipsis patratum in persona Comitis
Vlderici, & sententia contra eos lata, quæ etiamsi in
contumaciam, stante quod probata fuerit præuia com-
pilatione † processus, durante contumacia, eosdem 7
operatur effectus, ac si esset prolata ob veras probatio-
nes delicti, Farinac. *quæst. 11. num. 30.* Scacc. *de iudic. lib.*
1.cap.97.numer.120. vti etiam firmat Rota *decis 486. num.9.*
par. 14. recent. & in hoc casu banniti † efficiuntur inca- 8
paces cuiuscumque successionis actiuæ, & passiuæ, vt
plenè probat Altograd. *cons. 98. ferè per tot.* quia talis sen-
tentia contumacialis dicitur potiùs prolata ad probatio-
nem delicti, † quàm in contumaciam, & decisiones ex- 9
aduerso allegatæ tam in illa Ciuitatis Castelli coram Sera-
phino, quàm in alia coram Manzanedo 148. † & cæteræ 10
aliæ supponunt bannitum esse capacem, sequuta contu-
maciæ purgatione, vel per comparitionem, vel per resti-
tutionem in gratiam Principis, vt etiam firmauit Rota
decis.714.n.11.par.4 tomo 3.recentiorum.

Et quamuis Comes Ascanius fuerit habilitatus à
sanctæ memor. Clemente Nono ad exilium per decem
annos in Ciuitate Anconæ, † tamen illa non potest de- 11
nominari vera gratia, quæ illum habilitet ad succe-
dendum, cùm potius præseferat commutationem pœ-
næ maioris in minorem, & cum illa vsus non fuerit,
nec Anconæ moram per aliquod tempus traxerit † 12
gratia obtenta eidem suffragari non potest; & ob id non
applicatur casui, de quo agitur *decisio coram* Cardinali
Caualer. 135. *num. 1.* ex quo ibi patet fuisse concessam ple-
nissimam restitutionem, & postea appositus fuit modus
exulandi donec pacem consequutus fuerit, secus autem
procedit in casu, de quo agitur, ex quo gratia nul-
lum continet modum, nec aliquam remissionem, † sed 13
tantummodò pœnæ commutationem, quæ propriè non
dicitur gratia, cum ob illam non dicatur restitutus in gra-
tiam Principis.

Denique nihil deperit, quod in sententia immissio-
nis non fuerit citatus Com. Ascanius, vel Fiscus, quo-
niam circa personam Ascanii responsio patet ex ipsa
decisione 486. par. 14 recent. † quod bannitus durante con- 14
tumacia non possit succedere, vt incapax, & sic non de-
beat, † quinimò nequeat, citari, respectu verò Fisci, 15
responsio est etiam facilis, quia stante fideicommisso
in casum delicti, † nihil prætendere poterat in præiu- 16
dicium vocatorum, quibus cum nulla competat defensio,
† ideò citandi non erant, Cancer. *var. resol. par. prima cap.* 17
17.n.63. Rota *dec.343.n.20.par.10.recent.*

Ex quibus, & ex alijs deductis in præterita decisione huius Causæ, quæ Domini in hodierna disputatione approbarunt decisio confirmationis robur obtinuit, vtraque parte informante &c.

R. P. D. CALATAIV.

Romana Alimentorum.

Veneris 10. Maii 1675.

ARGVMENTVM.

Ad alimenta, & sumptus litis còndemnatus est tertius possessor bonorum mariti, fauore vxoris, quæ contra virum obtinuerat sententiam separationis thori, & restitutionis suæ dotis, quamuis ille in eadem sententia citatus non sit, ea ratione, quia cum adhæserit commissioni causæ ab eodem viro reportatæ, eam cum suis qualitatibus accipere debet, eo magis quia causa actitata erat cum legitimo contradictore, quibus in hac materia repotatur ipse vir, & proinde tamquam solum secundarium interesse habens, minus etiam citari debuerat.

SVMMARIVM

1 *Tertius vtens commodo commissionis ab altero ex collitigantibus reportatæ debet eam accipere cum suis qualitatibus.*

2 *Res iudicata obtenta contra virum pro restitutione dotis, potest etiam exequutioni demandari contra tertium.*

3 *Clausula* subministratis alimentis *apposita in commissione causæ obtenta à viro, afficit etiam tertium eadem commissione vti volentem.*

4 *in Commissione auocationis causæ censentur repetitæ omnes clausulæ in prima commissione appositæ.*

5 *Sententia lata contra virum super separatione thori, & restitutione dotis afficit etiam tertium quamuis in ea non citatum, & num. seqq.*

6 *Sententia lata super restitutione dotis, vt afficiat tertium non citatum, sufficit quod fuerit lata contra legitimum contradictorem.*

7 *Contradictor legitimus, & de cuius interesse principaliter agitur in iudicio separationis thori, & restitutionis dotis, est maritus.*

8 *Tertium contra quem prætenditur exequutio super restitutione dotis, dicitur habere interesse secundarium, quia primarium interesse est mariti.*

9 *Tertius habens solum interesse secundarium non principale, citari non debet.*

10 *Testes de confessione extraiudiciali deponentes, non contestes de loco, tempore, & verbis, nihil probant.*

11 *Confessio extraiudicialis mulieris facta parte absente, & sine solemnitatibus non præiudicat.*

12 *Testes super restitutione dotis non probant, nisi de ea integraliter deponant.*

13 *Probatio debet esse concludens, alias minime suffragatur.*

DECISIO DXIII.

TAM ex rescripto Signaturæ subministratis alimentis, & sumptibus litis, quàm ex capite boni iuris, & paupertatis Rota coram me die vndecima Ianuar. proximè præteriti resoluit deberi Lucretiæ alimenta, & sumptus litis, & pro his esse relaxandum mandatum contra Annibalem Guetrerium in scutis quinque menstruis, qua resolutione iterum hodie examinata, Domini steterunt in decisis, non obstantibus in contrarium adductis.

Non enim obstat, quod rescriptum Signaturæ emanauerit contra Virum, non autem contra Annibalem tertium possessorem.

Quia vltra quod contrarium patet in præterito Summario *numero quarto* cessat obiectum, quia Annibal † vti-
1 tur commodo Commissionis reportatæ per Virum, in qua per restitutionem in integrum suspensus fuit effectus rei iudicatæ, † quæ in consequentiam contra ipsum esset exe- 2
quenda; † ideoque debet illam accipere cum eodem onere 3
subministrationis alimentorum, iuxtà latè tradita per Surdum *consi. 52. num. 39. versic. quinto quia libro primo*, tùm etiam quia in Commissione auocationis causæ à Reuerendo Patre Domino Muto reportatæ à Lucretia † cen- 4
sentur repetitæ eædem clausulæ insertæ in prima Viri Commissione, Rota *decis. 321 num. 1. par. 1. diuers. & coram* Cassadoro *decis. 8. num. 1. de rescript. & coram* Coccin. *decis. 791. num. 2.*

Minus reffragantur adducta contra requisitum boni iuris, quod nempè sententia Eminentissimi Domini Cardinalis Vicarij, quamuis lata super Thori Separatione, & Dotis restitutione, † ipsum non afficiat tamquam Ter- 5
tium, & in ea non citatum.

Quia sufficit, prout aduertit decisio, quæ reuidetur §. *Constat enim*, quod in ea fuerit citatus legitimus Contradi- 6
ctor, † qui in Thori separatione est Vir, † & de eius interes- 7
se principaliter agitur; Restitutio autem Dotis in consequentiam separationis Thori, † qua mediante Annibalis 8
interesse efficitur secundarium, non autem principale, 9
itaut in præfato Iudicio à Lucretia citari minimè debuisset, Rota coram Reuerendissimo Royas *decis. 436. num. 5.*

Hinc non afficit altera exceptio contra aliud requisitum paupertatis, quod nempè probetur omnia mobilia in Dotem tradita penes dictam mulierem reperiri.

Nam quatenus probatio deducitur ex Testibus deponentibus de confessione extraiudiciali ipsius mulieris, † 10
isti vti non contestes de loco, tempore, & verbis, nihil probant, Afflictus *decis. 364. numero 4.* Buratt. *decis. 117. num. 8.* Dunozett. Iun. *decis. 254 num. 5. & in recent. decis. 664 nu. 6. par. prima, & decis. 700. num. 33 post medium part. 2.* vel in omnem casum confessio extraiudicialis facta à muliere parte absente, & sine solemnitatibus, † non posset eidem 11
præiudicare, Addentes ad sanctæ memoriæ Gregor. XV. *decis. 408 num. 5. ad finem*, Seraph. *decis. 487. num. 13.*

Quatenus vero deducitur ex alijs Testibus deponentibus de existentia mobilium penes dictam Lucretiam, nil minus potest afficere, tùm quia sunt examinari in alio Iudicio, non deponunt de omnibus mobilibus, & eorum valore, cùm mobilia in dotem tradita ascenderent ad valorem scutorum 1750. & eorum dicta verificari possunt in mobilibus ascendentibus ad valorem scutorum 349 tantùm, quæ Lucretia fatetur penes se retinere; † vnde pro- 12
batio restitutionis totius dotis non est † concludens, prout 13
requiritur Rota coram Bichio *decis. 77. num. 14.*

Eademque ratione non releuat descriptio mobilium penes dictam Lucretiam existentium, dum ex eius lectura dignoscitur in ea non reperiri vniuersa mobilia in dotem tradita.

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit &c.

Altera decisio præsentis causæ habetur impressa supra in hoc eodem tomo secundo istius decimæ octauæ partis Recentiorum, vbi est in ordine 404.

R. P. D. VICECOMITE.

Taurinen. Professionis.

Veneris 10. Maij 1675.

ARGVMENTVM.

Latè examinatur probatio metus, qui, & qualis requiratur ad effectum annullandi professionem, quæ, eo mediante dicebatur emissa; & quia ille non apparuit plenè; & concludenter probatus, ideo pro validitate resoluitur, ad denegandam successionem hæredi religiosi, qui nulliter prætendebat illum fuisse professum; plura etiam de iudicio nullitatis eiusdem professionis deducuntur, qualiter requirantur in illo probationes faciendæ, non solum contra Religionem, verum etiam contra interesse habentes.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Testes dicuntur nulliter examinati sine citatione principaliter interesse habentis, & ideò nihil probant.*
2 *Notario attestanti super integritate actorum, plena fides adhibetur, & num. seq.*
3 *Negatiua scripturarum probatur ex fide Notarii actuarii attestantis super integritate processus.*
4 *Citationem licet præsupponat contumacia, illam tamen non probat.*
5 *Sententia lata sine legitimis defensionibus, imo reiecta probatione partis, tamquam fundata in inordinato processu nullam facit probationem.*
6 *Testes de metu ad effectum annullandi professionem, non probant, nisi percutiant tempus ingressus, aut emissæ professionis.*
7 *Metum probare non sufficit, nisi probetur incussus in eodem actu.*
8 *Testis depositio magis attenditur super interrogatoriis, quam super articulis, & num. 12.*
9 *Metus excluditur in Patre timoratæ conscientiæ, diligente filios, naturæ placidæ, nec minas exequi solito.*
10 *Testes, qui in secundo examine se retractarunt, metum non probant*
11 *Testes, quorum plures subornati fuerunt, omnes subornati præsumuntur.*
12 *Testes qui in secundo examine facto cum interrogatoriis dixerunt se subornatos, plene probant subornationem, & num seqq.*
13 *Testes in vtraque examine contraria deponentes, tamquam periurii, & inter duo iuramenta, nihil probant.*
14 *Testis deponens de auditu ab eo cui metus fuit incussus, metum non probat.*
15 *Metus causa diuersa ab eo, pro quo ille fuit incussus, non releuat, nec attenditur.*
16 *Metus probari debet ad eum præcisum finem extorquendi actum, qui tamquam meticulosus impugnatur.*
17 *Testes quos licet quis monitus repetere non curauit non solum non probant, sed redduntur suspecti de falso.*
18 *Filius si habitet seorsim à Patre, & in longinquis partibus, potest suam voluntatem cessante quocumque metu liberè declarare.*
19 *Attestationes procuratæ lite pendente non probant.*
20 *Metus ad effectum annullandi professionem non probatur ex declaratione alterius fratris, quod non fiat obstaculum fratri religioso professo suam annullandi professione.*
21 *Metus probari debet plenè, & concludenter, cum omnibus suis qualitatibus.*
22 *Metus excluditur ex renunciatione liberè facta à filio in fauorem patris*
23 *Metus excluditur ex loco publico, in quo erat facilis aditus ad superiorem.*

DECISIO DXIV.

GASPAR filius Iacobi Carelli Taurinen. vsque de anno 1647. Religionem ingressus Fratrum B. Mariæ de Monte Carmello Discalceatorum, in ea professionem emisit, assumpto nomine Fratris Philippi Mariæ à Sancto Stephano, & in ea permansit vsque ad obitum Patris, quo sequuto de anno 1666. statim obtenta à Sanctissimo restitutione in integrum aduersus lapsum quinquennij, necnon commissionem causæ super nullitate suæ Professionis, tamquam per vim, & metum ab eodem Patre incussum extortæ, committi Ordinario, & Superiori Conuentus eiusdem Ciuitatis, à quibus præuio examine nouem Testium super asserto metu, sententiam fauorabilem reportauit non solum super nullitate Professionis, sed etiam super habilitatione ad successionem in bonis, & hæreditate paterna, contradicente Iacobo Carello Iuniore pupillo dicti Iacobi Senioris ex filio nepote, & pro eo illius Curatore, ac etiam ipsa Religione, cuius Procurator licèt appellauerit vna cum dicto Curatore, quia tamen postea Conuentus ipse appellationi renunciauit; ideò ad instantiam solius pupilli illam prosequentis, mihi fuit directa commissio, cuius vigore dedi de more dubium ex integro, An constet de nollitate huius professionis, quod post reproductum processum in partibus fabricatum super depositione dictorum Testium vigore literarum Remissorialium, fuit hodie disputatum, & negatiue resolutum.

Quia Frater Philippus Maria supradictus ad probandum ass. metum iuuari non potest depositionibus supradictorum nouem Testium primo loco examinatorum, ex quo nulliter examinati fuerunt absque citatione dicti Iacobi pupilli, † de cuius interesse principaliter agebatur 1
in ordine ad auitam hæreditatem, in cuius possessione reperiebatur, *l. si quando §. sed cum maximè, ibique glos. verb. noluerunt C. de testibus cap. 2. eodem tit. & vtrobique* DD. Farinac *de opposit. test. quæst. 72 num. 1.* quos in terminis Rota *decis. 516 num. 16. part. 5 recent.*

Nullatenus in facto subsistente, quod Curator pupilli fuerit verè citatus, vt in contrarium prætendebatur, quia reuoluto toto processu in actis producto, & per Notarium Actuarium extracto cum assertione, quod in eo continentur omnia, & singula acta huius causæ in partibus gesta, † cui venit fides adbibenda, Rota coram Bi- 2
chio *decis. 266. num. 7.* leguntur quidem in eo decretæ citationes contra omnes interesse habentes, & in specie contra pupilli Curatorem, sed quod fuerint contra eundem executæ, nullibi in dicto processu apparet; Quidquid enim in alio asserto processu contineatur ex ipso, de quo supra fide Notarij Actuarij super integritate actorum munito † probata remanet negatiua, in terminis Bart. *in l.* 3
Hi qui ad ciuilia num. 4. & ibi Add. liter. E. C. de appellat. Vant. *de nullit. ex defect. citat. num. 14. & 15.* Afflict. *decis. 107. num. 5. in fin.* Rota *decis. 611. num. 2. part. 5. recent.*

Et quamuis Procurator dicti Fratris Philippi Mariæ, in sæculo Gasparis, comparuerit accusando contumaciam dicti Curatoris, hæc accusatio nequaquam releuat, quia contumacia † citationem præsupponit, sine qua dari non 4
potest, *l. contumacia 13. ff. de re iudic.* Angel. *cons. 8. sub num. 3. vers. sed non apparet*, Rota coram Bich. *decis. 408. num. 13.*

Imò ex eodem processu fol. 9. & 10. Summario *num. 4. & 5* apparet, quod habita deinde per Tutorem eiusdem pupilli notitia dicti processus, ipse comparuit iudicialiter sese opponendo illius publicationi, ac instando sibi prius dari copiam dicti examinis, suasque exceptiones, necnon positiones pro illarum probatione exhibitas recipi, quæ tamen omnia reiecta fuerunt ad instantiam partis replicantis, quod sola Religio, non autem ipse pupillus poterat legitimè contradicere, & in hoc statu fuit lata prædicta sententia, † quæ propterea ex hoc inordinato proces- 5
su, & denegatis Parti legitimis defensionibus, & probationibus, nulla remansit cum omnibus actitatis, latè Vant. *de nullit. ex defect. citat. à num. 1. per plures seqq.* Natt. *consil. 163. num. 10.* Surd. *decis. 256. num. 1.* Rota coram Bich *decis. 550. num. 1. in recent. decis. 370. num 4. part. 9.*

Sed dato etiam, quod dicti Testes validè examinati fuissent, adhuc non essent attendi, tùm quia illorum depositiones non percutiunt tempus, neque ingressus in Religionem, neque emissæ Professionis, † in quo vis 6
consistit, cum non sufficiat probatio metus, † nisi 7
probetur in eodem actu incussus, Paris. *consil. 10. num. 58. & 59. lib. 1.* Neuizzan. *cons. 46. num. 29* Rota *decis. 600. num. 2. part. 4. tom 1. decis. 516. sub num. 19. part. 5. & decis 301. sub num 28. part. 11. recent.* Tùm etiam, quia quidquid deposuerint super articulis, sex tamen illorum postea repetiti super interrogatorijs pupilli vigore Remissoriæ rotalis, omnem prorsus metum, & violentiam excludunt ex infra dicendis; Et sic deficit quæcumque probatio, quæ ex depositionibus super dictis articulis resultare † posset, quia magis attendi debet depositio 8
super interrogatorijs, quàm super articulis, Rota coram Seraph. *decis. 1073. num. 9. penes* Posth. *de manut. decis. 488. num. 4. in recent. decis. 774. num. 3. parte 3 & decis. 249. num. 3. part. 4. tom. 2 & decis. 312. num. 4 & decis. 380. nu. 11. par. 9.*

Primus enim constanter deponit, quod Iacobus Pater erat vir optimæ conscientiæ, Deum timens, filiorum amator, & placidissimæ naturæ, nec minas exequi † so- 9
litus, ex quibus assertus metus excluditur, ad *text. in l. metum C. de his quæ vi met. caus.* Sanch. *de matrim. lib 4. disput. 1. num. 20* Decian *consil. 18. num. 127. lib. 5.* Censal. *decis. Luceas. 10. num. 76.* Rota coram Pen. *decis. 1140. num. 8. in recent. decis. 301. num. 23. part. 11.*

Secundus, & quartus fatentur se fuisse non solum ab ipso Fratre Philippo Maria, sed etiam ab alijs Fratribus, immò ab ipso Procuratore Conuentus seductos, & subornatos, ac diuersis suasionibus, & promissionibus corruptos, ad hoc vt deponerent, sicuti deposuerunt in primo examine, † quod propterea in hoc secundo 10

11 retractauerunt; ex quo duo præcipuè resultant, † alte-
rum nempè quod & ipsi, & cæteri omnes subornati cen-
seri debent, Mascard. *de probat. concl.* 1340. *num.* 5. Ruin.
cons. 36. *num.* 9. *lib.* 4. Vermigl. *consil.* 74. *num.* 16. & probat
Farinac. *de testib. quæst.* 67. *num.* 256. Alterum verò,
12 quod vel attendenda sit hæc secunda depositio † facta su-
per interrogatorijs, vt præter superius allegatos dixit
Rota coram Bich. *decis.* 243. *& decis.* 628. *vtrobique num.*
17. *& in Romana Vineæ* 27. *Februarii* 1668 §. *Minusque
suffragatur coram Illustrissimo D. meo Vrbis Gubernatore*,
13 vel cum sint duo iuramenta contraria, † nihil probent,
tamquam periurii nec in primo, nec in secundo, *c. testi-
monium, & ibi gloss. verb. periurii de testib.* Rolaod. *cons.*
40. *num.* 9. *cum pluribus seqq. & num.* 12. *lib.* 1. Rota coram
Seraphino *decis.* 1250. *num* 3.

Tertius, Quintus, & Sextus sicuti in primo exami-
ne deposuerunt de auditu ab eodem Fratre Philippo Ma-
ria, quod scilicet professionem per vim emiserat, ita &
hoc idem io repetitione confirmaot, quæ tamen multò
magis reiicitur in hac materia, in qua quemadmodum
14 non creditur allegaoti metum, † similiter nec fides præ-
statur testi deponenti de auditu ab eo, qui metum alle-
gat, in terminis Palma Iun. *consult.* 14. *num.* 8. Sperell. *de-
cis.* 79. *num.* 46. *vers. cæteri testes*, Rota *decis.* 666. *num.* 4. *part.*
4. *tom.* 1. *& præcit. decis.* 301. *num.* 20. *part.* 9. *recent.*

Et tertius quamuis subdat, quod filius semel fuit à
Patre verberatus, & in cubiculo reclusus, ex quo fractis
ianuis aufugit, dicit causam huius verberationis, &
carcerationis fuisse quia nonnullas merces ab Apotheca
15 subtraxerat, † quæ causa est valdè diuersa ab asserta,
vt videlicet efficeretur Religiosus; metus autem debet
16 probari incussus ad illum præcisum finem † extorquendi
actum, qui tamquam meticulosus impugnatur, Ramon.
cons. 96. *num.* 20. 21. *cum seqq. Tondat. quæst. benefic. cap.* 120.
num. 25. Afflict. *decis.* 246. *num.* 4. quem sequitur Viu. *decis.*
507. *num.* 19. *lib.* 3. Mastrill. *decis.* 140. *num.* 15. *& seqq.* Sperell.
d. decis 79. *num.* 41.

Cæteri autem tres Testes ex nouem videlicet septi-
mus, octauus, & oonus, repetiti non fuerunt, cul-
pa tameo eiusdem Fratris Philippi Mariæ, qui quamuis
17 pluries monitus, non curauit illos reconducere, † &
ideo non solum de illis non est habenda ratio, sed ex hoc
eodem de falso suspecti redduntur, Guazzin. post An-
gel. *de Malef. & alios ad defensam defens.* 25. *numer.* 23.
Vbert. *in for. lit. form.* 22. *ad reconducen Testes pag.* 93. *in
principio.*

Minusque eidem Fratri Philippo Mariæ suffragari po-
test Epistola per Patrem Prouincialem eiusdem Conuen-
tus tunc scripta, & transmissa Iacobo Patri, in qua
præsupposita in filio repugnantia permanendi in Religio-
ne, dum adhuc duraret annus probationis, illi om-
nem operam, studiumque suum pollicetur in suadeodo
eidem filio perseuerantia, ad quem effectum etiam as-
serit illum misisse ad Conuentum Montis-Regalis in
Pedemontanis; Quia præterquam dicta Epistola non
fuit ser ser. recognita, ex illius tenore potius colligitur,
quod filius, & ante Professionem, & de tempore il-
lius habitabat seorsim à Patre, & in longioqnis par-
18 tibus, † in quibus cessante quocunque metu poterat
suam voluntatem libere declarare Ancharan. *consil.*
433. *sub num.* 3. *vers. item habitabat circa fin.* Rota co-
ram Gregor. *decis.* 326. *num.* 34. coram Peutinger. *decis.*
32. *num.* 8. *& seq. in recent. d. decis.* 516. *num.* 19. *vers. sed
quia viuebat parte* 5. *tom.* 2.

Attestationes autem exhibitæ nonnullorum super
19 ingressu io Religionem ob metum Patris † tanqoam
procuratæ lite pendente non sunt attendendæ Gabr.
consil. 168. *numero* 102 *libro primo* Surd. *decis.* 256. *nu-
mero* 25. Rota coram Bichio *decis.* 596. *pariter num.* 15.
& passim.

Prout nec releuat, qood Franciscus Carellus frater
20 Carnalis eiusdem fratris Philippi Mariæ † ordinauerit
in suo testamento, oe eidem procuranti nullitatem
suæ professionis, & egressum à Religione fieret ob-
staculum, quia hoc nihil ponit in esse, nec probat
21 ass. metum, † qui ab allegante venit plenè, & con-
cludenter probandus cum omnibus suis qualitatibus
l. Interpositas 13. *ibique DD. C. de Transf. &.* Alexand.
consil. 156. *numero* 4. *&* 5. *lib* 2. Andreol. *contr.* 301.
numero 3. Palma Iun. *d. consult.* 14. *numero primo* Ro-
ta coram Verall. *decis.* 312. *numero primo &* 2. *part.* 2.
coram Bich. *decis.* 472. *num.* 23. *in recent. decis.* 143. *num.*
16. *part.* 8. *& decis.* 154 *num.* 4. *part.* 14.

Econuerso ad excludendum ass. metum, multum
visum fuit conferre † renunciationem ab ipso fratre 22
Philippo Maria factam ad fauorem Patris ipso absen-
te, & coram Vicario generali decretum interponente,
publicè, & palam in sala suæ solitæ residentiæ, † lo- 23
cus enim publicus, & facilis aditus ad Soperiorem ex-
cludit omnem metum iustum, & cadentem io con-
stantem virum per *Text. express. in l. final. in princip.
ff. de eo quod met. Caus.* Bellon. *cons.* 18. *numero* 14.
Roland. *consil.* 83. *numero* 37. *lib.* 2. Rota coram Gre-
gor. *decis.* 326. *num.* 34. coram Duoozett. Iun. *decis.* 385.
num. 4. *in recent d. decis.* 516. *num* 20. *part.* 5. *& decis.* 154.
num. 7. *parte* 14.

Et ita resolutum fuit non constare de nullitate Pro-
fessionis, vtraque Parte informante, scilicet dicto Ia-
cobo Carello ex vna ex altera verò Anna de Magistris
prætensa herede dicti fratris Philippi Mariæ, seu Ga-
sparis in sæculo ioterim defuncti, & causam ad effe-
ctum successionis prosequente.

R. P. D. E M E R I X.

Calaguritana Beneficij de Tortesilla.

Lunæ 13. *Maij* 1675.

A R G V M E N T V M.

Quia à mala relatione examinatorum appellatum erat, prout appellari posse planum est, quando, prout hic, fuit iudicialiter processum præuia affixione ædictorum, oppositione concurrentium, & sententia super legitimitate ipsorum, at quia ab examinatoribus vrbis fuerat compertum in partibus reiectum fuisse habilem, quinimo maiores qualitates habere; Ideo illi adiudicatur beneficium.

S V M M A R I V M.

1 *Concursus fieri debet in beneficiis Parochialibus iuxta Constitutionem sanctæ memoriæ Clementis Octaui.*

2 *Beneficium adiudicari debet necessaria requisita habenti, amplia vt num. seqq.*

3 *Adiudicatio beneficii parochialis digniori denegari non potest.*

4 *Qualitates maiores habere dicitur Sacerdos, ætate maior, deputatus ad audiendas confessiones, aliaque Sacramenta administrandum.*

5 *Confessio propria omnem aliam superat probationem.*

6 *Dignior in beneficiis parochialibus semper præfertur minus digno.*

7 *Qualitates maiores in adiudicatione beneficii præponderandæ sunt, vt eas habens debeat non habenti præferri, & supra numero 4. & sequen.*

8 *à Relatione mala examinatorum appellari potest vbi iudicialiter examen processit.*

9 *Examen dicitur iudicialiter factum si præuia publicatione ædictorum, oppositione concurrentium, & sententia super eorum legitimitate fuerit processum.*

10 *Examinatorum de partibus iudicium non attenditur, & est iniustum, si examinatores Vrbis contrarium referant.*

11 *Approbatus semel ad beneficia parochialia, amplius reprobari non debet.*

D E-

DECISIO DXV.

1 IN concursu habito ad Beneficium de quo agitur † coram Ordinario iuxta formam pręscriptam in vulgata
Constitutione Clementis Octaui fuit ab Examinatoribus synodalibus denunciatus habilis Bartholomæus de
Agriano, & inter cæteros reprobatus Ioannes Garzias de
Vrtado, qui à tali relatione tanquam iniusta appellauit,
& causa ad Rotam deuoluta, de illius ordine Ioannes
iterum io Curia examinatus fuit, & approbatus ad curata, quapropter dedit dubium; An, & cui esset adiu-
2 dicandum Beneficium, † & Domini Ioanni informanti responderunt, quia in eo concurrunt omnes qualitates
à dicta Clementina Constitutione requisitæ, & alijs an-
3 tecellit Bartholomæum, ita vt ei tanquam digniori denegati non possit adiudicatio, vt disponit supracitata
Constitutio, & tradit Garz. *de benefic. part. 7. capit.* 16.
numero 39. *& sequentibus, & semper in similibus causis
Calaguritanis respondit* Rota, vt coram Bichio *decis.*
284. *numero* 13. *& decis.* 262. *numero* 3. *coram* Zarate *decis.* 18. *numero primo* coram Eminentissimo Cardinali
Otthobon. *decis.* 222. *numero primo & 2.* & alibi passim.

De qualitatibus Ioaonis constat ex eius Summario, &
quod præpolleant qualitatibus Bartholomæi, apparet,
4 † quia ipse est ætate maior, Sacerdos, ac pluries ab
Ordinariis Calaguritanis deputatus ad audiendum fidelium confessiones, & alia Sacramenta ministranda, Bartholomæus verò est simplex Clericus, vt ex eius con-
5 fessione † emissa in mandato Procuræ omnem aliam superante probationem *l. cum precum 9. C. de liberali causa
l. cum te la seconda C. de transaction.* Vnde dubitari nequit
6 Ioannem esse Bartholomæo digniorem, † ac propterea
præferendum, vt ponderatis dictis qualitatibus alias fir-
7 mauit Rota coram Eminentissimo Otthobon. *decis.* 86.
num. 11. *& 12. & decis.* 222. *num.* 6. *& seqq. & coram* Bich. *decis.* 639 *num.* 3. *& sequenti & coram* Peutinger. *decis.*
394. *num.* 2. *& sequentibus.*

Nec refert, quod io præfato concursu Bartholomæus
denunciatus fuerit habilis, & Ioannes reprobatus, quia
cum ipse à mala relatione examinatorum, vt supra appel-
8 lauerit, † prout ei licuit, dum iudicialiter exameo per-
9 actum fuit, † præuia scilicet publicatione ædictorum, oppositione concurrentium, & sententia super eorum legitimitate, vt dixit Rota coram Eminentissimo Otthobon.
decis. 209 *& decis.* 232. *vtrobique numero primo & sequent.*
vbi concordantes, & postmodum compertum fuerit ab
Examinatoribus Vrbis iudicium illorum de partibus esse
10 iniustum, & irrationabile, † illud non venit attendendum
Add. ad sanctæ memoriæ Gregor. *decis.* 527. *num* 4. *& Rota coram eodem* Gregor. *decis.* 538. *numero primo & coram*
Zarate *decis.* 18. *num.* 15. imo dum alias ad similia Benefi-
11 cia approbatus fuit, † non debebat amplius reprobari ad
*Textum in cap. accepimus decimo tertio ibique gloss. verbo
exceptionem, & verbo reparare de ætate, & qualitat. ordinand. & plene firmauit* Rota coram Arguelli *decis.* 109. *nu.*
3. *& sequentibus* vbi alij referuntur.

Et ita altera tantum parte informante resolotum fuit.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Vicen. Hebdomadariæ

Lunæ 13. Maij 1675.

ARGVMENTVM.

Quod cura habitualis residcat penes Capitulum, illius verò solum exercitium sit penes beneficiatos, vel clericos, in hac decisione, & præsenti hypothesi resultat ex eo, quod duo Hebdomadarij ad eandem curam exercendam alternis Hebdomadis deputabantur; Vt proinde concursus in ea necessarius non sit, qui si quandoque fuerit adhibitus, quando prout hic, ille necessarius non erat, non inducit obseruantiam, nec obligat in futurum.

SVMMARIVM.

1 *Concursus non requiritur, nec est necessarius in cura habituali existente penes capitulum, cuius exercitium sit penes Canonicos, vel Hebdomadarios*
2 *Curam habitualem existere penes capitulum resultat ex eo, quod illius exercitium non vni, sed duobus Hebdomadariis fuerit commissum.*
3 *Mulier vna non potest duos, vel plures sponsos habere.*
4 *Corpus vnum duo retinere capita monstruosum est.*
5 *Ecclesia vna non potest duos, vel plures habere parochos.*
6 *Hebdomadarii plures deputati ad exercitium curæ, non possunt dici parochi.*
8 *Cura habitualis dicitur inesse capitulo si ille præstare tenetur omnia ornamenta sacra necessaria pro exercitio dictæ Curæ.*
9 *Onus regulariter dicitur correspectiuum honori.*
10 *Parochialitatis ius in eo residere dicitur cuius petitur licentia sepeliendi cadauera extra parochiam.*
11 *Testes distinguentes præferendi sunt aliis, qui sine aliqua distinctione loquuntur.*
13 *Concursus factus ad cautelam, vel per errorem in Ecclesia illum non requirente non inducit obseruantiam, vel necessitatem eum adhibendi in futurum.*
14 *Status vltimus non attenditur vbi quæstio restringitur ad indagandum qualitatem beneficii.*
15 *Status vltimus beneficii contra veritatem nullius est roboris, & momenti.*
16 *Concursum ad euitandum, requiritur probatio vnionis per instrumentum publicum, immemorabilem, vel quadragenariam cum titulo, & vid. num. seq.*
18 *Enunciatiua, quæ non habuit effectum, non attenditur.*
19 *Enunciatiuæ recentes attendendæ non sunt.*
20 *Cura habitualis residere potest, in vna persona formali, seu intellectuali, repræsentata tamen per plures personas materiales.*
21 *Personæ duæ non repræsentant aliquod corpus, seù Collegium.*
22 *Vnicitas, vt possit verificari in persona ficta, requiritur quod agatur de aliquo corpore, Ecclesia, Collegio, seù vniuersitate.*
23 *Vniuersitas, Collegium, vel aliud simile corpus possunt etiam verificari in persona ficta.*
24 *Concursus an requiratur etiam in Parochialibus, quarum cura resideat penes Episcopum, vel Ecclesiam, & exercitium penes duos, vel plures.*
25 *Decisio, quæ loquitur contra communem opinionem, non attenditur.*
26 *Rota reuerenter amplectitur resolutiones Sacræ Congregationis Concilii.*

DECISIO DXVI.

TER proposito Dubio in Sacra Congregatione Concilij An Hebdomadaria, de qua agitur, subiaceat Concursui, nullaque capta resolutione, placuit eidem Congregationi consulere Rotam, quæ hodie negatiuè respondit
ex opinione communiter recepta, quod vbi cura habitualis residet penes Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, seù Collegiatæ, & exercitium penes Canonicos Hebdomadarios,
vel alios Clericos, † Concursus non sit necessarius, vt de 1
mente dictæ Sacræ Congregationis firmarunt Paris. *de resign. l. 8 q 9. n. 93. & 94.* Gonz. *ad regul. 8. gloss. 6. num.* 158. *latè*
Garz. *de benef. p. 9 c. 2. à n.* 175. *cum pluribus seqq. & signanter
n.* 178 *& 182.* Massobr. *in prax. haben. Concurs. prælad. 3. Dub.
3. n. 24. Reuerendiss.* Fagnan. *in c. Cum sit ars de ætat. & qualit à n. 20. ad* 28 & dixit pluries Rota vt coram Bich. *decis.*
211. *n. 5. & decis.* 268. *n.* 23. & alibi passim.

Quod autem cura habitualis resideat penes Capitulom
Vicense † potissimum deducebatur ex eo, quia illius exer- 2
citium non vni, sed duobus Hebdomadarijs commissum
apparet, & quidem insolidum alternis in Hebdomadis,
nullisque distinctis portionibos, quo casu sicuti vna mu-
lier † non potest duos, vel plures sponsos habere *cap. 1. de* 3
spons. duorum neque vnum corpus † duo Capita, quia esset 4
monstruosum, *c. quia plerisque, de offic. ordin* itaque neque
Ecclesia duos, vel plures Curatos, *c. cum non ignores. de pręben. can. in apibus 7. quæst. prima can. sicut vnaquaque* at. *q.* 2. 5
quales proinde dici nequeunt † dicti Hebdomadarij, vt 6
prosequitur Felin. *in cap. in nostra sub n. 15. ante finem, vers.*

idem dic. 5. de rescript. Oldrad. *consil. 67. num. primo* Mandos. *cons. 20. n. 7. & 8.* Gonzal. *ad regul. 8. dicta gloss. 6. n. 42. & seqq.* Lotter. *de re benef. lib. primo q. 20. n. 110. cum pluribus seqq.* Rot. *dec. 52. n. 17. & duobus seqq. par. 2. diuers. dec. 489. num. 3. par. 3. recen. dec. 74. sub n. 6. cum seq. coram* Zarat. *& dec. 377. n. 9. cum tribus seqq. coram Bichio.*

Et huic fortissimo argumento annectitur alia non minus efficax circumstantia, resultans ex omnimoda administratione Iurium Parochialium residente penes Capitulum, cuius ministri locant, & exigunt Decimas, & primitias, easque recondunt in Horreo Capitulari, & exindè congruam portionem primitiarum dumtaxat assignant Hebdomodario, de quo agitur, vt probant Testes pro vtraque parte examinati dati cum aliis Iuribus in Summario Isidori *n. 6. 8. & tribus seqq.* Quando enim Primitiæ, Decimæ, & oblationes, quæ dantur ratione curæ, competunt
7 alicui Prælato assignata certa portione Vicario, † tunc cura dicitur esse penes eundem Prælatum, vt ex doctrina Card. *in clem. vnic. n. 10. q. 9. de offic. Vicar.* firmauit Rota coram Seraph. *dec. 1304. sub n. primo vers. hinc resultat coram* Martin. Andr. *dec. 11. n. 2. in fine, & n. 3. in rec. dec. 445. nu. 7. par. 5. dec. 16. n. 6. par. 6. & dec. 88. n. 12. par. 9.*

His accedit onus inhærens Capitulo subministrandi Hebdomodariis omnia ornamenta sacra pro exercitio cu-
8 ræ necessaria, quod vti regulariter correspectiuum honori,
9 † non obscurè indicat in præsenti habitum curæ in Capitulo subministrante ornamenta, & merum exercitium in Hebdomodariis illa recipientibus, vt in specie aduertit Rot. *dec. 99. n. 4. & 8. circa princ. par. 3. recen.*

Rursus pro corroboratione prædictorum ponderabantur nedum plures licentiæ à Capitulo concessæ sepeliendi cadauera extra Ecclesiam Parochialem, nullo requisito con-
10 sensu huius Hebdomodarii, † quod arguere Ius Parochialitatis in eo residere notat Abb. *in rubr. de Paroch. sub nu. 2. vers. & vt Parochianus,* Ricc. *in prax. resol. 293. n. primo par. 4.* Barbos. *de offic. Paroch. cap. 26. n. primo vers. hoc enim Ius,* & Rota *in Tranen. Iuris Sepeliendi 2. Decembris 1671. sub §. non obstat vers. et sic etiam Ius sepeliendi coram bo. me. Prio o.*

Verùm etiam dicta Testium pro Isidoro examinatorum, & data in eius Summario *n. 2.* qui vti distinguentes
11 curam habitualem Capituli ab exercitio Hebdomodarii, præferendi sunt aliis formiter examinati pro Ioanne promiscuè, & absque alia distinctione, & sine vlla concludenti ratione de independentia Hebdomadarii à Capitulo deponentibus Alex. *cons. 150. num. 17. lib. 5. &* Rot. coram Bichio *dec. 86. n. 10. & coram* Dunoz Iun. *dec. 13. n. 7.*

Addito insuper, quod iidem Testes in contrarium adducti, & relatio moderni Vicarii Capitularis negantes primitias assignari ex Massa Capitulari, conuincuntur de errore, non solum ex testibus Isidori, aliisque prædictis, verum etiam ex Bulla Beati Pii Quinti edita de anno 1566. super vnione alterius Hebdomodariæ dicto Summario *nu. 15.* in qua enunciatur Hebdomodarium maiorem percipere suā portionem ex dicta Massa; Et quatenus dicunt eundem Hebdomodarium concurrere ad expensas litium, reparationis Horrei, & ad salaria Collectorum à Capitulo deputatorum, hæc omnia vti correspondentia oneri, cui subest Capitulum colligendi, & conseruandi Primitias, quæ ipsi
12 participantur, † non concludunt ad eius fauorem curam habitualem, & independentem iuxta tradita per Rot. coram Zarat. *dicta dec. 74. nu. 9. & 10.* Alii verò Testes dati in Summario Ioannis *n. 7.* vti examinati absque Citatione, & sine interrogatoriis huius partis non fuerunt habiti in consideratione.

Quibus positis non releuant concursus aliquoties habiti in Collatione huius Hebdomodariæ; Quia ex præmissis
13 censentur adhibiti ad cautelam, vel per errorem, † & proinde non apti ad inducendam aliquam obseruantiam, vel necessitatem illos adhibendi in futurum, vt pluries dixit Rot. & signanter coram Caualer. *dec. 595. nu. 5. coram* Coccin. *dec. 2312. nu. 11. vers. neque refert, & duobus seqq. coram* Bich. *dec. 203. n. 15. & in rec. dec. 16. n. 16. & seqq. par. 6.*

Quemadmodum neque ex iis deduci valet vltimus status suffragabilis ad effectum de quo agitur, nam quæstio hodierna non versatur inter Collatores circa pertinentiam, vel super iustificatione gratiæ inter prouisos, in quibus ca-
14 sibus attenditur vltimus status; † sed circa indagandam qualitatem huius beneficii, adhoc vt ea cognita Eminentissimus Prodatarius, qui super ea exquirere voluit responsum Sacræ Congregationis, illud conferre valeat alteri ex collitigantibus prævio concursu, vel sine, quem constito ex
prædictis non esse necessarium, vltimus status contra ve- 15
ritatem non debet attendi iuxta tradita per Rot. *decis. 737. nu. 6. par. 2. recent.* & benè per Coccin. *in adnot. 304. num. 11.*

Minus obstat pro excludenda necessitate concursus à Sacro Concilio Tridentino requisiti, † probari debuisse 16
vnionem huius Hebdomodariæ per Instrumentum publicum, seù per immemorabilem, vel quadragenariam præscriptionem cum titulo ex nouissimè deductis in *Gerunden. Parochialium 11. Februarii Currentis anni coram R. P. D. meo Emerix* & in aliis ibi allegatis.

Quia obiectum procederet si doceretur curam habitualem aliquando extitisse penes aliam Ecclesiam,
vel diuersam personam, quibus adempta, & vnita 17
Capitulo prætenderetur, in quibus terminis loquitur dicta Decisio, cum aliis in contrarium adductis; At cum illa semper resederit penes dictam Ecclesiam Cathedralem Vicensem, quæ fuit, & est vnica Parochia in tota Ciuitate, & neque probetur Hebdomodariam, de qua agitur, esse de Iurepatronatus Sacristæ maioris huius Ecclesiæ ex tribus enunciatiuis emissis in totidem prouisionibus, quarum prima non habuit
effectum, & aliæ sunt recentes, † & proinde non at- 18
tendendæ, vt de prima tradit Coccin. *decis. 2342. num.*
34. † & de aliis Zarat. *decis. 10. num. 35.* atque ex 19
supra allegatis *in §. quod autem* pateat huiusmodi curam existere non posse penes Hebdomodarium, inde sequitur, quod per necesse dicendum sit eam residere penes Capitulum, etiamsi nulla vnionis probatio adducatur.

Non releuante responsione, quod non implicet curam
habitualem, † seù Ius Parochiale indiuiduum residere in 20
vna persona formali, seù intellectuali formata, vel repræsentata per plures personas materiales, penes quas insolidum sit exercitium iuxta sententiam Innoc. *in c. cum non ignores de præben.* quam post alios sequitur Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 20. num. 115. & seqq.*

Quia doctrina est vera, sed non applicatur; In istis enim Hebdomadariis vnicitas personæ non potest considerari
neque materialiter, neque formaliter, † quia non repræ- 21
sentant aliquod corpus, seù Collegium, in quo tanquam
in ficta persona huiusmodi vnicitas † formaliter possit ve- 22
rificari iuxta deducta per Oldrad. *d. cons. 67. sub num. primo,*
& prout contingit in Capitulo, † seù aliqua alia vniuer- 23
sitate in quibus procedit dictum Innocentii & explicat Lotter. *dicta quæstione 20. num. 117. & seqq.*

Minus denique obstat *decis. 48. parte prima diuers.* fir-
mans concursum requiri etiam in Parochialibus, † qua- 24
rum cura residet penes Episcopum, vel Ecclesiam, & exercitium penes duos, vel plures; Nam quatenus ista decisio loqueretur de cura habituali residente penes Ecclesiam Cathedralem, vel Collegiatam, de quibus tamen non lo-
quitur, † nullatenus deberet attendi vtpote contraria au- 25
thoritatibus, aliisque Decisionibus supra allegatis, & præ-
sertim resolutionibus Sacræ Congregationis, † quas Rota 26
solet reuerenter amplecti.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. TAIA.

Bononien. Fideicommissi de Maluetiis.

Lunæ 13. Maij 1675.

ARGVMENTVM.

Quæstio erat de mobilibus hæreditariis ex cursu sequisæculi, vt præsumitur, consumptis, secus autem in iis, quæ seruando, seruari possunt, qualia sunt aurea, & argenta, quæque vt veniant in restitutionem fideicommissi, præcisè probari debet eorum qualitas, & quantitas ad manus hæredum peruenta, cuius probatio non resultat ex sola nobilitate familiæ, maximè antiquis temporibus, quibus curta supellectilis erat.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Opinio sua vnicuique placet, & n. 2.*
3 *Tertii possessores bonorum fideicommissi, pro illius mobilibus vltra sequi soeculum conueniri non possunt, amplia vt n. seqq.*
4 *Mobilia fideicommissaria post annos trigiata, non amplius habentur in consideratione, & n. seqq.*
5 *Mobilia non veniunt in restitutione fideicommissi, vbi concurrit tanta diuturnitas temporis, quo verisimiliter fiat perempta.*
6 *Mobilia, quæ seruando seruari possunt, veluti aurea, & argeata, fideicommissario restitueada sunt, vel æstimatio præstanda.*
7 *Articulans non fatetur.*
8 *Positiones qui dat, vtique quod dicitur fateri.*
9 *Testes de credulitate, de auditu, vel de publica voce, & fama, non probant qualitatem mobilium hæreditariorum.*
10 *Mobilia fideicommissaria probari debeat hæc, & illa in hæreditate fuisse reperta, & peruenisse ad manus grauati.*
11 *Suppellex olim erat curta, licet longè latèque à iuris consulto descripta.*
12 *Mobilium, qualitatis, & quantitatis præsumptio resultans ex nobilitate familiæ non sufficit ad grauaadum hæredem.*
13 *Labor, præcipuè scribentium, quo ad fieri potest, reddi non debet inanis, & vacuus, ac sine fructu.*
14 *Pretii diminutio non fit si periti æstimationem fecerunt ad corpus non autem ad mensuram.*
15 *Æstimatio peritis e referentis ad numerum Bubulcarum, videtur pendere à quantitate.*

D E C I S I O DXVII.

POSTQVAM 2. Decembris 1667. & 19. Februarii
1672. decisum fuit, dandam Immissionem D. Com.
Lutio præuijs aliquibus detractionibus faciendis à DD.
Tertijs possessoribus, vt in illis decisionibus, Proposita
denuo Causa 18. Martij proximi præteriti super confir-
matione decisionum, dilata fuit resolutio propter discor-
diam DD. in multiplicitate quæstionum varie respon-
1 dentium ex diuersis rationibus † prout cuique sua place-
bat opinio.
Hodie reproposita Causa DD. persliterunt in suis opi-
2 nionibus, † varijs, vt supra, solumque consenserunt de
3 mobilibus à fideicommisso vniuersali subducendis; † Ita-
ut Tertij Possessores rei conuenti ad nihilum teneantur
ex persona suorum Auctorum nullamque habendam esse
rationem, vtpotè cum fideicommissum sit vltra sexquise-
culum antiquum ab anno 1528. ex Peregrin. *art. 35. sub nu.*
28. Rota coram Bicch. *decis.* 510. *num.* 21. & 22. vbi post
4 30. annos † non fuit habita ratio mobilium fideicommis-
sariorum, & coram Coccin. *decis.* 550. *num.* 10. & genera-
5 lius quando concurrit tanta temporis diuturnitas, † quo
verisimiliter mobilia sint perempta, Peregrin. *de fideicom.*
art 16. *num.* 40.
Quæ autem mobilia seruando seruari possunt, veluti
6 aurea, & argentea † proculdubio restituenda sunt, vel
æstimatio præstanda, vt prosequitur Peregrin. *d. art.* 10.
nu. 43. sed difficultas fuit in genere probationis, quoniam
DD. Læuis visa est illa desumpta per articulos datos à
Procuratore Martij Pronepotis Testatoris heredis graua-
7 ti, & Auctoris Rearum † quippe articulans non fatetur,
8 sicuti fatetur † qui dat positiones, *ad cap. vlt. de iureiur. in*
sext, o & ibi DD. Gabr. *de confes. concl* 4. *n.* 24. & 25. multò
9 minus quidquam probantibus Testibus † de credulitate
vel de publica voce, & fama, vel de auditu iuxta Soccin.
Sen. *cons.* 249. *num.* 28. *vers. verum est lib.* 2. Peregrin. *d. art.* 35.
d. num. 28 cum fideicommissarius debeat probare hæc, &
illa mobilia fuisse in hæreditate, & peruenisse ad ma-
10 nus grauati, adeoque illorum substantiam, & specialius
valorem; Rota coram Ludouis. *decis.* 285. *nu.* 2. æstimato
quoque excessiuo valore mobilium in libris 12. mil. vtpo-
11 te quod ex temporum, & sæculi frugalitate † erat tunc
curta suppellex quamuis longam latamque descripserint,
Paulus *sub rubr. ff. de suppellect. legat. lib.* 3. eruditissimè
enucleata à Menoch. *præsumpt.* 160 *ex num.* 6. *lib.* 4. nulla
habita ratione præsumptionis resultantis ex nobilitate
12 familiæ, † cum hæc non sufficiat ad grauandum hære-
dem Peregrin. *d. art.* 35. *num.* 28. *vers. nec præsumptum vidi*,
quem refert, & sequitur Cyriac. *contr.* 204. *nu.* 6. Rota cor.
Duran. *decis.* 387. *in prima num.* 22. & 24.
Cæterum de alijs quæstionibus neque paucis super con-
trouersis detractionibus remanentibus, & agitatis nihil
potuit liquere ad varia suffragia DD. vt supra.
His sic positis bona fide ne ingens scripturarum moles,
& par labor scribentium vtrinque † inanis, & vacuus 13
præteriret fructu consului adhuc DD. An concordarent
in reliquis, & cum quæstio mota esset de subducendo va-
lore Bubulcarum 20. tanquam excessiuè appositarum à
Peritis referentibus valorem Prædij Plumatij, vti con-
stantis ex Bubulcis 280. cum ferè contineat tantum Bu-
bulcas 260. & si vnus ex DD. credere non esse faciendam
reductionem, quia Periti in æstimatione facienda relatio-
nem habuerint ad corpus, non ad mensuram, † quo casu 14
non fit diminutio pretij Rota coram Ludouis. *decis.* 104.
& *ibi Adnot. n.* 8. cum allegatis.
Nihilominus alij DD. censuerunt subducendas, illa-
rumque valorem, quia Peritus ille, qui in eo excessu il-
las æstimauit in sua peritia, se refert ad numerum Bubul-
carum, adeoque æstimatio videtur pendere à quantitate
Surd. *tota decis.* 64. Costa *de ration. rat. qu.* 35. *nu.* 16 Mantic.
de Tacit. & ambig. tit. 27. *n.* 13. *lib.* 4. Rota *decis.* 111. *in princ.*
coram Bichio, & vnus ex DD. addidit, hoc dici non posse
postquam Rota mandauit subdelegationem pro haben-
da vera mensura totius Prædij, & numero Bubulcarum
& sic vix conclusum est, etiam 20. Bubulcas deducendas
super alijs quæstionibus nihilo adhuc liquente.
Et ita vtraque &c.

R. P. D. M A T T H Æ I O.

Brundisina Pecuniaria.

Lunæ 13. Maii 1675.

A R G V M E N T V M.

Sortem principalem cambij restituere recusabat debitor, prætextu cambiorum per eum indebitè solutorum, quæ proinde in eam imputari prætendebantur; Verum quia numquam docuit de integra solutione illorum, & quantum verè pro qualibet feria fuerit solutum, ideo imputationi locum non esse, & sortis restitutionem euitari non posse deciditur, cum generica expressione sine vlla transmissione literarum ad nundinas ad hunc effectum non sufficiat.

S V M M A R I V M.

1 *Solutio est quid facti, & ideo non præsumitur, nisi concludentissimis probationibus demonstretur.*
2 *Vsuram solutio probari debet pleaè, & concludenter, alioquin non solum non præsumitur, sed quoad fieri potest excluditur.*
3 *Delictum ad excludendum omnis, & possibilis interpretatio capienda est.*
4 *Cambiorum cursus illorumque solutio non benè probatur ex instrumento solidationis, in quo illa solum genericè liquidata, & soluta sunt, & n. seqq.*
5 *Assertio generica, & vaga sine indiuidua temporis mentione cambiorum, non sufficit ad probandum veram, & realem solutionem illorum.*
6 *Cambiorum in solutione probari debet, quid & quantum pro qualibet partita solutum sit.*
7 *Cambia non sunt semper vniformia, & modo minus, & modo plus, & quandoque nihil lucri, & quandoque etiam damnum afferunt.*
8 *Exceptio vsurarum turbida non attenditur, & quando illa talis esse dicatur.*
9 *Cambia soluta si velit impugnare debitor, quid probare teneatur.*
10 *Solidationem computorum non fuisse factam probare teneatur debitor, qui solutionem impugnat, & num. seqq.*

11 *Instrumentum publicum, vel aliqua in eo contenta, si quis impugnare velit, tenetur concludenter docere de errore.*
12 *Cessionarius cambij non præsumitur conseruasse literas cambiorum, & recambiorum, maximè post longum tempus.*
13 *Cambij restitutio à debitore retardari non potest exceptione cambiorum indebitè, & vsurarie solutorum & quando vide per totam.*
14 *Cambiorum debitor si probauit certas, & indiuiduas solutiones eorum, potest impedire restitutionem sortis & fructuum imputationem in illam.*
15 *in Præscriptione decennali probari debet fuisse lapsum integrum decennium.*
16 *Præscriptionis tempus currit de momento ad momentum.*
17 *Cessio facta à consocio substinetur, & quanda.*
18 *Socij inter se dicuntur habere reciprocum mandatum in iis, quæ ad commune negocium spectant.*

DECISIO DXVIII.

SVPER noua difficultate in hac vltima propositione excitata, non prius in altera deducta, dum consulerem DD. prodijt resolutio, quod esset recedendum à decisis.

1 Solutio enim, cum sit quid facti, † numquam præsumitur, nisi concludentissimis probationibus demonstretur *l. 50. ff. de probat.* Surd. *decis.* 105. *num.* 9. Afflict. *dec.* 91. *num.* 2. Rota coram Greg. XV. *decis.* 139. *nu.* 1. & *in Neapolitana Pecuniaria* 26. *Ianuar.* 1653. *coram bon. mem. Meltio*, & præsertim hoc procedit, quando agitur de solutio-
2 ne vsurarum, † quæ cum delictum contineant, omnis
3 † interpretatio capienda est ad excludendam illius solutionem iuxta *tex. in l. merito, ff. pro socio, & in l. dolum, ff. de dol.*

Ideo cum in decisione, quæ reuidetur firmatum fuerit Cambia soluta extinxisse sortem principalem, in hac propositione re melius ponderata, consideratum fuit hu-
4 iusmodi cambia soluta † non probari, nisi ex assertione emanata in Instrumento solidationis facto de anno 1635. in quo creditum prouenienss ex cambijs, & recambijs detractis omnibus expensis firmatum fuit ascendere ad scuta
5 5448. quæ assertio † sine indiuidua temporis mentione Cambiorum, cum visa fuerit Dominis nimis generica, & vaga, dixerunt non esse sufficiente ad probandam veram, & realem Cambiorum, & recambiorum solutionem Rota coram Coccin. *decis.* 700. *num.* 8. & *decis.* 443. *nu.* 5. *vbi* Adden. coram Buratt. & *decis.* 443. *num.* 8. *par.* 1. *recent.* Ex huiusmodi enim incerto computo, minime deduci potest quid, & quantum pro Cambijs fuerit solutum
6 † prout necesse est vt doceatur de qualibet particulari so-
7 lutione, quia cambia non sunt conformia, † & modo minus, modo plus, & quandoque nihil lucri, & quandoque damnum afferuntur, vt dicit Rot. *decis.* 304. *num.* 5. *par.* 2. *recent.*

Et ex his patet exceptionem vsurarum esse euidenter
8 turbidam † dum pro parte debitoris, non solum non probatur quantitas Cambiorum, solutorum in causam vsurarum, sed minus quod aliquid ad huoc effectum fuerit solutum, & tamen non agitur ex primis Instrumento-
9 rum Cambij, sed ex Instrumento solidationis, † & propterea non solum debitor probare debet cambia fuisse soluta, sed etiam fuisse indebita ob non transmissionem literarum ad nundinas, & quod minus
10 fuerint solidata computa Bartol. *in leg. cum de indebito* 25. *num* 4. *vers.* 3. *nota, & ibi Adden. lit. G. ff. de probat.* Alexand. *cons.* 83. *sub num.* 1. *vers. & primum est, & ibi Add. lit. A & B. lib.* 5. Cyriac. *controu.* 263. *num.* 7. & 11. Rot. *decis.* 130. *num.* 17. *part.* 5. & *decis.* 89. *num.* 19. *par.* 10 *rec.* & *in Pisaurien. Pecuniaria* 3. *Decembr.* 1666. & 19. *Nouembr.* 1668 *coram Reuerendissimo Decano.*

Præsertim vero, quia huiusmodi computorum solidatio facta fuit per publicum Instrumentum, contra quod,
11 † si Ioannes venire vult debet concludenter docere de errore *l. semel C. de Apoc. lib.* 10. & Couar. *de rat. ocin. cap.* 31. *num.* 5. Rota coram Buratt. *decis.* 146 *nu.* 6. & *decis.* 482. *num.* 8. *part.* 4. *recent.* & eo magis, quia agit contra Mar-
12 chionissam vti tertiam, & cessionariam, † quæ non præsumitur conseruasse huiusmodi literas Cambiorum, & recambiorum fere post 40. annos, Quo calculi solidati fuerunt Mascard. *de probat. conclus.* 88. *num.* 4. & 10.

Attenta autem turbiditate, resultante ex incerta, & illiquida solutione horum cambiorum, cum Marchionissa agat pro solutione sortis principalis prouenientis ex Instrumento liquido, certo, & indubitato, & obligatione iuxta ritum magnæ Curiæ valiato, † illius solutio retar- 13
dari non potest, sub prætextu indebitæ, & vsurariæ solutionis cambiorum, eorumque imputationis in sortem Rota coram Duran. *decis.* 11. *numer.* 24. *vers. & in omnem casum decis.* 540. *num.* 10. *vers. quidem Domini par.* 2. & *dec.* 166. *n.* 11. *p.* 10. *rec.* & *in Romana Pecuniaria* 7. *Iunii* 1647. §. *vltimo coram bon. mem. Card. Corrado.*

Contrariæ autem decisiones allegatæ in decisione, quæ reuidetur, habent locum solummodo, † quando Reus 14
excipiendo probauit certas, & liquidas cambiorum solutiones, vt patet *in decis.* 74. *num.* 1. coram Bichio, & *decis.* 566. *numer.* 7. *part.* 10. & *in Romana Pecuniaria* 28. *Ianuarii* 1669. §. *His tamen non obstan. coram Reuerendissimo Decano.*

Quo verò ad præscriptionem, & ratificationem, in quibus etiam fundatur decisio, dicitur illam non substineri, & primum tollitur, quia ipse non est possessor decennalis ante motam litem, dum possessionem obtinuit die 25. Iunij 1663. & eius pater die 14. Decembris 1662. vt in Summario num. 3. & 4. & lis orta fuit die 8. Februarii 1672. & hinc patet non fuisse lapsum integrum decennium, † prout requiritur in præscriptione in qua tempus 15
† currit de momento in momentum Rota coram Bichio 16
decis. 131. *num.* 16. & *decis.* 379. *num.* 12.

Alterum euanescit dum docetur de publica ratificatione Instrumenti, & quando illa non adesset, sufficeret, quod cessio facta fuerit à Consocio, † quæ substinetur ob 17
reciprocum mandatum, quod inter socios adest † in ijs, 18
quæ ad commune negocium spectant iuxta *textum in l.* 1. §. *final.* & *in l. si tamen plures, ff. de exercit. act.* Rota coram Greg. XV. *decis.* 302 *num.* 1. & coram bo. mem. Celso *dec.* 2. *pariter num.* 1. & *seqq.*

Et ita vtraque parte, &c.

Altera præsentis causæ decisio est impressa in præcedenti tomo primo istius Decimæ octauæ Partis Recent. vbi est in ordine 191.

R. P. D. VICECOMITE.

Bononien. Fideicommissi de Ioannettis Super manutentione.

Lunæ 13. *Maii* 1675.

ARGVMENTVM.

Quamuis sententiæ in ea parte, qua sunt conformes, exequutioni demandandæ sint, tamen quia ratione indiuiduitatis prætendebatur nullitatem, & excessum in parte inferre adhuc in totum, ideo solida distinctione firmatur, quod aut agitur de committenda causa appellationis, vel reuocandi exequutionem iam factam, & eo casu nullitas, & excessus in parte operatur nullitatem, & excessum in totum, vbi verò executio adhuc facienda fit, & corpora fuerint inter se distincta, illæ exequutioni demandari possint in parte conformi, reiecta parte difformi.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ dicuntur conformes in ea parte, qua vna idem continet, quod continet alia, licet in reliquis sint difformes.*
2 *Sententiæ in ea parte, qua sunt conformes exequendæ sunt.*
3 *Sententiæ, quarum vna plus continet alia, ratione indiuiduitatis sunt nullæ, etiam in parte conformi.*

4 *Diffor-*

4 *Difformitas, aut quilibet excessus sententiæ sufficit ad effectum committendi causam appellationis.*

5 *Difformitas, & excessus sententiæ iam exequutæ operatur, vt ratione indiuiduitatis omnes reuocari debeant in totum, & n.8.*

6 *Sententiæ dicitur indiuidua etiam ratione corporum distinctorum, si vnica actione petita sint, & vnico verborum structura concessa.*

7 *Exequutio sententiorum ratione indiuiduitatis bonorum fieri potest in parte conformi, resecta portione difformi.*

9 *Sententiæ quoad fieri potest numquam multiplicantur in Rota.*

10 *Veritor sola in tribunalibus supremis, & præsertim in Rota Romana, semper attenditur.*

11 *Sequestrum, re integra reuocatum, non afficit nec aliquam nullitatem inducit.*

12 *Sequestrum solum sine aliqua perceptione fructuum, non facit exequutionem fuisse consumptam, aut possessionem translatam.*

13 *Possessio capta non citata parte vigore statut.* Bononiæ §. statuimus rubr. quod nullus occupes lib. 2. *non suffragatur.*

14 *Res iudicata exequutioni demandari debet.*

15 *Renunciotio partis extinguit litem itaut alterius iudiciali reuocatione locus amplius non sit.*

D E C I S I O DXIX.

LATA in Coria Auditoris generalis, & sub inde in Rota Bononiæ duabus sententijs conformibus concedentibus manutentionem Horatio, & Romualdo de Ioannettis super quatuor prædijs sitis in communibus S. Pauli di Racone Burgi Pancialis Corticellæ, & Passicalui fideicommissarijs quondam Pirri de Ioannettis contra Diamantem Guidottum, ad istius prouocationem causa ad nostram Rotam deuoluta, prodijt tertia sententia coram R. P. D. meo Beuilaqua continens præter dictos quatuor census, pacta francandi, nomina debitorum, & id genus alia, confirmata in gradu appellationis coram R. P. D. meo Calataiu, & deinde coram R. P. D. meo Emerix per decretum diffinitum fuit constare de re iudicata; Verum cum prætenderetur sententias Rotales esse excessiuas, vtpote quia plus continebant, quam sententiæ de partibus, ideo mihi denuo commissa causa appellationis proposui dubium: An, & in qua parte constet de tribus, & decretum rotale sit confirmandum, & de tribus constare pro vt infra, decretum verò rotale esse confirmandum Domini responderunt.

De tribus igitur constat quoad quatuor corpora in duobus sententijs conformibus de partibus contenta, quia
1 ista quoque continentur in sententijs rotalibus, † & in
hac parte adest conformitas, licet in alia fuerit in nostris
plus superadditum, quam in illis de partibus, & in illa
2 parte conformi † veniunt exequendæ Surd. *cons.* 102. *num.*
7. Rota *decis.* 241. *num.* 4. *par. prima diuers.* coram Coccin.
decis. 508. *num.* 1. coram Ninot. *decis.* 14. *num.* 2. *in rec. decis.*
264 *num.* 32. *par.* 10. & *in Ferrarien. Bonorum* 27. *Ianuarii*
1662. *in principio coram Reuerendissimo Domino meo Decano.*

Nec ratione indiuiduitatis sententiæ R. P. D. mei Be-
uilaquæ, illiusque confirmatoriæ R. P. D. mei Calataiu
3 quæ regulariter, attenta difformitate in parte, † operatur nullitatem in totum, induci potuit nullitas etiam in
parte conformi, vt eleganter scripsit Gabriel. *cons.* 56. *per*
tot. lib. 1. & *dixit* Rota *decis.* 283. *numer.* 20. & 21. *part.* 9.
recent. & coram Eminentiss. Orthob. *decis.* 63. *num.* 12. &
in pluribus alijs pro Diamante allegatis, quia regula in-
telligenda venit cum distinctione.

Aut enim agitur de difformitate ad effectum commit-
4 tendi appellationem, & tunc quælibet difformitas, † aut
excessus sufficit, & in his terminis loquitur Gabriel. *præ-*
cit. consil. se explicando *n.* 17. & *sequenti.*

Aut agitur de difformitate ad effectum reuocandi sen-
5 tentiam excessiuam iam exequtioni demandatam, † &
tunc pariter indiuiduitas operatur, vt non possit reuocari
in parte, quin reuocetur in totum, & in hoc sensu loqui-
tur Rota *d. decis.* 283. *part.* 9. & *decis.* 63. *coram Eminentiss.*
Otthobon.

Sed quando agitur de difformitate sententiæ nondum
exequutioni demandatæ, & bona in ea contenta sunt se-
parabilia, prout in casu nostro, tunc licet ratione formæ
sententia dici possit indiuidua † etiam respectu corporum 6
distinctorum, vt quia vnica actione fuerunt petita, & vni-
ca verborum structura in sententia adiudicata iuxta *de-*
cis. 285 *num.* 6. *coram bon. mem. Card. Celso*, tamen attenta
earum separabilitate, executio fieri potest † super ijs, in 7
quibus adest conformitas absque eo, quod fiat in parte
difformi Adden. ad Boratt. *decis.* 567. *sub num.* 9. *vers. nec*
quando Rota *decis.* 93. *num.* 2 *par.* 5. *recent. benè* coram Coc-
cin. *decis.* 1819. *in fine*, & iuxta singula hæc quoque mem-
bra distinguitur coram Bich. *decis.* 512. *à num.* 20. *vsque ad*
finem nec ab hac distinctione dissentit *decis.* 285. Card. Celsi
in contrarium adducta; Etenim *num.* 8. loquitur de diffor-
mitate sententiæ † ad effectum reuocandi exequutionem 8
iam factam.

Et quidem cum apud suprema tribunalia praxis hęc sit
receptissima, & præsertim in nostra Rota, à † cuius cel- 9
situdine est prorsus alienum multiplicare cum maximo
partium dispendio, sententias, † vbi sola veritas attendi- 10
tur, vt habemus in præcis. *decis.* 552. *sub numer.* 19. *coram*
Bichio, nullamque apud nos patiatur in iure difficulta-
tem, opponebatur in facto dictam sententiam R. P. D.
mei Beuilaquæ excessiuam fuisse exequutioni demanda-
tam mediantibus duabus sequestris altero super præ-
dio di Castagnolo altero super prædia in communi
Sancti Martini, & sic nos versari in casu secundi
membri distinctionis Sed neutrum fuit iustificatum, † & 11
quoad primum apparet re integra fuisse reuocatum Sum-
mario responsionis num. 2. & vigore alterius nullibi con-
stat fructus aliquos fuisse perceptos, nec sola appositio se-
questri efficis, † vt dicatur consumpta executio, aut in- 12
apponente translata possessio Bar. *in l. interesse num.* 4. *ff. de*
acquir. possess. Abbas *in cap. examinata num.* 14. *de Iudic.*
Rota coram Greg. *decis.* 9. *num.* 2. & *ibi* Adden. *lit. A. in rec.*
decis. 172. *num.* 3 *par.* 3.

Impugnabatur vlterius harum sententiarum confor-
mitas ex capite iniustitiæ ex eo, quod manutentionem
concedunt, Ioannettis, in prædictis quatuor prædijs, quo-
rum possessionem adepti fuerant † non citata Diamante 13
hærede vltimi grauati contra dispositionem Iuris com-
munis, nec non etiam municipalis statuti *in §. statuimus*
rubrica, quod nullus occupet lib. 2. sed quoniam materia
hæc fuit in præteritis instantijs coram R. P. D. meo Be-
uilaqua satis discussa, vt ex illius decisione 10. Decem-
bris 1668. nec non etiam coram R. P. D. meo Calataiu,
vt ex illius pariter decisione 26 Iunij 1671. & singula obie-
cta, quæ modo fiunt, fuerint in illis bene sublata propte-
rea ad eas se Domini referentes, responsiones ibi datas in
omnibus approbarunt.

Constito ex his de tribus procedit de plano resolutio se-
cundæ partis dubij, Decretum scilicet rotale R. P. D. mei
Emerix, quo diffinitum fuit, constare de re iudicata, † 14
esse exequendum per *text. in l. vnicu C. Ne liceat in vna ea-*
demque causa cum alijs traditis per Rot. coram Coccin.
decis. 620. *per totam.*

Nullatenus resistente, quod in hoc decreto non fuerint
reuocatæ sententiæ rotales in parte excessiua, quia huic
excessui facta fuerat præuentiua renonciatio, † per quam 15
lis dicebatur finita, itaut nulla amplius opus esset iudi-
ciali reuocatione, argum. *text. in l. postquam liti* 4. *C. de pa-*
ctis, vbi Iason. *sub num.* 7. Lancell. *de attent. par.* 2. *cap.* 4. *in*
præfat. num. 281. & *seqq.* Gaierat. *de renunc. cent.* 1. *renunc.*
18. *sub num* 11. *vers præterea*, & huic eidem obiecto occur-
ritur in eadem *decis. R. P. D. mei Emerix* 25. *Iunij* 1674. *in*
princip.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Romana Saloiani.

Lunæ 13. *Maii* 1675.

A R G V M E N T V M.

Saluianum Creditori conceditur, quia de suis requisitis concludenter docuerat, quorum quæstione redacta ad identitatem bonorum, illa ex pluribus demonstratio-

ſtrationibus probari viſa eſt; Cumq; reus & poſſeſſor exciperet de retentione ob ſolutiones anterioribus factas, immiſſio, & reſpectiuè retentio vnicuique pro ſua portione eſt conceſſa.

S V M M A R I V M.

1 *Saluiani extrema ſunt, creditum cum hypotheca, poſſeſſio debitoris, & rei conueati, quibus concurrentibus illud conceditur, & n. ſeqq.*

2 *Poſſeſſio rei conuenti ad effectum immiſſionis in Saluiano probata remanet ex ſubſtentatione litis.*

3 *Identitas bonorum ex pluribus demonſtrationibus probatur, ac etiam leuiores ſufficiunt.*

4 *Immiſſio in Saluiano creditori conceditur, & vna ſimul poſſeſſori retentio, cuilibet tamen pro ſua portione.*

5 *Creditum Saluiani, licet poſterius, gaudet priuilegio potioritatis, & quando, vid. n. ſeqq.*

6 *Creditis miſerabilium perſonarum potioritatem conceſſit ſan. mem. Paulus V.*

7 *Creditum Salarij vt habeat priuilegium potioritatis, quatenus probetur ex ſola enunciatiua partium.*

8 *Lex extenditur tantummodo ad caſus futuros, non autem præteritos.*

D E C I S I O DXX.

VENDIDERVNT de anno 1602. Torquatus, & Valerius de Verera Antonio Naldo Domum cum Viridario, ſitam in Regione Campi Martij pretio ſcutorum 830. ſub fideiuſſione Septimij Morontij, eademque domus de anno 1663. fuit à Naldo vendita Ioſepho Froſcianti pretio ſcutorum 1500. quorum mille fuerunt inueſtita in locis nouem Montis Sixti ſecundæ Erectionis pro alijs verò ſcutis 500. ipſe Ioſepho impoſuit Cenſum ſimilis ſommæ ad fauorem Naldi venditoris, qui illum ſucceſſiuè vendidit Horatio Caualcanti, dicta verò loca nouem reliquit Iure legati Archiconfraternitati Bononienſium Vrbis.

Verum quia poſt hæc Froſciantes alienauit Domum in Pompilium Euangeliſtam, qui eam donauit Petro Paulo Roſciolo, iſtoque defuncto, Horatius eius Pater hæres ſuper dicta Domo paſſus eſt immiſſionem ad inſtantiam Lutij Vincentij filij de Vetera; Hinc pro releuatione Indemnitatis tam ipſe Horatius, quam Maria hæres Horatij Caualcantis, cui ex cauſa huius euictionis fuit denegata ſolutio Cenſus, vt ſupra acquiſiti ab eius Authore, direxerunt actiones contra loca nouem Montis Sixti, eaque ſubhaſtari curatunt, ſed Archiconfraternitas, compoſita lite mediante tranſactione, & reportata Iurium ceſſione ab Actoribus, pro refectione damnorum paſſorum, inſtituit Iudiciom immiſſionis ex remedio Saluiani Interdicti ſuper quadraginta rubra circiter Terræ olim ſpectantia ad Septimium Morontium fideiuſſorem primorum venditorum, & modò poſſeſſa à fratribus de Ghislerijs, & ſententiam fauorabilem reportauit, Cauſaque per appellationem ad Rotam deuoluta, propoſitoque die 20. Martij præteriti de more Dubio, An ſit danda immiſſio, nullaque capta reſolotione, hodie denuo propoſito, cenſuerunt Domini dandam eſſe immiſſionem iuxta modum infra exprimendum.

Non enim fuit dubitatum conſtare de extremis in hoc
1 Iudicio requiſitis, † creditum namque cum hypotheca reſultat ex Inſtrumento publico primæ venditionis, in quo Septimius Morontius fideiuſſit, & ſe in forma Cameræ obligauit pro quacumque euictiones: Poſſeſſio verò bonorum antiqua, nempè penès Septimium debitorem probatur ex venditionibus ab ipſo factis in plotibus vicibus Paulo Ghislerio relatis in Inſtrumento confecto de anno 1624. Summario præterito Archiconfraternitatis
2 † num. 12. Moderna verò penè Reos conuentos deſumitur ex ſubſtentatione litis Rota coram Durand. *deciſ.* 40. *num.* 5. & *deciſ.* 193. *num* 4. & poſt Merlin. *de pignor. dec.* 52. *ſub num.* 1.

Et quamuis in alia propoſitione ijdem Ghislerij contenderent, Domum euictam non eſſe illammet aliàs venditam de anno 1602. à fratribus de Vetera; nihilominus ex facto hodie melius dilucidato, contrarium apparere viſum eſt Dominis.

In Inſtrumento ſiquidem venditionis dato in hodierno Sum. Archiconfraternitatis *num.* 1. Domus prædicta vna cum Viridario enunciatur poſita in Regione Campi Martij ſub proprietate illorum de Naris, & annuo Canone ſcutorum 4. & obulorum 80. iuxta aliam Domum eorundem Venditorum, Domum Ioannis Baptiſtæ Buſchæ, & viam Capitis ferrei; In mandato verò de immittendo conceſſo Lutio Vincentio Lilio d. Summario præterito *num.* 7. & in Inſtrumento poſſeſſionis illius vigore adeptæ Summario hodierno *num.* 2. *littera C.* illa vna cum Viridario poſita aſſeritur in eadem Regione iuxta Viam Capitis ferrei, Domum Angelæ Coronæ, & Domum Sanctiſſimæ Trinitatis Peregrinorum, & quod ſit obnoxia eidem Proprietati, & Canoni patet ex notula iurata penſionum perceptarum à Lutio immiſſo eodem mox d. Summario, & *num. lit. D.*

Quod autem Domus poſſeſſa ab Angela Corona ſit illamet in Inſtrumento venditionis enunciata pro confine Domus venditæ vel ſpectans ad ipſos de Vetera Venditores, patet ex narratiua emiſſa in d. Inſtrumento poſſeſſionis, & quod Domus poſſeſſa à Sanctiſſima Trinitate ſit illa olim ſpectans ad Io: Baptiſtam Buſcham elicitur ex duobus Inſtrumentis datis in eodem Summario ſub *num.*
2. *littera A.* & *B.* † Quibus omnibus concurrentibus ſatis 3
ſuperque probata remanet identitas controuerſa, iuxta vulgatam theorica Bartoli requirentem probationes longe minores *in l. demonſtratio falſa num* 2. *ff. de condit.* & *demonſtrat.* cum alijs per Surd. *conſ.* 44. *num* 20. Rota coram Coccin. *deciſ.* 120. *num* 5. & *deciſ.* 218. *num.* 3 coram Merlin. *deciſ.* 134. *num.* 1. 2. & 3. & coram Burait *dec.* 602. *n.* 12.

Et hac veritatem hodie amplius non impugnantes ſcribentes pro Ghislerijs inſiſtebant dumtaxat ſuper retentione bonorum, quam ſibi competere prætendebant pro creditis anterioribus ab ipſis ſolutis, quibus tamen non obſtantibus, Domini conceſſerunt immiſſionem petitam.

Nam licèt inter credita anteriora adſcribenda cenſuerint primo ſcuta 226. & obulos 80. ſoluta à Paulo Ghislerio pro ſorte, & fructibus Societatis Officij creatæ de anno 1592. ad fauorem Aſcanij Bertouini, Summario præterito illorum de Ghislerijs *num.* 3 *litera C.*

Secundo ſcuta 89. ſoluta Papirio Albero pro fructibus Cenſus in ſorte ſcurotom 400. impoſiti de anno 1495. eodem Summario num. 5.

Tertiò ſcuta 208 ſoluta pro fructibus eiuſdem Cenſus Petro Albero Papirij filio: Necnon alia ſcuta 200. ſolota Iacobo Guerisco Ceſſionario d. Alberti in cauſam fructuum poſteà decurſorum Cenſus præfati, d. Summario *num.* 6. & 7.

Nihilominus cum omnes partitæ mox recenſitæ conficiant ſummam ſcutor. 723. & obul. 80. & pretium bonorum penes Ghislerios exiſtentium aſcendat ad ſcuta 1191. hinc iuſtitiæ, & æquitati conſonum viſum eſt, retentionem concedere reis conuentis pro concurrenti quantitate
dictorum Creditorum, † & è conuerſo immiſſionem pro 4
eo, quod ſupereſt Archiconfraternitati, vt alias fuit practicatum in *recent. deciſ.* 294. *num.* 14. & 559 *num.* 5 *par.* 1. coram Caualer. *deciſ.* 652 *n.* 4. & 5. & *per* Rota *Maceraten. apud* Thomat. *deciſ.* 74. *nu.* 13. *cum ſeqq.*

Non attentis alijs duobus crediti, pro quibus etiam petebatur retentio, altero ſcutorum 38. ſolotorum de Anno 1610. famulæ Septimij Debitoris in cauſam Salarij eidem debiti, & altero ſcutorum 204. & obulorum 80. ſolutorum Bernardino Faſciulo pro fructibus Cenſus in ſorte ſcutorum 600. impoſiti de anno 1605. ab eodem Septimio.

Nam quoad primum Domini non fuerunt concordes,
opinantes alij, † illud licèt poſterius gaudere priuilegio 5
potioritatis huiuſmodi creditis miſerabilium † perſona- 6
rum indulto *à ſa. me. Paulo V. in ſua reformatione edita de anno* 1612. *tit. de iudic. in cauſ. ciuil.* §. & *quia iam*: Alij verò dubitantes illud non eſſe ſatis probatum per ſimplicem enunciatiuam emiſſam inter Ghislerium, & Septimium,
vel non comprehendi ſub diſpoſitione † dictæ *reformatio-* 7
nis editæ poſt annos a die ſuppoſitæ ſolotionis, ex regula,
quod lex ad futuros, † non autem ad præteritos caſus ex- 8
tenditor, Bart. *in l. omnes populi n.* 44. *poſt med. verſ. aut actus perfectus C. de Sacroſ. Eccleſ.* & alijs relatis, Honded. *conſ.* 26. *n.* 16. & 17 *lib.* 1. & Grat. *diſcept.* 465. *n.* 12.

Quo vero ad ſecundum, nullius momenti viſa eſt anterioritas deducta ex eo, quod onus extinguendi d. Cenſum impoſi-

impositum de anno 1605. fuerit assumptum à Valerio, & Torquato de Vetera tamquam debitoris Septimij impositoris, ex causa, quarti dotalis, & fructuum dotis promissæ Artiliæ eius Vxori, & respectiuè Sorori promissorum vsque de anno 1594. vnde deducebatur Paulum Ghislerium soluendo dd. scut. 204. extinxisse debitum dotis anterius venditioni factæ de anno 1602.

Nam quidquid dicendum foret de huiusmodi assumpto, si quæstio versaretur super retentione bonorum spectaotium ad illos de Vetera, quorum debitum supponitur extinctum, certum est non applicari præsenti hypothesi, io qua petitur retentio super bonis Septimij, & à quibus repelli nequeunt eius Creditores, ab alijs posterioribus, quales sunt Ghislerij, si prætendunt soluisse fructus Census tamquam æs alienum sæpè nominati Septimij, vel nullo modo illius Creditoribus, si vt supponuot, extinxerunt debitum dotis, cui fratres de Vetera erant obnoxij.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. VICECOMITE.

Baren. Census.

Veneris 17. Martii 1675.

ARGVMENTVM.

Ab omissa descriptione bonorum defuncti saluatur inuentarium hæredis, primò quia de creditoribus, illorumque certitudine vera notitia non aderat, secundò quia alia bona de tempore obitus in illius patrimonio non erant, cætera verò vel poterant vigore clausulæ *addendi*, & *minuendi* quandocumque describi, vel quia litigiosa erant iustam præbuerat causam hæredi, illa non describendi, vel tandem quia ad oculos Curiæ deducta, cum de facili occultanti non possent, imò ad notitiam creditorum peruenisse præsumantur, eorum propterea omissæ descriptionis defectus non vitiat.

SVMMARIVM.

1 *Copia simplex instrumenti ex alia simplici copia sine debitis solemnitatibus extracta, non probat.*
2 *Hæres, qui de legitimo inuentario non docet, ad debita defuncti de proprio tenetur*
3 *Instrumentum habens omnia requisita publici instrumenti plenè probat.*
4 *Inuentarium, de cuius legalitate plenè constat, suffragatur hæredi, & plenum facit probationem.*
5 *Inuentarium præseruat hæredem in eo statu, quo erat ante aditionem hæreditatis.*
6 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarii non tenetur de proprio ad soluendum debita defuncti.*
7 *Creditores certi ab hærede citandi sunt in confectione inuentarii, alias illud remanet nullum.*
8 *Hæredem habere veram notitiam de creditis defuncti, illorumque certitudine valde difficile reputatur.*
9 *Inuentarium non remanet nullum, si in eo citati non sint creditores, de quorum scientia, eorumque certitudine non docetur in hærede.*
10 *Hæres in inuentario citare solum debet creditores certos vera certitudine, incertos verò solummodo per affixionem, vel ædictum.*
11 *Bona, quæ de tempore obitus non erat in patrimonio defuncti, in illius inuentario ab hærede describenda non sunt.*
12 *Inuentarium non vitiat omissio arrendamentorum defuncti, quæ ad oculos Curiæ deducta erant, & sic creditoribus verisimiliter occultari non poterant.*
13 *Inuentarium ideo fuit adinuentum, ne res hæreditariæ dolosè occultarentur, & ne fraus creditoribus committantur.*
14 *Inuentarium non vitiatur ex sola omissione aliquorum bonorum, si de aliqua fraude, vel dolo non constat.*
15 *Dolus, & fraus perspicuis indiciis, & probationibus probari debet.*
16 *Dolus non committitur in omissa descriptione rei, quæ occultari non poterat.*
17 *Lis super defuncti præbet iustam causam hæredi illa non describendi in inuentario hæreditatis eiusdem.*
18 *Clausula* addendi, & minuendi *saluat, & præseruat inuentarium ab omni, & quacumque omissione descriptionis bonorum defuncti.*
19 *in Inuentario res omissæ possunt quandocumque describ vigore clausulæ* addendi, & minuendi.

DECISIO DXXI.

CONTRA bona propria Ioannis Alphonsi di Casamassima hæredis mediati alterius Alphonsi, qui
fideiussor accesserat in censu scutorum 2250. imposito per
Paolum Caduccium, dixit Rota sub die 26 * Februarij
superioris aoni coram me relaxandum esse mandatum
pro fructibus decursis fauore Nicolai Girondi illius Creditoris ex eo, quod legitimum Iouentarium non exhibuit
bonorum hæredirariorum dicti Alphonsi fideiussoris, sed
loco illius simplicem copiam sine debitis solemnitatibus
ex alia extracta, † quæ cum Iouentarij legalitatem non 1
probet, & habetur ac si cood tum non fuisset, ex traditis per *Auth. si quis in aliquo C. de eden.* Alex. *cons.* 138. *nu.*
4. *lib.* 1. cum alijs in præfata Causæ Decisiones §. *Nec pro*
Inuentario &c. hæres ad debita defuncti tenetur † de pro- 2
prijs bonis, per *Text. in l. fin. §. sin verò*, & ibi communiter Scribentes *C. de iur. delib.*

Verum cum io hodierna propositione dictos hæres exhibuerit originale † Inuentarium contiinens omnia re- 3
quisita publici Instumenti, de quibus per *gloss.* 2. *in l. generali C. de Tabul. lib.* 10. satis visum est Dominis † con- 4
stare de illius legalitate, Alex. *in præcit. Auth. si quis in aliquo num.* 3. *in fine*, *Cod. de eden.* Rota coram Pen. *decis.* 607. *num.* 2. latiùs coram Royas *decis.* 640. *num.* 1. &
per tat. coram Bich. *decis.* 643. *num.* 4. & 5. & *in Lucana*
Beneficii 19. *Iunii* 1672. §. *Neque hodie coram me*; &
propterea cum per legitimam Iouentarij confectionem
constituatur præfatus Ioaooes Alphonsus hæres in eo statu, † in quo erat, si non adiuisset recedendo à decisis, 5
dixeruot non teneri de proprio, † nec contra illius bo- 6
na esse relaxandum mandatum, per eundem *Text. in l. fin. §. & si præfatam Cod. de iur. deliberan.* & post alios
Surd. *cons.* 143. *num.* 40. *lib.* 1. & passim.

Non obstat, quod non fuerit à præfato hærede nominatim citatus Raynaldus Girondus tamquam istius
census Creditor certus, à quo causam habet Nicolaus,
† prout videbatur pro Inuentari validitate citandus, 7
vt firmat *decisio*, quia cum non constet eundem hæredem habuisse notitiam huius crediti, illiusque omnimo-
dæ † certitudinis, quod valdè difficile reputatur, vt 8
notat Salicer. *in l. fin. §. sin autem dubiis sub num.* 8. *in*
fin. C. de iur. delib. defectus citationis † huius particu- 9
laris Creditoris non nocet, Adden. ad Buratt. *decis.*
750. *num.* 7. *vers. verum cum non sufficis* Rota post Zacch. *de oblig. Cam. decis.* 96. *num.* 8 *in recent. decis.* 597. *num.*
3. *part.* 4. *tom.* 1. & *decis.* 126. *num.* 4. *part.* 4. *tom.* 2. Tunc enim solum citandi sunt nominatim Credirores, quando
sunt noti, illorumque Creditum est † certum, reli- 10
quos verò sufficit citare per affixionem, Iason. *in d. l. fin.*
num. 3. *vers. Alias sufficit C. de iur. deliberan.* Roland. *de*
Inuent. part. 3. *cap.* 22 & 23. Rota coram Pen. *decis.* 1447.
num. 17. *coram* Caual. *decis.* 508. *num.* 2. & *in Amerina Saluiani* 11. *Martii* 1667. §. *primo cum seqq. coram Eminentissimo Card. Cerro.*

Minus releuat, quod in eo descripta non fuerint nonnulla arreodamenta Neapolis, necnon etiam omissa
descriptio mobilium, quæ verè similiter habere debebat
defunctus; Etenim arrendameota constat fuisse vendita in vita debitoris, mobilia verò ab eo donata suis filijs;
& propterea cum de tempore obitus in illius patrimonio non reperirentur † non erant describenda, vt no- 11
tant omnes DD. *in d. l fin. C. de iur. delib.* Honded. *cons.*
35. *num.* 16. *lib.* 1. Surd. *decis.* 222. *num.* 8. Rota *decis.* 62. *num.*
6 *part.* 14. *recent.* & passim in alijs.

Et licet opponeretur venditionem arrendamentorum
fuisse simulatam, ideoque tamquam inuendita supponatur in præterita decisione fuisse recuperata, & sic eorum descriptionem absque nullitatis defectu non potuisse
omitti, hoc tamen non probatur in facto, sed benè
constat dictam simulationem dedisse causam liti, bona-
que sic

quæ sic litigiosa ; Quemadmodum ad oculos Curiæ de-
ducta , effecta fuerunt patenter notoria , ita nec etiam
12 verisimile est , quod potuerint Creditoribus occultari; †
Illorum propterea non descriptio non vitiat Inuentarium,
Rota Iaouen. *decis.35.num 2.& 3.* Peregr. *cons.19. numer.
41. vol.4.* Cyriac. *contr. 326. num. 10. & 11.* Rota coram
Duran. *decis. 387 la prima num. 21. vers. vnde.*

Toto tandem contextu rei simul sumpto , visum est
Dominis in præsenti facti specie applicari posse ea , quæ
de Inuentario communiter tradunt DD. scilicet cum
13 fuerit adinuentum † ne res hæreditariæ dolosè occul-
tentur , & ne fraus inducatur Creditoribus , Phanuc.
de Inuent. part. 7. num. 27. Cancer. var. resolut. cap. 2. de
14 *Inuent. pars.3. num. 109.* Cessante dolo , & fraude † o-
missa descriptio aliquorum bonorum non inducit nullita-
tem , Bald. *cons.63. in fin. lib. 3.* & subdit mox citat.
Cancer num. 110. Rota coram Mantic. *decis. 256. num.6.
coram* Peuting. *decis.165. numer. 20. in recent. decis. 331.
num.21. part. 5. cum seqq. & in Spoletana pecuniaria 31.
Ianuar. 1667. §. Etenim coram R. P. D. meo Taia.*

15 Dolus autem præterquam , † quod perspicuis Indi-
cijs probandus venit ab allegante , *l. dolum ff. de dolo* ,
cum alijs in his terminis per Surd. adductis *d. decis. 222.
num. 11.* hic cessare videtur , tùm ex eo , quod res omis-
16 sa , † vt dictum est, occultari non poterat , vt subdendo
tradit præcit. Cyriac. *d. contr. 326. num. 13. cum tribus seqq.
&* Rota coram Duran. *d. decis. 387. num. 21. & in recent. d.
decis. 82. num. 9. part. 14.* tùm ex eo, quod lis super dictis
17 bonis † inducta poterat instam causam dubitandi hæredi
tribuere , an ea teneretur describere , in puncto Rota co-
ram Gregor. *decis. 169 num.8. vers. non obstant* , tùm de-
18 mum , quia in Inuentario † annexa fuit clausula *Ad-
dendi , & minuendi* , Dec. *cons. 633. num 11.* Surd. *d. de-
cis. 222. num. 21.* Altograd. *cons 90. num 52. lib. 1.* Rot. *de-
cis. 747. la prima num. 4 vers. sed potius excluditur part. 2.*
19 quæ vlterius operatur, vt res omissæ † quandocumque
possint describi , Rota coram Pen. *d. decis. 1447. num. 8.
coram* Caualer. *decis. 584. num. 1. in recent. decis. 126. num.
6. part. 4. tom. 2. & in præcit. Amerina Soluiani 11. Martii
1667. §. Neque coram Eminentiss. Cerro.*

Et ita , vtraque parte informante , resolutum fuit.

Supra in alio præcedenti tomo istius decimæ octauæ partis recentiorum adest altera præsentis causæ decisio coram eod. R. P. D. Vicecomite, quæ ibi est in ordine 233.

R. P. D. T A I A.

Auenionen. Laudi.

Veneris 17. Maij 1675.

A R G V M E N T V M.

Aduersus decisiones , & sententias noua petebatur electio peritorum , hic denegata, quia non occurrebatur ex illa decisionibus , & sententijs in Causa emanatis ; Cumque ageretur de laudo , illud visum est nullum , & iniustum , tamquam promulgatum extra tempus compromissi , & à tertio arbitro in solo casu , & sic sub conditione discordiæ , simpliciter electo , qui proindè arbitrare non poterat , nisi de ea concludenter constaret.

S V M M A R I V M.

1 *Peritorum electio non conceditur si ex ea decisionibus , & sententiis contrariis non occurritur.*
2 *Tertius arbiter electus in casum discordiæ aliorum , non se intromittit in arbitrando, nisi prius de præcedenti discordia constiterit.*
3 *Electio facta sub conditione euanescit , si casus conditionis non euenit.*
4 *Laudum promulgatum extra tempus compromissi remanet nullum.*
5 *Nullum quoque dicitur , quod est euidenter iniustum.*
6 *Relatio Peritorum præcipitanter facta , iniqua , & iniusta est.*
7 *Periti sine citatione partis electi , & adhuc sine ea referentes , nulliter eliguntur , & referunt.*

DECISIO DXXII.

CONFIRMANDAM Sententiam Rotalem iuxtà solitum dubium Domini responderunt , altera parte nihil opponente , subnixam solitis decisis coram Reuerendiss. Domino meo Decano vigesima nona Maij , * 1673. & decimasexta Aprilis 1674. nisi electionem nouorum Peritorum nunc petitam pro statuendo statu hæreditatis Nicolai , quam petebat admitti.

At verò petitio incongrua visa est , † quia noua ele- 1
ctione , nouaque relatione non occurritur Decisionibus,
& Sententiæ de nullitate laudi defectu potestatis Arbi-
trorum , & iniustitia ipsiusmet laudi ; & tamen repe-
tebatur ipsa nullitas laudi clara defectu potestatis tertij
electi , † adiectique compromisso in casum , adeoque 2
sub conditione discordiæ præelectorum sub sua conditio-
ne , & casus non euenit , euanuitque conditio , † & 3
electio sub sua conditione , & cum ipsa conditione , &
insuper compromissum fuit in tempus certum , † & 4
laudum posteà promulgatum , & propterea nullum ,
Rota coram Buratto *decis. 29. in fin. & coram* Coccin. *de-
cis. 438. num. primo, & secunda.*

Et pariter nullum dicebatur , † vt euidenter iniu- 5
stum , Ruinus *consilio 16. num. 25. versiculo & ex alio
&c. libro secundo cum allegatis , & cum pluribus* Meno-
chius *consilio 655. numero 19. à vers. alio secunda est ratio.*
Iniustum , iniquum , & iniustificatum ex relatione Pe-
ritorum † non solum præcipitanter emissa , sed etiam 6
† sine citatione , iuxta decisa coram Buratto *decisione* 7
56. declarata *in decisione 70. vtrobique ab initio* , & sim-
pliciter *decisione 458. numero 6. versiculo nec de relatio-
ne* . Quæ sufficere visa sunt ad sententiam confirman-
dam.

Aliæ binæ decisiones in causa factę sunt coram Reuerendissimo Domino Albergato Decano , quę habentur impressę part. 15. Recent. vbi sunt in ordine 389. & 390.

R. P. D. R O N D I N I N O.

Romana Census.

Veneris 17. Maii 1675.

A R G V M E N T V M.

Impugnabatur Census super certis bonis impositus , siue quia illa tamquam deuoluta importabant extinctionem cuiuscumque actionis , & hypothecæ , siue etiam quia dicta bona à Principe fuissent donata , siue demum , quia domus censita à flumine deuastata erat ; sed pro illius subsistentia deciditur , quia deuolutio vel e alia causa , quam merè necessaria processerat , vel procedere poterat , donatio Principis intelligebatur facta cum suo onere ; Inundatio verò fluminis non totam domum deuastauerat , cùm remanerent reliquiæ , & pars sufficiens ad substentationem eiusdem census.

S V M M A R I V M

1 *Creditor associatus , vt suam recipiat satisfactionem ex fructibus manuteneri debet donec fuerit integrè satisfactus .*
2 *Resoluto iure emphyteutæ , resoluitur omnis hypotheca ab illo contracta.*
3 *Emphyteusis si incidis in commissum ex causa necessaria, & iure domini, corruunt quæcumque actiones, quæ super illo alioquin dirigi potuissent.*

4 *Fiscus*

4 *Fiscus occupans bona vacantia, vel ex delicto, illa acquirit cum suo onere, ad terminos successionis.*

5 *Successio pro oneribus, & hypothecis obligatur.*

6 *Bona, quæ redeunt ad Principem iure priuato, veluti ex donatione, legato, aut ex alia causa voluntaria, regulantur ad terminos successionis.*

7 *Deuolutio emphyteusis, vt exinde non remaneat extincta hypotheca, sufficit creditori, quod ex causa sibi non præiudiciali succedere potuerit.*

8 *Extinctio census debet plenè, & concludenter probari.*

9 *à Principe si quod datum, vel donatum est, remanet liberum ab omnibus oneribus, reseruata actione ius habentibus contra fiscum, & Cameram eiusdem Principis, & vid. num. seqq.*

10 *Bona donata à Principe, non vti sua, sed vti sibi deuoluta, transeunt cum suo onere.*

11 *Donatio facta à Principe, in qua beneficium citra alterius damnum accipitur, intelligitur de Iure eidem Principi competenti, & num. 13.*

12 Clausula de plenitudine potestatis *apposita in donatione facta à Principe, intelligitur secundum subiectam materiam, & refertur ad iura Cameræ.*

13 *Derogatoria regulæ de iure quæsito non tollendo, respicit iura Cameræ, non autem tollit ius tertii, & quando sup. num. 12.*

14 *Ius tertii Principi incognitum non præsumitur ablatum, etiam per quascumque clausulas contrarias.*

15 *Princeps si quid donauit, tanquam sibi spectans ex certa causa, illud cum suo onere, non autem cum præiudicio tertii donare voluisse præsumitur.*

16 *Inundatio maxima Tyberis Romæ successit de anno 1598. sub Clemente VIII.*

17 *Census substinetur adhuc perempta domo, in qua est impositus, si reliquiæ remaneant, & aliqua illius pars sufficiens ad solutionem eiusdem census.*

18 *Domo à flumine deuastata, non ideo corruit census super ea impositus, & quando, numero 17. & seq.*

19 *Decisio se referens ad testes, vel instrumentum, secundum illos intelligenda est, & declaratur.*

DECISIO DXXIII.

ASSVMPTA hodie disputatione super bono Iure, de
illo constare fauore D. Paulæ Sciamannæ de Mattheis
etiam ad effectum manutentionis Domini responderunt.

Siquidem cum amplius non impugnaretur ipsam mediantibus
illis de Miletis repræsentare personam Raynerii
Creditoris Raynaldi Potigoon, qui anno 1576. imposuit
Censum annuum scutorum 16. super duabus domibus
positis in via, quam vulgò dicunt, alii Pullaroli,
cumque domus istæ à Gregorio XIII. assignatæ fuerint
pro dote duarum Capellaniarum perpetuarum ad Altare
Sanctissimi Sacramenti in Lateranensi Basilica, Summario
responsionis D. Paulæ *num. vnico*, consequens est,
vt ipsi debeatur associatio ad domos censitas, prout illis
1 concessa fuit, † itaut ab ipsis domibus amoueri non possit,
sed in executione illarum pensionum manuteneri debeat
quousque de dictis fructibus decursis, & non solutis
satisfacta fuerit, ex deductis in proposito per Menoch.
de retinend. remed. 3. num. 159. & seq Cyriac. *contr.
77. num. 5.* Posth. *de manut. obseru. 11. num. 4 & 5. & num.
12* Rota coram Coccin. *decis. 1386. numer. 3. cum duobus
seqq. & decis. 1410 num. 2. & 3.*

Neque resistit, quod hæ domus donatæ fuerint à
Gregorio XIII. liberæ ab omni onere, & à quacumque
hypotheca, cum in Bulla affirmetur illas legitimè
ad Cameram Apostolicam deuolutas fuisse, quo
2 casu resolutio Iure emphyteutæ, † resoluitur omnis
hypotheca ab illo contracta, quia conclusionem hanc
dicebant Domini procedere in suis terminis feudatarii,
& emphyteutæ supposita deuolutione ex generatione
finita ex lapsu temporis, aut quia res incidit
3 in commissum, † & sic ex causa necessaria, & iure
dominii, iuxtà *Text. in l. vectigali 31 ff. de pignor.*
secus autem quando deuolutio sequitur citra
pactum à Domino præscriptum, & ab initio non
cogitatum, veluti cum Princeps occupat bona va-
4 cantia, vt in casu Summ. D. Paulæ *num. 5.* † vel
ad ipsum ob confiscationem ex delicto deuoluuntur,
quia tunc transeunt in fiscum cum suis oneribus ad
5 terminos † successionis, quæ pro oneribus, & hy-
pothecis obligatur, iuxtà *Text. express. in l. cum fisco
9. ff. ad Senat. Consult. Syll. in l. 2. ff. de aliment.
& cibar. legat. & in l. 2. C. ad l. Iul. de vi public.*
quemadmodum in alio casu, in quo bona redeunt
ad Principem iure priuato, veluti ex donatione, le-
gato, aut ex alia causa † voluntaria, quæ regule- 6
tur pariter ad terminos successionis, vt communiter
post antiquiores distinguunt Guidopap. *dec. 875.* Boer.
decis. 81. per tot. Surd. *decis. 286. num. 4. & 11.* Fulgin.
*de iur. emphyt. tit. de renunc. quæst. 3. numer. 4.
& tit. de solut. car. quæst. 1. num. 229.* Rot. *diuers. par.
4. dec. 183. num. 13.*

Etiamsi ex sola attestatione Notarii ex hoc casu
bonorum vacantium contigisse probetur, quia quidquid
sit an illa, quoad factum hoc antiquissimum
attendi possit, sufficit D. Paulæ possibilitas, quod
ex isto, aut ex alio capite non eximente ab obliga-
tionibus, deuolutio contingere † potuerit, aut inde 7
æquiuoca remaneat Census extinctio, † quæ debet 8
à Capellanis concludenter probari iuxta doctrinam Abb.
in cap. 2. ad fin. de Cens. à Rota receptam apud Cenc. de
Cens. *decis. 367. num. 10. & in recent. par. 8. decis. 223. numer. 3.*

Quo verò ad exceptionem dedoctam ex *l. benè à Ze-
none C. de quadrienn. præscript.* † quæ vult data à Princi- 9
pe, libera transire ab omnibus oneribus reseruata actione
illi, qui ius habere contendit contra Fiscum, & Cameram
Principis, intra solum quadriennium exercibili, prætermissa
quæstione, an Textus ille procedat de Iure Canonico,
& cum donatur Ecclesiis, placuit Dominis animaduersio,
quod Pontifex non absolutè donauerit do-
mos, vti suas, sed vti † deuolutas, quo casu transeunt 10
cum suo onere iuxta naturam deuolutionis enunciatæ ad
terminos *Text. in l. alienatio 67. ff. de contrahen. empt.* &
quidquid voluerit Alciat. *cons. 138 num. 22. lib. 5.* communis,
& rationabilis est omnium Iurisperitorum sententia,
de qua Soccin. Sen. *cons. 46. num. 19. vol. 4.* Alex. *cons. 52.
num. 7. vol. 7.* Franc. à Ponte *cons. 131. num. 143. vol. 2.* Menoch.
cons. 2. sub num. 333. vers. respondetur secundo, Grammat.
dec. 65. sub num. 78. cum aliis per Modern. Mantuan.
ad eundem legem quæst. 32. num. 17. & in terminis donatio-
nis, in qua beneficium citra alterius damnum † accipi- 11
tur, atque de iure Principi competenti intelligitur, probat
Textus expressus in l. Principi 21. ff de verbor. significatione,
Abb. *in cap. olim num. 7. extra illo eodem tit.* Ias. *in l.
beneficium num. 20. ff. de Const. Princip.* optimè Bald. *cons.
253. vol. 1 & in cons. 127 numer. 2 vol. 3.* Rot. coram Pen. *decis.
1172. sub num. 2 & seqq. & de cis. 1198 nu. 4 & seqq.* quarum
prior repetita est *in rec. par. 5. dec. 99.* Coccin. *dec. 327 num. 4.
& 5.*

Etiamsi in donatione adsint clausulæ *de plenitudine po-
testatis*, & derogatoriæ regulæ *de iure quæsito non tollen.* † 12
quia refertur ad iura Cameræ, iuxta subiectam materiam
deuolutionis, ibi: Nos duas domos ad Cameram legitimè
deuolutas de Apostolicæ potestatis plenitudine perpetuò
separamus: Subiecta inferius derogatione regulæ *de
iure quæsito non tollendo*, † quæ iura ipsius Cameræ respi- 13
cit, quæ Pontifex tollit, Summario responsionis D. Paulæ
numer. vnico, non autem ius istud Tertii incognitum
Pontifici, † quod potius reseruatum voluit, cùm bona 14
donauit expressa causa deuolutionis, & sic cum suo onere,
† veluti præseruato iure Tertii, vt pro excludenda 15
dispositione *d. Text. in d. l. benè à Zenone C. de quadrien præscript.*
notant Duen. *regul. 238. num. 13.* Peregrin. *de iur. fisc.
lib. 6. tit. 4. de vendit. & empt. fiscal. sub num 18. lim. 6* Petra
de fidee. quæst. 14. numer. 153. aliique relati per Modern.
Mantuan. *in Comment. ad eand. legem d. quæst. 32. numer.
67.*

Denique quoad tertiam exceptionem, in qua difficul-
tas restringebatur quoad peremptionem, nempè fundi
censiti ob celebrem inundationem Tyberis † anno 1598. 16
sub Clemente VIII ad quam solum se restrinxerunt antiqui
Capellani, cùm Censum ab initio solutum, soluere
recusarunt Miletis, à quibus DD. Paula causam habet,
Summario eiusdem 9. Maii 1674. *num. 3.* coram me, optimè
conscii, neque ex deuolutione, neque ex donatione
Principis Censum sublatum fuisse, videbatur Dominis
factum deficere, cùm non tota domus ob Tyberis inon-
dationem perierit, sed solum muri intermedii, non autem
exteriores, vt deponunt Testes ab ipsis Capellanis
olim inducti, itaut mox locatæ fuerint pro scutis 74. cum
obli-

obligatione quidem reficiendi domos, & apothecas, non tamen simpliciter, quo casu iotraret metiuum totalis peremptionis, sed vt Instrumentum loquitur, ad altitodinem, vt dicitur, della facciata vecchia, quæ ideo adhuc remanebat, atqoe poterat locari, cùm situs ipse ob commoditatem, in qua est cum solis Celiis vinariis, annum redditum longè superiorem Census scutorum 16. tribuere possit, vt Periti deponunt Summario hodierno D. Paolæ *num.* 2. 3. *&* 4. quo casu remanentibus reliquiis domus, ac Cellis vinariis, super quibus Census quoqoe impositus est, Summario D. Paulæ positionis 9. Maii 1674. *num.* 1. ac etiam aliqua ipsius parte apta ad reddendum fructum
17 sufficientem ad solutionem dicti census, † certum est illum substineri ex claris verbis *Constitutionis 79. B. Pii V. super forma creandi census §. decimo* quæ concordat cum d. dispositione Iuris in *l. si fundos § si res, & in l. Paulus §. domus ff. de pignorat. act.* Doard. *de Cens. §. quinto quæst. 4. nu.* 3. *&* 8. Cenc. de cens. *illo eodem tract. quæst* 100. *num.* 1. *& quæst* 102. *num.* 1. *&* 9. Rot *post eundem decis. 9. num. 1. & 2.*
18 qoæ loquitur lo terminis † domus pariter à flumine deuastatæ, & *dec 90 n. 8. ac dec. 542. n. 2.*

Neque contrarium supposuit Rota *antiqua in rec. par. 1. decis. 557. num.* 2. quia dixit, quidem domos penitus dirutas, sed referendo se ad depositiones Testiom, & Instru-
19 mentum locationis, † iuxtà quæ decisio intelligenda est de domibus, penitùs euersis quoad muros interiores, non autem quoad exteriores, vt deponunt Testes, atqoe subsequutum Instrumentum *comprobatiua*, à qoibus decisio ad illa in referens, declaratur iuxtà regulam *Text. in l. esse toto ff. de hæred. instit.* cum similibus.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. TAIA.

Bononien. Fideicommissi de Ginis.

Veneris 17. Maij 1675.

ARGVMENTVM.

Ad fideicommissum, in quo vocati erant primo, & secundo genitus, etiam tertio genitus admittitur, quamuis explicitè non nominatus, tùm quia & illud fuerat constitutum fauore lineæ, tùm etiam quia argumentum dilectionis concurrebat in eo, ex quo sicuti substitutus, illis defectis, excludi debuisset à filijs fœminarum minus dilectis, ita quoque excludendus sit ab eodem tertio genito magis dilecto.

SVMMARIVM.

1 *Intestatum plerumque non mori mirabile reputatur, cùm quilibet profiteatur se velle testari.*
2 *Doctores, & Iudices dummodo concordent in opinione, admittuntur tamen, licèt discrepent in ratione.*
3 *Tertius genitus quatenus ad fideicommissum admittatur, si primogenitus successerit, & secundo genitus interim obierit.*
4 *Succedere non potest ille, de quo substitutio non loquitur, & casum suæ vocationis non comprehendit.*
5 *Linea ad fideicommissum vocata in defectu primi, & secundogeniti, admittitur etiam tertius, quamuis explicitè non nominatus.*
6 *Verba testamenti ita deducenda sunt, vt exindè sensus, & Testatoris intentio deducatur.*
7 *Exclusus à remotiore eo magis censetur à proximiore.*
8 *Verba expressa in numero plurali, non patiuntur restrictionem ad vnum.*
9 *Dilectionis maioris, & minoris argumentum admittitur, quia si Testator prætulit minus dilectos, vtique quod magis dilectos voluerit præferri.*
10 *sub Conditione vocatus ad fideicommissum, non admittitur, si conditio non euenerit.*
11 *Spes sola, & possibilitas successionis impedit purificationem fideicommissi.*
12 *Relatiuum, detti, ad omnes referri debet, nec aliquam patitur extensionem:*
13 *Verba, quæ non possunt extendi, ita & nec minus debent restringi, & sup. num. 11.*

DECISIO DXXIV.

IO Cesare de Ginis (inquit ipse Testator) Cittadino, e Notaro di Bologna, non volendo morire, se prima non hauerò fatto Testamento (mirabile putare posse non mori intestatum, †. & sic velle testari,) insti- 1
toisco miei Eredi totti i miei figliuoli maschi legitimi, e naturali, e li descendenti di essi maschi, fino che ve ne sarà, e non vi essendo di qoesti miei figliuoli, e descendenti maschi sudetti, instituisco come di sopra, tutti quelli, che nasceraooo ancor oatutali, e li loro figliuoli, e descendenti maschi fino che ve ne sarà, e delli sudetti finalmente oon ve ne essendo, lascio miei Eredi vsufruttuarii la Signora Camilla mia moglie, il Signor Vincenzo Tacconi mio oipote ex sorore, e Marco mio Seruitore, fioo che naturalmente viueranno, e ciascheduoo di loro viuerà, e finalmente doppo di loro, e ciaschedono di loro vite, instituisco mio Erede vniuersale come di sopra il primo figliuolo maschio del sudetto Sig. Capitano Vincenzo, e li di lui figliuoli maschi, e non vi essendo descendenza mascolina come di sopra del primo sudetto, succeda l' altro figliuolo maschio d' esso Sig. Capitano Vincenzo per ordine di primogenitura, comando à detti miei Eredi come sopra chiamati, che debbano, e voglioo tener seco io casa mia alla lor tauola, e spesa il primo figliuolo maschio, che oascerà di vn Galeazzo Gini de Malgarotti, ouero il secondo in difetto del primo, e li loro figliuoli, che si addimandi Cesare Gini, come si addimandaua vn' altro già nato, che poi è morto, il qual primo, e primi che viuetanno instituisco, e voglio, che siano miei Eredi vniuersali doppo l' vsufrutto, e vita oaturale delli sudetti Signora Camilla, e Sig. Capitano Vincenzo, e Marco Tanari; E di questi Tacconi, e Gioi come sopra instituiti, e chiamati non vi essendo linea, e descendenza mascolina, ouero essendo, e poi mancando, all'hora, & io quel caso succeda il primo figliuolo maschio che nascera di Elena figliola prima femina di d. Galeazzo Gini de Malgarotti da Fiegnano mio Lauoratore, & i di lui figliuoli maschi, e non vi essendo descendenza masculina di detto Capitano Vincenzo, e delli detti de Gini, all'hora, & io tal caso instituisco Erede il primo figliuolo maschio, che nascerà di legitimo matrimonio, ouero del Signor Taddeo, ouero del Sig. Mario Riguzzi fratelli, e miei pronepoti, & il suo primo figliuolo da esso primo descendente maschio come di sopra per ordine di Primogenitura, e che si chiami Cesare Gini, e porti la nostre Arme, & Insegna de Gini, e non vi essendo descendenza mascolina del primo, succeda l'altro primo che nascerà dopo d' vno delli detti Riguzzi finche ve ne saranno, & ancora di questi Riguzzi chiamati come sopra non vi essendo successione &c. Procedendo adhuc ad alias substitutiones.

Diem functo Testatore sine prole, successerunt illi hæredes vsufructuarii, qui ad præceptum illius reouerunt domesticum, & commeosalem Cæsarem Ginom primum filium masculum Galeatii postea natum, & hic post mortem vsufructuariorum, nullo filio masculo Vincentii existente soccessit, & prædefuncta sioe filiis masculis Helena prima filia Galeatii eius sorore, decessit, vnde orta est contentio inter alium Cæsarem Galeatii filium tertium, prædefuncto etiam sioe filiis secundo; & adhuc alium Cæsarem primum filium Taddei, & post biennem litem diuisis in trientes bonis fideicommissariis duo Cæsares litigaotes soos integros trietes sibi æqualiter ascripserunt tertium (non integrum per dispendia litium) decertaturi, atque ita compromiserunt in Rotam: An, & ad cuius ex ipsis, compromittentibus fauorem constet de fideicommisso, ad effectum decidendi de iure tantùm in plena Rota, quatenus fieri posset per ipsam Rotam, sin minus per viam commissionis vel Turno, & cum facultate Parti succumbeoti adeundi alium Turnum pro reuisione decisionis; Commissaque Causa Reuerendiss D. meo Albergato Decano, decisum fuit * 7. Maii proximi anni, con-

stare

stare ad fauorem Cæsaris Gini ; vnde quidquid , &
quale intercesserit , Signatura commisit denuò Causam
de sententia pro voto , & hodie dubitatum est , an sen-
tentia Rotalis, quæ iuxtà commissionem Signaturæ ha-
betur pro voto , sit confirmanda , vel infirmanda , &
aliquo discorde , alijs concordibus , quidem in confir-
2 mationem non † adeo in rationes confirmationis , confir-
mandam tamen , vt infra responsum est.

Dicebat ille infirmandam ad verba etiam clara Testa-
toris, qui voluit *alla tauola , e spesa* (vsofructuariorum)
*il primo figliuolo maschio che nascerà d'vn Galeazzo Gini
Malgarotei , ò vero il secondo in defecto del primo , e li di*
3 *loro figliuoli* ; vnde cum prior Cæsar † successerit , &
secundus Cæsar obierit interim , tertius Cæsar , defun-
4 cto primo sine filijs , succedere non potest , † quia sub-
stitutio de eo non loquitur , & istum casum non com-
prehendit , vt dicitur à Rota coram Ludouis. *decis.* 433.
num. 2. prosequendo etiam ad opposita remouenda , vel
resoluenda.

Alius dicebat confirmandam ; Testator enim non so-
lum vocauit il primo figliuolo maschio che nascerà di Ga-
leazzo , & in defetto del primo il secondo , e li di loro fi-
5 gliuoli , vt ipse descripsit , † sed etiam vocauit totam
eius *lineam , & descendentiam masculinam* ibi : E di
questi Tacconi , e Gini , non vi essendo linea , e des-
6 cendenza masculina (ita deducendo verba , † & indu-
cendo sensum) vnde est admittendus Cæsar vtpote de li-
nea , & descendentia Gina , idque etiam patet (inquit)
quia post extinctam descendentiam Ginam , vocauit fi-
lium masculum Helenæ ; ideoque si Cæsar Rigutius ex-
7 eluditur à filio masculo Helenæ , † multò magis exclu-
di debet à Cæsare Gino magis proximo vltimo grauato ,
& de Domo Gina prosequendo etiam vt supra.

At alius dicebat confirmandam , quia Testator non
restrinxit ad solum filium nasciturum ex Galeatio , seù
ad solum secundum in locum primi , sed voluit succede-
re vtrumque , vt patet (inquit) ex verbis Testamenti ,
8 *il qual primo , e primi , che nasceranno* &c. † quæ vt
expressa in plurali non patiuntur restrictionem ad vnum,
vt benè in proposito Decian. *cons.* 16. *num.* 30. *à vers. se-
cundo considera lib.* 4. & comprobatur (sequitur ipse) quod
Testator voluerit præferre nedum primum filium mascu-
lum Galeatij , sed etiam alios eiusdem Galeatij filios fi-
9 lijs Thadei , aut Marij , † ex eo quod eisdem expressè
prætulit nepotes eiusdem Galeatij ex Helena fœmina, &
sic minus dilectos , etiam prosequendo vt supra.

Vnus autem reprobatis , & refutatis dedita opera cæ-
teris tùm in decisione , tùm etiam in informationibus ,
conclusit pro confirmatione sententiæ remanere sibi cla-
ram, & literalem dispositionem Testatoris , & tanquam
potissimam rationem resolutionis, non simplicem conie-
cturam in decisione per quam solam putauit sententiam
confirmandam , quia Cæsar Rigutius Actor vocatus le-
gitur tantùm sub conditione (inquit ,) quod descendentia
Masculina de Ginis in totum defecta fuisset , ibi : *E non
vi essendo descendenza masculina legitimo , e naturale di
detto Signor Capitano Vincenzo Tacconi , ò delli detti Gini
all'hora , & in tal caso instituisco , &c.* Cum igitur hæc
conditio adhuc non euenerit per superuiuentiam huius
Tertij Cæsaris Gini , hinc est quod Cæsar Rigutius sub
10 conditione non purificata , admitti non debet , Rota
decis. 151. *num. primo , & seqq. part.* 3. *recent.* itaut so-
11 la spes , & possibilitas successionis † impediat fideicom-
missi purificationem , Rota *decis.* 593. *num. primo part.* 7.
recent. cum alijs in decisione allegatis, etiamsi Testator
dixerit *delli detti Gini* , cum etiam nominauerit Galea-
tium , & alios tertiogenitos, & relatiuum *detti* ad om-
12 nes referri debet , & sicuti non patitur extensionem ,
13 † ita nec pariter restrictionem , Barbos. Dict. 87. *num.* 5.
Adnot. ad Buratt. *decis.* 742. *num.* 12.

Hæc & sic DD. vtraque , &c.

Altera est in hac causa decisio sub die 7. Maij 1674 coram Reuerendissimo D. Albergato, quæ est impressa in alio præcedenti tomo istius Decimæ octauæ Partis ibi in ordine 284.

R. P. D. RONDININO.

Romana Lucri Dotis.

Veneris 17. Maij 1675.

ARGVMENTVM.

Lucrum dotis, quod erat marito debitum diminui prætendebatur ex dote à matre suæ nepti soluta , vel promissa, prout etiam ex eo , quod plura bona dotalia erant fideicommisso subiecta ; Sed neutrum est concessum, quia dos neptis visa fuit voluntaria , & ideò lucrum impedire non poterat ; Bona verò fideicommissi , quamuis denegaretur in ijs aliqua detractio, non ideo tamen tollebatur suppletio facienda super bonis liberis pro eadem dote , cum alijs fideicommissarijs assignatis.

SVMMARIVM.

1 *Alienationes voluntariæ ab vxore factæ lucrum dotis marito debitum , vel ex pacto, vel ex statuto non diminuunt.*

2 *Dos data à matre suæ propriæ filiæ , non comprehenditur sub fideicommisso postea constituto.*

3 *Euictionem , qui præstare tenetur , ipse agere prohibetur.*

4 *Lucrum dotis assignatæ in bonis liberis , & fideicommissariis, quomodo detrahendum sit, & num. seqq.*

6 *Scientia viri requiritur , vt ipse ex bonis liberis sibi cum fideicommissarijs pro dote assignatis, lucrum detrahere non possit.*

7 *Marito decepto in assignatione dotis super bonis fideicommissi , debetur id quod interest sibi supplendum ex bonis liberis.*

8 *Hæres dicitur filius, vel nepos agens ad successionem suorum parentum.*

9 *Fructus dotis debentur viro propter onera matrimonii , etiam sine aliqua interpellatione , & numero 11. vbi ampliа.*

10 *Fructus dotis ex Statuto Vrbis* lib. primo cap. 137. *olim debebantur ad rationem septem cum dimidio , sed hodie reducti sunt ad quatuor.*

11 *Statutum Vrbis* lib. primo cap. 137. *de fructibus dotis habet locum etiam in dote in quantitate promissa.*

12 *Melioramenta prætendens, probare debet statum antiquum, quid impensum, & quid melioratum vt quod minus est postea reficiatur.*

13 *de Credito alicuius constare non potest siue ad effectum deductionis, retentionis, seù compensationis , quoties ex alia parte ille potest remanere debitor.*

DECISIO DXXV.

POSTQVAM Rota pronunciauerat Lucrum Dotale deberi Hæredibus Gasparis Grisciani ob prædecessum Constantiæ Zoilæ Vxoris iuxtà formam Statuti Vrbis *libro primo cap* 131. non habita ratione Dotis, quam Mariæ Constantiæ Cappellinæ , ex violante filia alterius præcedentis matrimonij Nepti dicta Constantia Zoila
constituerat , † quæ veluti alienatio voluntaria, Lucrum 1
Dotale ex Statuto, atque ex pacto debitum viro , non minuebat iuxtà distinctionem Alex. Castrens. & aliorum , de quibus in Decisionibus huius Causæ 20. Februarij 1671. & 27. Iunij 1672. coram R.P.D. meo Bourlemont ; Assumpta postmodum coram me, in altera Instantia , disputatione super restitutione fructuum perceptorum pro rata Lucri Dotalis , illos deberi ad rationem scutor. quinque pro centenario à die motæ litis , & productionis iurium dictum fuit in Decis. 9. Maij 1674. & prima Februarij proximi præteriti coram me.

Cum autem Maria Constantia Cappellina dictæ Constantiæ Zoilæ Neptis prætenderet ex bonis ab ipsa detentis , ex quibus detrahendum erat lucrum cum fructibus à die motæ litis, plura ad se spectare, ac alia pro creditis pro-

priis

prijs retinere, dedi Dubium, An, & quæ bona conferen-
da essent pro detrahendo Lucro Dotali, cui DD. in hunc
modum responderunt.

Posita enim constitutione Dotis, dicebant DD. confe-
renda esse bona à Constantia Zoila Gaspari Viro in Do-
tem tradita, vt ex eis proportionabiliter lucrum pro hæ-
redibus Gasparis detrahatur, etiam quoad Domum,
quam sibi ex fideicommisso Hortentiæ, Maria Constan-
tia deberi prætendit Summario eiusdem *num.* 2. Tum quia
eadem Hortentia fideicommittens pluribus mensibus an-
tea hanc Domum in Dotem Constantiæ filiæ tradiderat
2 Summario de Griscianis *numero primo*, † quæ ideo in sub-
sequenti fideicommisso comprehendi non poterat, tum
quia ipsa Constantia in assignatione Dotis promisit hanc
3 Domum, & alia Bona libera Summario eodem *num.* 2. †
ideoque Maria Constantia, quæ ab ipsa causam habet, te-
netur ratione euictionis debitæ Gasparo Viro, & eius hæ-
redibus ad id, quod interest Domum hanc libere traditam
fuisse quia hoc casu non intrat inspectio, an datis in Do-
4 tem Bonis liberis, & fideicommissarijs, † lucrum debea-
tur ex solis liberis iuxta opinionem Castrens. *cons.* 59. *in fi-
ne vol. primo, & cons.* 43. *pariter in fine vol.* 2. vel potius
5 ex bonis liberis, † proportionabiliter tamen ad totam Do-
tem, etiam ex bonis restitutioni obnoxijs conflatam iuxta
opinionem Baldi *cons.* 276. *vol.* 2. quia vtraque opinio pro-
6 cedit tetentis terminis scientiæ viri, † secus autem ipso ig-
norante onus, & grauamen Bonorum, quia tunc nemo
7 Negat decepto coniugi, † cui bona libera promissa fuerant,
deberi id, quod interest ex alijs bonis liberis supplendum
ad terminos *Textus in l. prima C. de Iure Dot.* Bald. *cons.* 408.
vol. 4. Crauett. *consil.* 186. *in fine* Decian *cons.* 12. *ante nume-
rum* 25. *vol.* 2. & post alios bene distinguunt Cephal. *cons.*
365. *in fine* Fusar *de substitut. quæst.* 663. *numero* 18. Rota co-
ram Card Celso *decis.* 371. *num.* 3. *&* 4. *& in recent. part.* 13.
decis. 18 *num.* 5. *&* 6. *& decis.* 202. *num.* 2. *&* 3.

2 Neque videbatur attendenda excusatio, quod nempe
Maria Constantia non esset hæres Constantiæ Auiæ, ac
ideò ad illius factum non teneatur, quia cum post legiti-
mam, egerit ad successionem Auiæ iuxtà dispositionem
8 *legis hac ædictali C. de secundis nuptiis,* † negari non potest,
quin se gesserit pro hærede ad terminos *Text. in l. gerit, &
in l. pro hærede ff. de acquir. hæredit.* Rota coram Bich. *de-
cis.* 490. *num.* 10. cum alijs *in Firmana Census* 26. *Aprilis pro-
ximi præteriti §. finali coram me.*

E contra autem non esse detrahenda, vel potius com-
pensanda cum Bonis, & fructibus debitis, visum est DD.
scuta mille Dotalia Constantiæ, quæ ab hæredibus Gas-
paris Viri restituenda dicebantur, quia nunquam docen-
tur soluta fuisse, quin immò pro illis fructus soluti fuerunt
mediante exactione fructuum Census à Melchiorijs debi-
ti Summario Cappellinæ *numero* 8. & Summario de Gri-
9 scianis *numero* 3. † quæ Interusuria debebantur Viro pro-
pter onera matrimonialia, etiam sine interpellatione ad
terminos *Textus in cap. Salubriter de vsuris* iuxta Statu-
tum Vrbis *lib. primo cap.* 137. ad rationem scut. septem
10 cum dimidio illa determinantis, quæ ad longè minorem
summam redacta fuerunt, & exacta, itaut Constantia at-
que ab eo causam habentes sint potiùs in lucro, quam in
damno, cum iuxta literam statuti longè maiores vsuræ
11 exigi potuissent etiamsi ageretur de quantitate pecuniaria
DD. *in cap. Salubriter de vsuris*, Fulgos. *cons.* 101. Surd.
cons. 290. *num.* 31. Fenzon. *ad Stat. Vrbis lib. primo dicto cap.*
137. *num.* 16. cum alijs quos sequitur Rota coram Coccino
decis. 1575. *num.* 3. Buratt. *decis.* 232. *num.* 7. Card. Cels. *decis.*
312. *num. primo.*

Quo verò ad mobilia in Dotem pariter à Constantia
Gaspari Viro tradita, & quoad melioramenta in altera
Domo dotali à Cappellina facta Summario eiusdem *num.*
5. *&* 6. & Summario responsionis eiusdem *numero vnico*
non videbatur vlla deductio, vel retentio competere, quia
quidquid sit an licita fuerit distractio mobilium constante
matrimonio consentiente Constantia Vxore facta, quæ
ipsa Viro condonauit Summario de Griscianis *numero* 4.
non obstante prohibitione legis Iuliæ de fundo Dotali, &
an pariter melioramenta legitime probata fuerint iuxta
stylum Rotæ, quæ exigit probationes status antiqui, &
moderni, vt videatur quid impensum, & quid meliora-
12 tum, † vt quod minus est postea reficiatur iuxta *Text. in l.
in fundo* 39. *ff. de rei vindic. cum concordan.*

Hoc vnum certum est, quousque non fiat Calculus, vt
dignoscatur, an debita, & detractiones ad formam legis
hac Edictali C. de secund. nupt. absorbeant hæreditatem
Constantiæ; vt indè hæredes Gasparis Viri dimittant le-
gatum à Constantia factum, de quo veluti voluntaria
alienatione, vt ab initio dictum est, ratio habenda non sit,
posse semper hæredes istos Gasparis Viri de hoc legato, de
scutis 250. pro quarta parte, quæ est lucrum à Romano
Statuto debitum ex scutis mille à Constantia promissis,
& non solutis, vt superius dictum est, ac etiam de fructi-
bus à die motæ litis à Cappellina perceptis ex bonis Do-
talibus pro rata dicti quarti Dotalis excipere; Ideoque
nunquam apparere posse, an creditrix Cappellina rema-
neat, cum potiùs habita omnium ratione, debitrix rema-
nere possit, † quibus positis, de credito ipsius constare 13
non potest ad effectum deductionis retentionis, vel com-
pensationis ex ratione *Textus, vbi scribentes in l. de illo*
23. *ff. pro Socio*, Alaxander *cons.* 192. *sub num.* 2. *vol.* 7.
Surd. *decis.* 184. *num.* 2. Escobar. *de ratiocin. cap.* 21. *num.*
17. *& seqq.* Rota *recent. parte prima decis.* 612. *numero* 3.
& in pluribus alijs relatis *in decis.* 148. *num.* 9. *&* 10. *post*
Merlin. *de pignor.*

Et ita vtraque &c.

Decis. 384. part. 17. & in hac eadem causa vbi in calce aliam etiam concordantem inuenies, infra vero sub die 11. Decembris istius præsentis anni erit altera præsentis confirmatoria.

R. P. D. MATTHÆIO.

Romana, seù Spoletana Census.

Veneris 17. Maii 1675.

ARGVMENTVM.

Pro substinendo censu, qui prætendebatur extinctus ob emptionem bonorum debitoris à creditore facta, plura de desertione appellationis deducuntur in eo, qui intra terminum iuris non redierit pro Apostolis, & qualiter huiusmodi tempus computetur in citatione personali, vel domi dimissa copia simpliciter execura; Rursus etiam de capacitate fundorum, venditione facta non generaliter, sed restrictiue, & alia quoque de circuitu vitando, vel ne, in eadem decisione cumulantur.

SVMMARIVM

1 *Appellans si in termino iuris sibi à iudice assignato, non redierit pro Apostolis, appellatio fit deserta, & sententia facit transitum in iudicatum.*
2 *Appellans non excusatur à prosequutione appellationis, etiamsi fuerit impeditus.*
3 *Terminus iuris ad redeundum pro Apostolis incipit currere à die latæ sententiæ, non à die appellationis, stante citatione personali, & vid. num seq.*
4 *Appellatio admittitur à die habitæ notitiæ, vbi citatio fuerit tantum domi dimissa copia.*
5 *Restitutio in integrum non datur aduersus sententiam validam, & iustam.*
6 *Census extinguitur si illius creditor emerit fundum censitum, & vide num seqq.*
7 *Dominus, & debitor rei suæ nemo esse potest.*
8 *Venditio facta non generaliter, sed restrictiuè, non potest dici omnium bonorum.*
9 *Census pro substentatione remanere bona sufficientia præsumitur, quamuis alia fuerint vendita.*
10 *Census super pluribus fundis impositus, censetur in solidum, & quando.*
11 *Assertioni contrahentium in dubio stari debet.*
12 *Instrumentum præsumitur solemne, & de partium consensu confectum.*
13 *Fundus censitus præsumitur sufficiens ad supportandum censum, donec contrarium fuerit probatum.*
14 *Creditor possidens bona sui debitoris, non potest agere contra tertium, cui deinde super eisdem bonis deberetur euictio.*

15 *Emptor bonorum debitoris, qui pretium creditoribus persoluit, non prohibetur pro suo credito agere contra tertium, donec constet soluisse posterioribus.*

16 *Circuitus euitandi exceptio non admittitur, quoties restitutio est facienda ex interuallo.*

17 *Circuitus euitandi regula non procedit si restitutio facienda non est, vel de ea dubitari potest, aut agitur in concursu crediti clari, & liquidi*

18 *Cedendarum exceptio non obstat, si quis est paratus cedere iura talia qualia.*

DECISIO DXXVI.

ANNVVM censum sc. 175. quem imposuit de anno 1631. Hieronymus Faber super domibus, & bonis existentibus in territorio Trebij, vendidit Curtio Vrigo pro pretio sc. 2500. cum fideiussione Virgilij Lucarini Sum. *num. primo*, & huius census ratam in sc 1000. de an. 1645. Vincentius Vrigus nepos, & hæres Curtij cessit vna cum fructibus decurrendis pro pretio sc. 1000. Venturino de Venturinis, & eodem anno vendita fuerunt à Marco Fabro omnia bona stabilia existentia in territorio Trebij, & Montis falchi Lucæ Venturino cum Palatio pretio scut. 9000. vt in Summ. *numer. 2.* quæ eo tempore Io: Baptistæ Paulo locata erant, & pretium solutum fuit Creditoribus dicti quondam Hieronymi, vt in Sommario *num. 3* exindè sequuto obitu Lucæ Venturini in vim releuationis Raynaldus illius hæres habuit notitiam, quod rata census sc 1000. ab Vrigo Venturino venditi spectabat pro dimidia ad hæreditatem Lucæ dicti Venturini fratris, & pro alia dimidia ad Antonium Cellium, & de sc. 1000. Venturino integre fuisse satisfactum.

Cum verò postmodum Reginaldus Lucarinus frater, & hæres Virgilij in solidum obligati in instrumento census cessauerit à solutione fructuum, & obtenta ab A. C. sententia absolutoria, & in secunda instantia à R. P. D. Vrsino reuocata, & in iudicatum transacta, Signatura rescripsit cum clausula, *ac si de præfixione termini*, & mihi commissa dedi dubium an constaret de re iudicata, seù potius de causis restitutionis in integrum, & fuit resolutum constare de re iudicata pro rata census Antonio Cellio cessa.

Res iudicata manifeste resultat, quia sententia R. P. D. Vrsini fuit lata die prima Iulij 1672. & appellatio fuit interposita die 11. & ipse Appellans obtinuit dari terminum iuris, & cum intra terminum 30. dierum redire pro Apo-
1 sto is neglexerit, † censeri debet renunciasse appellationi, & sententia transitum fecit in iudicatum iuxtà *text. in c. ab eo de appellat. in 6. & in Clement. 2. eodem tit* latè Scacc. *pariter eodem titulo lib. 2. quæst. 13. n. 24. & seq.* Rota coram Gregor. XV *dec. 573. n primo vbi* Adden. *n. 12. & 13. & dec. 144. n. primo par. 2. diuers. et dec. 420. n. 2. par. 2. rec.* & etiam
2 si Appellans adduceret se fuisse impeditum, † non tamen excusari debet ab huiusmodi negligentia Rota *d. dec. 144. n. 2. par. 2. diuers.*

Neque admittitur excusatio ab huiusmodi re iudicata, ex quo à die interpositæ appellationis sequutæ die 11. Iulij, non fuerint elapsi 30. dies ad hunc effectum assignati;
3 † Quoniam terminus incipiebat currere a die latæ sententiæ, non autem à die interpositæ appellationis, dum ille fuerat personaliter apprehensus, & citatus *ad tex. express. in l. Iudicibus 24. C. de appellat. gloss. in dicta cap. ab eo verbo 30. dies de appellat. in 6. & in l. vnica verbo tempus ff. de libell. dimissor.* Mising. *in sing. obseru. centur 4 obser. 36. n. 4* Grauat. *ad Veste. in prax. lib. 7. cap. 3. n. 65.* Marant. *de ordin. indic. par. 6. art. 2. n. 220* Rot. *dec. 5. alias 29. de appellat. in nouis.* & contrarium procedit, quando citatio ad senten-
4 tiam fuit exequuta domi dimissa copia, † & in eo casu appellatio admittitur à die habitæ notitiæ *auth. hodie C. de appell.* Felin. *in c. quoniam n. 19. vt lit. non contest.* Rot. coram Vbald. *decis. 209. numer. primo* coram Eminentissimo Otthob. *dec. 44. n. 2. & 3. & dec. 16. de dol. & contumac. in nou. & in rec. dec. 396. num. primo par. 2.*

Validitas autem sententiæ à A. P. D. Vrsino latæ non controuertitur, & de iniustitia multo minus redargui potest, & his duobus extremis concurrentibus aduersus sententiam in iudicatum transactam nunquam restitutio in
5 integrum concedi solet Rota coram Bichio *dec. 612. n. 26 & dec. 552. num. primo par. 3. recen.*

Eadem autem iustitia deducitur, quia nullo modo subsistit, quod census, de quo agitur fuerit extinctus, ex quo Creditor dicti census emerit fundum censitum, † atten- 6
ta illa regula, quod nemo possit esse rei suæ Dominus, & debitor: Nam etiam si Lucas Venturinus census creditor 7
emerit bona existentia in territorio Trebij de anno 1645. super quibus de anno 1621. fuerat à Hieronymo Fabro impositus census ista tamen venditio non fuit indefinita, & generalis comprehendens omnia bona, sed restricta, & limitata cum coarctatiua tantummodo de bonis de eo tempore locatis Ioanni Baptistæ Paulonio, vt in Summ. *num. 2.* itaut ista restrictiua non excludat, quod alia bona in eodem territorio adesse non possent præter locata, vel saltem, quod alijs intra hoc medium temporis spatium vendi non potuerint, † Ex ista enim æquiuoca demonstratione 8
includitur confusio fundorum censitorum cum bonis creditoris, quam ipse probare tenetur, quod nulla eorum pars superfit pro illo substinendo, † alioquin adesse alia bona 9
sufficientia præsumendum esse tenet Rota coram Peutinger. *dec. 391. n. 3. & in rec. par. 13. dec. 166. n. 10. & in Romana Census 10. Maii 1641. §. Ibidemque coram Eminentissimo Car. Cerro.*

Et euitatur omnis dictæ sententiæ Iniustitia, quia census non solum fuit impositus super bonis existentibus in territorio Trebij, sed etiam super duabus domibus in Vrbe possessis per census impositorem, & hac de causa data etiam Integra omnium bonorum existentium in eodem territorio alienatio, census substineretur super hoc fundo bonorum, dum fructus, qui in illis quolibet anno percipi solent sunt correspondentes annuæ præstationi conuentæ in instrumento dicti census, † & in illo casu cen- 10
sus censeri debet impositus insolidum super omnibus corporibus à Debitore census possessis, Cenc. de cens. *q. 114. n. 7.* Rot. *penes eundem dec. 159. n. 5. & dec. 342. n. 6. & 7.* coram Peutinger *dec. 366. n. 6.*

Huiusmodi autem capacitatis fundorum remanentium plena probatio deducitur in ipso instrumento impositionis, & venditionis census, in quo enunciauit Venditor redditus harum domorum, super quibus censum imposuit ascendere ad sc. 225. qui exuberant non solum, ad substinen. ratam census, de qua hodiè agitur, verum etiam totum censum impositum ab initio vsque ad summam conuentam in sc. 175. vt in Summario *num primo*, † & hu- 11
iusmodi assertioni in dubio stari debet, cum instrumentum præsumatur verum † solemne, & de Partium con- 12
sensu confectum Alciat. *de præsumpt. reg. 3 præsumpt. 13. n. 6.* Menoch. *cons. 343. n. 2. lib 4.* Cenc. de censib. *quæst. 35. n. 22.* Rot. coram Buratt. *dec. 151. nu. 6. & in rec. par. 14. dec. 302 n. 7.* vltra quod fundus censitus præsumitur sufficiens ad solutionem annui census † donec contrarium probetur, 13
Rota *dec. 47. n. 3.* apud Merlin. *de pignor. & dec. 391. nu. 3. coram Peutinger. & decis. 288. num. 26. & 27. coram Bich. & in rec. d. decis. 302. num. 8. par. 14.*

His verò ad trutinam reuocatis facilis se obtulit DD. responsio circa aliud obiectum excitatum, quod cum Venturinus possideat bona Hieronymi impositoris census obligati pro releuantia Lucarini, ob id potest repelli exceptione doli, & circuitus euitandi, stante quod hæredes Lucarini possunt contra eadem bona se vertere, quia cum 14
pretium eorundem bonorum fuerit versum in satisfactionem creditorum eiusdem Hieronymi, vt ex quietantia data in Summario Raynaldi venturini *n. 3.* & in Summario replicationis † debet priùs particulariter cognosci an an- 15
terioritas creditorum dimissorum subsistat, & quid, & quomodo operetur: Interim verò non releuat ratio, seù exceptio euitandi circuitum, † quæ non admittitur quo- 16
ties restitutio est facienda ex interuallo Castrens. *in l. si Socer 45. §. Lucius Titius col. prima in princ. n. 6. vers. Item procedit ff. solut. matrim* Gratian. *disc. 627. num. 3. & 10.* Certiùs autem quoties non est facienda, † vel saltem in 17
concursu crediti clari, & liquidi est dubium an sit facienda necne, vt in specie declarat Gloss *in l. dolo facis verb. redditurus est vers. Item hoc verum ff. de dol. mal. except.*

Eo minus obstat exceptio cedendarum, quia Raynaldus promptus est cedere iura talia qualia, † quod vtique 18
sufficere dixit Rota *decis. 576. num. 11. cum seq part. 5. tom. 2. recent.*

Et ita vtraque &c.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Faoen. Dotis, seù Expensarum.

Veneris 7. Iunii 1675.

ARGVMENTVM.

Practicabilem materiam refectionis expensarum in iudicio attentatorum præsens decisio; complectitur Vt neme licet teneatur attentans reficere omnes expensas, quas subire fuit coactus, qui attentata passus est; non tamen condemnatur ad eas, quæ post renunciationem attentatorum factæ sunt, prout nec minus reficiuntur illæ, quæ negotium principale respiciunt, quia de his agitur in fine litis.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ procuratoris, citationum, mercedis copistarum, & huiusmodi semper in litibus sunt fieri solitæ.*

2 *Lites non sine impensa fiunt, vt experientia docet miseros litigantes.*

3 *Expensæ attentatorum vsque ad obulum refici debent ab attentante.*

4 *Attentatis renuncians, adhuc condemnatur in expensis vsque ad renunciationem factis, & vide num. 6. & 7.*

5 *Causæ miserabilium personarum à Rota Romana prouidentur de procuratore, & Aduocato gratis patrocinantibus, & in eis etiam sportulæ condonantur.*

6 *Renuncians attentatis non tenetur ad expensas post renunciationem factas.*

7 *Renunciationi attentatorum non acquiescens sibi imputet, si causam super illis prosequitur, & expensas facit, & vide supra num. 4. & 6.*

8 *Attentans licet teneatur ad omnes expensas, superfluas tamen, & voluntarias soluere non tenetur.*

9 *Expensæ Signaturæ, & aliæ respicientes negotium principale, non reficiuntur in iudicio attentatorum, sed reseruantur in fine litis.*

DECISIO DXXVII.

PRO purgatione attentatorum commissorum à Francisca Corbella Reuerendissimus Gadicensis taxauit expensas ad fauorem Bartoli in scutis centum quinquaginta monetæ, à qua taxatione commissa mihi causa appellationis cum clausula ab excessiua, proposui dubium ad formam commissionis, & de excessiua taxatione constare responsum fuit

Duo genera expensarum distinxerunt Domini, alterum à die decimaquarta Decembris 1671. vsque ad diem decimam octauam Ianuarij 1673 & alterum ab inde citra: Quamobrem expensas facta à Bartolo occasione attentatorum vsque ad diem decimam octauam Ianuarij, dixerunt, esse reficiendas, & illarum taxationem esse reducendam ad summam scutorum quinquaginta monetæ Romanæ, cum ad totidem verisimiliter ascendere potuerint tàm expensæ honorarij Procuratoris, qui informauit in voce, & in scriptis pro obtinenda resolutione constare de attentatis, illiusque confirmationem,
1 ac nonnulla alia breuia memorialia confecit, † quàm mercedis Copistæ, citationum, & aliorum, de quibus eum constet ex notula receptis, ac positionibus in Rota datis, ac etiam à communiter acci-
2 dentibus, quia lites † non fiunt sine impensa, vt experientia docet miseros litigantes Galleratt. *de renunc. cent. prima renunc. 18. per tot.* Propterea tales expensæ refici debent ab attentante, qui vsque ad obulum reintegrare tene- 3
tur illum, qui attentata passus est, plenè Rota *in Ferrarien. Pecuniaria 4. Febr. 1669 §. demum attentata coram Reuerendissimo Domino Beuilaqua almæ Vrbis Gubernatore*, Nil vrgente, quod attentatis fuerit renunciatum, vt mox dicetur, † quia renuncians condemnatur in expensis vsque 4
tunc factis Rota *dec 261 n. primo vers. & solùm vsque ad coram Merlino*, & distinguitur *in Camerinen. Canonicatus 14. Maii 1661. §. fin. coram bonæ memoriæ Priolo*, quam sequitur, & exornat Eminentissimus Gastaldus *in suo voto impres. in rec. dec. 522. par. 14.*

Quo verò ad alias expensas factas post diem decimam octauam Ianuarij 1673. licet attentata aliquo modo concernere videantur, nihilominus earum taxatio non solùm visa fuit, excessiua. Taxantur enim inter cætera scuta sexaginta pro mercede sollicitatoris, quorum solutio referri debet ad labores in alijs causis, quas Bartolus habet in Curia, non autem ad istam parui momenti, vbi totum negocium versatur in scutis ducentis monetæ Vrbini pro dote istius pauperis, & senio confectæ mulieris iam diù litigantis, cui propter paupertatem iustitia, & pietas huius Sacri Tribunalis † prouidit de Procuratore gratis 5
patrocinante, ac sportulas in negocio principali alias gratiose remisit, & condonauit.

Verùm etiam, nullo modo esse debitas, conclusum fuit, cum sub dicta die decima octaua Ianuarij Procurator Franciscæ ad id specialiter constitutus purè, & liberè antequam ad decretum purgationis attentatorum deueniretur, illis renunciauit renunciando executioni factæ vigore exequatur ab A. C. obtenti, pendente causa in Rota, in quo consistebant attentata. † Propterea post renuncia- 6
tionem, Francisca cum vlteriùs progressa non sit in prosequutione attentatorum, ad alias expensas non tenetur Grat. *discept 725. n. 28.* Rota coram Merlin. *dicta dec. 261. n. primo, & 4.* & distinguunt auctoritates in præcedenti §. *relatæ*, ideo sibi debet imputare Bartolus, si non acquieuit renunciationi, † & ea non obstante, litem super at- 7
tentatis prosequi voluit, vt aduertit Rota *dicta dec 77. n. vltimo par. 12. rec.* Licet enim attentans, vt supra dictum est teneatur integrè reficere omnes expensas attentanti, † 8
non tamen obligatur refundere illas, quas superfluè, & voluntariè attentans facere voluit, vt post Imol. *in cap. finem litibus de dol. & contum.* dixit Rota *dec. 3. n. 7. & 8.* coram Dunoz. & *dec 80. n. 12. coram bon. mem. Card. Cels. & in Tiburtina Tutelæ, seù Expensarum 24. Febr. 1668 §. non obstat coram me.*

Caterum expensas factas à Bartolo in Signatura, & in alijs, † cum respiciant negocium principale, de illis agen- 9
dum erit in fine litis.

Et ita decisum vtraque, &c.

R. P. D. CALATAIV.

Britionen. Maioratus.

Veneris 7. Iunij 1675.

ARGVMENTVM.

Pro deneganda manutentione donatario, opponebatur defectus clausulæ *constituti* in donatione appositi, siue quia illud expirauerit morte donantis, siue etiam quia ratione incertitudinis nihil operare posset, siue tamdem quia ex defectu insinuationis cessasset; Sed ijs non obstantibus pro manutentione resoluitur, cum illud in donatione, & contractibus suum habeat effectum statim sequuta morte donantis, incertitudo verò non obstabat, quia agebatur de donatione vniuersali, & demum cum illa à Sacerdote facta sit non subijciebatur legibus, vel statutis de insinuatione loquentibus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, constituti, *transfert in constitutarium possessionem, etiam manutenibilem.*

2 *Clausala* constituti, *suum operatur effectum statim sequuta morte constituentis quamuis deficiat clausula*, ex nunc prout ex tunc.

3 *Bona donata cum clausula*, constituti, *statim sequuta morte donantis, transeunt in donatarium etiam quoad possessionem* .

4 *in Donatione vniuersali quatenus clausula*, constituti, *aliquid operetur, & vide num. seqq.*

5 *Clausula* constituti, *ratione incertitudinis nullam transfert possessionem in constitutarium, & vide num. seqq.*

6 *Constitutum adiectum donationi vniuersali, vt operetur effectum suum, sufficit illa sola generalis expressio, & vide supra d num.3.*

7 *Insinuationis defectus eneruat vim clausulæ*, constituti.

8 *Constitutum dicitur esse contractui accessorium.*

9 *Insinuationem à lege, vel statuto requisitam seruare non tenetur Sacerdos.*

10 *Insinuatio non requiritur in contractu iurato.*

11 *Dictio* cioè, *limitat & restringit totam dispositionem ad solas personas expressas, & alias excludit.*

12 *Fœmina non est capax commendæ, puta Sancti Stephani, vel similis.*

13 *Fideicommissum factum fauore familiæ dicitur expiratum in vltimo de familia, si nullus superfit de ea, vel compareat.*

14 *Verba*, & così di mano in mano, &c. si osserui l'ordine prescritto, *& huiusmodi, dicuntur continuatiua præcedentis orationis.*

15 *Verba continuatiua intelliguntur prout antecedentia.*

16 *Dictio*, & così *repetit omnem qualitatem, modum, & formam præcedentis dispositionis.*

17 *Verba* semper in perpetuum, & in infinitum *non extendunt fideicommissum ad personas diuersas, si illud est constitutum fauore certarum personarum.*

DECISIO DXXVIII.

ALBANVS Ferragallus ordinauit in vltimis Codicilis erectionem Commendæ Equirum Sancti Stephani cum dote scutorum 6000. quam semper voluit remanere in Domo, & familia Ferragalla, nominando primo loco Antonium Ferragallum, & deinde maiores natu dictæ familiæ ordine successiuo: *In stato però, che sia capace della Croce, e Commenda sudetta:* & casu quo Commenda effectum sortiri non possit, voluit eadem scuta 6000. inuestiri ad commodum Domus, & familiæ de Ferragallis: *cioè di quella persona che succederebbe nella Commenda mentre hauesse effetto, &c. così di mano in mano in detto legato succeda il maggior nato di detta famiglia vno dopò l'altro, e serui l'ordine prescritto di sopra in perpetuo, & in infinito, &c.*

Cum autem commenda erecta non fuerit sed factum Inuestimentum in tot locis Montium, Ioseph Ferragallus vltimus illius possessor, & vltimus masculus de dicta familia donauit omnia bona sua Olimpiæ Ferragallæ, inter quam, & Monasterium Sancti Siluestri veniens ex persona Sororis Claræ de Ferragallis Senioris de familia orta lite In partibus, & deinde causa mihi commissa dedi Dubium: An, & cui sit danda manutentio, vel immissio, & Domini Olimpiæ dandam esse manutentionem, & monasterio denegandam immissionem responderunt.

Ipsa enim fundatam habet intentionem, in Instrumento donationis habente in ventre clausulam *Constituti*
1 † quæ in Constitutarium transfert possessionem, etiam manutenibilem Posth. *de manut. obserua. 20. num.8. & seqq.* Rot. *decis.91. numer. primo & 3. & decis.138. numer.21.*

part.12. recent. & operatur effectum suum statim sequuta morte Constituentis, quamuis deficiat clausula *ex nunc prout ex tunc* Odd. *cons.22. numer.10.* Ant. de Amat. *resol. 39. numer.78.* Rota apud Posth. *de manut. decis.28. numer. 6. & in Interamnea. Bonorum 9. Iunii 1659. coram Eminentissimo Cerro* præsertim quando, vt hic, con-
stituens bona donata reliquit in sua hæreditate; † Nec 3
In tertium eo viuente alienauit, vt aduertit *dicta decis. in Interamnea. Bonorum §. nec refert.*

Nihil obstante, quod versemur in donatione vniuer-
sali, † & sic ratione incertitudinis, clausula prædicta 4
† transferre non potuerit possessionem in aliqua parte 5
Posth. *de manut. obserua. 20. num.29.* quia procederet quando Constitutum esset appositum super re particulari om-
nino incerta ratione quotæ † non autem quando est 6
adiectum in donatione vniuersali omnium bonorum, hoc enim casu sufficit illa generalis certitudo Rot. *dec.356. n. 23. par.9. recen.*

Minusque subsistente nullitate donationis deducta ex
defectu insinuationis, † quæ pariter eneruat virtutem 7
clausulæ prædictæ, vel contractui accessoria, vt dixit
Rot. *decis. 227. numer.10.* post Posth. *de manut.* quia 8
Ioseph donator tempore factæ donationis erat Sacer-
dos, † ideoque non erat subiectus legibus, vel statutis 9
de insinuatione loquentibus Rot. *decis. 58. numer.27. part. 6. & decis. 52. & 264. part. 12. recent.* vltra
quod illa est vallata Iuramento; † quod supplet 10
defectum insinuationis requisitæ de Iure Ciuili Rot. *dec.378. num.2. part.4. dec.382. num.12. part. 9. & decis.58. part.6. recent.*

Pro exclusione autem Monasterij à petita immissione vigore fideicommissi supradicti Albani ponderarunt Domini, quod Testator tam in casu erectionis Commendæ, quàm in casu inuestimenti non vocauit simpliciter maiorem natu de familia, sed cum qualitate, quod esset capax dictæ Commendæ, vt patet ex verbis supra expressis, ibi: *In stato però, che sia capace della Croce, e Commenda sudetta*, & ibi: *cioè di quella persona, che succederebbe nella Commenda mentre hauesse
effetto, &c.* Dictio enim, † *cioè* limitat, & restringit to- 11
tam dispositionem ad solas personas Commendæ capaces, & alias incapaces excludit Menoch. *cons.706. n.12.* Buccafer. *cons 40. num.8.* Rouit. *cons.28. n.27. lib. primo* Lotther. *de re benef. lib.2. quæst.32. numer.4.* Rot. *decis. 255. num. 2. & 6. part.8. recent.* talis autem non est Soror Clara, ex cuius persona agit Monasterium, quia ista, vti fœmina,
† non est capax Commendæ Sancti Stephani, vt in spe- 12
cie probat Ansald. *cons.13. n.136. & cons.14. num. 122. & seqq* & cum nullus compareat masculus de dicta familia fideicommissum expirauit in persona Iosephi donatoris Fusar. *de substit. q.571. n. primo & seqq.* Rot. *dec. 363. nu. primo par.5. recent.*

Neque obstant verba subsequentia, ibi: *E così di mano in mano in detto legato succeda il maggior nato della famiglia sudetta, e s'osserui l'ordine prescritto di sopra*,
quia sunt continuatiua eiusdem orationis, † & per con- 14
sequens debent intelligi prout antecedentia de maiori na-
tu Commendæ Capaci Mandel. *cons.334. numer. 18. &* 15
seqq. Casanat. *cons.29. numer.57.* Marcel. Marcian. *cons.
10. numer 16.* idque patet ex dictione, *e così*, † quæ re- 16
petit omnes qualitates modum, & formam præcedentis dispositionis Fusar. *cons.39. numer.41.* Rolan. *cons. 30. numer 22. & cons.34. numer.28. lib.4.* Aloijs Mans. *consult.98. num.25.* Barz. *decis.6. numer.22.* Paitel. *dec 9. num. 21.* Censal. ad Peregr. *decis.10. nu. 6.* Rot. *diuers. dec. 128. n.4 & in recent. decis.455 nu.10.* & coram Arguelles *decis. 81. n.17.*

Minus releuant verba, *semper in perpetuum & in infini-
tum*, † quia non extendunt fideicommissum ad diuersas 17
personas, quando illud factum, & restrictum est fauore certarum personarum Fusar. *de substit. q.450. numer.10.*

Et ita vtraque &c.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Successionis.

Veneris 7. Iunii 1675.

ARGVMENTVM.

Explicatur dispositio Statuti Vrbis *lib. primo cap.* 144. adimentis facultatem relinquendi filijs legitimatis vltra medietatem bonorum patris, quod scilicet illud tamquam restrictum ad Ciues, non comprehendat forenses, minus etiam incolas, qui in odiosis; quale dictum Statutum reputatur, non veniunt appellatione ciuium; Plura igitur de huiusmodi statutis, quæ dicantur odiosa, vel correctoria iuris communis, quando videantur respicere agnationem, vel ne, & quatenus similes prohibitiones comprehendant nepotes, & alia etiam super hac materia in eadem decisione deducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis* lib. primo cap. 144. *adimit facultatem relinquendi filijs legitimatis, vltra dimidiam bonorum patris, & quando hoc procedat, vel non vide per totam.*

2 *Statutum adimens liberam facultatem testandi ad fauorem propriæ sobolis quamuis legitimatæ, dicitur correctorium iuris communis, & odiosum, & num. seq.*

4 *Statutum odiosum loquens de iure, non comprehendit forenses, nec incolas & vide nu. seq.*

Incolæ in odiosis non venit appellatione ciuium, & num. 14.

6 *Statutum Vrbis loquens de vltimis voluntatibus non comprehendit contractus.*

7 *Statutum Vrbis prohibens relinquere filijs legitimatis, non comprehendit casum, in quo instituuntur nepotes, & num. 9.*

8 *Statuta exclusiua, seù prohibitiua, & odiosa habent tantummodo locum in casibus in eis formaliter expressis.*

9 *Statutum loquens de filijs, non comprehendit nepotes, & quando supra num. 7.*

10 *Renunciatio sicuti obstat renuncianti, ita repellit hæredem, vel alium ab eodem renunciante causam habentem.*

11 *Forensis per incolatum efficitur ciuis ex longa mora in Ciuitate contracta, ductione vxoris, & acquisitione magni patrimonij.*

12 *Incola, vt efficiatur ciuis requiritur animus perpetuò in ciuitate permanendi.*

13 *Incola non potest dici ciuis, si se in instrumento enunciauit forensem.*

15 *Statutum excludens legitimatos propter legitimos dicitur respicere agnationem, & ideo remanet fauorabile, non odiosum, & vide n. seqq.*

16 *Statutum excludens legitimatos intuitu legitimæ sobolis, non est correctorium, sed conforme iuri communi.*

17 *Statutum Vrbis* lib. primo cap. 42. *mandans statuta indistinctè seruari inter ciues, incolas, & districtuales, comprehendit etiam casum, quo illi sub aliqua dispositione eiusdem statuti non fuissent expressi.*

18 *Statutum Vrbis* lib. primo cap. 144. *adimens facultatem relinquendi filiis legitimatis vltra certam partem, an dicatur respexisse agnationem, & supra num. 15.*

19 *Agnationi non dicitur prospectum quando ab initio fuit instituta fœmina, & vide num seqq.*

20 *Fœmina dicitur de agnatione, & ideo ex illius vocatione non excluditur ratio illam conseruandi.*

21 *Filii legitimati non existentibus legitimis, possunt institui hæredes in omnibus bonis.*

22 *Statutum Vrbis* lib. primo cap. 42. *generaliter extendens dispositionem illius ad ciues, Incolas, & districtuales, non comprehendit casum specialiter prouisum.*

23 *Dispositio generalis restringitur per subsequentem specialem.*

24 *Statutum loquens de dispositione per vltimam voluntatem, quatenus ex identitate rationis, procedat etiam in donationibus, & contractibus & num. seqq.*

25 *Donatio facta in fraudem statuti prohibentis dispositionem per vltimam voluntatem comprehenditur ab eodem statuto.*

26 *Testamentum conditum fauore filiorum nasciturorum dicitur respicere interesse patris institui prohibiti, & ideo remanet nullum.*

27 *Verba* aliquo modo *contenta in dispositione loquente de vltimis voluntatibus, quatenus etiam contractus comprehendere possint.*

28 *Statutum tendens ad exclusionem propriæ sobolis in concursu extraneorum, dicitur totaliter odiosum, & exorbitans à iure communi.*

29 *Fraus non consideratur in eo, qui vtitur iure suo, si de ea non constat per vrgentissimas coniecturas, & euidentissimas demonstrationes.*

30 *Aaus amore prosequi solet nepotes etiam nascituros, quia per eos sui nominis memoria in æuum propagatur.*

31 *Testamentum, in quo instituuntur nepotes, quales, licet pater hæres institui non possit, si est conditum prædilectione nepotum, vt de iure præsumitur.*

32 *Validitas actus semper de iure præsumitur, & hæc præsumptio superat omnes præsumptiones contrarias.*

33 *Renunciatio quatenus non dicatur restricta ad iura præsentia, sed comprehendat etiam futura, & specialem mentionem requirentia, & num. seq.*

34 *Renunciatio dicitur comprehendere etiam iura de futuro, si renunciatario fuit concessa facultas instituendi hæredem in omnibus suis bonis.*

DECISIO DXXIX.

DONAVIT Claudius Sala pro conseruatione sui nominis, & familiæ Carolo Iosepho eius filio legitimato, necnon Antonio filio primogenito legitimo, & naturali eiusdem Caroli, alijsque Descendentibus masculis ordine primogenituræ sc. 25. mil. assignanda in tot locis Montium, quam donationem successiuè quatenus opus esset, confirmauit in Testamento condito post plures menses in quo hæredes, vniuersales instituit dictum Antonium, & Ioannem Baptistam aliosque filios legitimos, & naturales natos, & nascituros ex dicto Carolo relicta eidem bonorum administratione quousque filijs ad ætatem annorum 25. peruenissent.

Defuncto Carolo donante, & respectiuè Testatore, Cæsar eius nepos ex fratre, & Helena ex eodem fratre proneptis prætendentes dispositiones præfatas nullitatis vitio subiacere, vtpote factas contra dispositionem statuti vrbis *lib. prima cap.* 144. † adimentis Ciui Ro- 1
mano facultatem relinquendi filijs legitimatis vltra dimidiam bonorum in casu, quo ex eo supersit vel filia

filia fœmina legitima, & naturalis, vel frater, siue ne-
pos ex fratre; Intentarunt cor. A C. de voto Rotæ Iudi-
cium super Immissione eaque denegata per decisionem
editam die 20. Februarij 1668. coram Eminentissimo D.
Cardinali Cerro tunc meritissimo Rotæ Decano deinde
confirmatam coram eodem die 23. Ianuarij 1669 Conuo-
lanit Helena, aquiescente Cæsare altero collitigante ad iu-
dicium petitorium, in quo proposito hodiè per me dicti
Eminentissimi locum suffectum, dubio: An constet de eius
bono iure negatiua prodijt resolutio.

2 Præmisso enim, quod dictum statutum † vti auferens
liberam facultatem testandi ad fauorem propriæ sobolis
3 legitimatæ intuitu transuersalium † dicitur correctorium
Iuris communis, & odiosum, vt in fortioribus terminis
laté firmat Anchar. *cons. 380. n. primo & seqq.* Mart. *medit.
exam 39. n. 33.* Rot. coram Seraph. *dec. 811. n. 2. & 3.* & in
puncto huius statuti dictum fuit in dicta decisione *edita
coram Eminentissimo Cerro Decano* 1668. *§. Replicatio, &
in Romana Fideicommissi de Donis 15. Iunij 1671. §. non resi-
stente coram R. P. D. meo Vicecomite.* Hinc ex triplici fun-
damento Domini censuerunt illius dispositionem non ha-
bere locum in proposita facti specie.

4 Primò, quia illud loquitur de Ciue Romano, † ideo-
que non comprehendit forenses, qualis erat Claudius ori-
gine Mediolanensis in Vrbe degens solum occasione mer-
caturæ Rimin. Iun. *cons. 171. num. 32.* Mascard. *de gener.
stat. interpret. consult. 6. num. 15.* imo nec etiam Incolas,
5 † qui in odiosis non veniunt appellatione Ciuium Natta
cons. 254. sub n. 2. cum seq. Boer. *dec. 13. n. 24.* optime Faber.
in Cod. lib. 6. tit. 18. definit. 17. de verb. signif. Carleual. *de
Iudic. lib. primo tit. primo disput. 2. sub nu. 82. vers. accipitur*
cum alijs *in dicta dec. Eminentissimi Cerri §. replicatio in
fine.*

Secundò, quia siue agamus de bonis donatis, siue de
relictis in Testamento, statutaria dispositio in neutro
casu habet locum; Non in primo, quia ea vti loquens de
6 relictis per viam vltimæ voluntatis † non extenditur ad
dispositiones factas per contractum inter viuos, vt præ-
ter allegatos in præcitata *decisione Eminentissimi Cerri §.
considerando firmarunt* Ruin. *cons. 44. numer. 19. & 25. lib.
2.* Alex. *cons. 26. numer. 4. & seqq. lib. 2.* Rimin. Iun. *sub
num. 104.* Tort. *ad stat. Pap. statut. 90. numer. 29. & 58. in
Ciuil.* Carpan. *ad statut. Mediolanen. par. prima cap. 295. n.
36.* & Lancell. Gall. *ad consuetud. Alex. verb. legare quæst.
6. n. 14. & seqq.*

Et eò minus in secundo, quia prohibitio relinquendi
filijs legitimatis non comprehendit casum, in quo fuerunt
7 prout hic, instituti hæredes nepotes, † huiusmodi enim
statuta exclusiua, seù prohibitiua, & odiosa habent lo-
cum dumtaxat in casibus in eis formaliter expressis Dec.
8 *cons. 431. num. 8. & 9.* Honded. *cons. 8. num. 13. 15. & 16. lib.
primo* & Rota in puncto huius statuti *in dicta Romana Fi-
deicommissi de Donis 15. Iunii 1671. §. indigna coram R. P. D.
meo Taia* & in eadem causa eadem *die, & anno coram R. P.
D. meo Vicecomite §. finali.*

Tertiò denique, quia aut Helena impugnare vult do-
nationem, & Testamentum, & aspirare ad successionem
ex propria persona, & cum ipsa sit Proneptis Claudij
9 Testatoris ex fratre † iuuari nequit statuto loquente de
nepotibus ex regula mox firmata, quæ non solum præ-
cedit ad effectum excludendi, sed etiam respectu inclu-
sionis, vt aduertit idem Hond. *in cons. 8. mox citato sub
dicto n. 13.*

Aut verò agere intendit ex persona Caroli Patris, & ei
10 obstat exceptio amplissimæ renunciationis ab eodem Ca-
rolo factæ quæ sicut ipsum repelleret à limine Iudicij, ita
repellit Helenam ab eo causam habentem *vulg. l. cum à ma-
tre C. de rei vendicat.* & Rot. coram Peuting. *dec. 348. nu.
primo & 2.*

Non obstant adducta contra primum fundamentum,
nempe Claudium originaliter Ciuem Mediolanensem
euasisse tamen Incolam Vrbis mediante longa mora ibi-
11 dem tracta; † Ductione vxoris, & acquisitione magni
Patrimonij iuxta deducta *in voto Peniæ impress. apud* Fen-
zon. *ad stat. Vrb. fol. 81. & seq.*

Quidquid enim sit, an ex his incolatus probatio resul-
12 tet in proposita facti specie; † In qua animus Claudij
perpetuò permanendi in Vrbe ad hunc effectum requisitus
ex *gloss. in l. Ciues in verbo larem C. de Incol. lib. 10.* cum
alij per Gratian. *discept. 181. num. 3.* excludi dicebatur ex
13 eo, quia tàm in donatione, quam in Testamento † se
enunciauit Ciuem Mediolanensem iuxta deducta coram
Eminentissimo Otthob. *decis. 145. nu. 32.* adhuc statutum
loquens de Ciue Romano vti odiosum, & correctorium
Iuris communis, † non debet extendi ad Incolas, vt su- 14
pra dictum est.

Non releuante triplici responsione in contrarium ad-
ducta, Prima quod istud statutum † vti respiciens fa- 15
uorem agnationis legitimæ dicatur fauorabile, ex fir-
matis coram bon. memor. Card. Celso *decis. 125. nu-
mer. 10.*

Secunda, quod vti excludens filios legitimatos intuitu
legitimæ sobolis, non sit correctorium, † sed confor- 16
me Iuri communi idem disponenti in *l. communium
§. & quoniam versiculo ita tamen C. de natural. liber.*

Et tertia, quod ex *cap. 42. lib. primo* statutorum genera-
liter disponente Vrbis statuta seruari debere inter Ciues,
Incolas, & Districtuales, † claré deducatur Incolas etiam 17
si non expressos sub ijsdem comprehendi iuxta firmata co-
ram Cocc. *dec. 2077. nu. primo.*

Nam quoad primam replicatur in statuto controuerso
nullam fuisse habitam rationem agnationis nec tacité,
nec expressé; Non expressé quia statutum hoc non dicit;
Neque tacité, quia licet prohibeat testari in fauorem le-
gitimati, existente fratre, seù nepotibus ex eo, † nihi- 18
lominus fuit animaduersum hanc prohibitionem legi
præcedenter factam etiam existente filia fœmina Testato-
ris, quæ cum agnationem non conseruet, & prælata
sit masculis eam conseruantibus; † Cessat quælibet eius 19
consideratio, cui non dicitur prospectum, quando ab ini-
tio fuit instituta fœmina, ex qua euenire potest, vt bona
transeant in extraneos, adhuc existentibus agnatis Soccin.
Iun. *cons. 26. sub n. 11. lib. 4.* Gabr. *cons. 100. nu. 35. lib. 2.* Gio-
uagn. *cons. 82. n. 162. lib. primo* & Rota *in Bonon. Fideicom-
missi de Luparis 6. Iunij 1664. §. Primogenitum coram bonæ
memoriæ Priolo.*

Et hinc non obstat *decisio 125. coram Celso* in contra-
rium adducta, firmans etiam fœminam dici de agnatio-
ne, illiusque vocationem non excludere, quin de ea dica-
tur habita ratio: † Quia in casu illius decisionis erat fœ- 20
mina vocata à statuto in defectum masculorum, vt aduer-
titur *n. 12.* & proinde non aduersatur, imò fauet conclusio-
ni mox firmatæ.

Quoad secundam responsionem facilior visa est repli-
catio; quia statutum, de quo agitur duas continet par-
tes, alteram, in qua prohibet testari ad fauorem legiti-
mati, existente legitima sobole; & alteram, in qua idem
prohibet existente fratre, seù nepotibus: In prima parte
non negatur illud esse conforme iuri communi; In secun-
da verò non potest dubitari quin illi aduersetur, cum abso-
lutum sit in iure vnumquemque posse instituere hæredes
† in omnibus suis bonis filios legitimatos, non existenti- 21
bus legitimis.

Denique quoad tertiam dictum fuit generalem dispo-
sitionem relatam † in *cap. 42.* habere locum in illis casibus, 22
in quibus neque de Ciuibus, neque de Incolis fuit facta
mentio; qualis erat ille relatus *in decis.* Coccin. 2077. non
autem in casibus, in quibus statuti dispositio ad Ciues re-
stricta † legitur, cum regulare sit dispositionem genera- 23
lem restringi per subsequentem specialem, *cap. generi 34.
de regul. iur. in 6. l. dolis clausf. 119. ff. de verb. oblig. & l. le-
gata suppellectilis ff. de suppell. leg.* Rot. *decis. 210. n. 8. par. 5.
rec. & coram* Coccin. *dec. 1519. n. 8*

Minus obstare visa est duplex exceptio allata contra
secundum fundamentum, altera contra donationem,
† quæ ex identitate rationis comprehendi dicebatur 24
sub statuto prohibente dispositionem per vltimam vo-
luntatem, iuxta deducta per Menoch *cons. 344. per tot.*
& signanter *n. 20* & maximè quando huiusmodi donatio
† facta apparet in fraudem statuti, vt præter Menoch. 25
mox citatum obseruant Alex. *cons. 55 lib. 1. &* Afflict. *dec.
360. sub num. 11.*

Altera verò contra Testamentum, quod ex institu-
tione filiorum nasciturorum † dicebatur conditum ad 26
contemplationem patris, & sic nulliter, ex Peregrin. *de
iur. fisc. lib. 3. tit. 18. nu. 48.* Lup. *de illegit. conclus. 1. § 158. vers.
vnde secus,* Menoch. *cons. 58. n. 11.* cum aliis pluribus allega-
tis.

Nam quoad primam firmata per Menoch. *cons. 344.* cir-
ca statutum Patauinum disponens mulierem habentem
filios non posse relinquere, neque ab intestato, aut do-
natione causa mortis, aut aliquo modo, bona sua alteri,

quam filijs suis, & ita satis dubium, an sub illis verbis :
27 *aut aliquo modo* † perpensis ab eodem Menoch. *sub n.14. & seqq.* comprehenderetur etiam contractus inter viuos, &
& vti adimens facultatem testandi in fauorem extraneorum ad exclusionem propriæ sobolis, non totaliter odiosum, dictum fuit non applicari in præsenti hypothesi, in qua statuentes per antecedentia verba: *non liceat in testamento, vel quauis vltima voluntate* apposita in prima parte, explicitè declararunt sub verbo relinquere apposito in secunda intellexisse de relicto per viam vltimæ voluntatis, & quorum dispositio tendens ad exclusionem propriæ so-
28 bolis in concursu extraneorum, † & sic totaliter odiosa, & exorbitans à iure communi ex supradictis est propriè intelligenda absque aliqua extensiune, vt præ cæteris notat Alex. *in supra alleg. cons.26. n.5. lib.2.*

Indeque cessat supposita fraus, nedum quia non probatur scut 25. mil. donata absorbere in totum, vel maiorem partem bonorum Donantis, vt in casu Alex. *& Afflict.*
29 verum etiam, quia fraus non † consideratur in eo, qui vtitur iure suo, quando de ea non constat per vrgentes coniecturas, & demonstrationes, quæ hic deficiunt, vt per *l. non videtur ff. de reg. iur.* in specie respondet Alciat. *cons.54. nu. 24. lib.8.* & Lancellott. Gall. *ad consuetud.* Alex. *verb. legure d. q.6. n.40.*

Quoad secundam respondebatur, quod licet Clandius vltra filios iam natos, instituerit etiam nascituros, masculos tamen dumtaxat, exclusis fœminis, hoc fecisse videri potest, vt eis mediantibus magis consultum foret conseruationi propriæ agnationis, quam in omnibus descendentibus sui filij legitimati expressè considerauit in prædicta donatione, vel ob specialem amorem, quo Auus prose-
30 qui solet nepotes, etiam nascituros, † quatenus per eos sui nominis memoria in æuum propagatur, vt inquit *sex. in l. liberorum 220. in fin. ff. de verb. signific.* in bis terminis ponderatus per Lucidor. *de illegit. Cleric. cap.11. sub num 4.* itaut hæc sola possibilis mens Testatoris sofficiat ad effe-
31 ctum, vt inhærendo actus validitati † præsumatur personas neptum, non autem filij contemplasse, vt præter allegatos in *decisione Eminentiss. Cerri §. & in dubijs* firmarunt Angel. *de acquir. possess. q.3. n.679. & seqq.* Lucidor. *eodem tract. cap.11. sub n.17.* Mart. *de succ ess. legal. part.1. q.20 art.7 n.6.* & Ioan. Angel. Boss. *de aliment. cap.6. nu. 248.* & Rot. *dec.617. sub n.2. in fin. par.1. diuers.* vbi quod
32 præsumptio validitatis actus † superat omnes alias præsumptiones.

Tertium denique fundamentum frustra tnilere contendebant Scribentes sub prætextu, quod renunciatio facta à Carolo Patre Helenæ, alijsque fratribus, restricta sit ad iura præsentia, quæ eisdem competere poterant occasione prætensæ societatis vigentis inter Claudium, ip-
33 sosque renunciantes, quia ex eius lectura deregitur † fuisse extensam ad quemcumque iura etiam futura, & specialem mentionem requirentia, & signanter ad illud hodie controuersum, dum renunciantes Claudio expressè concesserunt facultatem instituendi hæredem in omnibus suis bonis Carolum Iusephum eius filium legitimum, vt obseruat præcitata *dec. Eminen. Cerri §. Cum itaque*, & patet ex infrascriptis verbis: ibi Senza che per alcun pretesto, causa, ragione, ò titolo etiam non pensato, e quanto si sia remoto, e chiuso in corpo delle leggi sia tenuto participare portione alcuna benche minima, ma di quelli in tutto, & in parte fare, e disporre tanto noi viui, quanto noi morti nel modo, che più le parerà, e lassarli intieramente, e senza diminutione alcuna per testamento, ouero ab intestato, & in qualunque altro modo che le parerà, e piacerà al detto Signor Carlo Gioseppe Filippo Sala suo figlio naturale, e legitimato &c. Et inferius ibi: Tutte, e singole ragioni, & attioni di qualsiuoglia sorte, che à noi, & à ciascun di noi tanto per il passato, come di presente ci competessero, e potessero competere per l'auuenire per qualsiuoglia capo, titolo, ragione, causa &c che douesse esprimersi indiuidualmente, ò che anco fusse chiuso in corpo delle leggi contro detto Sig. Claudio, e suoi beni &c. ò alcuna portione di essi di qualsiuoglia qualità, e quantità, ch'ella si fusse in tutto, e per tutto senza riseruarsi alcuna attione ampiamente, e generalmente renunciamo, cediamo, e transferiamo al medesimo Sig Claudio, & al detto Sig Carlo Gioseppe Filippo, e loro Eredi &c.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. E M E R I X.

Anconitana Capellæ.

Veneris 7. Iunii 1675.

A R G V M E N T V M.

Assistentiam, quam habet Ordinarius super exercitio iurisdictionis in Ecclesias suæ Diæcesis operatur, quod allegans priuilegium exemptiuum, illud probare teneatur, & quidem in casu controuerso; hinc cum allegaret Capitulum Lateranense aggregationem sibi factam alterius Ecclesiæ vigore priuilegj inter cætera Sixti V. cum hoc haberet qualitatem, quod Ecclesia aggreganda fuerit constructa in solo eiusdem Capituli, & ageretur de Ecclesia iam constructa, eique successiuè donata, illud ideo extra casum priuilegij versari deciditur.

S V M M A R I V M.

1 *Episcopus habet assistentiam iuris super exercitio iurisdictionis in omnes Ecclesias suæ Diæcesis.*

2 *Exemptionem habens, illam probare debet, & quidem in casu controuerso.*

3 *Priuilegium tendens in alterius præiudicium strictè est interpretandum.*

5 *Priuileg um præiudicans tantummodo concedendi, vti beneficium Principis, latum recipit interpretationem.*

5 *Capitulum Lateranense plura habet priuilegia a Romanis Pontificibus, aggregandi, & sub eius protectione recipiendi alia Ecclesias, & num seqq.*

7 *Reuocatum priuilegium considerandum non est, & habetur ac si nunquam emanasset.*

8 *Priuilegium, quod habet Capitulum Lateranense sibi aggregandi alias Ecclesias, requirit qualitatem constructionis illarum in solo eiusdem Capituli.*

9 *Qualitate in priuilegio contenta non probata, priuilegium nihil operatur.*

10 *Ecclesia eo ipso quod est constructa, supponitur esse sub exercitio iurisdictionis Ordinarii.*

11 *Manutentio Ordinario conceditur super exercitio iurisdictionis in omnes Ecclesias suæ Diæcesis.*

12 *Manutentio eo magis Ordinario conceditur, si plures habet actus iurisdictionales per ipsum, & eius antecessores exercitos in Ecclesias suæ Diæcesis.*

D E C I S I O D X X X.

EX eisdem rationibus, ex quibus Domini sub die 5. Decembris* proximè præteriti responderunt constare de bono iure Eminentissimi Episcopi, etiam ad effectum manutentionis in exercitio omnimodæ Iurisdictionis spiritualis in Cappellam, de qua agitur, hodie persiterunt in decisis.

Subsistunt enim omnia in eadem decisione firmata, quod scilicet Ordinarius habeat assistentiam iuris res- 1
pectu huiusmodi Iurisdictionis in omnes Ecclesias sitas intra fines eius Diœcesis, quodque allegenti exemptionem † incumbat onus probandi Priuilegium, & 2
ostendendi se versari in illius casu, cùm alioquin illud vti tendens in alterius præiudicium † sit strictè 3
interpretandum ad differentiam alterius præiudicantis tantum concedenti, † quod vti beneficium Principis 4
latissimè venit interpretandum ex doctrina Abbatis in

in cap. quia circa vigesimoprimo num. 4. de priuileg. Felinus *in cap. causam quæ decimaoctaua num.* 11. *& 12. de rescript.* Oldrad. *cons.* 268. *num* 2. & Doctores passim.

In præsenti autem, etiamsi non negetur Venerabile
5 Capitulum Lateranense † obtinuisse à Romanis Pontificibus Calixto Tertio, & Bonifacio Nono diuersa Priuilegia aggregandi, & sub eius protectione recipiendi alias Ecclesias, tamen animaduersum fuit Priuilegium Ca-
6 lixti † hucusque non exhibitum, fuisse à Pio Quarto ab-
7 solutè reuocatum, † ideoque considerandum ac si nunquam emanasset, vt dixit Rot. *decis.* 937. *num.* 3. *& decis.* 1919. *num.* 14. *coram Coccino.* Alterum vero Bonifatij Noni ab eodem Pio reuocatum, & à Sixto Quinto restauratum, prout in eius Constitutione 19. inter impressas in
8 Bullario, † continere in ventre qualitatem Constructio-
9 nis Ecclesiæ aggregandæ in proprio solo † Lateranensi, qua prius non probata, Priuilegium nihil operatur, ad notata per Bart. in *l. prima, ff. de condict. ex legat.* Soccin. Sen. *cons.* 65. *num.* 4. *lib* 4. & dixit Rot. *decis.* 670. *numer.* 1. *coram Seraphin & in recent. decis.* 578. *num* 4. *par prima, & decis.* 259. *num.* 3. *part.* 2.

Tantum autem abest, vt in hoc casu probata fuerit qualitas ista constructionis Capellæ controuersæ in solo Lateranensi ex asserta aggregatione facta à Capitulo de anno 1591. quod imo contraria ex illa literaliter desumatur, dum legitur confratres eiusdem Capellæ illam do-
10 nasse iam constructam, † quod supponit illius existentiam sub Iurisdictione Ordinarij ex *Textu in cap. omnes Basilicæ decima sexta quæst.* 7. *& in cap. Venerabilis de religios. domibus*, cui propterea debita quoque est manuten-
11 tio † in exercitio omnimodæ iurisdictionis spiritualis tam ex *Textu in cap. cum personæ §. finali de priuileg. in sexto*,
12 quam etiam ex possessione vel quasi, † in qua existit vigore plurium actuum iurisdictionalium per ipsum, & eius antecessores exercitorum in vulgato §. *retinendæ instit. de interdict.* in his terminis contra idem Capitulum canonizato *in Marsicana Iurisdictionis* 3. *Decembris* 1674. *coram Reuerendo Patre Domino meo Rondinino* aliasque sæpissimè.

Et ita, informante tantum Eminentissimo Episcopo, Venerabili Capitulo pluries monito, & diu expectato, decisum fuit.

Altera præsentis Causæ decisio in hac eadem causa emanata, habetur impressa in alio præcedenti tomo primo istius decimæ octauæ Partis recentiorum, vbi est in ordine decis. 383.

R. P. D. EMERIX.

Asculana Emphyteusis.

Vener. 7. Iunii 1675.

ARGVMENTVM.

Quamuis de sola renouatione emphyteusis tractetur, & inde quæratur, teneri Episcopum successorem renouare proximiores, posteaquam eius antecessor plura ideo deducuntur illam concedendo extraneis, satis declarauerat nolle pro se retinere, tam de solito, quam de pactis, sub quibus proximiores eam tenentur recipere, & alia quoque similiter explicantur super admissione ad causam, quatenus scilicet, & in quibus actibus nouiter admissus citari debeat, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Admissus ad causam cum clausula in statu, & termino, sufficit quod posteà citetur ad omnes actus, non autem quod acta præcedentia contra illum repetantur.*

2 *Admissus ad causam in statu, & terminis facit omnia acta sua, perinde ac si contra ipsum fuissent facta.*

3 *Dominus directus eo ipso, quod finita emphyteusi inuestiuit alios, declarat nolle pro se retinere.*

4 *Episcopus successor factum sui antecessoris reuocare non potest, sed illud seruare tenetur, & num. seqq.*

5 *Dominus directus si nolit pro se retinere, tenetur renouare proximiores, & eos inuestire.*

6 *Renouatio bonorum Ecclesiæ vltra solitum fieri non potest sine beneplacito Apostolico.*

7 *Emphyteusis concessa patri, & filiis, non successiuè, sed simultaneè, omnes dicuntur primi acquirentes, & vnum tantum gradum constituunt.*

8 *Emphyteusis concessè patri, & filiis, necnon eorum filijs, filiorum filijs, ac nepotibus, adhuc dicitur ad tertiam generationem, & quare, sup. sub numer. 5. & seqq.*

9 *Dictio, Ac, stat declaratiuè, & intelligitur secundum subiectam materiam.*

10 *Verba subsequentia declarant, & restringunt concessionem dubiam antecedenter factam.*

11 *Inuestitura noua, quod fuerit facta vltra solitum, nihil deperit, si renouatio proximioribus debita, fieri potest, quod solitum non excedat.*

12 *Proximior renouationem emphyteusis sibi debitam tenetur recipere cum eisdem pactis, & conditionibus, quæ offeruntur ab extraneis, & vid. num. seq.*

13 *Domino directo via aperienda non est supplantandi proximiores, quibus de iure renouatio debetur.*

DECISIO DXXXI.

CVM Rodulphus, & Sfortia de Ferris instarent coram R. P. D. meo Matthæio pro prolatione tertiæ sententiæ confirmatoriæ duarum antecedentium, quibus in præiudicium, & ad exclusionem Emigdij, & fratrum de Ricciardis, pronunciatum fuerat, Eminentissimum D. olim Episcopum Asculanum, obligatum fuisse ipsos vti proximiores vltimi emphyteutæ inuestire de bonis controuersis per eius obitum ad illius mensam deuolutis cum eisdem tamen pactis, & conditionibus, cum quibus dictum Emigdium, & fratres inuestiuerat, fuit admissus ad Causam in statu, & terminis, in quibus reperiebatur, modernus Episcopus satagens vtrosque collitigantes excludere ex potiori iure eius mensæ Episcopalis, & postmodum prolata dicta tertia sententia, à qua commissa mihi appellatione ad prouocationem Episcopi proposui dubium ad formam rescripti Signaturæ Iustitiæ, An constaret de tribus conformibus, affirmatiuè per DD. resolutum, non obstantibus nullitate, & iniustitia per eundem Episcopum adductis.

Nullitas enim ex eo elicita, quod contra ipsum non fuerint repetitæ citationes ad dicendum contra commissionem, & ad terminos substantiales iam ante contra fratres de Ricciardis executæ, prout post ipsius admissionem ad causam fieri debuisse contendit, non videbatur subsistere, quia cum fuerit admissus in statu, & terminis vt
supra, & posteà citatus ad sententiam, † aliud non requi- 1
rebatur, ex quo per talem admissionem † fecit omnia acta 2
sua, perinde ac si contra ipsum facta fuissent, vt notat Ridolph. *in prax. par.* 2. *cap.* 4. *nu.* 99. *& seqq.* & dixit Rot. *decis.* 288 *num.* 1. *&* 2. *par.* 9. *recent. &* coram san. memor. Gregorio *decis.* 259. *numer.* 2. *ibique* Adden. *numer.* 3. & alibi passim.

Prout nec pariter subsistit Iniustitia desumpta ex eo, quod Episcopus finita inuestitura possit pro se dicta bona retinere, nec teneatur facere renouationem, quia cum
iam eius antecessor declarauerit nolle pro se retinere, † eo 3
ipso quod alios inuestiuit, vt notat Rip. *in l prima num.* 10. *ad fin. de priuileg. credit.* Honded. *cons.* 51 *num* 46. *in fine, &* 47. *lib.* 1. alijque adducti in *decis. huius Causæ* 27. *Maii* 1672. *§. probatur coram bo. mem. Priolo, &* 9 *Aprilis* 1674. *§. & satis coram R. P. D. Matthæio*, non potest modernus Epi-
scopus illius factum reuocare, † sed præcisè tenetur fra- 4
tres de Ferris proximiores reinuestire, † sicut eius ante- 5
cessor tenebatur ex æquitate, de qua per Batt. *in d. l. prima §. permittitur in fine, ff. de acqu. quotid.* communiter recepta, vt testatur Roman. *cons.* 52. *num.* 5. *vers. contrarium tamen*, *ibique* Add. *litera A.* & pluribus adductis dixit Rot. cor. Buratt. *decis.* 431. *&* coram Dunozett. Iun. *decis.* 498. *vtrobique num.* 1. non suffragante replicatione, quod inuestitura fratrum de Ricciardis fuerit nulla, vti facta Laurentio Patri Emigdio, Gregorio, & Francisco fi-

lijs necnon eorum filiorum filijs, ac nepotibus contra formam aliarum inuestiturarum restrictarum ad tertiam generationem, propter quod etiamsi bona essent solita
6 locari, † renouatio non potuerit taliter fieri absque Beneplacito Apostolico, ex Rota *decis. 39. numer. 49. & seqq. par. 8. recent.*

Quia responsum fuit dictam inuestituram benè consideratam non excedere tertiam generationem, illa enim
7 legitur facta Patri, & filijs, † non ordine successiuo, sed omnibus simultaneè proprijs expressis nominibus, qui propterea omnes dicuntur primi acquirentes, & constituunt vnum tantum gradum, Fulgin. *de emphyt. tit. de contract. qu. 24. num. 27.* & dixit Rota coram Caualer. *decis. 219. nu. 8. & 9.* Ipsorum verò filij constituunt secundum
8 & filij filiorum tertium, † itaut inuestitura non excedat tertiam generationem, etiamsi dictum fuerit filiorum fi-
9 lijs, ac nepotibus, quia dictio illa, † *ac*, in præsenti stat declaratiuè ad denotandum scilicet alia verba, filiorum filijs esse intelligenda pro nepotibus primorum acquirentium, prout sonat dicta dictio, quando subiecta materia id exigit, vt ex Text. *in l. decernimus 15. in principio, ibique gloss. verb. ac, C. de Sacros. Eccles.* notat Barbos. *dict. 3. num. 4.* Idque tanto fortius, quia statim post subsequuntur alia verba, scilicet ad ipsorum Emigdij, Gregorij, Francisci, & Laurentij tertiam generationem masculi-
10 nam tantum, † & non vltra, quæ declarant, & restringunt concessionem dubiam antecedenter facta ad tertium tantum gradum, vt in his terminis tradit Adden. ad Alexand. *cons. 125. num. 8. verbo distinguendum in fine*, Viuius *decis. 499. num. 13.* & firmauit Rot. *decis. 335. num. 15. & 16. par. 11. rec.*

Et quando alias circa hoc aliqua adesset ambiguitas, om-
11 nem difficultatem in præsenti facilè remouetur, † quia cum alia noua inuestitura sit facienda fratribus de Ferris, illa fieri poterit cum clausulis opportunis tertium tantum gradum comprehendentibus iuxta solitum, & consuetum, prout ipsimet.

Denique nihil vrget prætensio Episcopi, quod scilicet de Ferris, quibus ipse ex supradictis tenetur facere inue-
12 stituram, † adstringantur illam recipere cum eisdem pactis, & conditionibus, quæ ab extraneis offeruntur Marescot. *var. resolut. lib. 1. cap. 3. num. 14.* Gratian. *discept. 813. num 37.* & dixit Rota coram Seraphin. *decis. 610. numer. 11.* & passim in alijs, quas non esse attendendas DD. censuerunt ex rationibus adductis in facto, conclusio procedit re integra, secus autem, quando Dominus directus iam
13 processit ad inuestituram fauore Tertij, † tunc enim proximior, qui est præferendus non tenetur ad aliud, præter ea, quæ tertium illum soluisse, seu obtulisse constat ex Instrumento, ne alias nimis facilis aperiatur via
14 Dominis directis, † supplantandi proximiores, vt ponderatum fuit in *dd. decisionibus huius Causæ coram bo. mem. Priolo, & R. P. D. meo Matthæio*, cum quibus Domini in hoc transierunt.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. T A I A.

Barchinonen. Canonicatus.

Vener. 7. Iunii 1675.

A R G V M E N T V M.

Sola probatio Subcollectoriæ in hac decisione tractatur ad effectum inducendi reseruationem beneficij à Subcollectore possessi, & hæc licèt regulariter ex literis deputationis, vel alterius similis probationis deducatur; ex attestatione tamen Collectoris Generalis in præsenti fuit admissa, quia concurrebant vlterius etiam adminicula, ex quibusdubitatum non est, quod testi vnico maximè de facto proprio deponenti, credendum non sit.

S V M M A R I V M.

1 *Subcollectoris deputatio probari debet per literas deputationis, itaut qualibet alia probatio non sufficiat, & vid. num. seqq.*
2 *Testis vnicus de facto proprio iunctis adminiculis sufficit, & plenè probat.*
3 *Subcollectoris deputatio probatur ex solo dicto, & depositione Collectoris generalis attestantis de deputatione, & expeditione literarum patentium & num. 2.*
4 *Subcollectoris deputatio ex quibus probetur, Iudici arbitrarium est.*
5 *Beneficia Subcollectorum vt dicatur Pontifici reseruata, quomodo probari debeat qualitas Subcollectoriæ, & vid. per totam.*
6 *Probatio aliqua si in certo casu solum fuit admissa, non inde excluduntur alia probationum genera, quando sunt perfecta.*
7 *Testis vnicus iunctis adminiculis plenè probat in quacumque materia.*
8 *Reseruatio beneficii Subcollectoris probatur etiam ex sola fide Secretarij, testantis illum esse subcollectorem.*
9 *Collectoris generalis testimonium plenè probat, aliquam à se ipso electum esse subcollectorem, & num. 3. cum seqq.*
10 *Testes reprobare debens, non potest in reprobatione inducere Testes ad fundandam suam intentionem.*
11 *Testis licet coarctet negatiuam, & sit officialis, non tamen probat, si affectatè deponat, conuincitur de mendacio, & alias etiam habeat exceptiones.*

D E C I S I O DXXXII.

VACANTE per obitum Io: Baptistæ Canonicatu, Reuerendissimum Capitulum, seu Canonicus Turnarius contulit Nicolao; Thomas verò impetrauit à Sanctissimo D. Nostro tamquam reseruatum per obitum Io: Baptistæ vti Subcollectoris spoliorum, & literas prouisionis dicti Canonicatus in forma Breuis expeditas præsentauit pro exequutione A. C. qui per sententiam diffinitiuam dictas literas exequendas pronunciauit; Commissa autem Causa à Signatura cum clausula *parito literis arbitrio Rotæ*, proposui hodie dubium, An intraret arbitrium pro retardatione exequutionis literarum, & DD. non intrare facile responderunt.

Quia dubio redacto ad Reseruationem, & causam reseruationis, titulumque Subcollectoris, An Io. Baptista fuerit talis itaut Canonicatus eius fuerit reseruatus, licèt Informantes pro Nicolao censerent deputationem in Subcollectorem ad effectum reseruationis non aliter posse iustificari, quam per literas deputationis factæ cum omnimoda iurisdictione adeo quod † quæuis alia proba- 1
tio siue per Testes, siue per Literas missiuas, quæ explicitè non referant deputationem factam cum tali iurisdictione minus sufficiens sit, velut æquiuoca, vt dixit Rot. *in Feretrana Parochialis* relata à Garz. *de benef. cap. 1. num. 389. par. 5.* & ita censuerint Lotther. *de re benefic. qu. 32. ex num. 158. lib. 2.* & alij, Rota coram Bichio *decis. 221. n. 22. à vers. similiter ad probandum*, confirmata in *decis. 299 num. 6. à vers. Constans est apud omnes.*

Nihilominus DD. dixerunt ex pluribus concludi Io. Baptistam fuisse Subcollectorem cum omnimoda iurisdictione.

Et primò ex attestatione Collectoris Generalis in principatu Cathaloniæ tunc specialiter deputati hic in Curia seruat. seruan. examinati, qui clarè iuxta Interrogatoria sic ait: Io hò esercitato in Catalogna, oltre la giurisditione di tutti i Tribunali Ecclesiastici, e Principato quello ancora di Collettore Generale de' Spogli, e di tutti li Dritti spettanti alla R. Camera Apostolica, e vi fui inuiato con breue specifico della f. m. Vrbano VIII. con le facoltà omnimante in materia di Spogli, che hanno, e tengono i Nuntij Apostolici nelli Regni di Spagna, e cominciai di Settembre 1642. e durai sin tanto, che io stetti in Catalogna, e fui richiamato à Roma dalla f. m. Innocenzo X. e durante il tempo della mia Collettoria in Catalogna per Bercellona, e sua Diocesi deputai Subcollettore il Canonico Gio: Battista Vila, e non hò fatto altro Subcollettore, che detto Vila nel tempo, che sono stato Collet-

Collettore Generale Apost. conforme ne tengo memoria e la Patente del Vila non mi ricordo quale de miei Ministri la scriuesse; mà sò bene, che da me fù sottoscritta &c. & è impossibile, che di tutti gl'Atti fatti da' miei Ministri mi possi ricordare, essendo tanti anni, nondimeno hò memoria, che il Subcollettore Vila fece certe operationi, come tale in vno Spoglio di vn'Abbate &c. circa poi quella facoltà, che io gli diede fù la consueta, che si dà à simili Subcollettori di Spagna, & subinde super 2. articulo: Sò, e mi ricordo benissimo, che doppo la morte del Dottor Rafaele nominai, e deputai Subcollettore delli d. Spogli, che si poteuano offerire nella Città, e Diocesi di Barcellona, il q. Gio: Battista Vila, il quale era molto mio amico, con tutte quelle facoltà, e giurisdittioni solite darsi à simili Subcollettori, & à me come Collettore concesse, e ne furono spedite le solite lettere di Subcollettuoria, e detto officio di Subcollettore li durò fin'all'arriuo di Monsig. Gaetano Nuotin à Madrid, e fù doppo alcuni mesi, che Barcellona ritornò all'vbbidienza di Spagna.

2 Qui Testi licèt sit vnicus, † tamen quia de facto proprio iunctis adminiculis testificatur, plenè probat, & suf[illegible], vt in his terminis dixit Rota *decis. 252. num. 5. par. 2. recent.* iuxta consulentem tunc Spadam *cons.* 52. *num.* 2. *lib.* 2. vbi ex solo dicto Reuerendiss. Nuntij Gimnasij po-
3 stea S. R. E. Cardinalis † dicentis: In li spedij la Patente, iuncta publica voce, & fama, fuit reputata probatio plena, & concludens.

Adminicula verò, vt DD. prosequebantur, visa sunt plura, & non leuis considerationis; Primum reuelatio vnius Testis metu Censorarum asserentis in suis manibus fuisse literas Patentes Collectoriæ, easque nunc retineri à Canonico Raphaele, secundum Contestationes aliorum quinque Testium in Partibus, & in Curia seruat. seruandis examinatorum vniformitér contestantium deputationem Vilæ in vnicum Subcollectorem, cum redditione rationis scientiæ, necnon publicam vocem, & famam super dicto Subcollectoratu, & duo ex dd. Testibus etiam contestantur de d. Subcollectoria cum omnimoda iurisdictione, tertium quamplura publica Instrumenta de Actis à Vila vti Subcollectore factis, cum inscriptione tituli Subcollectoris, quartum literæ Collectoris, & Commissarij Generalis, in quibus tempore non
4 suspecto Vila enunciatur Subcollector. † Quæ omnia in hac materia Iudici arbitraria ad Menoch. *de arbitrar. cas.* 99. *ex numer.* 1. visa sunt DD. abundantissimè sufficientia.

Nec obstare dixerunt super oppositas *decisiones coram Bich.* 221. cum allegatis de probatione Reseruationis facien. per literas Patentes, † vel ad summum per testes,
5 qui fuerint deputationi præsentes, quia licet Rota *in dict.*
6 *decis.* secundum facti contingentiam ita concluserit, † non tamen exclusit alia probationum genera, quando sunt perfecta, vt in specie pluribus alijs decisionibus allegatis firmauit *d. decis.* 252. est enim regulare, vt vnus Te-
7 stis † iunctis adminiculis probet plenè in quacumque materia, Rota coram Lodouisio *decis.* 321. *num.* 4. cum alle-
8 gatis, & sanè *d. decis.* 225. non excludit fidem † Secretarij, quam sufficere ad effectum reseruationis probandæ ex auctoritate Rot. coram Buratto *decis.* 706. *num.* 2. firmat *num.* 31. *vers. & de Secretarii*, quantum ergo magis tri-
9 buendum est testimonio Collectoris Generalis † testificantis de facto proprio, & propria subscriptione literarum Patentium.

Neque contrariæ attestationes visæ sunt obstare, nec illa præcipuè Secretarij Collectoris asserentis Vilam Canonicum nunquam fuisse Subcollectorem Spoliorum, & scire ob magnam cognitionem, & familiaritatem cum Vila à 20 30. & 40. annis, & toto tempore prædicto interfuisse negotijs Collectoriæ Generalis, & toto tempore quo Collector Generalis fuit in Principatu Cathaloniæ, cui inseruiuit ipse Testis in officio Secretarij per totum tempus eius, & si Vila fuisset Subcollector ipse Testis sciuisset, nec posse esse eum nesciuisse, & d. tempore Vila debebat aliquibus magnas pecuniarum quantitates, prout d. Vila cum d. Teste communicauit, & hac de caosa procurauit statim ac Collector Barchinonen. peruenit anno 1642. sibi dari aliquas literas mediante priuilegio quamuis absque aliqua iurisdictione solummodo ad effectum se eximendi à iurisdictione ordinaria, & cum ipse Testis esset Secretarius Collectoris sibi mandauit Vila d. anno 1642. vt ipsi mandanti expediret literas inhibitorias exemptionis, & illas non continuaret in Registro prout Testis illas expediuit, & non continuauit, neque aliquod priuilegium concessum fuit Vilæ, quia ipsi Testi dixit Collector, quod solummodo illi concedebat ad pompam, & honores, absque exercitio ad effectum illum eximendi à dicta Iurisdictione.

Tum quia dd. Testes fuerunt examinati sine vlla Iurisdictione, atque ita nulliter; nam quamuis in literis Remissorialibus prouisis à Capitulo Barchinonen. fuerit concessus terminus quindecim dierum ad reprobandum Testes examinatos pro parte prouisi à Sede Apostolica, † 10
non tamen potuit inducere Testes ad probandam suam intentionem, sed tantum dd. Testium defectus, si quos paterentur, Rot. *decis.* 143. *num.* 19. *par.* 5. *tom.* 2. *recent.* & coram Bichio *decis.* 499. *num.* 4. Tum etiam quia deponunt de negatiua, & excepto d. Secretario negatiuam non coarctant, & sic etiamsi fuissent validè examinati non concluderent prædictam Subcollectoriam, de qua de facto proprio deposuit prædictus Collector, necnon alij quinque Testes de publica voce, & fama, illamque comprobant tot adminicula supra recensita; Prædictos verò Se-
cretarius, qui negatiuam coarctat † visus est DD. affe- 11
ctatè deponere, necnon conuinci de mendacio. Primò ex commissionibus expeditis per alios ministros Collectoris, ex quibus apparet malè testificatum, omnes expeditiones ab ipso fieri, & in hoc falso supposito fundat suæ scientiæ causam Secundò conuincitur quoque de mendacio, quia dicit continuò inseruisse toto tempore Collectoratus, & tamen ex actis publicis probatur, quod ille 1647. & 1648. resideret in propria Parochia S. Saturnini distante 18. milliaribus à Barchinone, & dantur actus, seu fundationes Parochiales iungendi in matrimonium, baptizandi &c. per ipsum personaliter expleti. Tertiò opponuntur dicto ipsius Instrumenta, vt supra enunciata, de actis, & gestis Subcollectorio nomine vna cum testimonio d. Collectoris Generalis, recordantis etiam tunc temporis, quo Vila confecerit spolium cuiusdam Abbatis, & vnus adiecit, quod nimis audacter testificatur de deputatione fraudolenta ad eludendam Iurisdictionem ordinariam, & Creditores ipsius Vilæ, quod non est credendum, in Collectore Generali, & Ministro Apostolico.

Demum neque mouit, quod eodem tempore fuerint in eadem Diocesi alij Subcollectores, ex quibus excludatur voitas Vilæ, quia ab Informante benè fuit satisfactum, omnia construentibus, & conformantibus vt supra.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. TAIA.

Romana Portæ S. Pauli.

Vener. 7. Iunii 1675.

ARGVMENTVM.

Exequutio Literarum Apostolicarum, & Gratiæ Pontificis prætextu subreptionis euitari prætendebatur; Verum quia illa non probari visa est ex taciturnitate eorum, quæ Parti non præiudicant, prout neque ab omissa mentione litis per trigenariam præscriptionem extinctæ, ideo pro illius exequutione resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Subreptio proprie illa dicitur, qua tacetur veritas, obreptio verò, qua exprimitur falsitas sed hæc distinctio à pluribus reprobatur.*
2 *Pluralis loquutio duorum concursu contenta est.*
3 *Multi dicuntur, etiam vbi tres personæ concurrunt.*
4 *Subreptio respicit petitorium.*
5 *Exequutio literarum Apostolicarum non retardatur ex iis, quæ respiciunt petitorium, qualis est subreptio.*
6 *Subreptionis vitium non cadit semoto preiudicio partis, quia tunc non est opus aliqua expressione.*

7 *Litis*

7 *Litis mentio per 30. annos extinctæ fieri non debet in gratia Pontificis.*
8 *Lites penè immortales fieri non debent.*
9 *Narratiua, & assersio partis plenè probat, dum super illis fundatur gratia Pontificis.*
10 *Narratiua, & assertio partis emissa in gratia Pontificis admittit probationem contrariam, quæ non sit de facto proprio.*
11 *Obseruantia penè centenaria est optima interpres literarum Apostolicarum.*

DECISIO DXXXIII.

IN decisis 15. * Martij hodie DD. steterunt confirmantes nullum intrare arbitrium, quominus Gratiæ Pontificiæ debita executio tribuatur, etiam à R. P. D. Vicesgerente primitiùs demandata. Et qualiscumque sit diffe-
1 rentia † inter subreptionem, qua tacetur veritas, & obreptionem, qua exprimitur falsitas, quam post alios reprobauit Menoch. *de arbitr. iud. cas. 202 num. 9. d. vers. Ego verò.* & nouissimè *R. P. D. Fagnan. ad cap. super literis de rescript. num. 5. ex claris textibus*, planè nulla fuit expressa falsitas in simplici, & pura narratione, quod Officium Custodis Portæ S. Pauli de Vrbe nonnullis Hiacynthi maioribus ad eorum vitas per diuersos Romano Pontifices fuerat concessum; constat enim concessio Pij IV. ad vitam Angeli, & eiusdem Pij IV. extensio ad vitam Dominici, & alia Gregorij XIII. ad vitam Andreæ, qui omnes fuerant maiores Hiacynthi, & verificatur verbum
2 Nonnullis, † cum pluralis loquutio duorum concursu contenta sit, *cap. Pluralis loquutio 11. de reg. iur. in sexto, l.*
3 *vbi numerus 12. ff. de testibus*, & vbi tres concurrunt, † multi dicuntur, *l. licèt Imperator 74. ff. de leg.* 1. cum alijs apud Bart. *num. 3.* prout etiam constat extensio à vita Andreæ ad vitam Hiacynthi concessa à Gregorio XV.

Nec obstare visa est opposita subreptio duplex. Prima, quod tacitum fuit Pontifici, quod extensio Gregorij XV. ad vitam Hiacynthi fuerat qualificata, ibi, *Cum hoc tamen, vt d. Hiacynthus emolumenta ex d. Portæ custodia prouentura cum vno, seu pluribus fratribus suis ex d. Andrea natis pro ea rata, quæ ipsi Andreæ videbitur, & prout ab eo Testamento, vel alia voluntate dispositum, & ordinatum fuerit, diuidere, &c.* Et quod Andreæ Pater in Testamento mandauerit emolumentum diuidi æqualiter per Hiacynthum inter illius fratres, & filios Testatoris respectiuè. Secunda, quod tacuerit litem in Camera pendentem super perpetuitate.

4 Quia in primis ad vtrumque caput subreptionis, † vtpote respiciens petitorium incongruè allegatur in hoc iudicio
5 exequutiuo ad retardandam literarum Apostolicarum exequutionem, Rota coram Atrebaten. & prius *coram Gypsio vtrobique num. 3. impress. apud* Marches. *de commiss. in fin. par. 2. &* coram Mantic *decis. 71. num. 8. & 9.* vberrimè Rota coram Buratt. *decis. 540. in fin. &* coram Bich *decis. 236. pariter in fine.*

Et nihilominus extensio obtenta à Hiacyntho pro Iuliano, nullum præiudicium intulit fratribus Hiacynthi, atque adeo Carolo, quominus viuente Hiacyntho potuerit consequi portionem sibi ex præcedenti extensione, & paterno Testamento debitam. Quia supplicauit, vt quando post obitum suum vacaret, ad Iuliani consanguinei sui vitam, & personam fieret extensio, & sic tunc, & eo casu, quo cessasset omne Ius Caroli super hoc emolumento pendente à vita Hiacynthi, & cum eius vita extinguen-
6 dum, Semoto autem præiudicio, † non est opus aliqua expressione, neque cadit vitium subreptionis inquit Rot. coram Merlin. *decis. 243. num. 14. cum alleg. & decis. 162. numer. 48. par. 12 recent.*

Quantum verò ad tacitam litem excitatam in Camera placuit DD. responsio in *decis. §. vlt.* de lite iam extincta decennio ter, & amplius elapso ab anno 1621. ad annum 1653. Et constante malo Iure Actoris ad *decis. ibi alleg.* Et quamuis malum Ius non constaret, tamen spatio 30 an-
7 norum quælibet lis fuisset extincta, † itaut mentio non fuisset necessaria iuxta *decis. 7.* Achill. de Grass. *vt lite pend. &* coram Coccin. *decis. 717. num. 23. & decis. 1720. num. 1. cum pluribus adnot.* Buratt. *decis. 307. sub num. 10.* ne
8 lites † fiant penè immortales, *contra l. properandum 13. C. de Iudic.* & ne in infinitum extendantur *l. apertissimi iuris 16. C. eodem, & ibi gloss. extendantur*, nec Iudicij vniuersalis diem differantur, Imò cum lis super perpetuitate concessionis ageretur in Camera à Patre Iuliani, eo deserente suam actionem, & non objiciente suam litem, quare velit objicere Carolus ius Tertij, & alienam litem.

Repetito objecto de concessione Pij IV. in perpetuum Dominico, & eius descendentibus, DD. repetierunt in primis tam illud, quam omne aliud objiciendum, remittendum esse ad petitorium, vt supra, & placuerunt responsiones datæ *in prima decis. §. 1. considerando vsque ad §. Alterum vniuersale*, multumque DD. mouit pro excludenda perpetuitate Concessionis ipsemet Motus proprius Gregorij XIII. de concessione extensa ad vitam Andreæ filij, quæ superflua fuisset, si concessio Pij fuisset comprehensiua Andreæ sub nomine filiorum, & descendentium e a Dominico in perpetuum, asserente tamen d. Gregorio motu proprio, & ex certa scientia Pium IV. Prædecessorem suum q. Angelo, & Dominico, ad eorum, & cuiuslibet eorum vitam d. Custodiam concessisse seque eandem confirmare, & amplius ad Andream Domi-
nici filium, & ad ipsius Andreæ vitam extendere, † quæ 9
narratio, seù assertio plenè probat, dum super illa gratia Papæ fundatur, *Clem. vnic. de probat. & ibi gloss. fecisse narramus*, quamuis narret factum prædecessoris, Barbos. *ad d. Clem. num. 10. & ad cap. si motu proprio de præbend. in sexto* Paris. *de resignat. par. 11. ex num. 10. lib. 8* Gabriel. *tit. de claus. concl. 2. num. 88. & 89. lib. 6.* Rota coram Seraph. *decis. 1016. num. 6. &* Coccin. *decis. 1194. num. 64. & 66.* &
licet contrarium probari possit, † quia non sit de facto pro- 10
prio, ad *d. glossam fecisse narramus, Clem. vnic. de prob. in fin. & ex decis. allegatis*, tamen quia vsque adhuc nihil est probatum, & difficillimè probari potest, concurrentibus adhuc ad exclusionem perpetuitatis Cameralibus literis super executione motus proprij Pij Quarti, & intitulatione in libris Cameræ de concessione, & extensione vitalitia cohærenter ad tenorem dictarum literarum Cameralium, necnon iudiciali resolutione Cameræ in contradictorio Iudicio super temporalitate concessionis, & demum continua obseruantia inter eos de familia maiores
Caroli, & Iuliani penè centenaria, † quæ est optima in- 11
terpres literarum Apostolicarum, *cap. 8. de consuet.* Rota *decis. 30. num. 12. par. 10.* alijsque in *prima decis.* deductis, visæ sunt omnes exceptiones oppositæ extraneæ præsenti Iudicio claro, & expedito super exequutione literarum Apostolicarum, verificatis verificandis in literis suprascriptis

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Neapolitana, seù Ianuen. Laudi.

Lunæ 10. Iunii 1675.

ARGVMENTVM.

De legato conditionali tractatur, cuius conditio desumpta ex adiectione temporis iniuncta potius substantiæ, quàm illius præstationi, quando illud conditionale reddere possit, vel non latissimè disputatur, inde etiam plura de affectione Testatoris, de filijs in conditione positis, ac de materia substitutionum in præsenti decisione declarantur.

SVMMARIVM.

1 *Tempus adiectum substantiæ, non autem præstationi legati, facit illud esse conditionale, & vid n. 3. & 6.*
2 *Legatum conditionale ante purificatam conditionem non transmittitur ad hæredes, & quando, n. sequentib. ac per totam*
4 *Affectio Testatoris non militat in extraneo, secus autem in filijs.*
5 *Dilapidationis periculum in ætate iuuenili, erroribus, & deceptioni pleramque obnoxia, de facile contingere potest.*

6 Tempus

6 *Tempus adiectum legato quandoque apponitur, vt faci t diem, non autem quod conditionem importet.*

7 *Tempus adiectum substantiæ legati* Iaboleous *respondit magis prorogandæ solutionis gratia, quàm constituendi incertum diem fideicommissi fuisse appositum.*

8 *Testator si filiis intestatis decedentibus superuiuentes succedere voluit, necessarium est illos etiam in portione eis particulariter relicta succedere voluisse.*

9 *Nepotes nihil penitus ab aita hæreditate consequi potuisse, est ab omni verisimilitudine, & humanitate alienum.*

10 *Filiis in conditione positis, licet non vocatis, legitima saltem successio eis præseruata censetur.*

11 *Dies incerta in vltimis voluntatibus semper facit conditionem, siue adæquetur substantiæ, siue præstationi legati.*

12 *Tempus adiectam præstationi legati si non est absolutè incertum, sed omnino futurum, non facit conditionem. & nu. seq.*

Tempus si legatarius vixerit, non est absolutè incertum sed omnino futurum. nu. 12.

14 *Substitutio pupillaris bona cuiuscumque generis comprehendit.*

15 *Substitutio compendiosa æquè comprehendit tempus expletæ pubertatis, ac quodcumque aliud.*

16 *Pater non potest disponere de legitima filiorum, & aliis bonis ad illos spectantibus, nec ipsum de eis disposuisse præsumitur.*

17 *Portionis nomine propriè intelligitur illa à Testatore suis filiis loco legitimæ relicta.*

18 *Pater nō possit grauare filiorum legitimam sola dilatione solutionis ad ætatem completam.*

DECISIO DXXXIV.

ASSVMPTA disputatione coram R.P.D. meo Rondinino super exequutione Laudi promulgati inter Marchionem Andream Imperialem, & Ioannam Grillam Vxorem, & hæredem q. Caroli Imperialis, præuiis binis decisionibus, decretum fuit illud esse exequendum, non minùs ex quo illius exequutio non poterat retardari per exceptiones requirentes altiorem indaginem, quàm ex eo, quod de Iustitia eiusdem constare visum est ex rationibus adductis in secunda decisione edita die 18. Martii anni 1672. sed commissa mihi causa appellationis à Signatura cum clausula sine præiudicio, proposui dubium à Partibus concordatum, An decretum Rotale sit confirmandum, vel infirmandum; Quod licèt esse confirmandum DD. non dubitarent, si controuersia versaretur super sola exequutione, quæ vtpotè non retardabilis per exceptiones turbidas contra expressam conuentionem initam inter partes in ipso compromisso de non appellando, seù reclamando à Laudo antequam fuerit executioni demandatum, iustè concessa videtur. Infirmandum tamen esse censuerunt vti dependens à dicta decisione canonizante iustitiam eiusdem Laudi, quæ ex infra dicendis insubsistens apparuit.

Inter plura enim capita in controuerso Laudo contenta secunda decisio R. P. D. mei Rondinini vnum præ cæteris approbauit, in quo Arbitri declararunt Carolo Ioanni Auctori nullum Ius competiisse super portionibus relictis Iosepho, & Augustino fratribus prædefunctis per Michaelem Vrtæ Marchionem eorum patrem, & approbationis ratio fuit, quia dum ipse Michael instituto hærede Dauide primogenito, relictisque alimentis aliis filiis secundogenitis vsque ad annum 18 completum, & ab indè citrà vsque ad annum 25. vltrà alimenta summa pecuniarum à Marchionissa Matre arbitranda, & denique ab anno 25. vsque ad trigesimum scutis mille annuis, voluit, vt completa ætate annorum 30. dictus primogenitus suis fratribus soluere teneretur ducatos 25. mil in quibus eos hæredes particulares instituit, ibi: Et à ciascheduno di
dd. miei figliuoli, compita la sua età di anni 30. non facendosi Caualiere di Malta, nè Prete, nè Regolare, nè Monaco, sia obligato il mio Erede vniuersale pagarli ducati
25. mila pro vna vice tantum per legitima, vita, militia
e qualsiuoglia altre ragioni &c. nelli quali ducati 25. mila
à ciascheduno, vt supra gl' instituisco mei Eredi particolari &c Indè deducebatur per adiectionem temporis incerti, † factam substantiæ, non autem præstationi lega- 1
ti, illud fuisse redditum conditionale, & per consequens
ob prædecessum dd. Iosephi, & Augustini anno trigesimo
non completo, & sic ante purificatam conditionem, † 2
non potuisse transmitti ad hæredes, vt expressè determinat *text. in l. si Titio 22. ff. quando dies legati cedat* & firmarunt Castill. *controu. 56. num. 71. vers. tertius est casus libr. 4.* Noal *de transmiss. cas. 7. nu. 8.* cum aliis pluribus cumulatis *in d. dec. sub §. minoribus, & seqq.*

Sed his, aliisque in contrarium adductis non obstantibus, Domini censuerunt legatum esse transmissibile, &
proindè laudum iniustum, nam quidquid dicendum foret
de prædicto articulo in casu proposito, si versaremur in legato relicto extraneo, † de quo loqui videtur præallega- 3
tus textus *in d. l. si Titio*, † & erga quem non militat præ- 4
sumpta affectio Testatoris; cùm in præsenti agatur de legato relicto filiis, & quidem pro legitima ipsis de Iure debita, & nedum præsumpta, sed explicita charitas Testatoris erga eosdem desumatur ex prænarrata serie testamenti, in qua consulendo imbecilli eorum ætati, reliquit primò alimenta vsque ad annum 18. & deindè vsque ad annum 25 voluit vltra alimenta præstari eisdem summam pecuniarum à Marchionissa Matre arbitrandam, & ab indè citra vsque ad annum trigesimum soluisse scuta mille annua, & ita gradatim procedendo iuxtà augmentum ætatis augere etiam emolumenta, & eodem tempore differendo solutionem legati ad maturam ætatem annorum
30. occurrente periculo dilapidationis, † quæ ob iuuenil- 5
lem ætatem erroribus, & deceptioni magis obnoxiam facilè contingere potuisset, hoc inquam casu à Testatore considerato, & à Iure præsumpto, iunctisque aliis infra ponderandis, tempus videbatur huiusmodi legato adiectum, vt faciat diem, non autem conditionem, iuxta casum decisum *in l. Seius Saturninus 46 ff. ad Trebell.* in quà licet tempus d ci posset adiectum substantiæ legati, *Iabolenus* respondit, † illud magis prorogandæ solutionis gra- 7
tia, quà constituendi incertum diem fideicommissi fuisse appositum à Testatore, idemque per hunc textum notat Castr. *in l. si cui 51. §. hoc autem sub num. 4. vers. quod autem dixi ff. de legat. primo*, & repetit *consil. 125 sub numer. 2. vers. tùm quia, etsi in eadem oratione lib. 1.* & post *glossam, & DD. in l. ex his ff. quando dies legat. cedat* aduertit Soccin. Sen. *cons. 92. sub nu. 8. vers. & confirmatur hoc ex alia coniectura vol. 1.* Laderch. *cons. 25. sub nu. 4. vers. tertia est* Cyriac. *controuers. 72. nu. 47.* Gomez. *variar. resol. tom. 1. cap. 5. sub numer. 26. vers. secundo limita, & intellige* Menoch. *de præsumpt.* qui plures cumulat *libr. 4. præsumpt. 201. num. 45.* Barrii *de success. lib. 12. tit. 3. sub num. 17 il secondo versic. si certè tempus ætatis*, Galganei. *de condit. par. 2. cap. 6 quæst. 8. num. 3. &* Rota *decis. 782. num. 18. par. 1. diuers.*

Et sanè quod Testator voluerit adiicere tempus ad faciendam diem, non autem conditionem, siue legatum quantumuis in verbis conditionale transmitti ad hæredes clarè desumi opinati sunt Domini ex substitutione facta filiis secundogenitis, ibi: Item voglio &c che morendo alcuno delli dd. miei figlioli secondo geniti in pupillari ætate, vel ab intestato quandocumque senza figliuoli seù descendenti legitimi, e naturali da lor corpi succedano nella sua portione tutti gl'altri fratelli etiam compreso l'herede vniuersale egualmente, ma non li Preti, Regolari, e Monaci, e Caualieri di Malta &c.

Si enim filijs in pupillari ætate, seù quandocumque ab intestato decedentibus sine filijs, succedere voluit in portione præmortui alios superuiuentes, † per necessarium 8
antecedens censendum est acquiri voluisse eisdem secundogenitis etiam in pupillari ætate, & ante completos annos 30. portionem scutor. 25. mil. ipsis relictam, in specie Corn. *consil. 40 sub numer. 15 vers. & fortiùs lib. 13.* Crauett. *consil. 101. sub nu. 2. vers. & pro hac coniectura*, Cæsar Angelin. *inter consil.* Riminald. Iun. *consil. 638. nu. 50.* Mantic. *de coniectur. lib. 11. tit. 23. sub num 25. vers. & hoc multo magis.* & Rota coram Seraph. *decis. 959. num. 4.*

Et

Et huic intellectui adstipulatur ratio de absurdo vitando, quod in præsenti intolerabile contingeret, nam si
filij decessisset ætate annorum 30. non completa, & filios reliquissent, isti iuxtà sensum contrariæ decisionis
9 nihil penitùs consequi possent ab auita hæreditate † quod
vti ab omni inuerisimilitudine, & humanitate alienum
non est admittendum, repugnante præsertim mente ip-
10 sius Testatoris, qui illos ponendo in conditione, † si non
vocauit, saltem censetur eisdem præseruare voluisse successionem ab intestato, in *leg. Lucius ff. de hæred. institut* Alexandr. *consil.* 185. *numer.* 10. *cum seq. libr.* 2. cum aliis per Fusar. *de substitut. quæst.* 437. *numer. secundo & sequentibus*.

Et quamuis posita voluntate eiusdem Testatoris efficiante transmissibile id, quod aliàs de iure non transmitteretur, non opus esset respondere iuris conclusioni in
11 contrarium adductæ, † quod dies incerta in vltimis voluntatibus semper faciat legatum conditionale siue adiiciatur substantiæ, siue præstationi legati, ex Gabriel. *consil.* 150. *numer.* 3. & 4. *libr.* 2. Menoch. *præsumpt.* 201. *numer.* 40. *libr.* 7. Noall. *de tranmiss. cas.* 3. *numer.* 6. cum aliis pro Marchione Andrea allegatis.

Nihilominus ex abundanti responsum fuit, tempus adiectum præstationi legati quando non est absolutè incer-
12 tum, † prout erat in casibus auctoritatum mox allegatarum, sed omninò futurum est si legatarius vixerit, prout hoc casu euenisset, si Ioseph. & Augustinus legatarii non
13 fuissent morte præuenti, † tunc illud non facere conditionem, habetur ex *d. l. Seius Saturnianus ff. ad Trebell. & leg. ex his ff. quando dies legati cedat*, & admittit Gabriel. in contrarium adductus *d. consil.* 150. *numer.* 1. Menoch. *de præsumpt. d. libr.* 4. *præsumpt.* 201. *numer.* 42 Noal. *de transmiss. d. cas.* 3. *numer.* 13. *versic. aut solutio*, & firmant Soccin. Sen *d. consil.* 92. *sub numer.* 8. *versic. sed licet aliquis libr.* 1. Giouagnon. *consil.* 78. *numer.* 46. *libr.* 1. Caplc. latr. *decis.* 107. *sub numer.* 23. *vers. tertias est casus cum seq. &* Rota *decis.* 182. *sub nu.* 18. *vers. aut quod verius est par.* 1. *diu.*

Neque ad excludendam voluntatem pro transmissione desumptam ex dicta substitutione facta in portione filiorum absque filiis in pupillari ætate, vel ab intestato quandocumque decedentium, placuerunt DD. responsiones allatæ in decisione contraria, & repetitæ ab Informantibus, quod illa portio verificari possit in bonis ex hæreditate materna, vel alio quouis modo per filios acquirendis, seù in alimentis non perceptis, vel denique in legitima, quam recusando filiis legatum consequi potuissent.

Nam quatenus hæc verificari possent in substitutione
14 pupillari † bona cuiuscumque generis comprehendente, *l. sed & si plures* 10. *§. ad substitutos, & §. filio ff. de vul-*
15 *gar.* verificari tamen non poterant in compendiosa † tempus expletæ pubertatis, & quodcumque aliud complectens Alciat. *cons.* 100. *nu.* 3. *lib.* 9. Honded. *cons.* 55. *nu.* 42. *lib.* 2. Fusar. *cons.* 183. *nu.* 3.

Hoc enim casu de bonis aliundè quæsitis, & de legitima libera ab omni grauamine debita filiis in casu recusationis legati, seù de alimentis non perceptis ad ipsos pro-
16 prio iure spectantibus disponere non poterat, † neque disposuisse de iure præsumitur secundum *gloss. in leg. conficiuntur §. si post factum in verb. testam. in fine ff. de iur. codicill.* Peregrin. *de fideicomm art.* 2. *numer.* 44. Rota coram Gregorio *decis.* 225. *numer.* 7. & *coram* Duran. *decis.* 93. *num.* 4.

Et profectò cum ex lectura testamenti priùs continentis institutionem cuiuslibet ex filiis secundogenitis non religiosis in ducatis 25. mil. & deindè substitutionem eorundem in portione præmorientis sine filiis, habeamus
17 sensum planum, & facilem, † quod nempè sub nomine portionis intellexerit de ipsis ducatis 25. mil. præcedenter relictis in locum legitimæ, cui propriè congruit, & adaptatur nomen portionis, *ex text. in leg. Papinianus §. Quoniam quarta ff. de inoff. testam. & in leg. Parentibus C. eodem*, Merlin. *de legitim. libr.* 1. *tit.* 1. *quæst.* 1. *numer.* 1. *& seqq.* non esse ab eo recedendum DD. iudicarunt per subtiles, & extraneas interpretationes, ac ex supra ponderatis in §. *& huic intellectui* penitùs aliena ab æquitate, & verisimili mente Testatoris.

Ex quibus omninò irreleuans detegitur ponderatio contrariæ decisionis, quod ipse Testator vsus fuerit cautela Soccini, & filii acceptauerint testamentum paternum, quia eius lectura patet cautelam adhibuisse non ex quo
voluerit legitima sub aliqua conditione adimere, † sed ex 18
eo, quod eam granauerat dilatione solutionis ad ætatem completam annorum 30. quod sciebat sibi non esse de iure permissum ob resistentiam text. in vulgat. *l. quoniam in prioribus C. de inoff. testam.*

Et ita, omissis aliis tamquam minoris ponderis, censuerunt DD. legatum esse transmissibile, & per consequens decretum esse infirmandum, vtraque &c.

Aliæ binæ decisiones sunt in hac causa cor. R.P.D. Rondinino, quæ fuerunt impressæ in alia præcedenti par. 17. rec. & sunt decis. 160. & 283.

R. P. D. CALATAIV.

Maceraten. Fideicommissi.

Lunæ 10. *Iunii* 1675.

ARGVMENTVM.

Pro exclusione fideicommissi deciditur, quia filiis, vel linea in conditione positis, cessante Statuto, vel deficientibus coniecturis non ideo dicitur inducta vocatio, ad quem effectum non visum est sufficiens substitutio Ecclesiæ; quia licèt hæc vna reputetur coniectura pro vocatione filiorum in conditione positorum, sola tamen, & de per se non attenditur, plura etiam traduntur de cippo domus vocato, quatenus sub illo non descendentes, sed soli transuersales contineantur.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum appellatione, eorumque sub vocatione non veniunt nepotes.*

2 *Substitutio de te non loquitur, sufficit dicere substituto, qui non sit litteraliter vocato.*

3 *Filii in conditione positi, non concurrentibus coniecturis, non censentur vocati.*

4 *Linea in conditione posita, cessante statuto, & sine aliis coniecturis, non dicitur vocata.*

5 *Filii in conditione positi non dicuntur vocati ex solu substitutione Ecclesiæ.*

6 *Substitutio Ecclesiæ, licet sit vna ex coniecturis pro vocatione filiorum in conditione positorum, tamen de per se non sufficit, sed est admodum à DD. controuersa.*

7 *Cippi nomine non veniunt descendentes testatoris, quibus antea fuerat particulariter prouisum.*

8 *Cippi appellatione veniunt etiam transuersales, & quando sup. nu. 7.*

9 *Lineæ appellatione quandoque non veniunt descendentes, sed transuersales solum, & vid. numer. 7. & seqq.*

10 *Descendentes, & transuersales si testator vocauit non inde à transuersalibus potest dici reuersus ad descendentes.*

11 *Ordo retrogradus in fideicommissis descensiuis non datur.*

DECISIO DXXXV.

HODIE Domini censuerunt ex testamento Blasii Maioranæ nullum resultare fideicommissum, quod suffragetur illis de Nigris, & ex hoc capite recedendo à decisis 24. Ianuarii 1674. * steterunt in primo decisis 10. Maii 1673.

Vt

Vt enim refert postrema decisio ; Testator institutis
Francisco, Ignatio, & aliis filiis masculis nascituris ex
Flaminia secunda vxore, iisdem reciprocè substitutis in
casu obitus alterius sine filiis , ita postea dispoluit ; E
mancando ambidue senza figliuoli legitimi, e naturali ,
in quel caso li sostituisce le femine d'esso Testatore assie-
me con la medema Flaminia pro æquali porcione, e man-
cando le figliuole femine , e ciascheduna d'esse senza fi-
gliuoli, succeda l'vna all'altra, e morendo le figliuole
femine d'esso Testatore senza figliuoli, in quel caso gli
sostituisce detta Flaminia sua Consorte, e morendo essa
Flaminia, gli sostituisce il ceppo della casa d'esso Testa-
tore , e mancando la linea mascolina , e feminina della
casa d'esso Testatore , in quel caso sostituisce la Chiesa
della Pace &c. Illi igitur de Nigris venientes vti filii Eu-
sebiæ , quæ fuit filia Angelæ filiæ Blasii, & sicuti pro-
nepotes Testatoris in nulla ex dictis substitutionibus vo-
cati sunt, non quidem in prima , in qua Testator defi-
cientibus eius filiis masculis sine filiis , substituit fœmi-
nas vnà cum Flaminia vxore, quia ibi vocauit proprios
1 filios, † non autem illarum filios , & multò minus ne-
potes, quales sunt illi de Nigris, quapropter ad illos ex-
2 cludendos † sat est dicere, substitutio de eis non loquitur ,
Cyriac. *controu. 142. numer. 8.* Rota coram Reuerendissi-
mo Royas *decisione 389. numer. 5. & seqq.* & quamuis fi-
3 liorum filii sint positi in conditione, † tamen non con-
currentibus coniecturis , non censentur vocati , iuxtà
vulgatam *glossa in l. Lucius ff. de hered. institucn.* nec mi-
nùs in vltima , in qua deficiente linea masculina , de
fœminina domus ipsius Testatoris , vocauit Ecclesiam ,
4 quia ibi linea fuit pariter posita in conditione , † vnde
cessante Statuto sine aliis coniecturis, non dicitur vocata
Andreol. *cons. 161. num. 1. & seqq.* Rota *decis. 479. num. 2.
par. 5. & dec. 7. nu. 11. par. 10. recent. & cor.* Dunoz. Iun.
dec. 984. nu. 3. & 4.
In proposito autem nullum adest Statutum, & sola
coniectura substitutionis Ecclesiæ in vltima decisione pon-
5 derata non est apta vocationem inducere , † sed tantùm
deseruire valet pro vna ex coniecturis ad id allegari solitis,
6 Inò de per se, † est admodum in iure controuersa , vt vi-
dere est *in dec. cor. Royas 123. nu 7. seqq. & cor.* Buratt. *de-
cis. 387. nu. 6.*
Præterea fuit animaduersum , quod linea masculina,
& fœminina fuit posita in conditione post substitutum cip-
pum domus; Cippus verò fuit substitutus post defectum
7 omnium filiorum, & filiarum sine filiis, † vnde sicuti
eius nomine venire non poterant descendentes Testatoris,
8 quibus anteà prouiderat ; † sed benè transuersales , qui
sub nomine cippi etiam continentur , Caualer. *decisione
241. numer. 1. & in recentiorum decisione 7. numer. 16. parte
10.* Ita hoc casu appellatione lineæ masculinæ, & fœmi-
ninæ ex post immediatè positæ in conditione, venire ne-
9 queunt ipsi de Nigris vti descendentes, † sed solùm intra-
re potuissent transuersales, de quibus proximè Testator
loquutus fuerat, Fusar. *consil. 174. numer. 19.* Altograd.
consil. 60. numer. 39. & consil. 91. numer. 25. libr. 1. Andreol
10 *consil. 306 numer. 6.* Palm. Iunior. *consult. 62. numer. 21.* †
aliàs à transuersalibus reuersus fuisset ad descendentes, &
11 tamen in fideicommissis † descensiuis non datur ordo re-
trogradus.
Et ita, aliis omissis, resolutum fuit vtraque Parte in-
formante.

Aliæ binæ decisiones in hac causa emanatæ haben-
tur supra in alio præcedenti tomo primo istius de-
cimæ octauæ partis recent. vbi sunt in ordine de-
cis. 100. & 222. infrà verò hoc eodem tomo erit
altera præsentis causæ decisio sub die 20. Aprilis
anni 1676.

R. P. D. VBAGO.

Cracouien. Census.

Lunæ 10. Iunii 1675.

ARGVMENTVM.

Duas donationes fecerat Donator , cumque de vnius, vel alterius validitate dubitaretur , pro secunda donatione deciditur , quia prima erat alternatiua , & sic ante acceptationem , benè reuocari poterat , eoque magis , quia secundo donatario fuit etiam tradita possessio , atque ita succedit regula , quod inter duos donatarios illæ præfertur , cui primò res donata traditur , quod adhuc in duabus Ecclesiis procedere , quales erant ambæ donatariæ declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Ius bonum actoris resultat ex verificatione extremorum, quæ sunt necessaria pro fundamento illius intentionis.*

2 *Dispositio alternatiuè facta semper remanet dubia , incerta, & æquiuoca , & quando vid. numero seq.*

4 *Donatio, seù dispositio primo loco alternatiuè facta , potest à donante , seu disponente per secundam declarari .*

4 *Donatio, seù dispositio alternatiua potest in eorum viciari, & commutari.*

5 *Donatio alternatiua à parte non acceptata , non est dubium quod non solum potest à donante declarari , sed etiam cessari, & mutari.*

6 *Causa operis pii vel respiciens salutem animæ potest à donatore variari , & adiudicari potius vni quam alteri.*

7 *Dictio* vel *quandoque ponitur , & dicitur stare declaratiuè.*

8 *Dictio* nunc *respicit tempus præsens , & numer. sequenti.*

9 *Dictio* nunc *non potest trahi ad tempus futurum .*

10 *Participium futuri temporis non potest intelligi de tempore præsenti .*

11 *Verbum, & oratio vnica non inducunt prioritatem , nec posterioritatem , maiorem , vel minorem dilectionem , sed tribuunt actum cuilibet insolidum .*

12 *Prædilectio sumi debet ab animo contrahentis , & donantis , & ideo ab illius declaratione desumitur .*

13 *Episcopus confirmans donationem factam fauore piæ causæ, de ea præsumitur informatus , ac etiam de mente donantis .*

14 *inter Reos duos credendi, ille præfertur , cui primo res traditur .*

15 *Donatariis duobus existentibus ille præferendus est cui primo traditur res donata , & numero sequentibus .*

16 *Ecclesia illa in donatione præfertur , cui primo tradita est res donata , & sup. à nu. 14.*

17 *Erectio noui Conuentus requirit consensum Ciuitatis vel loci , illiusque ordinarii , approbatio , Sedis Apostolicæ , & alia etiam remissiuè .*

18 *Conuentus in Ecclesia Parochiali erigi non potest sine consensu rectoris .*

19 *Rector Ecclesiæ Parochialis non potest cogi ab ordina-*

dinario ad præstandum consensum erectioni non conuentus, vel alternus oneris sui Ecclesia faciendi.

20 *Declaratio donantis attenditur stante incertitudine donationis.*

21 *Donatio alternatiuè facta duabus Ecclesiis, vel Religionibus vna sæcularizata, vel suppressa, acquiritur alteri, amplia, vt numero sequentibus.*

22 *Vocatis duobus, si vnus est incapax, remanet alius, qui succedit etiam per vulgarem, & quando.*

23 *Alternatiuè vocatus præferri debet, si tempore purificatæ conditionis ius alterius erat incertum, & inexequibile.*

24 *Restitutio in integrum non tollit ius alteri quæsitum.*

25 *Ius quæsitum vt amplius auferri non possit sufficit non existentia alterius de tempore purificatæ conditionis, imo etiam nudum factam.*

DECISIO DXXXVI.

REMIGIVS pro erectione Collegiatæ Presbyterorum sæcularium in Ecclesia B Mariæ Virginis Lauretanæ, donauit Rectori eiusdem Ecclesiæ tunc, & pro tempore existenti Censum florenorum 30 mil. impendendum primò pro fabrica, & deindè pro dote ipsius Collegiatæ, quam donationem Ordinarius Cracouien. confirmauit, & exequutioni demandari præcepit, Rectoremque prædictum in possessionem Census immisit; Cum autem Prior, & Conuentus Scholarum Piarum prætenderent fuisse Censum sibi antecedenter donatum, intentarunt Iudicium, & ab A. C. sententiam immissionis obtinuerunt; Ideo deuoluta Causa ad Rotam, contigit disputari coram R.P. Domino meo Ottalora, ad quem Genus spectaret, & die 15. Iunii 1668. spectare Rectori Collegiatæ prædictæ resolutum fuit; Obtenta postea per ipsum Priorem, & Conuentum noua audientia, & iterum per me tamquam suffectum in locum ipsius R. P.D. Ottaloræ, Causa reproposita, placuit Dominis pro decisis respondere.

Fuit resolutionis fundamentum instrumentum donationis, initum à Remigio fauore Rectoris legale, & in forma publica productum, Summario *numero* 2. necnon erectio Collegiatæ sequuta auctoritate Ordinarii Cracouien. & actualis census possessio adepta per Rectorem,
1 Summario *numer.* 4. & 5. † quæ omnia satis plene visum fuit demonstrare bonum ius Rectoris, tamquam extrema necessaria pro iustificatione suæ immissionis, iuxtà tradita per Ridolph. *in prax. cap. 6. par. 2. num. 68. & 69. & seqq. & capit. 7. parte eadem numer. 38. cum pluribus seqq.* Seraph. *decis.* 828. *numer.* 4. & 5. & Buratt. *decis.* 822. *num.* 1. & *seqq.*

Non obstat, quod Prior, & Conuentus exhibeant alteram per ipsum Remigium die 1. Februarii 1642. nam hæc dispositio non solum est concepta fauore Prioris, & Conuentus erigendi, sed etiam fauore Rectoris Ecclesiæ præ-
2 dictæ, cum alternatiua scilicet vel vni, vel alteri, † à qua cum feratur, semper dispositio dubia, incerta, & æquiuoca, iuxtà *text in l. si quis seruum § inter duos, & l. vbi autem 75. §. qui illud ff. de verbor. oblig.* oritur potuisse à Remigio donante non solum primam dispositionem
3 † per secundam declarari, Mierez *de maiorat. quæst.* 48. *num.* 78 & *seqq.* Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 5. *num.* 11. & *seqq.* & *decis.* 175. *num.* 9. Rota *decis.* 229. *num.* 17. & *dec* 356. *num.* 9. *par.* 12. *rec.* verum etiam illam in to-
4 tum † variari, & commutari, dum præcipuè prima do-
5 natio † non fuit per partes acceptata, Iason. *in l. qui Romæ §. Flauius num. 22. ff. de verbor. oblig.* Couar. *in rubr. de testam. par.* 3 *num.* 13. Cancer. *variar. resol. cap. 8. de donat. par.* 1. *nu.* 37. & maximè quando causa finalis operis pii, sub qua continetur alternatiua, est salus propriæ animæ donantis, quæ non potiùs in vno, quàm in altero opere
6 pio poterat demonstrari, & sequi. † Quare efficiebatur variabilis, & adiudicabilis potiùs vni, quàm alteri ad libitum donantis, Menoc. *cons.* 110. *num* 3. Magon. *decis. Lucen.* 34. *num.* 11. Rota *dec.* 207. *nu.* 5. *par.* 5. *tom.* 1. *rec.* & *cor.* Meri. *dec.* 841. *nu.* 7.

Ad tollendam verò alternatiuam non vrget adducta interpretatio, quod Rector, & Prior in Religione Scholarum Piarum idem sonet, & sit vnicus Minister, dum in multis locis Prior Conuentum ipsius Religionis nuncupetur sub nomine Rectoris, à quo inferri præsumatur dictionem, *vel*, † in casu præsenti esse positam declaratiuè, 7
vti si dixisset, dono Priori, vel Rectori, si Rector appelletur, quoniam ex diuersitate verborum, eorumque annexorum primæ dispositionis, tollitur penitùs identitas personarum.

Aderat enim tempore ipsius primæ dispositionis in Ecclesia Parochialis B. Mariæ Virginis Lauretanæ Parochus qui nuncupabatur Rector; Conuentus autem Religionis Scholarum Piarum de eo tempore in Ciuitate Cracouiæ non aderat; quamobrem dum dispositio est, vel fauore Rectoris nunc, & pro tempore existentis, quæ dictio † *nunc*, respicit tempus præsens, *l. 1. ff. de condit. & demonstrat. & l. 1. §. nunc tractemus ff. de tutel. & ration. distrahen.* Barbos. *dict.* 230. *num.* 1. vel fauore Prioris, & 8
Conuentus fundandi eius pro futuro tempore existenti, patet ad sensum diuersitas prædicta, dum dici non posset Rector præsens ille, qui debet eligi in futurum pro Conuentu nondum erecto, dictio namque *nunc* † tamquam 9
præsentis temporis non potest trahi ad futurum, Honded. *cons.* 63. *num.* 6. *lib.* 1. Adden. ad Gregor. *dec.* 338. *num.* 15. *vers.* & *regulariter.* Nec è contra participium futuri temporis † *futuro fundando*, intelligi potest de tempore præ- 10
senti, Greg. *d. dec.* 338. *nu.* 4 & *ibi* Adden. *num.* 15. *vers. sic etiam.*

Minus vrget, quod in alternatiua priorem locum obtinuerit Prior, & Conuentus, a quo induci possit prædilectio, itaut videretur præferendus Rectori, quoniam cum ipsa alternatiua dirigatur ab vnico verbo, & oratione † non inducit nec prioritatem, nec posterioritatem, 11
nec maiorem, vel minorem dilectionem, sed attribuit actum cuilibet ex vocatis in solidum, *gloss.* 1. *in cap. cum plures de offic. & potest. Iud. deleg. in* 6. Barbos. *dict.* 46. *nu.* 2. Imò cum prædilectio sumi debeat ab animo contrahentis, † hæc potiùs consideranda venit fauore Rectoris, non 12
solum ex causa delationis factæ in secunda donatione, sed pariter quia hanc prædilectionem Rectoris confirmauit Episcopus Cracouien. † informatus de vtraque dispositione Remigii, & verisimiliter etiam de mente ipsius, 13
dum ipsi Rectori possessionem bonorum adiudicauit, Summ. *nu.* 4. & 5 Cutel. *de donat.* 10. 2. *discept.* 1. *special.* 26 *nu.* 12. Rot. *dec* 308. *nu.* 7 & 10. *par.* 5 *rec.* itaut intret regula, quod inter duos reos credendi, † ille sit præferendus, 14
cui primò res tradita fuit, *l. quoties C. de rei vendic.* quæ procedit † etiam in duobus donatariis, Alex. *cons.* 14. *num.* 15
8. *lib.* 1. Gabr. *de empt. & vendit. concl.* 2. *num.* 8. Rota *in Tadertina donationis 7. Iunii 1652. coram Eminentissimo Cerro*, & in terminis vnius rei † potius vni Ecclesiæ, quàm alte- 16
ri traditæ, Tiraquel. *de priuil. piæ causæ priuil.* 507. *vers. quæ ad dicit.*

Nec dereliquerunt Domini ponderare ad effectum prælationis Rectoris, quod erectio Conuentus Scholarum Piarum erat magis, quàm erectio Collegiatæ, dum licet in vtraque requireretur consensus Ordinarii, attamen in noua erectione Conuentus Religiosorum † requiritur pa- 17
riter consensus Ciuitatis, approbatio Sedis Apostolicæ, aliaque, de quibus in *Cæsaraugustana fundationis 18. Maii 1675. cor R. P. D. meo Beuilaqua Vrbis Gubernatore*, & incertitudo augebatur dum ex dispositione donantis, Conuentus erat erigendus in Ecclesia Beatæ Mariæ Virginis Lauretanæ propria, & Parochiali ipsius Rectoris, † su- 18
per qua onus non poterat imponi, nisi eius accedente consensu, itaut nec potuisset cogi ad illum † præstandum ab 19
Ordinario, Marches. *in prax. Vicar. Capitul. par.* 2 *tit.* 26. *nu.* 59. & 64. & propterea ex his omnibus prima dispositio, nisi redderetur inexequibilis, saltem erat incerta, † qua 20
stante incertitudine declaratio facta per donantem videtur seruanda, Gabr. *de donat. concl.* 2 *numer.* 51. Seraph. *decisione* 837. *numer.* 14. & Rota *decisione* 238. *num.* 5. *par.* 3. *recent.*

Tandem ad corroborandam prælationem in Rectore, fuit ponderatum, quod anno 1651. quod fuit factus locus executioni dispositionis Remigii, Religio Scholarum Piarum fuerat iam per sanct. mem. Innocentij X. suppressa,
Summ. *numer.* 7. † & proindè cum alternatiua in hac par- 21
te suo-

te fuerit reddita inexequibilis noo poterit verificari, vel
exequi nisi fauore Rectoris alternatim vocati, Rota *in
Ferrarien. fideicommissi 10. Maii 1666. §. aeque obstat coram
R. P. D. meo Ottalora*, & io terminis vocatorum per alter-
22 natiuam, † dum vous ex ipsis est incapax, quod alter
censeatur vocatus etjam per vulgarem, Fusar. *de substit.
quaest. 479. nu. 74.* cum aliis adductis *in 1. decis. huius causae
cor. R. P. D. meo Ottalora §. Peregrinus verò.*

Nil reicuat, quod dicta Religio fuerit deinde io pristi-
23 num restituta, † quia sufficit quod tempore purificatae
donatioois, ios illius esset incertum, & exequibile ad
hoc, vt alter vocatus per alternatiuam esset praeferibilis
Rota *dec. 116. nu. 3. par. 1. rec.* maximè quod restitutio in
24 iotegrum religionis † non tollit ius iam qoaesitum Recto-
ri, ad cuius fauorem sufficit sola instantanea non existen-
25 tia ordinis tempore vocationis; † Imò nudum factum
suppressionis vt ius quaesitum alteri amplius abeo auferri
non possit Rota *decis. 54. na. 29. par. 13. & decis. 165. nu. 9.
& dec. 196. nu. 9. par. 14. recent.*

Et ita plories, ac pluries citatis dictis Priore, & Con-
uentu Scholarum Piarum, & informante taotum Recto-
te resolutum fuit.

R. P. D. RONDININO.

Foroliuien. Saluiani.

Mercurii 12. Iunii 1675.

ARGVMENTVM.

Denegatur creditori Saluianum, quamuis illius extrema concurrerent, quia possessori competebat retentio, tam ratione crediti anterioris ab eo persoluti, quam ratione melioramentorum, quae cum essent omnino necessaria tamquam facta in reaedificatiooe aedificii ruentis, sine vlla distinctione reficiendi quod minus est inter melioratum, & impensum in totum deberi deciduntur.

SVMMARIVM.

1 *Apocha priuata sine subscriptione trium testium, non potest cum publico instrumento concurrere.*

2 *Apocha priuata in archiuio reposita, assumit vires instrumenti publici, & quando.*

3 *Instrumentum, vel scriptura in alio instrumento, vel scriptura modificata, non dicatur annullata in totum, sed in partibus non modificatis firma remanent.*

4 *Possessori datur retentio pro credito anteriore ab eo persoluto, & nu. 6. & 7.*

5 *Fructus rei permutatae sequuta permutatione, non amplius ad priorem dominum, sed ad permutatarium spectant.*

6 *Soluens, vel dimittens creditorem immissam in Saluiano, potest ab eo reportare cessionem, & cum illa se tueri, & defendere aduersus creditores posteriores.*

7 *Creditum cessum transfertur in cessionarium vna cum actione, quae competebat cedenti.*

8 *Expensae factae in aedificio ruente, dicuntur omnino necessariae.*

9 *Status antiquus probari non debet vbi agitur de expensis factis in aedificio, quod minabatur ruinam, & nu. 10.*

10 *in Expensis, & melioramentis semper reficitur, quod minus est inter melioratum, & impensum.*

11 *Expensae necessariae reficiuntur in totum nulla seruata ratione meliorati, & impensi.*

DECISIO DXXXVII.

IVGALIBVS de Menghis immissionem in duabus
prioribus Instaotiis à Iudice de partibus, atque ab A.
C. denegatam, hodie quoque DD. denegaruot, quia licet
ooo controuertatur antiqua possessio Bessii debitoris dotis
promissae, atque recens possessio illorum de Giccogniois,
qui controuersam Domum detinent, ac etiam appareat
de Credito cum hypotheca Coniugum de Menghis, quę
suot Extrema Saluiani interdicti ab illis iotentati, cum
ab anno 1648. hypotheca ipsorum initium sumat ex Capi-
tulis matrimonialibus, quorum apocha, & si non con-
curreote trium testium subscriptione minus apta diceretur
† vt praeferri posset Iostrumento permutationis huius do- 1
mus inter Ciccogninos, & Bessium posteà subsecuto, iu-
xta notissimam dispositionem *text. in l. scripturas 11. C.
qui potior. in pign. hab.* ex admioiculis tamen priuatae hu-
ius scripturae fides restituta videbatur, cum ista apocha
archiuiata † fuerit, & quidem tempore ooo suspecto loo- 2
ge ante stipulatum Instrumentum permutationis, atque
in ipso matrimooiali Instrumento ioserta, & ab ipsis te-
stibus comprobata Summario eorundem Iugalium *num. 1.
cum. seqq.* vt pro declaratione *textus in d. leg. scripturas C.
qui potior. in pign. hab* notant ibi Communoiter scribentes
& est commuois sententia, quam latè comprobat Rota
post Merlin. *de pign. decis. 79. num. 9. & seqq.* Caualer. *de-
cis. 446. nu. 7. &* 8. Bich. *decis* 10. *nu.* 12. *& seqq.* Zaratte *dec.
75. sub nu. 46. & seqq.* cum aliis latè deductis *in rec. par. 13
decis.* 336.

Non obitaote, qood talis apocha fuerit per aliam, de-
clarata nullius valoris, quia talis declaratio non fuit facta
ad annullandum in totum dictam apocham, sed solum
ad hoc, vt creditor in illa Constitutus agere non posset pro
scut. 400. in maiori summa, & pro pompa tantum in illa
promissis, † & propterea in reliquis firma remanebat, 3
quia modificata fuit, non destructa recedeodo à forma
primi contractus non simpliciter, sed secundum quid, vt
magistraliter docet Bald. *in l. pacta nouissima sub numer.* 10.
Cod. de pact. & comprobant deducta per Gratiao. *discept.
509. numer. 12. & 17.* Anton. de Amat. *resolut. 57 numer.
16. & 17.* Merlin. *de pign. lib. 5. quaest. 30. numer. 31.* Rota
recent. par. 4. tom. primo decis. 346. num. . . & seqq. cum si-
milibus.

Adhuc tamen immissionem DD. deoegaruot, cum
Ciccogninis competat retentio ob fructus Census solutos
creditori anteriori ipsis coniogibus cum successiua Cessio-
ne Iurium Summario de Ciccogninis *num. 3. & 5.* propter
quam subingrediendo in iuribus dicti Creditoris, † idem 4
Possessores aduersus Coniuges posteriores se ipsos tueotur
exceptione reteotionis, de qua in *leg. prima & in leg. po-
tior. Cod. de iis, qui in pri. or. credit. loc. success. cum. con-
cordan.*

Etiam si diceretur Ciccogninum non potuisse reporta-
re hanc cessionem ob creditum illud non propriis, sed ip-
sius Bessii communis debitoris pecuniis extinctum, ex
pensionibus nempè Domus ipsius Bessii, quia cum Cic-
cogninus euasisset Dominus controuersae domus, me-
diaote reciproca permutatione † cum Bessio Summario 5
Coniugum de Menghis *numer. 5.* pensiones domus non
amplius spectabant ad Bessium, sed ad Ciccogninum il-
lius Domioum ex ratione *text. vbi notant scribentes in l.
prima & seqq. ff. de rer. permut.* qui ideo dimittendo Dan-
dum creditorem anteriorem ipsius Bessii, qui io domum
permutatam ex Saluiano interdicto immitti obtinuerat
Summario de Ciccogniois *num. 3. 4. & 5.* non amplius pe-
cuniis debitoris, sed propriis illum dimisisse dicitur, vt
ex cessione habita aduersus posteriores se tueatur ex ratio- 6
ne *text. in l. mulier ff. qui potior. in pign. habeant. & l. Cre-
ditor ff. de distract. pign.* quam in his termiois creditoris im-
missi ex Saluiano, † quod in cessionarium simul cum 7
actione, pro qua competit, transfertur Olea *de cess. iur.
tit. 6 q. 5. nu. 19.* Rota *rec. par. 6. dec. 318 nu. 26. & 27. & par. 9.
dec. 40. n. 7. &* 10.

Accedebat, & altera exceptio retentionis pro meliora-
mentis, atque expensis factis in hac domo ruinae proxi-
ma, & quae citra periculum habitari non poterat Sum-
mario de Ciccogniuis *num. 7. & 8.* quo casu cum expensae
dicaotur necessariae, † veluti cum aedificium ruens refici- 8
tur, quibus non factis res peritura, vel deterior futura
erat ad litteram *text in l. prima § final. & in l. impensae 14.
ff. de*

ff. de impens. in reb. dotal. fact. & in leg. impensæ 79. ff. de verb signific. consequens est, vt hoc casu non habeat locum vulgata regula in hoc Tribunali recepta, vt in melioramentis probandis designandus sit à testibus status anti-
9 quus domus, † & modernus ante reparatinnem, & post vt videatur quid impensum, & quid melioratum, vt po-
10 stea quid minus reficiatur juxtà æquiratem propositam à Celsin *in l. si fundo 39 ff. de rei vendic.* quia illa non proce-
11 dit in impensis necessariis, † in quibus quemadmodum ipse Dominus se gessisset, ita iniuria esset, si id quod citra dolum, vel culpam Possessor impendit, non recuperaret, vt ad distinctionem impensarum vtilium distinguunt *gloss. & DD. in d. l. fundo ff. de rei vendicat. & in l. Domum C. i. lo eodem titulo* Castrens. *in celebri consil. 270. sub num. 4. par. 2.* Peregrin. *de fideic. artic. 50. sub num. 76.* Riminald. Iun. *cons. 800 nu. 8 & 9.* Simon. de Pret. *de interpret. vlt. vol. lib. 3. dubit. 5. solut. 5. num. 5.* Molin. *de contract. disput. 463. sub num. 8. vers. excipit* Odd. *cons. 41. nu. 88. & seqq.* Posth. *resolut. 44 num 28. & seqq.* Barz. *decis. 23. nu. 6* Adden ad Thesaur. *dec. 255.* quibus non contradicit Rota hunc articulum non examinans post Merlin. *de pign. dec. 156. num. 3.*

Et ita vtraque parte Informante, &c.

R. P. D. E M E R I X.

Bonon. Matrimonij.

Mercurii 12. Iunij 1675.

A R G V M E N T V M.

Pro contrahendo nouo matrimonio cum altero fratre, impugnabantur sponsalia cum fratre prædefuncto contracta, de quibus quia benè constare visum est ideò impedimentum publicæ honestatis inesse deciditur; contractus verò præcedentium sponsalium resultabat ex illorum conclusione inter sponsum, & patrem sponsæ sequuta, cum approbatione eiusdem sponsæ, pro quibus, quia plura deducuntur, ideo hæc omnia à sequenti Summario, & decisione videnda sunt.

S V M M A R I V M.

1 *Sponsalia contracta inter sponsam, & consanguineos sponsi causant impedimentum publicæ honestatis.*

2 *Impedimentum publicę honestatis impedit matrimonium & illud contractum dirimit.*

3 *Testes ex quibus deponant non de solo tractatu, sed etiam de conclusione matrimonii.*

4 *Sponsalia consistunt in promissione futurarum nuptiarum illarumque repromissione.*

5 *Ratificatio sponsalium per inde est, ac si illa ab ipso ratificante fuissent contracta.*

6 *Mulier sufficit, quod etiam tacite ratificet sponsalia ab eius patre contracta.*

7 *Ratificatio sponsalium ab alio sponsorum nomine initu, sufficit quod fiat tacite, vel expresse*

8 *Sponsalia ex quibus dicantur à sponsa ratificata fuisse, & numer. seqq. & numer. 20. pariter cum seqq.*

9 *Munera inter sponsos sequuta plurimum præualent pro ratificatione sponsalium, & numero seq.*

10 *Sponsalium pro ratificatione etiam sola munuscula sufficiunt.*

11 *Testis ob solam affinitatem non repellitur à probatione sponsalium, & nu. seqq.*

12 *Testis consanguinei, & affines ob præsumptionem maioris notitiæ admittuntur tam ad probandum, quam dissoluendum matrimonium.*

13 *Testis affinis concurrentibus coniecturis, eiusque nobilitate, & morum honestate, iudicis arbitrio non repellitur à testificando, amplia vt num. seqq.*

14 *Testis mors auget illius fidem.*

15 *Testis famulus est integer testis, si tempore examinis, non erat amplius famulus.*

16 *Testium numerus, & qualitas nobilitatis, & Sacerdotis supplet defectum aliorum.*

17 *Testium qualitates, & numerus faciunt reputari alios testes exceptione notatos esse integros testes.*

18 *Testes, qui sint omni exceptione maiores in causis matrimonialibus, iudicantis arbitrio relinquitur.*

19 *Testes etiam de confessione singulares, si vnus adminiculetur ab altero, benè probant.*

20 *Sponsalium maximum adminiculum est, si sponsa incessit ornatu iuxta consuetudinem patriæ.*

21 *Sponsæ ob mortem sponsi nullum est luctus à lege præscriptus.*

22 *Sponsalium indicium est, si sponsa post mortem sponsi luctuosa processit.*

23 *Sponsæ honestè faciunt lugendo sponsum prædefunctum.*

24 *Coniecturæ plures licet singulæ non sufficiant, tamen simul iunctæ plenè probant.*

25 *Consuetudo non inducitur ex actibus difformibus, sed excluditur.*

26 *Testis de auditu, nec etiam contra inducentem probat.*

27 *Testis de facto proprio magis attenditur, quam alter testis contrarium deponens.*

28 *Fama publica, quæ non processit à vano rumore populi, sed à pluribus facti circumstantiis, sponsalia fuisse contracta benè probat.*

D E C I S I O DXXXVIII.

REVOCATIS ad trutinam fundamentis decisionis æditæ sub die 16. Apr. 1674. * Domini tecesserunt à decisis, quia ex depositinnibus Testium in hac noua propositione pleniùs exhibitis, & comprobatis ab aliis vigore remissoriæ nouiter inductis, illa reperta fuerunt non subsistere.

Constat enim ex eisdem depositionibus post varios tractatus inter Patrem Augustinum, & Georgium Ludouicum Elisabethæ Mariæ Patrem fuisse conclusa sponsalia inter eandem Elisaberham Mariam, & Franciscum Mariam, vt deponunt idem Pater Augustinus mediator, & Lucius, qui dictæ conclusinni præsens fuit, necnon Comes Hieronymus & Bernatdinus, qui apocham sponsalium postea confectam vti Testes subscripserunt hodierno Summ. *nu. 1. & 2.* quæ sponsalia subinde ratificata fuerunt, vt infra per vtrumque ex sponsis prædictis d. Sum. *nu. 2. & seq.* itaut tam de sponsalibus, quàm de ratificatione vix amplius dubitari non possit, & † propterea nec minus de impe- 1
dimento publicæ honestatis ex eis suborto inter dictam Elisabetham Mariam, & Rainaldum fratrem germanum Francisci Mariæ impediente, & dirimente matrimonium postea inter illos contractum, † vt disponunt *Text. in cap. ad Audientiam 4. c. Sponsam 8. de Sponsal. & c. vnico eod. tit. in 6.* & restringendo tale impedimentum ad primum tantum gradum sanciuit Sac. Conc. Trid *sess. 24. c. 3 de reform matrim.* & docet Sanch. *de matr. lib. 7. qu. 68. nu. 10.* 2

Non obstat præcipuum fundamentum contrariæ decisionis, quod scilicet prædicti Testes deponant de tractatu habito inter dd. Partes super futuris sponsalibus, non autem de illorum effectuatione, ideoque non releuent, quia contrarium bene desumitur ex adductis in præsenti Summario, Pater enim Augustinus clare deponit, quod ipse post varios tractatus conclusit matrimonium inter prædictas partes, ibi: *Vi basti che dichi, che conclusi il matrimonio col detto Signor Francesco Maria*, & inferius: *Io solo con-*

*lo conclusi, poi per stendere la scrittura da sottoscriuersi dal-
le Parti, fù pregato il Signor Conte Girolamo*, Lucius verò:
*E la verità anche, che dopò molti trattati furono contratti,
e stabiliti li Sponsali sudetti per la festa di S. Pietro Apostolo,
& io fui presente ul stabilimento sudetto*; Comes autem Hie-
ronymus referendo dictam conclusionem tam à Gregorio
Ludouico, quàm à Patre Augustino sibi denunciatam sub-
iunxit: *Onde io in esecutione de commandi di detto Sig. Gior-
gio Ludouico notai la detta scrittura, la quale in sostanza con-
teneua, che il detto Signor Giorgio Ludouico prometteua la
sudetta Signora Elisabetta Maria per sua legitima consorte
al Signor Francesco Maria, & vice versa esso Signor Fran-
cesco Maria prometteua riceuere detta Signora Elisabetta
Maria come tale, e quella per fine fù stipolata, e sottoscritta
dalle Parti, etc.* Bernardinus verò alter Testis ea, quæ ge-
sta fuerunt inter Partes ante subscriptionem apochæ depo-
nit, *fù dal detto Signor Conte Girolamo letta vna scrittura,
la quale conteneua, che il Signor Giorgio Ludouico sudetto
prometteua la Signora Elisabetta Maria di lui figliuola per
sposa al Signor Francesco Maria, & esso Signor Francesco
Maria vicendeuolmente prometteua per sposa riceuerla*, ex
quibus omnibus demonstratur, illos Testes inter se conte-
3 stes non deponere de simplici tractatu, † sed de vero con-
tractu Sponsalium, non in alio consistente, quam in fu-
turarum nuptiarum promissione, & repromissione *cap.
4 nostrates 30. quæst. 5. l. prima & 2. ff. de Sponsal.* & do-
cent Sanch. *de matrim. lib primo quæst. prima num. 7.* Pont.
eodem tract. lib. 5a. cap. primo numer. 4. & DD. communi-
ter.

Neque refert, quod conclusio dictorum Sponsalium
fuerit facta inter dictum Patrem Augustinum, & Geor-
gium Ludouicum absentibus Principalibus, qui propte-
rea ex tali contractu non remanserunt validè obligati,
quia quoad Franciscum Mariam, vltra alios actus per
ipsum gestos inferius recensendos, cum ille expresse con-
5 tractum ratificauerit, & patet ex dictorum Testium de-
positione, ac subsciptione apoche, vt supra confectæ,
idem est, ac si ipse principaliter contraxisset, vt de subscri-
ptione sunt *Text. in l. si ita stipulat. et fuero 146. §. Chrisogonus
de verb. oblig. & l. sicut 8 non videtur ff. quib. mod. pign. vel hy-
pot*. Quo verò ad Elisabetham Mariam, etiam ipsa si non
6 expressè, saltem tacitè contractum per eius Patrem initum
ratificauit, quod sufficit iuxta *Text. in cap. vnico §. Porro de
sponsal. impub. in 6*

Talis verò ratificatio Elisabethæ Mariæ deducitur,
7 tam ex verbis, † quàm factis, licet horum alterum
sufficeret ex mox citat *Text. in cap. vnico in princ. p. ibique
scriben. de desponf. impub. in 6.* ex verbis, quia ipsa ver-
ba læta illorum causa protulit, & secum congaudentes
cum lætitia recepit, arrisit, & gratias hilari, mode-
stoque vultu reddidit, consentiendo eidem sponsalibus,
8 † vt deponunt quamplores Testes *Summ. numer. 3.* ad-
ditis antecedentibus, & subsequentibus, & denique tam
ipsa, quam Franciscus Maria vocarunt se ad inuicem
sponsos, *vt Summario num 20. gloss. in d. cap. vnico vers.
verb. ibique* Passerin. *numer. 52. vers. sed vt dicitur à vers. à*
Sancto Seuerin. *de matrim. quæst. 8. sect. 3. in fine* ex factis
etiam, quia Elisabetha Maria pluries super Franciscum
Mariam innixa publice incessit, ac cum eo per Ciuitatem
collocuta fuit, vt ex Testibus præsenti *Summ. numer. 16.*
quod licet absque scrupulo in Ciuitate Bononiæ permitta-
tur nobilibus coniugatis, secus tamen est in puellis nu-
bilibus, quibus nec in eadem Ciuitate tale, quid per-
mittitur, vt dicunt Testes *Summ. numer. 17.* qui etiam
expresse subiungunt, quod id permittebatur Francisco
Mariæ, & Elisabethæ Mariæ, quia ad inuicem erant de-
sponsati.

Fuerunt hinc inde missa, & acceptata plura mone-
ra non parui faciendi, vt dictum fuit in alia decisione,
9 † sed pretiosa recensita per Testes hodierno *Summ. nu. 18.*
tametsi vbi præcesserint sponsalia conclusa per Parentes,
10 vt hic pro ratificatione sufficerent munuscula iuxta mo-
rem sponsorum ad clarum sensum *glos. in cap. literas 4. verb.
placere consueuerint, ibique* Præpos. *num. 2.* Butr. *num. 5. de
sponf. impub.* Barbat. *in d. cap. vnico n. 2. vers. aut si alter alte-
rius eodem tit. in 6. & tradit* Sanch. *de matrim. lib. 5. disput.
16. n. 6 vers. vel mittit munuscula*.

Exceptiones verò oppositæ contra personas Testium,
quod scilicet Comes Hieronymus esset affinitate co-
niunctus Elisabethæ Mariæ, & Lucius vti Præfe-
ctus Domus esset illius famulus, visæ fuerunt irrele-
uantes. † Hieronymus enim ob solam affinitatem non 11
bene repellitur ex ratione *Text. in cap. videtur 3. qui ma-
trim. accus. poss.* si enim iuxta illius dispositionem debet
admitti consanguineus, † vel affinis tam ad probandum, 12
quam dissoluendum matrimonium ratione affinitatis
propter præsumptionem maioris notitiæ, admitti pari-
ter debet in hoc casu ob similem præsumptionem, quod
sponsalia magis coniunctis, quàm aliis innotescant,
tam magis accedente præclara eius nobilitate, & mo-
rum honestate, quibus præditus erat, concurrentibus-
que aliis coniecturis sponsalia suadentibus, quæ fa-
ciunt, vt non obstante tali exceptione ex Iudicis ar- 13
bitrio eidem multum sit deferendum ad tradita per Boss.
de matrim. cap. 5. §. 16. num. 63. Buratt. *decis. 775. numer. 3.*
Greg. *decis. 351. numer. 14.* præcipuè dum mors subsecuta
illius fidem auxit, Neuizan. *cons. 26. nu. 34.* Surd. *dec. 103.
num. 8.* Buratt. *decis. 530. num. 8.* Lucius autem de tempore
examinis non erat amplius famulus, quod sufficit, vt
integer Testis reputetur, Spad. *cons. 96. num. 15. lib. primo*
Buratt. *decis. 349. num. 6* & in terminis matrimonii, Greg.
decis. 351 num. 35. ibique Adden. *a. 51.*

Et remouetur omnis difficultas ex numero, & quali-
tate aliorum Testium nobilium, & Sacerdotum, † qui 16
supplent omnem defectum *glos. in l. Testium 3. §. Ideoque
verb. numerus ff. de Testib.* Alex. *cons. 5. num. 7. lib. primo* &
aliis adductis dixit Rota *decis. 289. numer. 2. par. prima di-
uers. & coram* Gregorio *decis. 340. num. 7. & in sæpe citata
decis. 351. num 4. & 5.* & faciunt reputari eos, † ac si essent 17
omni exceptione maiores, Rota *in eadem decis. 351. num. 4.
coram Gregorio, & decis. 314. numer. 16. par. 10. recent.* ma-
ximè in causis matrimonialibus, in quibus † præcipuè 18
prudenti Iudicis arbitrio est remissum, quinam sint Te-
stes omni exceptiones maiores, vt notant Couar. *de ma-
trim. par. 2. cap. 8. §. 10. num. 8. in fine* Grat. *discept. 337 nu. 24.*
Boss. *de matrim. cap. 5. num. 63. & 102.* & firmauit Rot. co-
ram Mantic. *decis. 372. num. 5. & coram* Greg. *dicta dec. 351.
num 3.*

Nec releuat, quod Testes nouiter examinati depo-
nant ferè omnes de auditu, quia vltra quod addu-
cuntur solum pro adminiculo, cum deponant audiuis-
se ab eisdemmet partibus, & † sic de eorum confessio- 19
nibus licet sint singulares; tamen quia vnus adminicula-
tur ab altero bene probant ex plenè congestis per Farinac.
de Testib. qu 64. & 133. vbi de veriori, & magis communi
testatur.

Prædictis omnibus accedunt plures vrgentes coniectu-
ræ sponsalia comprobantes, Prima scilicet licentia ob-
tenta à Sacra Congregatione Episcoporum, & Regu-
larium ad effectum educandi Elisabetham Mariam in
Monasterio, cum conditione tamen ne sponsus accederet
ad crates Monasterii, & sponsa non reciperet visita-
tiones *Summ. num. 21.* secundo incessus Elisabethæ Ma-
riæ post sponsalia per Ciuitatem ornatæ more sponso-
rum iuxta consuetudinem Ciuitatis *Summ num. 22.* quod
est magnum † adminiculum pro sponsalibus ad nota- 20
ta per Cephal. *consil. 435. num. 65.* & in specie per Angel.
de Vbald. *inter Consil matrim. diuers. lib primo cons. 45. nu-
mer. 31.* Tertio notificatio eorundem sponsalium, tam
pro parte Francisci Mariæ, quam Patris Elisabethæ Ma-
riæ facta Parentibus, & amicis vtriusque familiæ, vt
in similibus fieri consueuit præsenti *Summ. num. 14.* Quar-
to Epistola Matris Francisci Mariæ ad ipsammet Eli-
sabetham Mariam, in qua illam vocando sponsam eius
filii, dicit vti talem esse audiendam in tractatibus con-
cordiæ super ipsius homicidio, *vt Summ. numer. 53.* ac
denique luctus Elisabethæ Mariæ, quæ obitum Fran-
cisci Mariæ vti eius sponsi deplorauit, & postea vna
cum tota familia vestes lugubres assumpsit, qui attribui
nequit assertæ affinitati, quæ inter eorum familias
intercessisse non probatur, sed adscribi debet præcedenti-
bus sponsalibus, vt deponunt Testes *Summ. num. 23.*
† licet sponsæ ob mortem sponsi nullius sit luctus à lege 21
præscriptum, vt inquit Paulus in *l. vxores ff. de his,
qui notant, infam.* quia non inde sequitur, quod non 22
deferulat pro indicio, seù coniectura sponsalium, Ge-
min. *cons. 24. numer. 16. vers. Item quia*, & quod sponsæ
honeste faciant lugendo sponsum prædefunctum tra- 23
dunt explicando dictum Textum Treuelet. Select. *disp.
vol. primo disput. 8. Thesis litera A. fol. 92.* Marquod Tra-
het. *de fama lib. 3. cap. 17. num. 5. in fine, &* Martin. Hau-
rant. *in eius tractatu de vita, & mort. hom. theorem 81. in fine*,

24 Quæ qoidem omnia licet per se non sufficiant, † tamen
simul iuncta, vt io similibus quæ; ad eundem finem ten-
dont fieri debet, benè probaot vt omissis generalibus in
his terminis consuluerunt Martin. de Garat. *cons.* 16. *aa.* 12
Petr de Barbos. *cons.* 24. *nu.* 31. Ang. de Vbald. *cons.* 44. *nu.*
34. Iacob. de Leoniss. *cons.* 50. *nu.* 2. *iater matr. diuers. libr.*
primo.

Denique non obstat, quod in Ciuitate Bononiæ Spon-
salia non censeantur contracta, oisi concurrente tactu
manuum, quia Testes adducti ad talem consuetudinem
probandam, illam non iustificant, imò potius excludunt
dum alii fatentur nescire An sponsalia aliter contracta sint
valida, alii quod variè fuit obseruatum, alii vero atte-
stantur in eadem Ciuitate quamplura contrahi, & con-
tracta fuisse sponsalia absque tactu maouum, *vt Summ.*
na. 6. ex actibus enim difformibus consuetudo non induci-
25 tur, sed excluditur, Bart *ia l.* 2. *in fine princip. ff. solut. matr.*
Dec. *cons.* 214. *a.* 2. *vers.* 2. *hoc idem & per tot.* Alex. *cons.* 173.
per tot. lib 6. Roland. *cons.* 13. *n* 18. *lib.* 4. & firmauit Rot. cor.
Cocc. *dec.* 1552. *n.* 11. *vers. quod non probetur, & n.* 12. *cor.* Gre-
gor. *dec.* 162. *nu.* 9. ibique Adden. *aa.* 15. *& cor.* Bich. *decis.*
48. *nu.* 15.

Prout nec minus, quod sponsalia prædicta fuerint con-
ditionalia. eo quia, vt deponit monialis ab Elisabetha
Maria inducta, ea effectum sortiri non debebant, si Fran-
ciscus Maria intra triennium contraxisset aliquam ioimi-
citiam Summ. Rainaldi *nu.* 18. Tum quia ista deponit tan-
26 tum de auditu, & ideo nec contra inducentem probat,
ne e.. dem tempore concurrant duo specialia, vt voluit
Tob. Non *cons.* 24. *& seqq.* Honded. *cons.* 4. *nu.* 72. *& seq.*
lib. 2. Tum etiam quia die immediate sequenti facto me-
lius ad memoriam redacto, propriam depositionem decla-
rauit, & propterea præiudicium non intulit Elisabethæ
Mariæ, stante præsertim depositione dicti P. Augustini
mediatoris fuisse tractatum de apponenda tali conditione,
sed re matore ponderata iustis de causis illam fuisse omis-
27 sam, cui vti deponenti de facto proprio potius est deferen-
dum Gozzad. *cons.* 13. *nu.* 60. & pluribus adductis, Meo. *de*
arbitr. lib. 2. *cas.* 99. *na.* 11.

His omnibus accedit publica vox, & fama, cum non
habuerit ortum à vano rumore Populi, sed à tot facti cir-
28 cumstantiis supra relatis, vt iodicant Testes Summ. *num.*
26. eadem sponsalia bene astruit in terminis Ciarlin. *contr.*
174. *nu.* 62. *& seqq.*

Et ita vtraque parte acriter informante conclusum fuit
&c.

Aliæ bioæ decisiones sunt in hac causa, Altera impressa in præcedenti tomo primo istius Decimæ octauæ Partis ibi in ordine 267. Altera verò, quæ erit infra sub die 13 Ianuarii 1676. co. eodem R.P.D. Emerix præsentis confirmatoria.

R. P. D. T A I A.

Cauallicen. Hæreditatis.

Mercurii 12. Iunij 1675.

A R G V M E N T V M.

Validum declaratur primum testamentum habens derogationem secundi, quamuis ex coniecturis illi derogatum diceretur, quia cum aperta derogatio non appareret, coniecturæ, tamquam minus concludentes, non sufficere visæ sunt, præsertim in fœmina iuris subtilitatum ignara, & eo magis, quia primum testamentum erat conditum fauore consangninei, vbi verò secundum fauore puellæ extraneæ, & filiæ actu testatrici inseruientium, à quibus illa facilè inquietari, & circumueniri potuit.

S V M M A R I V M.

1 *Iustitia sententiæ apparet ex decisionibus in causa factis.*

2 *Coniecturæ à Rota reiectæ, amplius examinari non debent, & num.* 8.

3 *Testamentum, & prima testatoris voluntas si est derogatoria vltimæ, primum præualet, nisi per vltimum specialiter reuocetur.*

4 *Derogatio testameati debet specialiter esse aperta.*

5 *Voluntas derogatoria declarari debet, vt intellectus non laboret ia intelligendo mentem illius, sed ipsis verbis ita specificè pateat, vt nulla sit dubitatio.*

6 *Mulier difficile percipit vim coniecturarum, dum vix illam percipiunt Doctores super earum admissione certantes.*

7 *Mulier benè percipit vim clausulæ derogatoriæ, ne alias facilè inducetur ad mutationem testamenti.*

9 *Obliuionis præsumptio resultat ex lapsu decennij, & vide num.* 11.

10 *Obliuio præsumpta ex lapsu decennij euitatur si testator medio tempore recordatus sit, & aliquid gessit, per quod eius reminiscentia probatur.*

11 *Decennium debet esse integrum ad effectum inducendi obliuionem, itaut minus tempus non sufficiat.*

12 *Tarditas in producenda scripturam releuantem non præiudicat, si illa processit ex ignorantia scripturæ productæ.*

13 *Testator eo minus censetur reuocasse primum testamentum, habens clausulam derogatoriam secundi si illud fuerat conditum fauore consanguinei, secundum verò ad fauorem extranei.*

D E C I S I O D X X X I X.

PROPONEBATVR quædam Domina Marchesia de Guigonet Domioa de Taillades, &c vna ex Dominis Reginæ Franciæ per Testamentum ac disposuisse. Ego in omnibus instituo Hæredem meum Dominum Iosephum de Bonfils, &c. declarando meam intentionem esse, qualiter nolo, nec intendo reuocare vmquam istam meam voluotatem propter amorem, quo prosequor hæredem meum Consobrinum, & propter beneficia, quæ habui, & specto ab illo, & suis, & casu, quo succederet, quod ego facerem aliquod Testamentum, Codicillum, Donationem, aut alium actum vltimæ voluntatis, aut inter viuos contrarium illi, ad quod possem induci per subornationem, aut per senectutem, aut iram, aut aliter, Declaro omnia Acta, Testamenta, Codicillos, & quascumque alias dispositiones finale, aut inter viuos contrarias huic, nullas, & nullius roboris, vti contrarias meæ voluntati, oisi per ipsas hæc mea voluntas sit expresse reuocata, & quod in talibus actis fiat expressa mentio nominis mei Hæredis scripti propria manu, &c. 13. Iunij 1591.

Deinde sic confecisse Codicillos per priuatam scripturam, & cum fecerim Testamentum solemne: rogato quondam Magistro Reuoire, in quo Ego scripsissem propria manu nomen proprij Hæredis cum clausulis derogatorijs in ipso contentis, & memor in ipso legasse Annæ, &c. pauperi, qoàm acceperam pro honore Dei, & educaueram ad ætatem decem, & octo, seù viginti annorum, volens illam collocare amore Dei io Matrimonium per summam scutorum 400. quam illi legaoeram in Testamento; Ingrata verò meis beneficijs, & oblita timotis Dei, & honoris Domus meæ, &c. 3. Aprilis 1602. cum subscriptione Des Taillades, cum sigillo, & sic pro Testibus Aymar, de laj Mer, Bougon, Daumenge, de Guis, Guerio.

Et rursus testatam fuisse instituendo Hæredem post multa alia legata, & varia disposita, Clementiam virginem à se educatam sub onere ferendi oomen, & cognomeo, & Arma sua ipsius Testatricis, quæ sunt, &c. & cum onere etiam nubendi viro nobili, nomine, & Armis, qui deferat nomen, cognomen, & Arma sua ipsius Testatricis, eique substituendo vulgariter, & per fideicommissum filios masculos legitimos, & naturales præferendo primogenitum, &c. & si dicti Masculi, & Masculi masculorum decederent omnes, si reperirentur filiæ, &c. & in defectum substituendo Episcopum, & alium, & Consules Ciuitatis, qui erigerent

ad

ad maiorem gloriam Dei Collegium, &c. 8. Nouembris 1607.

Orta iampridem lite inter institutos in primo, & secundo Testamento, primò pronunciatum fuit ab Auditore Eminentissimi Legati pro absolotione Hæredis ex posteriori Testamento possidentis. Delata vero causa ad Rotam coram Reuerendissimo Domino meo Albergato Decano, primo decisum fuit 27. Aprilis 1671. vtraque Parte informante pro veritate, ac validitate primi Testamenti, reseruato dubio, An stante illa Clausula derogatoria fuerit per secundum Testamentum derogatum primo, & ea decisio confirmata fuit 10. Martii 1673. informante dumtaxat Honorato Actore. Disputato itidem dubio reseruato super derogatione prædicta, vtraque Parte informante 28. Martii 1673. decisum fuit, non esse derogatum primo Testamento: quæ decisio similiter vtraque Parte informante 1. Decembris 1673. fuit confirmata; Et demum legitimata persona Partis Actricis; Ipsa tantum informante 25. Iunii 1674. fuit prolata sententia pro immissione Honorati Actoris in possessionem.

Per appellationem commissa Causa, propositoque hodie de more dubio, An sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda? confirmandam Domini responderunt.

1 Dixerunt enim Domini iustitiam † apparere ex qua-
tuor decisionibus superius allegatis, quibus non aduersan-
tur coniecturæ cumulatæ ad probandam reuocationem
2 primi Testamenti; † Quia reiectæ operosè, & singulari-
ter appareant ex dictis Decisionibus, & proinde nihil ad-
dendum videatur.

Opposita vero iterum regula, quod si prima voluntas est
3 derogatoria vltimæ, † prima præualet nisi per vltimam
specialiter reuocetur, *l. si quis in principio Testamenti 22. ff. de leg. 3. et est Summ.* Bartol. cum aliis, & Glos. Accipiat, Ciriac. *controuer. 360 n. 12. et sub nu. 48* & specialem reuocationem
sapiant contrariæ coniecturæ penitus incompatibiles cum
4 primo Testamento, iterum reiecta est à Dominis, † qoia
hæc derogatio debeat specialiter esse aperta, & ita debeat
5 declarari voluntas derogatoria, † vt intellectus non la-
boret in intelligendo mentem illius, sed ipsis verbis pa-
teat ita specificate, quod nulla sit dubitatio, vt ad ver-
bum inquit Bald. & tradit Cyriac. *dicta contr. 360. num. 49. et 61.*

(Præsertim, quia versamur in Testameoto condito à
Muliere subtilitatum Iuris ignara fere octogenaria, quæ
6 certe percipere non poterat vim coniecturarum collata-
rum, dum vix illam percipiont Insignes Doctores inter se
certantes super illarum admissione cum bene perciperet
7 vim Clausulæ Derogatoriæ serio apposite † ne ob senectu-
tem induceretur ad mutationem Testamenti; singulari-
ter dixit vnus in suffragio suo Allegatis decisionibus coram
Reuerendissimo Domino Decano.

Hinc superfluum censuerunt communiter Domini co-
8 niecturas examioare; † Cum illis singillatim respondeant
prædictæ decisiones, neque quidquam releuans replicetur
in contrarium: & licet releuaos esset præsumptio obliuio-
9 nis ob lapsum decennii, † & vltra intercedentis inter pri-
mum, & secuodum Testamentum, tamen ex facto euitari,
10 quia medio tempore † Testatrix condidit Codicillos, in
quibus meminit Testamenti, & Clausulæ derogatoriæ, &
à dicto tempore ad secundum Testameotum non effluxit
integrum decennium, sed sexennium, & communis opinio
11 est † non nisi lapsum decennij integri sufficere Cyriac. *dicta controu. 360. num. 97.*

Minus obstiterunt repetita contra veritatem Codicil-
lorum; Quia plures Periti concordes retulerint constare
identitatem, & ita veritatem manus Codicillatricis, sicuti
12 Testatricis: † tarditas autem productionis euenerit ex ig-
norantia hæredis, & reliquæ coniecturæ optimè in decisio-
nibus elidantur, vbi è conuerso cumulentur quamplures
pro Codicillis adminiculandis.

Cæterum eosdem Dominos non parum mouit, quod
primum Testamentum fuit conditum fauore Consangui-
nei valde dilecti, quando hæres instituta oata iam erat;
Aliud vero conditum fuit fauore Puellæ nulla cognatione
13 ad Testatricem attinentis, quæ tantum erat filia illorum,
qui actu Testatrici seruiebant, & à quibus deinde Testa-
trix potuit facile inquietari, & circumueniri, vt etiam ob-
seruatur in prima decisione.

Et ita vtraque parte informaote, &c.

R. P. D. RONDININO.

Argentina Præpositurae.

Mercurij 12. Iunij 1675.

A R G V M E N T V M.

Cessionario Cameræ manutentio conceditur, quia possessio capta ab eadem camera perinde est ac si ab ipso cessionario acquisita fuisset, non obstante defectu citationis primi possessoris, qui & erat præsens, & se opposuerat petitioni Cameræ cuius etiam possessio erat adhuc infecta à decreto irritanti apposito in regula quarta Cancellariæ, olim tertia maiores, & principales dignitates reseruante Pontifici, de quibus reseruationibus plura ideo in præsenti decisione deducuntur.

S V M M A R I V M.

1 *Possessio beneficii capta à Commissario Cameræ, etiam in illius cessionarium transfertur.*
2 *Manutentio conceditur cessionario Cameræ possidentis, ac si ipse possessionem fuisset adeptus.*
3 *Possessor, qui fuit præsens, & contradixit petitioni partis, citari non debuit.*
4 *Citatio possessoris non ad alium finem requiritur nisi vt compareat, & iura sua deducat.*
5 *Immissus auctoritate iudicis rectè possidere dicitur.*
6 *Possessor etiam sine aliqua electione, dicitur priuatus à iudice, qui alteri possessionem concessit.*
7 *Citari non debet, qui non possidet.*
8 *Præpositura Ecclesiæ Collegiatæ ex generali consuetudine Germaniæ est prima dignitas.*
9 *Dignitates maiores in Cathedralibus, & principales in Ecclesiis collegiatis sunt Pontifici reseruatæ.*
10 *Reseruationes dignitatum inseruntur, & præseruantur etiam in concordatis Germaniæ.*
11 *Possessio beneficii reseruati remanet nulla, & quando num. seqq.*
12 *Regula Cancellariæ 4. olim 3. reseruans dignitates Pontifici, habet decretum irritans, & plura de ea vide num. 9. & seqq. & num. 15.*
13 *Intrusus nec ciuilis, nec naturalis possessor dici potest.*
14 *Possessor non summariissimum retinendæ non requirit iustificationem Breuis.*
16 *Mensis Maii semper est fixus, & Pontifici reseruatus, siue Ordinarius gaudeat alternatiua mensium, siue non.*

D E C I S I O DXL.

IOANNE Federico Ganser in Præpositura Sæcularis, & Collegiatæ Ecclesiæ SS. Michaelis, & Petri Maioris Ciuitatis Argentinæ aduersus Constantinum Helet ad eandem Præposituram à Capitulo, & Canonicis eiusdem Ecclesiæ electum ad quorum instantiam causa in hoc Tribunali introducta fuit, manutentionem hodie DD. concesserunt, quia cum possessio Præposituræ per mortem Francisci Præpositi Prædecessoris vacantis capta fuerit nomine Cameræ, & ab illius Commissario Ioaoni Federico cessa vigore literarum Apostolicarum suæ Prouisionis Summario eiusdem *num. primo & seqq.* † vtique ex ta- 1
li cessione in eum fuit translata, perinde ac si ab initio
ipsemet possessionem adeptus fuisset, † in qua proinde 2
manutenendus est, vt ad declarationem *glosæ in l. 2. §. idem mena vers. experiaris ff. ne quid in loco publico* aduertunt Bald. *in cap. licet causam num 34. de probation.* Natt. *conf. 398 numer. 38.* Menoch. *de retin. poss. remed. 3. numer. 259.* & ad hunc præcisum effectum Gonzal. *ad regul. 8.* Cancell. *glos. 34. num. 118. Post ius de manut. obseruat. 55. num. 15.* & fuit antiquæ Rotæ sententia in *Salamantina Beneficii 26 Iunii 1598. coram Litta, & in Aurien. Parochialis* coram Lancellott. *quæ est in diuersis par. 4. decis. 179. num. primo & 2. & apud* Posthium. *de manut. dec. 387. nu. primo & in rec. par. 3. dec. 182. nu. primo & 2.* Coccin. *dec. 1957. num. primo* Merlin. *dec. 599. illo eod. num.* Dunozett. Iun. *dec. 514. nu. 13.*

Nulla habita ratione, quod Constantinus, qui in pos-
sessione huius Præpositure tunc temporis erat, citatus
non fuerit, non solum, quia vna cum aliis Canonicis ip-
semet præsens fuit, & contradixit petitioni Commissarii
Generalis Cameræ coram Decano eiusdem Collegiatæ &
exequutioni Apostolicæ, atque etiam sententiæ Immis-
sionis latæ per eundem Exequutorem fauore Commissarii
3 *dicto Summ. n. 3.* † quo casu nulla citatione opus erat, quia
ex præsentia possessoris illius defectus sublatus fuit, cũ non
4 ad alium effectum requiratur citatio possessoris, † nisi vt
comparear, & iura sua deducat iuxta notat per Bartol. Ia-
son. *& alios in l. prima ff. in Ius vocan.* Lancellot. *de attent.
par. 2. cap. 4. in præfat. n. 128. & seqq.* Rota coram Cæsar de
Graff *dec. 533. n. 7.* Seraph. *dec. 1441. nu 4.* Manzaned *dec. 55.
sub n. 7.* Dunoz. Iun. *dec. 556. sub nu. 6 & seq. & in rec. par. 12.
dec. 166. n. 9 & 10.*

Verum etiam, quia Commissarius Cameræ cum im-
missus fuerit mediante sententia Iudicis Exequutoris, &
5 ser. ser. † ipse ex tunc recte possidere cæpit iuxta Textum
cum ibi notat *in l. iuste possidet ff. de acquiren. possess.* & is,
6 qui tunc reperiebatur in possessione, † eo ipso absque eie-
ctione intelligitur ea priuatus, vt bene deducunt Angel.
*in l. qui vniuersas §. Item cum Prætor ff. de acquir. possess. & in
l. clam possedere §. qui ad Nundinas sub num. 2 vbi* Roman.
sub num. 3. Alex. *num. 2 in fin* Iason. *num 20 &* Claud. de Sey-
7 sel. *ff. eod. tit* quia possessione seclusa † citatio non requiri-
tur, vt aliis relatis concludit Rota coram Seraph. *dec. 1325.
num. primo* Coccin. *dec 2043. nu. 3* Carill. *dec. 176. n fin.* atque
in his præcisis terminis *in dicta Salamantina Beneficii 26 Iu-
nii 1598. §. nec huic motiuo coram Litta.*

Addita insuper peculiari ratione ex eo desumpta, quod
Præpositura hæc est principalis dignitas in Collegiata, vt
ex illius Collateralibus à Nuntio Apostolico cum potesta-
te Legati à Latere, atque ab ipso Gregorio XIII. factis
8 Summario eodem *nu. 9 & 10.* provt etiam præsumitur ex
generali consuetudine Germaniæ, in qua Præpositura est
prima dignitas, vt post *dec. 4. de elect. in nou. & ibi* Papazon.
in Addition Add. ad Buratt. *dec. 809 n. 21.* Chochier. *ad reg.
3. Cancell. n. 20.* Layman. Theolog mor. *lib. 4. tract. 2. cap. 11.
num 1.* Nicolart. *ad concordat Germaniæ pag. mihi 42 § 6. &
pag 46 §. 10.* Rota *in Leodien Decanatus 10 Decemb. 1627. §.
si vero, & 14. Iunii 1628. in prin. coram Pirouano impress.
apud eundem* Nicolart. *pag 41. & seqq. & in Hildesimen. Præ-
positurae 28. Iunii 1658. §. præsertim in fine coram Eminentis-
simo Cerro*

Quæ ideò cum sit reseruata in regula quarta olim verò
9 tertia Cancellariæ † maiores post Pontificalem dignitates
in Cathedralibus, & principales in Collegiatis Ecclesiis
reseruante etiam vigore concordatorum Germaniæ, &
10 quamuis principalis hæc dignitas esset electiua † cum istæ
reseruationes in ipsis concordatis inserantur, & perseue-
rentur, vt notant Branden. *quæst. 7 pag. 43. &* Nicolart *ad
eadem concordata pag. 57. & seq. & pag 64. § 21.* Chochier.
ad reg. 8. Cancell. glos. 11. nu. 30. & dixit Rota *in celebri Pa-
dertonen. Præpositurae* de mandato expresso Sanctissimi
coram Bubalo impress. apud Brunden. *ad dd. concordata
Germaniæ fol. 59. & seqq & in rec. par 6. decis. 133. num. 4. &
seqq.* Coccin. *decis 844. num 2. & seqq & decis 2003 sub num.
6 & seqq.* quarum prior repetita est in *rec. par. 2. decis. 580.*
Card. Celso *decis. 179. nu. 3. & 4. & in d. Hildesimen. Præpo-
situræ 28 Iunii 1658 §. præsertim coram Eminentissimo Cerro.*

11 Consequens proinde est, vt nulla possessio † ad effe-
ctum requisitæ citationis considerari possit, cum dicta re-
12 gula quarta olim tertia habeat Decretum irritans, † quod
inficit non solum titulum, sed possessionem omnem, at-
que operatur, vt possessio capta nomine Cameræ sit vali-
13 da etiam possessore non vocato, cum intrusus, † nec ci-
uilis, nec naturalis possessor dici possit, vt optime decla-
rant Gonzal *ad reg. 8. Cancell. glos. 67 numer. primo & seqq.*
Lother. *de re benefic. lib. 2. quæst. 20. num. 196 & plurib. seqq.*
Rub. *in singul.* Rot *par. 4. de Breu. Apost. obseru. primo § 4. &
obseru. 10 §. 5.* Rot. *in rec par. 4. tom 2 decis. 283 num. 9.* Caua-
ler. *decis. 278 num 4. & seqq.* Dunozet. Iun. *decis. 997 num. 20.
& seqq.* atque in his præcisis terminis in *d. Salamantina Be-
neficii 20. Iunii 1598. sub §. nec illud coram Litta, & in Civi-
tatensi Archipresbyteratus 24. Martii 1649. §. & si quæ proba-
retur, & 3. Iulii eiusdem anni §. in hoc statu in fin. coram Emi-
nentissimo Cerro,* quæ habentur impressæ post Dian. *resol.
moral. parte. 8 tract 7. pag 641. & 658.*

14 Quo vero ad Iustificationem Breuis, † & si de illa in
hoc summariissimo retinendæ interdicto agendum non es-
set iuxta ea, quæ in proposito cumulat Posth. *de manut.
obseru. 42. nu. 57.* Rota *in dicta Haurien. Parochialis coram
Lancell. in diu. par. 4 dec. 179. nu. 6. & in dicta Salamantina
Beneficii 26. Iunii 1598 ad fin cor. Litta, & in rec. par. 5. de-
cis. 181. nu. 7. & 8. & in Neapolitana Benefic 13. Iunii 1628.
cor. Card. Verosp.*

Adhuc tamen Breue Iustificatum apparet tam quoad
obitum Francisci Præpositi Prædecessoris anno 1671. men-
se Maii ex ipsa confessione Constantini, qui ex eadem
vacatione venit, atque prouisus fuit, iuncta fide obi-
tus dicti Francisci in possessione dictæ Præpositure Sum-
mario eodem *numero 7 & 8.* quam etiam respectu reser-
uationis insurgentis non solum ex regula quarta olim ter-
tia Cancellariæ reseruante dispositioni Romani Pontificis 15
maiores dignitates post Pontificalem in Cathedralibus, ac
principales in Collegiatis, vt superius dictum est, sed
etiam ex regula octaua hodie nona Cancellariæ reseruan-
te eidem Pontificis Beneficia Vacantia in mense Maii, † 16
qui semper est fixus, & perpetuo reseruatus Sedi Aposto-
licæ, siue Episcopus gaudeat alternatiua mensium, siue
non Rota cor. Penia *dec. 635. nu. 1.* Coccin. *decis. 5545. nu.
24. & dec. 2351. nu. 1. & 3.* Peutinger. *dec. 144. nu. 1. & dec.
387. num. 4.* Bich. *decis. 405. nu. 12. & in recent. par. 9. decis.
468. nu. 3.*

Et ita Ioanne Federico Informante, atque Capitulo
Ecclesiæ Collegiatæ, & Constantino pluries monitis ac
diu expectatis DD. resoluerunt, &c.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Sutrina Dotis, & Fructuum.

Mercurij 12. Iunij 1675.

ARGVMENTVM.

Cauebatur statuto in casibus ab eo non dispositis seruari ius commune, quod quia locum habere non poterat in fructibus dotis, in quibus ius commune non prouisit, ideo pro illis taxandis seruata fuit dispositio Ciuitatis dominantis; Rursus quia agebatur de dote à patre suæ filiæ legata, illam fratrem minorem augere non potuisse deciditur, cum præsumatur de iure congrua; Pro ea tamen fructus deberi declarantur à die contracti matrimonij, non obstante dilatione eidem minori in eodem instrumento promissa.

SVMMARIVM.

1 *Fructus dotales ad quam summam taxandi sint iure cautum non reperitur.*

2 *Fructus dotales deberi determinatur in cap.* Salubriter de vsur. *non autem ad quam summam illi taxari debeant.*

3 *Vsuras dotales vsque ad tertiam centesimæ deberi, vt practicabatur antiquitas, hodie recessit ab aula.*

4 *Fructus bonorum stabilium, non autem fructus dotis taxat* authent. perpetua C. de Sacros. Eccles.

5 *Statutum locale mandans ea deficiente seruari ius commune, in casibus, quibus nihil ius commune disponit, intelligitur de Statuto Ciuitatis dominantis.*

6 *Fructus dotis etiam in vrbe, vel in districtu quandoque Rota taxauit in scutis quinque pro centenar. o, & quare num. seq.*

7 *Fructuum dotalium in taxatione haberi debeat ratio circumstantiarum, quæ concurrunt iuxta diuersitatem casuum.*

8 *Fructuum dotalium taxatio remoto statuto, vel consuetudine arbitrio iudicantis remittitur.*

9 *Minor vt valide possit augere dotem sororis non suffragatur necessitas illam congruè dotandi tanquam hæres patris.*

10 *Dos, vel Legatum dotis à patre filiæ relictum, præsumitur congrua donec contrarium probetur.*
11 *Dos constituta à patre filiæ nuptæ præsumitur congrua, non autem illa, quæ relinquitur filiæ nubendæ, & vide nu. seqq.*
12 *Dos, vt dicitur congrua, vel ne, tempus contracti matrimonii spectatur.*
14 *Dos à patre filiæ relicta, si tempore matrimonii detegatur incongrua, poterit augeri.*
15 *Obligatione corruente, corruit quoque dilatio in eadem obligatione concessa.*
16 *Contractus vnus, & idem diuerso iure censeri non debet.*
17 *Contractum in parte acceptare, & in alia reprobare, nec etiam minori conceditur.*
18 *Dos filiæ à patre legata debetur à die contracti matrimonii vna cum fructibus, etiam sine aliqua interpellatione.*

DECISIO DXLI.

DECISIONEM editam cor me die 19. * Februarii anni præteriti firmantem Gabrielem teneri soluere fructus dotales ad rationem sc. 7. cum dimidio iuxta dispositionem Statutariam Vrbis, & viceuersa promissionem dotis ab eo factam in sc. 1300. sustineri dumtaxat pro scutis mille à Patre relictis Marthæ Sorori confirmandam esse hodie responsum fuit iuxta modum infrà exprimendum.

Nam licet ad euitandam prædictam dispositionem statutariam fuerit hodie pro parte Gabrielis exhibitum patrium statutum Roncilionis mandans in defectum propriarum, legum, & Constitutionum seruari Ius commune, Nihilominus cum non reperiatur in Iure cautum
1 † ad quam summam sint taxandi fructus dotales, non quidem ex vulgato *cap. Salubriter de vsur.* quia vult deberi
2 fructus, † sed non determinat quantitatem non ex *l. vltima §. præterea C. de Iur. dot.* taxante vsuras dotales vsque
3 ad tertiam centesimæ, † quia recessit ab Aula, vt aduertit Bald. *cons. 94. lib. primo* nun denique ex *auth. per-*
4 *petua ibique gloss. verb. iusta C. de Sacros. Eccles.* † quia ibi taxantur solum fructus stabilium; Succedit iuris conclusio, quod ne verba huiusmodi statuti se referentia ad
5 ius commune, † nihil determinans, otiosa remaneant intelligenda sint de iure municipali Ciuitatis dominantis, & conciliandu opiniones contrarias firmauit Rota *decis. 22. num. 15. & seqq. part. 9. recent.*

Et quamuis Rota sequendo *gloss. in dicta Auth. perpetua* aliquando taxauerit fructus etiam dotis consistentis
6 in quantitate ad rationem scut. quinque, † hoc euenit, vel quia pecunia inuestiri debebat in bonis stabilibus, seù in Censibus, vt in *decis. 185. numero 18. coram* Royas in contrarium adducta Vel quia secundum diuersas casuum contingentias huiusmodi taxatio visa est congrua habito respectu ad fructus, quos reddere solent bona stabilia,
7 aliasque circumstantias † prout fieri solet in hac materia, quæ non existente statuto, vel particulari consuetudine
8 regulatur arbitrio Iudicis, vt notat Bald. *d. cons. 94. vers. & ideo concludo lib. primo & post* Crauett. *cons. 189. num. 10.* inquit Rota coram Manzanedo *decis. 675. num. primo.*

Minus è contra ad sustinendam promissionem dotis factam à Gabriele tunc in minori ætate constituto, vltra
9 summam à Patre relictam, † suffragari visa est necessitas, qua ipse vti hæres eiusdem adstringebatur ad constituendam congruam dotem sorori ex Rota *decis. 365. num. 6. part. 4. tom. primo recent.* & alijs allegatis.

Quia, vt dictum fuit in decisione, quæ reuidetur, talis necessitas extendebatur dumtaxat ad solutionem le-
10 gati scutorum mille à Patre in hanc causam relicti, † quod donec contrarium probetur sufficiens, & congruum pro dote reputatur, vt præter allegatos *in d. decis. §. quod autem*, firmarunt Barz. *decis. 29. numero 20. & seq. &* Fontanell. *de pactis nupt. claus. 5. glos. 8. part. 2. num. 27. & pluribus seqq.*

Nun releuante responsione, quod ista præsumptio locum habeat in dote constituta à patre filiæ iam nuptæ,
11 † non autem in relicta filiæ nubendæ, ex Venturin. *cons. 12. num. 25.* Boss. *de dot. cap. 13. §. ... num. 97. &* Gratian. *decis. Marcb. 19. num. 3. cum seqq.*
12 Quia contrarium indistinctè † procedere placuit Dominis ex Barzio, Funtanell. aliisque allegatis in præterita decisione, & signanter ex *decis. 262. num. 8. part. 9. recent.*

cum hoc sulo moderamine, quod ad effectum cognoscendi congruitatem, vel incongruitatem dotis inspiciendum
sit tempus contracti matrimonij, † itaut si ex qualitate 13
temporum, personarum, & patrimonij dos relicta videatur incongrua † possit augeri, cum quibus terminis 14
loquitur Gratianus, & procedunt firmata per Venturinum, quem sequitur Bossius, in cuius fere omnia prædicta concurrebant, quæ in præsenti deficiunt.

Corruente igitur obligatione † Gabrielis, corruere pa- 15
riter visa est dilatio triennij eidem vnico contextu concessa ad soluendam dotem præfatam; † quia non potest 16
vnus, & idem contractus diuerso iure censeri, † il- 17
lumque minor in parte acceptare, & reprobare in alia, vt inquit Bald. *cons. 32. sub num. 1. vers. quia istud negotium lib. 2.* Surd. *cons. 576. num. 31. &* Rota coram Gregor. *decis. 467. num. 5. ibique Adden. num. 16.* Quo proinde sublato, legatum à patre relictum debetur à die contracti ma-
trimonij vnà cum fructibus, † etiamsi nulla præcesserit 18
interpellatio, Paul. de Castr. *cons. 11. sub num. 4. vers. quatenus autem lib. 1.* Rota *decis. 188. num. 4. & seqq. part. 10. decis. 20. num. 5. & decis. 267. num. 11. part. 13. recent.*

Et ita decidendo hunc articulum in suspenso relictum in alia decisione conclusum fuit pro confirmatione eiusdem modo præmisso, vtraque &c.

In alio superiori tomo istius decimæ octauæ partis adest altera præsentis causæ decisio, quæ est ibi in ordine 236.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Dotuns.

Mercurij 17. Iunij 1675.

ARGVMENTVM.

Plura in hac decisione deducuntur; Primum quatenus simulatio excludatur per sententiam, donec saltem mediante transportatione actorum contrarium appareat, eademque sententia non solum comprehendat instrumentum in ea enunciatum, sed & omnia alia, quibus illud innititur: Alterum, quod litis denunciatio, & defensio omitti non possint, etiam sub prætextu quod non competerent defensiones, si aliquæ adhuc exceptiones opponi potuissent: Tertium demum super pluribus exceptionibus reo competentibus, quæ quia sparsim referuntur, ex sequenti Summario, & decisione videndæ sunt.

SVMMARIVM.

1 *Testium aliquorum qualitas supplet defectus aliorum.*
2 *Simulatio excluditur per sententiam donec saltem per integram transportationem actorum contrarium appareat.*
3 *Sententia declarans simulatum instrumentum quietantiæ, comprehendit etiam alia instrumenta, cui eadem quietantia innititur.*
4 *Sententia absoluens indefinitè reum à petitione actoris, integrum debitum comprehendit, amplia vt num. seq.*
5 *Verba vniuersalia nihil excludunt.*
6 *Euictio non datur ei, qui omisit facere defensiones, ac etiam litis denunciationem.*
7 *Denunciatio litis, & defensiones non possunt omitti, sub colore quod defensio non competeret, si aliquæ exceptiones opponi poterant.*
8 *Ius excipiendi de melioramentis transit in cessionarium sicuti in ipsum eadem transeunt melioramenta.*
9 *Creditum, & debitum inuicem compensari debent.*
10 *Retentio possessori datur pro creditis anterioribus ab eo persolutis.*
11 *Aqua promissa vel spatio 30. annorum præsumitur tradita,*

vel imputari debet illi, cui fuit promissa, quæ eam non traduxerit, sed vid. num. seq.

12 *Tempus non currit impedito ex facto, & culpa promissoris, vel suorum creditorum.*

13 *Pactum redimendi infra annum minuit valorem in sexta parte.*

14 *Inhibitionis expeditio dicitur actus extraiudicialis.*

15 *Litis pendentia non inducitur per actum extraiudicialem expeditionis inhibitionis.*

DECISIO DXLII.

NON obstantibus iis, quod longa serie fuerunt repetita, vel nouiter deducta ab Informantibus pro hærede Iacobi de Sanctis prædefuncti contra decisionem editam coram me die 27. * Iunii anni præteriti confirmatoriam alterius bo. me. Prioli, censuerunt DD. standum esse in decisis.

Simulatio enim crediti dotalis scut. 2000. probata per Testes relatos in præterito Summario illorum de Comis *numer.* 1 & latiùs in hodierno *à numer.* 5. *ad* 8. & per sententiam in iudicatum transactam frustra euitari prætendebatur, vel quia Testes patiantur plures exceptiones in dictis, & personis, vel quia sententia declaret simulatum huiusmodi creditum pro sola rata scut. 1500.

Præterquam enim exceptiones oppositæ contra dicta Testium non fuerunt in facto iustificatæ, aliæ verò contra personas reiclli videbantur quoad aliquos ex eorum qualitate relata in Summario illorum de Comis *num.*
1 4. † qui aliorum defectus supplere valent, Farinac. *q.* 62. *n.* 328. Rot. coram Coccin *decis.* 2012. *n.* 4. *& in recent. dec.* 87. *n.* 8. *par.* 6. *recent.*

Adhuc ad probandam d. simulationem sufficientem
2 DD. reputauerunt † sententiam, quæ prout in omnibus decisionibus Causæ ex pluribus auctoritatibus dictum fuit habet præsumptionem iustitiæ, & veritatis, donec per integram actorum transportationem contrarium appareat.

Noc obstat probationem crediti dotalis pro rata scutorum 500. resultare ex Instrumentis confectis sub diebus 17. Octobris, & 19. Nouembris 1633. datis in primo Summario Iacobi coram bo. me. Priolo *n.* 11 *&* 13. & proindè non comprehendi sub prædicta sententia declarante simulatum Instrumeutum celebratum 23 Maii 1637.

Quia fuit animaduersum in primo Instrumento confecto die 17. Octobris, contineri locationem ad vitam cuiusdam domus factam per Ioannem Baptistam Sellam Magdalenæ Amasiæ pro scutis 500. in secundo promissionem dotis ab eadem facta eidem Ioanni Baptistæ futuro viro in scutis 7000. ad quorum computum ipse fatetur penès se retinere scuta 500. sibi soluta ex causa dictæ locationis; in tertio denique Instrumento confecto de anno 1637. fatetur se recipisse integram dotem scutorum 2000. nempe scuta 500. in domo supra locata, & reliqua scuta 1500. in tot bonis mobili-
3 bus, vt in d. primo Summario *num.* 12. † vnde sententia indefinitè declarans simulatum dictum Instrumentum, in quo fit quietantia integræ dotis cum expressa mentione scutor. 1000. & absoluens reum conuentum ab immissione, & ab omnibus aliis per Lutiam Magdalenæ petitis, & prætensis, Summario hodierno illorum de Co-
4 mis *n* 2. † tergiuersari nequit, quin integram dotem com-
5 prehendat, attentis maximè verbis † vniuersalibus, & ab omnibus aliis, quæ nihil excludunt, Menoch. *cons.* 335. *n.* 20. *&* Barbos. *dict.* 241. *n.* 1. *& seqq.*

Quantum verò attinet ad aliud creditum societatis officii scut. 175. ex quo pariter licèt posteriori venditioni domus controuersæ factæ à Sella Crispino Tomasino mediato Auctori illorum de Comis, fuit in omnibus causæ propositionibus petita immissio, sub prætextu, quod ipse Crispinus emptor in computum pretij assignauerit venditori quandam domunculam successiuè euictam: Placuerunt Dominis responsiones datæ in vtraque decisione, quod ob omissas defensiones, & litis de-
6 nunciationem faciendam per Sellam, † fuisse eidem ab eo causam habentibus præreptum omne Ius agendi pro euictione.

Et obiectum toties repetitum, & semper reiectum, quod prædicta non habeant locum quando nulla competit defensio, reiiciendum etiam hodie DD. censuerunt,
7 † quia ex deductis *in decis. bo. me. Prioli sub §. non etiam, & in alia coram me §. irreleuans cum tribus seqq.* ostenditur impediri potuisse euictionem duplici exceptione, nempè restitutionis integri pretij, & refectionis melioramentorum.

Et quamuis replicaretur pretium constitisse in solis scutis 110. enunciatis à Notario, & melioramenta quatenus probata fuissent, non exindè refici debuisse Crispino, qui illa fieri potuerunt à Ioanne Præstinario, qui hanc domunculam præcedenter emerat dicto primo Summario illorum de Comis *num.* 3.

Nihilominus respectu veritatis pretij in scutis 310. & erroneæ enunciatiuæ Notarij placuerunt responsiones datæ in vtraque *decis. sub §§. mox allegatis*; Respectu verò melioramentorum † responsum fuit, quod etiamsi proba- 8
rentur facta à d. Ioanne, adhuc spectassent Crispino Auctori illorum de Comis, in quem per cessionem ab eodem Ioanne reportatam, omnia eius Iura fuerunt translata.

Minus obstat, quod etiam admisso pretio in quantitate scut. 310. adhuc cum ista domuncula fuerit assignata pro scutis 500. idem Crispinus refundere teneatur Ioanni Baptistæ Sellæ scut. 190.

Huic namque obiecto respondebatur, quod de tempore euictionis sequutæ de anno 1642. ipse Crispinus erat creditor d. Sellæ in longè maiori summa propter damna passa ex causa immissionis obtentæ pro dote prætensa à Lutia Galliana hærede Magdalenæ de anno 1638. super domo hodie controuersa in pensionibus amissis liquidatis in annuis scutis 63. eodem Summario *numero* 14. † quæ 9
propterea essent compensanda cum dd. scut. 190. Merlin. *decis.* 773 *num.* 12. *& coram bon. mem.* Card. Cels. *decis.* 317. *num.* 4.

Non subsistente litem per Lutiam motam, non fuisse denunciatam Ioanni Baptistæ Sellæ, quia contrarium apparet ex dicta enunciatione data in hodierno Summ. illorum de Comis *num.* 11.

Quemadmodum neque subsistit eosdem de Comis non habere causam à Crispino Tomasino, & per consequens non posse opponere compensationem crediti ad ipsum spectantis, quia ex serie facti relata coram bon. mem. Priolo ab ipso informante tunc pro Iacobo de Sanctis, & hodie pro eius hærede, paret Crispinum hanc domum per ipsum emptam assignasse Petro, & Annæ Mariæ filijs &c. pro restitutione dotis maternæ, & ab istis successiuè fuisse venditam Dominico, & alijs de Comis.

Denique quoad tertium creditum scutorum 123. subsistere pariter visa sunt fundamenta decisionum, nimirum quod aduersus huiusmodi creditum competat reis conuentis † retentio domus pro creditis anterioribus ab ipsis so- 10
lutis, vt in sæpè citato primo Summario eorundem à *num.* 15. *ad* 24. quod comprehensis scut. 50. pro pretio aquæ venditæ cum domo, de qua agitur, & non traditæ ascendunt ad scuta 1200. exceduntque pretium eiusdem domus in scutis 125. vt in calculo dato in eodem Summario *numero* 23.

Neque bonificatio aquæ non traditæ impugnari valet sub prætextu, vel quod per spatium annorum 30. præsumatur illius traditio, † vel quod imputari debeat ne- 11
gligentiæ Crispini emptoris, qui eam traducere non curauit.

Quia vtrumque motiuum cessat, aduertendo, quod ista traductio fieri debebat ab Hospitio Fontanæ spectante ad Sellam venditorem, vt ex Instrumento venditionis confecto de anno 1636 d primo Summ *num.* 1. Hospitium verò de anno 1639. fuit subhastatum, & deliberatum ad instantiam creditorum eiusdem Sellæ, hodierno Summ. illorum de Comis *numer.* 12. vnde patet firmum remanere fundamentum primæ decisionis, quod d Crispino impedito ex facto, & culpa venditoris, eiusque creditorum, † lapsu temporis præiudicare 12
non potuit.

Denique non obstat domum fuisse venditam cum pacto redimendi infra † annum minuentem sextam par- 13
tem veri valoris, quæ cedere debebat ad computum Magdalenæ creditricis, & Iacobi de Sanctis eius hæredis mediati, cum supposito, quod antequam laberetur annus ad redimendum, fuerit à Magdalena introducta lis per expeditionem inhibitionis postea continuatæ à Lutia hærede.

Quia vltra responsionem datam in *prima decis. §. erronea*, placuit alia hodie ab Informantibus allata, quod per

14 per actum extraindicialem †expeditionis inhibitionis do-
15 talis, non potuit † iudici aliqua litis pendentia.
Et ita, omissis alijs veluti eiectis in decisionibus vel
tamquam insubsistentibus, conclusum fuit, vtraque
parte informante.

Altera præsentis causæ decisio est impressa supra in alio præcedenti tomo primo istius decimæ octauæ partis, vbi est in ordine 352.

R. P. D. CALATAIV.

Barchinonen. Vicariæ.

Mercurii 12. Iunii 1675.

ARGVMENTVM.

Denegatur exequutio Literarum Apostolicarum, quia narrata in illis verificata non sunt, quæ quia consistebant in eo, quod præsentantes non fuissent in præsentatione concordes, contrarium apparuit ex præsentatione legitè facta, & ab ordinario admissa; Hinc disceptantur plura de conferendi facultate concessa, quæ quia maior est facultate præsentandi, sub ea etiam illam venire deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Gratia remanet subreptitia, vbi illius narratiua non iustificatur in facto.*
2 *Gratia subreptitia exequutioni demandari non debet.*
3 *Clausula* dummodo non sit alteri ius quæsitum *præ-*
4 *Gratia concessa cum clausula* dummodo non sit alteri ius quæsitum in *præiudicium iuris alterius non dicitur emanasse.*
seruat ius antecedenter acquisitum.
5 *Confessio emissa in literis Apostolicis contra contra confitentem plenè probat.*
6 *Vicarius Parochialis dignitatis vnitæ ab ijsdem Dignitatibus præsentari debet, & ab ordinario institui.*
7 *Conferendi facultas, vel ius, maius est iure, & facultate præsentandi.*
8 *Facultate conferendi concessa, censetur etiam impartita, & concessa facultas præsentandi.*
9 *Odiosa, & ambitiosa quæ sunt restringenda veniunt.*
10 *Conferre verbum ratione subiectæ materiæ idem importat, ac præsentare.*
11 *Mandatum procuræ extenditur ad ea, quæ essent speciali nota digna, si in illo adsit clausula faciendi, quæ magis speciale mandatum requirerent.*

DECISIO DXLIII.

CONCLVSVM fuit per Dominos Literas Apostolicas Ioannis Baptistæ, vti non iustificatas non esse
exequendas: Ipse enim narrauit Pontifici, quod vacante
Vicaria Parochialis Ecclesiæ SS. Petri, & Pauli de Prato, Archidiaconus, & Præcentor Cathedralis Ecclesiæ
Barchinonen. ad quos ius nominandi Vicarium pertinet
vigorem antiquæ vnionis, fuerunt in præsentatione discordes; Tali autem narratiua in facto non iustificatur,
imò constat de contrario, dum Archidiaconus mediante suo Procuratore, & Præcentor vnanimiter, & concorditer præsentarunt Bernardum Masferer, qui fuit successiuè ab Ordinario approbatus, institutus, & in posses-
1 sionem immissus, eius Summario *numer.* 2. *& seqq.* †
2 vnde in hac parte eius gratia remanet subreptitia, † &
per consequens inexequibilis, Decian. in *cap. super literis*
num. 4. *de rescript.* Lotther. *de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 34. *nu.*
9. Giouagn. *cons.* 8. *numer.* 114. *lib.* 1. Rota coram Bich *dec.*
479. *num.* 3. *&* coram Eminentiss. Otthob. *decis.* 115. *num.*
2. *&* coram Cardinal. Celso *decis.* 144. *num.* 9. Tantò magis, quia habet in ventrem clausulam, *dummodo de tempo-*
3 *re datæ præsentatium non sit alteri ius* † *quæsitum*, quæ præseruauit omne ius Bernardi præcedenter acquisitum ea
d. eius præsentatione, & Ordinarij institutione, Felin.

in cap. causam quæ num. 26. *de rescript.* Duran. *decis.* 100. *nu.*
5. *&* Buratt. *decis.* 651. *num.* 4. *&* 161. *Adden. numer.* 10. *&*
decis. 388. *num.* 38. *coram Bich.* & operatur, † vt in sui præ- 4
iudicium gratia non dicatur emanasse, Marescott. *var.*
resolut. cap. 1. *numer.* 172. *lib.* 2. Rota coram Buratt. *dec.* 137.
numer. 5. *&* 6. *&* coram Cardinali Celso *decis.* 408. *num.* 4.
& in recent. decis. 36 *num.* 5. *par.* 8.
Quod autem ex dicta præsentatione fuerit ei ius quæsitum, manifestum redditur ex vnione facta dictæ Vicariæ ad dictum Archidiaconatum, & Præcentoriam, de
qua vnione nulla sit controuersia inter partes, & apertè
constat ea confessione eiusdem Ioannis Baptistę emissa in
suis literis, † quæ probat contra confitentem, vulg. *l. cum* 5
precum C. de liber. caus. vnde ad dictas dignitates spectabat ius præsentandi Vicarium † ab Ordinario instituen- 6
dum, vt disponitur *in Constititutione B. Pii V. in ordine* 47.
§. 4. & teneat Gonz. *ad regul.* 8. *gloss.* 5. §. 3 *num.* 53. Garz. *de*
benefic par. 9. *cap.* 2. *num.* 289. Barbos. *de potest. Episcopi alleg.* 60. *num.* 23. Rota *decis.* 148. *num.* 8. *par.* 8. *& decis.* 305. *numer.* 24. *par.* 11. *recent. &* coram Caualer. *decis.* 595. *num.* 4.
& seqq.
Non obstat, quod Procurator Archidiaconi non haberet in mandato procuræ, nisi facultatem conferendi, non
autem præsentandi, quia præter quod sub facultate conferendi, † quod est maius, venit etiam ius, & facultas 7
† præsentandi, quod est minus, Lambert. *de iurepat. par.* 8
5. *lib* 2 *quæst.* 4. *princ art.* 4. *nu.* 5. *& seqq.* Viuian. *eod. tract.*
lib. 5. *cap* 6. *num.* 15. Garz. *de benefic. par.* 5. *cap.* 8. *numer.* 83.
qui licet contrarium senserit, *in par.* 5. *cap.* 6. *num.* 30. ibi
tamen loquitur de rescripto, vel de mandato de prouidendo odioso, & ambitioso, † & per consequens restringibili, 9
non autem de mandato procuræ facto à Patronis, in quo
verbum † *conferre* ratione subiectæ materiæ idem est ac 10
præsentare, vt distinguendo firmat Paris. *cons.* 44. *num.*
54 *lib* 4. Rota *decis.* 27. *num.* 2. *de Præbend. in nouis*, obiectum cessat ex facto, quia mandatum post specialé facultatem conferendi quæcumque beneficia, quorum collatio, præsentatio (sunt verba præcisa d. mandati) & alia
quæcumque dispositio ad ipsum constituentem quomodolibet ratione suę dignitatis pertinet, & spectat, continet etiam clausulas generales alia faciendi necessaria, &
opportuna, prout facere posset ipse constituens, etiamsi
requirerent magis speciale mandatum, † isto enim casu 11
censetur datum mandatum etiam ad ea, quæ essent speciali nota digna, ad Text. *in cap. qui ad agendum* §. *sed si*
aliquis de procurat in 6. Couar. *var. resol. lib* 2. *cap.* 5. *num* 8.
Rocch. de Curt. *de iurepat. verb. honorificum num.* 25. Garz.
vbi supra d. par. 5. *cap.* 8. *num.* 82. *&* 83.
Demum, quod nominatio Bernardi facta fuerit in vim concordiæ in facto non subsistit, quia iuxta illius formam ille debuisset præsentare, quia forte fuisset extractus, Summario Comitissæ num. 1 in proposito autem vterque præsentauit, & Ordinarius præsentationem acceptauit, & possessionem tradidit in vim nominationis vtriusque Summario Bernardi num. 2. & 5.
Et ita, vtraque parte informantem resolutum fuit, &c.

R. P. D. CALATAIV.

Farsen. Bonorum.

Lunæ 17. Iunii 1675.

ARGVMENTVM.

Latissimè disputatur articulus, quod bona emphyteutica ex Statuto Abbatiæ Farfensis non possint deuenire ad forenses, quatenus nempè eo non obstante ille possidere possit, & possidere intelligatur in loco eiusdem Statuti, de cuius intellectu, ac etiam de testibus, alijsque probationibus contra illius obseruantiam adductis, plura in præsenti decisione deducuntur.

S V M M A R I V M.

1 *Inuestitura sea renouatio emphyteusis facta habenti qualitates pro ea requisitas, remanet valida, & substinetur.*

2 *Bona emphyteutica licet redacta ad instar allodialiũ, hoc tamen intelligitur locatione durante ad præiudicium vocatorum, secus ea finita, in præiudicium Domini.*

3 *Testes ciues super libertate bonorum, ratione interesse quod habent non probant.*

4 *Testis, qui fatetur ex victoria causæ maximam vtilitatem sperare; non probat.*

5 *Testis affectatus, & quia sumpsit partes iudicis in declarando Breue Pontificis non probat, & n. seqq.*

6 *Testis, qui potius iudicat, quam testetur, non attenditur.*

7 *Testis de iudicio suo, & credulitate deponens, nihil probat.*

8 *Testis deponens statutum non obseruari, quia videt causam controuersam agitari contra formam eiusdem statuti, illius inobseruantiam non probat.*

9 *Testis loquens sine fundamento, non admittitur.*

10 *Testis de auditu non probat.*

11 *Testis non deponens super casu controuerso, & ignorans merita causæ non probat.*

12 *Forenses possidere bona emphyteutica contra formam statuti, vel pacti, nihil facit, quia possunt possidere durante locatione iure creditoris.*

13 *Bona emphyteutica locatione durante possunt à quocumque possideri iure creditoris.*

14 *Forensis possidere prohibitus, si habent duplex domicilium, possidere permittitur.*

15 *Domicilium duplex quemlibet habere permittitur, aliud scilicet originis, & aliud habitationis.*

16 *Probatio debet esse certa, vbi agitur de inducenda consuetudine, vel obseruantia statuto contraria.*

17 *Probatio æquiuoca remanet insufficiens.*

18 *Possibilitas in contrarium etiam sola sufficit ad excludendam probationem, amplia vt n. anteced.*

19 *Probatio fieri debet in casu præciso, & cum suis qualitatibus.*

20 *Forensem possedisse contra formam statuti non sufficit, nisi insimul doceatur, ciues hoc sciuisse eosque reclamantes succubuisse, & fuisse coactos illum admittere.*

21 *Consuetudo coactiua non inducitur ex simplici facultate concessa inuestiendi etiam extraneos, vel forenses.*

22 *Consuetudo coactiua inuestiendi forenses contra formam statuti non inducitur ex solis instrumentis locationum & quare num. anteced.*

23 *Forenses possidere bona tamquam propria in loco statuti illos excludentis, non præiudicat, quia intelligi potest de dominio vtili.*

24 *Emphyteuta durante inuestitura dicitur habere dominium vtile.*

25 *Possessores primi bonorum feudalium, vel emphyteuticorum, dicuntur primi ciues.*

26 *Ciues primi dicuntur possessores bonorum, vel feudalium, quamuis in loco statuti non habiteat, vel alia bona non possideant.*

27 *Ius statui non potest ex casu diuerso.*

28 *Ciuis, & subditus remanet, qui occasione ruinæ sui castri, alibi ad habitandum se contulit.*

29 *Sententia non afficit non citatum.*

30 *Lex in instrumento præscripta est omnino seruanda, reiecta quacumque consuetudine in contrarium.*

31 *Instrumentum repertum in alio protocollo Notarii rogati quamuis ab eo subscriptum non sit, si alia habeat requisita necessaria plenè probat.*

32 *Obseruantia præbet robur scripturæ etiam informi.*

33 *Adminicula comprobant veritatem scripturarum.*

34 *Causa emphyteusis Ecclesiæ dicitur Ecclesiastica, & coram Ecclesiastico iudice cognoscenda est.*

35 *Abbas Farfensis habet amplissimam facultates deputandi iudices vigore Breuis sanct. memor. Vrbani Octaui.*

36 *Forensis ratione rei sitæ forum sortitur, & conueniri potest coram iudice Territorii.*

37 *Abbas est iudex competens in causa suæ mensæ.*

38 *Abbas in causa suæ mensæ potest allegari suspectus, tam ipse, quam eius Vicarius.*

39 *Suspicionis causa cadere non potest in Auditoribus Rotæ.*

D E C I S I O DXLIV.

INTER Margaritam Sanctoram testamentariam hæ-
redem Antonij Aloysij vltimi emphyteutæ defuncti
absque filijs, ac Eminentissimum Abbatem Farfen. &
Ioannem Cecium ab eo postremo inuestitum, disputato
dubio die 19. Februarij 1672. coram bon. memor. Priolo,
Rota censuit constare de bono iure Eminentissimi Abba-
tis, & dicti Ioannis, etiam ad effectum manutentionis,
& hodie coram me in Causa in eius locum deputato stetit
in decisis.

Bonum namque Ius ex eo resultat, quod agitur de bo-
nis prædicto Antonio concessis ad tertiam generationem,
& cum pacto, quod vendi, vel alienari non possint Ciui
Romano, non Vassallis, & sub Iurisdictione Farfen. non
habitantibus, alias in euentum contrarij bona liberè de-
uoluantur ad Monasterium, vt habetur ex Instrumento
Inuestituræ dato in præterito Summario num. 1. Ideoque
Antonius sine filijs defunctus, non potuit contra formam
pacti de illis in Testamento disponere ad fauorem Mar-
garitæ penitus extraneæ, & Romanæ, sed statim bona
deuoluta fuerunt ad Ecclesiam, quæ cum in vim Statuti
teneretur illa relocare personis Abbatiæ subiectis, rectè
† inuestiuit Ioannem habentem Ciuilitatem Podij Mir- 1
teti, ex latè firmatis in *decis.* §. 1.

Non obstat, quod vigore Statuti, & consuetudinis bo-
na prædicta redacta sint ad instar allodialium, & transi-
toria ad quoscumque.

Quoniam debet intelligi, locatione durante, & ad
præiudicium in ea † vocatorum, secus autem ea finita, 2
in præiudicium Domini directi, & ab eo denuò inuestiti,
vt præter adductos in decisione materiam declarando fir-
matum fuit coram Coccin. *decis.* 1712. *num.* 8. & secuta
fuit Rota *vltimo loco in Farfen. seu Sabinen. bonorum* 13.
Iunii 1672. §. *neque contrarietas coram R. P. D. meo Rondi-
nino.*

Neque ad probandam consuetudinem etiam locatio-
ne finita, ac pro forensibus suffragantur Testes desuper
inducti, † tùm quia omnes vti Ciues Farfenses, & pos- 3
sessores bonorum eiusdem Abbatiæ deponunt ad pro-
prium commodum, & expressè fatentur † ex Victoria 4
huius Causæ se maximam vtilitatem sperare, quare nihil
probant, Farinac. *de testibus qu.* 60. *num.* 4. Menoch. *de ar-
bitr. cas.* 160. Osasc. *decis.* 99. *num.* 39 Rota coram Coccin.
decis. 2012. *num.* 8. & coram Eminentiss. Otthobon. *decis.*
10. *num.* 56. & coram Bich. *decis.* 180. *numer.* 15. & *in rec.
decis.* 244. *num.* 32. *par.* 9. tùm quia patiuntur in dicto plu-
res exceptiones; Nam primus detegitur nimis affectatus,
† & assumpsit partes Iudicis in declarando Breue Sixti V. 5
† contra id, quod resoluit Rota coram Buratt. *decis.* 87. & 6
alijs in decisione allegatis, vnde cum potiùs iudicet, † quàm 7
testetur non est attendendus, Bartol. *in l. qui Testamentum
ff. de testam* Rota coram Dunoz. Iun. *decis.* 372. *numer.* 10.
& coram Merlin. *decis.* 32. *num.* 8 & coram Coccin. *decis.*
1882. *num* 9. prout de suo iudicio, & credulitate deponit
super eo, quod Eminentissimus Abbas non possit cogere
forenses ad bona dimittendum; † & sic non releuat Rota 8
coram Gregor. *decis.* 482. *num.* 8. & *decis.* 578. *num.* 12.

Secundus verò licet animosè deponat Statutum non
obseruari, † ineptam tamen reddit rationem, dum dicit 9
ita credere, quia videt hanc litem agitari, † vnde vti lo- 10
quens sine fundamento non est admittendus Rota *decis.*
200. *num.* 3 *post secund. volunt. cons. Farinac.* & *in recent.
decis.* 73. *num.* 1. *part.* 4. *tom.* 2. & *decis.* 66 *num.* 6. *part.* 7 &
dum subdit, quod Eminentissimus Abbas tenetur inue-
stire proximiores lineæ finitæ, vel hæredes institutos,
nullam fidem meretur, † quia in hac parte testatur de au- 11
ditu, Gregor. *decis.* 517. *num.* 14. Multoque minus sunt
habendi in consideratione alij Testes, cum non deponant
super casu controuerso, † ignorent an adsit Statutum in 12
Abbatia Farfen. & an Eminentissimus Abbas concesserit
vmquam inuestituras forensibus, Grauett. *cons.* 430. *num.*
3 Buratt. *decis.* 538. *num.* 14. Dunoz. Iun. *decis* 103. *num.* 21.
Imò quartus negat, quod in inuestituris apponantur pa-
cta, conuentiones, vel obligationes, & tamen contra-
rium habetur ex formula omnium inuestiturarum.

Quatenus autem prædicti Testes deponunt aliquos ex-
teros possidere bona Abbatiæ, † nihil pariter concludunt,
vel

vel quia possidere possunt durante locatione iure credito-
14 ris, † quod licitum est, ex firmatis coram Buratto d. dec.
87. & coram Pen. decis. 1192. num. 1. & 1712. coram Coccino, vel quia habeant duplex domicilium à iure permis-
15 sum, aliud scilicet originis, † & aliud habitationis, Ruin.
cons. 61. num. 22. lib. 5. Rota coram Comitul. decis. 120. nu. 8.
Adden. ad Buratt. decis. 804. num. 2. & & coram Durano
decis 31. num. 12. Cùm enim prædictæ deducantur ad effe-
ctum inducendi consuetudinem, vel obseruantiam Sta-
16 tuto contrariam, † probatio debet esse certa, quod pos-
sessio forensium non fuerit in aliquo ex supradictis casi-
bus, coarctando etiam negatiuam, alias remaneret æqui-
17 uoca, † & consequenter insufficiens Menoch. cons. 145.
num. 2. & cons. 1259. num. 16. Gratian. discept. 88. num. 17.
Rot. decis. 27. num. 11. part. 8. recent. Imò ad illam excIu-
18 dendam † sufficit sola possibilitas in contrarium, Rota
coram Card. Cels. decis. 155. num 23. & decis. 161. num. 3.
& decis. 232. num. 1. sed requiritur probatio in casu præci-
19 so, † & cum suis qualitatibus, Bonden. collect. 15. nu. 126.
Cyriac. controu. 23. num. 23. Thomat. decis. 131. numer. 1.
Rot. decis. 599. num 3. part. 1. diuers. & in recent. decis. 97.
num. 11. & 12. & decis. 211. num. 5. part. 8. & quatenus
probaretur aliquem forensem possidere bona Abbatiæ ex-
tra casus supradictos, adhuc non releuaret, nisi etiam
constaret, quod Vassalli sciuerint huiusmodi præiudi-
cium ipsis illatum, & quod reclamantes in Iudicio suc-
20 cubuerint, † aut quod Eminentissimus Abbas voluerit
inuestire subditum, sed fuerit prohibitus, & coactus hæ-
redem forensem inuestire, Gratian. d. discept. 296. nu. 10.
Rota coram Reuerendiss. Royas decis. 96. num. 5 & decis.
192. num. 13. & in recent. decis. 155. num 54 part 5. decis. 141.
num. 12. par. 6. decis. 82. par. 7. & decis. 254. num. 11 par. 10.
21 Quia alias ea facultate etiam forenses inuestiendi † non
censeretur inducta consuetudo coactiua Grat. d. discept.
88. num. 14. Rota coram Mantic. decis. 10. num. 12 & in
recent. decis. 112 par. 2. & decis. 280. num. 4. par. 3 & decis.
254. num. 20. par. 10.
Ex eisdem rationibus coactiua consuetudo minus
probatur ex publicis Instrumentis locationum, quia scili-
22 cet ex illis non iustificatur, † quod forenses contra for-
mam statuti bona acquisiuerint, & possiderint, & licèt
in aliquibus enuncietur bona esse propria conductorum,
23 hoc nihil concludit, † cum sint potius renouationes, &
24 possit intelligi de dominio vtili, † quod habet emphyteu-
ta durante Inuestitura, Valasc. de emphyt. quæst. 13. num. 1.
Rot. decis. 129. num. 4. par. 12. recent.
Nec ad rem facit exemplum Inuestituræ factæ à bon.
mem. Cardinali Alexandro Farnesio ad fauorem DD. de
Vrsinis de Castris Scandriliæ, & Cerreti, siue quia eo-
25 rum antecessores fuerant possessores dd. Castrorum, † &
sic dicebantur primi Ciues, Frecc. de subfeud. lib. 2. quæst.
17. quæsit. 18. num. 2. Near. de grauamin. Vassal. lib. 1. grauamin. 26. num. 1. & 2 Ganauar. decis Neapolit 37. num. 38. &
decis. 38. num. 12. Mart. de iurisd. par. 4. cas. 8. num. Franc.
26 decis. 197 num. 1. quamuis ibi actualiter non habitent, †
nec bona possideant, à Ponte de potest. Proreg. tit. 3. de elect.
official. §. 2. num. 13. Siue quia in antiquis inuestituris non
erat certus finis generationum, imò erat in controuersia,
ad quam sedandam D. Abbas per viam concordiæ, non
iudicialiter, nec coactè, sed spontè relocauit DD. de Vr-
27 sinis vel de generatione, ex quo casu omnino diuerso † ab
isto, de quo agitur idem ius statui non potest, Rot. decis.
538. n. 74. par. 13. & decis. 81 num. 23. par. 14. recent.
Exempla verò aliorum, qui non apparent vel origina-
rij, vel incolæ, vel ciues ea priuilegio, nec minus suffra-
gantur, quia verè sunt originarij Castrorum Abbatiæ,
quæ tractu temporis diruta remanserunt, & habitatores
coacti fuerunt alibi domicilium quærere, sed nihilomi-
28 nus ad effectum bona obtinendi retinent priuilegium Ci-
uium, & subditorum Abbatiæ.
Nihil pariter releuant binæ sententiæ latæ de anno
1598. illa enim fauore Lætitiæ, quæ erat de Montopolo
loco Abbatiæ, non facit ad casum; alia verò inter Ruge-
rium, & Lillam est etiam inapplicabilis, quia in eo casu
incerta erat deuolutio, vltra quod ambæ emanarunt non
29 citato Procuratore Fiscali Abbatiæ, † cui proinde nocere
non possunt, Andreol. controu. 301. num. 10. Rot. decis. 325.
num 8. par. 6. & decis. 370. num 4. part. 9. tom. 2. recent. Imò
nullum videtur adesse præiudicium Abbatiæ, sed potius
proximiorum præferendo in renouatione hæredem insti-
tutum de locis Abbatiæ.

Verum prædictæ Margaritæ semper obstaret pactum
factum cum Antonio suo Auctore, non alienandi bona in
non subditum, & non habitantem sub iurisdictione Far-
fen quam legem in instrumento inuestituræ præscriptam,
esse omnino † attendendam, reiecta quacumque consue- 30
tudine in contrarium voluerunt Ancharan. cons. 422. n. 4.
Berous cons. 107. num. 8 lib. 1. Rot. coram Royas decis. 402.
num. 9. & decis. 444. n. 10. & in recent. decis. 398 n. 5. p. 12.
Nec subsistit, quod d. instrumentum inuestituræ non
sit in forma probanti, quia illud fuit repertum in Proto-
collio inter alia instrumenta ab eodem Rutilio Fabro No-
tario rogata, & continet diem, mensem, annum, clau-
sulam, actum, & testes, † vnde quamuis deficiat Nota- 31
rij, subscriptio, dicitur legale, Rota coram Seraphin. de-
cis 906. num. 12. & coram Eminentiss. Otthob. decis. 244.
num. 31. tanto magis, dum vigore dicti instrumenti so-
lutum apparet Laudemium tam Abbati, quam Mona-
chis pro consensu ab eis præstito, hodierno Summ. num.
15. ex quo deducitur obseruantia, † quæ dat robur etiam 32
scripturæ informi Rota coram Duran. decis. 74. num. 29. de-
cis. 129. num. 2. & 3. par. 6. & decis. 101. num. 1. par. 7. recent.
& dum etiam corruunt plura adminicula deducta pro ve-
ritate d. instromenti, nempe ex eo, quod fuit alligatum
in Protocollo vna cum alijs de tempore non suspecto, sci-
licet ante mortem Antonij Aloysij, & ex fide Testis in-
strumentarij, & diuersis alijs instrumentis existen. in eo-
dem Protocollo, à d. Notario deinde in publicam formam
traditis, & subscriptis, & demum ex identitate formæ d.
inuestituræ sicuti fuot ceteræ aliæ; † siquidem admini- 33
cula comprobant veritatem scripturarum, Rot. dec. 164.
num. 3. & decis. 191. num. 12 par. 8. recent. & decis. 503. num.
10. & 11. coram Peutingerio.
Cæterum adducta contra Iurisdictionem Eminentissi-
mi Abbatis, nempe quod post Bullam Sixti V. ipse non
habeat, nisi Iurisdictionem spiritualem, & Ecclesiasti-
cam, non autem temporalem, quodque non possit depu-
tare Iudicem nisi in prima instantia, & vlterius qood aga-
tur contra Margaritam Romanam, quæ tamquam non
subdita, non subiacet eius Iurisdictioni, quodque fecerit
se admitti ad Causam, atque ideo non potuerit Iudi-
cem sibi beneuisum deputare, nullius releuantiæ visa
sunt.
Nam cum agatur de bonis Emphyteuticis de directo
dominio Eminentissimi Abbatis, † causa dicitur merè Ec- 34
clesiastica, & coram Iudice Ecclesiastico cognoscenda est
etiamsi lis versetur inter laicos, vt plenè discusso articulo,
firmauit Rota decis. 42. per tot. p. 6. recent. & post. Pacific. de
Saluian. decis. 236. Quod autem d. Eminentissimus † ha- 35
beat facultatem deputandi tam in prima, quam in secun-
da, & tertia Instantia, ac etiam in gradu restitutionis in
integrum, constat ex motu proprio Vrbani VIII. dato in
Summario num 1. & comprobatur ex tot causis Farfensi-
bus hucusque in hoc Sacro Tribunali decisis, cumque bo-
na controuersa existant sub Iurisdictione Abbatiæ, † non 36
est dubitandum forensem ratione rei sitæ forum sortiri, &
conueniri posse coram Iudice Territorij, l. sed etsi 52. §.
vltimo, ff. de iudic. l. actor. vbi in rem actio, cum alijs addu-
ctis per Carleual. de iudic. lib. 1. disp. 2 qu. 3. nu. 143. & seqq.
Nihil obstante, quod Eminentissimus Abbas sit in causa
pro interesse suæ Mensæ Abbatialis, † quia sicuti de iure 37
potest esse Iudex in causa suæ Mensæ, Abb. & Io. Andr.
in cap. cum venissent nu 9. & 10. de iudic. Oldrad. cons. 156.
Rot. coram Coccin. decis. 79. num. 1. & in recent. decis. 36.
num. 17. part. 10 & in Cotronen. Censurarum 4. Maii 1667.
coram Eminentiss. Carpineo, ita potest alterum deputare,
& quamuis possit suspectus allegari, † siue ipse, siue ab 38
eo deputatus, ex dec. 165. n. 15 par. 6. recen. & coram Emi-
nentiss. Otthob decis. 51. num. 2. hoc tamen non applica-
tur in proposito, quo Causæ cognitio remissa fuit ad hoc
Sacrum Tribunal, † in quo nulla suspicionis causa cade- 39
re potest, vt in simili seruatum refert Bich. decis. 322. in
princip. sed cessat difficultas ex rescriptis Auditoris San-
ctissimi, & Sacr. Rotæ super approbatione meæ deputa-
tionis.
Et ita vtraque, &c.

RE-

autem, quia bona vigore fideicommissi sunt relicta fœminæ, quæ non comprehendebatur in illo, ex reciproca dimissione sine vllo veritatis, & iustitiæ fundamento facta ex clausulis insolitis, & à non vocatione partium, quæ vigore pacti vocari debuerant, & demum, quia fructus etiam, qui dimittenti spectabant, nullo iure condonati sunt.

SVMMARIVM.

1 *Simulata transactio non parit ius retentionis fauore transigentis, nec alium effectum operare potest.*
2 *Simulatio duobus coniecturis probatur, quotiescumque concurrit causa simulandi.*
3 *Simulata dicitur transactio facta ad fraudandum creditores, & legatarios.*
4 *Simulatio transactionis resultant si bona vigore fideicommissi dimissa sint fœminæ ab eodem fideicommisso exclusæ.*
5 *Simulandi nimis clara resultat voluntas, & animus ex reciproca dimissione sine vllo veritatis, & iustitiæ fundamento facta.*
6 *Simulatio ex clausulis, & cautelis insolitis planè deducitur.*
7 *Dolus præsumitur in eo, qui omisit facere id, quod facere tenebatur.*
8 *Dimissio, seù condonatio fructuum, qui dimittenti spectabant, non potest referri nisi ad causam bonorum, illi in dimissionis, & transactionis instrumento relaxatorum.*
9 *Iactare suum nemo præsumitur.*
10 *Sententiæ per appellationem suspensæ nihil ponunt in esse.*
11 *Retentionis ad effectum requiritur creditum clarum, & liquidum, vel per rem iudicatam, vel per confessionem partis.*

DECISIO DXLVI.

DILATA quoad ratam scut. 2000. per Signaturam exequutione mandati rotalis relaxati fauore Comitissæ Camillæ Caetanæ pro integra consecutione legati scut. 30. mil. allegabat in hac noua propositione in contrarium Maria Isabella hæres detractionem ex hæreditate Iosephi Mariæ testatoris plurium bonorum, quæ antiquioribus fideicommissis aliorum de Dosiis supponebat obnoxia; adducendo sententias contra eandem latas in partibus, & transactionem postea appellatione pendente factam, in qua ei concorditer præuia fructuum omnium condonatione datur retentio nonnullorum corporum facta relaxatione cæterorum fideicommissarijs, quarum assumpta disputatione dubij, An, & in qua quantitate sit facienda detractio ex Statu hæreditario pro prætensis fideicommissis Dosij, & respectiue retentio, attenta dicta transactione, eoque hodie proposito, Domini responderunt non competere retentionem vigore transactionis, & in reliquis reuideantur sententiæ de partibus in gradu appellationis.

Ratio resolutionis primæ partis dubii posita est in eo,
quod cum d. transactio fuerit facta in fraudem legatario-
1 rum, fueritque in eorum præiudicium simulata, †
non potest parere fauore transactionis ius retentionis,
nec alium effectum, ad *text. in l. nihil ff. de inoff. test.*
Surd. *consil.* 3. *numero* 29. Andreol. *contr.* 403. *numero*
20. Merlin. *decis.* 363. *numero* 8. *& decis.* 516. *numero*
1. Dunozett. Iun. *decis.* 761. *num.* 20. Coccin. *decision.*
222. *num.* 4.

Simulatio autem visa fuit in præsenti satis manife-
stè deduci ex pluribus coniecturis cum tamen duæ suf-
2 ficiant, † quoties, prout hic concurrit causa simulan-
di, Andr. *contr.* 165. *num.* 13. Altograd. *cons.* 5. *num.*
15. *lib.* 1. *in recent. decis.* 179. *num.* 5. *part.* 4. *tom.* 2. *decis.*
63. *numero* 4. *part.* 8. Otthobon. *decis.* 192. *numero* 13.

Et sanè causa simulandi deducitur ex eo, quod
cum legatarii vrgerent pro satisfactione legatorum sibi
debitorum, excogitatus fuit modus illos eludendi, di-
minuendo scilicet statum hæreditarium Iosephi Mariæ
Testatoris, propterea deuentum fuit ad transactionem
dimittendo plura corpora, † & alia titulo fideicommis- 3
si retinendo, vt ab eis remanerent exclusi legatarii, &
arcerentur à consecutione legatorum, vt de simili cau-
sa notat Decian. *cons.* 14. *numero* 6. *in fin.* Andr. *d. contr.* 166. *numero* 11. Caual. *decis.* 381. *numero* 3. Boer. *decis.* 901. *num.* 7. *Romana census* 28. *Ianuarii* 1671. *§. quia vero coram me.*

Coniecturæ verò, quæ causam famulantur sunt vn-
dique vrgentes, & præcipuè quod inter prædicta bona
plura corpora vel fideicommissaria lite pendente Maria
Isabella hęres dimisit, quę tamen in dictis sententiis ex-
pressè non leguntur, nec alibi constat, quod essent ta-
lia, & signanter Prędium Zanzanigi, cuius partem
hęres ipsa fatetur fuisse, ab hęredibus grauatis acqui-
sitam, & quod magis est, in transactione admissum
fuit, quod Maria Isabella esset de comprehensis in fi-
deicommisso, † cum tamen ex lectura testamenti vo- 4
cantis solos masculos, cum expressa ratione conseruandi
agnationem, contrarium resultet, Merlin. *decis.* 799.
numero 17. Bur. *decis* 272. *numero* 16. *in notissima Romana Primogenituræ de Bubalo* 8. *Iunii* 1668. *§. vade* ad-
dendo Cerro. Istę autem spontaneę, & reciprocę di- 5
missiones absque vllo veritatis, & iustitię fundamen-
to, animum, & voluntatem simulandi denotant Ias.
cons. 81. *numero* 10. *lib.* 1. Menoch. *præsumpt.* 3. *num.*
53. Merlin. *decis.* 13. *numero* 6. Boer. *decis.* 361. *numero*
11.

Secunda emergit ex clausulis insolitis ad fauorem eius-
dem Marię Isabellę in transactione expressis, † quę ma- 6
nifestè indicant affectatam voluntatem excludendi Co-
mitissam Camillam, ex huiusmodi enim clausulis, &
cautelis insolitis simulationem argui tradunt Surd. *cons.*
327. *numero* 4. Gratian. *disc.* 255. *num.* 21. *decis.* 383. *num.*
10. *part.* 5. *decis.* 63. *num* 21. *part* 8. *recent.*

Tertia accedit, quod in transactione vocata non fuit
d. Comitissa Camilla, quam tamen Maria Isabella vo-
care tenebatur virtute suę promissionis † de non con- 7
cordando sine ipsius Camillę interuentu, dolus enim
pręsumitur in eo, qui omisit facere, id ad quod tene-
batur, Menoch. *consil.* 375. *num.* 16. Arguell. *decis.* 69.
num. 11.

Quarta demum, quod Marię Isabellę condonati fue-
runt per fideicommissarios fructus omnes bonorum fidei-
commissariorum, cum tamen ad ipsos saltem à die mo-
tę litis citra spectarent, neque ad aliud referri potest
hęc condonatio, † nisi quia facta fuerit in compensa- 8
tionem aliorum bonorum, † quę nullo fideicommisso 9
obnoxia eis relaxabantur, cum nemo pręsumatur velle
iactare suum, *ad l. cum de indebito ff. de probat.*

Sublata autem de medio transactione, quoad secun-
dam dubii partem necesse visum fuit ante omnia assu-
mere cognitionem circa iustitiam sententiarum latarum
in partibus ad effectum inde cognoscendi, quęnam bo-
na sint libera, & quęnam verè fideicommissis obnoxia,
† cum interim in dictis sententiis tamquam per appel- 10
lationem suspensis nullum posse constitui fundamentum.
Scacc. *de appellat. quæst.* 17. *in princip. & num.* 65. Duno-
zett. Iun. *decis.* 163. *num.* 7. *in recent. decis.* 477. *num.* 16.
part 9 & passim in aliis.

Eoque magis ad effectum retentionis, pro qua credi-
tum debet esse liquidum, & canonizatum, † videli- 11
cet per rem iudicatam, vel per confessionem partis,
Caual. *decis.* 539. *num.* 6. *in recent. decis.* 413. *num* 3. *part.*
2. *decis.* 464. *numero* 2. *& 3. part.* 9. *& in Romana dotis* 4.
Decembris 1673. Alberg. Dec. & in specie, quod pro cre-
dito litigioso non detur retentio, *decis.* 198. *per tot. Reuerendiss. Royas.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. VICECOMITE.

Bononien. Transactionis.

Lunæ 17. *Iunij* 1675.

ARGVMENTVM.

Quamplura continet hæc decisio; Primum circa solemnitates requisitas in alienatione bonorum minoris ex Statu-

to Bo-

to Bononiæ; Alterum, an transactio ab eodem Statuto comprehensa sit; Tertio, quod vtilitas, & iuramentum non suppleant defectum solemnitatis illius: Quarto, quod vbi solemnitates sunt de forma non possint per æquipollens impleri, & in specie non sufficiat interuentus alterius Superioris, aut etiam auctoritas Principis, & hæc omnia ad effectum concedendi manutentionem minori, qui contra Statuti formam contraxit.

S V M M A R I V M

1 *Statutum Bononiæ quas requirat solemnitates in alienationibus bonorum minoris, & num. seq.*
2 *Forma statuti non adimpleta contractus remanet nullus, & num. 11. & seqq vbi amplia.*
3 *Obligatio neque naturalis, neque ciuilis oritur ex contractu contra formam statuti celebrato, & num. 4.*
5 *Transactio comprehenditur à statuto disponente de contractibus minorum, vel mulierum.*
6 *Transactio continetur sub genere prohibitæ alienationis, & in ea requiruntur solemnitates.*
7 *Vtilitas non efficit quin sint necessariæ solemnitates à statuto requisitæ pro forma in contractibus minorum, vel mulierum.*
8 *Transactio in quo bona minoris alteri dimittuntur, si est facta sine solemnitatibus, remanet nulla, & numero 16.*
9 *Statutum adimens fidem instrumento, si est confirmatum à Papa, tollit etiam iuramentum.*
10 *Instrumentum si non probat contractum, minus etiam probat iuramentum in eo contentum.*
11 *Solemnitates requisitæ pro forma, non supplentur per æquipollens, aut per interuentum alterius superioris.*
12 *Statutum inducit formam si disponit actum aliter gestum haberi pro casso.*
13 *Formam etiam in minimo non obseruata, annullat contractum in totum.*
14 *Solemnitates non requiruntur in contractu auctoritate Principis celebrato, lim. vt num. seq*
15 *Principis auctoritas non supplet defectum solemnitatum, vbi illæ requiruntur pro forma.*
16 *Transactio facta contra formam statuti, remanet nulla.*
17 *Manutentio datur aduersus contractum celebratum contra formam statuti.*
18 *Possessio non transfertur ex actu nullo resistente lege, vel statuto.*

DECISIO DXLVII.

CVM inter Comitissam Sulpitiam Cataneam, & Ioannem Baptistam de Sancto Petro esset controuersia super fideicommisso Baldassaris de Cataneis dictæ Sulpitiæ ascendentis, ista in minori tresdecim annorum ætate adhuc constituta, dedit Bononiæ mandatum ad transigendum hic in Vrbe, cuius vigore Procurator illius dimisit Io: Baptistæ piura corpora bonorum, variaque istiua debita extinguenda suæ Principali accollauit; Cum autem super obseruantia huiusmodi concordiæ ad hæc debita saluanda fuisset coram A. C. conuenta, sententiam non solum ex hoc capite reportauit absolutoriam, verum etiam per aliud caput separatum declarauit obtinuit quoad bona dimissa sibi competere manutentionem; Quapropter deuoluta ad prouocationem d. Io. Baptistæ causa ad Rotam, dedi ex integro dubium, An Sulpitiæ obstet transactiu, etiam ad effectum manutentionis, quod fuit negatiuè resolutum.

Resolutionis ratio in eo posita fuit, quod cum in alie-
nationibus bonorum immobilium minoris, præter alias
1 solemnitates † Statutum Bononiæ *Rubr. de contrud. cum*
minorib. & filiis famil. §. adiungentes exigat etiam pro for-
ma, licentiam, & decretum DD. Antianorum, & Do-
ctorum de Collegio, vel maioris partis eorum, quæ in præ-
senti nullibi apparent, quod fuerint adhibitæ, forma hu-
2 iusmodi non impleta, † ipso iure cassa, & irrita reman-
sit bonorum dimissio in transactione facta, vt disponit
eiusdem Statuti litera, adeout propter hanc Statuti resi-
stentiam † obligationem neque ciuilem, neque natura- 3
lem contrahere potuisse Sulpitiam minorem tradiderunt
Barz. *decis. Bonon.* 106 *num.* 26. Gratian. *discept.* 122. *num.*
1. & de † simili Statuto Fenzon. *ad statut. Vrbis cap.* 152. 4
num. 39. Rota coram Durano *decis.* 18. *fore per totam*, & in
terminis huiusmet Statuti *in Bonon. nullitatis contractus*
13. *Iunii* 1672. *§. quibus coram Reuerendiss. D. Damasceno*
Sacri Palatii præfecto.

Quod antem transactio, in qua dimissa fuerunt bona, † 5
veniat sub genere prohibitæ alienationis, † & in ea requi- 6
rantur solemnitates, prout in aliis alienationibus firmant
Faber. *in C. tit. de prædiis minor definit.* 1. Valeron. *de*
transact. tit. 4. *quæst.* 1. *num.* 1. Maceraten. *resol.* 60. *num.* 14.
lib. 1. Gratian. *discept.* 846. *num.* 6 *& seq* Adden ad Gregor.
decis. 418. *num.* 17. & de simili Statuto Vrbis *cap.* 151. tradit
Picus *gloss.* 11. *num.* 51. 52. *& seqq.* & notat Glossator *ipse*
statutorum Bononiæ d. rubrica verbo alienatione circa finem
versic. quod si minor, etiamsi transactio fuisset vtilis pro-
pter *duas decisiones la* 422. *&* 519. *part.* 13. *recent.* illam ex-
cludentes à fideicommisso, super quo fuit transactum,
quia præterquod vtilitas non efficit, † quin sint necessa- 7
riæ solemnitates pro forma à Statuto requisitæ, vt de ve-
riori, & magis communi testatur fere in his terminis Pi-
cus *ad præcitat. statut. gloss.* 7. *num.* 184. *& seq. & ibi* Fen-
zon. *num.* 26. *cum seqq. in voto capitunei*, Rota coram Se-
raph. *decis.* 1242. *num.* 3. *vers. non obstat. & num. seq.* in præ-
senti res procedit de plano vbi transactio consistit in dimit-
tendo bona penes minorem † existentia, ex quo tanto 8
magis redditur nulla, Barthol. *in l. nulli num.* 2 *ff. de tran-*
sact. Gratian. *discept.* 476 *num.* 16. *& seqq.* Rota *diuers. decis.*
765 *part.* 4. *cor.* Coccin. *decis.* 301. *vtrobique num.* 1.

Nequaquam resistente vel quod transactio fuerit iuramento firmata, vel quod facta fuerit cum præsentia Eminentiss. Cerri tunc Sacræ Rotæ Decani, ita ut supplere potuerit dd. solemnitatum defectum.

Quia quoad primum cum idem Statutum *§. alias cum*
ec &c. fidem adimat instrumentis sine dictis solemnitati-
bus cum minoribus factis, † sitque à sanctæ memoriæ Iu- 9
lio Secundo confirmatum, quemadmodum dd. instru-
menta non probant contractum, † ita nec probant iura- 10
mentum in eo contentum, vt in terminis huius Statuti
tradit Rota post Picum *ad stat. Vrbis decis.* 59. *num.* 2. *&*
decis. 179 *num.* 51. *& pluribus seqq. part.* 9. *recent. & in præ-*
citata Bononien. nullitatis contractuum 13. *Iunii* 1672. *§. non*
obstat coram Reuerendiss. Domino meo Damasceno.

Quo verò ad secundum non probatur in facto, quod
transactio facta fuerit cum præsentia d. Eminentiss. Cerri;
sed quatenus etiam probaretur non prodesset, quia cum so-
lemnitates prædictæ requirantur pro † forma, ista non 11
poterat per illius interuentum suppleri, propter vim de-
creti annullatiui † ibi: Alias cum eo facta, & acta ex om- 12
ni parte ipso iure sint cassa, † quod operatur, vt forma e- 13
tiam in minimo omissa anonllet contractum, vt in simili
pluribus allegatis tradit Beroua *cons.* 5. *vol.* 2 Fenzon. *ad stat.*
Vrb. cap. 151. *num* 22. & fusius Picus *ad d. statut. cap.* 151. *glos.*
51. *per totam*, quidquid esset vbi Principis summa auctori-
tas interuenisset, † in quibus terminis loquitur *decis.* 141. 14
coram Carille, auctoritate *l. omnium C. de testam.* quod ta-
men explicat Boer. *decis.* 2. *num.* 22. non procedere quando
solemnitas † requiritur pro forma, & sequitur Faber. *in C.* 15
de Episcop. & Cleric. definit. 46.

Resistente autem dispositione † Statuti, transactio ha- 16
betur pro non facta, & prior possessio Sulpitiæ † non cen- 17
setur amissa, & propterea venit manutenenda Faber. *in C.*
de præd. minor. præcit. definit. 1. *vers. ideoque* Valeron. *de*
transact. tit. 3. *quæst.* 2. *num.* 51 *&* 52 & melius *præcit. tit.* 4.
quæst. 1. *num.* 6. Rota penes Posth. *de manut. decis.* 63. *numer.*
13 *& seqq.*

Non obstante, quod etiam ex actu nullo transferatur
possessio, † quia regula procedit quoties in transferente 18
adest capacitas transferendi possessionem, secus quando
lex, vel statutum irritat actum ipsum translationis, & vult
quod habeatur pro non facto, Valeron. *mox cit. tit.* 3. *quæst.*
2. *num.* 53.

Et ita, altera tantùm parte informante resolutum fuit.

R. P. D.

R. P. D. RONDININO.

Narnien. Societatis Officij.

Lunæ 17. Iunij 1675.

ARGVMENTVM.

Natura Contractus Societatis officij plenè in hac decisione tractatur, ad eum casum, quod illa fuerat inita à filio familias, cuius occasione plura de Macedoniano deducuntur, illiusque origine, de qualitate mutui ab eadem Societate officij realiter contradistincti, de contractibus quatenus instrumentum, & Notarij personam requirant, vel non, ac etiam alia ex sequenti Summario, & Decisione videnda.

SVMMARIVM.

1 *Societas officij contracta iuxta consuetam formam relatam à* Salustio Tiberio *in sua praxi Auditor. Cameræ remanet valida.*

2 *Contractus vna, eademque die celebratus in Vrbe, eiusque recognitio facta Narniæ, non redditur impossibile.*

3 *Possibilitas sola sufficit vt ab actu insolito remoueatur falsitas, & substineatur validitas actus.*

4 *Falsitatem, & mendacium ad excludendum omnis interpretatio, & possibilitas in contrarium admittitur.*

5 *Senatus Consultum Macedonianum traxit originem à quodam perdito viro nomine* Macedo, *qui adolescentulis mutuabat pecunias sub vsuris, & plura de eo num. seqq.*

6 *Adolescentium circumuentionem* Lætoria lex *vindicabat.*

7 *Adolescentibus pecuniam dari sub vsuris, legibus plerumque vetitum.*

8 *Senatus Consultum Macedonianum non procedit nisi in mutuo, vel simili contractu fraudolento in ipsum mutuum recidente.*

9 *Societas Officij in Vrbe contrahi consueta nec est mutuum, nec contractus palliatus in mutuum reiacidens.*

10 *Societas officij est verus contractus societatis, & numero 11.*

11 *Societas officij est contractus, propriam naturam assumens.*

12 *Mutuum citra quodcumque periculum semper repeti potest.*

13 *Officium per mortem Officialis, totum perit ipsius damno contra naturam aliarum societatum*

14 *Societates officij contractæ vltra valorem officij non substinentur, & ita communis est opinio approbata etiam à Congregatione plurium DD. olim iussu Sanctissimi deputata, & num. 15.*

16 *Pecunia aliena perueniens ad manus alicuius non expresso titulo, præsumitur ex causa mutui*

17 *Societatem officij contrahens mutuum, contrahere noluisse dicitur.*

18 *Societas officij contrahi nequit cum eo, qui officium non habet.*

19 *Societas officij toto transfunditur in eo, qui recognouit bonam fidem.*

20 *Fideiussor distinguitur ab eo, qui recognouit bonam fidem contractus.*

21 *Filius familias non prohibetur à iure recognoscere bonam fidem in societate officij, & vid. num. 24.*

22 *Societate officij contracto, si debitor pecunias restituere volens ab amico requiratur, vt illam sibi commodet, quia fructus soluet, & obligatus releuabit indemnem, qualis contractus sit*

23 *Vsuræ licitè debentur ratione eius quod interest ex damno emergenti.*

24 *Senatus Consultum Macedonianum obstat filiofamilias Romano societatem contrahenti, & quarè num. 5 & seq.*

25 *Filiofamilias Romano omnis contractus prohibetur à statuto Vrbis* lib. 1. cap. 152. *exceptis casibus consideratis in d. lo, & num. seq.*

26 *Filiusfamilias de iure communi, excepto mutuo obligari potest in omnibus contractibus.*

27 *Notarius dicitur qui pro notario publicè se gessit, & tamquam talis plura instrumenta rogauit.*

28 *Societas officij plenè probatur ab illius memoria à debitore, & à cursore subscripta*

29 *Rota Romana nunquam sequuta est opinionem, quod in contractibus requiratur instrumentum, vel Notarius.*

30 *Contractus perficiuntur solo consensu partium, & illius substantialibus requisitis, non tamen exigunt instrumentum, vel personam Notarii, & num seq.*

31 *Contractus tunc solum requirit Notarium, & instrumentum, si sine illis contrahentes eum non valere conuenerint.*

DECISIO DXLVIII.

CONTRA decisionem in hac Causa emanatam * 15. Februarij proximi præteriti pro validitate Societatis officij à Iacobo Alberto fauore Io. Antonij Pellegrini contractæ, reperebantur hodie coniecturæ illius inuerisimilitudinem, & falsitatem denotantes olim deductæ in prima huius causæ decisione * 7. Maij 1674. pariter coram me, quibus tam in posteriori huius causæ decisione, quàm in hodierna propositione sublatis, in secundo loco decisis DD. permanserunt.

Non enim Societas emanauit per suspectam confessio-
nem de recepto, † sed iuxtà consuetam formam relatam 1
per Salust. Tiber. *in prax. A.C. lib. 1. cap. 13. & 14.* neque
admodum festinanter societas scutorum 75. quæ fuit renouata in præsenti societate scut. 500. eadem die rogata fuit
in Vrbe, eiusque recognitio facta Narniæ, † quia hoc 2
non est impossibile, vt experientia testatur, atque Ciues
Narnienses sæpè facere consueuerunt, ipseque Notarius
facere solebat, vt latè in *d. decis. 15. Februarii proximè præteriti §. videbatur, & sequen. coram me,* cùm quæcumque
possibilitas sufficiat, † vt ab actu licèt insolito remouea- 3
tur falsitas, & substineatur actus validitas, vt in his terminis nimis celeris itineris Mandos. *de Signat. Gratiæ §. prouisiones col. 13. vers. pulchrum casum, & ad reg. 30. qu. 4. sub num. 7.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. §. proœmial. 3. numer. 504.* Farinacc. *de falsit quæst. 151. num. 193.* Rota coram Crescent *decis. 4. de præsumpt. & coram* Buratt. *decis. 678. num. 9 & 10. & decis. 860. num. 1. & 2. & in Pistorien Beneficii 11. Martii 1671. coram R.P.D. meo Emerix, & 28. Martii 1672. coram R.P.D. meo Taya.*

In qua pariter causæ decisione respondetur ad alias coniecturas deductas ex inuoluta depositione Notarij, asserentis se prius rogasse recognitionem bonæ fidei, quam societatem, quemadmodum, & ad ludi præsumptionem, atque suppositum Pellegrini mendacium, præsumptamque solutionem deductam tam ex iure communi, ob dilatam vsurarum petitionem, & taciturnitatem, quàm ex Vrbis Statuto, vt in eadem posteriori huius causæ *decisione §. coniecturæ vsque ad fin. coram me,* cùm ad euitandam
falsitatem, & mendacium excludendum † omnis recipia- 4
tur interpretatio, & quæcumque possibilitas in contrarium admittatur, Surd. *cons. 173. num. 40. & decis. 282. num. 14.* Cirlac. *contron 131. num. 12.* Farinac *quæst. criminal. 109. num 113. & seqq.* Rota *post 2. volum. cons.* Farinac. *decis. 121. num. 2. & decis. 267. num. 5.*

Repetitum autem argumentum deductum ex Senatus Consulto Macedoniano prohibente filiorumfamilias obligationes in tot huius causæ propositionibus hucusque à DD. neglectum, quia iterum à Scribentibus repetebatur,
non obstare DD. † dixerunt, quia hoc Senatus Consul- 5
tum originem habuit in Romana Republica, ex eo quod quidam perditus homo nomine Macedo pecunias sub vsuris mutuabat filijsfamilias, qui eas recipiebant sub spe satisfaciendi post mortem Patris, ex cuius longæua vita cùm remanerent sine patrimonio ex vsuris mutui consumato, ac ideò in vitas parentum machinarentur, in illius odium Macedonianum Senatus Consultum emanauit, vt in l. 1. vbi notant Doctores *ff. ad Macedonian.* vnde Ouidius *lib. 1. Methamorphoseon:*

Lurida terribiles miscent Aconita Nouercæ,
Filius ante diem patrios inquirit in annos.

Et de Lætoria lege † circumscriptionem adolescentium 6
vindicante meminit Cicero *lib. 3. de offic.* & Plautus *in Pseudolo* legem quinam vicenariam commemorat, quæ
vetabat adolescentibus † pecuniam dari mutuo, quod & 7
lege vetitum à Claudio scribit *Tacitus initio l. 2. Annal.* & de Flauio Vespasiano Sueton *in Vespasian. cap. 11.* & de Fufidio meminit Horatius *lib. 1. Sat. 2.* atque *Iuuenal. sat. 3.*

Funus

Funus promittere patris,
Nec volo, nec possum.

Hoc autem Senatus Consultum restringens libertatem
8 contrahendi † non procedit nisi in mutuata pecunia, vel
in simili ex adhibita fraude in ipsum mutuum reinciden-
te, vt sunt verba Textus *in d.l.1.in princip & in l. si fi.ius-
famil* vbi notant Scribentes *ff. ad Senatus Consultum Ma-
cedon.* atque ex ratione Text. *in l. sed Iulianus in princip.&
in §.mutui d itionem ff. l'o eodem tit.* Papon. *lib 12.tit 4. ar-
rest 1.* Tepat. *var.sententiar.tit.157.vers.exceptio,* Molin. *de
contract.disput.301 sub num.9* Ioan. Francisc. à Ponte *cons.
5.num 30 cum duob.seqq.vol 2.* Fenzon. *ad statut. Vrb. lib. 1.
cap.152.num.13.* Rota *in recent.part 4 tom.2 decis.160.num.
4.* Seraph *decis.599.num.3.* Vbald. *decis. 163 sub num. 3.*

Societas autem officij à Constitutionibus Romanorum
Pontificum approbata, atque in conspectu eorundem
9 quotidie in Vrbe fieri consueta, † nec est mutuum, nec est
contractus palliatus in mutuum reincidens, aliàs ex ea
10 fructus citrà labem vsuræ percipi non possent, † sed iste
vel est verus contractus societatis prout ita communiter
nuncupatur etiam in Bullis Summorum Pontificum, &
prout etiam seruat stylus Curiæ, in qua verum, & reale
exercitium conuentæ societatis existit, vel est contractus
11 propriam naturam retinens, † nihil commune habens
cum mutuo, cum in societate pecunia amittatur à soluen-
te, si intra tempus societati præscriptum moriatur, quod
12 non est in mutuo, † cùm istud citra quodcumque pericu-
lum semper repeti possit, ad Text. *in l 2. in princip vbi Do-
ctores ff. si certum petut.* ex qua ratione periculi amissionis
pecuniæ in his societatibus officiorum, fructus correspe-
ctiuè citra vsurariam labem rectè præstantur, cùm offi-
13 cium sit subiectum societatis, † quod licèt per mortem of-
ficialis totum pereat damno ipsius contra naturam socie-
tatis, quæ vult lucrum, & damnum communicari, hoc
tamen fit pro maiori commoditate contrahentium, neque
ille, qui dat pecunias est extra periculum, quia si officialis
moritur; amittit officium, super quo contracta est socie-
tas, & è contra, si moritur ille, qui dat pecunias, amittit
suum capitale, & sic in effectum compensatur periculum
cum periculo, vt pro resolutione quæstionis, an valeant
14 societates † excedentes valorem officii, censuerunt Vrbis
Theologi, ac etiam Congregatio iussu Sanctissimi olim
deputata ex quinque Cardinalibus, tribus senioribus Ro-
tæ Auditoribus, & tribus Theologis, ac etiam ipsa Rota
de his omnibus testata in magistrali decis. Millin. 251. *sub
num.5.& 6. & num.25. repetit post* Pacific. de Salu. *interd.
decis.291.* de qua Merenda *controu.lib.19.cap.1.num. 1. &*
Rota coram Zarate *decis.74.* prout benè concludunt Gra-
tian. *discept.679.num 2 & seqq.* Azor. *instit moral. part.3.
lib.9.cap.12.& 14* Scacc. *de commerc.& camb. §.1. quæst 7.
15 part.2.ampliat.8.num* 208. & ita sensisse † Pœnitentiarios
Basilicæ Sancti Petri testatur, & probat Rota *in recent.
par.4.tom.2 decis.160.num.4.& seqq.& num.16* Millin. *d.de-
cis.251.num.21 & 22.*

Hinc extranea ab hac quæstione videbantur generalia
argumenta ad probandum mutuum saltem palliatum in
hoc contractu societatis officiorum, qui cum habeat pro-
priam naturam, suum que nomen, non subiacet conclusio-
ni deductæ à Scribentibus pro illis de Albertis, vt quoties
pecunia peruenit ad manus alicuius non expresso titulo,
16 † præsumatur ex causa mutui, de qua Roman. *cons.* 238.
num.3 Dec. *cons 116.1.lo eodem num.* Mantic *de tacit lib 13.
tit.5.num.8.* Rota Ianuen. *decis. 72 num 2 &* Rota Romana
in recent.part.10 decis.282. num.1. cùm potius ex huiusque
dictis appareat, quod eo ipso quod quis dat pecunias in so-
17 cietate officij † noluit eas mutuare, vt aduertit Scacc. *de
commerc.& camb d §.1.quæst. septima ampl 8.num.208.*

Neque in proposita facti specie adest aliqua coniectura,
ob quam à regula recedamus, quia licèt Iacobus de Alber-
tis non contraxerit societatem, sed recognouerit bonam fi-
dem, & licèt societas sit principaliter inter ipsum officia-
lem, & dantem pecuniam, prout patet ex lectura Instru-
18 mentorum societatum, atque ex natura contractus, † qui
iniri nequit cum eo, qui officium non habet, iuxtà deducta
per Gabriel. *cons.63.num.5 & per tot.vol.2* non inde tamen
sequitur, quod recognoscens bonam fidem non sit princi-
19 palis in hoc contractu, † quia in isto transfunditur totum
id, quod principalem contractum eius gratia factum respi-
20 cit, vt ad distinctionem fideiussorum, † & aliorum, quos
principaliter commodum, vel incommodum non tangit,
distinguendo probant Zacch lo contrarium adduct. *de Soc.
officii num.16 & 17.& num.43.& 44* Gratian. *discept.138.
num.16* Scacc. *de commerc.& camb §.1.quæst.5.num.283. &
quæst.7.part.1.num.88* Rota post Zacch. *de Societ offic.decis.
31.sub num.10.* Millin. *decis.50.num.1.* & in filiosfamilias re-
cognoscente bonam fidem † in societate officij, Bich. *decis.* 21
568 num.24.

Neque contrarium probant Iason *in l.1.num. 54. C. de
summa Trin.& de fid.Cath.* Duard. *de societ.lib.2. cap.6.§.
1.quæst.8.* Castrac. *illo eod.tract.cap.46.&* Rota coram Bich.
d.decis.568.sub num.2. & seqq. quia Doctores illi ponunt
quæstionem in officiali, qui super eius officio pecuniam ad
societatem accepit, quam cum reddere vellet, † Amicus 22
eum rogat, vt sibi pecuniam illam præstet, & fructus sol-
uet, & indemnem ipsum, & suos fideiussores conseruabit,
qui casus est penitus diuersus à nostro recognitionis bonæ
fidei, in quo etiam Doctores illi admittunt ratione eius,
quod interest ex damno † emergente vsuras licitè deberi; 23
Decisio autem Bichij 568. supponit Macedonianum ob-
stare etiam filio contrahenti societatem officij, † quia lo- 24
quitur in filiosfamilias Romano, † cui omnis contractus 25
interdicitur, exceptis casibus in Statuto consideratis, quod
venit ad correctionem iuris communis † permittentis fi- 26
liosfamilias quemlibet contractum, excepta causa mutui,
ex Statuto Vrbis *lib.1.4.cap 152.& ibi* Fenzon. *num.13. &
seqq.& num.21 & 22.* Rota coram Seraph *decis. 1286. sub
num.14 & in recent.par.8 decis.104 ante num 1.*

Non denique obstare DD censuerunt defectum Nota-
riatus in eo, qui Instrumentum controuersiæ societatis ro-
gauit, tùm quia non probatur defectus Notariatus in eo,
qui Instrumentum rogauit, vt opus esset, † cum potius & 27
pro Notario publicè se gesserit, & pro tali de diuersis In-
strumentis se rogauerit, vt ipsemet de Albertis in positio-
nibus fassus est, Summ. Pellegrini *num 1.& 2.* per ea, quæ
in proposito deducunt Mascard *de probat.concl.1098. num.
18.* Rota *recent.part.4.tom.2.decis.53.num 2. et seqq. et co-
rum* Coccin. *decis.2027.num. 7.et seqq.*

Tum quia veritas ipsius probata remanet ex memoria
subscripta à Cursure, & Alberto debitore, Summ. Pellegri-
ni positionis 7. Maij 1674. *num.1.* coram me, † quæ sufficit 28
ad hunc effectum, iuxtà ea, quæ in his terminis tradunt
Salust. Tiber. *in prax. A.C. lib.1 cap.21.* Adden. ad Buratt.
decis.282.num.11. quorum dictum DD. placuit, quia Rota
Romana † nunquam sequuta fuit opinionem Castrensis, 29
sed aliam Glossæ communiter receptam *in l.contractus C.
de fid.instrum.* † vt in contractibus neque Notarius, neque 30
Instrumentum requirantur, sed solo consensu partium, &
substantialibus ipsius actus concurrentibus contractus
perficiantur, etiamsi conuentum fuerit, quod fieret Instru-
mentum, quia nisi dicatur, quod contractus aliter † non 31
valeat, adhuc sine illo est perfectus, vt respondendo funda-
mentis Castrensis, & corrigendo seipsum latè probat Dec.
cons. 340 cuius dictum à Doctoribus communiter recipi-
tur, Angel. *cons.156.sub num.2.* Aretin. *cons.159 sub num.* 10.
Curt. Iun. *cons 348.num.17 et 18.* Ancharan. *quæst famil. 21.
num.3.* Fachineus *controu.lib.2.cap.97.in fin.* Mantic. *de ta-
cit lib.1.tit.10.num.7.vers.sed diuersam,* Dec. *respons 64. nu.
4.vol.3.* Bettazz. *de clausul claus 30 glos.3 sub num.15. et 16.*
Capyc. *latr consult.11 num.4.vol.1.* Castill. *contron.lib.3.cap.
26.num.3.cum aliis per* Modern Lucen. *consult 129. num.1.
et seqq.* hancque sententiam Tribunalium omnium con-
forme iudicium excepit, Afflict. *decis.105.num. 4.* Thesaur.
decis 197 sub num.7. Surd. *decis.277.per tot.et ibi* Hodiern.
num.11.et seqq. Borgnin. Caualcan *decis.27.num. 40 part.2.*
atque iudicatum dicit Vrsill ad Afflict. *decis.39.sub num.6.*
Magon. *decis.Lucen.95.num.19.* Thomat. *decis.287. num. 6.*
Rota coram Put *decis.4 lib.3.in correct.et in diu.par.1.de-
cis.377.num.6 et decis.517 sub num 1.et 2.et in recent.par.4.
tom.2 decis.37.num.8 et part.5.decis.113. illo eodem num. et
part.9.decis.291.num.22 et 23 et decis.353.num.et seqq.* Pe-
nia *decis.995.num 4.* Buratt. *decis.898.num.6.et 7.*

Et ita vtraque parte acriter informante &c.

Aliæ binæ decisiones sunt in hac causa, altera in præce-
denti tom.1. istius decimæ octauæ partis, quæ est decis.
285. Altera verò supra in hoc eodem tomo hic in ordine
451. omnes tamen coram eodem R.P.D. Rondinino.

R.P.D.

R. P. D. VICECOMITE.

Romana Domus, seù Melioramentorum.

Lunæ 17. Iunij 1675.

ARGVMENTVM.

Aduersus liquidationem melioramentorum opponebatur deductio scutorum quinque pro centenario, sicuti ex pensionibur domorum fieri consueuit, prout etiam quod illa compensanda non sint cum fructibus perceptis à sola die motæ litis, sed ipso iure; sed neutrum admittitur, quia subductio pensionum ideo fit, cum tanto minus quem percepisse constet; Compensatio verò melioramentorum non fit ipso iure, sed à sola die oppositionis, & fictione litis introducta desumitur.

SVMMARIVM.

1 *Reproductione citationis, vel monitorii introducitur lis, & possessor constituitur in mala fide.*
2 *ex Pensionibus domorum Vrbis detrahuntur scuta quinque pro centenario ratione reaptationum.*
3 *Melioramentis in æstimandis desumitur regula à quantitate pensionum ex re meliorata percipi solitarum.*
4 *Creditum, & debitum si prouenit ex eadem causa, compensatio fit ipsa iure, non autem per viam compensationis proceditur.*
5 *Melioramentorum liquidatia, & fructuum paritatem rationis non habent.*
6 *Melioramenta liquidantur secundum dispositionem* auth. perpetua C. de Sacrosf. Eccles.
7 *Melioramenta calculantur ad rationem scutorum quinque pro centenario.*
8 *Melioramenta sine aliqua deductione reaptationum liquidari debent.*
9 *Restituere solum tenemur fructus, quos verè percipimus.*
10 *Fructus percepisse non dicimur, nisi illos, quos consequimur deductis expensis.*
11 *Domus meliorata si fuit à perito separata à domo non meliorata, illius valoris situs, & murorum dicitur facta deductio.*
12 *Melioramentorum fructus percepisse dicitur, qui integros fructus rei melioratæ percepit.*
13 *in Melioramentis si æquitas respectu vnius ex partibus seruata fit, eadem quoque quoad alteram partem seruari debet.*
14 *Æqualitas in iudicio est seruanda.*

DECISIO DXLIX.

MELIORAMENTA per Lelium Petronium facta in domo, quam Gottifredus sibi restitui obtinuit coram bon. mem. Card. Celso, vt ex *decis.* 233. Inter eius impressas, liquidata fuerunt ad fauorem moderni Iosephi Honuphrij Petronij sob die 5.ª Maii 1673. coram me in scutis 2600. subductis verò ab hac summa pensionibus partis domus antiquæ ab anno 1652. quo per repro-
1 ductionem monitorij restaurata fuit lis, † & Petronius cœpit esse in mala fide, citra perceptis, iste fuit creditor liquidus constitutus in scutis 1311. aduersus quorum refectionem cum iterum fuerit Gottifredus auditus, hodie reproposita causa, cæteris, quæ in decisione continentur, vel admissis, vel ex ipsa decisione sublatis, tria opponebat

Et primò, quod quemadmodum in creditum Gottifredi calculatæ fuerunt pensiones ex eius antiqua domo per-
2 ceptæ † cum diminutione scutorum quinque pro centenario ratione reaptationum, iuxtà *decis. 67. num 8.* coram Eminentiss. Otthobon. & aliàs in *decisione*, quæ reuidetur *§. respectu verò* allegatas, ita cum in æstimandis meliora-
3 mentis à Petronio factis sumatur pariter regula † à quantitate pensionum ex domo meliorata percipi solitarum, ex latè traditis in eadem *decisione §. quantum autem*, ad earundem pensionum diminutionem habenda sit eadem ratio, qua attenta tanto minoris essent æstimanda melioramenta.

Secundò, quod præter has pensiones ex antiqua domo perceptas dettahendus veniat etiam valor fundi, & veterum murorum, super quibus extant dicta melioramenta.

Tertio demum, quod imputatio dd. pensionum fieri debeat ipso iure cum melioramentis à die qua cæperunt
percipi, non autem per viam compensationis, † quia cre- 4
ditum, & debitum ex eadem causa prouenit, Capic. Latro *decis. 25. num. 23.*

Quibus tamen non obstantibus, Domini steterunt in decisis.

Et ad primum fuit responsum, quod inter liquidatio-
nem melioramentorum, † & liquidationem fructuum, 5
non currit par ratio, quamuis in vtroque casu regula sumatur à pensionibus, & ratio disparitatis est, quia in li-
quidatione † melioramentorum valor resultat ab *Auth.* 6
perpetua C. de Sacrosf. Eccles. secundum quam ex scutis quinque pensionum percipi solitarum ex re meliorata, cal-
culantur scuta centum valoris melioramentorum, quam 7
sine aliqua deductione seruat Rota coram Coccin. *decis.* 8
594. num. 6. & 7. coram Bichio *decis. 199. num. 36. & decis. 240. num. 31. & 32 & decis. 406. num. 11. in recent. decis. 229. num. 9. & decis. 326. num. 4. part. 13.* In liquidatione verò fructuum restituendorum, quia regulariter solum eos resti-
tuere tenemur, † quos percipimus, non dicimur percepisse 9
† fructus, nisi deductis expensis, per *text. in l. fructus in prin-* 10
cipio ff solut. matrim.

Ad valorem fundi, & veterum murorum, in quo consistebat secunda oppositio, habita fuit ratio à Perito, eo ipso quod separauit redditus domus antiquæ ad rationem scu-
torum 62. annuorum, à redditu domus melioratæ, † per 11
quam separationem deductum fuit, quod valebat domus antiqua cum suis muris, & fundo, & hanc deductionem approbauit eadem *decis. § quantum autem.*

Et ad tertium fuit responsum, quod siue creditum, & debitum hinc inde compensandum, proueniat ex eadem, vel ex diuersa re, siue intrent termini compensationis, vel imputationis, certum est, quod cum Petronius nullos possit prætendere fructus, seu interusuria sui crediti ex causa melioramentorum, cum receperit integras pen-
siones domus melioratæ, † & sic etiam fructus dictorum 12
melioramentorum, è conuerso non inceperit esse debitor pensionum antiquæ, nisi à die, quo fuit in mala fide constitutus, quæ ab inde citra deductis deducendis liquidatæ apparent in scutis 1289. quomodocumque hæc summa deducatur à credito melioramentorum maiorem diminutionem operari numquam poterit, nisi pro quantitate, quam ipse cæpit, vt facta temporum distinctione dd. melioramenta fuisse ad scuta 1311. redacta, latè fuit in decisione ostensum.

Cæterum quia ad augendum proprium creditum melioramentorum exhibuerat Ioseph nonnullas alias modicæ summæ partitas, quæ forsan de stricta iuris censura examinatæ debuissent admitti; non fuerunt tamen com-
putatæ; † Quemadmodum enim circa alias constituen- 13
tes summam ei debitam, seruata fuit in illius fauorem æquitas, non debuerat contra alteram partem cum toto
rigore procedi † ad seruandam in iudicijs æqualitatem per 14
regulam in iudicijs *de regulis iuris in 6.*

Et ita, vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. EMERIX.

Cremonen. Iurispatronatus.

Lunæ 17. Iunij 1675.

ARGVMENTVM.

Disputatur conclusio quatenus Beneficium dicatur esse Sacerdotale actu, vel habitu, ita vt primo casu requiratur Sacerdotium de tempore præsentationis illius, vbi verò in hoc altero sufficiat præsentatum esse in ea ætate constitutum, vt ad Sacerdotium promoueri possit in-

fra

fra annum ; Huiusmodi autem qualitas ex instrumento fundationis desumitur , eaque in præsenti inesse deciditur de tempore eiusdem præsentationis ea præcipuè ratione , quod demandatum sit eligi Socerdotem sufficientem , qui missam celebret , quiuè etiam Beneficio priuari possit , quatenus non fuerit sufficiens , vel non attendat ad celebrandum.

S V M M A R I V M

1 *Qualitas beneficii Sacerdotalis ex tenore illius fundationis probatur, & num. 15.*

2 *Fundationis beneficii tenor attendendus est.*

3 *Sacerdotale esse beneficium acta probatur si testator mandauerit eligi Sacerdotem sufficientem, qui missam celebrare debeat.*

4 *Beneficium esse Sacerdotale deducitur , vbi in instrumento fundationis adsunt verba præsentetur Sacerdos.*

5 *Qualitate Sacerdotii non insignitus de tempore præsentationis factæ , ad beneficium Sacerdotale acta non admittitur.*

6 *Præsentationibus factis , de duabus personis incapace vna , & altera capace , incapace exclusa , admittitur capax.*

7 *Sacerdotale esse beneficium resultat , si Sacerdos eligendus priuari possit , quatenus non fuerit sufficiens , vel non attendat ad celebrandum.*

8 *Priuationis pœna Sacerdoti iniuncta si non attenderet ad celebrandum, dicitur causa formalis residentiæ præcisæ , & celebrationis missarum.*

9 *Residentia alia est causatiua , quæ priuat solo commodo fructuum , alia præcisa , & formalis , quæ priuat ipso beneficio.*

10 *Beneficium vt sit Sacerdotale acta an vltra electionem Sacerdotis requirantur verba , quod ille debeat celebrare per se ipsum, vel huiusmodi.*

11 *Beneficium vbi non est Sacerdotale actu sufficit præsentatum posse promoueri ad Sacerdotium infra annum , & num. 14.*

12 *Beneficia Sacerdotalia requirunt solam habilitatem ad Sacerdotium obtinendum.*

13 *Beneficium si est Sacerdotale acta, Sacerdotium concurrere debet in præsentato, etiam initio ipsius actus .*

15 *Beneficium esse Sacerdotale actu à verbis dispositionis , vel ab obseruantia desumitur , & supr. num. 1. & per tot.*

16 *Præsentationes beneficii sunt actus facultatiui , qui non valeat inducere consuetudinem.*

17 *Actus sequentes præsumuntur gesti in vim tituli præcedentis.*

18 *Rectorem Ecclesiæ aliquem per plures annos fuisse , repugnat postea esse simpliciter clericum.*

19 *Exemplum extractum à Notario actuario ex copia collationata cum originali , plenè probat , & quando num. seqq.*

20 *Adminicula , & obseruantia præbent robur etiam exemplo scripturæ ex copia cum originali collationata desumptæ.*

DECISIO DL.

PLACVERVNT DD. fundamenta decisionis
editæ coram me 11. Martij proximè præteriti , ideoque
steterunt in decisis. Qualitas enim Sacerdotalis actu
requisita in Beneficio , de quo agitur , ad quam restringi-
1 tur tota difficultas , † iterum visa fuit satis probata ex te-
2 nore fundationis , † quæ ad huoc effectum venit atten-
denda , vt dixit Rota *decis. 162. num. 14 part. 12. recent.* In
illa namque demandatur fideicommissariis electio vnius
Sacerdotis sufficientis , qui celebret duas missas in qua-
libet hebdomada , vt latius in d. decisione ; Ex quibus
3 verbis respicientibus actum ipsiusmet electionis † desumi-
tur voluntas Testatoris , quod requisierit Sacerdotium
de tempore præsentationis , ex reg. *text. in l. in delictis §.
si extraneus ff. de noxal. act.* & in his terminis concludunt
Abb. *in cap. cum in cunctis §. inferiora num. 10. ibiq.* Dec *nu.
22. de elect. & idem* Dec. *cons. 129. num. 5.* vbi respondet con-
trarijs Lambert. *de Iurepatr. part. 1. lib. 2. art. 287. quæst.
princip. per tot.* Rocc. de Curt. *eodem tract. verb. honorificum
quæst. 11. num. 21,* Garz. *de benef. part. 7. cap. 1. nu. 58. & seqq.*
in quibus plures refert , & reijcit contrarios, & *num. 64.* di-
cit, hanc doctrinam esse tenendam, Castill. *controu. iur. lib.
3. cap 90. num. 47. verb. aut si verba , & verb. aut Testator* ,
Gratian. *discept. 133. num. 5. & 6.* Vinian. *de iurepatr. lib 2.
cap. 6. num. 27.* Barbos. *de off. & potest. Episcop. alleg. 24. num.
37.* & pulchrè *R. P. D.* Fagnan. *in cap. 1. num. 34. & seqq. de
ætat. & qualit.* & pluries dixit Rota , vt in decis. relata per
Garz. *d. part. 7. cap. 1. num 79 in recent. decis. 496. per tot. par.
1. & decis. 216. vtrobique num. 1. & seqq. in fine part. 2. & co-
ram* Seraph. *decis. 871. num. 1. & coram* Penia *decis. 750. nu.
4. & seqq. in Firmana beneficiorum SS. Petri , & Ioannis
Euangelistæ 25. Nouembris 1582. in Valentina iurispatrona-
tus 20. Martii 1589. ac in Alexandrina Decanatus 12. Iunii*
1598. quarum prima , & postrema sunt penès Modern. *de
styl. Datar. lib. 1. cap. 15. §. 15 sub num. 9.* & vltima fuit con-
firmata 14. *Decembris eiusdem anni coram eodem Orano* , &
postremò coram Dunozett. Iun. *decis. 956. sub num. 9. &
seqq.* & quod vbi adsunt verba *præsentetur Sacerdos* , † 4
quod Rota sit solita seruare hanc opinionem testatur Ru-
beus *in singul. part. 2. verb. iuspatronatus §. 9.* vbi cumulat
plures alias decisiones, ideoq; cũ de tempore præsentationis
Stephanus non esset tali qualitate † insignitus , præsen- 5
tatio de eo facta fuit nulla , firma remanente † alia ad fa- 6
uorem Ioannis tunc actualiter Sacerdotis, Rebuff. *in prax.
benef. tit. requisit. ad collat.* Rocc. de Curt *in d. verb. honorifi-
cum num. 21.* & dixit Rota *in d. Valentina iurispatronatus
20. Martii 1589. coram Orano penes* Garz. *de benef. tit. 1. par.
7. cap. 1. num. 113. & coram* Buratto *decis. 680. sub num. 1. &
in recent decis. 188. num. 7. part. 11.*

Eoque facilius , dum Testator postquam demandauit,
& quidem repetitis vicibus , electionem d. Sacerdotis suf-
ficientis , subiunxit ; quod fideicommissarij per ipsum
electi possent d. Sacerdotem tali beneficio † priuare , qua- 7
tenus non attenderet ad celebrandum , vel non esset suf-
ficiens , quæ pœna priuationis tituli beneficij , quatenus
non attenderet ad celebrandum , † vti causa formalis præ- 8
cisæ residentiæ , & celebrationis missarum , inducit præ-
cisam necessitatem in Beneficiato residendi , & celebrandi,
itaut non residens , & non celebrans , dictum Beneficium
retinere non possit , vt distinguendo inter residentiam
causatiuam , quæ priuat commodo fructuum , † & præ- 9
cisam , notant Immlen. *num 13. &* Butr. *num. 6 ac alii in
cap. fin. de Cleric. non residen* Gonzal. *ad regul. Cancellar.
glos. 15. num 20. & seqq.* Lotter. *de re benef lib. 3. quæst. 27 nu.
31.* & dixit Rota *decis. 140. num. 5. part. 4. tom. primo & de-
cis. 345. num. 11 part. 12. recent.*

Non obstant igitur ea , quæ ad euertendum fundamen-
ta alterius decisionis adducebantur per Informantes pro
Stephano , quod scilicet etiamsi in fundatione demande-
tur electio Sacerdotis , qui celebret , † tamen cum non 10
fuerit dictum , illum debere celebrare per seipsum , vel
quod nullus alius præsentari possit , quàm Sacerdos , ne-
que adsit alia similis determinatio , beneficium non sit
Sacerdotale actu , Gonzal. *ad reg. Cancell gloss. 5. num.* 104.
Barbos. *in collect. ad Conc Trid. sess. 22. de reformat. cap. 4 nu.
19.* vbi refert resolutionem Sac. Congregationis Concilii
Rota *decis. 184 num 11. & seqq. part. 12* & in famosa *decis.
825 num. 12. & seqq. coram* Merlino, sed sufficiat , præsenta-
tum † posse promoueri ad Sacerdotium intra annum , 11
Clem. vt hi qui, de ætat. & qualit. & sanciuit *Sac. Conc. Trid.
sess. 22 cap. 4. de reformat.* ex regula , quod in Beneficiis Sa-
cerdotalibus , † sufficiat sola habilitas ad Sacerdotium, *cap. 12
2. de instit. in 6. cap si pro Clericis de præbend. eod. lib.*

Quia pro congrua responsione distinguendum est, quod
aut verba fundationis , seù institutionis Beneficii respi-
ciunt ex necessitate ipsum actum præsentationis , institu-
tionis , vel collationis , vt si cautum fuerit , quod præsen-
tetur , instituatur , aut eligatur Sacerdos , prout in pro-
posito , † & tunc qualitas Sacerdotalis necessario concur- 13
rere debet in præsentato de eodem tempore præsentatio-
nis , hoc est in ipso actus initio , vt post Bartul. Cardinal.
& alios supra alleg. benè declarat Fagnan. *in d. cap 1. num.
34 & seqq. de ætat. & qualit.* Pirr. Corrad. *in prax benef. lib.
2. cap. 11. num. 116. cum seqq.* & ante illos Rota *decis.* 216.
part. 2. recent. aliisque concordan. supra allegatis ; Aut
verò verba fundationis , seù institutionis Beneficii non
respiciunt ipsum actum præsentationis , institutionis ,
vel collationis , sed tantum illius prosecutionem , seù
Bene-

Beneficii deseruituram, vt si cautum fuerit, quod Capellanus præsentandus per se ipsum teneatur Capelæ in diuinis inseruire, & missas celebrare, vel etiam quod Rector seù Capellanus debeat esse Presbyter, vel Sacerdos, qui
54 celebæt, aut quid simile, † & eo casu sufficit, quod præsentatus sit Sacerdos habitu, hoc est in ea ætate constitutus, vt intra annum promoueri possit ad Sacerdotium, vt referendo, & examinando plures resolutiones Sac. Congregationis Concilii, & Rotæ decisiones adnotat Fagnan. *vbi supra num. 58. & seqq.* cuius distinctionis fundamentum non consistit in alio, quàm in proprietate, & naturali significatione verborum, quibus disposuit Testator, vt in his terminis tradit Lotter. *de benef. libr. 2. quæst. 47. nu. 51. vers. insertar*, Castill. *controu. iur. d. cap. 90. num. 49.* Rota coram Pænia *decis. 750. nu. 4. cum seqq.* aliique supra allegati.

Vnde cum in præsenti habeamus verba: eligatur Sacerdos sufficiens, qui celebret duas missas &c. quæ in sensu proprio, & naturali significant personam in ordine sacerdotali constitutam, respiciuntque ipsum actum præsentationis, & vlterius inconcussam obseruantiam à die fundationis vsque in præsentem, quod semper fuerint presentati Sacerdotes, seù Clerici desuper dispensati, cessat
55 quęuis difficultas, quia etiam contrarium tenentes † in hanc sententiam concurrunt, quoties qualitas Sacerdotalis actu, vel ab aliis verbis dispositionis, vel ab obseruantia comprobatur, per *text. in l. minime, & in l. si de interpretatione ff. de legib.* & ea, quæ in his terminis tradit Abb. *in d. cap. cum in cunctis §. inferiora nu. 12. in fine*, Lotter. *de re benef. d. lib. 2. quæst. 47. nu. 30.* Rota cor. Seraph. *d. dec. 871. nu. 1. cor.* Buratt. *dec. 680. in fine, cor.* Mantic. *decis. 129. nu. 3. & supracit. Alexandrina Decanatus 12. Iunii 1598. coram Orano.*

Neque obseruantia destruitur ex eo quod præsentatio-
16 nes sint actus facultatiui, † qui non valent consuetudinem inducere, quia cum ex fundatione constet de titulo
17 † actus sequentes præsumuntur gesti in vim illius, vt distinguendo tradit Add. ad Greg *decis. 162. sub num. 15. vers. verum quia*, & dixit Rota *dec. 400. nu. 4. par. 4. tom. 1. rec. & cor.* Bich *dec. 522. nu. 4.* accedentibus præsertim tot multiplicatis actibus per duo sæcula, vt prosequitur idem Aden ad Gregor. *vbi proximè in fine*, & dixit Rot. cor. Seraphin. *decis. 212. nu. 2.*

Et multo minus ex eo, quod Ioannes de Bartolinis primus præsentatus fuerit simplex Clericus, dum in Bulla resignationis huiusmodi Beneficii talia denominatus fuit ad differentiam alterius Presbyteri, quia talis denominatio vti facta ad supplicationem Partis in actu ad hoc indif-
18 ferenti, nihil certi ponit in esse, imò repugnat, † quod ille, qui per plures annos antea fuerat Rector Ecclesiæ Parochialis, esset simplex Clericus contra *text. in c. licet Canon. & cap. commissa de elect. in 6. Clem. vt ij qui de ætat. & qualit.* renouata per Sac. Conc. Trid. *sess. 22. cap. 4. de reformat.*

Denique non obstat, quod exemplum d. fundationis à Ioannis in actis exhibitum, sit sumptum de sumpto, quod regulariter non probat, quia, cum fuerit extractum à Notario Actuario ex copia collationata cum originali, vt colligitur ex attestatione substituti Notarij Actuarij in calce
59 illius penes acta existente, † concurrantque alia adminicula deducta ex obseruantia subsecuta, & ex insertione substantiæ dictæ fundationis in duabus Bullis Pontificijs scilicet Nicolai Quinti, & Sixti Quarti Summario dato sub die 11. Martii proximi præteriti *nu. 2. & 3.* atque ex eo quod iuxta illius tenorem fuerit pluries iudicatum ab ordinarijs asserentibus etiam vidisse in actis exhibitum Instrumentum dictæ fundationis, *vt dicto summ. nu. 4. & seqq.*
20 † vtique venit illi fides adhibenda ex firmatis per Rota *decis. 534. par. 4. diu. dec. 532. nu. 11. & seqq. par. 5. rec. coram* Merl. *dec. 40. nu. 2. & seqq.* cor. Millin. *dec. 59. in fine & melius in alia Cremonen. cor.* Seraph. *dec. 1195. per tot.*

Et ita Partibus hinc inde informantibus decisum fuit, &c.

R. P. D. RONDININO.

Bononien. Canonicatus.

Lunæ 17. Iunii 1675.

ARGVMENTVM.

Nulla dicebatur resignatio beneficii tamquam facta non coram indultario, sed simpliciter coram Notario, & testibus, sed pro validitate resoluitur, quia fuerat illa deinde ab eodem indultario acceptata, mediante prouisione eiusdem beneficii, de cuius gratiæ iustificatione in reliquis cum dubitatum non sit, ideo pro immissione deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio beneficii facta non coram indultario, sed coram Notario, & testibus attenditur, & suffragatur si postea ab eodem indultario acceptata sit.*

2 *Resignatio beneficii dicitur ab Indultario acceptata, si ab eo postea dictum beneficium alteri sit collatum.*

3 *Vacatio beneficii ex dimissione resultans, & perfectionem requirens ex acceptatione indultarii, remanet perfecta ex subsecuta prouisione ab eodem indultario facta.*

4 *Vacatio beneficii resultat per assecutionem alterius incompatibilis, & successiuam possessionem de eo captam.*

5 *Dimissio, seù Resignatio beneficii probatur ex confessione ipsius dimittentis, seù resignantis.*

6 *Confessione propria nulla datur maior probatio*

7 *Possessio beneficiati, eiusdemque assecutio beneficii probatur ex prouisione alterius obtenta per illius obitum.*

8 *Testes qualescumque illi sint, & quidquid probare conentur, nunquam possunt concurrere cum confessione propria, & publicis documentis.*

DECISIO DLI.

MARCVS Antonius de Nobilibus, cui claræ memorię Cardinalis Columna controuersum Canonicatum contulerat, veluti vacantem à die qua illum resignauit Petrus Sandrius in manibus eiusdem Cardinalis, tunc beneficiorum reseruatarii, vacationem olim non probatam ex causa eiusdem resignationis hodie probauit, ideoque à decisis 4. Aprilis 1672. coram me DD. recedentes, illi immissionem dandam esse responderunt.

Sane vtrumque suppositum prædictę decisionis corruere visum est ex eo deductum, quod per ipsam resignationem Sandrij, nec per assecurationem alterius pinguioris Canonicatus in celebri Collegiata S. Petronij à die resignationis atque assecutionis alterius Canonicatus, controuersus vacauerit, quia quod attinet ad primum caput vacationis nunquam negata fuit dimissio controuersi Canonicatus, quæ licet facta non fuerit in manibus eiusdem Cardinalis indultarij, † sed cor. Notario, & Testibus tantum, quia 1
tamen constat de subsecuta approbatione † Cardinalis me- 2
diante prouisione huius Canonicatus in persona M. Antonii ob dimissionem Sandrii factam adhuc re integra ante obitum Sandrij, qui sequenti mense obiit, prout ex speciali Indulto Beneficia omnia ex dimissione ac resignatione vacantia conferre poterat Summ. Marci Antonij *nu. 4. & 5.* & Summ. responsionis eiusdem *nu. vnico*, consequens est, vt vacatio ex prædicta dimissione contingens iustificata remaneat, † quia cum ex parte dimittentis perfecta 3
fuerit, atque suam vltimam perfectionem expectaret ex assensu Cardinalis Indultarij recipientis illa adesse

M dicitur

dicitur ex subsequenti collatione iuxta doctrinam *glos.* in hoc sensu communiter approbatam in *cap. quod in dubiis* 8. *vbi* Innoc. *sub numer. primo & 8.* Compostell. *num.* 2. Abb. *sub numer.* 6 Ioann. Imm. *num.* 10. *de renunc.* Felin. *in cap. in nostra num.* 32. *de rescript.* Franc Hicont. *alleg. prima post* Barbos. *de præstant.* Cardinalis Garzias *de benef. part.* 11. *cap.* 5. *nu.* 114. *& nu.* 116. Lotter. *de re benef. lib.* 3. *quæst.* 14. *nu.* 24. *& seqq.* Castropal. *Oper. Mor. tom.* 2. *tract.* 13. *disput.* 6 *puncto* 10. §. 2 *nu.* 1. Rota *in rec. par.* 10. *dec.* 184. *nu.* 14 *&* 15. cum aliis deductis in prædicta *decisione huius causæ* §. *& quamuis cor. me.*

Quo verò ad alterum caput vacationis Marcus Anto-
nius probauit assecutionem alterius Canonicatus S. Pe-
4 tronii incompatibilis à Sandrio factam, † ex qua posses-
sione insurgit vacatio primi ad terminos *text. in capit. con-
cessa* 35. *de elect. in* 6. *& in extrauag. execrabilis* §. *qui vero
deinceps de præbend.* tam ex confessione ipsiusmet Sandrii
in litteris dimissionis huius Canonicatus, ibi: attenta as-
5 secutione vt asseruit mox facta de alio Canonicatu in præ-
insigni Collegiata S. Petronii Summario Marci Antonii
6 sub die prædictæ decisionis *num. primo* † cuius confessionis
non datur maior probatio ex vulg. regula deducta ex *text.
in l. cum te C. de probat. & in l. eum à matre C. de rei vend.*

Quam etiam prouisione Canonicatus S Petronii quam
Eminentissimus Boncompagnus fecit per obitum ipsius
Sandrii in persona Achillis Gozzadini, qui eiusdem pos-
sessionem veluti vacantem per obitum Sandrii adeptus est
7 Summario hodierno Marci Antonii *nu.* 2. *&* 3. † quæ pro-
uisio per obitum Sandrii probat illius possessionem & asse-
cutionem Canonicatus iuxta *vulg. cons. Oldrad.* 229. sem-
per à rota receptum de quo Lambert. *de Iur. patr. lib.* 2. *qu.*
10 *art.* 7. *nu.* 11. Rota *in rec. par.* 3. *decis.* 100. *sub nu.* 1 *dec.*
124. *sub nu.* 2. Caual. *dec.* 350. *nu.* 3. Carit *dec.* 286. *nu.* 1. &
passim in aliis.

Necobstat Testes deponentes Sandrium continuasse
semper in seruitio Ecclesiæ S. Mariæ Maioris cum priori
Canonicatu eiusdem Ecclesiæ, in qua sepultus fuit, de
quibus in prædicta *decis* §. *fin.* quia Testes isti conuincun-
tur mendaces cum mense Augusti Sandrius se contulerit
in Lombardiam ad lites Eminentissimi Boncompagni
8 Summario hodierno Marci Antonii *nu* 6. † neque concur-
rere possunt cum probatione ex confessione ipsiusmet San-
drii, atque ex Instrumentis prouisionis Gozzadini, &
adeptæ per eum possessionis per obitum Sandrii insurgen-
te ex ratione *text. in l. generali C. de non nu. pecun. & in c.
per tuas de probat.* Bald. *cons.* 192. *sub nu.* 3. *vol.* 2. Mascard.
de probat. quæst 7 *præminal. sub nu.* 1. Duran. *dec.* 196. *nu.* 3.
Card Cels. *dec.* 38. *illo eod. au. dec.* 195. *nu.* 4. *cum simil.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. V B A G O.

Bononien. Bonorum.

Veneris 21. *Iunii* 1675.

A R G V M E N T V M.

Discutit principaliter hæc decisio, quatenus copia scripturæ deperditæ probet sine exhibitione originalis, & quia agebatur de transumpto subscripto à Notario, coram quo illius originale fuerat productum, ei plena fides adhibetur, concurrentibus præsertim pluribus coniecturis, & argumentis illius veritatem suadentibus, vna cum obseruantia subsequuta, & executione eidem transumpto concessa, quæ præbent robur cuicumque scripturæ etiam informi, & hæc ad effectum concedendi manutentionem pro purgatione attentatorum illi, qui præcario nomine possidebat.

S V M M A R I V M.

1 *Manutentio possidenti non denegatur.*

2 *Præcarii natura est non solum includere possessionem pro constitutario, sed etiam pro illius hæredibus.*

3 *Manutentio competit possidenti ex titulo præcario.*

4 *Copia, & transumptum scripturæ, & de per se non probant.*

5 *Transumptum publicum facit semiplenam probationem, deperdito originali, & vide nu 4. cum seqq.*

6 *Transumptum publicum concurrentibus coniecturis, & adminiculis sufficienter probat.*

7 *Recognitio manus fieri non potuisset, si scriptura originalis fuisset exhibita.*

8 *Dolus, seù falsitas in Notario publico non præsumitur sed per allegantem sunt plenè, & concludenter probanda.*

9 *Copiæ registratæ in processu Notarii causæ standum est, originali deperdito.*

10 *Originale scripturæ præsumitur occultatum ab interesse habentibus.*

11 *Occultatio scripturæ, vel negligentia Notarii in eam deperdendo non præiudicat creditoribus, quo minus suum possint consequi creditum.*

12 *Copia scripturæ illiusque transumptum admittitur pro consecutione creditorum, & quando supra à num. 4.*

13 *Apocha confecta in executionem alterius scripturæ præbet robur illius copiæ, originali deperdito, si iudex mediante d. apocha suam interposuit decretum in contractu mulieris.*

14 *Transumptum exequutioni demandatum plenè probat, & nu. 17.*

15 *Copia, & transumptum probant, si testes illorum originale vidisse deponant.*

16 *Obseruantia præbet robur scripturæ etiam informi.*

17 *Copia si fuit cum originale producta, & executioni demandata sit, plenè probat, & supra num. 14.*

18 *Transumpta plura scripturæ in iudicio admissa præsumuntur à partibus, & à iudice approbata.*

19 *Simulatio ad fraudandum creditores non probatur, si de eorum existentia non constat, qui adhuc de eo tempore vrgerent*

20 *Veritas creditorum in apocha enunciatorum resultat, si illa habenat relationem ad instrumenta, ex quibus videri possint.*

21 *Iudicio in curia pendente non potest adiri iudex de partibus citra labem attentatorum.*

22 *Clausula quam, & quas, cum incidentibus & depend. operatur vt iudicium dicatur introductum in omnibus etiam connexis.*

D E C I S I O   D L I I.

POSTQVAM Anna Maria de Riariis tanquam Hæres Dominici Patris, Auctore Prætore, fuit immissa ad possessionem tertiæ partis bonorum hæreditariorum Laurentii de Riariis, aliorumque bonorum pro indiuiso possessorum ab ipso Dominico vna cum Ioanne Baptista, Rodulpho, & Carolo fratribus, & respectiuè filiis, ac hæredibus Laurentii prædicti, fuit expulsa per mandatum de associando relaxatum ab Auditore Generale Bononien. fauore Dominicæ Vxoris dicti Ioannis Baptistæ, & Creditricis non solum Laurentii Patris, verom etiam ipsorum quatuor fratrum per Apocham obligationis ab ipsis fratribus subscriptam; Ingressa deindè ipsa Anna Maria Monasterium Sanctorum Ludouici, & Alexii post obitum dictæ Dominicæ Creditricis, & Ioannis

annis Baptistæ Viri , Monasterium prædictum contra
Laurentium Mariam, & fratres de Riariis ipsius Domi-
nicæ filios, & hæredes coram Vicario Generali Iudicium
super manutentione in possessione dictorum bonorum in-
troduxit, reportatoque Decreto fauorabili, Causa deue-
nit ad A. C. Cauallerinum, qui relaxauit mandatum de
manutenendo ad fauorem prædicti Laurentii Mariæ , &
fratrum, illosque absoluit per sententiam definitiuam, à
quibus, dum pendebat appellatio coram R.P.D. Altoui-
to subrogato in locum R. P. D. Corbelii , Monasterium
prædictum adiuit eundem Auditorem Generalem Bono-
niæ, per quem Dominicæ Creditrici in vim Apochæ su-
pradictæ concessa fuerat associatio, eiusdemque Apochæ
nullitatis declarationem reportauit, sed ea non obstante
R P.D. Altouitus pronunciauit sententiam A.C. esse con-
firmandam.

In tertia instantia deuoluta causa ad Rotam Lauren-
tius Maria vna cum fratribus existimans sententiam Au-
ditoris Generalis prædicti super nullitate apochæ fuisse
attentatam vti latam in spretum litis pendentiæ coram
ipso R.P D. Altouito die 18. Martii curauit disputari du-
bium, an constet de attentatis; Dominis tamen visum
fuit differre resolutionem, & mandare, vt videretur de
bono iure, etiam ad effectum attentatorum, quare hodie
proposui: an, & de cuius bono iure constet: & ad effe-
ctum prædictum, & Laurentii Mariæ, ac fratrum reso-
lutum fuit.

Moti fuerunt Domini , quia Laurentius Maria , &
fratres possident bona iusto titulo , dum ad illa anno
1664. associata fuit Dominica Mater pro creditis in vim
apochæ obligatione Camerali munitæ, & sic iuste , ac
valide fuit per A. C. relaxatum mandatum de manute-
nendo ex regula , quod possidenti non sit manutentio
1 deneganda, vt semper tenuit Rota & post Posth. *de ma-
nut. dec.116. nu.11. & rec. decis.188. nu. 10. par. 7. & decis.
17. nu. 10. par. 14.*

Nec subsistit obiectum, quod licet possessio bonorum
fuerit penes Dominicam creditricem; Tamen non doce-
tur prædictos filios Dominicæ illam adeptos fuisse, nam
præterquam quod Statutum Bononien. præstat continua-
2 tionem possessionis defuncti in hæredem, animaduersum
fuit, quod apocha, in vim cuius fuit associata Dominica
continet pactum præcarii, cuius natura est non solum in-
cludere possessionem pro Constitutario, verum etiam pro
ipsius hæredibus *iuxta text. in l. cum precario qui rogat ai.
quæsitum est 8. §. primo ff. de præcario* Surd. *cons. 561. num.
7.* Ciriac *controu. 78. num. 3.* ideo sicut ex præcario posside-
3 bat Dominica Mater, ita & etiam Laurentius Maria ,
& alii filii hæredes , & possidenti ex precario competere
manutentionem dixit Posth. *de manuteat. obseruat. 20. nu-
mer. 18.*

Iustus autem titulus possessionis controuerti minime
potest per exceptionem, ne constet de credito, neque de
precario, quia apocha, in vim cuius actum fuit non sit
4 in forma probanti, † sed simplex copia, & transumptum
quæ per se non probat *iuxta text. in auth. si quis in aliquo
C. de eden. & ibi DD. & præcipuè* Dec. *in l. Sancimus C.
de diuersis rescriptis, et leg. Procurator, C. de eden.* nam
Domini considerarunt adesse transumptum publicum ,
5 † quod per se ipsum facit semiplenam probationem , de-
perdito Originali, ex Bart. *in l. sicut iniquum in prima Le-
ctura num. primo vers. quandoque probatur C. de fid. Instru-
mentorum.* Rota *decis. 418. num primo par. 2. recentiorum*
& additis adminiculis, ac coniecturis veritatem suaden-
6 tibus sufficienter probat , vt firmat idem Bart. *in d. Auth.
si qui in aliqua num. 6.* Moedan. *decis 1. de fide Instrumento-
rum, &* Rota post Fenzon. *ad Statutum Vrbis decis. 18. per
tot. & decis. 434. nu. 4. & 9. cor.* Penia, *& dec. 292. nu. 1. &
seq. cor. Vbaldo.*

Coniecturæ vero, quæ in præsenti hipothesi realita-
tem apochæ, & existentiam crediti suadent, plures enu-
merantur, quarum prima est recognitio manuum obli-
7 gatorum facta per Notarium † publicum summario Lau-
rentii Mariæ numero primo in fine; Non enim per rogi-
tum Notarii manus, seù caracter obligatorum recogno-
sci potuisset, nisi fuisset exhibita apocha originalis, nam
dolus, seù falsitas in Notario publico non præsumitur ,
8 & per allegantem sunt plene probanda *cap. 3. de probat.*
Rota *decisione 463. numero 2. versic. ideoque tali par. 2. re-
cent.*

Secunda est, quod patet Originali apochæ fuisse pro-
ductum simul cum copia in Actis Pillæ Notarii publici per
Dominicam creditricem in principio sui Iudicii associa-
tionis *eodem Summario numer. 2. & 7.* quæ est adeò vrgens,
vt de se reputetur sufficiens; Nam regula, quod simplex
copia, non exhibito originali, nihil probet, limitatur ,
quando patet Originale fuisse confectum, ac productum
& deinde deperditum, † tunc enim etiam copiæ registra- 9
tæ in Processu Notarii, per cuius Acta fuit originale pro-
ductum standum esse dixit Rota *decis. 110. numer. 6. cor.
Dunozett. Senior.* ratio est, quia, vel intrat præsumptio
occultationis factæ per Interessatos, vt resoluit Rota *de- 10
cis. 418. num. 5. vers. & Domini par. 2. rec. per Doctrinam
Bart. ibi adnotatam*, vel negligentia Notarii in amissio-
ne, quorum neutrum debet præiudicare creditoribus , 11
itaut non possint consequi suum creditum, ita Felin. *in
cap. fin. in secunda fallentia de fide Instrumentorum*, Bella-
mer. *decis. 134.* & ideo transumptum publicum in his ter-
minis admittitur pro consecutione crediti, ac etiam copiæ 12
fides adhibetur, *vt præter d. decis. 110. numer. 6. coram
Dunozett. Senior. alias tenuit* Rota *decisione 543 part. 4. re-
centiorum & coram* Merlin. *decis. 53. numer. 18. & in Me-
diolanen. Decimarum 4. Iulii 1614. coram R. P. Domino An-
drea.*

Tertia est, quod fuit deuentum ad obligationem, de
qua in apocha ad effectum remouendi sequestra iam facta
in bonis, & ipsi remotioni Dominica non consensisset ,
prout consensit *dicto Summario numer. primo* neque Iudex
consensum ipsum admisisset † in præiudicium Mulieris , 13
nisi fuisset assecurata , mediante apocha . Hæc autem
causa præambula conficiendi apocham induxit in Domi-
nos vehementem præsumptionem , quod transumptum 14
habuisset suum originale, tanto magis, quia per Iudicem
paulo post executum fuit Caual. *dec. 122. nu. 5.* Seraph. *de-
cis. 96. nu. 11.*

Coniectura quarta resultat ex duobus Testibus depo-
nentibus se vidisse originale , & interuenisse confectioni
ipsius apochæ † eodem *Summ. nu. 11.* quorum Testium al- 15
teri cum sit Sacerdos Professus in Religione , & Frater
germanus Annę Mariæ , sub cuius nomine agit Monaste-
rium valde deferendum esse Domini existimarunt *ex alias
firmatis per* Rota *d. dec. 418. nu. 2. par. 2. rec.*

Quinta tandem desumitur ex obseruantia , per quam
dari solet fides scripturis etiam informibus Crauett. *cons.
138. num. primo* Merlin. *dicta decis. 53. num. 11.* tanto ma- 16
gis, dum obseruantia fuit proxima tempori confectionis
apochæ, † vt in præsenti , quia supradicta apocha , de 17
qua agitur, executionem habuit in iudicio associationis,
in quo vna cum copia fuit productum originale , Aym.
cons. 110. Surd. *decis. 199. num. 8.* Canalet. *dicta decis. 122.
numer. 5.* immo subsequenter continuata fuit obseruantia,
dum fuerunt data diuersa transumpta, & coram diuersis
iudicibus in diuersis causis producta pro, & contra diuer-
sos creditores ipsorum quatuor fratrum obligatorum , † 18
vt dicto Summ. num 6. & 9. qui creditores, si apocha ve-
re non adfuisset, profecto opposuissent, sed cum transum-
pta fuerint in iudicio admissa præsumuntur à Partibus, &
à Iudice approbata, Put. *dec. 116. lib. 2. in nouis.* Dun. Sen.
dicta dec 110. nu. 5.

Obiectum vero, quod apocha sit simulata, & confecta
ad effectum repellendi creditores obligatorum, non sub-
sistit, non solum, † quia nulla exhibetur iustificatio exi- 19
stentiæ creditorum, qui vrgerent tempore contractæ apo-
chæ, vt requiritur ad inducendam simulationem, Rota
decis. 245. num. 6. vers. nam quod par. 2. rec. verum etiam
ex sequestris antea factis ad instantiam Dominicæ, con-
stat de causa præambula, & ex ipso tenore apochæ appa-
ret illius iustificatio, † dum credita relationem habent ad 20
diuersa Instrumenta, ex quibus illius veritas elucescit ,
Arguell. *decis. 44. num 14.*

Constito itaque ex prædictis de bono iure Laurentii
Mariæ , & fratrum de Riariis , non dubitarunt Domi-
ni sententiam Auditoris Generalis Bononien. super nulli-
tate apochæ fuisse attentatam , quia dum pendebat in
Curia iudicium, in quo Monasterio fuit denegata manu-
tentio ex iuribus apochæ prædictæ , & in vim illius ea-
dem manutentio concessa Riariis per A. C. qui vlterius
eosdem Riarios per sententiam difinitiuam absoluit ,
& ab his omnibus reperiebatur introducta appellatio co-
ram R. P. Domino Corbellio vtique poterat Monaste- 21
rium super nouo iudicio inualiditatis apochæ per A. C.
executę , adire Iudicem de Partibus sine labe attenta-

torum, *Clem. 2. vbi Glos. verbo Innouatu vt lite pendente*
Lancelliottus *de attentatis in præfat. numer. 269 & par. 2.*
capit. 4. limitat. 2. numer. 55. & seqq. Caualer. *decis. 92. nu.*
30. par. 6. decis. 177. numer. primo par. 8. & decis. 20. numer.
2. part. 10. rec. maximè, quia causa commissa erat cum
clausulis. *Quam, & quas cum inciden. & dependen.* quæ
aa operantur, † vt lis pendere dicatur super omnibus causis
motis, & mouendis in articulo controuerso connexitatem
habentibus Rota *decis. 225. nu. 6. cor.* Buratt. *& decis. 31.*
nu. 21. & 24. & dec. 39. nu. 13. & 19. cor. Arguell. & in rec.
dec. 178. nu. 18. par. 10.

Et ita, vtraque Parte Informante, resolutum fuit.

R. P. D. VICECOMITE.

Romana Pecuniaria.

Veneris 21. Iunii 1675.

ARGVMENTVM.

Pecunia promissa in apocha, vulgo nuncupata *Pagherò*, ex ludo processisse prætendebatur, ideoque ex ea nullum actionem oriri; Sed cum testes ad id probandum inducti, essent inter se discordes tam respectu temporis, quam ratione formalitaris verborum, de quibus deponere conabantur, ideo tamquam nulliter deponentibus omnino reiectis, obligationem exequendam esse deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Ludus tabularum est in iure prohibitus.*

2 *Apocha occasione ludi conscripta, remanet irrita, & inanis tam respectu cedentis, quam cessionarii.*

3 *Apocha, vulgo* pagherò, *contra promittentem plenè probat, non secus, ac publicum instrumentum.*

4 *Apocha obligationis contra conficientem non admittit probationem contrariam, nisi vndequaque apertissimam.*

5 *Testes contrarii in substantialibus ad inuicem destruuntur.*

6 *Testis de auditu ab alio teste non probat, eo magis si ille sine iuramento, & extraiudicialiter solum asseruerit, & num. 8.*

7 *Testis vnicus nullam probationem facit.*

9 *Testis de interrogatione alicui facta deponens, nihil probat si interrogatus non respondeat.*

10 *Responsio facta interrogationi, vt respondenti præiudicet, non quælibet sufficit, sed omnino clara requiritur.*

11 *Testes per formalia verba deponentes, si in illis sint discordes, nihil probant.*

DECISIO DLIII.

RAPHAELIVM esse audiendum aduersus Institiam mandati scutorum 642. contra ipsum per
Verotum cessionarium Pizzuti expediti non obstantibus
censuris in subsidium inexigibilitatis relaxatis decreuit
Rota sub die 27. Aprilis superioris anni: Proposito propterea
hodie super dicti mandati meritis dubio: An constet de credito,
& obligatio substineatur, pro negatiua
idem Raphaelus allegabat creditum originem trahere à
1 ludo tabularum prohibito, † ex quo quemadmodum oriri non potest actio *l. fin. C. de Relig. & sumpt. funer.* ita apo-
2 cam illius occasione conscriptam irritam remanere, † &
inanem tam respectu cedentis, quam cessionarii Rot. cor.
Gregor. *decis. 47. num. 2. per totum*, quibus tamen non
obstantibus Domini in affirmatiuam sententiam conuenerunt.

De credito constat ex apocha promissionis, vulgo *Pa-*
gherò facta per dictum Raphaelum Pizzuto, † quæ con- 3
tra promittentem probat non secus ac publicum instrumentum Bald. *cons. 348. nu. 4. lib. primo* Grat. *discept. 454.*
num. primo & 2. cum aliis per Rotam coram Celso *decis.*
355. num. pariter primo & 2. & obligatio substinetur, quia
prouenit ex causa mutui: *Per valuta hauuta in più volte*
dal medemo, &c. prout in eadem apocha continetur, † 4
quæ probationem contrariam non admittit nisi vndequaque apertissimam per *textum expressum in l. generaliter C.*
de non numerata pecunia.

Talis autem non est probatio, quam facere prætendit
Raphaelius apochæ scriptor, quandoquidem testes per
eum inducti ad probandum duo assumpta, alterum quod
quidam Matthæus operam dederit, vt inducens mediante
dicta apocha obligaret se Pizzuto pro pecuniis in ludo
amissis, alterum quod conquerente Pizzuto de retardata
pecuniarum solutione, responderit Matthæius nullam
ei subesse causam conquestioni, dum non agebatur de pecuniis
exbursatis, sed ludo victis, neutrum concludunt.

Non probant primum, quia discordant in tempore;
Alter enim deponit de mane: *fù vna mattina, & trouassimo che Giouanni non era leuato dal letto*: Alter vero fuisse
post prandium: *fù vn giorno doppo pranzo*, quorum dicta
cum in hac notabili circumstantia ad vnum præcisum a-
ctum restricta, † sint inter se contraria, ad inuicem de- 5
struuntur *cap. licet causam vers. sibi inuicem de probat.* Fa-
rin. *de testib. quæst. 74. num. 73.* Rota coram Buratto *decis.*
367. nu. 8. cor. Royas *dec. 38. nu. 6. & 7. in Burgen. Abbatiæ*
13. Nouembris 1671. cor. R. P. D. meo Rondinino.

Præterea deponunt de auditu à tertio ab ipso scilicet
Matthæio sine iuramento, † & extraiudicialiter asseren- 6
te pro cautela Pizzuti dictam apocham procurasse, cui
tamquam vnico † quemadmodum fides non esset adhiben- 7
da *Cap. venient in fine de testib.* multo minus testibus † de 8
auditu ab eo ex textus notabilis *in cap. licet ex quadam 47.*
vbi glos. verbo ab vno de testib. Curt. Inn. *cons. 17. n. 2.* Men.
de arbitr. casu 475. nu. 12.

Nec etiam probant secundum, quia non deponunt
Pizzutum audiuisse sermonem Matthæi dicentis, quod
non agebatur de pecunijs exbursatis, sed ludo victis,
neque quod quidquam responderit Pizzutus, sine qua 9
responsione nihil valet quidquid loquutus fuit ipse
Matthæius, vt fere in terminis respondit Rota *in Romana Societatis Lotti 23. Martii 1672. §. fin. coram Reuerendissimo Domino meo Decano*, Nec quælibet respon-
sio satisfuisset, sed debuisset esse talis, † ex qua cla- 10
ra, & indubitata confessio respondentis resultaret, *vt*
in Perusina Transactionis 27 Februarii 1671. §. nec visum
fuit coram me.

Et tamdem omnes super vtroque profitentur referre verba præcisa, in quibus tamen cum sint omnino
discordes, † non sunt attendendi per theoricam Butrii 11
communiter receptam *in cap. nihil obstat numero 2. de*
verb. signific. à Ponte *consil. 63. numero primo & seq.*
libro primo cum aliis in *Fulginaten. Census 7. Iunii 1669.*
§. accedit, & in Burgen. Abbatiæ 17. Iunii eiusdem anni §. veruntamen coram Reuerendissimo Domino meo Decano.

Et ita, vtraque parte Informante, resolutum fuit &c.

R. P. D. EMERIX.

Montis Falisci Cambii.

Veneris 21. Iunii 1675.

ARGVMENTVM.

Plura continet hæc decisio tam super aditione hereditatis facta, à tutore, qui non adimpleuerat solemnia, quæ ideo nulla declaratur, maximè quia sine consensu pupillorum facta est, qui erant maiores septennio, quàm etiam pro inducenda substitutione reciproca inter primos grauatos, & alios vlterio-

res

tes descendentes , super identitate bonorum in antiquis ex solis coniecturis , & argumentis probata , & eo magis ex testibus , quamuis aliquas exceptiones habentibus, de hærede creditore, & debitore defuncti, quod proinde vel actiones confuserit , vel præsumatur de suo ctedito satisfactus.

S V M M A R I V M.

1 *Aditio hæreditatis , cæteriqae actus facti à tutore , qui non impleuit solemnia , aon merentus attendi .*

2 *Tator non potest adire hæreditatem siae consensu papilloaum , qai siat maiores septennio.*

3 *Statatum de contractibus minorum , exteaditur etiam ad aditionem hæreditatis .*

4 *Aditionem hæreditatis non probaat actas , qai fieri potuerunt citra ius , & nomen hæredis .*

5 *Instrumeutum extractam ex protocollo Notarii rogati existenti in archiaio publico , & præuia compulsoria plenè probat .*

6 *Reciproca de linea ad lineam facile admittitur iater descendeatos testatoris , maximè si filii substituuatar ad inuicem .*

7 *Reciproca eo magis iaducitur si post primos reciprocè institutos , cæteri omnes in infinitum ad inuicem , & indistinctè substituuatur .*

8 *Reciprocam ad iaducendam maximè attenditur perpetuitas , & infinitas , non solum ia substitutione , sed iu probibitione alienationis , & conseruatione bonoram iu familia.*

9 *Identitas ia antiquis probatur etiam præsumptioaibus , & coniecturis .*

10 *Testes de audita à suis parentibus in re longè memoriam bominam excedente pleaè probant .*

11 *Testium variationes , & contrarietates , quæ non respiciaat sabstantialia , non atteaduntar .*

12 *Filiar si possidet bona ia eo loco , in qao possidebat eius pater , illa præsumuatur bæreditaria .*

13 *Identitas bonorum fideicommissi probatur , si sabstitatus illorum possessionem apprebendit , vti fideicommissaria .*

14 *Testes ad perpetaam rei memoriam , & alii etiam exceptiones babentes , deseruiaat pro adminiculo .*

15 *Exequator nudi taatum facti ministeriam babet .*

16 *Exequutori non creditur in iis , quæ ad eius officium noa pertinent .*

17 *Vocabulum vaius prædii facile variari potuit ex vocabulo prædii adiacentis , si vtrumque possidebatur ab eodem domino .*

18 *Identitas bonorum probata noa excluditur à diuersitate vocabuloram .*

19 *Damnum cum melioramentis compensari debet .*

20 *Detractione stante omissione inuentarii , & alieaatio nibus concurreatibus , presumuatar consamptæ , donec contrarium probetar .*

21 *Hæres creditor , & debitor bæreditatis confundit actionem extinctiuam sui crediti .*

22 *Hæres creditor hæreditatis præsumitur sibi satisfecisse de suo credito .*

23 *Creditor , qui prior est in tempore , est etiam potior ia iure .*

DECISIO DLIV.

POSTQVAM mandatum instante Petro Paulo Venturello relaxatum contra bona hæreditaria Petri, necoon Personas , & bona propria Horteotii , & Pauli Antonii fratrum de Ciottis , executum fuit super Vinea magna , de qua agitur , iidem fratres allegando Cauteiam Angeli deducebaot , quod ipsi non suot hæredes Petri debitoris , sed vineam possident ex titulo fideicommissi quondam Sfortiæ Sen. de Ciottis; Ideoque executio prædicta vti facta super bonis aitetius , quam debitoris veniret reuocanda , sed proposito dubio die prima Iulii 1672. relictoque in suspenso ob suffragiorum discordiam , An fratres de Ciottis essent nec ne hæredes Petri , approbata fuit dicta executio , ex quo nec de fideicommisso , oec de Identitate Vineæ constabat ; Cum autem ex hodie melius dilucidatis , visum fuerit non probari , quod fratres Rei conuenti sint hæredes dicti Petri , & ex Iuribus , & Testibus præuia Compulsoria , & remissoria nouiter deductis , tam de dicto fideicommisso , qnam de Ideotitate doctum fuerit , Domio ipost secundam propositionem recesserunt à decisis.

Quod enim fratres de Ciottis sint hæredes Petri , non
benè probatum videbatur ex aditione iliorum nomine fa-
cta à Io: Ciotto mãdato procuræ Christophori; Licet enim
idem Christopborus deputatus esset Tutor eoruodem fra- 1
trum tuoc mioorum , adhuc tamen hæreditatem illis de-
latam adire ooo poterat , non solum quia solemnia non
adimpleuetat , ideoque tam aditio , quam cæteri actus
subsequens per ipsum expleti attendi noo merentur , vt
ad propositum consuluit Bald. *cons. 226. ad med. vers. illad
est certum lib. 2.* Ruio. *cons. 95. ua. 11. lib. 2.* Castr. *cons. 355.
nu. 4. post med. vers. tamea qaia lib. primo* Rota *decis. 64. uu.
8 par. 8. rec.* sed etiam quia cum iidem fratres tunc tem-
poris esseot maiores infantia , † sioe iliorum conseosu so- 2
lus Tutor adire prohibebatur à *Text. ia l. potu 1 C. de Iur.
delib. & iu l. Tupilius cum ibi notatis per gloss ff. de acqair. bæred.* Ias. *ia l. pro bærede 20. na. 8 ff. eodem* Rota *dicta dec. 64. au. 9 par. 8. rec.*

Nec etiam ea aliis actibus relatis io Summario Veoturelli dato die 29. Ianuari 1672. *numer primo* aliqui enim ex
eis tanquam gesti absque vlla solemnitate ab eisdem fra-
tribus tempore minoritatis , non releuant , siue attenda-
tur statutum Marthæ , voi habitant , & booa possideot ,
mandans non posse per minores adiri hereditatem sine con-
sensu duorum Consanguineorum , siue attendatur Statu-
tum Toscaneilæ vnde † origioem trahunt , quod dum 3
idem statuit in contractibus minorum , extenditur etiam
ad aditionem hæreditatis ex Theorica Bart. *in l. more ff. de
acquir. bæred.* magis communiter approbata , vt testaotur
Tiraqueil. *de legib. connub. gloss. 5. uu 225.* Ceual. *commua.
opiu. quæst. 235.* Pic. *ad Statat. Vrb gloss. 7. aum. 108.* cæteri
verò cum fieri potuerint citra ius , & oomen hæredis , adi- 4
tionem oon probant , *l. pro bærede §. si qaid tamen , & §.
Papiniaaus in fine ff. de acquir. bæred.* Dec. *cons 445. uu. 54.*
Mantic. *de coniectur. vltim. vol. lib. 12. tit. 9. num. 6. & 18.*
Rota coram Greg *dec. 165. uu. 2. & cor.* Buratt. *decis. 207.
nu. 3. & 4.*

Quo autem ad fideicommissum clare resultat ex Testa-
meoto quondam Sfortiæ Seo. cuius non amplius transum-
ptum , seù copia informis , sed Instrumentum publicum
adducitur , legitime extractum ex Protocollis Notarii ro-
gati asseruatis in publico Archiuio Vrbis veteris vigore † 5
compulsotiæ rotalis , & præuia citatione partis , quod ideo
plene probat Rota *dec. 36. de probat. iu antiq. cor.* Pen. *dec.
235. aum. 1. dec. 561. nam. 1. post* Posth *de manat. & coram*
Emineotissimo Otthobono *decis 245. post princ. & numer.
primo.*

Nec fideicommissum in eodem Testamento ordinatum
recte impugnatur ex eo , quod reciproca ibidem ordinata
tam ioter primos hæredes , quam inter omnes descen-
dentes substitutos extendi non possit de linea Hieronymi
terminata per mortem Ioannis sine filiis , ad lineam Chri-
stophori , in qua continebatur Petrus debitor; Cum eoim
reciproca de linea ad lineam facile admittatur inter de-
scendentes Testatoris præsertim , quando filii primo loco 6
instituti ad inuicem substituuntur Altograd. *cons. 81. aum.
39. lib. 2.* Rota *decis. 465. num. 24. & dec. 472. aum. 16 par.
14. rec.* inducta censetur in præsenti ex ordine expresso , &
dispositione Testatoris , qui post reciprocam intet primo

Institutos, omnes etiam eorum descendentes in infinitum
ad inuicem, & indistinctè substituit Menoch. *cons.* 348.
num. 23. Rota cor. Eminentiss. Otthob. *dec.* 97. *nu.* 4 *&* 7.
& dec. 283. *nu.* 8 *par.* 13. *dec.* 472. *nu.* 6 *par.* 14. *rec. & in Bo-
non. Bonorum* 27. *Ian.* 1662. *§. quia ponderatis cor. Reueren-
diss. D. meo Albergato Decano* maximè attentis verbis infi-
nitatem, & perpetuitatem demonstratibus, non solum
8 in substitutione, sed in prohibitione alienationis, † &
conseruatione bonorum in familia, quæ ad inducendum
reciprocam linealem valde ponderatur à Rota *dec* 411. *nu.*
7. *& seqq. & decis.* 472. *num.* 9. *& seqq. par.* 14 *rec.* vbi con-
cordantes.

Constat etiam de identitate vineæ, & possessione Te-
statoris; Sufficerent enim ad hunc effectum leuiores
9 probationes, † immo præsumptiones, & coniecturæ, cum
simus in re non solum antiqua, sed antiquissima vltra cen-
tum annos ad *text. in cap. cum causam de prob.* & in termi-
nis Rota cor. Seraph *dec.* 462. *nu.* 8 *&* 9. *& dec.* 164. *nu.* 38.
par 6. *& dec.* 144. *nu.* 8 *par.* 9. *rec.* & tamen concludenter
probatur ex depositione trium Testium pluribus rationi-
bus scientiæ suffulta, vt in Summ. impresso fratrum de
Ciottis nu 2 qui licet deponant de auditu ab eorum Paren-
10 tibus, † nihilominus in re longe memoriam hominum ex-
cedente plenam probationem faciunt *glos. & DD. in l. si ar-
biter ff. de probat.* Alex *cons.* 187 *nu.* 16. *libr.* 2. Peregr. *de fi-
deicom. art.* 44. *nu.* 17. Fusar. *de substit. quæst.* 618. *nu.* 21. Rot.
dec. 861. *in fine pa.* 3 *diu. & cor.* Cocc. *dec.* 1975. *nu.* 17.

Nihil releuantibus variationibus, & contrarietatibus
eorundem Testium, quæ quatenus adessent, non respi-
11 ciunt substantialia, & sic non merentur attendi Rot cor.
Buratt. *dec.* 614. *nu.* 16. *& in rec. dec.* 173. *nu.* 8. *pa.* 13 & ali-
bi passim, tanto magis dum eorum depositio circa hanc
identitatem mirabiliter adminiculatur ex infrascriptis fa-
cti circumstantiis. Primò videlicet ex eo, quod post mor-
tem Sfortiæ fideicommittentis, illius filii, & hæredes pos-
sederunt vineam in loco vbi etiam à Testatore possideba-
tur, vt de visu testantur iidem Testes eodem Summ. *nu.* 2.
ideoque intrat præsumptio, quod ab hæreditate Patris pro-
12 ueniat † ex *txt. in cons.* Fulgos. 145. *passim approbato à* Pe-
regr *de fideic art.* 44. *nu* 20. Fusar. *de substit. quæst.* 618. *nu.*
45. *& à* Rota cor. sa. me. Greg XV. *dec.* 575. *nu* 9 *cor.* Mer-
lin. *dec.* 327 *nu.* 2. *& in rec. dec.* 144. *nu* 3. *pa.* 9. quod eo for-
tius procedit in casu nostro, vbi Testes per negatiuam co-
arctatam excludunt acquisitionem eiusdem vineę fieri po-
tuisse à filiis; Secundò ex inscriptione nominis Sfortiæ
Ciotti posita supra portam vineæ controuersæ, quam li-
13 dem Testes deponunt fideicommittenti solum conuenire
potuisse; Tertio ex adeptione possessionis eiusdem vineæ,
apprehensæ à Io: Ciotto substituto cum specifica mentio-
ne, quod esset fideicommissaria dicti Sfortiæ, quod mul-
tum ad hoc inseruire considerant Castr. *cons* 247. *nu.* 1. *vers.
& hec prob* *e in l b* 1. Rota cor. Coccin. *dec.* 120 *nu.* 2. *vers.
& hoc facit* Dunoz Iun *dec.* 891. *nu.* 4. Quartò ex deposi-
tione aliorum Testium, aliquorum scilicet pro Venturel-
lo ad reprobandum adductorum, aliorum ad perpetuam
rei memoriam examinatorum in Curia Marthæ anno
1633. super bonis à fideicommittente relictis, & reliquo-
rum coram A.C. met super statu hæreditatis fideicommis-
sariæ, vno ore concludentium, quod dicta Vinea est fidei-
commissaria, qui licet aliquas pati possent exceptiones,
14 benè tamen deseruiunt pro adminiculo Bart. *in l.* 2. *nu.* 25.
vers. nam Testis ff. de appell. recip Rota cor. Verall. *decis.*
208. *nu.* 6. *par.* 2. *cor.* Buratt. *dec* 648. *nu* 6. *& cor.* Bich. *dec.*
12. *nu.* 11.

Non obstat diuersitas mensuræ, & vocabuli considera-
ta in decisione, quæ reuidetur *§. nec minus* ex eo, quod
executio appareat facta super vinea operarum 300. posita
in Contrada le Mezzarie; Testes verò deponant de vinea
antiquitus operarum 100 hodie 150 circiter posita in Con-
trada la Camara, quo enim ad mensuram in operis 300.
15 non probatur ex enunciatiua facta ab Executore qui vti
habens nudi tantum facti ministerium Rota *dec.* 786 *nu.* 7.
cor. Buratt. fidem non meretur in eo, quod ad eius officium
16 non pertinet Rot. cor. san me. Greg. *dec.* 485. *nu.* 10. *& cor.*
Peuting. *dec.* 147. *nu.* 7. eoque minus dum contrarium ap-
paret ex mensuratione facta per publicos Agrimensores
referentes vineam esse operarum 140 circiter, diuersitati
autem vocabuli facile causam dedit, cohærentia alterius
prædii eorundem de Ciottis nuncupati sub vocabulo le
mezzarie, sub cuius appellatione contineri vineam exe-
17 cutatam opinari potuit executor, prout sæpe euenire te-
statur Rota cor Dunoz. Iun. *dec.* 609. *nu.* 11. ideoque dum
omnia particularia confinia relata à Testibus ad vnguem
concordant cum illis descriptis in Instrumento executionis
† vtique dictæ diuersitates non excludunt identitatem, 18
vt benè firmant Rimin. Sen. *cons.* 429. *nu* 4. *&* 9. *lib.* 3. Ce-
phal. *cons.* 98 *nu.* 22. *& seqq.* Petr. *de fideicom. art.* 12. *num.*
1371. Rota *rec. dec.* 118. *num.* 7. *vers. Quia vt fuit, & seqq.
par.* 5. *& cor.* Dunoz. Iun. *dec.* 609. *nu.* 7. *vers. Quo denique,
& seqq.*

Nec ad demonstrandum, quod vinea sit hæreditaria Pe-
tri attendi debent descriptio in Inuentario, aliæque enun-
ciatiuæ recensitæ in *§. fin. decisionis*, quæ reuidetur, quia
cum illæ emanauerit, vel ab eisdem Hortentio, & Anto-
nio minoribus, vel ab eorum Tutore minus legitimo, vti-
que contra illas militant responsiones superius adductæ.

Parum etiam refert exceptio melioramentorum facto-
rum à Petro debitore, super quibus saluari prætenditur
executio, cum enim hodierni Testes concorditer depo-
nant, quod terrenum erat fideicommissarium, & planta-
tio vitium partim à Christophoro, partim à Petro proces-
sit, hæc exceptio, allegari non meretur, nisi præcedenter
iustificetur, & distinguatur, quid, & quantum à quolibet
eorum melioratum fuerit, præsertim dum Petrus non pa-
rum deteriorauit vineam antiquam per constructionem 19
viridarij, & alios ornatus voluptuosos, quod damnum
compensandum esset cum melioramentis ad Text. *in l. si
nego in in fine ff. de neg gest.* DD. *in auth. si rem C. de Sacros.
Eccl.* Cort. Iun *cons* *fil.* 165 *num.* 14 Peregr. *de fideicomm. art.*
50 *num.* 79 Rot. coram Pen. *decis.* 1082 *num.* 6. *vers. quæ de-
ducebantur, & coram* Duran. *decis.* 338. *num.* 8.

Minus denique obstant detractiones, quæ prætendun-
tur competere Petro, aut enim agimus de illis, quæ præ-
tenduntur ex persona primorum hæredum eius Autho-
rum, & pleræque istarum non debentur, aliæ verò stanti-
bus defectu inuentarii, & alienationibus magni momen-
ti per eosdem hæredes factis eodem Summario impresso
num. 13 consumptæ præsumuntur donec contrarium ap- 20
pareat ad Text. *in l. Marcellus §. res quæ ff. ad S.C. Trebell.*
Rota coram Merlin. *decis.* 383. *num.* 13. *&* 16. *coram* Celsu
decis. 135. *num.* 9. & omissis generalibus contra creditorem
hæredis grauati Dunoz. Iun. *decis.* 681. *num. primo & seqq.
& in Romana Saluiani* 28. *Iunii* 1666 *§ fin coram* *bon. mem
Ansaldo*, aut agimus de detractione eidem compe-
tente ex propria persona pro recuperatione dotis maternæ
ex priuilegio *auth. res quæ C. commun. de legat.* & omissa
discussione quantitatis illius, respondere sufficit, quod Pe-
trus non solum fuit hæres matris creditricis, sed etiam Pa-
tris debitoris dictæ dotis, ideoque vel inducta fuit confu-
sio actionum extinctiua † crediti ex Text. *in l. si id quod* 21
mibi 22. *ff. de liber. leg. l. Vrsinius* 72. *ff. de fideiuss. & mandat*
Peregr. *consil.* 66 *num.* 7. *lib.* 4. vel præsumitur sibi de credito
dotis maternæ satisfecisse ex Text. *in l. si ei cui §. primo ff.* 22
de euict. Rota coram Greg. *decis* 67. *num.* 10.

Cæterum remouetur omnis difficultas ex eo, quod Pe-
trus debitor Venturelli pro cambio scut. 1000. contracto
de anno 1655. est etiam debitor eorundem fratrum de
Ciottis pro alio camb o sc 8000 contracto de anno 1653.
de tempore, quo ipse Tutorio nomine bona eorundem
fratrum administrabat, vt apparet ex partitis librorum Tute-
larium, in quibus non solum contractus cambij, sed etiam
solutiones fratrum adnotatæ leguntur manu eiusdem Pe-
tri, & ex mandato contra illius hæreditatem relaxato,
ideoque licet aliquæ detractiones illi competerent super 23
vinea in exequutionem capta, nihilominus præferendi es-
sent sępe dicti fratres creditores anteriores ex communi
regula Text. *in cap. qui prior.* 54. *de regul. iur. in* 6. *& in l.
creditor* 12. *ff. qui pot. in pign hab.* Bart. *in l. eam ex pluribus*
103. *num.* 2. *vers. si verò nullix ff. de solut.* Rota coram Cels.
decis. 323. *num.* 2. *& coram* Eminentissimo Otthobon. *decis.*
13. *num.* 22.

Et ita vtraque parte sub die 16. Ianuari pręteriti, hodie
verò fratribus de Ciotti tantum informantibus, &c.

R E-

REVERENDISSIMO D.

ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Mediolanen. Nullitatis Testamenti.

Veneris 21. Iunii 1675.

ARGVMENTVM.

Immissio fideicommissario ex contractu vocato conceditur, quia de suis requisitis concludenter docuerat, cui non obstare visum est, quod illius vocatio resultaret ab electione iuxta testatoris præceptum facienda ex vrna, quia cum alius fideicommissarius non compareat, qui illi successionem contendat, extractio per bussolam à testatore demandata facienda non erat.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum ex tenore illius dispositionis resultat.*

2 *sine Filiis quemlibet decessisse de iure præsumitur.*

3 *Immissio fideicommissario conceditur, docto de fideicommisso, & illius purificatione, quamuis illud constitutum sit in contractibus.*

4 *Fideicommissum fieri potest etiam in contractu, & suprà num. 1.*

5 *Testamentum in Vrbe rogatum à Notario non matriculato est nullum, tam ex statuto, quam ex Constitutionibus Summorum Pontificum.*

6 *Testamentum non exhibitum in Archiuio iuxta præceptum Constitutionis Vrbanæ remanet nullum.*

7 *Falsitas testamenti declarata in iudicio criminali, sufficit etiam in iudicio ciuili.*

8 *Suspicio falsi in ciuilibus habetur pro falsitatem.*

9 *Extractio consanguinei ex vrna iuxta testatoris præceptum ad effectum successionis non requiritur, vbi vnus tantum comparet consanguineus.*

10 *Fideicommissum vbi adest, excluditur successio ab intestato.*

11 *Testati causa existente, cessat causa ab intestato.*

DECISIO DLV.

PROSPICIENTES Co. Antonius, & Hieronymus fratres de Figinis conseruationi Bonorum in propria familia, & agnatione, constituerunt super eis per contractum inter viuos perpetuum, & reciprocum fideicommissum inter eorum Descendentes masculos, eisque non extantibus reseruarunt primo ex dictis Contrahentibus decedenti, & eo negligente, alteri superstiti facultatem eligendi hæredem cum onere perpetui fideicommissi descensiui, & assumendi cognomen, & insignia dictæ familiæ de Figinis. Qua electione non facta voluerunt bona cum eisdem oneribus deuenire ad filios descendentes masculos Equitis Iacobi de Figinis, eisque non extantibus demandarunt poni in vrna nomina cuiusuis Primogeniti, seù natu maiores masculi legitimi, & naturalis omnium, & singularum familiarum de Figinis ciuiliter, ac de proprio (sunt verba instrumenti) absque exercitio vel vlla arte mecanica in Ciuitate Mediolani viuentium, & quod forte extrahatur vnus ex ipsis Primogenitis, vel natu maioribus, ad quem omnia bona, vt supra perueniant eo modo, & forma, & cum eodem fideicommisso, ac gradibus substitutionum de quibus supra, &c. Addita insuper pro obseruantia prædictorum hypotheca generali bonorum, & obligatione Camerali aliisque latius in Instrumento dato *Summ. nu. 1.*

Defunctis fideicommittentibus Cæsar Ricciardellus sub prætextu, quod fuerit nominatus à Hieronymo in quodam supposito Testamento, occupauit omnia bona, & è contra prætendente Sfortia de Oddis sibi, vti proximiori deberi successionem ab intestato, indeque orta lite inter eosdem coram A. C. comparuit ad exclusionem vtriusque Octauius de Figinis, de cuius Iuribus licet ad causam admissi, idem A. C. nulla habita ratione pronunciauit, Testamentum exhibitum à Ricciardello esse inualidum, & concessit immissionem Sfortiæ, sed per appellationem ab eodem Ricciardello interpositam, deuoluta causa ad Rotam, instante Octauio proposui Dubium: An eidem sit danda immissio affirmatiue hodie per Dominos resolutum.

De existentia enim fideicommissi † constat ex tenore 1
contractus mox relato, illius vero purificatio resultat ex
obitu tam fideicommittentium, quam Equitis Iacobi successiue vocati sine filiis, † prout de iure præsumitur Rota 2
decis. 65. num. 6. par. 9 rec. & coram Dunoz. Iun. *decis. 862. num. 3* & quod Octauius sit Primogenitus, & nobilis, indeque habeat qualitates à fideicommittentibus requisitas
patet ex iuribus datis in *Sum. nu. 4. & 5.* † quibus omnibus 3
concurrentibus non potest dubitari, quin ipsi debeatur.
Immissio, etiam si fideicommissum constitutum fuerit † 4
in contractu iuxta obseruantiam Rotæ, de qua testatur Seraph. *dec.* 888. *nu.* 1. & dictum fuit *in rec. dec.* 323. *nu. 1. part.* 12.

Neque prædicta fideicommissi purificatio impediri valet vel ex nominatione, quæ supponitur facta in testamentaria dispositione Hieronymi in personam Ricciardelli, vel ex eo, quia Octauius non appareat electus per extractionem ab vrna demandatam à fideicommittentibus.

Supposita enim nominatio corruit nedum, quia Testa-
mentum, in quo ea emanauit est nullum, † tum quia 5
apparet rogatum in Vrbe à Notario non matriculato contra Constitutionem 15. §. 6. Iulii II. confirmatam à sanct. me. Vrbano VIII. in erectione Archiuii iuxta bandimenta tunc publicata eodem *Summ. num. 7.* & contra Statutum Vrbis *lib. 1. cap. 31.* vt obseruat Rota *in rec. decis. 119. à nu. 1. ad 5. & ibi* Adden. *nu. 12. & seqq. par. 4 tom. 2. & dec. 61. à nu. 8. ad finem par. 8.*

Tum quia non fuit exhibitum † in eodem Archiuio 6
prout disponit Constitutio Vrbana eadem Rota *decis. 73. nu 20. par. 11. recent.*

Verum etiam, quia in iudicio criminali fuit declaratum
falsum per sententiam desuper latam; † Ex qua sufficeret 7
posse desumi suspicionem falsi, † quæ in ciuilibus pro fal- 8
sitate habetur Rot. cor. bon. mem. Card. Cels. *dec. 21. nu. 15. & dec. 280 nu. 14.*

Electio vero facienda per extractionem ex vrna non est in præsenti casu necessaria, quia dum non comparent, neque existunt alii Primogeniti, seù natu maiores, Octa-
uius absque alia extractione † habetur pro electo Menoch 9
cons. 1226. per tot. Cyriac. *controu. 56. nu. 1. cum seq.* Tondut. *resol. ciuil. 51. nu. 26. &* Rot. *dec. 150. num. 5. & 6. post* Torr. *de pact. futur. success.*

Constito igitur ex his de purificatione fideicommissi ad
eius fauorem, exclusio Sforziæ de Oddis prætendentis suc- 10
cedere ab intestato, remanet clara, quia causa testati † 11
cessare facit causam intestati *l. quamdiu ff. de acquir. hæred.* & Rot. cor Peuting. *dec. 469 nu. 3.*

Et ita Octauio tantum informante aliis pluries citatis decisum fuit.

REVERENDISSIMO D.

ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana, seù Albanen. Bonorum.

Veneris 7. Iunii 1675.

ARGVMENTVM.

Euictionem à nominante deberi prætendebatur in contractu per eum inito pro persona nominanda, illum tamen neque de iure, neque ex conuentione obligatum esse deciditur, quia nominatione sequuta, perinde est ac si nominatus ipse à principio contraxisset, promissio verò euictionis facta cum clausula ex dato, & facto suo, operare non poterat, quod ille teneretur liberare nominatum à molestiis præstitis à creditoribus venditorum.

SVMMARIVM.

1 *Contractu inito pro persona nominanda, nominatione sequuta, nominans remanet liberatus à quocumque onere, & obligatione, perinde ac si nominator à principio contraxisset, & numer. 22. ac per totam.*

2 *Nominans in contractu inito pro persona nominanda, nominatione sequuta, non tenetur præstare euictionem prouenientem à creditoribus venditorum.*

3 *in Contractu inito pro persona nominanda, noua onera & obligationes adiici non possunt, & vide nu. seqq. & nu. 9.*

4 *Nominans in contractu inito pro persona nominanda, potest augere pretium, si facit melioramenta, vel aliud eidem contractui superaddidit.*

6 *Nominans in contractu inito pro persona nominanda potest sibi retinere fructus, si pretium persoluit.*

7 *Emptor contra æquitatem l. curabit non potest frui re, & pretio.*

8 *Nominans potest differre nominationem contractus initi pro persona nominanda ex facultate sibi reseruata.*

Verbum quandocumque, comprehendit omne tempus nu. 8.

9 *Consensus partium facit cessare omnem contrariam legis prouisionem.*

10 *Contractus initus pro persona nominanda, quando nominatione cum aliqua alteratione sequuta, nouus vel idem dicatur, & supra à numer. 3.*

11 *Coniecturæ non habent locum in claris.*

12 *Nominans potest de consensu nominati apponere noua onera, & obligationes in contractu inito pro persona nominanda, & supra numero 9.*

13 *Contractus talis esse censetur, qualis à partibus fuit denominatus.*

14 *Adiectiuum vniuersale* tutti *recipit interpretationem à verbis antecedenter expressis.*

15 *Verba continuatiuè apposita ad orationem præcedentem referenda sunt.*

16 *Nominantem in contractu inito pro persona nominanda, se de euictione obligari ex dato, & facto suo, non repugnat eidem contractui, & supra num. 5.*

Dictio in oltre *denotat orationem à prima diuersam num. 16.*

17 *Obligationem tacitè comprehensam, non implicat postea ad maiorem declarationem claris verbis explicari.*

18 *Euictioni generaliter promissæ superfluum, & ineptum est aliam superaddere particularem ex dato, & facto suo.*

19 *Dolus resultat ex taciturnitate eorum, quæ explicari debuerant.*

20 *Euictio, quæ alias non deberetur, præstari omnino debet ratione doli commissi.*

21 *Nominans in contractu inito pro persona nominanda, non tenetur certiorare nominatum de qualitatibus eiusdem contractus, vel bonorum illius & num. 22.*

22 *Nominatus in contractu inito pro persona nominanda perinde in omnibus reputatur, ac si ipse à principio contraxisset, & supra à nu. 1. & per totam.*

DECISIO DLVI.

POST binam propositionem huius Causæ per appellationem à Sententia A. C. ad Rotam deuolutæ resolutum fuit constare de bono Iure Magdalenæ; Cum enim ipsa emisset bona, de quibus agitur à fratribus de Eschinardis pro persona quandocumque nominanda, & deindè post sexennium per apocham priuatam successiuè redactam in Instrumentum publicum, nominauerit in locum suum Aloysium Benedellum; † Inde sequitur per 1
huiusmodi nominationem eam liberam remansisse à quocumque onere, & obligatione, perinde ac si idem Aloysius ab initio emisset, iuxtà firmata per Coston. *de retroract. cap. 8. cas. 26.* Noguerol. *alleg. 11. numer. 89. & seqq.* & per Rotam coram Mantich. *decis. 336. sub num. 1. versic. & post factam declarationem, & coram bon. mem.* Cardinali Celso *decis. 377. numer. 7. & seqq.* & per consequens non teneri præstare aliquam euictionem, seù liberationem à molestiis, † à creditoribus venditorum quomodolibet in- 2
ferendis, vt in specie aduertit Burgund. *de euict. cap. 29. nu. 8 vers. & proindè emptor*, & colligitur ex deductis per Fabr. *in Cod. lib. 4. tit. 34. definit. 1. in fine.*

Neque ad ostendendum hunc contractum fuisse potiùs nouam venditionem, quam nominationem in executionem præcedentis suffragari visa sunt Dominis argumenta, & coniecturæ in contrarium adductæ, nimirum augmentum pretii à scut. 8608. ad sc. 12. mil. promissio de euictione facta à nominante, fructus annorum sex eidem adiudicati, & denique nominatio facta post sex annos, quæ omnia repugnante contractui nominationis faciendæ infra annum, † & in quo noua onera, & obligationes 3
adiici nequeunt, tradiderunt Dec. *cons. 543. nu. 4. & seqq.* Rim. Iun. *cons. 391. nu. 21. & 22.* Cencer *var. resol. pa. 1. c. 11. sub nu. 68 vers. sublimitat idem* Faber *in cod. d. lib. 4. tit. 34. definit. 1. à nu. 9. ad fin. & definit. 8. nu. 10. & 11.* Neg. *de Laud. to. 2. quæst. 22. nu. 63. & seqq.* Rota cor. Greg. *decis. 227. nu. 3.*

Quia præterquam respectu augmenti pretii † dicebatur 4
illud processisse ex mobilibus, fructibus pendentibus, & melioramentis additis in hoc secundo contractu, & non comprehensis in prima venditione, & quoad alia perpendebatur, promissionem de euictione restrictam ex infra dicendis ad illam prouenientem ex dato, & facto suo, † 5
non repugnare nominationi, vt obseruat Faber. *d. tit. 34. definit. 1. circa finem*, adiudicationem verò fructuum in fauorem Magdalenæ, quæ pretium soluerat, fuisse necessariam, † ne Aloysius contra æquitatem *l. curabit C.* 6
de act. empt. frueretur re, & pretio, & denique nominationem potuisse differri † ad sexennium ob facultatem sibi 7
reseruatam eam *quandocumque* † faciendi omne tempus 8
comprehendentem, Alciat. *cons. 100. nu. 3. lib. 9. &* Fusat. *cons. 183. nu. 3.*

Insuper responsum fuit, quod aut prætenditur in contractu nominationis non potuisse à nominante addi noua onera, & obligationes in præiudicium nominati, cui ex præ-

præcedenti venditione fuit ius quæsitum, in quibus ter-
minis loquuntur Decius, & Rot. coram Gregor. & tol-
litur obiectum ex consensu tali additioni præstito ab
9 Aloysio, † qui cessare facit omnem contrariam legis pro-
uisionem, Corbul. *de iur. Emphyt. lib. 3. cap. 56. sub nu. 23.*
vers. a. & particulariter, & Capon. *contr. 8. art. 3. n. 27.* &
Rota coram Merlino *dec. 85. n. 13.*

Aut verò prætenditur ex dictis argumentis, & conie-
cturis deduci fuisse celebratum contractum nouæ emptio-
10 nis, & venditionis, † & assumptum forsan procederet, si
quæstio versaretur cum Domino directo, vel Gabellario
prætendentibus illum fuisse simulatè celebratum per
viam nominationis ad euitandam solutionem Laudemij,
seù Gabellæ; in quibus terminis loquuntur omnes exad-
uerso allegat; Vel in casu, quo verba contrahentium
essent adeo dubia, & congruè referri possent ad vnam, vel
alteram speciem contractus; At cum in præsenti facti spe-
cie controuersia agitetur inter nominatum, & Magdale-
nam nominantem, & illa præuia narratiua emptionis
præcedenter factæ pro se, & persona quandocumque no-
minanda, declarauerit velle nominare, & ponere in lo-
cum suum Aloysium, qui hanc nominationem, & bona
ex hoc titulo expressè acceptauit, vt in apocha data in
Summ eiusdem *num. 1.* cessanti omnia argumenta, & co-
11 niecturæ in contrarium † deductæ, quæ in clatis non ha-
bent locum, vulg. *l. ille, aut ille ff. de leg. 3.* & dum nullo
12 iure prohibetur nominantem † posse de consensu nomina-
ti apponere noua onera, & obligationes, intrat alia iuris
13 regula, talem censendum esse contractum, qualis à par-
tibus fuit denominatus; Natt. *cons. 49. n. 14.* Menoch. *cons.*
372. n. 1. Dec. *cons. 35. n. 9.* Gabr. *cons. 84. n. 2. cum seqq. lib.*
2. & Tondut. *resol. ciuil. 79. n. 1.*

Posito igitur Magdalenam non teneri de euictione ex
natura contractus, frustra de ea teneri contendebant scri-
bentes pro Aloysio ex conuentione inita in apocha supra-
dicta, ibi: Acciò restino li sudetti beni tutti liberi, & im-
muni da tutti li suddetti debiti, come qui espressamente si
conuiene, con obligo di mantenerli tali, & in pacifico pos-
sesso, e quiete, e liberarlu da ogni lite, e molestante per-
sona, che venghino dal suddetto effetto ad ogni sua spesa
&c. & in oltre vuol essere tenuta, & obligata la detta Sig.
Madalena a tutti li danni, spese, & interesse, che per
fatto, causa, e dato proprio potesse patire il medesimo
Sig. Luigi in detti beni, e parte di essi da' suoi creditori
&c. Quasi prima obligatio sit de facto generaliter alieno,
& secundo de proprio.

Tota enim lege conuentionis inspecta, contrarium vi-
sum est Dominis in principio, namque Apochæ dicitur:
Che hauendo la Signora Madalena comprate per sè, e
per la persona da nominarsi quandocumque tutti li beni
&c e volendo nominare, e porre in suo luogo il Sig. Luigi
&c. quale si è offerto pagare scudi 12. mila contanti alla
medesima Signora, delli quali essa Sig debba pagare tutti
i debiti, che hà con diuerse persone, con riportare la ces-
sione di ragione translatiua à fauore di d. Sig. Luigi, e quel
che più, che auanzerà al pagamento di dd. debiti farne
cessione di ragione per li suoi crediti dotali &c. Ex quibus
cum nequeat controuerti partes voluisse ab initio eroga-
ri pretium scutorum 12 mil. in extinctionem dumtaxat
debitorum Magdalenæ: & inferius idem dicatur per ver-
ba repetitiua, vbi: Conuenendosi, che per il pagamen-
to delli sudetti debiti debba intimarsi al medesimo Sig.
Luigi il giorno, e l'hora, che dourà farsi, acciò possa in-
teruenirci; dichiarandosi, che se la Signora Madalena si
compiacesse d'hauere per l'entrante quantità delli scudi
12. mila tanti luoghi de' Monti &c debba il Sig Luigi con-
segnarli &c. per douersi risegnare per quella quantità de'
beni, che si doueranno estinguere come sopra, in se
patet verba immediatè subsequentia: acciò restino li det-
ti beni tutti liberi, & immuni da tutti li debiti: Intelli-
genda esse de debitis speciei supra expressæ, à qua adie-
14 ctiuum vniuersale, *tutti* † interpretationem recipere de-
bet, iuxtà Text *in l. sed etsi moueatur 13. & ibi gloss. ff. pro*
soc. Surd *cons 34. num 39* & benè ad rem Rota coram Se-
raph. *dec. 587. n. 1. in fine*, & coram Eminentiss Otthobo-
no *dec 190. nu. 2 & 3.* cum alijs ibi relatis: & tamquam
appositum continuatiuè ad orationem præcedentem de
15 solis debitis proprijs loquentem, † ad illam referri
debet, vt post Bart. & Dec aduertit Rot coram Se-
raph. *decis. 610. numer. 4. & 5.* Alia autem verba: E
liberarlo da ogni lite, e molestante persona, restrin-
guntur, & declarantur ex illis subsequentibus: che
venghino dal sudetto effetto, nempè a debitis supra
expressis.

Et hic intellectus eo facilius est admittendus, quia
non aduersatur naturæ contractus celebrati, prout aduer-
saretur promissio de euictione proueniente ex debitis
venditorum, iuxta deducta ab ipsis Scribentibus pro
Aloysio.

Neque subsistit ex promissione subsequenti, ibi: & in ol-
tre vuol essere tenuta &c. a tutti li danni, spese, & inte-
ressi, che per fatto, causa, e dato proprio potesse patire il
Signor Luigi &c. tamquàm diuersa à † prima per illam di- 16
ctionem, in oltre, ex Rota coram Coccino *decis. 1645*
numer. 8. non obscurè desumi primam fuisse generalem
respectu euictionis aliunde, quam ex facto proprio resul-
tantis.

Quia verum est secundam esse diuersam à prima, sed
in eo dumtaxat, quod vbi in prima Magdalena simpliciter
promiserat liberare Aloysium à molestijs per suos credito-
res inferendis, eumque manutenere in pacifica possessio-
ne bonorum, in secunda voluit vlterius teneri ad omnia
damna, expensas, & interesse, ex eadem causa patien-
da; non enim fuit incongruum, & superfluum, quod
etiamsi huiusmodi obligatio forsan dici posset tacitè com-
prehensa sub antecedenti promissione, † ad maiorem de- 17
clarationem, & ad tollendas omnes dubitationes, & lites
claris verbis explicaretur, vt obseruat Rota cor. Merl. *dec.*
22. n. 12. & 13. & coram Eminentiss. Otthob. *dec. 244. nu.*
24. Prout omnino superfluum, & ineptum fuisset post ge-
neralem obligationem euictionis ex quibuscumque debitis
† prouenientibus, addere per viam ampliationis aliam 18
particularem ex dato, & facto proprio in superiori promis-
sione, tàm ex verbis generalibus, quàm ex toto contex-
tu apochæ explicitè comprehensa.

Denique non obstare Magdalenam tacuisse euictiones,
seù molestias iam passas de tempore nominationis super
aliquibus ex dictis bonis, nempè à Sauo Porcario super
Vinea, & ab hæredibus Cardinalis de Plattis super Do-
mo, & aquis in Viridarium defluentibus; Vnde deduce-
batur eadem ratione † doli emanantis ab hac taciturni- 19
tate, teneri de euictione, † etiamsi alias ex pacto non te- 20
neretur, per Text. *in l. tenetur 6. §. final. ff. de act. empt.*
Alex. *cons. 14 n. 9. & 10. lib. 5.* Surdus *cons. 145. n. 9.* Mangil.
de euict. qu. 29. n. 16. & Rota coram Pæn. *dec. 489. n. 5.*

Quia obiectum procederet, si ageretur contra vendito-
rem ex natura contractus obligatum certiorare emptorem
de omnibus qualitatibus rei venditæ, in quibus terminis
loquuntur in contrarium † adducti: At in casu præsenti, 21
in quo Aloysius acceptando bona per viam nominationis,
† assumpsit vices primi emptoris, perinde ac si Magdalena 22
tamquam simplex mediatrix ab initio interuenisset, &
nominatim pro ipso Aloysio cum pactis in apocha expres-
sis emisset, ex allegatis in principio decisionis, frustrà con-
tendit debuisse certiorari de oneribus bonorum, ad quæ ipsa
nominans vti prouenientia, ex facto venditorum, neque
ex natura contractus, neque ex particulari conuentione
tenebatur.

Et ita, relecta aliorum articulorum decisione ad aliam
disputationem, censuerunt Domini circa præmissa con-
stare de bono iure Magdalenæ, vtraque Parte informante.

R. P. D. VICECOMITE.

Regien. Consortij.

Veneris 21. Iunij 1675.

A R G V M E N T V M.

Qualitates requisitas habens præcipiebatur
in Consortium admitti; Cumque illæ
consisterent in habitatione, incolatu,
& quod recipiendus habuisset ortum à
parentibus comitatensibus, hæc omnia
concurrere visa sunt, quia incolatus,
& habitatio non fuerunt amissa per ha-
bitationem in alio loco sequutam, si
semper domus, & familia inibi sunt
retenta, Parentes verò erant Comita-
ten-

R. P. D. RONDININO.

Camerinen. Fideicommissi.

Veneris 21. Iunij 1675.

ARGVMENTVM.

Sub conditione, *si sine filijs*, etiam fœminas comprehendi deciditur, quibus licet regulariter dicatur solum præseruata intestata successio, tamen vbi agitur de excludendo patruos, vel eorum filios, illæ semper dicuntur esse vocatæ, maximè in dispositione ascendentis, & Aui, quia illas propter patruos remanere exclusas à successione proprij parentis, ius, & æquitas non suadent.

SVMMARIVM.

1 *Fœminæ comprehenduntur etiam in substitutione facta ab auo, si filius sine filijs decesserit.*

2 *Clausula* & si omnes decesserint sine filijs *post plures substitutiones adiecta, resoluitur in vltimum decedentem sine filiis.*

3 *Filias à successione patris excludi à patruis, vel eorum filiis ius, & æquitas non permittunt.*

4 *Masculi præferuntur fœminis ex vniuersali dispositione statutorum fere totius Italiæ, in concursu tamen fratris, non autem patrui.*

5 *Statutum Camerinense* lib. 2. rubr. 119. *excludit fœminas, etiam propter patruos.*

6 *Statutum Camerini* lib. 2. rubr. 119. *exclusiuum fœminarum procedit ab intestato, non autem in causa testati.*

7 *Statutum Camerinense* lib. 2. rubr. 119. *excludens fœminas propter masculos habet locum supposita dotatione, alias non procedit.*

8 *Neptes comprehenduntur sub conditione* si sine filijs *ad exclusionem substituti ad effectum vt eis præferatur legitima successio parentum.*

9 *Neptes in conditione positæ si filius sine filiis decederet, in defectum masculorum admittuntur ad integram hæreditatem etiam ex portionibus patruorum conflatam.*

10 *Testator si pluribus filiis institutis sub conditione* si sine filijs, *vlterius dixit*, & si omnes decesserint sine filijs, *an vnam vel plures dispositiones fecisse dicatur, & sup. à num. 2.*

11 *Substitutiones plures fuisse factas aliud est, aliud verò quod fiat digressus ad plures casus substitutionum.*

12 *Filiis pluribus institutis sub conditione* si sine filijs, *potest primus, & secundus non esse grauatus restituere filiabus, benè tamen vltimus, & quando sup. à num. 3.*

13 *Conditione non euenta, non est agendum de iis, quæ contigissent, si illa euenisset, sed solum omnes casus subsequentes euanescunt.*

DECISIO DLVIII.

PRO comprehensione Olimpiæ sub conditione, *si sine filiis*, in vltima dispositione Petri Vgolini de Ar-
1 restis ipsius † Aui, iuxtà indubitatam Iuris regulam *in l. si quis ita 16. ff. de testamentar. tutel. & in l. si ita scripsero 46. ff. de legat. 2.* iterum DD. responderunt confirmando decisiones in hac causa editas 27. Aprilis, * & 5. Decembris 1674. coram me

Neque vt à regula recedamus, adest vel expressa litera Testatoris, vel eius mens ex coniecturis subintellecta, quia quoad literam Testamenti Petrus Vgolinus quatuor filijs institutis simpliciter, & indefinitè substituit superuiuentes, vel illorum filios sub nuda conditione, si aliquis decederet sine filijs, & quamuis addiderit postea, *Et si omnes decesserint sine filijs, vt supra masculis*; adhuc tamen non intellexit copulare, & coniungere sub illa dictione, *omnes*, quotquot superius expresserat, indicando, quod in priori conditione si sine filijs, intellexe-
rat quoque de masculis, quia clausula illa, † *& si om-* 2
nes, intelligitur in præsenti casu, non secus ac si Testator dixisset, & si vltimus, quia cum in primo gradu substitutionis contineri non possit quartus ex filijs institutis, cui restituere illi debent, cùm alij restituere debeant ipsi, non autem ipse alijs, ita pariter verba illa, *& si omnes decesserint sine filiis*, inchoatiua secundi gradus substitutionis, licèt per modum cuiusdam aptitudinis comprehendant potentialiter omnes quatuor filios institutos, quia quilibet ex illis poterat esse primus, vel vltimus in ordine moriendi, in actu tamen, & realiter in primo gradu comprehenduntur primi tres filij, qui prædecederent, atque in secundo gradu clausula illa, *si omnes*, resoluitur in vltimum ex quatuor institutis decedentem, vt benè declarant Soccin. Iun. *cons. 100. num. 37. vol. 3.* Rot. *rec. part. 1. dec. 116. num. 3. 7. & 10. & part. 4. dec. 82. num. 4. & par. 5. dec. 477. num. 3.* & in decisionibus huius causæ.

Huic autem intellectui conformis est ratio diuersa inter vnam, & alteram substitutionem, in quarum prima Testator noluit substituere filium superuiuentem, vel eius masculos, nisi aliquis ex filijs institutis decederet sine filijs, hoc est masculis, & fœminis, quia vt notissimum
est in successione proprij parentis † ius, & æquitas non per- 3
mittunt, vt filiæ excludantur à patruis, vel ab eorum filijs, quod non est in altera substitutione, in qua Testator non poterat substituere filias fœminas ex institutis, nisi omnes nepotes superuiuentes substituti decederent sine filijs masculis, quia istis remanentibus in concursu filiarum, prælatio debetur in portione proprij parentis, iux-
tà Statutum Camerinen. † & ferè totius Italiæ hanc præ- 4
lationem masculis concedentis in portione proprij parentis, & in concursu fratris, non autem in concursu patrui, vel eius filiorum, vt pro correctione Textus *in l. maximum vitium, C. de liber. præter. & in §. 1. Auth. de trient. & semiss.* Ruin *cons. 154. nu. 3. vol. 2.* Surd. *dec. 84. nu. 9.* Seste *dec. 362. n. 46.* Rot. coram Cocc. *dec. 294. nu. 5* & meliùs *in rec. par. 9. dec. 133. n. 17. & seqq.* cum alijs in decisionibus huius causæ.

Et quamuis Statutum Camerinen. † *lib. 2. rubr. 119.* ex- 5
cludat fœminas etiam propter patruos, adhuc non proce-
dit in casu, in quo intercedit Testamentum, † quod cla- 6
rè Statutum præseruat loquens solum in causa intestati, vt in §. *& si d. mulieris in fin.* ibi: Saluo *in omnibus, & singulis dd. casibus in præsenti Statuto contentis, & quolibet eorum Testamento, & vltima voluntate prædictorum*, prout etiam in proposito probant Ancharan. *cons. 300.* Marescot. qui loquitur de Statuto Camerinen. *lib. 3. resol. 11. num. 28.* Rot. coram Dunoz. Iun. *dec. 74. n. 22. & dec. 630. num. 6.* & meliùs in *rec. par. 5. dec. 317. n. 17. & seqq.*

Cum præsertim Camerinen. Statutum procedat suppo-
sita dotatione, † ac ideò considerari non possit in præsen- 7
ti casu, in quo Olimpiæ nepti, neque dos legata fuit ab Auo, neque ipsa successionis tempore erat dotata, prout super hac ipsa Rubrica admiserunt, & probarunt Dec. *cons. 189.* Ruin. *cons. 16. vol. 3.* Curt. Iun. *cons. 150.* Thomat. *decis. 187* & in decisionibus huius causæ *coram Reuerendiss. D. meo Decano, & coram me.*

Non etiam ex coniecturis Testatoris mens subintellecta elici potest, quia neque ex exclusione propriarum filiarum, neque ex vocatione neptum in inferiori parte Testamenti, neque ex mentione masculinitatis, neque ex Statuto Camerinen. vlla sumi potest coniectura, vt in præteritis *decis. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & coram me*, in quibus latè satisfactum argumento iterum inculcato, quod filiæ habeant separatam vocationem post omnes filios, & nepotes, quia cùm agitur de diuerso modo successionis, nihil repugnat, vt neptes
comprehensæ sint sub illa conditione, *si sine filiis*, † 8
ad exclusionem substituti ad effectum, vt eis præferatur legitima successio parentum, iuxtà *Text. cum sua glos. in d. l. Lucius, ff. de hæred. instit.* Atque eædem po-
stea in defectum masculorum quatenus sine filijs † 9
decedant, expressè vocentur ad remanentem hæreditatem ex portionibus patruorum conflatam, vt benè explicat

plicat Rota coram Vbald. *decis. 10. numer. 2. & 4. repetit. in rec. part. 1. dec. 316.* & coram Pænia *dec. 1553. a. n. iancto num. 6.*

Quinimò adsunt præsumptiones in contrarium tam ex omissione prohibitionis realis in res ipsas directa, ex neglecta conseruatione agnationis, ex nullo digressu ad plures gradus substitutionum, quàm etiam ex prælatione ipsarum filiarum ante cippum Domus, quod est clarum argumentum pro neglecta agnatione, & pro iudicanda mente Testatoris, qui seclusis omnibus coniecturis perpetuitatem fideicommissi suadentibus, noluit egredi vnum casum substitutionis, & cogitauit solùm de primis hæredibus, non vltra cogitando, sequentes solùm gradus adijciens in casu, in quo priores non verificarentur gradatim disponendo, vt vnum hæredem tandem sibi faceret per continuam vulgarem à priori conditione pendentem, ad terminos Textus *in principio instit. de vulgari, & in l. 1.* vbi communiter Scribentes *ff. illo eodem tit.* vt distinguendo, cùm fit digressus ad plures casus substitutio-
11 num ab hoc casu, † in quo fiunt plures substitutiones, Gabriel. *cons. 93. num. 43. vol. 2.* Giouagn. *cons. 82. num. 22. vol. 1.* Cancer. *var. resol. par. 1. cap. 1. nu. 133.* Criuell. *dec. 125. n. 62.* Rot. *rec. par. 9. dec. 401. num. 18. & 19.* Cocc *dec. 294. nu. 12.* Card. Cels. *dec. 145. num. 17. & 18. & in celebri Auximana prætensi Fideicommissi 29. Nouembris 1666. §. digressus, & in Interamnen Fideicommissi 28. Martii 1667. §. & licèt prætendatur coram Eminentissimo Carpineo Prodatario, & in Romana Fideicommissi de Vellis 24. Aprilis 1671. §. sed quia coram me.*

Hinc non obstat absurdum in hac dispositione consideratum, si hic intellectus admitteretur, quia nempè pri-
12 mus, & secundus ex institutis, ac etiam tertius † grauati non sint restituere proprijs filiabus, quibus est præseruata successio ad totum, *Text. cum sua celebri gloss. in l. Lutius, ff. de hæred. instit.* sed solum vltimus, fœminis restituere grauatus longe maiori, & inæquali onere, quia si iste est grauatus restituere filiabus, alij sunt grauati restituere ipsi, & sic grauamen cum commodo compensatur.

Præterea cessat hoc absurdum vna cum alio, quod nempè euenire posset, quod superextante aliquo nepote ex prioribus filijs institutis vltimus grauatus, fœminis solùm, & non isti restitueret, quia præmisso, quod absurdum non videbatur filiam succedere patri, excluso nepote masculo ex fratre, dum nun fuit habita ratio agnationis, hæc omnia absurda procedunt, complicando omnes gradus substitutionum tamquam per fideicommissariam, quæ cum non adsit in hoc casu, sed simplex vulgaris continuata per plures gradus cessant omnia absurda, quæ pendent à priori illa dispositione si sine filijs, sub qua facta fuit sequens substitutio, quia cum non euenerit iste casus eo; quod Angelus cum Olimpia decessit, non est agendum de ijs, quæ contigissent,
13 si, hæc conditio euenisset, † quæ cum non euenerit, omnes casus subsequentes euanuerunt, *l. si mater 33. §. si filius, & l. qui habebat 47. ff. de vulgar.* Clar *§. test. quæst. 79. num. 3. cum alijs apud* Peregr. *de fideic. art. 29. num. 36.* & benè consuluit Alexan. *cons. 139. num. 3. vol. 6.* & perpetuò dixit Rot. *in rec. part. 1. dec 486. num. 9. & part. 9. dec. 425. num. 15.* Butatt. *dec. 820. num. 4.* Bich. *dec. 297. num. 19. & dec. 342. numer. 7. & in d. Auximana prætensi fideicommissi 29. Nouemb. 1666 §. digressus, coram Eminent. s. Carpineo Prodatario, & in d. Romana fideicommissi de Vellis 24. Aprilis 1671. §. inefficax coram me,* & doctè in proposito sequendo hanc decisionem tentum fuit *in Bononien fideicommissi de Pasiis 28. Ianuarii 1672. §. fin. coram R. P. D. meo Emerix.*

Et ita causa ab omnibus DD. visa, vtraque Parte informante &c.

Omnes decisiones factas in hac causa concordauimus supra tomo primo istius decimæ octauæ partis in calce decis. 381.

R. P. D. TAIA.

Tusculana Villæ.

Veneris 21. Iunii 1675.

ARGVMENTVM.

Assignata portione domus, seù Palatij Condominis, alteri fuit iniunctum onus commodandi vni certam partem, donec ille suam portionem perficeret, cumque in controuersiam deduceretur, cuius essent mansiones portioni commodatæ cohærentes, illius esse deciduntur, cui supradicta portio commodata erat, ea ratione, quia non aliud, quam mansiones controuersæ perficiendæ remanebant.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura à partibus approbata, de facili etiam à iudice comprobatur.*

2 *Verba in diuisione apposita* due stanze da finire, *non possunt verificari, in eo, quod nihil perficiendum erat.*

3 *Commodata portio in diuisione domus expressa, donec socius suam portionem perficiat peraccesse verificatur in eo solum, quod perficiendum erat.*

4 *Verba* attaccata alle due stanze, *intelliguntur de ea parte, cui propriè adhærent, non autem de superiori cui non adherent.*

5 *Verborum relatio ad proximè enunciata facienda est*

6 *Expensæ factæ à socio habente portionem diuisam, & indiuisam, pro qua portione facta intelligendæ sint.*

7 *Portio iudicatur communis ex confessione partis, illam pro commune habere declarantis.*

8 *Ædificium factum super portione alterius ex condominis, quatenus veniat destruendum.*

9 *Ædificans si satis dederit de opere destruendo, ædificium destruere tenetur postquam iudicatum est, non iure fuisse ædificatum.*

DECISIO DLIX.

DOMINI steterunt in decisis 18. Iunij & prius 19. Ianuarij 1674. iuxtà modum infrascriptum ad ea, quæ vnicè, vel maximè controuersa restabant, videlicet DD. de Manfronijs confirmando assignatas duas stationes, siue mansiones, & schalam eisdem præcipuis rationibus iam deductis, & de Griptis illam sub Palatium, illam verò ad fontem, siue Piscinam, statuendo communem, & mansiunculas super tabulatum, Aulæ DD. de Piccolomineis destruendas.

Et quia de dd. mansionibus, la Guardarobba, & alia
super ea iam Liuiæ fuerint assignatæ in scriptura † qua- 1
dragenaria à partibus approbata, & à DD. comproba-
ta, *Due stanze di sopra da finire* &c. † quæ non possunt 2
alibi verificari, quia in consignatione, seù appartamento inferiori nihil erat perficiendum, & in d. scriptura adijcitur, *con questo che il S. Ferrante* (à quo ius habent DD. de Piccolomineis) *deua prestare vna stanza attaccata alle due stanze assegnate alla Signora Marchese Liuia*, à quo ius habent DD. de Manfronis, *finche baursca lo fae* &c.
† Quod pariter ostendit alibi non posse verificari assigna- 3
tionem duarum mansionum perficiendarum, atque ita testibus contestantibus non constructas, sed perfectas à Cardinali Capponio; ea mansio attaccata adhærens est
alle due stanze, secundum DD. de Manfronis, † non au- 4
tem superiori secundum DD. de Piccolomineis, ipsa verborum significatione.

Et quia schalam testes dicunt fuisse constructam à Liuia, etiam testis, cui DD. de Piccolomineis innituntur, &

tur, & verba in libro rationali Cardinalis Capponij: *Per*
spese fatte nelle Camera nuoue della Lumaca, e nella Re-
5 *messa per la terza parte* &c.† intelliguntur per la terza par-
te nella Rimessa proximè enunciata, & catenus indiui-
6 sa, † non autem nelle Camere nuoue, iam pro diuiso
Cardinalis Capponij etiam scripturam, & verba scri-
pturæ: Signora Marchese l'appartamento &c le due stan-
ze sotto il suo appartamento &c. & incongruè Sig. Ferran-
te la scala &c. con questo, che deua prestare vna stanza
attaccata alle due stance, assegnate alla Signora Marche-
se fino che finisca le sue.

Et quia Gryptam sub Palatio Testes testificantur fuis-
se propriam Liuiæ, & à Liuia possessam, Cryptam ve-
7 rò aliam etiamsi subterraneam DD. de Manfronis, †
pené ex ore ipsorum Domini iudicarunt communem in
possessione ab illis apprehensa, & verbis illis: Per com-
mune hauere, e possedere il primo ingresso del portone
&c. il fontanone grande con sua peschiera, e grota &c.
Item il sito della sottoscala dietro il fontanone con tutto il
sito auanti la grotta.

Mansiunculas autem super tabulatum aulæ DD. de
8 Piccolomineis DD. dixerunt destruendas, † quod visum
sit iam fuisse aulam ipsam à solo ad testum assignatam
Ferranti, cum lignis iam iniunctis, seù trabibus pro la-
cunari, seu laqueari inter solum, & tectum ornandæ
potius aulæ, itaut super ædificantibus DD. de Manfronis
inhibuerint DD. de Piccolomineis, & illi satisdederunt
9 de opere destruendo, † atque ita stipulatio committatur
Postquam fuerit iudicatum non iure fuisse ædificatum,
ad tex. §. habet autem, l. stipulatio 21. ff. de nou. oper. nun-
ciat. & est *Summa Pauli Castr. cum ratione, Iason. n. 3. vers.*
Ratio ergo vera est.

Altera ex supradictis decisionibus est impressa in præce-
denti tomo primo istius decimæ octauæ partis, vbi est
in ordine 220.

R. P. D. MATTHÆIO.

Placentina Parochialis.

Veneris 21. Iunii 1675.

ARGVMENTVM.

Solius iurispatronatus materiam præsens pertractat decisio, illudque Ecclesiasti-sticum esse concludit, ex eo quod transiuit in Ecclesiam hæredem vniuersalem, non autem in filiam institutam in sola legitima, eo magis quia nec ipsa, nec eius successores vnquam præsentarunt, cum adhunc effectum attendatur sola persona, quæ illud possidet.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus Ecclesiasticum cadit sub reseruatione mensium fauore sedis Apostolicæ.*
2 *Iuspatronatus transit cum hæreditate vniuersali, non autem cum sola legitima.*
3 *Decisio Doctorum etiam sine lege dicitur casus legis, donec allegentur alii, qui contrarium dixerint.*
4 *Iuspatronatus eo magis dicitur transiuisse ad hæredes vniuersales, non autem ad filiam cum sola legitima, si illa neque eius successores vnquam præsentarunt.*
5 *Iuspatronatus an sit Ecclesiasticum, vel Laicale attenditur dumtaxat persona, quæ illud possidet.*
6 *Iuspatronatus tale esse censetur, qualis est persona, penes quam residet illius possessio.*

DECISIO DLX.

NON esse locum retardationi executionis literarum,
quas Iacobus Franciscus Penna reportauerat à Se-
de Apostolica, fuit responsum coram me sub die * 16. Ia-
nuarij 1675. cuius resolutionis fundamenta hodie ad tru-
tinam reuocata placuerunt DD. qui ideò persistendum es-
se in decisis existimarunt.

Subsistit enim, quod omnia per eum narrata in eisdem
literis sunt iustificata; † quod enim Parochialis, de qua 1
agitur sit de iurepatronatus Ecclesiastico, & proindè Sedi
Apostolicæ ratione mensium reseruato (circa quod videba-
tur in præsenti disputatione versari tota causæ difficultas)
iterum visum fuit constare, ex quo Comes Aurelianus
controuersi beneficij Patronus omnia sua bona, tam per
donationem inter viuos, quam per Testamentum dona-
uit Patribus Bernabitis, itaut iuspatronatus ad illos in
totum transierit, nulla habita ratione, quod Lucretia
vnica dicti Comitis filia tertiam partem bonorum pro sua
legitima habuerit ex decreto Senatus Mediolani propter
regulam, quod iuspatronatus transit cum hæreditate
vniuersali, † non autem cum sola legitima debita filijs, 2
vt præter *Couarr.* & alios in præterita *dec.* relatos tradit
Menoch. *cons. 401. n. 126. & 128.* quem refert, & sequitur
Rot *dec. 70. n. 16. par. 12. rec.*

Et quamuis plura argumenta pro contraria opinione
adducerentur in contrarium; nihilominus cum pro hac
parte stent Auctores punctuales optimis etiam nixi fun-
damentis, Domini censuerunt non esse opus immorari
in illorum ponderatione, sed tot Doctorum opinionem
voluerunt amplecti; illorum enim decisio, etiam sine le-
ge dicitur casus legis, † donec alius allegetur, qui contra- 3
dicat, Grat. *discept. 351. n. 29* cum alijs in *dec. 2121. nu. 18.*
coram Coc *& in Ianuen. Archipresbyteratus 29. Maii*
1673. §. replicabant coram R. P. D. meo Taia.

His omnibus addebatur, quod Lucretia filia, nec
eius successores vnquam præsentarunt, † sed continuò 4
præsentationes fuerunt factæ à Patribus Bernabitis, quo-
rum fauore fuit etiam lata sententia super manutentio-
ne in possessione, seù quasi præsentandi, vt in Summa-
rio præteritæ positionis *n. 6.* quare dubitari non potest, † 5
quod iuspatronatus sit Ecclesiasticum, ex quo ad effectum
dignoscendi illius qualitatem, attenditur dumtaxat per-
sona, penès quam residet possessio, Rota coram Mohe-
dan. *decis. 9. de iurepatronatus*, Put *decis. 90. lib. 3. in anti-*
quis, Duran. *dec. 285. n. 65.* vbi subditur ratio, quod tale
censetur esse iuspatronatus, † qualis est persona, quæ il- 6
lod possidet, Dunozett. Inn. *dec. 776. n. 17. & 18*

Data igitur verificatione literarum, quæ non impugna-
batur in præsenti quoad alias narratiuas, certum rema-
net, † quod veniunt exequendæ, nec intrare potest arbi- 7
trium pro earum retardatione, Rota coram Merlin. *dec.*
692. *n. 1. & in rec. dec. 73. num. 2. par. 13.* cum alijs relatis in
decisione, quæ reuidetur, cuius fundamenta Domini in
cæteris iterum approbarunt.

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit
&c.

Altera præsentis causæ decisio est supra in hoc eodem
tomo in ordine 413.

R. P. D. RONDININO.

Perusina Saluiani.

Veneris 21. Iunij 1675.

ARGVMENTVM.

Hæc duo præcipuè in hac decisione deciduntur, alterum super ratificatione fideicommissi in dote mulieris constituti, quod ea scilicet non procedat sine explicito consensu eiusdem mulieris, itaut subsequens matrimonium non sufficiat; Alterum verò de constituenda dote filiæ naturali, quatenus illa non secundum alimenta simplicia, vel in duabus solis vnciis eidem debitas, assignanda

sit,

sit, sed habenda sit ratio etiam dignitatis familiæ, patrimonij, & consuetudinis patriæ.

S V M M A R I V M.

1 *Fideiussori soluenti releuatio indemnitatis in bonis debitoris debetur.*

2 *Bona transeunt in quoscumque possessores cum onere hypothecæ, cui antiqui domini adstringebantur.*

3 *Fideicommissum constitui non potest in dote, quæ erat propria mulieris, & vid. num. seqq.*

4 *Dotans mulierem de proprio potest in dote quodcumque fideicommissum imponere.*

5 *Ratificatio mulieris à subsequuto matrimonio resultans, operatur quidem in fauorabilibus, secus autem in odiosis, & præiudicialibus, & nu. seq.*

6 *Onus, & grauamen impositum super bonis dotalibus non censetur acceptatum ex solo matrimonio subsequuto, sed explicitus mulieris consensus requiritur.*

7 *Ratificatio mulieris tacita, vt inducatur, requiruntur coniecturæ vrgentissimæ, & scientia illius quod ratificatum fuisse prætenditur.*

8 *Onus bonis dotalibus impositum correspectiuum donationi factæ à sponso, qui alias matrimonium non contraxisset, per illius effectuationem dicitur à muliere acceptatum.*

9 *Filius naturalis non potest prætendere nisi duas vncias hæreditatis paternæ loco alimentorum, & quando.*

10 *Alimenta secundum ius nouissimum liberis naturalibus non denegantur.*

11 *Dos filiæ naturalis non ita rigidè constitui debet pro sola portione alimentorum, sed habenda est ratio dignitatis familiæ, patrimonii, & consuetudinis patriæ.*

12 *Alimenta filiorum naturalium non debentur iuxta solam necessitatem naturæ, sed secundum dignitatem patris, & consuetudinem patriæ.*

13 *in Dote filiæ naturalis licet pro quantitate duarum vnciarum debita, haberi debet etiam ratio possibilis vitæ mulieris.*

14 *Dos filiæ naturalis tradita, velut proprium patrimonium, transmittitur etiam ad hæredes, & singulares successores.*

15 *Dos filiæ naturalis, amittit naturam alimentorum.*

16 *Alimenta extinguuntur cum morte.*

17 *Dos filiæ naturalis etiamsi sit commensurata alimentis, & vita mulieris, adhuc tamen assumit naturam proprietatis.*

18 *Creditori, illiusque hypothecæ anteriori, non nocet subsequens confessio debitoris.*

19 *Creditor pro redditione rationis tenetur agere contra hæredes debitoris, non autem contra tertium qui non habet causam ab eo.*

20 *Subrogatum assumit omnes qualitates, & onera rei, in cuius locum subrogatur.*

D E C I S I O DLXI.

REIECTIS ijs, quibus occasione impetrandi nouam audientiam impugnabatur decisio in hac causa edita 28.* Ianuarij coram me, in decisis hodie Domini permanserunt.

Posita enim recognitione bonæ fidei ab Eufrosina Saluucia de Carrettis, & Petro Antonio eius filio facta fauore Scipionis Sotij, qui censum vendidit Capellano Monialium Capuccinarum Perusiæ cum promissione reuelandi indemnem tam ipsum Sotium, quàm Iosephum Antinorum eiusdem Census fideiussorem, consequens
est, vt cum ipse Antinorus coactus fuerit Capellano Cen-
sus creditori soluere † fructus, releuandus sit ab illis de 1
Carrettis, ac ideo in possessionem bonorum ad illos
de Carrettis olim spectantium immissus fuerit, quo-
usque de vsuris solutis, & damnis ad illas ascenden-
tibus, sibi satisfactus fuerit ex fructibus dd. bonorum,
† quæ in Bassos hodiernos possessores transierunt cum 2
onere hypothecæ anterioris vti Carretti antiqui Do-
mini adstringebantur, ad vulgatam regulam Text. *in
§. item seruiana de inst. de actionibus* cum concordan-
tibus.

Nulla habita ratione anterioris hypothecæ, qua pos-
sessores se tuti esse dicebant, veluti habentes causam à
Pellinis, quibus medietas Prædij controuersi spectabat
ex fideicommisso per Thomam de Saluucijs condito
in constitutione dotis Rubinæ eiusdem Eufrosinæ fi-
liæ, quia fideicommissum substineri non poterat quo-
ad priorem medietatem Prædij in dotem Eufrosinæ
olim traditi, † cum dos constituta fuerit ex bonis pro- 3
prijs mulieris, iuxtà præscriptum à Statuto Perusino
rub. 45. impress. apud Gilian. *ad d. statututum verbo fæ-
mina* ibi: Et intelligatur dos fuisse de bonis mulieris do-
tatæ, eo ipsoquod apparuerit dotatam fuisse à Patre,
Auio, Auia paterna, vel Patruo, vel Fratre carnali,
vel consubrino, Sorore carnali, vel consubrina: Super
quibus bonis non poterat proindè Patruus dotans absen-
te, & inconsulta muliere onus hoc apponere, † ad 4
differentiam casus, in quo aliquis dotat ex proprio tam
ex litera clara Perusini Statuti *d. rubr. 45.* quàm ex ra-
tione Text. *in in l. ab eo, C. de fideicomm.* Bald. *in l. si Auia
n. 18. C. de iure dotium, in l. fin. n. 5. C. de datis promissione,
& in l. pactum n. 8. C. de collationib.* Alciat. *de verbor signi-
ficat. lib. 1. pag. 27.* Ancharan. *consil 435* Franch. *dec. 196 et
ibi Addentes*, Gilian. *ad statutum Perusinum d. verbo fæ-
mina n. 11.* Rota coram Seraph. *dec. 816. nu. 5.* Dunoz. Iun.
*528. n. 34. & in Cameriaen. dotis 8. Iun. 1674 §. cum enim, &
§. fin. coram me*, cum alijs in præterita *dec.* huius causæ *§.
quia neque.*

Matrimonium autem subsequutum non reluctante
muliere † ratihabitione quidem supplere potest in fa- 5
uorabilibus, in quibus terminis procedunt Alex. *cons. 90
num 12. volum. 5.* Rot. *diuers. part. 2 decis. 89. num. 11.* cum
similibus, non verò in ijs, quæ præiudicium, & onus
inducunt, quia tunc non accedente consensu explicito mu-
lieris, † non inducitur ex solo matrimonio ratihabitio 6
grauaminis super bonis ad ipsam, vel ratione legiti-
mæ, vel alia ex causa liberè spectantibus, ex ratione
Text. *in l. si quando §. generaliter, vbi DD. C. de inofficioso
testam. & in cap. concertationi, vbi glosa verbo se iuerit de
appell. in 6.* nisi accedant vel coniecturæ vrgentissimæ
ratihabitionis, † & scientiæ, vt in *decisione Mantic. 23. à* 7
num. 8. vsque ad fin. vel onus sit correspectiuum dona-
tioni factæ à † Sponso, qui sine illo matrimonium non 8
contraxisset, vt in *recent. part. 9. decis. 290. numer. 3 &
seqq.* & coram Merlin. *decis. 347. & 389.* quemadmodum
explicatis contratijs pluries dixit eadem Rot. *in recen.
par. 4. tom. 2. decis. 134 num 3. & 4.* Millin. *decis. 317. num.
7. & 8.* Card. Cels. *dec. 289. num. 12.* & melius in *Meleuita-
na fideicommissarum 27. Februarij 1672. §. & hinc non op-
plicantur*, confirmata *5. Iunii eiusdem anni coram R. P. D.
meo Emerix.*

Et quamuis admissa veritate conclusionis, impugna-
ta fuerit illius applicatio, ex eo quod bona hæc propria
Eufrosinæ dici non potuerint, quamuis à patre, vel ab
alijs ascendentibus prouenientia, quia cum ipsa dicatur
filia naturalis Cherubini in Instrumento dotali, non
poterat sibi, nisi duplex vncia paternæ hæreditatis ab
intestato † attribui, quæ non extantibus legitima sobo- 9
le, vel coniuge defuncti naturalibus liberis defuncti de-
betur in compensationem † alimentorum, quæ ipsis 10
lex non denegat, iuxtà nouissimum ius in *Auth. licet
C. de naturalibus liberis, & in § consideremus Auth. de
triente, & semisse*, Peregr. *de iure fisci lib. 3. tit. 58. n. 1. &
27* Merlin *de legitima lib. 1. tit. 2. q. 4. sub n. 1.* Bosl. *de doto
cap. 4. n. 7.* & latè consulerit Surd *cons. 509 per totum*, Rot.
coram Penia *dec. 364. per tot.* Peuting *dec. 126 nu. 1. & in
Eugubina prædii 4. Iulii 1669 coram Illustrissimo D. Beuilaq.
Vrbis Gubernatore, atque 8 Iunii 1671. §. non attento cor.
bo. me Priola.*

Adhuc dicebant Domini ex hac ratione nullatenus
probati dotem Eufrosinæ traditam excedere duas vn-
cias

cias sibi debitas in hæreditate paterna, siue attendatur magis æqua, & recepta opinio, vt non adeo tigidè in dotis constitutione alimeotorum ratio & vnciarum earum
51 loco debitarum † habenda sit, sed regulari debeat Iudicis arbitrio iuxtà familiæ splendorem, Patris dignitatem, patrimonij qualitates, & patriæ, ac familiæ considerationem, iuxtà Celestioi Tertij Sanctionem *in cap. cum baberet de eo qui duxit in matrimoaiam, quam polluerat &c.* per quam emollitur durities Iuris ciuilis *in Auth. ex complexu C. de incestis nuptiis*, pietasque a natura insita erga liberos restituitur, quæ iuxtà æquitatem canonicam ali-
52 menta tribuit non secundum præcisam necessitatem, † sed iuxrà honestate, dignitatem, & consoetudinem, vt benè declarat Abbas, & reliqui Canonistæ io *d. cap. cum baberet de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluerut*, Aret. *cons. 17. n 20.* Decius *coas. 211.* Card. Paleottus *de uothis, & spurijs cap. 50. nu. 20.* Funtanell. *de pactis nuptialib. claas. 5. glost. 8. par. 1. n 76. & 77.* Molin. *de primog. cup. 15 sub n. 53* Hermosol. *ad Lopez tit. 4. l. 1. glost. 6. par. 5. sub n. 96* Boss. *de dote d. cup. 4 nu 178. & 179.* cum alijs per Modern. Venusinum *theutr. veritutis lib. 9. de dote discur. 199. n. 26* Rota coram Penia *dec. 429. per tot.* Burat *dec 95. n. 12.* & magistralitet præ cæteris Merlin. *dec. 371. à num. 19. vsque ad fin.* repetit. *in recentior. par. 7. dec. 30. & in Bonon. fideicom. de Pepulis 4. Iulii 5674. § iit pro indubitatis coram R. P. D. meo Matthæio.*

Siue etiam attendatur alia sententia, quod ipsarum
53 vnciatum ratio habenda sit † habito respectu ad possibilem vitam mulieris, iuxtà Text. *in l. bæreditutem ff. ud l. Falcidiam*, Bald. *cons. 457. sub a. 1. vol. 7.* Abbas *cons. 115. n. 1. & 2. par. 2.* Curt. Iun. *cons. 37. in fin.* Cassaneus *consil. 39. n. 55.* Beniotend. *dec. 22. n. 6.* Marescott. *vaiar. resol. lib. 2. cap. 83. & a. 38.* Merlin. *de legitima lib primo tit. 2. q. 5. ex n. 21.* Rota *recent. par. 2. dec. 299. n. 1.* & coram Coccin. *dec. 1229. n. 3.*

Quia & adhuc dos data Eufrosinæ alimenta ipsius non excedit, quia hæc regulando ad moderatam rationem scutorum 30. annuorum, cum mulier superuixerit post dotationem annis 42. conflaretut summa 1260. quæ excedit
14 ipsam dotem, † quam ideò acquisiuit, & ad hæredes, ac singulares successores veluti proprium patrimonium
55 transmisit, † amissa natura alimeotorum, quæ morte
16 extinguuntut, † contta Text. *in l. eum sit, § modas in l. 3. ff. de alim. & cibar. legut.* quia cum certi fructus, vel certa alimenta ad vitam mulieris data non sunt; sed quædam summa commensurata alimentis, & vita mulietis,
57 † tunc ista assumit naturam proprietatis, vt latè probat Turett. *cons. 31. numer. 16. & 27. & per tot. vol. 1.* Rolan. *cons. 74. numer. 75. vol. 1.* Cephal. *cens. 399. sub num. 21.* Menoch. *de arbitrar. cas. 169. sub numer. 10.* Hermosill. *ad Lopez d. gloss. 6. part. 5. nu 38. & 39.* Boss. *de dote d. cap. 4. n 185. cum decem seqq* Gilian. *ad statutum Perusinum verbo* Bastardus *n 45. & seqq* & est elegans *decisio Vincentii de Franchis 283. n. 16 & 21. per totam.*

Hinc opus non erat assumere quæstionem purificationis fideicommissi, quod non adest, quamuis adhuc Domini crederent non ideo claram vocationem Rubinæ, à qua Pellini, & ex eis Bassi causam habent, quia Statutum Perusinum *d. rubr 45.* excludit fœminas propter masculos, ac ideo coarctat nomen illud indifferens filiorum, quod præcipuè in pactis nuptialibus filiam quoque comprehendit, quæ etsi admissa fuetit ad successionem huius Prædij à Petro Antonio fratre, Eufrosinæ pariter fillo, & censsus debitore non solum iore successionis, sed etiam fideicommissi, Summ. hodierno de Antinoris *n 9.* qoia id tamen non præiudicat Aotinoris, atque eorum hypothecæ
18 anteriori, † cui subsequens confessio debitoris non nocet, ex ratione Text *in l. 2. §. si in emptione, ff. quæ in fraudem creditoram* Soccin. Sen. *cons 78. num 2. vol. 4.* Tiraquell. *de retructu lignag. §. 1. gloss. 7. nu. 47.* Rota coram Manzaned. *dec. 639 n 8.*

Quod autem medietas Prędij controuersi assignata fuerit pro fructibus dotis d. Rubinæ, non excludit Ius iliorum de Antinoris, qui vt ab initio dictom est, obligatam habent Eufrosinam matrem, pro cuius restitutione dotis tenentur bona Gasparis viri, ac respectiuè Petri Antooij, ac Rubinæ filiorum communis Patris, ex cuius antetiori hypotheca Bassi possessores tueti non possuot, qoamuis Petrus Antunius sit hæres Patris cum beneficio legis, & inuentarij, Summario eodem *n. 8.* ac ideo teneatur rationem reddere, quia hoc non tangit illos de Antinoris, qui non repræsentant ipsum Petrum Antonium, † contra cuius 19
hæredes Bassi agere poterunt pro redditione rationis, ad terminos Text. *cum ibi notatis in l. 1. §. banc actioaem etiam in bæredes ff. de tutelis, & rationibus distrabendis.*

Neque visa est Dominis excessiua immissio pro scutis 635. ex iutibus hypothecæ anterioris Eufrosinæ, etiamsi ipsius dos non excederet scuta 500 super hoc prædio, quia distractis alijs bonis dotalibus ipsius, cum Pettus Antonius filius scut. 400. recepisset, dedit in solutum Eufrosinæ matri correspondentem quantitatem Prædij controuersi, Summario eodem *num. 6.* Quod proinde vltra scuta 500. pro alijs quatuorcentum scutis dotalibus Eufrosinæ obligatur ex natura subrogationis, † 20
ex qua subrogatum assumit omnes qualitates, & onera rei, in cuius locum subrogatur ex iuris axiomate desumpto ex regula Text. *in l. si eum §. qui iniuria ff. si quis cautioaibus.*

Et ita, altera Parte audita, atque altera sæpiùs monita, diuque expectata.

Altera præsentis causæ dec. est impressa supra in hoc eod. tom. 2. ibi in ordine 425.

R. P. D. MATTHÆIO.

Perusina Census.

Veneris 21. Iunii 1675.

ARGVMENTVM.

Contra hæredem, qui non confecit inuentarium in Rota exequutiuè proceditur, non obstante denegata commissione causæ à Signatura cum facultatibus A. C. quia ille adhuc de iure exequutiuè conueniri poterat; ipsum autem fuisse hæredem ex pluribus fuit compertum, non solum, quia allegauerat retentionem bonorum hæreditariorum, verum etiam, quia ad hunc effectum deduxerat cautelam Angeli, cuius proinde etiam solàm inhibitionem petere, sufficiens esse videtur.

SVMMARIVM.

1 *Rota exequutiuè procedit etiam sibi denegatis facultatibus A. C. si alias causa erat exequutiua, & exequutiuè procedi poterat.*

2 *Hæres; quia non confecit inuentarium, aut rationem non reddit de bonis inuentariatis exequutiuè conuenitur.*

3 *Dubium nouum disputandam non est in causa commissa in statu, & terminis, si præuijs pluribus decisionibus illud præcedenter disputatum erat.*

4 *Dubia superflua inutili propositione disputari non debent.*

5 *Hæres esse dicitur, qui allegat retentionem bonorum bæreditariorum, & vide num. seqq.*

6 *Cautelam Angeli siquis allegat contra creditores alicuius, fatetur se esse bæredem illius ex cuius titulo se possedere prætendit.*

7 *Hæreditatis aditio resultat ex ijs, quæ fieri non possunt citra ius, & nomen bæredis, & num. anteced. & seqq.*

8 *Hæres dicitur, qui tamquam hæres reportat inhibitionem contra creditores alterius.*

9 *Hæres bæredis, qui non confecit inuentariam tenetur de proprio, sicuti obligatus erat illius auctor.*

D E-

feruandæ hanc dona tiooem fecit ad fauorem omniom de
Foſchetariis in infinitum etiam vltra tertium, & quat-
tum gradum, falua tameo prærogatiua, & proximio-
res maſculi legitimi, & naturales, & ex vero matrimo-
nio procreati, & nati excluſis ſemper à quocumque, &
quomodocumque legitimatis ipſo iure, & facto extanti-
bus legitimis, vocentur ad huiuſmodi bona quibus ſic
ſucceſſoribus de Foſcherarijs omnibus, & nobis Nota-
rijs, vt ſupra præſentibus, & ſtipulantibus ex nunc pro-
ut ex tunc, & è contra ipſe donans pure, & irreuoca-
biliter donauit, &c.) quæ ratio cooferuandi bona in ag-
5 natione † omnium de Foſcherarijs, vti vniuerſalis, im-
portat fideicommiſſum non ſolum fauore omnium de fa-
6 milia effectiua, † ſed etiam contentiua qualis eſt Ioſeph
Maria Riminald. Iuo. *conſ. 482. num. 46.* Giouagnon. *conſ. 75 num. 3. & 5. lib. primo, & in Bononien. Fideicommiſſi de Paacaldis 16. Februarii 1640. coram Cardinali Panzirolo, & 10. Iunii 1642. coram Eminentiſſimo Cerro*; Maxime
quia donator de tempore donationis carebat deſcendenti-
7 bus, nec illos amplius habere poterat, † vti profeſſus
8 in Religione, vnde ad tranſuerſales neceſſario reſpexiſ-
ſe dicendum eſt, vt aduertit Rota *deciſione 193. num. 10. parte 11. recent. & deciſ. 299. coram Carillo.*

Identitas vero probatur ex tranſactione de anno 1600.
9 in qua Romeus faſſus fuit Molendinum, de quo agitur
ſpectaſſe ad Andream donatorem, cumque Caſtellus
cauſam habeat à Domino Romeo ſatis probata remanet
10 identitas † contra ipſum, qui confeſſionem ſui Auctoris
11 impugnare non poteſt Rota *dec. ſione 261. num. primo & 3. parte 7. & deciſ. 187. num. 9. part. 13. recent. & coram* Card.
Celſo *deciſ. 181. num. 8.*

Et ita vna tantum parte informante, reſolutum fuit &c.

Confirmata fuit præſens deciſio ſub die 17. Martii 1677. coram eodem Reuerendo Patre Domino Calataiu.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Vineæ.

Mercurii 26. Iunij 1675.

ARGVMENTVM.

Melioramentorum materia tractatur tam ſuper retentione melioranti conceſſa, quam ſuper eo, quod plantatio, ſeù paſtinatio vineæ dicatur melioramentum neceſſarium, vt proinde illius fructus melioranti debeantur, quamuis malæ fidei poſſeſſori; Rurſus declaratur etiam domum, vaſcam, & cellam vinariam in eadem vinea conſtructa, & ipſa quoque inter melioramenta neceſſaria numerari, cum vinea ſine habitatione coloni, vaſca pro comprimendis uvis, & cella vinaria pro reponendo vino conſiſtere nequeat.

SVMMARIVM

1 *Melioramenta ex relationibus peritorum, & ex teſtibus de eis deponentibus, dicuntur probata ſaltem in genere.*
2 *Teſtes licet examinati ſine citatione partis faciunt tamen adminiculum.*
3 *Retentio pro melioramentis melioranti conceditur donec mediante præfixione termini ad liquidanda in ſpecie fuerit conſtitutus in mora.*
4 *Melioramenta ſi ſunt neceſſaria detrahuntur etiam à malæ fidei poſſeſſore, & quæ illa ſint num. ſeqq.*
5 *Plantatio vineæ dicitur melioramentum neceſſarium, & quando.*
6 *Neceſſariam cauſam meliorandi habet ille, cui alias imputari potuiſſet, quare meliorare prætermiſiſſet.*
7 *Peritorum relationi ſtandum eſt, donec contrarium probetur.*
8 *Melioramenta facta in conſtruenda domo, Vaſca, & Cella vinaria Vineæ, quatenus dicantur neceſſaria, & ſupra num. 7.*
9 *Fructus percepti ex parte non meliorata veniunt reſtituendi.*
10 *in Spolio, vt quis excuſetur à reſtitutione fructuum, requiritur poſſeſſionem fuiſſe captam de mandato iudicis, & num. ſeqq.*
11 *Spoliator ſi iudicis auctoritate proceſſit, non dicitur in mala fide, & proinde facit fructus ſuos vſque ad diem motæ litis.*
12 *Fructus melioramentorum ipſi melioranti debentur, & num. ſeqq.*
13 *Lucrum conſequi cum aliena iactura nemo debet ex actu, à quo pœnam reportare debuiſſet, & num ſeqq.*
15 *Poſſeſſor malæ fidei adhuc conſequitur fructus ſuorum meliorament orum, & quando ſupra à num. 12. & aliis antecedentibus.*
16 *Deciſiones non attenduntur in iis, quæ firmant per modum diſcurſus.*

DECISIO DLXIV.

CONCESSERAT in Emphyteuſim de Anno 1637. quondam Marchio Alphonſus Theodolus Franciſco, & alijs de Marinis petias ſex cum dimidia Terreni, ea conditione, vt Emphyteutæ in dimidia petia Arundinetum, & in alijs ſex vineam plantare tenerentur, addito pacto, quod ſi in ſolutione Canonis per trienoium, vel in plantatione deficerent, bona ad ipſum Dominum directum ipſo Iure deuoluerentur, & cum iiſdem pactis, & conditionibus ſimilem conceſſionem aliarum petiarum octo fecit de Anno 1640.

Defunctis primis emphyteutis, & prætendens D. Marchio Carolus Alphonſi ſucceſſor, & hæres ob non ſolutos canones, & plantationis pactum in pluribus ex dd. 14. petijs non adimpletum, illos incidiſſe in commiſſum, acceptauit, mediante iudiciali proteſtatione facta de Anno 1654. deuotionem, & ſucceſſiuè integræ Vineæ poſſeſſionem adeptus eſt, quam prætendentes moderni emphyteutæ de Marinis, tunc temporis vix pubertatem egreſſi, fuiſſe propria auctoritate captam, poſt introductam litem, & ſic attentate, inſtituerunt de anno 1658. iudicium ſuper reintegratione coram A. C. qui attentis melioramentis hoc medio tempore factis à Marchione in plantatione plurium petiarum, & conſtructione domus cum vaſca, & cella vinaria vulgo nuncupatur *Tinello*, necnon expenſis erogatis in cultura Vineæ, conceſſit eidem retentionem, donec omnium prædictorum valor, compenſatis fructibus perceptis ſuperfuturus à Marinis actoribus refunderetur, præfixo tamen eiſdem termino duorum menſium ad illum ſoluendum, quo elapſo, & ſolutione non ſequuta, abſoluit Marchionem ab impetitis.

Hac ſententia poſtmodum reuocata à R.P.D. Barioccio, indeque cauſa per appellationem ad Rotam deuoluta, propoſui dubium, an, & de cuius bono iure conſtet, etiam ad effectum ſpolii, hodie ad fauorem vtriuſque partis in hac ſecunda propoſitione reſolutum iuxta modum infra exprimendum.

Quamuis enim ſcribens pro Marinis prætenderet melioramenta non poſſe dici probata, vel ex teſtibus examinatis, ipſis non citatis, vel ex peritis de ſtatu antiquo nullatenus informatis; Et quatenus probata contenderet non eſſe reficienda. Tum quia fuerunt facta à malæ fidei poſſeſſore, tum etiam quia remanſerunt in omnem caſum ſatisfacta ex fructibus perceptis à die commiſſi ſpolii vſque ad præſens.

Nihilominus quoad primum, cum nequeat contro-
uerti melioramenta fuiſſe probata ſaltem in genere, † tam 1
ex pluribus relationibus Peritorum datis in Summa-
rio Marchionis *numero 5. & 6.* † quam ex teſtibus qui 2
licet examinatis abſque citatione partis faciunt admi-
niculum Alex. *conſ. 147. numero 2. lib. 6.* Ruin. *conſ. 46. numero 16. lib. 4* Rota *deciſ. 269. numero 5. & deciſ. 605. numero* 6. apud Poſth. *de manut.* denegari nequit
Marchioni bonorum retentio, † donec mediante præfi- 3
xione termini ad ea liquidandum in ſpecie non fuerit in
mora conſtitutus iuxta ſtylum noſtri Tribunalis, de quo
teſtatur Rota coram Caual. *deciſ. 86. num. 5. coram* Bich. *deciſ. 179. num* 8 & alibi pluries.

Quantum vero attinet ad ſecundum reſponſum fuit

4 etiam malæ fidei possessorem † deducere melioramenta,
quando sunt necessaria, vt hic per text. *in l. Domum ff.
de rei vendic.* & notar Bartol. *in l. in fundo 38. numero 11.
ff. eodem* Ias. *in l. fin. numero 3.* vbi etiam Castr. *in §. sed
& quia numero 10. Cod. Commun. de leg.* Barbos. *in l. di-
uortio §. final. num. 59. ff. solut. matrim.* Rota coram Coc-
cio. *decis. 535. num. 3. decis. 1534. numero 2. & coram* Du-
noz. Iun. *decis. 619. numera 5. & 665. num. 2.*
5 Necessitas respectu pastinationis, † seù reductionis
terreni ad formam Vineæ videtur clara, quia ex pacto
inito in instrumento vtriusque concessionis ipsi em-
phyteutæ eam facere tenebantur sub pœna caducitatis,
& proindè Marchio, ne illius omissio, & damna for-
6 san exinde resultantia sibi imputarentur † habuisse di-
citur necessariam causam huiusmodi melioramenta non
omittendi, vt obseruat Bartol. *in mox citata l. in fundo
numero 11.* & sequitur Rota coram Dunozett. *dicta decis.
665. numero 5.*

Quo vero ad domum, vascam, & cellam vinariam,
cum agatur de Vinea distantæ ab Vrbe tribus milliari-
bus, illarumque amplitudo congrua sit quantitati Vi-
7 neæ, vt referunt Periti supradicti, † quibus standum
essa donec contrarium probetur dixit Rota coram Gre-
gorio *decis. 220. numero 4. coram* Coccin. *decis. 472. num.
primo cum aliis in Romana Redditionis Rationis 13. Mar-
tii 1672. §. primo & 2. coram R. P. D. meo Vicecomite*,
& domus consistens in duabus mansionibus deseruire
debeat pro habitatione coloni, vasca pro comprimendis
8 vuis, & cella vinaria pro reponendo vino, † earum æ-
dificatio dicitur necessaria, vt firmat Castr. *cons. 270.
sub numero 4. vers. quantum autem ad ædificia lib. 2.* Ruin.
consil. 157. numero 21. lib. primo Peregr. *de fideic. art. 50.
numero 7. &* Rota coram Dunozett. *d. decis. 665. numero
4. & 5.*

Denique, quoad tertium admittebant Domini fru-
ctus perceptos à die commissi spolii, vsque ad præsens,
9 † ex parte non meliorata esse restiruendos Marinis, de-
ductis tamen expensis factis pro eorum recollectione, &
annuo canone, ex iisdem fructibus soluendo; Eo quia
Marchio licet iuste acceptauerit deuolutionem ob non
adimpletum pactum reducendi petias locatas ad formam
Vineæ, non ramen docet se iudicis auctoritate possessio-
10 nem adeptum fuisse, prout requirebatur ad effectum,
vt dici posset nos versari in spolio iudiciali ob solum defe-
11 ctum citationis, † quo casu spoliaror excusatur à ma-
la fide, ideoque acquirit fructus vsque ad diem motæ li-
tis, vt bene distinguendo tradit Rota coram Merlin. *de-
cis. 687. num. 2. & seqq.*

Sed vice versa dicebant fructus melioramentorum ab
12 eadem die commissi spolii, vsque ad præsens † esse ad-
iudicandos eidem Marchioni, quia ab æquitate, &
iustitia alienum visum est, ipsum priuari emolumentis,
quæ propria industria, & impensa, ex necessitate fa-
cta produxit, & quod emphyteutæ, qui ob eorum ne-
gligentiam in adimplendis pactis dederunt causam deuo-
13 lutioni, vnde pœnam fuissent meriti, † lucrum conseque-
rentur cum aliena iactura contra plures iuris regulas, de
quibus *in l. sine hæreditaria ff. de neg. gest. cap. cum liberum,
& cap. in nostra de sepult. & l. iure naturæ 207. ff. de reg. Iur.*
14 & contra opinionem, † quam vti æquiorem, & iustio-
rem post Afflict. *dec. 87. numer. 6. & 7.* Capic. *decis. 93. in fin.*
Franch. *decis. 112. vers. nec est verum, decis. 191. numer. 11. &
decis. 705. per tot.* Gamb. *decis. 364.* Surd. *decis. 282. numer 29.*
Garz. *de expens. cap. 23. num. 54. vers. contrarium*, & alios in
15 terminis malæ fidei † Possessoris amplexa est Rota *decis.
359 num. 4. par. prima rec.* & particulariter discusso articulo
prius indeciso relicto *in decis. 1208. coram Coccin. sequuta est
coram eodem dec. 1273. per tot.* itaut in illarum decisionum
16 concursu nihil visa sint facienda ea, † quæ per modum
discursus in contrarium adducuntur *in decis. 7. par. 11. rec.*
pro Mariois allegata.

Et ita, vtraque parte informante, conclusum fuit.
Confirmata fuit hæc decisio 10. Ianuarii 1676.

REVERENDISSIMO D.
ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Bononien. Theatri.

Mercurij 26. Iunij 1675.

A R G V M E N T V M.

Licere conductori deciditur, finita locatione remouere ædificia lignea per eum fabricata, & constructa in re conducta, quatenus ramen recuset locator eorum pretium illi persoluere; Cumque prætenderetur hæc omnia in locatione fuisse comprehensa, & ad locatorem spectare, contrarium visum est probari ab emptione illorum per modernum conductorem ab antiquis conductoribus facta, ex pacto ei iniuncto, de faciendo eadem ædificia, & demum ex diuisione inter præcedentes conductores super illis sequuta.

S V M M A R I V M.

1 *Remissoriali processu non comparente, proceditur ad decisionem causæ*
2 *Appellatio remanet deserta, & sententia facit transitum in iudicatum, si intra biennium in causa nihil actum sit.*
3 *non Appellare, & appellationem non prosequi, paria esse dicuntur.*
4 *Restitutio integrum non conceditur, si de inualiditate, vel iniustitia sententiæ non constat, & num. seqq.*
5 *Læsio est causa, & fundamentum restitutionis in integrum.*
6 *Ædificia lignea facta in re conducta, finita locatione æstimari debent, & pretium conductori persolui, sin minus abrasio conceditur.*
7 *Conductor finita locatione potest asportare omnia per eum constructa in re conducta si absque deterioratione prioris status amoueri possunt.*
8 *Ædificia lignea constructa in re conducta si ad locatarem spectassent, secundum stylum & naturam contractus describi debuissent, & quare num seq.*
9 *Conductor finita locatione tenetur rem conductam restituere in eo statu, qualitate, & forma, in quibus illa erat de tempore conductionis.*
10 *Ædificia lignea facta in re conducta ad conductorem spectare ex quibus probetur, & num seq.*
12 *Dominium ex emptione, diuisione, ac etiam ex aliis probatur, & quibus.*

DECISIO DLXV.

TERMINATA locatione Aulæ Magnæ Potestatis nuncupatæ, & prætendente Camera Bononien. locatrice lignea ædificia, ex quibus illa ad vsum Commediarum, aliorumque spectaculorum vestitur in Thearrum, ad se spectare, & è contra ea ad se pertinere Contendente Iosepho Cauallino filio, & hærede Iacobi antiqui conductoris emanauit ad eius fauorem in partibus sententia declarans eidem licere prædicta ædificia demolire, & lignamina aliasque res exindè asporrare nisi infra mensem Camera locatrix earum pretium iuxta relationem Periti deputandi persoluerit; Qua sententia in iudicatum transacta fuit pro parte Iosephi obtenta commissio Exequutorialis, ad cuius formam die prima Aprilis præteriri proposui dubium an constaret de re iudicata, seù potius de caussis restiturionis in integrum, tunc non resolutum, quia pro parte Cameræ fuit petita dilatio, & expedita remissoria de consensu alterius partis sub solita clausula cum re-
tardatione vel sine; † Verum quia per spatium ferè trium 1
mensium non comparuit processus remissorialis, ideò reproposito hodie dicto dubio, affirmatiua quoad primam partem, & negatiua quoad secundam prodiit resolutio.

Res enim iudicata resultat ex eo, quia à die 6 Februarii 1671. quo appellatio reperitur commissa, nihil

intra

2 intra biennium, † imò neque infra triennium fuit gestum in causa iuxta *text. in Clement. si appellationem, & Clement. sicut de appellat.* vt proinde intret regula paria esse non
3 appellare, † & debito tempore appellationem non prosequi *l. fin. §. illud etiam C. de tempor. appellat. &* Rot. coram bon. mem. Card. Cels. *decis.* 181. *num.* 2. causæ vero restitutio-
4 nis in integrum cessant, † quotiescumque ex inualiditate,
5 vel iniustitia sententiæ † non constet de læsione, vt prosequitur Rota *in eadem decis. num.* 3.

Hic autem neutram concurrere patet, quia validitas sententiæ desumitur ex reuniutione actorum, & iustitia emergit ex depositionibus quinque Testium datis in *Summario num* 4. comprobantibus dicta ædificia fuisse constru-
6 cta proprijs sumptibus, & materiis conductoris, † cui propterea ne Regimen, seù Camera Bononiæ locupletetur cum aliena iactura, vel soluendum est eorum pretium, & æstimatio iuxta *text. in l. Dominus horreorum §. primo ff. de locat. l. si seruus ff. de pign. act.* Amat. Panormit. *resol.* 14. *nu.* 55. *& seqq.* Polidor. Rip. *obser.* 116. *num. primo & seqq. per tot.* Franc. *decis.* 112. *num.* 11. Cyriac. *contr.* 83. *num.* 5. *&* Rot. coram Seraph. *decis.* 546. *num primo cum seqq.*

Vel in omnem casum, cum sint separabilia absque læ-
7 sione prioris status rei locatæ, † permittendum est asportatio, & abrasio Giurb. *ad Consuetud Messanen. cap.* 15 *glos.* 10. *num.* 19 *&* 23. Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 110. *num.* 31. *& cap.* 111. *num.* 2.

Non obstat moderna ædificia fuisse ex antiquis alias dissolutorum materiis, & lignaminibus ad Cameram spectantibus constructa, & fabricata à Cauallino; Quia neque antiqua ad Cameram spectasse desumebatur non solum ex præfatis Testium depositionibus, & ex illorum venditione, quam ipse Cauallinus reportauit à Vincentio filio, & hærede Antonij de Vincentijs antecedentis conductoris Summario Iosephi *num* 5.

Verum etiam ex quatuor locationibus datis in eodem *Summ. num* 6. in quibus nulla facta mentione Theatri, seù ædificiorum, fuit semper locata aula magna, & tamen quatenus illa ad Cameram locatricem spectassent secundum naturam contractus, & stylum cuiuslibet, licet mi-
8 nus diligentis locatoris, † debuissent exprimi, & describi, vt finita locatione dignosci posset an esset deteriorata, vel
9 diminuta, attenta obligatione conductoris † restituendi rem conductam in eo statu qualitate, & forma, in quibus illa de tempore conductionis reperiebatur *l. si merces §. Conductor ff. locat.* Altograd. *cons.* 2. *num.* 9. *cum seq. lib. primo* Buratt. *decis.* 400. *num. primo, & duobus seqq.*

Et clarius hoc elicitur ex pactis adiectis omnibus dictorum locationibus videlicet, *Che li Ponti per la Scena, e per vedere li spettacoli in detta Sala, non si possino fare di maggiore altezza, e larghezza di quella, che sarà assegnata dall' Architetto publico, &c. Che in occasione di Feste ò di Commedie da farsi in detta Sala si debbano fare, e mantenere à spese di quello, che li pigliarà in affitto li Ponti soliti per li Signori Antiani, e per la fameglia de Signori Superiori, &c.*

10 † Hæc enim pacta iniungentia conductoribus onus faciendum ac manutenendum ædificia, & prohibentia aliter fieri, quam iuxta modum ab Architecto Cameræ præscribendum, benè demonstrant ad eosdem conductores earum proprietatem spectasse, cum alias in propria, & inepta fuissent huiusmodi pacta.

Quibus omnibus accedit, quod ista antiqua ædificia fuerunt pluries diuisa inter conductores vti propria descripta tanquam talia in Inuentariis hæreditariis eorundem vendita socijs, prout contigit de anno 1628 quo Marcus Antonius Romagnescus suam portionem vendidit Antonio de Vincentijs, à cuius hæredibus postea emit Iacobus
11 Cauallinus vt dictum est, † ex quibus aliisque actibus relatis in *Summ à num.* 7. *ad fin.* publice, & palam gestis de
12 tempore non suspecto, & ex aliis supra ponderatis † resultare videbatur sufficiens probatio Dominij ad tradita per Gargiar. *cons* 69. *num.* 21. *lib.* 2. *& per* Rot. *decis.* 12. *num.* 9. *part.* 2. *recent.*

Et ita Iosepho tantum informante decisum, altera tamen parte per annum à die subscriptionibus dubij sæpissimè intimata, &c.

R. P. D. T A I A.

Terracinen. Turris, & Prati.

Mercurij 26. Iunij 1675.

A R G V M E N T V M.

De bono iure possessoris, etiam ad effectum manutentionis constare deciditur, quia illius possessio extra controuersiam fuit, ex qua proinde adhuc dominium resultare visum est, actore præsertim in iudicio rei vendicationis suam intentionem non probante, maximè quia concurrebant etiam edicta publica illius possessionem comprobantia, & plura locationum, & conductionum instrumenta, quæ ratione proprietatis, & dominij, non autem solius possessionis iure; facta præsumebantur.

S V M M A R I V M.

1 *Via Appia, alias nuncupata via publica, & via regia est illa, quam Appius Claudius strauit.*
2 *Sepulchra Romanorum, dicta etiam Conditoria, extabant in via Appia.*
3 *Locationes, & conductiones præsumuntur factæ ratione proprietatis, & dominij, non autem solius possessionis.*
4 *Possessio decennalis longæua dicitur, remouens omnem præsumptionem calumniæ, & inducit præsumptionem tituli, seù titulum coloratum.*
5 *Manutentionem ad obtinendam sufficit quilibet titulus etiam coloratus, etiamsi ius resistat.*
6 *Possessio longæua sufficit ad inducendam præsumptionem tituli pro manutentione sufficientis.*
7 *Dominij præsumptio pro actore resultat, ex illius longæua possessione.*
8 *ad Excipiendum, eo magis admittitur, qui admittitur ad agendum.*
9 *Dominium ex possessione resultat, quando non constat possessorem non esse dominum.*
10 *Possessor præsumitur dominus quoties possessio est longissima, siue cum illa concurrat fama, publica, siue etiam non.*
11 *Probatio desumi non debet de domo rei, & ab illo, qui lite pulsatur.*
12 *Dominium Actore non probante, remanet apud Reum in iudicio rei vendicationis.*
13 *Possessor in iudicio semper præsumitur dominus, antequam fuerit fundatæ actoris intentio.*
14 *Bona existentia in medio bonorum alterius, eius esse præsumuntur.*
15 *Via publica vbi interuenit, magis dicitur esse in confinio, quam ager vicini.*
16 *Solum viæ publicæ publicum est.*
17 *in Iure prothomiseos tria sunt, quæ illud non habent.*
18 *Via publica impedit confinia, cum ipsa confinis sit.*

DECISIO DLXVI.

SECVS Viam Appiam, † publicam, Regiam, quam 1
Appius Claudius strauit *§. fuit autem in primis l.* 2. *ff. de orig. Iur.* & in qua (nec videtur impertinens) erant Conditoria, † Sepulchraque Romanorum, vt ex Liuio nota- 2
uit Spiegel, *in Lexic.* est Turris, & ab altero latere Pratum, quæ controuersa sunt inter Reuerendissimum Capitulum Lateranen. & Excellentiss. D. Ducem Sermonetæ vtrius sint, Commissaque Causa ab Eminentissimo Cardinali Archipresbytero primum Iudici Capituli, hic definitiuè pronunciauit Turrim spectare ad Capitulum, Pratum autem ad Ducem; Vnde appellante vtraque parte, deinde commissa Causa hodie proposui Dubium ad quem spectent Turris, & Pratum, de quibus agitur, etiam ad effectum manutentionis, & DD. spectare ad Ducem etiam ad effectum manutentionis responderunt.

Quia pro parte Ducis relata sunt, & probata acta Dominica antiqua, & Edictum anni 1588. *ad instanza del Sublocatorio della Torre di Tre Ponti, suo Circuito, e*

Prato, &c. Che nessuno ardisca di metter Bestie, nè far Mandre nel Circuito della Torre, &c.

Et seorsim de Turri aliud Edictum anno 1596 pro-
hibens vnicuique *tirar Archibusate à qualsiuoglia sorte d'
Vcelli intorno alla Torre di Tre Ponti, per quanto porta vn
tiro d'Archibuso &c.* provt in Turri superius est Colum-
barium, etiam descriptum in accessu Iudicis à quo, &
columbæ etiam illo strepitu fugantur, & sub specie alia-
3 rum † Auium quoque necantur: Et de Prato aliud Edi-
ctum anno 1580 prohibens similiter *pascere alcuna sorte
di Bestiame nel Prato di Tre Ponti*.

Et à sexaginta, & pluribus annis plusquam duplici lon-
gissimo tempore præscriptionum anno 1612. actor Ducis
locauit Turrim Trium Pontium cum omnibus pascuis so-
litis locari, &c. & provt locata erant prius per sex annos,
& demonstrantur solutæ mercedes à conductoribus in Li-
bris, & Actis Curiæ.

Sic & anno 1620. adhuc supra 40. annos, & 50. locauit
cum Capitulis, & conditionibus aliarum locationum
Pratum, vt dicitur *della Torre del Mercato, &c.* quam
eamdem esse constat ex aliis locationibus ibidem enuncia-
tis, & ex Testibus, & deinde constabit respondendo op-
positis à Capitulo, vt quidem locationes, & conductio-
nes præsumuntur ratione proprietatis, & dominii, non
autem solius possessionis, Bart. *ad l. si aliquam rem ff. de
acq. poss. num 11. vers. aut dico Conduco rem*, sic autem an-
no 1623. locauit *la Torre di Tre Ponti* ad vitam conducto-
ris, &c. præcipuè pro Mercede in 20. paribus columba-
rum, cum aliis huiusmodi late in *Summario*.

4 Ex longæua enim, & decennali possessione, † om-
ni calumnia sublata, oritur præsumptio tituli, seù ti-
5 tulus coloratus, † qui sufficit: ad obtinendum Man-
datum de manutenendo, etiam si Ius resistat Posth. *de
manut. obser. 42. num. 26. cum alleg.* & præcipuè Rot. *decis.
595. num 2. à vers. nec obstat. par. prima d. vers.* vbi oppor-
tune ad hominem, & ad opposita à Capitulo non obsti-
tit, quod loca, de quibus agebatur essent in alieno Ter-
ritorio, & quod in eo Territorio illa communitas ha-
beret intentionem fundatam, &c. ad manutentionem,
& imò de longæua possessione, & inde præsumptio-
6 ne tituli sufficientis, Rota apud Posth. *de manut. vlt.
edit. decis. 438. num. 14.* & quando simul fuit intentatum
petitorium, & possessorium, & super vtroque proces-
7 sum ex longæua possessione probata per actorem † in-
ducitur præsumptio Dominii pro ipso Actore; Mascard.
de probat. concl. 539 numer. 33. maximè cum præcedente
numer. 20. & multo magis pro Reo, & possessore, vt
8 qui ad agendum admittitur, † est ad excipiendum mul-
to magis admittendus, *Cap. qui ad agendum 71. de reg. Iur.
in 6. ex §. Cui damus actionem l. intuitus nemo 156. ff. eod.* &
9 quando non constat † possessorem non esse Dominum,
Mascard *dicta conclus. 539. numer. 15.* & procul omni dif-
ferentia, quando possessio est longissima, & cum il-
10 la concurrit fama, † quin etiam si non concurrat fama *§.
quod si quis l. 8.* & generalius *l. 3. & l. 4. C. de præscript. 30.
vel 40. ann.* Mascard. *d. concl. 539. ex num. 25.* cum aliis, &
cum pluribus Grat. *disc. 293. num. 11.*

Atque ita Reo probante, nec tamen verente ne ab
11 eo, qui lite pulsatur † probatio exigatur *l. 8. C. de prob.*
cum aliis, apud *Gloss.* & specialiter in rei vendicatione
12 Actore Capitulo probatione cessante † dominium apud
Reum Ducem remanet *l. 2. C. de probat.* & ibi *Gloss. vl-
tima*, & altius distinguendo probationem per præsum-
ptionem Dominii ex possessione si Dominium deducitur
in Iudicium per modum exceptionis ante intentionem
13 Actoris fundatam † possessor præsumitur Dominus, Bart.
*ad l. quidam in suo ff. de condit. instit à vers. Si verò Dominium
deducitur in Iudicium per viam exceptionis.*

Ex contrario probante Reo Duce multum, vt su-
pra Capitulum agens visum est minus, & nihil proba-
re, vt infra; Etenim præsumptio Turris, vti positæ
14 in mediis bonis Capitularibus, † atque ita præsumendæ
Capitularis, *ex dicta decis. 795.* præter suprascripta, *ex
ipsa decisione.* etiam ex facto non verificatur propter di-
ctam Viam publicam Regiam, & aliam viam publi-
cam, *la Via dell'Irte*, qua etiam intersecatur Via illa Re-
gia, & ad angulum intersecationis est Turris, cum mo-
dico solo dirutarum Domorum, apud Turrim, &
alia Via ab ipsa Regia ducens olim ad quandam Ec-
clesiam Sancti Iannutii, itaut Turris circumdata tribus
his Viis, vix per suum solum, immo solum ipsum
Turris modico spatio confine sit solo Capitulari, &
solum quidem dirutarum domorum, vt supra, & vti
Via publica interuenit confinium non intelligitur, † 15
quia magis in confinio Via publica, quàm ager vici-
ni, *l. 4. in fin & l. 5. ff. finium regun.* Viæ enim publicæ so-
lum † publicum est, *§. Viam publicam in princ. & in fin.* 16
l. 2. ff. ne quid in loco publico, quidquid aliud alia ratione
de alluuione, *l. Attius fundum 38. ff. de acq. rer. dom.* &
ibi *Gloss. vlt.* quo spectat, quod in appendice Constitutio-
nis Federici de Iure Prothomiseos † tria sunt, quæ Pro- 17
thomiseos non habent, prima, & præcipua Via publi-
ca, † quæ impedit confinia sicipsa confinis, *apud Afflict.* 18
& alios ad dictam Constitutionem.

Et huc pertinere videtur, quod instrumentum lo-
cationis propinquorum bonorum locabilium particula-
tim descriptorum anni 1565. non habet mentionem
quidem Turris, non tam quod posita in medio con-
sequenter intelligatur, quam quod neque posita in me-
dio, neque consequenter intelligenda, posita est secus
dictam Viam Appiam, immò inter tres dd. Vias etiam
specialiter à Duce locuta est.

Quæ autem respondebantur à Capitulo ad Ducis
probationes de Turri, quæ alia sit *di Tre Ponti*, faci-
le declarantur ex facto, & casu, quia hæc olim diceba-
tur *la Torre del Mercato, di Tre Ponti*, seù *la Torre noua
di Tre Ponti*: illa vero *la Torre di Tre Ponti*, vt apud ipsos
Tres Pontes collapsa vero hæc ipsa apud Tres Pontes ipsa,
quæ controuertitur, dicta est simpliciter *la Terra di Tre
Ponti*.

Quod multipliciter fuit ampliùs demonstratum; Pri-
mò, quia Turris controuersa est, ac fuit semper habita-
bilis, & locata ad habitandum, & ex contrario alia Tur-
ris diruta saltem à sæculo, nec habitata, nec habitabilis
fuit, iuxta Testes etiam à Capitulo examinatos. Secun-
do quia Turris ipsa habet Vallum labefactum, certum-
que circuitum in quo Dux, vt supra prohibuit pasturam,
quod alia Turris non habet, neque habuisse vestigium
est.

Tertiò, quia eadem Turris habet columbarium,
quod alia Turris, nec habuisse videtur, vel traditio ali-
qua est. Quarto, quia hæc eadem Turris, vti habitabi-
lis habet fenestras, quarum, tectique reparatio fuit iniun-
cta conductori, &c. quæ ad aliam Turrim pertinere non
possunt.

Et de Prato, quod in locatione Capituli anno 1565. de-
scripta sit quantitas cuiuslibet Terræ ascendens ad certam
summam, quæ cum hoc Prato complectitur; Vnde Ca-
pitulum suum Pratum probare contendit; Respondetur,
si & quantum vera sit quantitas ex certa mensura, Pra-
tum est ipsis Viis Apiæ, & dell'Irto confine, & in angu-
lo ipsarum, & aliunde non confine Terris capituli, pro-
batumque semper possessum à Duce, deinde, & demum
potius videtur, vt capitulum prætendat suam mensuram
ex opposito in Aquilonem in alia bona sibi confinia, quam
ad austrum in hoc Pratum, etiam Viis publicis separatum.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. RONDININO.

Marsicana Iurisdictionis.

Mercurij 26. Iunij 1675.

ARGVMENTVM.

Rursus in hac causa datur manutentio Episcopo super collatione, & institutione beneficij suæ Diœcesis, non attento priuilegio contrario Ecclesiæ Lateranensis, quia qualitas eiusdem priuilegij probata non fuit, reiecta etiam probatione identitatis, quæ prætendebatur facta à capitulo, quia vel erat diuersa, vel adhuc æquiuoca, & ideo suffragari non poterat.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Episcopus habet assistentiam iuris super institutione beneficiorum suæ Diœcesis, & num 9.*
2 *Manutentio debetur Episcopo in quasi possessione conferendi beneficia suæ Diœcesis, non docto de claro iure alterius extraordinarii collatoris.*
3 *Priuilegium non solum, sed etiam illius qualitates probari debent, alias non suffragatur.*
4 *Ordinarii quasi possessio in collatione beneficii turbari non potest, donec constet de iuribus, & priuilegio alterius collatoris.*
5 *Identitas Ecclesiæ, puta patronalis, non probatur si insignia in ea, atque in alia simili Ecclesia existentia, sint inter se diuersa.*
6 *Diuersitas qualitatum, diuersitatem rei demonstrat.*
7 *Insignium æquiuoca probatio, non attenditur, nec suffragatur.*
8 *Institutio beneficii facta ab Episcopo ob illius iuris assistentiam præualere debet institutioni alterius.*
10 *Institutionis Episcopi effectuatio potius præsumitur, quam effectuatio extraordinarii collatoris.*
11 *Quasi possessia Episcopi ad effectum institutionis beneficii propter illius iuris assistentiam semper præferenda est.*
12 *Vltimus status in materia institutionis attenditur etiamsi constaret de præcedenti statu contrario.*

DECISIO DLXVII.

ITERVM manutentionem Marsorum Episcopo
Domini concesserunt innixi rationibus deductis in præ-
terita decisione huius Causæ tertia Decembris 1674 co-
ram me quia posita assistentia Iuris, † quam habet Epis-
1 copus in sua Diœcesi, atque etiam quasi possessionem in-
2 stituendi in controuersa Præpositura Terræ Aielli, † con-
sequens est vt ei ex vtroque capite debeatur manutentio,
non docto de claro Iure alterius extraordinarij Collatoris,
de quo non docebat Lateranense Capitulum, cum neque
in facto, neque in Iure incontinenti doceatur Ecclesiam
hanc Parochialem, Præposituram nuncupatam, esse si-
3 tam in solo Lateranensi † iuxta qualitates in Pontificijs
4 priuilegijs requisitas, de quibus quousque disceptatur †
ordinarij Collatoris quasi possessio turbari non potest ex
ratione Textus *in cap. cum personæ 7 §. final. de priuileg. in sexto* cum concordantibus.

Non enim docetur de fundatione huius Ecclesiæ in so-
lo Lateranensi ex illius instrumento, quod loquitur de
Ecclesia sita extra Castrum Aielli, cum hæc, de qua
agitur, extra Castrum esse non negetur Summario ca-
pituli Lateranen. *numero primo* neque etiam ex testibus
super Ecclesiæ identitate deponentibus Summario eodem
numero 12. cum examinati fuerint absque Iurisdictione,
atque ipsa parte reclamante, vt iudex ipse Rotæ testatus
est Summario responsionis Episcopi *numero primo & 2.*
cum potius Ecclesia fundata dicatur à Comite Rogerio,
cuius insignia, quæ sculpta reperiuntur in aliis Ecclesijs,
5 † sunt longe diuersa à quinque Lunis in hac Ecclesia exi-
stentibus, quæ sunt insignia Piccolomineorum Summa-
rio Capituli *numero primo & 11.* & Summario responsio-
6 nis Episcopi *numero 4. & 5.* † per ea, quæ ex qualitatum
diuersitate considerant DD. *in l. si quis in fundi vocabulo ff. de legat. primo, & in l. Testamenta quidem ff. de cond. & demonst.* Rimin. Sen. *cons. 429. num. 4. & seqq. volum.*
7 3. & pro æquiuoca † insignium probatione Rota post Vi-
uian *de Iure patr. decis. 16. num. 11. & 14.*

Quemadmodum, & ipsa quasi possessio Capituli ex
institutionibus per ipsum factis Summario eiusdem *nume-
ro 2. & pluribus seqq.* destruitur ex recenti continuata
quasi possessione Episcopi Summario eiusdem sub die præ-
teritæ decisionis *numero primo & seqq.* cuius institutio
in persona Bernardini Maceroli, quamuis controuerta-
tur à Capitulo, à quo illum institutum fuisse prætendi-
8 tur, adhuc institutio Episcopi præualere deberet ob iu-
9 ris assistentiam, † quam ipse habet, ob quam institutio-
nis ipsius potius, quam Capituli effectuatio præsumitur
10 per ea, quæ in fortioribus terminis pro excludenda pos-
sibili institutione ordinarij ex doctrina Bart. *in l. hæredes palam ff. de testam.* dixit Rota *in Burgen. Iuris Concedendi Licentias 7. Ianii 1585. coram Orano inter illius manuscriptas penes me lib. primo decis 92. & in recent. part. 3. decis. 655. sub num. 3.*

Quo casu, vt in præterita decisione dicebatur, quasi
possessio ipsius est præferenda; Tum quia pro eo concur-
rit iuris assistentia ad effectum huius institutionis dedu- 11
cta *in cap. prima de Religios. domibus*, tum quia vltimus
status in hac materia attenditur, † etiamsi constaret de 12
statu præcedenti difformi ex reg. text. *in cap. querelam 24. de elect. & in cap. consultat. 19. de Iurepatr. & in cap. cum olim de caus. possess. & propriet.* quemadmodum pro Marsorum Episcopo Rota hæc omnia plene deduxit coram Comitulo *decis. 26. & decis. 138.* per totas.

Et ita, vtraque parte informante resolutum fuit.

Supra in alio præcedenti tomo primo istius decimæ octauæ partis adest altera in hac causa decis. quæ est ibi in ordine 375.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Fideicommissi.

Mercurii 26. Iunij 1675.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum reale dicitur constitutum ex prohibitione alienationis facta non solum per diuersam, & separatam orationem, verum etiam adiecta ratione, quod bona alienari prohibita, fideicommisso subiaceant, eo magis, quia omnibus vocatis iniunctum erat onus assumendi arma, & insignia testatoris, & in casum delicti alter proximior cum eodem onere, & fideicommisso vocatus erat, cumque illud pro hæredibus, & successoribus, ac etiam proximioribus institutum sit, Fœminam adhuc in eo comprehensam esse deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Hæredum, & successorum appellatione in fideicommissis, & substitutionibus veniunt hæredes sanguinis, & sic descendentes omnes.*
2 *Vocatio resultat ex onere iniuncto assumendi arma, & nomen, seu cognomen testantis.*
3 *Fœmina, sicut & masculus, potest adimplere onus assumendi cognomen, & arma testatoris.*
4 *Proximiorum nomine in fideicommissi veniunt etiam fœminæ, quando testator non respexit ad agnationem.*
5 *Substitutio facta per vulgarem expirat per aditionem primi substituti, sed vide num seqq.*
6 *Conditio si sine filiis expirat per obitum cum filiis lim. vt num. 15.*
7 *Dictio insuper nouam, & separatam orationem inducit.*
8 *Prohibitio alienationis facta per nouam, & separatam orationem, & cum expressione, quod bona fideicommisso subiaceant, nouum & separatum fideicommissum inducit, & num seq.*
9 *Fideicommissum resultans ex prohibitione alienationis, quando dicatur constitutum non in solo casu alienationis, sed etiam in casum mortis:*
10 *Fideicommisso perpetuo constituto, idem est, ac si fuisset dictum, quod bona vadant de hærede in hæredem, de successore in successorem, & de descendente in descendentem*
11 *Fideicommissum fuisse perpetuum, & bona non transire de vno in alium impossibile reputatur.*
12 *Verba* perpetuo fideicommisso subiecit *dicuntur directa in rem, & important grauamen reale.*
13 *Fideicommissum, & grauamen reale afficit omnes vocatos, & possessores, itaut quilibet teneatur restituere aliis, donec hæreditas perueniat ad vltimum.*
14 *Priuatio in casum delicti cum substitutione proximioris cum eodem onere constituti fideicommissi deseruit pro coniectura inducendi fideicommissum perpetuum.*
15 *ex Voluntate testatoris receditur à consilio Oldradi.*

16 *Voluntas testatoris, siue ex verbis testamenti desumitur, siue ex coniecturis, siue etiam ex vi rationis.*

17 *Identitas bonorum probatur ex instrumento acquisitionis factæ per testatorem amplius, vt numer. 19.*

18 *Possessio præsumitur continuata vsque ad obitum.*

19 *Possessio testatoris, & bonorum identitas probatur ex illius descriptione facta in testamento.*

20 *Possessio testatoris probatur ex possessione capta bonorum illius ab hærede.*

21 *Manutentio supponit, & probat actualem possessionem præcedentem,*

22 *Mansiones existentes, vel constructæ intra domum cadunt, & comprehenduntur sub iuribus, & pertinentiis eiusdem domus, sed vide num. 25. & seqq.*

23 *Probatio euidens resultat ex planta facta à peritis, & fortius ex accessu Iudicis, & num. 26.*

25 *Comprehensio sub pertinentiis domus, non potest dici ius, quod in illis ad alios spectabat.*

27 *Res inter alios acta non præiudicat tertio.*

28 *Abbatis, & Cellerarii confessio licet non præiudicet Monasterio, deseruit tamen pro maiori dilucidatione veritatis.*

29 *Possessio probatur ex deliberatione facta ad instantiam creditorum.*

DECISIO DLXVIII.

HIPPOLITVS Passerinus instituto hærede Rainutio Boniperto sub conditione assumendi cognomen, & insignia ipsius Testatoris, eidem quandocumque morienti sine filiis legitimis, & naturalibus substituit Alexandrum eius germanum fratrem sub eadem conditione, quod ipse, & sui hæredes, & successores assumere debeant idem cognomen, & insignia, ipsoque Alexandro pariter moriente sine filiis legitimis, & naturalibus substituit proximiores eiusdem cum eodem onere perpetuo deferendi cognomen, & insignia prædicta; Voluit insuper ipse Testator, quod eius hæres vendere possit bona Nursiæ existentia illorumque pretium inuestire in Vrbe; In omnibus autem aliis casibus expresse prohibuit omnibus dictis suis hæredibus institutis, & substitutis omnem, & quamcumque alienationem, & obligationem Bonorum, & Iurium suæ hæreditatis, quæ (sunt verba Testamenti) perpetuo fideicommisso subiecit, ita etiam, & taliter, vt nullo vnquam tempore ipsa bona possint per quodcumque delictum per dictos suos hæredes, & successores eorum, vel eorum aliquem vllo vnquam tempore perpetrandum deuenire in Fiscum, vocando in hoc casu proximiorem delinquentis cum repetito onere gestandi cognomen, & insignia prædicta, ac cum repetita prohibitione de non alienando, vt supra, & latiùs in Testamento dato in Summario Isabellæ sub die 15. Martii præteriti *num. primo*.

Defuncto Rainutio successit Alexander frater, & ex isto nato Francisco, hic genuit Isabellam, quæ vigore huius fideicommissi obtinuit coram Eminentissimo Vicario sententiam immissionis super duabus Mansionibus, & vna Coquina incorporatis domui contiguæ sub signo Crucis Albæ possessæ per Abbatem, & Monachos S. M riæ Nouæ de Vrbe, sed ab ea appellatione interposita per reos Conuentos, commissaque mihi causa, proposui Dubium An constet de fideicommisso, itaut sit danda immissio, & affirmatiue responsum fuit.

Cum enim testator iniunxerit onus assumendi insignia,
& cognomen non solum Rainutio, verum etiam Alexandro eius fratri, omnibusque eius hæredibus, & successo-
5 ribus, † quorum appellatione in fideicommissis, & sub-
stitutionibus venire heredes sanguinis vocatorum, & sic
filios, nepotes, pronepotes, aliosque descendentes firmarunt Speculat. *in tit. de testam. §. in primis vers. final.* Guidop. *decis. 306. in fine, & decis. 591. numer. primo* Gabr. *de verb. significat. concl. 2. numer. 19.* Peregr. *cons. 31. num. 20. lib. 2.* Fusar. *consil. 71. numer. 6. & 7.* Rot. *in rec. decis. 171. nu. primo par. 12. & decis. 67. nu. primo & 2. par. 13.*

2 Ex huiusmodi onere illis iniuncto, † iunctis aliis iosta
ponderandis desumitur eorundem vocatio Bart. *in l. Centurio numer. 17. ff. de vulg. & pupill* Roland à Vall. *cons. 18. sub num. 10. vers. verum Maturius, & vers. & pro opinione lib. 4* Cephal. *cons. 93. numero 9. & 10. cum seqq.* Surd. *cons. 434. numero 12.* & Rota coram Seraphin *decis. 956. numero 4. & 5.* & signanter fœminarum qualis est
Isabella, † quæ æque, bene, ac masculi prædictum onus 3
valet adimplere Gratian. *cons. 132. num. 16. & 17. lib. primo* Thesaur. Iun. *quæst. 12. in fine vers. attento maxime lib. 2.* & post alios plures late Altograd. *cons. 66. num. 64. vers. Quia tam fœminæ & seqq. lib. 2.*

Cuius vocatio insuper deducebatur ex substitutione
proximiorum, † quorum nomine venire etiam fœminas, 4
quando testator non respexit ad agnationem veram firmauit pluribus relatis Rota coram Eminentissimo Otthobon. *decis. 111. num. 5. & 6. cum aliis seqq.*

Et quamuis respectu primæ vocationis capere posset
dubitatio an ea facta dicatur per vulgarem, † itaut per 4
aditionem Francisci primi hæredis, & successoris Ale- 5
xandri exspirauerit; Secunda vero vti concepta sub con-
ditione obitus eiusdem Alexandri sine filijs, † euanuisse 6
prætenderetur per obitum cum Francisco filio iuxta vulg. *cons. Oldr. 21.*

Nihilominus omnis quæstio cessare Dominis visa est
ex prohibitione alienationis, quæ vti adiecta per dictio-
nem † *insuper* nouam, & separatam orationem indu- 7
centem Giouagnon. *cons. 39. num. 15. in fine libro primo* Rota coram Merlin *decis. 128 num. 35.* & cum expressa dispositione, quod bona, & iura, suæ hæreditatis perpetuo
fideicommissu subiecit, & subicit, † non est dubium, 8
quin nouum, & separatum fideicommissum induxerit Rota coram Caualer. *decis. 481. num. 6. vers. cum enim hæc verba, & inter diuers. 568. num. 9. parte prima in recent. decis. 93. num. 8. vers. & r. botatar p. rt. 1. & coram* Merlin. *decis. 228 num. 33.*

Et quidem non solum in casu alienationis, † sed etiam 9
in casu mortis Thesaur. *decis. 96. num. 30.* Caualer. *d. decis. 481. num. 4. in recent. decis. 10 num. primo decis. 33. num. 2. & decis. 193. num. 5. part. prima decis. 237. num 4. part. 5. decis. 319. num. 3. 4. & 5 part. 12. & decis. 322. num. 5. part. 14.*

Nam subijciendo testator bona sua perpetuo fideicom-
misso † idem est ac si dixisset, quod bona sua vadant de 10
hærede in hæredem, de successore in successorem, & de descendente in descendentem Cephal. *consil. 134. num. 29. 30. & 31. & cons. 478 num. 45. & 46.* Decian. *cons. 50. num 18. & 19. lib. primo* Peregr. *cons. 13 num. 5. lib. 5. &* Petra *de fideicom. quæst. 11. sub num. 165. vers. vel si adsit*, cum alias impossibile sit, quod bona subiecta remaneant perpetuo fidei-
commisso † nisi de vno in alium transeant, vt aduertit 11
Fusar. *quæst 688. num. 17. & 18.* Rota *decis 580. num. 5 part. 4. tom. primo decis. 185. nu 6. part. 7. & in Romana Fideicommissi de Domo 19 Februarii 1663. §. præter hanc coram bon. mem. Card n. ii Vicecomite.*

His eo facilius præcedentibus aduertendo illa verba,
quæ perpetuo subiecit, &c. † tanquam directa in rem, 12
importare grauamen reale, † quod afficit omnes personas 13
vocatas, & quoscumque possessores, itaut quilibet successor teneatur per fideicommissum alteri restituere, donec hæreditas perueniat ad vltimum substitutum bene Rota *decis. 366. num. 3. & 4. part. 4 tom 2. recent. in Firmana Fideicommissi 10 Aprilis 1663. §. eoque magis coram R.P.D. Ottalora & in Bonon. en Prædii, seù Fideicommissi 9. Maii 1670. §. tertio quia coram R.P.D. meo Ca a:aiu*

Denique pro corroboratione prædictorum ponderabatur priuatio delinquentium, cum substitutione proximiorum repetito in iisdem onere assumendi cognomen, & insignia familiæ de Passarinis, & prohibitione alienationis cum verbis relatiuis, vt supra, quæ iunctis alijs præceden-
tibus bene deseruiunt pro coniecturanda voluntate testa- 14
toris constituendi perpetuum fideicommissum nedum in casu delicti, sed etiam in casu mortis iuxta ponderata per Rota coram Duran. *decis. 126. num. 9. vers. tertio, & vltimo & coram* Bichio *decis. 605. num. 2.*

Constito igitur ex his de voluntate ordinandi perpetuum, & absolutum fideicommissum, cessat dubitatio, quod vocauerit hæredes, & successores dumtaxat per vulgarem, vel proximiores in casu tantum obitus Alexandri
sine filiis iuxta *cons. Oldradi* † à quo receditur, quando con- 15
stat de contraria disponentis voluntate ex verbis testa-
menti, vi rationis, vel ex coniecturis desumpta Paris. *cons.* 16
7. num. 37 lib. 3. Peregr. *de fideic. art. 29 num. 41* Mantic. *decis. 375 num 7. vsque ad finem, & coram* Eminentissimo Otthobon. *decis. 28. num. 13 & d. decis. 113. num. 13. cum seqq.* & constito etiam de illius purificatione ad fauorem Isabellæ per obitum Francisci eius Patris constare pariter visum est de identitate Mansionum ex infra dicendis.

Illa

17 Illa enim desumebatur † nedum ex instrumentis acqui-
sitionis factæ per testatorem de domo cum ijsdem man-
sionibus, de quibus agitur Petra *de fideicom. quæst. 12. n. 36.*
Peregrin. *eodem tract. art. 44. num. 4. in recent. decis. 360. num.*
6. vers. & prædictam part. 5. & decis. 227 nu. 13. par. 8. cuius
possessio continuata vsque ad obitum præterquam de iu-
18 re præsumitur Peregrin. *de fideicomm. art. 44.* † *num. 16. &*
Rot. *decis. 140. num. 16. & 17. coram Eminentiss. Otthob.* pro-
19 batur etiam ex † descriptione facta in Testamento, vt di-
xit Rota coram Dunoz. Iun. *decis. 891. num. 3. & in Fauen-*
tina Bonorum 5. Iunii 1664. §. sicut coram Eminentissimo D.
Cardinali Cerro.

Verum etiam ex eo, quia Rainutius primus hæres in-
20 stitutus † vigore testamentariæ dispositionis possessionem
Domus cum ijsdem Mansionibus adeptus est Castr. *cons.*
247. num. 1. vers. & hoc probatam lib. 1. Rot. coram Coccin.
decis. 120. sub nu. 2. vers. & facit quod voluerit coram Mer-
lin. *decis. 294. num. 12. &* coram Dunoz. Iun. *d. decis. 891.*
num. 4.

Necnon etiam ex, quo tam idem Rainutius, quam
Alexander primus substitutus super dictis Mansionibus
21 contra Monachos obtinuerunt manutentionem, † quæ
supponit, & probat eorum actualem possessionem Man-
tic. *decis. 252. num. 2* Bich. *decis. 155. num. 14. & decis. 405. nu.*
9. & fuit dictum in rec. decis. 426. num. 11. par. 9.

Neque identitas ex prædicta resultans turbari valet
ex eo, quia Mansiones controuersiæ appareant constru-
ctæ intra septa Domus emptæ à monachis de anno 1467.
22 † & proinde cadant sub iuribus, & pertinentijs, cum qui-
bus eadem domus fuit ipsis vendita ex Gratian. *disc. 263.*
num. 1 & seqq.

Quia tantum abest, quod ea dicta emptione probetur
monachorum Dominium, vt potius aperte excludatur,
aduertendo cum eadem domo fuisse venditum Puteum,
ex quo habebat ius hauriendi aquam quidam Andreas
Mastronus de sua domo contigua, siue Meniano, vt
enunciatur in Instrumento dato in Summario Monacho-
rum in prima propositione causæ 17. Maij præteriti num.
1. & clarius in Summario responsionis Isabellæ num. 2.
vnde cum ea planta confecta à Perito eiusdem Isabellæ,
23 † & fortius ea accessu facto per Dominos, compertum
fuerit hoc ius hauriendi aquam, non nisi ea sæpe nomina-
24 tis Mansionibus potuisse exerceri, † clarum remanet eas
non fuisse comprehensas sub iuribus, & pertinentijs cum
quibus emptio, & respectiue venditio emanauit.

Neque huiusmodi ius, seu seruitus hauriendi aquam
verificari posse visa est in Puteo existente in Domo spe-
ctante ad Isabellam, tum quia si Puteus existebat in do-
25 mo diuersa ab illa empta à monachis, † vti res aliena
non poterat sub huiusmodi emptione comprehendi.

26 Tum, & clarius quia ex dicta planta, † & ea inspe-
ctione facta per Dominos in faciem loci apparuit, hunc
puteum esse constructum post ingressum domus Isabellæ
in plano terren., & præcise sub scala eiusdem, quinimo
sub trabe magistra ipsius domus, adeoque annexum pari-
ter Magistro, & vndique circum septum, vt impossibile
fuerit ex illo hauriri aquam à Meniano, vel fenestra, vt
asseritur in dicto Instrumento emptionis.

Minus obstare Domini censuerunt sententiam pro
Monachis latam de anno 1639. contra Io. Baptistam Mi-
chinum tunc possessorem istarum Mansionum ab eo ac-
quisitarum mediante deliberatione sequuta vigore credi-
ti, quod ipse consequi debebat à Francisco vltimo hærede
grauato, nec non transactionem inter eosdem initam, in
qua Michinus in emphyteusim accepit à Monachis dictas
Mansiones.

27 Quia præterquam res inter alios acta præiudicare ne-
quit Isabellæ proprio iure agenti *l. de vno quoque, & leg.*
sæpe, ff. de re iud. insuper fuit animaduersum Abbatem,
& Cellerarium forsan conscios de eorum malo iure, ea-
dem die transactionis per apocham separatam declarasse
in dicta emphyteusi non comprehendi, neque deuolutio-
ni fore obnoxias præfatas Mansiones, sed eas in perpe-
tuum libere spectare ad Michinum transigentem, & la-
tius in Summario responsionis Isabellæ num. 1.

Nil referente, quod Abbas, & Cellerarius nequiuerint
28 Monasterio præiudicare, † quia satis est eorum confessio-
nem deseruire posse pro maiori dilucidatione veritatis ex
alijs supra ponderatis non obscure apparentis Corn. *consil.*
123. num. 14. lib. 1. & Rot. *decis. 68. nu. 21. & duobus seqq.*
par. 9. recent.

Nulla denique fuit habita ratio de locationibus, & con-
cessionibus in emphyteusim factis à Monachis diuersis
personis, quia illæ loquuntur generaliter de Domo, seu
Hospitio nulla prorsus facta mentione de ipsis mansionib.

Ex quibus cum habeamus probationem identitatis ea-
rundem tam ex Instrumento acquisitionis factæ à testato-
re, quam ea successiua possessione primi hæredis grauati
adepta vigore Testamenti, & ab alijs successiue conti-
nuata, vt patet ex supradictis, & signanter elicitur etiam
respectu vltimi grauati † ex deliberatione pro ære alieno 29
ab ipso contracto, subsequuta ad instantiam Michini, non
dubitarunt Domini esse concedendam immissionem Isa-
bellæ hæredi fideicommissariæ.

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. EMERIX.

Foroliuien. Donationis.

Mercur. 26. Iunii 1675.

ARGVMENTVM.

Quamuis in contractibus regulariter non habeat locum ius accrescendi, & præcisè in donationibus priuatarum personarum; Adhuc tamen si constat de voluntate partium, illud tam in contractibus quam in donationibus semper admittitur; hæc autem satis apparere dicitur ex onere donatarijs iniuncto, in solidum per eos adimplendo, rursus etiam ex pacto reuersiuo fauore donantis apposito in casum mortis vtriusque donatarij.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi ex voluntate partium habet locum etiam in contractibus, & num. 11.*
2 *Contractus indiuidui habent ius accrescendi.*
3 *Donatio onerosa dicitur contractus merè indiuiduus.*
4 *Onus per quemlibet donatarium integrè adimplendum, eo magis reddit donationem indiuiduam.*
5 *Donatio onerosa habet ius accrescendi, ex voluntate donantis, & ex quibus illa resultet, num. anteced. & seqq.*
6 *Ius accrescendi habet locum inter duos donatarios onus in solidum adimplere debentes, & quare.*
7 *Ius accrescendi datur inter duos donatarios, si post eorum obitum bona reuerti debent ad donantem.*
8 *Pactum reuersiuum appositum fauore donantis in casum mortis vtriusque donatarij, operatur inter eos fuisse inductum ius accrescendi.*
9 *Ius accrescendi regulariter non habet locum in contractibus.*
10 *Ius accrescendi non habet locum in donationibus priuatarum personarum.*
11 *Voluntas contrahentium, ad effectum, vt in contractibus habeat locum ius accrescendi, ex quibus resultet, & supra d. num. 5.*

DECISIO DLXIX.

REPROPOSITA hodie causa ad formam rescripti
Rotæ super solo articulo iuris accrescendi, in quo
strictè concessa fuerat noua audientia, placuit Dominis
persistere in decisis sub die 28. Ianuarij proximi, quia
accrescendi † locum habet etiam in contractibus ex par- 1
tium voluntate iuxtà veriorem, & magis receptam opi-
nionibus, quam firmant Decian. *respons. 73. num. 12. & 13.*
vol. 2. Ruin. *cons. 194. num. 9. lib. 1.* Honded. *cons. 14. num. 23.*
vol. 1. cum alijs adductis per Bello. *de iur. accresc. lib. 1. cap.*
6 qu. 32. num 62. cum duobus seqq. & præsertim † in indiui- 2
duis, † vt est donatio ratione pacti onerosi per quamlibet 3
† ea donatarij integrè adimplendi, Bart. *in l. re coniuncti n.* 4
65. ff. de leg. 3. Mantic. *de tacit. lib. 22. tit. 34. num. 1.* Bellon. *d.*
cap. 6. qu. 35. nu. 4. & 10.

Voluntas autem Fabritij donantis inducendi Ius ac-
5 crescendi † inter Euphemiam, & Iuniperam donatarias,
præ cæteris rectè desumi videbatur. Primò ex onere
adiuncto integrè per quamlibet ea donatarijs adimplendo
scilicet sustinendi lites, donatorem indemnem conseruan-
di, atque à creditorum molestijs liberandi, sicut enim
prædictorum onerum implementum penes quamlibet ex
6 donatarijs in solidum vsq; ab initio resedit, † ita pariter de-
ficientis portio superextanti onus præmortuæ in solidum
subire coactè, accrescere debet, Ruin. *d. conf.* 159. *num* 10.
vers. sicut ergo onus, Decian. *d. respons.* 73. *num.* 8. Bellon.
d. cap. 6. *quæst.* 38 *num.* 146. *& sequen.* Rota coram Caua-
ler. *decis.* 219. *num* 6.

Secundo ex pacto reuersiuo omnium bonorum per obi-
7 tum donatariarum in Instrumento apposito, † si enim ta-
li casu omnia bona integraliter ad eundem donantem, si-
ue ad ipsius hæredes ea pacto reuerti debent, consequens
est, quod rata præmortuæ condonatariæ alteri superui-
uenti prius accrescat, vt hac postea defuncta, pactum
8 adimpleatur, † quod alias secluso iure accrescendi, & bo-
norum omnium incremento in capite superstitis non ad-
misso, adimpleri non potest, vt ponderat Spad. *conf.* 168.
num. 7. *&* 8 *lib.* 3. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *d. tit.* 34. *numer.* 24.
vers. Porro.

9 Hinc non obstat, quod Ius † accrescendi non vindicet
sibi locum in contractibus ea allegatis per Bello. *de iur. ac-*
10 *cresc. dict. cap.* 6. *qu.* 32. *num.* 10. & in specie † in donationi-
bus priuatorum, in quibus versamur, vt prosequitur *cap.*
6 *qu.* 36. *num.* 5. *cum seqq.* quia hoc non procedit quando ex
11 ipso contractu, vel aliunde † constat de contraria contra-
hentium voluntate, prout de tali Fabritij donatoris vo-
12 luntate † apparere supra ostensum fuit, & tradunt præ-
ter ibi allegatos Cancer. *var. resolut. lib.* 3. *cap.* 22 *de iur. ac-*
cresc. num. 60. *&* 61. alijque apud Seraph. *decis.* 154. *num.* 1.
& 2. & firmat *d. decis. huius causæ* 28. *Ianuarii proximi*
§. fin.

Et ita vtraque parte informante, resolutum fuit.

Alia præsentis causæ decisio, quæ hic confirmatur coram eodem R. P. D. Emerix est impressa supra in hoc eodem tomo primo istius decimæ octauæ partis, & est in ordine 423.

R. P. D. CALATAIV.

Bononien. Fideicommissi.

Mercurii 26. Iunii 1675.

ARGVMENTVM.

Manutentio Fideicommissario conceditur, quia possessionem habuerat à Iudice ritè, & rectè procedente, non obstante quod bona fideicommissi fuissent per antea iure emptionis in alium translata, quia ille ab emptione recesserat, & rursus dd. bona ab eodem fideicommissario in locationem receperat, cuius itaque possessio, cum non amplius iure proprio, sed locatoris nomine continuata fuisset, ex ea etiam illi manutentionem deberi resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio conceditur possidenti vigore sententiæ.*
2 *Iudex ritè, & rectè procedens, transfert possessionem etiam manutenibilem.*
3 *Fideicommissum resultat ex vocatione facta de filiis filiorum, eorumque filijs ordine successiuo.*
4 *Fideicommissum inducit substitutio facta vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum.*
5 *Filiorum appellatione veniunt etiam fœminæ.*
6 *Emptor si ab emptione recessit, & pretium recepit bonaque empta in locationem retinuit, non amplius in suum commodum, sed pro locatore possedit, & n.* 12.
7 *Statutum Bononiæ permittens appellationem in possessorio, non habet locum in remedio* leg. fin. C. de ædict. Diu. Adr. toll.
8 *Alienata per grauatum in detractiones imputantur, quæ proinde dicuntur integraliter consumptæ.*
9 *Redditio rationis probatur ex relatione periti de communi partium consensu electi.*
10 *Perito electo de consensu partium stari debet donec de errore doceatur.*
11 *Possessione posteriori declarata attentata, adhuc remanet possessio anterior.*
12 *Conductor dicitur possidere pro illis, à quibus bona conduxit, & sup. n.* 6.
13 *Manutentio locatori conceditur etiam ex possessione conductoris.*

DECISIO DLXX.

VICTORIA, & Iudicta de Campanis vti vocatæ ad fideicommissum Ioannis Baptistæ Senioris de Campanis obtinuerunt in partibus sententiam immissionis ad prædium fideicommissarium positum in contrada Galliariæ detentum à Gaspare Rengherio, qui non solum ab ea non appellauit, sed positiuè per transactionem possessionem Prædij relaxauit pro certa pecuniarum summa illudque in affictum recepit pro annuis libris 430. rescissa postmodum per tres conformes prædicta concordia, Moniales S. Agnetis hæredes prædicti Rengherij à dicta sententia immissionis appellatunt ad A. C. qui illam tamquam validam, & iustam mandauit exequi; Vnde causa mihi commissa, & dato dubio, An, & cui sit dande manutentio, Domini prædictis fideicommissarijs dandam esse censuerunt.

Quia istæ reperiuntur in possessione vigore † sententiæ 1
immissionis reportatæ à Iudice de partibus, † qui cum ri- 2
tè, & rectè processerit, transtulit possessionem etiam ma-
nutenibilem, *lege iustè poss. 1. ff. de acquir. possess.* Rota co-
ram Card. Celso *dec.* 162. *num.* 1.

Validitas, & Iustitia d. sententiæ manifestè visa est,
quia actum fuit remedio *leg fin. C. de edicto* Diu. Adr. tol-
len. & de fideicommisso, eiusque purificatione constat ex
eo, quod Testator instituit Fiorianum Orlandum, & Ca-
rolum eius filios, & ordine successiuo cuiuscumque eo-
rum filios, & filiorum filios in stirpes, sed non in capita,
& quos omnes etiam secundum iurisordinem inuicem,
& vicissim substituit vulgariter pupillariter per fideicom-
missum, & omni alio meliori modo, vt latius in † Testa- 3
mento; Vnde dum vocauit filiorum filios, & illorum fi-
liorum filios ordine successiuo dicendum est succedere vo-
luisse per fideicommissum, Peregin. *de fideicomm. art.* 18.
num. 19. Rota *decis.* 492. *par* 4. *diuers. & decis.* 41. *num.* 2 *par.*
8. *& decis.* 429. *num.* 6. *par.* 13 *recent.* Clarius dum respectu
omnium in fine † fecit substitutionem cum clausula *vul-* 4
gariter, pupillariter, & per fide commissum. Peregr. *dicto*
art. 18 *num.* 11. Rota coram Seraph *decis.* 934. *num.* 10. *&*
seqq. appellatione autem filiorum etiam veniunt fœmi-
næ, † & consequenter Victoria, & Iudicta filiæ Matthæi 5
filij Caroli, qui fuit filius Testatoris, *leg interpretatione*
201. *ff. de verbor. signific.* Marzar. *conf.* 8 *num.* 4. *&* 18. Pe-
drocus *conf.* 5. *num.* 105. Giouagn *conf.* 12. *n.* 11. *lib.* 2. 2. Rota
coram Dunoz Iun. *decis* 630. *nu* 2. *& decis.* 837. *n.* 1.

Iustitiam agnouit etiam ipse Rengherius, qui nec pre-
tium Prædij empti persoluerat, & ideo non solum à dicta
sententia non appellauit, sed imò declarauit in Iudicio
velle à contractu emptionis recedere, prout verè recessit,
ea quo Prædium mediante transactione restituit, illudque
in effectum † recepit, & consequenter non amplius in 6
proprium computum, sed pro locatore possedit Viuian.
decis. 227. *num.* 1. *lib.* 2 Posth. *de manut. obseru.* 52. *num* 14. *&*
seqq. quamuis nec de iure daretur appellatio vigore Ægi-
dianæ, minusque in vim Statuti Bononien. concedentis
cuicumque appellare in quolibet Iudicio possessorio † cum 7
illud non habeat locum in sententia lata ex *remedio legis*
finalis, vt in terminis dicti Statuti pluries firmauit Rota,
& potissimum *decis.* 51. *num.* 14. *par.* 5. *recent. &* coram Re-
uerendiss. Royas *decis.* 2. *num* 3. *& decis.* 22. *num.* 4. *&* 5.

Non obstant detractiones Matthæio venditori compe-
ten. in dictis bonis fideicommissarijs, pro quibus saltem
Rengherio emptori competebat retentio Prædij contro-
uersi; quia, vt habetur ea facto, Testator reliquit decem
corpora bonorum fideicommisso suppositorum, omnia-
que illa fuerunt antecedenter alienata à Carolo primo
hærede

8 hærede grauato , & successiuè à Matthæio eius filio, †
vnde detractiones dicuntur plusquam integraliter con-
sumptæ, Adden. ad Greg. *decis.* 185. *num.* 1. *&* coram Du-
nozet. Iun. *decis.* 910 *num.* 3. *&* coram Peuting. *decis.* 370.
num. 1. *& seqq.*

Minus releuat, quod Victoria , & Iudicta sint hære-
des beneficiatę Marthæi alienantis , quæ proinde tenen-
9 tur de illius bonis in Inuentario descriptis rationem† red-
dere; quia pro redditione rationis electus fuit coram A.
C. de consensu partium Peritus, qui visis iuribus hinc in-
de, & calculatis calculandis retulit illas remansisse potius
10 creditrices, † cui relationi standum est donec de errore
doceatur, Rota *in Romana dotis* 11. *Martii* 1665. §. *& suffi-
cienti bon. mem. Emerix.*

Demum non vrget, quod sublata de medio transactio-
ne, prædictæ Victoria , & Iudicta insteterint coram A.
Cam. pro executione dictæ sententiæ Immissionis , &
actualem iterum possessionem Prædij apprehenderint,
quæ tamen fuit à Signatura declarata attentata, quia
11 licet fuerit attentata possessio posterior , † firma tamen
remanet altera possessio anterior , in qua dictæ Victoria
& Iudicta reperiebantur vigore sententiæ immissionis,
& etiam Patris, qui prædium vendiderat Renghetio Mo-
nialium auctori ; Dum enim dictus Rengherius , vt su-
pradictum est, à dicta emptione recessit, & Prædium in af-
fictu suscepit, certum est, quod ex nouo contractu affictus
12 statim desijt possidere pro seipso , † atque possidere cepit,
& continuauit pro illis , à quibus idem Prædium condu-
xerat , & proinde vigore dictæ antecedentis possessionis
13 † veniunt manutenendæ , vt dictum fuit in *Meleuitana
bonorum* 15. *Martii* 1675. *coram me.*

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. TAIA.

Romana Mercedis Fabricæ.

Mercur. 26. *Iunii* 1675.

ARGVMENTVM.

De conformitate sententiarum tractatur quæ licèt diuersam summam contineant in minor, tamen quantitate sunt conformes , ita vt solum liceat appellare à summa maiori , qua maior est in sententia ; Rursus solutio alteri , quàm creditori facta , non liberat soluentem prout nec minus , si fuerit facta socio recipienti nomine proprio , non sociali atque etiamsi ille post conuentionem initam cum socio principali , in societate sit admissus.

SVMMARIVM.

1 *Iudices condemnantes in diuersis summis , minima spectanda est num. seqq.*
2 *Iudices diuersificantes in summis , in minorem conueniunt.*
3 *Sententiæ continentes diuersitates summarum , quoad minorem summam dicuntur inter se conformes.*
4 *à Summa maiore , qua maior est in sententia , datur appellatio.*
5 *Sententia innixa relationi Architecti deputati de consensu partium , solida iudicatur.*
6 *à Relatione Periti recedendum non est, vbi ille de communi partium consensu fuerit electus.*
7 *Solutio facta alteri , quam creditori non suffragatur, nec liberat soluentem.*
8 *Socius recipiens in causam propriam non socialem, debitorem societatis non liberat.*
9 *Solutio facienda est socio, cum quo principaliter est contractum , non autem alteri socio nouiter admisso.*
10 *per Solutionem paruæ quantitatis nemo præsumitur remittere voluisse creditum magnæ summæ.*
11 *Filia licet repudiauerit hæreditatem patris , si tamen illius exigit credita , eiusdem hæres efficitur.*

DECISIO DLXXI.

DEPVTATI Fabricæ, & Defendinus Faber muratius pro se, & socijs assumendo , conuenerunt quibusdam pactis iam 25. Iulij 1634. varijs litibus agitatis primus Iudex computatis computandis expediuit mandatum pro scut. 864. 40. Fabromurario, & socijs, computatis scut. 100. singulariter Bonifatio debitis vti Deputatis; Appellantibus Deputatis secundus Iudex mandatum pro scut. 103. confirmauit suspensis Bonifatio illis centum Appellante autem Fabromurario, tertius Iudex primum mandatum confirmauit pro scutis 764. Fabromurario, & 60. Bonifatio, Adhuc appellatione interposita, & commissa causa propositum est hodie dubium, An summa in sententijs contenta debeatur, & constet de duabus conformibus, & DD. summam in sententij contentam deberi, & constare de duabus conformibus responderunt pro dictis scut. 764. & scut. 60. Bonifatio.

Quia si diuersis summis condemnant Iudices, † mini- 1
ma spectanda est, *l. si inter pares 38. in fine ff. de re iud.* quia † 2
conueniunt in minorem summam, vt ibi *gloss. Iudices* de-
clarauit, & opportunè de sententijs † conformibus in mi- 3
nore sum. Scacc. *de Iudic. c.* a. *n.* 576. *à vers. Tertia aduerten-
da est lib.* 2. *& de appel. q.* 17. *n.* 32. vbi adhuc à somma maio-
re, † qua maior est, datur appellatio , Afflict. *tota decis.* 4
362. cum allegatis, & adnotatis à Riccio, & coram Car-
dinali Celso *decis.* 264. *num.* 4. *&* 5. cum allegatis.

De soliditate sententiarum vltra indubitabilem validi-
tatem, nec dubitatum quoque fuit, † vel inniaatum re- 5
lationi Architecti deputati, & à dictis Deputatis, & à
Fabromurario approbati ad directionem, ad mensuram,
ad emergentes controuersias decidendas, † à cuius relatio- 6
ne non est recedendum , cum ille de communi Partium
consensu fuerit electu, inquit aliàs, & sæpè Rota *decis.* 98.
num. 1 *decis.* 490. *num* 9. *par.* 14. cum alijs.

Leuesque, leuiterque sublatæ fuerunt duæ exceptio-
nes. Altera de oppositis quibusdam solutionibus, † quia 7
non fuit solutum Fabromurario , cum quo conuentum
est, sed quoad scuta 600. Ioanni diuerso Artifici Stucca-
tori, non autem socio pro operis ipsius, & quoad scuta 20.
Ioanni Baptistæ, licet fuerit in socium admissus à Defen-
dino, quia tamen recepit in causam propriam, † non so- 8
cialem, quinimo nec in causam socialem erat ei soluen-
dum, † sed Defendino, cum quo conuentum principali- 9
ter, & contrahentium altera parte , † neque verisimile 10
etiam est pro parua summa scutorum 20. voluisse remit-
tere creditum sociale magnæ summæ sine alia solutione,
quæ ex libris excluditur

Altera, quod Actrix non sit hæres Defendini Credito-
ris, quia filia vel est hæres, † vel exigendo credita paterna 11
fit, etiamsi ante repudiasset, §. *Papinianus scribit* , *l. pro
hærede* 20. *ff. de acquir. hæred.* cum allegatis.

Et ita, altera tantum informante, altera sępè citata, & dudum expectata fuit decisum &c.

R. P. D. RONDININO.

Romana Domorum ad Suburram.

Mercur. 26. *Iunii* 1675.

ARGVMENTVM.

Euictionem qui præstare tenetur , ad eam effugiendam non potest inquirere de veritate molestiarum , de quibus agere debet contra molestantem , non contra molestatum , cum ad effectum obtinendi liberationem sufficiat illas de facto fuisse illatas , cum liberatio debeatur , quia quis molestatur , non quia ritè , aut rectè molestatur.

SVMMARIVM.

1 *SVBVRRA est vna ex antiquissimis regionibus in Vrbe.*
2 *Mandatum relaxatur ad formam obligationis in instrumento contentæ.*

3 *Libe-*

3 *Liberatio a molestijs debetur absque discussione veritatis illarum, & num. seqq.*
4 *Obligatus liberare à molestiis, de illarum exceptionibus agere debet contra molestantes, non autem contra molestatos.*
5 *Molestia sufficit de facto fuisse illatas, vt pro illarum liberatione agi possit, & n. 7.*
6 *Iudicium liberationis à molestiis non admittit exceptionem compensationis creditorum, pro quibus illæ inferuntur, aut alias similes, & supra numer. 3. cum seqq.*
7 *Liberatio à molestiis debetur, aliquis est molestatus, non quia iustè, vel iniustè molestatur, & num. 5.*
8 *Pretium rei fructiferæ debetur vna cum fructibus compensatiuis.*
9 *Emptor rei emptæ pretium soluere tenetur, si illi præstetur cautio ob euictionem imminentem, & alias, quæ iterum superuenire possunt.*

DECISIO DLXXII.

1 DOMOS in SVBVRRA, † antiquissima Vrbis
regione, sitas hæredes Gasparis Paulonij Annæ Fe-
lici Laschettæ vxori assignarunt in diminutionem crediti
dotalis, quod habebat cum dicto Gaspare viro quæ Anna
Felix ob molestias à creditoribus viri hypothecarijs illa-
tas mandatum ab A. C. pro liberatione ab illis obtinuit,
atque exequutioni mandauit. Ab hac autem interposita
appellatione, causaque commissa cum clausula, *alteri*,
qui ad legitimam exequutionem procederet, illi locum
non esse Rota respondit, vt in decisione 20. Iunii * 1670.
coram Illustriss. Beuilaqua Vrbis Gubernatore.
Cum autem in ea decisione Rota aggredi noluerit dis-
cussionem aliorum creditorum, sed solum cognouerit de
molestijs illatis à Barla, quarum vigore mandatum ab A.
C. obtentum, ab eiusque exequutione causa commissa
fuerat, obtenta proinde à fratribus de Iordanis dictæ An-
næ Felicis hæredibus noua commissione omnium causa-
rum cum facultatibus A. C mihi in locum Illustrissimi
D. Vrbis Gubernatoris directa, dedi dubium, An sit stan-
dum, vel recedendum à decisis, vel potiùs sit relaxandum
nouum mandatum; quod præuio recessu à decisis rela-
xandum esse Domini responderunt.
Ratio resolutionis desumebatur ex ipsa promissione
euictionis amplissima in assignatione dictarum domorum
ab hæredibus Paulonij facta, qua posita superuenientibus
molestijs tàm à prædicta Barla, quàm à Monialibus S.
Luciæ in Silice, Michaele Angelo Guarnelio, atque ab
alij illatis Summ. de Iordanis *nu.* 1. 4. *& seqq.* rectè A. C.
a relaxauit mandatum iuxta actionem tunc intentatam,
a † nouumque mandatum relaxandum esse Rota censuit
iuxta molestias ex noua commissione cumulatas ad for-
mam obligationis in Instrumento assignationis contentæ,
ex rationibus adductis per Alexand. *consil.* 52. *vol.* 2. Abb.
consil. 43 *per tot. parte prima*, Rota *recent. par* 11. *decis.* 77.
num. 2 Dunoz. Iun. *decis.* 195 *num.* 1. Bich. *decis.* 266 *num* 3
Non obstant plura, quæ contra veritatem crediti Bar-
læ deducta fuerunt in decisione Illustrissimi Vrbis Gu-
bernatoris, & quæ hodie deducebantur etiam contra no-
uos creditores, à quibus Anna Felix, siue illius hæredes
molestantur, quia visum est vnica responsione tolli, quæ-
cumque longa serie in præterita decisione, atque in ho-
dierna causæ propositione deducebantur, animaduerten-
do, quod cum molestiæ olim illatæ, atque aliæ recentes
congruo tempore intimatæ fuerint, Summ. de Iordanis
3 nu. 10. † rectè A. C. relaxauit mandatum pro nouis mo-
lestijs, absque vlteriori discussione veritatis creditorum,
quæ vel ex solutionibus imminuta, vel ex alijs exceptio-
nibus indebita dicebantur, quia de his agere debent Pau-
lonij contra ipsos Creditores postquam litem susceperint,
4 † aduersus illos, non autem illa objicere aduersus hæredes
5 Annæ Felicis, cui debetur releuatio à molestijs, † quas
sufficit, de facto illatas fuisse Bartol. *in l. Lucius § tres hæredes num.* 1. *ff. ad Senat. Consult. Trebell.* Soccin. Sen. *cons.*
70. *in princ. vol* 3. Abb. *cons.* 43. *part.* 1. Alex. *d. cons.* 52. *sub num.* 2. *&* 3. *vol.* 2. Panzirol *cons.* 45. *sub num.* 14. *&* 15. Rot.
diuers par. 4. *decis.* 815. *per tot. & in recent. par.* 3. *diuers* 231.
sub num. 2. Donoz. Iun. *d. decis.* 795 *n.* 1. Bich. *decis.* 266. *n.* 5.
Hinc restricta disputatione ad compensationem oppo-
sitam ex debito ipsius Annæ Felicis, posthabita vlteriori
discussione veritatis creditorum, & subsistentiæ molestia-
rum illatarum, † quæ sunt extranea ab hoc Iudicio, in 6
quo debetur releuatio Annæ Felici, & eius hæredibus,
quia molestatis, † non quia ritè, vel iniustè molestatis, 7
dicebant Domini in assignatione dd. Domorum. Annam
Felicem remansisse debitricem scutorum 600 quæ exce-
debant suum creditum dotale, ex quibus scuta 200. ex
computauit soluendo creditori, vt A. C. Melchiorius per
sententiam pronunciauit Summ. de Iordanis nu. 3. Ideo-
que reliqua scuta 400. † quæ adhoc remanent apud Ior- 8
danos ipsius hæredes deberi vna cum fructibus compen-
satiuis iuxta rationem legis ad terminos *text. in l. curabit C. de act. empt.* quibus detractis, & compensatis proceden-
dum esse ad legitimam exequutionem mandati A. C at-
que relaxandum esse nouum mandatum in ea summa,
quæ remanserit debita facto calculo, & detractis, ac com-
pensatis dd. scutis 400. vna cum fructibus compensatiuis
† data idonea cautione ob euictiones imminentes, & quæ 9
iterum superuenire poterunt, ad terminos Text. *in l. habitationum §. ante pretium, ff. de peric. & commod. rei vendit. & in l. si post perfectam* 24. *C. de euict.* Mangil. *illo eodem tract. qu.* 85. *num.* 1. *& seqq.* Rota *recent. par.* 12. *decis.* 243.
à num. 6. *vsque ad fin.*
Et ita vtraque, &c.

Alia præsentis causæ decisio, emanata coram bon. mem. Reuerendiss. D. Beuilaqua est impressa parte 16. vbi est in ordine 368.

R. P. D. CALATAIV.

Meliten. Census.

Mercurii 26. Iunii, 1675.

ARGVMENTVM.

Donatione facta, quæ effectum sortiri debuerat post mortem, censum donator imposuerat super re donata, cuius creditori associatio conceditur, quia non abstulerat illa dominium, & possessionem donantis, eo magis stante consensu donatarij, cui non repugnabat alia similis donatio per eum facta, tum quia, & ille erat filiusfamilias, agebatur de donatione onerosa sub conditione ascendendi ad sacros ordines, & ideo acceptationem requirebat, ac demum quia apparebat sequuta per horas ante impositionem eiusdem census & sic etiam fraudulenta, & simulata dici poterat.

SVMMARIVM.

1 *Donatio si non fuit pura, sed post mortem, non impedit effectum clausulæ* constituti *postea super bonis donatis appositi.*
2 *Donator in donatione, quæ solum post mortem effectum sortiri debuerat, non transfert in donatarium neque dominium, neque possessionem.*
3 *Hæreditas non debetur nisi post mortem.*
4 *Donare nemo potest, quod nondum habuit nec possessionem transferre.*
5 *Filiusfamilias donare non potest sine consensu patris.*
6 *Donatio filiifamilias nec etiam in fauorem descendentium, & cum iuramento facta substinetur.*
7 *Filiusfam. vigore regię Pragmaticę donare prohibetur.*
8 *Donatio facta absenti, ante acceptationem non aufert donatori facultatem disponendi de re donata, eamque censui subiicere.*
9 *Donatio facta, vt donatarius ad sacros ordines promoueretur requirit acceptationem tamquam onerosa.*
10 *Donatio dicitur onerosa, si facta est, vt quis promoueri possit ad sacros ordines.*
11 *Donatio facta per horas ante impositionem census, redditur admodum de fraude, & simulatione suspecta.*
12 Senten-

12 *Sententia lata super sequestro ob metum dilapidationis bonorum, vel fructuum, non tangit substantiam crediti.*

DECISIO DLXXIII.

PRO consequendis fructibus census impositi à Nicolao, & Ioanne Francisco eius filio, Rota die 27. Iunii proximè præteriti censuit Laudomiæ, & aliis hæredibus Leonardi creditoris competere associationem ad Viridarium fundum censitum, & hodie ex iisdem rationibus stetit in decisis, non obstantibus in contrarium adductis.

Quod enim possessio de tempore constituti resideret
penes Nicolaum constituentem, nec minus hodie fuit
in dubium reuocatum ex ratione, quia licèt istud Vi-
ridarium antecedenter inter viuos donasset Ioanni Fran-
1 cisco eius filio, † tamen donatio non fuit pura, cum
deberet sortiri effectum post mortem non solum ipsius
Nicolai, sed etiam ipsius Vxoris, vt expressè legitur in
dicto Instrumento, ibi: E questo dopo la morte di es-
so Nicola, e Magnifica quel Giardino nunc pro tunc
2 seguita la morte di essi coniugi lo donano &c. † quæ
verba ostendunt donatorem in vita sua noluisse domi-
nium, nec possessionem amittere, Honded. *cons.* 18.
numero 64. *& seq. libro* 2. Amat *resolut.* 26. *numero* 7.
maximè quia Viridarium assignabatur Ioanni Francisco
pro portione hæreditaria, ibi: Qual Giardino sia per
la parte sua, e di qualsiuoglia altra sorte d'heredità,
3 che li potesse competere, † quæ non debetur nisi post
mortem, sed quatenus dicta possessio fuisset vigore di-
ctæ donationis translata in Ioannem Franciscum, ad-
huc cessat difficultas, dum in censu, de quo agitur
ipse quoque interuenit, & sese obligauit, vt in dicto
Instrumento.

Nec releuat, quod ante impositionem dicti census
Ioannes Franciscus pariter donasset inter viuos Virida-
rium Nicolao Iuniori eius filio, ad hoc, vt ad sacros
ordines posset se promoueri, tùm quia, vt patet ex
4 supradictis, donare non poterat, † quod nondum
habuerat, nec poterat transferre possessionem, tùm
5 quia erat † filiusfamilias, qui sine consensu Patris
donare prohibitus erat tam de iure communi, *l. fin. §.
filius autem Cod. de bonis quæ lib.* Crauett. *cons.* 39. *num.*
6 14. qui dicit procedere etiamsi donet † descendentibus,
& cum iuramento, Rota *decis.* 596. *numero* 1. *part.*
7 2 *recent.* quam ex Regia Pragmatica relata per Ro-
uit. *super eadem Pragmatica prima de Senatus consul-
to Maced. numero* 11. Merlin. Pignatell. *centur. secun-
da cap.* 99. Sanfelic *decis.* 180. *numero* 1. *& sequen-
ti part.* 2. Tùm quia fuit facta Nicolao Iuniori absen-
8 ti, † vnde ante acceptationem permissum erat donan-
ti de re donata disponere, & eam censui subiicere,
vt præter adductos *in decisione* tradit Sperell. *decis.* 168.
9 *numero* 12. & acceptatio erat omninò requisita, † dum
agebatur de donatione facta, vt ad sacros ordines as-
10 cenderet, & † sic onerosa, Sanchez *de matrimonio li-
bro primo disputatione* 7. *numero* 12. Molin. *de iusti-
tia, & iure tom.* 2. *tract.* 2. *disputat.* 264. *§.* 5. Surdus
consil. 382. *numero* 79. *libro* 3. Rota *decis.* 274. *numero*
5. *& sequenti part.* 6. *recentior.* tùm quia facta legitur
11 per horas ante † impositionem census, ideoque valde
dubitari potest de simulatione, & fraude, Angel.
consil. 48 *numero* 1. *&* 2. Gratian *disceptat.* 479. *num.*
59. Mantic. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 39. *numero* 16. *parte* 2.
Menoch *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 127. *numer.* 17.
Pequer. *decis* 50. *num.* 1.

Non obstat Sententia A. C. Caballetti lata de anno
1643. in iudicatum transacta, quia dicta Sententia lata
legitur per contradictas, & est reuocatoria decreti Ordi-
narii Melitensis, in quo concedebatur sequestrum super
fructibus Viridarij controuersi ob imminentem metum
12 dilapidationis, † vnde non tangit realitatem census, de
quo agitur.

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit &c.

R. P. D. RONDININO.

Cracouien. Decimarum super bono Iure.

Mercurij 26. Iunij 1675.

ARGVMENTVM.

Decimæ, quæ de iure spectarent ad Parochum, ad Monasterium, & Monachos virtute donationis pertinere decidi-tur, iuncta etiam quasi possessione illas exigendi, quæ omnia vel turbant iuris assistentiam eiusdem Parochi, vel eum cogunt ad probandam suam parochialitatem ante donationem prædictam, eo magis, quia centenaria quoque concurrebat, quæ æquiparatur immemorabili, & meliorem etiam titulum afferre dicitur.

SVMMARIVM.

1 *Monasterium Andreouiense plures habet decimas sibi ab Episcopis donatas, etiam cum confirmatione Apostolica, & num. seqq.*

2 *Donatio decimarum facta Monasterio Andreouiensi aduersus Parochos illas prætendentes, fuit pluries à Rota, & ab A. C. canonizata.*

3 *Parochus licet habeat fundatam intentionem super exactione decimarum, tamen aduersus donationem de illis factam, parochialitatem ante donationem probare tenetur, & num. 7.*

4 *Monasterium Andreouiense vltra donationem sibi facta de pluribus decimas, habet etiam quasi possessionem plusquam centenariam.*

5 *Historiis testantibus de donatione, & quasi possessione decimarum creditur.*

6 *Decimarum præsumptio militans fauore Parochi offuscatur ex donatione, & quasi possessione contraria.*

8 *Parochialitas præsentis temporis non arguit parochialitatem ad tempus præteritum.*

9 *Centenaria quasi possessio decimandi probatur etiam sine titulo, & multo magis vbi concurrit titulus, num. 11.*

10 *Centenaria æquipollet immemorabili, & præbet meliorem titulum de mundo.*

12 *Assistentia iuris, quam habet Parochus super decimis excluditur ex donationibus earum in fauorem alterius Ecclesiæ, & quasi possessione exigendi.*

13 *Solutio decimarum referri debet non ad partem à soluente possessam, cum in seipso non detur exactio, sed ad portionem alterius, & num. 14.*

15 *Obseruantia interpretatiua attenditur etiam in materia decimarum.*

16 *Obseruantia interpretatiua declarat errorem forsan coptum in materia vocabulorum.*

DECISIO DLXXIV.

IN fundatione Monasterii Andreouiensis Ordinis Ci-
stercien. Ioannes Archiepiscopus Gnesnen. atque
Maurus Radnst, & Gedeo Episcopi Cracouienses Deci-
mas diuersarum Villarum, & signanter de Potok, Borou,
Slabosouice, & Mierzaua assignarunt subsecuta Confir-
matione Apostolica Adriani Quarti Pontificis, atque B.
Vincentii Episcopi Cracouiensis; † ac alias quoque dona- 1
runt, prout omnes Monasterium exegit, Summario eius-
dem *num.* 1. *& pluribus sequen.*

Cum autem respectu Decimarum cuiusdam Villæ
Wygleniec in eadem donatione, & confirmatione com-
prehensæ succubuerit Rector Parochialis Ecclesiæ S. Ca-
tharinæ Andreouien. † qui Decimas illius prætendebat 2
ex bonis existentibus sub propria Parochia, vt in Craco-
uien. Decimarum coram Bichin, & Verospio *in recent.
part.* 11. *decis.* 82. *decis.* 316. *& in recent. part.* 12. *decis.*
315. *& part.* 13. *decis.* 193. *atque in eadem causa* 27. *Apri-
lis* 1654 *&* 26. *Maii* 1658. *&* 28. *Aprilis* 1659. *coram eo-
dem Verospio.*

Rector alterius Ecclesiæ Krzczecicensis, de qua agitur
in

in petitione simili pariter succubuit coram A. C. qui Decimas ad Monasterium pertinere declarauit, & mandatum de manutenendo eidem concessit, à quibus interposita appellatione, & commissa causa cum clausula; *sine præiudicio*, dedi dubium, An, & cui debeantur Decimæ dictarum aliarum quatuor Villarum, quas Monasterio informanti Domini deberi responderunt.

Etsi enim Parochus probaret assistentiam Iuris ob situa-
3 tionem dictarum Villarum intra limites suæ Parochiæ, †
adhuc tamen in præsenti casu non suffragaretur, cum
Monachi habeant amplissimam donationem, atque assi-
4 gnationem istarum Decimarum in dictis Villis, † nempe
Potok, Borou, Slabozouice, & Mierzaua ab antiquis-
simo tempore comprobatam, tàm ex quasi possessione
plusquam centenaria, quàm ex antiquissimis libris Bene-
5 ficiorum, † & Retaxationum Ecclesiæ Cathedralis Cra-
couiensis, ac ex relatione, attestationeque Duglossi. *tom.
primo Chronicorum Poloniæ lib. 5. fol. 437. & Matthiæ de
Miechouia lib. 3 cap. 17* alijsque antiquis Historicis Polonis,
atque ex decisionibus, & sententiis Rotalibus in iudica-
6 tum transactis, ex quibus offuscatur hæc iuris † præsum-
ptio fauore Parochi Krzozecien. qui probare debet Paro-
7 chialitatem † propriæ Ecclesiæ ante dictam donationem,
ex qua ad Monachos Decima spectare cæpit, ad terminos
textus in Clementina prima ibi; ad eos aliqua ex causa legi-
tima non spectantes: *de decimis*, & ibi notat Vital. *nu. 71.*
Cardin. *in Clementina prima sub num. 7. de iurepatr.* Rebuff.
8 *de congrua n. 108.* quia à tempore præsenti † non arguitur
ad Parochialitatem de tempore præterito, iuxtà notata
in his terminis per Staphil. *de qualitat. & stat.* Benef. *num.*
2, Rebuff. *in prax. benefic. tit. sæcalare Beneficium, quo du-
plex num. 11.* Bellam. *decis. 675.* Rota *rec. par. 2. decis. 673. nu.
5.* & post alios relatos in decisionibus huius Causæ *in rec.
par. 11. decis. 82. num. 5 & seq. & decis. 316. num. 7. & seq. &
par. 12. dicta dec. 315. ex n. 1. & par. 13. d. dec. 193. ex n. 5. & in
Gnesnen. Decimarum super bono iure 3. Iulii 1673. coram R. P.
D. meo Emerix.*

Accedente insuper plusquam centenaria quasi posses-
sione exigendi Decimas ex Instrumentis probata, atque
9 ex Testibus coadiuuata, Summario eodem *num. 8. & 11.*
10 † quæ si sola sufficit etiam sine titulo, † cùm immemora-
bili æquipolleat, atque meliorem titulum præbet, iuxta
*text. in cap. cum in tua 30. de decim & in l. si quis diuturno ff.
si seruitus vindicetur*, Gozad. *cons. 8. sub nu. 37.* Mandos *cons.
28. nu. 11. & cons. 36. nu. 10.* Gabriel. *commun conclus. de præ-
script. conclus. 1. n. 44.* Rot. *rec. par. 5. dec. 150. n. 4. & 5 & par.
11. dec. 101. n. 2. & seq.*

Multo magis attendenda est in hoc casu, in quo ipse ti-
11 tulus donationis concurrit, quo stante quadragenaria pos-
sessio sufficere consueuit, ex ratione *textus in cap. ad aures
6. vbi* Abb. *num. 6. de præscript.* Rebuff. *de decim. qu. 13 nu 80.*
Marescott. *var. resol. lib. 2. cap. 95 n. 22.* Rot. *rec. par. 13 d. dec.
193. sub n. 5. & in d.* Gnesnen *decimarum 3. Iulii 1673. §. final.
coram R. P. D. meo Emerix.*

Neque ab hac sententia retrahere potuerunt tres exce-
ptiones, quarum prima est, quod Ius hoc decimandi oc-
cupatum fuerit à Monachis occasione hæresis cuiusdam
anno 1549. ex quadam Epistola, quia nec ista ostenditur
in forma probanti, neque docetur à qua persona fide di-
gna proueniat, neque concludit, nisi dubitatiuè de hære-
ticali crimine Parochi Krzczecicen tunc temporis Summa-
12 rio eodem *num. 12* † & quod magis est, semper excluditur
ex donationibus, & quasi possessione exigendi longè ante
prædictum tempus.

Non pariter secunda exceptio, quod respectu Villæ
de Potok, donatio non respiciat totam villam, sed tan-
tummodo partem superiorem Potok, quia contrarium
ostendit litera donationis, quæ tribuit Villas ipsas, Sum-
mario eodem *numero 1. & 2.* quæ etsi dubij esse posset,
declararur, ab exactionibus respectu signanter inferioris
partis Villæ Potok, quæ ex causa permutationis profe-
ctæ à Monasterio anno 1532. ad nobiles, & milites tran-
13 siuit, † ad quam tribuendæ sunt omnes exactiones, non
ad superiorem Villæ partem, quæ ab ipsis Monachis ad-
14 huc † possidetur, cum à seipso non detur exactio, atque
ex erectione Parochialis Ecclesiæ Krzczecicen. facta an-
no 1543. vbi expressis omnibus bonis, & redditibus de-
cimalibus, nulla mentio de istis facta legitur, lataque
sententia ad fauorem Monasterij reuocante aliam fauo-
re Parochi latam, Summario eodem *numero 8. litera A.*
15 *& numero 14. & 15.* † ex vulgata regula circa obseruan-
tiam interpretatiuam deducta ex lite *text. in l. si de inter-
pretatione 37. ff. de legibus.*

Non denique tertia exceptio obstare visa est, quia etsi
ob proximitatem vocabulorum, potuerit errari in ex-
pressione Villæ Slabosouice, de hac tamen parte intel-
lexisse desumitur ex Apostolica confirmatione Adriani
Quarti ex Libris Beneficiorum, Retaxationum, & alijs,
† atque ex obseruantia ipsa exigendi, Summario eo- 16
dem *numero 2. 6. & 8 litera B.* prout in simili errore
cuiusdam Villæ Wygleniec, post Riminald. *consil. 154. n.
15.* Paris. *cons. 104. numer. 22. & 24. vol. 1.* Cephal. *cons. 98.
numer. 20.* Adden. ad Gregor. XV. *decis. 173. numer. 10.* di-
ctum fuit in hac eadem *Cracouien. decimarum in rec. part.
11. d. dec. 316. sub num. 5. & 6* & in alijs decisionibus huius
Causæ.

Et ita, Monasterio tantùm informante, resolutum fuit.

Hæc, & altera subsequens immediata decisio sunt in eadem causa, sed diuerso articulo, supra verò in alio præcedenti tomo istius decimæ octauæ partis sunt aliæ duæ similes decis. ibi in ordine 379. & 380. infra verò sub die 13. Martij 1676. erit altera decis. coram R. P. D. Emerix super declaratoria inferius apponenda.

R. P. D. RONDININO.

Cracouien. Decimarum super manutentione.

Mercurij 26. Iunij 1675.

ARGVMENTVM.

Manutentio, quæ semper possessori conceditur, numquam denegatur, quoties vt hic, etiam titulus concurrit, quia tunc eo faciliùs procedit remedium retinendæ; cumque ageretur de quasi possessione decimandi illa satis ad eundem effectum suffragari deciditur, si de ea appareat per aliquod proximum tempus præcedens, ad hoc, vt continuata dicatur vsque ad diem motæ litis, saltim donec interruptio probetur, & contrarium euidenter appareat.

SVMMARIVM

1 *Monasterium Andreouiense, vltro donationem plurium decimarum, sibi factam pro sua dote, habet etiam in illis quasi possessionem plus quam centenariam.*
2 *Manutentio possidenti denegari non potest.*
3 *Manutentio eo magis possidenti conceditur, vbi concurrit titulus.*
4 *Retinendæ remedium faciliùs concedi consueuit existente adhuc titulo.*
5 *Quasi possessio exigendi quatenus probari debeat vltimo anno ante motam litem, & num. seqq.*
6 *Manutentionis ad effectum sufficit, quod de quasi possessione proximo præcedenti tempore appareat.*
7 *Quasi possessio exigendi præsumitur continuata vsque ad tempus motæ litis.*
8 *Quasi possessionis exigendi interruptio non præsumitur, sed ab allegante probari debet.*

DECISIO DLXXV.

QVASI possessio plusquam centenaria Monasterij
Andreouiensis in exactione Decimarum in Villis
de Potok inferiori, Borou, Slabosouice, &
Mierzaua † pro sua dote constitutus deducta fuit in al- 1
tera decisione huius Causæ super bono Iure hac eadem
die à me extensa, qua posita † denegari nequit manuten- 2
tio in possessione Decimarum de Villa Mierzaua, ex vul-
gata regula *textus in § retinen. instit. de interdict.*
Facilius in casu, in quo, vt in alia decisione dicebatur,
† concurrit titulus donationis dictæ Villæ Mierzaua, 3
cum ipsius decima per Ioannem Archiepiscopum Gnesnen.

nen. & Gedeoen. Episcopum Cracouien. factæ anno
1166. & per Beatum Vincentium Cadlubcum Episcopum
4 Cracouiensem anno 1210. confirmatæ, † quo casu retinen-
dæ remedium facilius concedi consueuit, iuxtà textum
in capit. licet causam 9. vbi Abbas *numero* 10. *&* Felinus *nu.*
9. de probat.onib. Baldus *consil.* 445. *numero 2. volum. 6.* The-
saurus *dec. 206. in fine,* Rota apud Posthum *de manutentio-
ne decis. 5. numero 5. & decis. 513. numero 9. & in Gnesnen.
Decimarum super manutentione 3. Iulii 1673. §. maximè co-
ram Reuerendo Patre Domino meo Emerix.*

Non obstat, quod forsan dici posset quasi possessionem
exigendi Decimas manipulares non esse probatam vltimo
5 anno ante motam litem, † quia cum hæc inchoata fuerit
6 anno 1674. † docetur de exactione anno 1673. Summario
Monasterii in altero dubio super bono Iure *numero 8. lite-
ra C. ad finem,* cum ad hunc effectum satis sit, quod de qua-
si possessione proximo tempore præcedenti appareat ad
7 hoc, † vt præsumatur continuata pro manutentione obti-
8 nenda, † quotiescumque interrupta non doceatur, ad ter-
minos textus *in l. siue possidetis, vbi gloss. & Doctores Cod.
de probation.* Abbas *in capit. cum ad sedem numero 15. de
restitut.* Spoliat. Bero. *consil. 55. numero 6. & sequen. volum.*
3. Afflict. *decis. 344. numero 2.* Menoch. *de retinen. remed.
3. numero 557.* Rota *diuers. parte 2. decis. quarta numero
12. & sequentibus, & in Recentior. parte 3. decis. 341. nume-
ro primo, & parte 4. decis. 129. numero 41. & in dicta Gnes-
nen. Decimarum super manutentione 3. Iulii 1673. §. final. co-
ram Reuerendo Patre Domino meo Emerix.*

Et ita, Monasterio informante, resolutum fuit.

Altera præcedens immediata decisio, ambæ emanarunt in eadem Causa, supra verò in alio præcedenti tomo istius decimæ octauæ partis recentiorum adsunt aliæ duæ similes decisiones ibi in ordine 379. & 380. infra verò sub die 13. Martii 1676 erit altera decisio super declaratoria coram R.P.D. Emerix suo loco, & tempore apponenda.

R. P. D. VICECOMITE.

Barchinonen. Parochialis.

Veneris 28. Iunij 1675.

ARGVMENTVM.

Iurispatronatus probationem, eiusque qualitates in præsentato continet hæc decisio, vt nempè illud sine instrumento fundationis, & dotationis inter priuatos probetur, vel ex præsentationibus centum annorum, vel ex quasi possessione quadragenaria præsentandi cum fama publica; hæ autem satis resultent ex approbatione Examinatorum, licet facta in gradu appellationis à mala relatione priorum interpositæ, itaut inter plures idoneos, electio dignioris, non ad Episcopum, sed ad solos Patronos pertineat.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus in beneficiis parochialibus ex approbatis Examinatoribus habet facultatem præeligendi magis idoneum, sibi à Concilio Tridentino concessam.*
2 *Qualitates in Parochialibus magis, vel minus necessarias, solus Episcopus examinare potest.*
3 *in Parochialibus de iurepatronatus electio dignioris ex approbatis in examine spectat ad solum patronum.*
4 *Episcopus sine causa non potest denegare institutionem illi, qui ex approbatis in examine, dignior à patrono reputatus est.*
5 *Appellari potest à mala relatione Examinatorum.*
6 *Grauamen priorum Examinatorum satis constat, si quis à nouis Examinatoribus renunciatur idoneus, & num 6.*
8 *Grauamen Examinatorum eo magis resultat, si quis ad curam animarum alias deputatus sit, eamque etiam exercuerit.*
9 *Iuspatronatus priuatorum sine instrumento probatur, vel ex præsentationibus centum annorum, vel quasi possessione præsentandi cum fama, vel aliis iuris remediis.*
10 *Concilium Tridentinum super probatione iurispatronatus priuatorum nihil innouauit.*
11 *Iurispatronatus fundatio, eiusque titulus probatur ex præsentationibus plurium sæculorum effectum sortitis, & num. seqq.*
12 *Centenaria sola sufficit ad probandum iuspatronatus priuatorum.*
13 *Antiquitati multum Rota nostra deferre consueuit.*
14 *Enunciatiuæ iurispatronatus emissæ ab Episcopo, cum sint in sui præiudicium, sunt maximi momenti ad illud probandum.*
15 *Præsentatio iurispatronatus requiritur pro substantia institutionis.*
16 *Præsentatio iurispatronatus præsumitur institutionem præcessisse.*
17 *FELINVS à DD. Auditoribus Rotæ ideo noster appellatur, quia & ipse fuit Auditor eiusdem Rotæ.*
18 *Consensus patroni æquipollet præsentationi, & constituit in quasi possessione præsentandi, non secus ac ipsa præsentatio.*
19 *Præsentationes omnes dicuntur effectum sortitæ, si primæ, & vltimæ fuerunt effectuatæ.*
20 *Extremis probatis, media præsumuntur, amplia vt num. seq.*
22 *Iuspatronatus Ecclesiasticum vacans in mense reseruato, vel in Curia, quomodo prouideatur, si agitur de beneficio parochiali.*
23 *Concursus fit etiam in parochiali de iurepatronatus, si illud vacet in Curia, vel in mense Pontifici reseruato, & quando.*
24 *Literæ prouisionis iurispatronatus vacati in mense Papæ reseruato, vel in Curia, expediuntur in eadem Curia.*
25 *Iurispatronatus libertas non probatur ex collationibus Apostolicis, si illæ emanarunt, vel per vacationem in Curia, vel in mense Pontifici reseruato*
26 *Iuspatronatus eo fortiùs probatur per quadragenariam cum fama si vlterius concurrunt præsumptiones plurium sæculorum.*
27 *Iuspatronatus constito de pertinentia, vacatione, & idoneitate præsentato, adiudicari debet.*

DECISIO DLXXVI.

SECVTA de mense Decembris 1672. vacatione Parochialis Ecclesiæ S. Cucufatis de Reco Barchinonen. Diœcesis per obitum Michaelis Gnusens illius vltimi Rectoris, indicto, & habito per Ordinarium concursu ad præscriptum Sacri Concilii Tridentini *sess. 24. cap. 18. de reformat.* fuerunt in eo ab Examinatoribus Synodalibus inter alios oppositores approbati Isidorus Sunyer, & Michael Grau, reprobatus autem tamquam non idoneus Iosephus Censena, qui quamuis interposita appellatione ab hac irrationabili Examinatorum relatione, & habito recursu ad Metropolitanum, fuerit præuio nouo examine ab illis examinatoribus synodalibus approbatus, & idoneus renunciatus, subsequuta etiam sententia eiusdem Metropolitani super illius idoneitate, & successiuè fuerit à Decano d. Ecclesiæ Barchinonensis, vti patrono eiusdem Parochialis, præsentatus, Nihilominus Ordinarius non attenta tali præsentatione, tamquam de inhabili, dictum Isidorum vti magis idoneum instituit, ac in possessionem Parochialis immisit; quapropter deuoluta ad instantiam eiusdem Iosephi per appellationem causa ad Rotam, fuit coram me quæsitum, an eidem esset adiudicanda Parochialis, & affirmatiuè Domini responderunt.

Quamuis enim in Ecclesiis habentibus curam anima-
rum inter approbatos ab Examinatoribus, † licitum sit 1
Ordinario, illiusque arbitrio reseruatum præeligere magis
idoneum, habito respectu non solum ad literaturam, sed
etiam ad morum honestatem, vitæ innocentiam, pruden-
tiam, ætatem, & alias qualitates magis, vel minus neces-
sarias, seu opportunas, † quarum examinatio ipsi Ordi- 2
nario tanquam verisimiliter magis informato reseruata
fuit per Concil. *d. sess. 24. cap. 18. versic. peracto*, & ibi Bar-
bos. *num. 118.* Masobr. *in prax. haben. concurs. requis. 5. dub.
2.* Rota coram Buratt. *decis. 22. num. 28. & sequen. & decis.
90 per tot. in recent. decis. 537. num. 14. part. 1.* tamen hæc
non procedunt in iis Parochialibus, quæ sunt de iurepa-
tronatus, † in quibus ad patronum spectat digniorem, & 3
magis idoneum eligere inter approbatos ab Examinato-
ribus, quæ ad literaturam, illumque Ordinario præsen-
tare,

4 tare, † qui sic præsentato institutionem absque rationa-
bili causa denegare non potest, idem Concil. *d. sess. 24. cap.
18. vers. is quem patranus*, & ibi Barbos. *num. 141.* Garz. *de
benefic. part. 9 cap. 2 num. 267* qui dat concordantes, & refert
resolutionem Sacr. Congregationis Concilii, Rota *decis.
232. num. 12. & seqq. part. 11.*
Quod autem Iosephus esset idoneus, & approbatus pa-
tet ex eo, quod cum à prima, & iniusta relatione prædi-
ctorum Examinatorum Synodalium ad Metropolita-
5 num appellauerit, † quod illi licitum fuisse sæpius firma-
uit Rota *vt in decis. 348. num 3. part. 4 recent.* cum ibi con-
cordantibus, seseque nouo subiecerit examini, in quo ab
Examinatoribus Metropolitanis fuit renunciatus ido-
6 neus; † satis constat de grauamine ei à primis illato, † &
7 consequenter de illius idoneitate, Rota *decis. 8. de prob. in
nou. coram* Merlin. *decis. 159 num. 10. & per tot. coram* Gre-
gorio *decis. 327 num. 2. & ibi* Addeo. *num. 4. & decis. 538. nu.
1. & 2 in recent. decis. 48. num. 15 part. 10 & decis. 295. num.
13. part. 11.* quæ fortius procedunt in præsenti casu, in quo
Iosephus præcedenter ab eodem Ordinario fuerat pluries
deputatus ad curam animarum, quam per plures annos
8 actualiter † exercuerat, hoc enim magis irrationabilita-
tem præcedentis reprobationis ostendit Rota coram Peu-
teng *decis. 468. num. 1. coram* Eminentiss. Otthobon. *decis.
222. num. 8. in recent. decis. 210. num. 1. part. 11.*
Quę cũ de plano procedant, tota vis restricta fuit ad ve-
rificationem iurispatronatus, & illius pertinentiam, quod
tamen ex inferius dicendis sufficienter probari Domini
censuerunt.
Pręmisso enim, quod hic agitur de iurepatronatus pri-
uatorum, in quibus præsumptio vsurpationis non cadit,
ad quod probandum, deficiente authentico documento
9 fundationis, vel dotationis † Sacr. Concilium *sess. 25. de
reformat. cap. 9.* contentatur, aut pręsentationibus per
centum annorum cursum effectum sortitis, aut quasi pos-
sessione pręsentandi per 40 annum, iuncta fama, aut alio
iuris communis remedio, circa quod dictum Concilium
10 nihil innouauit, † vt ex eadem litera textus, & ibi Barbo-
sa latissimè Viuian. *de iurepatronat. lib. 10. cap. 5. à num. 25.
vsque ad fin.* Rota coram Dunozett. Sen. *decis. 215. num. 1.
coram* Buratt. *decis. 142. num. 2.* & passim huiusmodi proba-
tionis vtrumque genus in pręsenti concurrit.
Ostendit enim primo Iosephus vsque ab anno 1307. fuis-
se de hoc Beneficio per d. Episcopum asserentem pręsenta-
tionem ad Decanum Barchinonen. spectare institutum
Petrum Coll Summ. 28. Ianuar. prox. præteriti *num.* 9. de
anno verò 1366. fuisse per resignationem cum consensu
eiusdem Decani collatum Bernardo de Arena *num.* 10. De-
inde consentiente pariter Decano fuisse de anno 1402. resi-
gnatum Ioanni Barcelo *num* 8. per cuius obitum de anno
1417. ad pręsentationem similiter Decani, constat fuisse
institutum Ioannem de septem Castris *num.* 11. successiuè
ex causa permutationis deuenisse, consentiente etiam De-
cano, in Petrum Caluo *num* 12. Postmodum de anno 1589.
pręsentante item Decano, institutum fuisse Ioannem Mir
num. 13. qui demum accedente eiusdem Decani consensu
de anno 1600. d. Beneficium resignauit Petro Casanya *nu.*
14. resignatione effectum sortita, prout constat per posses-
sionem subsequutam, Summ. hodiernæ propositionis *num.*
7. & etiam ex quo vacauit per obitum eiusdem resignata-
rij, eod. Summ. *num.* 2. Et tandem de anno 1619 mediante
permutatione fuisse per Hieronymum Verdiera cum con-
sensu pariter d. Decani, resignatum Michaelliordela, mox
citato Summ *num.* 3. quibus præsentationibus sic per lon-
gum annorum decursum, & ferè per tria sæcula effectum
11 sortitis, & per publica documenta iustificatis probatus †
concludenter remanet titulus fundationis huius iurispa-
tronatus, ex dispositione Sacr. Concil præcitata *sess. 25. cap.*
12 9 aliisque supra allegatis, cum tamen sola centenaria † suf-
ficiat, quibus accedunt Gonzal *ad regul 8. gloss. 18. num.* 44.
Garz. *de benefic. part. 5. cap. 9. num* 82. Rota coram Caualer.
decis. 625. num. 4. coram Cels. *decis. 193. pariter num. 4.* & pas-
sim alij; Accedente maximè, quod cum publicis instru-
mentis dd. præsentationum concordant in omnibus eæ-
dem præsentationes per seriem temporum in quodam an-
tiquo libro in Archiuio Episcopali existente adnotatæ, d.
13 Summ 28 Ianuar. *num. 8.* cuius antiquitati † multum de-
ferre solet Rota vt coram Gregor *decis. 83. nu. 2. & in Leo-
dien. Plebaniæ 12. Iun. 1671. cor. R. P. D. meo Emerix*, & notat
Viuian *de iurepatronat. d. lib. 11. cap. 5 num. 68* & fortiùs ex
quo in dicto instrumento collationis factæ de anno 1307

Summ. *num.* 9. asserit, Episcopus præsentationem ad Deca-
num pertinere, † quæ quidem assertio cùm tendat in sui 14
præiudicium, est maximi momenti ad probandum iuspa-
tronatus, Lotter. *de benef. lib. 2 quæst. 13. num.* 142. Gratian.
discept. 597. num. 13. Rot *diuers. decis. 799. num 3. part. 4. cor.*
Dunoz. Sen *d. decis. 211. num. 12. in recent. decis. pariter 211.
num 3. part. 5. & decis. 347. num. 10. part. 11. cum vulg.*
In nihilo releuante, primò, quod de præsentationibus su-
pra recensitis non constet per particularia instrumenta, sed
solum per enunciatiuas in dictis instrumentis institutio-
num emissas; Secundò, quod non omnes prouisiones hu-
ius Beneficij appareant factæ ad præsentationem Decani,
sed earum nonnullæ de solo illius consensu; Tertiò, quod
non omnes appareant effectum sortitæ, quartò demum,
quod ab anno 1600. vsque ad annum 1619. & ab inde citra
vsque in præsens, prouisiones huius beneficii factæ fuerint
hic in Curia tanquam de libero.
Quia ad primum fuit responsum solas enunciatiuas
præsentationum in actu institutionis emissas ad effectum,
de quo agitur, sufficere, † quia cum præsentatio requira- 15
tur pro substantia institutionis, † dicendum est institutio- 16
nem ipsam præcessisse † FELINVS noster, qui testatur 17
de stylo Rotæ *cap. sicut num. 26. de re iudic.* Mascard. *de pro-
bat* qui alios citat *conclus. 1216 num. 3.* benè Paris. *de confid.
quæst. 28. num. 232. & seq.* Rota coram Dunoz. Sen. *præcit.
decis. 211. num. 2.* quæ dat Concordantes.
Secundum remanet sublatum ex trita regula quod con-
sensus æquipollet præsentationi, † & constituit in quasi 18
possessione præsentandi, non secus ac præsentatio ipsa, Vi-
uian. *de iurepatron. lib. 11 cap. 6. num. 9* Rot coram Crescent.
decis. 2. de iurepatr. coram Gregor. *decis. 449. num. 2. coram*
Buratt. *d. decis. 142. num. 5. in recent. decis. 661. num. 3. vers. in
dictis part. 3.*
Ad tertium fuit dictum, quod etsi non constet præsen-
tationes omnes fuisse effectum sortitas, † sufficere tamen, 19
quod primæ, & postremæ fuerint effectuatæ, prout de ea
anni 1402 & aliis duabus 1589. & 1600. visum est supra
constare, Summ. *num 11. 13. & 14.* † quia intermediæ præ 20
sumuntur, quando præcipuè, prout hic, † de nullo actu in 21
contrarium constat, Rot. coram Seraph. *decis. 1141. num. 8.
coram* Cels *decis. 193. num. 5. post* Viuian. *decis. 38. & decis.
61. vtrobique num. 4. & in Bononien. iurispatronatus 3. Iunii
1672. §. quæ sanè coram R. P. D. meo Rondinino.*
Et quartum eliditur ex eo, quòd cum beneficium hoc
sit de iurepatronatus Ecclesiastico, quotiescumque vaca-
tiones illius contingerent vel in mense Apostolico, vel in
Curia, † tunc Episcopus, nulla habita ratione Patrono- 22
rum, sed in dicto concursu, † prout fit, in aliis Curatis libe- 23
ris ad formam Concil. *d. sess 24. cap. 18.* & prælecto magis
idoneo, fidem huiusmodi idoneitatis transmittit ad Cu-
riam, † vbi expediuntur literę suę institutionis, ibi Barbos. 24
num. 139. Garz. *de benef. part. 9. cap. 2. num.* 173. vbi refert re-
solutionem Sac. Congregationis Concilii, cum autem à di-
cto anno 1600 citra doceat Ioseph pręsenti Summ. *num.* a 4.
& 5 vacationes huius, † Beneficii contigisse vel in mense 25
Apostolico, vel in Curia; nullum potest in iis constitui
fundamentum ad inducendam Beneficii libertatem, ad
tradita *in Bononien. Beneficii 23. Ianuarii proximè præt co-
ram Reuerendiss. Decano.*
Ex quibus cum probatio Iurispatronatus vndique cla-
ra remaneat per pręsentationes trium sęculorum, nulli du-
bium est, quin per quasi possessionem † quadragenariam, 26
multò fortiùs probatum remaneat cum fama, quę ex tot
antiquis instrumentis à variis personis editis, & ex notis
d. antiqui libri resultat, Garz. *de benef. d. part. 5. cap 9. num.*
83. Viuian *de iurepatr. præcit. lib. 11. cap. 5. à num. 46 cum
plur. & seqq.* Add. ad Buratt. *d. decis. 142. num. 16.* Rota coram
Coccin. *decis 174 num. 2. coram* Dunoz Sen. *præcit. decis.
211. per tot.*
Et ita constito de idoneitate Iosephi, existentia iuris-
patronatus, & pertinentia ad Decanum, necnon de va-
catione Beneficii, ex quo vtraque pars per obitum Mi-
chaelis veluti possessoris venit, † dixerunt Domini post 27
iteratam propositionem, Parochialem esse adiudican-
dam Iosepho, per *text. in Can. Monasterium 16. quæst. 7. cap.
cum* Bertoldus, vbi Abb. *num. 2. de re iudic. cum vulg.* Vtra-
que parte informante.

.RP.D.

R. P. D. CALATAIV.

Romana Pecuniaria.

Veneris 28. Iunij 1675.

ARGVMENTVM.

Conformitas sententiarum in hac præsenti decisione deducitur ad nostrum Statutum *lib. primo cap.* 180. quo duæ conformes constituunt rem iudicatam, vt nempè illud procedat in sententijs validis, & iustis, & quando vna confirmat aliam, prout verè confirmare dicitur, si vltima sententia exprimat benè iudicatum, & malè appellatum; Rursus, quia illud inter Romanos procedit, Familias igitur MATTHÆIAM, & SANCTACRACIAM, ambas esse ex nobilissimis familijs Vrbis, declaratur.

VMMARIVM.

1 *Sententiæ vt dicantur conformes debent esse validæ, & iustæ.*
2 *Statutum Vrbis* lib. peimo cap. 180. *quod duæ sententiæ faciant rem iudicatam, procedit si illæ sint validæ, & iustæ.*
3 *Sententiarum conformitas resultat si vna in omnibus confirmat aliam.*
4 *Sententia dicens benè iudicatum, & malè appellatum aliam præcedentem confirmat.*
5 *Validitas sententiarum resultat ex actis, & iustitia ex decisionibus deducitur, & num 6.*
7 *Familiæ MATTHÆIA, & SANCTACRVCIA sunt ex nobilissimis familijs Vrbis.*
8 *Notoria, quæ sunt non indigent probatione*
9 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 180. *de duabus conformibus comprehendit etiam personas Ecclesiasticas.*

DECISIO DLXXVII.

CONTA Excellentissimum Dominum Ducem Hieronymum Matthæium vti hæredem hæredum Cyriaci, Reuerendissimus Dominus meus Decanus præuils teibus decisionibus sub diebus 8. Iunii 1665. 5 Decembris 1672. * & 3. Iulii 1673. relaxauit pro fructibus decursis mandatum executiuum vigore facultatum Auditoris Cameræ, & deinde per sententiam pronunciauit, fructus fuisse debitos vna cum capitale scutorum 15000. Cumque Reuerendus Pater Dominus meus Emerix, præcedente alia decisione sub die 22. * Iunii 1674 dictum mandatum, & sententiam confirmauerit, Signatura Iustitiæ causam mihi commisit cum clausula *consilio*, *quod sit locus statuto de duabus conformibus*; vnde ad tenorem dictæ Commissionis proposito dubio, An sit locus statuto, affirmatiuè per Dominos resolutum.

1 Quia sententiæ sunt conformes, † & sunt validæ,
2 & iustæ; vndecum versentur inter Romanos † locum habet statutum Vrbis *libro primo capite* 180. vt dixit Rota *decisione* 331. *numero primo*, & *decisione* 381. *numero* 3. *coram Merlino*.

Conformitas clarè desumitur, quod secunda sententia
3 † in omnibus confirmat mandatum, & primam sen-
4 tentiam dicendo, † benè iudicatum, & malè appellatum, Rota coram Eminentissimo Domino Cardinali Otthobono *decisione* 63. *numero primo*, & *coram bonæ memoriæ* Cardinali Celso *decisione* 364.
5 Validitas resultat † ex actis, iustitia verò ex latè
6 † congestis in supradictis decisionibus, contra quas ex parte Domini Ducis non informantis nihil releuans deductum fuit.

Quod autem Collitigantes sint Romani, plenè constat ex hodierno Summario *numero* 3. & 4. vltrà quod omni-
7 bus notum est, Familiam MATTHÆIAM, † & SANCTACRVCIAM ambas esse ex nobilissimis Familiis Vrbis, & notoria † non indigent probatione, Fe- 8
linus *in capitulo cum ordinem numero* 11. *de rescript*. Decius *consil*. 356. *numero* 4. Rota *decisione* 225. *numero* 14. *parte* 4. *recentiorum*.

Nec refert, quod ambæ sententiæ emanauerint fauore bonæ memeriæ Cardinalis Sanctacrucii, cuius fuerunt hæredes non solum Dominus Marchio Antonius, sed etiam Dominus Abbas Andreas, allegato Summario *numero* 5. † quia statutum Vrbis de duabus confor- 9
mibus comprehendit etiam personas Ecclesiasticas, Fenzonius *ad dictum Statutum capitulo* 180. *libro primo numero* 29. Salustius Tiber. *in prax. libro primo capit*. 27. *numero* 25. Rota coram Buratto *decisione* 197. *numero* 2. *ibique Addeates numero* 6. & *coram* Caualer. *decision*. 616. *numero* 3. & *in recentior*. *decisione* 380. *numero primo parte prima*, & *in Romana Fideicommissi de Glorieriis prima Iulii* 1665. *coram Eminentissimo Domino Cardinali Carpineo Prodatario*.

Et ita, vna tantum parte informante, resolutum fuit.

Supra in calce aliarum duarum decisionum 168. & 337. alterius primi tomi istius decimæ octauæ partis Recentiorum concordauimus alias decisiones in hac eadem causa emanatas, quarum altera erit adhuc sub die 10. Ianuarii 1676. coram eodem Reuerendo Patre Domino Calataiu, inferius suis loco, & tempore apponenda.

R. P. D. EMERIX.

Anconitana Fideicommissi.

Veneris 28. Iunij 1675.

ARGVMENTVM.

Præsens decisio consistit in eo, quod non transportatis actis in tempore præfixo à Iudice, rectè fiat moderatio inhibitionis, & sententia transeat in iudicatum, secundo, quod donatio etiam reciproca requirat solemnitates, si non apparet mulierem, vel minorem recepisse tantundem, quod ipsi donarunt; tertio, quod resolutio eiusdem donationis procedat tam ex clausula, & *non alias*, quam etiam, quia correspectiuitas in ea considerata, non habuit effectum in vita donantis; & tandem, quod Trebellianica remaneat prohibita ex verbis, *si restituisca l'equiualente*, & in omnem casum illa compensetur cum fructibus per plures annos perceptis.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio interposita cum omnibus, in ea prosequutis non suffragatur, si etiam debito tempore acta transportata non sint.*
2 *Inhibitio vigore appellationis ritè, & rectè moderatur à iudice, si præfixo, & elapso termino ad transportandum acta, illa non fuerint transportata.*
3 *Sententia transit in iudicatum, si acta non fuerint transportata in termino præfixo à iudice.*
4 *Donatio simplex, & reciproca nullas requirit solemnitates, neque in mulieribus, neque in minoribus, sed vid. nu. seqq.*
5 *Donatio reciproca tunc solum non requirit solemnitates, quando liquido constat mulieres, vel minores tantundem, & æquiualens recepisse.*
6 *Læsio est causa finalis legis, vel statuti requirentis solemnitates in contractibus mulierum, vel minorum.*
8 *Mulier, & minor etiam in donatione reciproca, sicuti in alijs contractibus lædi possunt.*
9 *Donatio correspectiua remanet nulla, si correspectiuitas in ea considerata in vita donatoris non habuit effectum.*
10 *Clausula*, & non alias *resoluit donationem, & contractum, ac si illa celebrata non essent.*
11 *Verba*, si restituisca l'equiualente, *idem sonant ac si dictum fuisset, totum, & integrum restituatur.*
12 *Trebellianica censetur prohibita si tota, & integra hæreditas restitui demandatur.*
13 *Trebellianica remanet consumpta à fructibus per plures annos ab hærede grauato perceptis.*
14 *Hæres extraneus computat fructus in Trebellianicam.*

D E-

DECISIO DLXXVIII.

DOMINI censuerunt standum esse in decisis sub die *
8. Februarii proxime præteriti, quia subsistunt om-
nia in decisione deducta, tam circa lapsum fatalium,
quam circa nullitatem, & resolutionem oppositæ dona-
tionis; Ideoque stante validitate, & iustitia sententiæ,
dubitari non potest, quin illa fecerit transitum in iudi-
catum.

Neque ad excludendum lapsum fatalium suffragatur,
quod à dicta senteotia A. Cam. fuerit pro parte Flaminiæ
Auctricis Andreæ intra legitima tempora appellatum,
commissa Causa, & citatum ad dicendum contra Com-
1 missionem, † quia cum postmodum superuenerit Reue-
rendo Patri Domino meo Vicecomiti, coram quo causa
primò pendebat commissio præfixionis termini ad trans-
portandum Acta prioris instantiæ, Summario *num.* 1. ta-
2 lisque terminus præfixus fuerit, † & intra illum Acta mi-
nimè transportata, benè per dictum Reuerendum Patrem
Dominum meum Vicecomitem fuit moderata inhibitio
iuxta praxim relatam per Ridolphin. *parte prima cap.* 13.
3 *numer.* 640. *& seqq.* propter quod dicta sententia † transi-
tum fecit in iudicatum, vt dixit Rot. *decis.* 81. *num.* 3. *par-
te prima recentior.* & alibi passim.

Prout nec etiam releuat ad enitandum nullitatem do-
nationis motiuum nouiter excitatum, quod illa non sit
4 simplex, sed reciproca, † in qua nullæ, nec etiam à mu-
lieribus, vel minoribus sunt seruandæ solemnitates, ex
decis. 363. *numer. primo par.* 6. *recen ior.* quia id procedere
posset, quando liquidò constat rem per mulierem, vel
5 minorem receptam, † æquiualere alteri per ipsas donatæ,
6 itaut nulla coosiderari posset læsio, † quæ est ratio finalis
legis, vel statuti disponentium circa contractus earundem
personarum, & in similibus terminis loquitur dicta *decisio*
7 363. vt ex eius *num.* 2. † secus verò quando de tali æquiua-
lentia non constat, tunc enim etiam in dictis donationi-
8 bus requiruntur solemnitates, cum æquè benè in illis, †
ac in aliis mulieres, & minores lædi possint, vt ponderat
Picbus *ad Statutum Vrbis glossa* 4. *numero* 37. *& sequenti-
bus*, Andreul. *controu.* 400. *nu.* 2. *& seqq.* & firmatum fuit *in
Romana, seu Rentian donationis* 11. *Decembris* 1665. *§. præte-
rea*, *& seqq. coram recolen. memor. Auunculo meo.*

Imò cum dicta donatio fuerit facta à Camilla intuitu,
& contemplatione alterius ad eius fauorem factam à Gui-
dobaldo cum clausula, quod deberet habere effectum in-
continenti sequuta solutione facienda per Seminarium ei-
dem Guidobaldo, & non alias &c illa autem solutio fue-
rit tantum facta post obitum Camillæ, quæ proinde frui
non potuit commodo donationis in eam correspectiuè col-
9 latæ, † vtique illa remansit nulla, & inefficax, ex ad-
ductis in alia *decis. in fine*, ponderata præsertim clausula
10 illa, *& non alias*, quæ est resolutiua, † & operatur per-
inde ac si nihil fuisset actum, Bald. *in l. si quidem numero* 3.
C. de except. & dixit Rota *dec* 1296. *numero* 12. *coram Coc-
cin.* & alibi sæpè.

Denique nullo modo subsistit prætensio Andreæ impu-
tandi pecunias à Seminario Romano exactas per Guido-
baldum, super quibus hodie tantum insistebat, in detra-
ctionem Trebellianicæ eidem competentis, ex quo illas
exegerit antequam ex hæreditate vllos fructus percepisset;
Tùm quia detractio Trebellianicæ fuit illi tacitè à Camil-
la Testatrice prohibita, dum substituit dicto Guidobaldo
Petrum Actorem: Nell'istesso modo, ch'entrarà detto
Guidobaldo, il quale sii tenuto subito seguita la morte di
detta Signora Camilla fare nota autentica, & inuentario
di tutto quello ritrouerà nella sua heredità, acciò in ogni
11 caso si restituisca l'equiualente al Signor Nappi. † Quæ
verba idem important, ac si dictum fuisset, restituatur
12 tota, & integra hæreditas, † ex quibus detractio Trebel-
lianicæ censetur prohibita, vt reiecta contraria sententia
de communi testatur Mantic *de coniecturis vltim. voluntat.
libr.* 7. *titul.* 2. *sub num.* 13. *vers. sed communis*, *& numer.* 14.
vbi versic. sed Ruinus conciliat contrarium tenentes, &
dixit Rota *decis.* 333. *num.* 1. *& seqq. coram Coccino.* Tùm
13 etiam quia, quando talis detractio fuisset facienda, †
illa remansit coosumpta ex fructibus per hæredem gra-
14 uatum per plures annos perceptis, † qui in eandem de-
tractionem præcipuè in hærede extraneo veniunt im-
putandi, iuxtà Textum *in l. in fideicommissaria*, *&
in l. mulier §. si hæres l. deducta §. ante diem ff. ad Trebel. l.
iubemus sext a C. eodem titulo*, Peregr. *de fideicommiss. artic.*
49. *num.* 62. & aliis adductis dictum fuit in Imolen. *Prædii
6. Iunii* 1664. *§. & Hippolita*, *& §. & nihilominus coram
bon. memor. Auunculo meo.*

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

Supra in hoc eodem tomo secundo istius decimæ octauæ partis recentior. adest altera præsentis causæ decisio, quæ est in ordine 440. coram eodem R. P. D. Emerix.

R. P. D. CALATAIV.

Foroliuien. Pecuniaria.

Veneris 28. Iunij 1675.

ARGVMENTVM.

Plura de solutione deducuntur in eo casu, quo emptor dubium venditoris persoluerat, quod proinde ex illius pecunijs, & de pretio rei emptæ persoluisse præsumendum sit; hinc plures coniecturæ, & præsumptiones referuntur super illa conclusione, quod à primordio tituli posterior firmatur euentus, & respondetur etiam ad argumentum discretiuæ loquutionis, & vna simul ad expressionem in solutionibus factam, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Solutio licet facta per manus alterius, adhuc dicitur sequuta de pecuniis debitoris, & quando. vid. num. seqq.*
2 *Solutio facta per manus emptoris, præsumitur facta de pecuniis rei emptæ, & sic ad venditorem, & debitorem spectantibus, & num. 13.*
3 *Solutio omnis censetur facta ex causa præcedentis contractus, & obligationis.*
4 *Pecuniæ debitæ ex causa emptionis, relictæ penès emptorem, dicuntur propriæ venditoris, & ad ipsum spectare.*
5 *Emptor dicitur soluisse de pecuniis venditoris, si concurrit identitas causæ, & personarum.*
6 *Emptor soluens debitum venditoris, de pretio, & pecuniis rei emptæ soluisse præsumitur, dum non constat alias pecunias à venditore sibi fuisse traditas.*
7 *Soluere obligatus intra certum tempus non præsumitur voluisse soluere anticipatè, & ante diem, sed vid. num. seq*
8 *Solutio facta in actu celebrationis apochæ matrimonialis, censetur illa cum marito fuisse conuenta.*
9 *Solutio expressa de proprio pro aliqua summa, ita in reliquis fuisset expressa, si de proprio facta esset, & quando num. seq*
10 *Præsens si quis solutioni fuisset, illam expressisset, prout expressit quando præsentialiter adfuit.*
11 *Discretiuæ loquutionis argumentum non concludit, quoties est in diuersa, & separata oratione.*
12 *Possibilitas sola non sufficit, quæ per aliud possibile tollitur, maximè si hoc verisimilius sit.*
13 *Emptor præsumitur soluisse debitum venditoris de pretio, & pecuniis rei emptæ.*
14 *Solutionis exceptio opposita dicitur ab eo, qui non solum dixit generalia, & specialia, sed etiam petiit absolui.*

DECISIO DLXXIX.

FABRITIVS Torellus pro maritanda, & dotanda Maria filia, vendidit Thomæ Torello vnam vocem Molendini, pretio scutorum octingentorum, qui vlterius promisit soluere legatum aliorum scutorum octingentorum relictum dictæ Mariæ à Bernardino Verzerio; Cum supposito autem, quod dictus Thomas ex scutis 1600. non soluisset nisi scuta trecenta, fuit contra ipsum in partibus relaxatum mandatum executiuum pro scutis 1300. residualibus, quod A. C. exequi mandauit pro scutis 1100. Vnde iterum interposita appellatione, & causa mihi commissa, dubitaui,

an

an dictum mandatum A.C. sit excessiuum, & pro qua summa, & Domini censuerunt fuisse excessiuum in scutis 400. solutis per dictum Thomam ad computum dotis dictæ Mariæ, vt constat ex quietantia data in Summario *nu.* 3.

Licet enim dicta quietantia cantet solutionem fuisse factam à Fabritio per manus tamen dicti Thomæ, non tamen præsumendum est pecunias fuisse proprias Fabritij, & Thomam se habuisse tanquam eius nudum
1 ministrum, † sed potius præsumendum est contrarium
stante præcedenti obligatione ipsius Thomæ soluendi
2 dictam dotem ex pretio Molendini; † Omnis enim so-
lutio censetur facta ex causa præcedentis contractus,
& obligationis, Cephal. *consil.* 136. *numer.* 13. *& cons.*
198. *numer.* 12. Maut. *de solut. capit.* 8. *numer.* 1. *& seqq.*
Rota coram Bich. *decis.* 133. *num.* 10. & pecuniæ debitæ ex
3 causa emptionis relictæ penes emptorem, † dicuntur pro-
priæ ipsius venditoris, & ad ipsum spectare, Andreol.
contr. 348. *numer.* 17. Tondut. *ref. ciuil.* 29. *numer.* 7. Ad-
den ad Buratt. *decis.* 420. *numer.* 7. Rota *decis.* 451. *num.*
6. *& seq.* post Cenc. de censib. *& decis.* 327. *numer.* 10.
parte 13. *recentior.* maximè quod concurrit identitas
4 causæ, † personarum, vt aduertit Rota coram Seraphi-
no *decis.* 1093. *numer.* 1. *& 6.* & quod non constat Fabri-
tium dedisse alias pecunias Thomæ, vt solueret dotem
5 dictæ Mariæ, † vnde oritur magis præsumptio, quod
6 solutio facta fuerit cum pecunijs existentibus † in mani-
bus emptoris pro dicta dote destinatis, Gratian. *disc.* 897.
n. 10. Cyriac. *controu.* 261. *n.* 5. Rota coram Seraphino *dicta*
dec. 1093. *nu.* 1.

Non obstat, quod Thomas soluere promiserit iuxtà
terminos, & conuentiones faciendas cum Marito dictæ
7 Mariæ, † ideoque non sit præsumendum soluisse anti-
cipatè, & ante diem, quia solutio fuit facta in actu ce-
8 lebrationis Apochæ † matrimonialis, vnde credendum
est ita fuisse conuentum cum dicto marito, Rota co-
ram Dunozet. Iuniore *decis.* 716. *nu.* 7 & coram Bichio *dec.*
316. *n.* 6.

Minus releuat, quod sicuti in alijs solutionibus ex-
9 pressit, se soluisse de † proprio, ita expressisset in solu-
tione dictorum scutorum 400. si de proprio soluisset;
nam quietantia scutorum 400. fuit facta absente Tho-
10 ma, dicto Summario *numero tertio*, † qui si fuisset
præsens, melius procurasset exprimi ex quibus pecu-
nijs fieret solutio, quemadmodum procurauit in alijs so-
lutionibus ipso præsente factis; Argumentum autem à
11 discretiua nihil concludit, † quoties est in diuersa, & se-
parata oratione, Adden. ad Gregor. *dec.* 201. *num.* 18. *& in*
recent. dec. 164. *n.* 21. *par.* 4. *& dec.* 229. *n.* 7. *coram Cardina-*
li Celso.

Prout nihil valet argumentum deductum à possibili,
quod scilicet Fabritius dare potuerit Thomæ dicta scuta
12 quatuor centum, vt solueret in causam dotis, † quia pos-
sibile est etiam, quod non dederit, & verisimilius est non
dedisse, & onus soluendi dictam dotem ad Thomam spe-
13 ctaret ex pretio Molendini, † de quo proinde censetur fa-
cta solutio, Rota coram Bich. *dec.* 77. *nu.* 8. *& 9.* cum alijs
supra allegatis.

Quod autem Thomas conuentus in partibus non op-
posuerit de solutione dictorum scutorum quatuor cen-
tum in facto non subsistit, eius namque Procurator
non solum opposuit generalia, & specialia sed produ-
xit instrumentum solutionis dictæ summæ, & petijt
14 absolutionem *Summario numer.* 6. *& seqq.* † vnde non
est dubium quin proposuerit exceptionem solutionis
Salgad. *in labir. Credit. parte* 3. *capit. primo num.* 68. 110
& seqq.

Cæterum in alia partita scutorum sexcentorum, in qua Thomas prætendebat fuisse quoque excessiuum mandatum Auditoris Cameræ, Domini non fuerunt concordes.

Et ita vna tantum parte informante resolutum fuit.

R. P. D. RONDININO.

Neapolitana Bonorum.

Veneris 28. Iunii 1675.

ARGVMENTVM.

Donationem, & actus inter viuos non comprehendi dicuntur à consuetudine Neapolitana, præcipiente modum disponendi ab eo, qui non habet filios, ea ratione, quia dispositio propriè intelligitur de actibus vltimarum voluntatum; Et quamuis hæc omnia adhuc fieri potuissent in fraudem, respondetur, quod vltra quod illa probata non erat, prout probari debuisset, fraus nec dolus considerari poterant in donatione facta Ecclesiæ propter Deum, & solam donantis animi religionem.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo Neapolitana, quæ incipit, & si testator præcipiens modum disponendi ab eo, qui non habet liberos traditur, & declaratur.*

2 *Constitutia loquens de dispositione non complectitur donationem, & alios actus inter viuos, & nu. seqq. vbi vide.*

3 *Disponere verbum propriè restringitur ad vltimas voluntates, in quibus verè, & realiter verificatur.*

4 *Dispositio legis loquens de actibus causa mortis, comprehendit donationes, & actus inter viuos, qui facti sunt in fraudem legis.*

5 *Lex esset nugatoria, & inutilis, si verbis potius, quam rebus imposita esset.*

6 *Fraus legis, vel Constitutionis concludenter probari debet.*

7 *Donatio facta ante biennium obitus donatoris, non dicitur in fraudem legis per vltimas voluntates disponere probibentis.*

8 *Fraus erga Ecclesiam considerari non potest.*

9 *Ecclesiæ donatur propter Deum, & propter animi religionem, non propter proprium lucrum.*

10 *Lex, statutum, seu Constitutio sæcularis non ligat Ecclesiam.*

11 *Qualitas à lege, vel statuto requisita probari debet adhoc, vt lex, vel statutum procedat.*

12 *Manutentio datur etiam aduersus factum iudicis iniustum.*

13 *Iudex iniustè procedens possessorem sua possessione non priuat.*

DECISIO DLXXX.

DVX Serrarum, & Ducissa Castelluccia Soror vigore Neapolitanæ consuetudinis incipientis: † & si 1
Testator: volentis, quod vnusquisque non habens liberos de bonis nouiter quæsitis ad libitum disponere valeat: de bonis vero antiquis sibi à quauis linea obuentis, nisi pro medietate tantum reseruata altera medietate proximioribus illius lineæ, à quo Bona prouenerunt, sententiam in Tribunali Nuntiaturæ Neapolitanæ obtinuerunt contra Domum, & Ecclesiam S. Pauli Theatinorum eiusdem Ciuitatis pro dimissione medietatis bonorum antiquorum ex dispositione Hippolitæ de Afflicto ad dd. Domum, & Ecclesiam spectantium, à qua interposita appellatione, causaque mihi commissa, dedi Dubium: An & de cuius bono iure constet, etiam ad effectum manutentionis, quod fauore Patrum Theatinorum resolutum fuit.

Bonum ius Patrum deducitur ex donatione facta inter
viuos à prædicta Hyppolita omnium bonorum præ-
dictæ Ecclesiæ Summario eorundem Patrum *aumer.* 2.
2 † de qua donatione, veluti actu inter viuos, non
loquitur dicta consuetudo Neapolitaoa, quæ procedit
3 per verbum disponere, † ae ideo restringitur ad vlti-
mas voluntates, in quibus disponendi verbum proprie
verificatur Napodan, *od consuetud. ueap. tit.* 3. *de success.*
morient. sine filijs ex Testamento *aumer.* 5. *& seqq.*
& numer. 175. *&* 176. Molphes. *pariter ad consuetud.*
quæst. 3. *de success. ex Testam. quæst. primo numer.* 2.
& seqq. & numer. 6. *& seqq.* A Ponte *consil.* 8. *nu-*
mer. 16. *&* 17. *& cons.* 9. *aumer.* 11. *tom. primo* Stai-
ban, *resol.* 77. *numer.* 16. *tom. primo* Afflict. *dec.* 370.
numer. 11. *vers. Tertium Dubium, & numer.* 12. Ca-
picc. *decis.* 96. *numer. primo* Franc. *decis.* 91. *num.* 14.
& decis. 518. *aumer.* 7. Rosa *consult.* 65. *numer.* 10.
& 16. *& numer.* 19. *& seqq.* Rota *du. part.* 4. *dec.*
879. *num. primo.*

Et licet otiam in actibus inter viuos dispositio le-
4 gis, loquens de actibus causa mortis, procedat, †
quotiescumque donationes, atque contractus inter vi-
uos facti sunt in fraudem legis, quæ esset nugatoria,
5 & inutilis, † si verbis potius, quam rebus imposita
6 esset, adhuc fraus ista in casu non probatur, † vt
7 opus esset, quinimmo exeluditur, † ex quo donatio facta
fuit biennio ante obitum donatricis per ea, quæ in
proposito considerat Franciscus à Poote *consil.* 114. *nu.*
8 *primo & seqq. vol.* 2. atque factu fuit Ecclesiæ, † erga
qoam fraus considerari non posset, quia non alia cau-
9 sa, quam per Deum † censetur fuisse donatum citra
vllum commodum, vel lucrum Donatoris, sed pro
sola animi religione, quæ est potissima ratio Textus *in*
cap. relatum de Testam. Mascard. *de probat. concl.* 556. *num.*
primo cum alijs deductis per Rotam coram Merlin. *decis.*
805. *per tot.* cum similibus.

Neque ex defectu soliusrationis legis, vtpote in hoc
casu inapplicabilis, extranea remanet prædicto con-
suetudo, sed etiam ex defectu potestatis in Ecclesiam
10 Donatariam, quam sæcularis hæ consuetudo non li-
gat iuxta celebrem. Textum vbi Canonistæ omnes *in*
cap. Ecclesia S. Mariæ de Constitut. cuios ratione in pro-
posito quidquid seroari dicat Franc. *decis.* 411. *aumer.*
4. bene comprobant Rouit. *cons.* 27. *numer.* 6. *& per tot.*
vbique Adden. *numer.* 4. *& seqq.* Capic. Latr. *consil.* 85.
num. 37. *& seqq.* de Marin. *lib. primo var. resol. cap.* 55. *nu.*
18. *& seqq.* Modernus Vennsin. *Theatr. Veritat. & Iust. lib.*
6. *de Dot. discurs.* 103. *aumer.* 13. & late dixit Rota *in pluri-*
bas decisionibas cumulatis in receat. part. 12. *decis.* 52.
numer. 7. Dunoz. Iun. *decis.* 243. *num.* 4. *et* 5. Bich. *dec.* 625.
per tot. repetit. in recen. part. 10. *decis.* 349. & passim in
alijs.

Quinimmo nec probatur, vt opus esset, bona, de
11 quibus agitur esse antiqoa † ioxta qualitates requisitas à
prædicta constitut. De quibus Molphei *ad consuetud.*
Neap. part. 2. *quæst.* 20. *uum.* 7. *& part.* 2. *quæst.* 15. *numer.*
2. *& parte* 3. *quæst.* 22. *num* 3 *&* 4. Naualer. *in Addit. ad*
consuetud. si qua morient pag. 13. *caput ad consuetud. in*
prælud. §. 3. *num.* 26. Franc. à Ponte *consil.* 9. *aum.* 4. *&* 5. *vol.*
primo et in tract. de potest. Proreg. tit 9. *de success. mulier. n.*
17. *& seqq.*

Constito autem de bono Iure Patrum Theatinorum
12 illis manutentionem DD. concesserunt † in hac se-
cuoda instantia, vigore eorum primæuæ possessionis,
qua ex facto iuditis, qui iniuste in priori instantia
13 contra ipsos pronunciaoit, † non remanserunt priua-
ti, vt ad limitationem Text. *in l. Iusto possidet ff. de*
acquir. possess. tradunt communiter Doctores, quos se-
quitur Rota coram Coccin. *decis.* 2265. *num.* 4. Bich.
decis. 5. *illo eodem numer. et decis* 29. *aum.* 7. & passim
in alijs.

Et ita DD. Ducibus citatis per Contradictas DD. res-
ponderunt, &c.

REVERENDISSIMO D.
ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Census.

Veneris 28. Iunii 1675.

A R G V M E N T V M.

Cum manutentio in quasi possessione exigendi acquisita super fructibus certorum bonorum, exequutioni demandetur, etiam contra tertios possessores illorum, ea ratione, quia res semper transit cum suo onere; Eadem quoque contra creditores occupantes rem ipsam concessa est, non obstante, quod ius anterius habere prætendissent, quia non inde possessorem de facto spoliare poterant, quod nec etiam Fisco permittitur.

S V M M A R I V M.

1 *Mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi fructus certoram bonorum potest exequi contra quoscumque tertios possessores dd. bonorum.*
2 *Quasi possessio exigendi acquisita contra auctorem, suffragatur etiam ad effectum obtinendi manutentionem contra successorem.*
3 *Bona in quemcumque vadant semper transeunt cum sua causa, & onere reali soluendi censum, qui soluebatur ex illis, & num. seqq.*
4 *Onus soluendi censum cum fructibas certoram bonorum assignatis à iudice, dicitur inhærere eisdem bonis, quæ ideo transeunt in tertium cum suo onere.*
5 *Hæres quamuis beneficiatus, non tamen opponit de suis creditis aduersus habentem quasi possessionem exigendi fructus bonorum defuncti.*
6 *Manutentio in quasi possessione exigendi datur etiam contra hæredem beneficiatum non ratione qualitatis hæreditariæ, sed quia bona transierunt in illo cum onere suo.*
7 *Possessorem nemini turbare licet, quamuis esset prior, potior, aut etiam proprietorius.*
8 *Quasi possessio alterius, auocari ab eo debet in iudicio petitorio, ac simul euinci, non autem in simplici possessorio turbari.*
9 *Fiscus etiam si proprietarius existeret, non ideo potest turbare possessionem alterius, vel quasi.*

D E C I S I O   DLXXXI.

MANDATVM de manutenendo in possessio-
ne exigendi Pensiones Domorum de quibus agi-
tur Concessum Turrjano † dictom fuit esse exequen- 1
dum contra tertios possessores earundem in decisione
edita coram me * die 11. Ianuarij præteriti, coius fun-
damentis hodie ad examen reuocatis, Domini steterunt
in Decisis.

Cum enim tam ipse Torrianus, quam eios Authores
per longum temporis spatium extiterint in quasi posses-
sione exigendi dictas pensiones sibi authoritate iudicis assi-
gnatas de anno 1618. pro fructibus census in sorte scuto-
rum 1000. *Summ. uum.* 3. † non dubitarunt Domini quin 2
talis possessio suffragetor Torriano ad effectum exinde
obtinendi manutentionem, seù iam obtentam exequen-
di contra quoscumque possessores ex certa regula, quod
transierunt domus cum † sua causa, & onere reali soluen- 3
di Censum, cui ex possessione actualiter capta ab autho-
ribus Turriaoi prænomioati reperiebantur specialiter ob-
noxiæ ex pluribus allegatis in decisione, quæ reuidetur
sub §. *omissa et sequentibus.*

Non

Non releuante obiecto iterum adducto in memorialibus datis pro noua audientia, quod prædicta procedant contra hæredes debitorum, vel alios successores ab eis causam habentes, quales oon esse dicebantur creditores hodie possidentes.

Quia cum oous soluendij fructus Census cum pensionibus dictatum Domorum ad hunc effectum à iudice
4 specialiter assignatis, † realiter inhæreat eisdem domibus, certum remanet idem onus rei adhærens transire ad quoscumque possessores, vt bene firmat *decisio 99. parte prima diuersorum per totam*, in qua licet ageretur con-
5 tra hæredem, tamen iste erat beneficiatus, & excipiebat de retentione pro suis creditis anterioribus, & Rota non
6 concessit manutentionem ex qualitate hæreditaria, † sed quia res io eum transiuerat cum onere reali soluendi censum, vt aduertitur *numero 11. & sequenti* & clarius explicatur *numero 4. & 5.* vbi quod non licet priori,
7 aut potiori, † seù cuicumque alteri proprietario possessorem turbare (prout fecerunt moderni possessores) quo-
8 usque per viam agendi † illa quasi possessio sit ab ipso pos-
9 sessore io petitorio euicta, † subdens etiamsi proprietarius esset Fiscus, & in hac ratione fundantur alij allegati in præterita decisione cui Domini io totum adhæserunt Turriano tantum ioformante creditoribus pluries citatis.

Supra in hoc eodem tomo 2. adest altera præsentis causæ decisio coram eodem Reuerendissimo D. Albergato, quæ est in ordine la prima.

R. P. D. TAIA.

Carpentoraten. Decimatum.

Veneris 28. Iunij 1675.

ARGVMENTVM.

De nonnullis fructibus, & propriè de oleribus & croco decimas persolui mandatur, non obstante laudo eas restringente ad certas species fructuum, tum quia & illud in omnibus obseruatum non erat, tum etiam quia impossibile reputabatur, ipsum hos nouos comprehendere fructus, nondum in ea Regione introductos, vt proinde in fauorem Parochi prædialis decisum sit, quidquid alias dici posset, si lis agitaretur, vel fauore Parochi Sacramentali, vel inter ipsum, & Parochum prædialem controuersia foret.

SVMMARIVM.

1 *Transactio facta super decimis cum assensu Superioris valet.*

2 *Compositio inter Clericos, & Laicos subsistetur, vt minus quam sit decima soluatur, vel de aliquibus non præstetur, & quando.*

3 *Ius decimandi afficit nouos fructus loco antiquiorum subrogatos.*

4 *Decima, quæ soluebatur de agro, adhuc debetur etiam si in illo domus construatur*

6 *Decima aliud est, quod ex iure vniuersali percipiatur, aliud verò quod de iure particulari.*

6 *Decima de bonis existentibus intra parochiam, Parocho ex iure vniuersali debetur, & sic præstatur ex omnibus fructibus, etiam mutata cultura.*

7 *Decimæ alio iudicantur iure inter Parochum prædialem, & Sacramentalem, alio verò si litigatur inter Parochum prædialem, & suos Parochianos.*

8 *Consuetudo sola decimandi attenditur, quotiescumque agitur de decimis solo iure particulari debitis.*

9 *Præscriptum tantum dicitur quantum fuit possessum.*

10 *Decimis etiam ad certam speciem restrictis, non licet mutare culturam, & semina fructuum.*

11 *Fructus nouus veteri subrogatur, ad effectum illum decimandi.*

12 *Beneplacitum Apostolicum, cæterasque solemnitates ex solo cursu temporis sine obseruantia non præsumuntur.*

13 *Alienatio bonorum Ecclesiæ nedum solemnis, sed etiam vtilis præsumitur ex lapsu temporis triginta annorum cum obseruantia.*

14 *Obseruantia præsumpta ex lapsu temporis, non sufficit vbi agitur de præsumendo etiam beneplacito Apostolico, cæterisque solemnitatibus.*

15 *Præsumptiones duæ ex eodem cursu temporis non dantur.*

16 *Laudum non potest dici obseruatum si solutio contra illius formam sit sequuta.*

17 *Laudum vnum, & idem repugnat in aliquibus obseruari, & in alijs fuisse abolitum.*

18 *Consuetudo, vt noceat Monasterio, probari debet, cum illius scientia, & patientia fuisse inductam.*

19 *Monastrio non præiudicat negligentia ministrorum, & arrendatariorum illius.*

20 *Sumptum de sumpto, & exemplum de exemplo non probat.*

21 *Testis de audita auditus deponens non probat.*

22 *Procurator sine speciali mandato non præiudicat Monasterio.*

23 *Laudum restringens decimas ad certas species fructuum, non potest illos comprehendere, quia eo tempore inibi introducti non erant.*

24 *Fructus noui si in terris decimabilibus serantur, iustum, & rationabile, vt quod de illis, sicuti de alijs decima persoluatur.*

DECISIO DLXXXII.

PROPOSITA hac Causa 18. Martij præteriti, fuit dilata resolutio propter discordiam DD. & mandatum, vt omoes DD. consulerentur, hodiè iuxtà mandatum, consultis omnibus DD. maior pars stetit in decisis 14. * Iunij 1674. aliquibus refragantibus.

Videbatur autem refragantibus, Monachis obstare laudum præcedente compromisso promulgatum super decimis debitis, & soluendis de certis speciebus in eo expressis dumtaxat, inter quas crocus, & olera non
comprehenduntur, & non est nouum in iure, † quod 1
teneat compositio super decimis, si facta sit cum assensu superioris, *ad summam textus cap. 2. de transact. & ibi notat Barbos.* quod valet compositio inter laicos, &
clericos, † vt minus quam sit decima eis soluatur, vel, 2
vt de aliquibus non præstetur, si fiat cum Ecclesiæ vtilitate, vel approbata sit à Pontifice, vel magno temporis interuallo fuerit obseruata, & in hac causa dicebant concurrere obseruantiam trium sæculorum ab anno 1348. qood nnoquam ostendantur solutæ, nec à Monachis petitæ.

Non obstaote, quod crocus percipiatur ex terris decimabilibus alios fructus reddere solitis, & ius decimandi afficiat æque nouos fructus loco antiqnorum subrogatos,
vt in terminis Croci sati in terris decimabilibus ad alios 3
fructus antea destinatis Rot. coram Bich. *dec. 322. nu. 5. d. vers. fiat crocus, in tot. num* 8. itaut si in agro constituatur
domus, † vel eius pensionis Decimam soluere debeat Do- 4
minus, vel eam saltem, quam prius de agro soluebat Barbos. *ad cap. 4. de Decim. n. 2.*

Quia bene procederent supradicta, si Decimæ percipe-
perentur ex iure vniuersali † at hic percipiuntur ex iure 5
particulari restricto ad certam speciem fructuum, vt distinguendo prosequitur *d. decis. 322. numer. 9. alleg. decis. 333. ex numer. 11. part. 5.* quæ est coram Merlin. *decis. 434. num. 9. & 10. d. vers. secus autem dum Parochus*, & prius in eadem caosa coram Coccin. *decis. 1766. numer. 14. d. vers. Tertio fuit consideratum* Barbos. *de Iur. Eccles. vni-*

uerſ. cap. 26. §. 2. num 61. verſ. ſed ad maiorem libro 2. D. de
Luca *de Decimis diſcar. 15. numer. 4 verſ. vt enim benè
lib. 14.*

Contrarium alij multo plures ſenſerunt, & ſtandum
in deciſis

Nam cum citra controuerſiam terræ, & prædia ſin-
gulorum de Communitate ſint intra Parochiam Mona-
6 ſterij, † debetur Decima ex fructibus quibuſcumque ,
etiam mutata cultura ex iure vniuerſali, & reali Deci-
mandi , quod Parocho competit *cap. cum contingat. 29. cap.
cum in tua 30. de Decimis, & ibi omnes Canoniſtæ* Rot. *d. dec.
322. à num. 5. cum ſeqq.*

Non obſtantibus oppoſitis, quod Monaſterium par-
ticulari iure exigat Decimas, ſtante laudo reſtringen-
te ad certam Decimationem fructuum , neque com-
prehendente Crocum , & Olera ex deciſionibus alle-
gatis.

Quia deciſiones allegatæ nil commune habent cum
præſenti caſu, quo concurrunt Parochus Prædialis, &
particulares affectantes ſe eximere à tali ſolutione Deci-
marum; In illis enim vigebat controuerſia inter Paro-
7 chum Sacramentalem, & Parochum prædialem, † cum
Sacramentalis ratione cuiuſdam particularis conſuetudi-
nis exigeret Decimam Lanæ, Caſei, & Agnorum , ex
qua intendebat habere quoque Decimam noualium il-
larum terrarum de paſcuis ad culturam reductarum ;
8 Tanquam ſubrogatam Lanæ, Caſeo, & Agnis, † &
reſponſum fuit, quod cum non demonſtraretur, niſi ſo-
la conſuetudo Decimandi in illis ſpeciebus, eiſdem ſubia-
9 tis ad regulam quantum poſſeſſum, † tantum præſcri-
ptum, conſuetudo, ex qua ortum erat ius particulare,
non aſſiſtebat Parocho Sacramentali quoad noualia ad
excluſionem Parochi Prædialis, qui habebat ius vniuer-
ſale , & reale Decimandi ; Hic vero Monaſterium
contra ſingulares ſuos Parochianos agit iure ſuo vni-
uerſali, & reali Decimandi ſundato in iure communi,
quod , & ſi reſtringeretur à laudo ad certam quanti-
tatem, & ſorte ad certos fructus, non tamen tolleret,
quod illa qualificata perceptio Decimarum non ſit fun-
data in iure vniuerſali, & realitate terrarum decimabi-
lium, quæ realitate non operatur, vt terræ de quibuſ-
cumque fructibus reſpondeant Parocho in quantitate
10 tranſacta, † & quatenus vera ſit reſtrictio ad certam
ſpeciem fructuum, hoc ipſo non licebat ſingulis de Com-
munitate recedere ab ea cultura, & ſemine fructuum ,
quod erat concordatum per laudum in præiudicium Ec-
cleſiæ, & ſemper laudo obſtat realitas terrarum Deci-
mabilium infixa , & adiecta illis terris quemcumque fru-
11 ctum ferant, † cum nouus fructus veteri cenſeatur ſubro-
gatus *ad d. cap. cum in tua ; & cap. 3. de Decimis & d. dec.
322. n. 5. & 6.*

Sed , & huiuſmodi laudi obſeruantia negatur à Mona-
12 chis, † ſine qua ſolus lapſus temporis interuire non poteſt
pro præſumendo Beneplacito Apoſtolico, ac alijs ſolemni-
tatibus, vt coram Ludou. *deciſ. 355. in fin. & ibi Adnot.
numer. 18. à verſ. Aduertendum tamen , & Adnot. ad* Bu-
13 ratt. *deciſ. 45. numer. 6.* † vbi quamuis ex lapſu 30 an-
notum cum obſeruantia etiam alienatio rerum Eccleſiæ
14 præſumatur, nedum ſolemnis, ſed etiam vtilis, † non
ſufficit ad hunc effectum obſeruantia præſumpta , ſed
15 requiritur vera, ne ex eodem curſu temporis † dentur
duæ præſumptiones, &c. cum allegatis, & hæc ſane ob-
ſeruantia non ſolum non probatur per teſtes patientes
exceptiones, de quibus in præterita deciſione ; ſed ex ip-
ſis teſtibus Communitatis excluditur manifeſte , dum
plures atteſtantur , quod in planitie Monachi perci-
piunt ad rationem decimæ quintæ in Montaneis ad ra-
16 tionem vigeſimæ, † quod directe contrarium eſt laudo
promulgato, indifferenter decimamquintam determinan-
te, & cohærenter ad hanc inobſeruantiam eſt valde con-
ſiderabilis expreſſus actus contradictionis, & contrariæ
proteſtationis factus pro parte communitatis anno 1621.
dum ad formam, modumque præſcriptum percipiendi
Decimas, quæ erat potior pars laudi inſtabat Monaſte-
rium præſtari Decimas, Proteſtata enim eſt Communi-
tas, & particulares quod non tenerentur obſeruare dd.
qualitates, cum conſuetudo ſit in contrarium, adeoque
ad ſenſum Communitatis tot intercesſerant actus con-
trarij, & repognantes laudo, illiuſque conſtitutis formis
ſoluendi Decimam, vt conſuetudo orta fuerit ſuper inob-
ſeruantia, & contra diſpoſita in illo, quod difficile viſum
eſt DD. percipi poſſe , † quod vnum, idemque laudum 17
fuerit in aliquibus pactis ab initio obſeruatum , in alijs ve-
ro contraria conſuetudine abolitum, cum pacta eſſent cor-
reſpectiua , & data inobſeruantia in aliquo, ceſſabat vtili-
tas Eccleſiæ, & ſic validitas laudi.

Et vlterius dicta contraria conſuetudo, vt nocere poſſet
Monaſterio, † eſſet probanda cum ſcientia, & patientia 18
ipſius Monaſterij, cui negligentia Miniſtrorum, & Ar-
rendatariorum † nocere non potuit, Rota *dec. 212. num. 9.* 19
*part. 10. cum alleg. & latè in Hiſpalen. Decimarum coram
Cardinali Corrado, vt in deciſione* coram Card. Celſo *dec.
44. n. 9.*

Alterius ordiebantur aliqui ex DD. contra laudum, vti
ſumptum de ſumpto, & exemplum de exemplo, † quod 20
fidem non meretur, ſicuti teſtimonium de auditu † auditus 21
Rot. cor. Ludouiſ *dec. 432. & dec. 469. vtrobique ex nu. pri-
mu cum alleg. & adnot.* non obſtante productione facta pro
Monaſterio d. ſumpti à Procuratore, † qui mandatum 22
ſpeciale non habebat, immo nec idem ſumptum de ſum-
pto produxerat, quia vnum eſt anni 1388. alterum anni
1340. & diſcordant in ſubſtantialibus, cum vnum præci-
piat intimationem faciendam quatuor horis ante colle-
ctionem fructuum, & alterum mandet inhibitionem ſex
horis ante, ex quibus exiſtentia, & legalitas laudi magis
turbida redditur.

Et concludebant DD. quod cum crocus, & olera, de
quibus quæritur non eſſent inducta in eas partes, vt pro-
bant teſtes, & Bellus ſcribens in hoc ipſo articulo *conſ. 47
& ſeqq.* ex atteſtatione 69. teſtium, † certum eſt non poſ- 23
ſe de illis intelligi, & ſic non eſt mirum non fuiſſe expreſſa
in laudo, cumque poſtea loco frumenti Decimabilis, in
terris, crocus feratur, † iuſtum, & rationabile eſt de eo ſi- 24
cuti de frumento, vt Decima ſoluatur ex deductis in præ-
terita deciſione, *& in d. dec. 322. numer. 7. & 8.* cum alle-
gatis.

Et ita vtraque &c.

Supra in alio præcedenti tomo primo iſtius Decimæ Octa-
uæ Partis Recent. adeſt altera hic confirmata deciſio, &
ibi in ordine 323.

R. P. D. VICECOMITE.

Ciuitatis Caſtellanæ Expenſarum.

Veneris 28. Iunii 1675.

ARGVMENTVM.

Materia expenſarum licet hæc deciſio contineat ad conſuetas regulas , integrè reficiendi expenſas, quæ dicuntur, & quoad mercedem Procuratoris , Aduocati , Sollicitatoris , & Copiſtæ taxandi ſcuta decem pro inſtantia , diuerſificat tamen ſtylum reficiendi Propinas in cauſis DD. Auditoribus, vti Auditoribus Sacri Palatij, vel vti Prælatis commiſſis, vt ſcilicet in primo caſu, Propinæ non reficiantur, ſecundo verò ſic.

SVMMARIVM.

1 *Expenſæ regeſtri , citationum , notæ ſententiarum & ſimilia , viuæ in Curia, & in Rota appellantur.*

2 *Expenſæ viuæ terminato iudicio, per victum victori reficiendæ ſunt.*

3 *Expenſæ Procuratoris , Aduocati, Sollicitatoris, & Copiſtæ à Rota taxantur in ſcutis decem pro inſtantia , & ideo ſi minus taxatæ ſunt , exceſſiuæ dici nequeunt.*

4 *Propinæ in Rota non reficiuntur, vbi cauſæ coram DD. Auditoribus vti Auditoribus Sacri Palatii deciduntur.*

5 *Commiſſiones Rotæ olim frequentius expediebantur, & DD. Auditoribus dirigebantur vti Prælatis.*

6 Pro-

6 *Propinæ in Rota antiquitus reficiebantur in causis DD. Auditoribus commissis vti Prælatis.*
7 *Commissiones in Rota hodie rarò expediuntur, & à DD. Auditoribus acceptantur, vti Prælatis.*
8 *Rota Romana si de aliquo stylo dubitat suos consulit Notarios antiquiores, & peritiores.*
9 *Propinæ hodie sicut olim reficiuntur in Rota, vbi causa DD. Auditoribus est commissa vti Prælatis.*

DECISIO DLXXXIII.

EXPENSÆ quas in fine huius litis taxauit Reuerendus Pater Dominus meus Emerix in scutis centum quinquaginta septem visæ sunt Dominis nulla indigere reformatione, quia pro summa scutorum centum triginta vnum consistunt in regestis, Citationibus, notis sententiarum, & similibus quas viuas
1 appellamus, quæque terminato iudicio Victori reficien-
2 dæ veniunt per Victum iuxtà Textum in *l. properandum § sin autem C. de iudiciis vestrius in praxi lib. 8. cap. 12. numer. 11.* Rota coram Bichio *decis.* 3. coram bonæ memoriæ Cardinali Celso *decis.* 74. *vtrobique numer. primo* passim in alijs, in reliquis verò scutis viginti sex solutæ fuerunt pro honorario Aduocati, & Procuratoris, necnon pro mercede Sollicitatoris, & Copistæ, quorum opera cum vsus fuerit Iulius Victor in tribus instan-
3 tijs, non solum excessum vllum non continent, † sed imo intra consuetam taxam scutorum decem proqualibet instantia regulatæ fuerunt Rota coram Coccin. *dec. 1705. n. 1.* coram Bichio *dicta dec. 73. n. 3. & dec. 240. n. 74. & coram dictæ bonæ memoriæ Celso præcitat. dec. 74 n. 5.* cum vulgatis.

Vnica fuit Dominis difficultas circa propinas solutas in duabus postremis instantijs Reuerendis Patribus Dominis meis Taia, & Emerix, etiam si commissiones eis fuerint directæ non vti Auditoribus Sacri Palatij,
4 † quo casu certum est, quod non deberentur ex firmatis in *Neapolitana Hæreditatis 8. Martij proximi præteriti §. finali coram me* sed vti Prælatis, an essent reficiendæ, quia licet eis innotesceret stylus, qui de tempo-
5 re Amati Dunozetti, & Leonis Verospij, † quo frequentius forsan similes commissiones expediebantur,
6 vigebat, † reficiendi has propinas, vt ex eorum decisionibus coram scilicet primo inter illius impressas *decis. 948. num. 4. & 5.* in qua refertur decisio alterius, nihilominus cum rarior hodie sit vsus dirigendi nobis
7 commissiones vti Prælati † easque directas acceptandi, mihi demandarunt, vt sumpta informatione à peritioribus nostri Tribunalis Notarijs, quibus in si-
8 milibus deferre solemus, vt coram Merlino *dec. 759. numer.* 2. coram Eminentissimo Otthobono *decis. 92. numer. 5. & in Beneuen. Domuncularum 5. Decembris 1672. §. prout, &c.* coram me, resolutionem publicarem; Comperto propterea ex eorum relationibus nihil
9 fuisse circa huiusmodi stylum innouatum † de mente Dominorum meorum exposui dictas proprinas esse reficiendas; Neque quoad hanc summam taxam fuisse excessiuam.

Et ita altera tantum parte Informante resolutum fuit.

R. P. D. EMERIX.

Calaguritana Beneficij de Logrono.

Veneris 28. Iunii 1675.

ARGVMENTVM.

Agitur de adiudicatione Beneficij facienda maiores qualitates habenti, quæ in præsenti resultabant ex Sacerdotio, habilitate ad audiendas confessiones, nobilitate, paupertate, ac etiam quia senior ætas concurrebat, atque ita non obstante possessione alterius Beneficij pro substentatione prorsus insufficientis, prælatio fuit illi concessa, reiecta reprobatione examinatorum de partibus, quia habilitas probata erat ab examinatoribus Vrbis, vltra primæuam approbationem factam pro dd. confessionibus audiendis.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos in adiudicatione Beneficij præfertur Baccalaureo, & Aduocato.*
2 *Paupertas, & nobilitas validæ reputantur pro obtinenda prælatione Beneficij.*
3 *Seruitium Ecclesiæ, & quidem de gremio, vti illius Capellanus, attenditur ad effectum prælationis in Beneficio.*
4 *Senior, & approbatus ad confessiones in obtinenda adiudicatione Beneficij præfertur.*
5 *Beneficium non habens præfertur beneficiato in adiudicatione Beneficii, lim. vt num. seqq.*
6 *Beneficium non sufficiens pro congrua substentatione beneficiati perinde est, ac si non possideretur, & quando num. 5. & 7.*
7 *Prælatio in beneficio habenti qualitates requisitas conceditur, etiam si ille aliud Beneficium haberet, non tamen pro congrua substentatione sufficiens, & supra num. 6.*
8 *Reprobatus ab examinatoribus de partibus perinde reputatur ac si fuisset approbatus, si ille ab examinatoribus idoneus renunciatus sit.*
9 *Reprobatus ab examinatoribus, male dicitur reprobatus, si per antea ab eisdem examinatoribus ille approbatus fuisset.*
10 *Reprobatus malè dicitur, qui ab examinatoribus ad audiendas confessiones fuit admissus.*
11 *Approbatus semel amplius reprobari non potest.*

DECISIO DLXXXIV.

ROTA censuit Beneficium adiudicandum esse Emanueli, quia collatis ad inuicem vtriusque Colligantis qualitatibus, illæ, quibus ipse præditus est, visæ fuerunt Dominis præpollere; Ipse enim reperitur priùs constitutus in dignitate Sacerdotali, quæ gradui Baccalaureatus, & officio Aduocati, quibus insignitus est Vr- 1
banus præfertur, vt dixit Rota *decis. 171. numer. 15. parte 10. & decis. 240. numer. 5. parte 12. recent.* & coram Dunozetto Iuniore *decis. 950. numer.* 9. & coram bonæ memoriæ Cardinali Celso *decis. 215. numer. 9.* est pauper, & nobilitate præfulget, † qualitates etiam va- 2
lidæ reputantur ad obtinendam prælationem Celsus *dicta decis. 215. numer. 5.* Bichius *decis 639. numer. 5. & 6. & in Calaguritana Beneficii 4. Maii præsentis anni coram Reuerendo Patre Domino meo Matthæie* Sacri Palati, Apostolici Præfecto, atque inseruiuit per longum temporis spatium in Ecclesia, vbi situm est Beneficium, & quidem tanquam de illius gremio, nempè vti Capellanus, † quod seruitium valdè ponderatur ad effe- 3
ctum, de quo agitur iuxtà Textum *in Capitul. Nullus, & Capitul. obitum distinction. 61.* Rota *decis. 413. numer. primo parte prima diuers.* & coram Merlino *dec. 6. numer. 1. & 2.* & coram Royas *decis 486. numer. 4. & in Calaguritana Beneficii 3. Aprilis 1656. §. Hanc præterea coram bonæ memoriæ Verospio*, necnon ætate Senior, ac alias in toto Episcopatu Calaguritano ad audiendum fidelium confessiones ab Ordinario deputatus fuit, † quas 4
etiam qualitates ad effectum Prælationis considerauit Rotam coram Zarat. *decis. 18. numer 3. & 6.* & coram Dunoz Iun. *dicta decis 950. num. 3. & 5.* & coram Cels. *dicta decis. 215. num. 2. & 4. & in Calaguritana Beneficii de Torresilla 13. Maii proximi præteriti §. de qualitatibus eorum me.*

Non obstat, quod ipse habeat alium Beneficium, indeque intret regula, † quod non Beneficiatus præ- 5
feratur Beneficiato per Text. *in cap. Is, cui de præbend. in 6.* quia ex testibus datis in eius *Summario num.* 12. constat, illud esse adeo tenue, vt longe non sufficiat ad

2 *Ius adeundi non adhuc inesse deductum, in alios transferri non potest.*
3 *Voluntas non potest alteri cedi.*
4 *Hæreditas non adita non continetur appellatione iurium & actionum.*
5 *Aditio non resultat, imo potius excluditur, ex actu, & confessione dubia.*
6 *Aditio requirit concludentem probationem, & quarè.*
7 *Facta plenè, & concludenter probari debent, nec sufficiunt actus, aut confessiones dubiæ.*
8 *Additio operatur, vt bona non sint amplius hæreditaria sed efficiantur proprium patrimonium adeuntis.*
9 *Aditio hæreditatis non probatur ex possessione rei communis, si non iustificatur possessio iure dominii vniuersalis.*
10 *Possessio rei communis pro sola portione debita possidenti intelligitur.*
11 *Frater possidens rem communem, non ideo fratris hæreditatem adiuisse dicitur, & quando.*

DECISIO DLXXXVI.

EX duabus donationibus quas Cicchus Formonus fecerat, Prerotio eius Patruo absenti, & Ludouico
eius Patrueli de Prerotij filio, Agens Albertus Formonus
In cuius persona purificatum fuerat fideicommissum in
secunda donatione constitutum ab Auditore Gubernatoris Firmani restitutionem bonorum donatorum obtinuit
quam Rota confirmauit præuijs decisionibus 15. Aprilis
1616. * & 27. Ianuarij 1620. coram Remboldo.
Iterum autem interposita appellatione super comprehensiua bonorum, & validitatis prioris donationis plures
coram Vbaldo decisiones emanarunt, quæ sunt in *Recentioribus par. 4 tom. 2. decis. 421. 428. & par. 4. tom 3. decision.*
716. ac denique coram Eminentissimo Panzirolo restricta
disputatione, an ius adeundi hæreditatem Prosperi fratris delatam, sed non aditam à donante comprehensum
esset in posteriori donatione Francisci negatiue Rota respondit, vt in decis. 9. Iunij 1634. coram eodem Card. Panzirolo, quæ est apud Modern. Asculan. *de confisc. qu. 36. sub num. 30. & seqq.* de cuius decisionis viribus cum hodie
dubitaretur coram me in locum Illustrissimi Matthæi ad
Palatij Apostolici Præfecturam assumpti, ab Eminentissimo Gabrielo Principe Firmi specialiter deputato, in
decisis Domini permanserunt.
Sane placuerunt Dominis rationes olim deductæ,
quod ius adeundi hæreditatem delatam, & non aditam
1 † à donatore comprehensum non fuerit in illius secunda
donatione amplissima omnium bonorum, quia ius hoc
inter extraneos, cum non sit in esse deductum per aditio-
2 nem, † in alios transferri non potest, quia voluntas cedi
3 † non potest, ad Text. *in l. si mulier ex asse, ff. de iur. dot.*
vt ad rationem nostram ratiocinatur Bald. *in rubr. de Procurat. num. 27. de franc. decis. 60. num.* a. & comprobant
Tiraqu. *de retract. §. 26 gloss. 5. num. 46 vers. 5.* Corn. *cons.*
206 *n. 57. vol 3. & cons. 239. num. 3. & 5. vol. 4.* Soccin. Sen. *cons. 52. num. 21. vol. 4.* Cephal. *cons. 321. num. 31.* Surd. *dec.*
140. *num. 4. & seqq.* Cancer. *var. resol. par. 3. cap. 21. num.*
160. Castil. *decis. 142. numer. 10.* Noal. *de transmiss. cap. 8.
per tot.* Rota *in Romana Portionis Hæreditatis 5. Maii 1600.
coram Corduba*, & magistraliter post plures relatos in *decisione huius causæ coram Card. Panzirolo* apud prædictum
modernum *Asculan. de confiscatione qu. 36. num. 34. & plur. sequentibus.*
Nulla habita ratione illorum, quæ ad probandam aditionem hæreditatis Prosperi deducebantur, quia confessio deducta ex productione testamenti Francisci, quod
ideo approbatum dicitur, nihil concludit, cum Franciscus disponat, de omnibus bonis tam Cicchi, quam Prosperi, & de alijs ibi enunciatis, sed cum inferius dicit indefinite: *E se bene dette Capitano Ceccho ne hà fatte donatione Summario Catharinæ Carellæ num. 7.* non ideo tamen
infertur, quod de omnibus donator disposuerit, quia cum
nulla mentio bonorum Prosperi in donatione habeatur,
4 neque appellatione iurium, & bonorum † hæreditas non
adita contineatur, male trahitur hæc confessio ad bona Prosperi, sed singula singulis referendo donatio refertur ad bona
in Territorio Firmi, de quibus loquitur, atque dispositio
testatoris verificatur in alijs bonis existentibus in Gripta
5 Azzolina, de quibus donatio non loquitur, † quæ dubie-

tas confessionis sufficit ad excludendam aditionem, † quæ 6
veluti quid facti requirit concludentem probationem, citra actus ambiguos ad Text. *in l. pro hæred. §. primo vbi
Ias. num. 3 ff. de acquir. hæred.* Bald. *cons. 224. vol. 2.* Ro- 7
man. *cons. 154. num. 1. & 2.* Rota coram Gregor. XV. *decis.*
460. *num. 6. &* coram Buratt. *decis. 589 n. 12.*
Quinimo cum testator ab initio discretiue loquutus fuerit de bonis Cicchi, & Prosperi, cum inferius dixit Cicchum de illis donationem fecisse, verba hæc congrue referri possunt ad solam portionem donationis, quam non
distinxisset ipsemet testator à portione Prosperi, † si per 8
aditionem desijssent esse bona Prosperi, & effecta fuissent proprium patrimonium Cicchi adeuntis ad totum
Textum *in l. prima §. veteres, ff. de acquir. possess.* Crass.
§. Hæreditas qu. 2. num. 1. Rot. *decis. 156. §. quia mortua matre apud* Feuzon. *ad Statut. Vrb.* cum similibus.
Leuioris ponderis iudicabant Domini confessionem
Portiæ vsufructuariæ ac depositionem testium circa possessionem bonorum Griptæ Azzolinæ Summ. eiusd. Catherinæ num. 8. & 9. quia præter exceptiones deductas ab
informationibus pro decisione animaduertebant Domini
possessionem referri posse ad portionem spectantem ad ipsum Cicchum, & quatenus esset intelligenda de bonis
Prosperi, adhuc ex ea non inferri ad aditionem, † dum 9
non probatur possessio iure dominij vniuersalis, † sed pro 10
parte debita possessionem accipimus vt in præcisis terminis fratris † possidentis bona prius communia cum fratre 11
est doctrina Angeli *cons. 173.* quam sequuta est Rota *in recent. part. 2. decis. 32. sub n. 3.*
Et ita, vtraque parte informante resolutum fuit.

Decisiones superius in hac causa emanatæ coram bo. me. Remboldo inter eius impressas sunt in ordine 74. & 266.

R. P. D. CALATAIV.

Romana, seù Neapolitana Literarum Cambij.

Lunæ 1. Iulii 1675.

ARGVMENTVM.

Liberos mercatoris non solum de iure, sed etiam ex generali consuetudine totius Italiæ, iunctis admininiculis plenè probare deciditur adminicula autem hic desumuntur ex pluribus literis missiuis, in quibus agnoscitur debitum illudque solui promittitur, ex solutionibus deinde factis, quæ iuncta bona fama scribentis, & quod libri ordinatè sint conscripti, omniaque continenda contineant, plusquam sufficere visa sunt.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum relaxatur iuxta summam à perite declaratam.*
2 *Creditum Mercatoris resultat ex partitis fermiter ex suis libris extractis, & n. seqq. vbi vide.*
3 *Libri mercatorum iunctis adminiculis plenè probant.*
4 *Libri mercatorum eo magis probant inter mercatores ipsos.*
5 *Libri mercatorum de generali consuetudine totius Italiæ probant, & quando.*
6 *Literæ missiuæ, in quib. quis fatetur debitum, & illud soluere promittit, si non plenè probant, deseruiunt tamen pro adminiculo.*
7 *Adminicula plura numerantur pro augenda, & præstanda fide mercatorum libris.*
8 *Libri mercatorum si sunt benè, & ordinatè conscripti, continet data, & accepta, cum expressione diei, & causæ, iuncta bona fama scribenti plenè probant.*

9 *Libri mercatoris non minuuntur de fide, quamuis aliquas partitas non contineant, si illæ emanauerint post motam litem.*

10 *libris mercatoris non derogatur ex omissione alicuius partitæ si illa à perito bonificata fit.*

11 *Perito formiter à iudice electo standum est, donec de illius errore doceatur.*

DECISIO DLXXXVII.

IN Bilaucio negociationis inter Petrum Marchettum,
& Balthassarem Alborghettum prętendens dictus Petrus remansisse Creditorem scutorum quatuor millium,
& vltra ob tractas, & non completas diuersas literas cambij Solubiles Montiono, & alijs, iudicium instituit coram Auditore Cameræ, & Sententiam fauorabilem reportauit contra dictum Alborghettum, qui causam appellationis mihi committi obtinuit, & disputato dubio
sub die 4. Maij, & 27. Iunij 1672. an, & pro qua summa
sit relaxandum mandatum, Rota voluit eligi Peritum,
qui cum nuper retulerit Petrum esse Creditorem in duca-
1 tis 3671. b. 49. † in dicta summa relaxandum esse mandatum hodie Domini dixerunt.

2 Creditum enim in genere † resultat ex partitis formiter
extractis ex libris mercantilibus dicti Marchetti publici
3 Negotiatoris Neapolitani, † qui iunctis adminiculis probant non solum de iure, Surdus *cons. 563. num. 8 & decis. 199. num. 11. &* coram Eminentiss. Otthob *decis. 55. nu. 3.*
4 maximè inter ipsos Mercatores Rot. *decis. 650. num. 5. par. prima recent. &* coram Cardinali Seraphino *decis.* 600.
5 *num 1.* sed etiam † ex generali consuetudine totius Italiæ,
Bursat *consil. 39. num. 28.* Menoch. *consil. 3. num. 40.* Addentes *ad decis. 345. num. 107. par. 9. recent. in Pisauren. census 14. Martii 1672. coram Reuerendo Patre Domino meo Rondinino*.

Adminicula sunt plures literæ missiuæ eiusdem Al-
6 borghetti directæ dicto Marchetto, † in quibus prædictum debitum agnoscit, & promittit sibi satisfacturum
præterito Summario nu 1. & 4. Item verificatio plurium
solutionum factarum à Marchetto de ordine Alborgetti
7 desumpta ex Banco publico Sancti Iacobi † Neapolis;
Item legalitas dictorum librorum, qui sunt ordinatè scripti, & cartulari, & continent data, & accepta cum ex-
8 pressione diei, † & causæ, ac demum bona fama, & probitas eiusdem Scribentis, vt aduertit Rota *decis. 195. nu. 5. & 6. par. 6. recent.*

Nec fides dictorum librorum minuitur, ex quo ad creditum Alborghetti non fuerint adnotata scuta ducenta nonagiota quatuor soluta Carolo de Rubeis de aon. 1670.
9 † quia solutio facta fuit post motam litem de anno. 1669.
10 dicto Summario † num. 1. vel in omnem casum dicta partita ea presè legitur per Peritum bonificata, hodierno Summario num. 1.

Quantitas autem plenè iustificatur ex relatione dicti
11 Periti, † cui standum est, donec errasse probetur, vt dixit Rota in *Romana redditionis rat onis 13. Martii 1673. coram Reuerendo Patre D. meo Vicecomite.*

Et ita, vna tantum Parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. RONDININO.

Farsen. Prædij.

Lunæ 1. Iulii 1675.

ARGVMENTVM.

Plures defectus opponebantur contra disdictam societatis officij, alter quod illa soli officiali facta sit, non autem fideiussori, maximè contra legem instrumenti, quod esset vtrique facienda alter, quod eadem disdicta non fuisset adnotata in margine eiusdem instrumenti iuxta Reformationem fa. mem. Pauli V. Tertium demum, quod eadem intra 15. dies reproducta non sit; sed ijs non obstantibus pro eius validitate deciditur, quia disdicta fieri debet officiali, non autem fideiussori, & conuentio illam vtrique faciendi alternatiuè accipienda erat; Adnotatio verò in margine instrumenti, olim pro forma declarata, hodie solum requiritur ad euitandas fraudes, quibus cessantibus, non est necessaria; Reproductio demum tamquam facta die immediatè sequenti post lapsum 15. dierum, valida reputata est.

SVMMARIVM.

1 *Disdicta societatis officii sufficit quod fiat officiali, licet fideiussori facta non sit, & n. 3.*

2 *Societas officii inter debitorem, & officialem non autem cum fideiussore consistit.*

3 *Disdicta societatis officii de iure fidei debet officiali non autem fideiussori, & supra nu. 1.*

4 *Disdicta societatis officii iuxta consuetam formulam impressam penes* Zacch. de societ. offic. *hodie conuenitur facienda tam officiali quam fideiussori.*

5 *Dictiones tam officiali, quam fideiussori apppofita in conuentione di dictæ societatis officii accipiuntur separatæ, & alternatiuè, & n. 8.*

6 *Fauore alicuius inductum in illius odium retorqueri non debet, & nu. 12.*

7 *Verba obligationis faciendi, seu exequendi aliquid tam vni quam alteri, vel fauore tam vnius, quam alterius necessitatem importans, & copulant vtrumque extremum.*

8 *Dictiones* tàm, & quàm, *licet regulariter necessitatem importent, & copulam faciant, quandoque tamen accipiuntur alternatiue, & nu 5.*

9 *Disdicta societatis officii apponi debet in margine instrumenti societatis iuxta reformationem sa. me. Pauli V.*

10 *Reformatio Pauli V. 71. tit. de* Notar. n. 38. & 39 *traditur, & declaratur, & n. 9 & seqq.*

11 *Disdictæ adnotatio facienda in margine instrumenti societ. officii olim dicebatur de forma.*

12 *disdictæ societatis officii adnotatio in margine instrumenti fuit demandata ad occurrendum fraudibus.*

13 *Pęnę comminatæ in instrumentis nullitatis eorum ob publicam vtilitatem indictæ, retorquentur contra notarium, & num. 14.*

14 *Instrumentorum nullitas non seruata forma legis, ratione publici commercii ordinata, non ideò tollit validitatem eorum, & quando num. anteced. & seqq.*

16 *Disdicta societatis officii reproduci debet infra 15. dies.*

17 *Dies termini non computatur in termino.*

18 *Disdicta societatis officii ideo reproduci demandatur infra 15. dies ad euitandas fraudes.*

19 *Disdicta societatis officii reproducta die immediate sequenti quindecim dierum, sine tamen dolo, & fraude valida reputatur.*

DECISIO DLXXXVIII.

CONTRA Sententias Rotales Reuerendissimi D. mei Albergati Decani, & bo. me. Prioli fauore Cosmi Pasqualis in Saluiano interdicto laras, quas in iudicatum transijsse DD. dixerant in decis. 18. Martij proximè præteriti coram me, repetebant hodie scribentes pro Narduccijs ea, quæ ad arguendam iniustitiam sententiarum reiecta fuerant in præteritis huius causę decisionibus, quibus ideo non attentis, Domini permanserunt in decisis.

Non enim visum est obstare defectus interpellationis,
seu vt inquiunt disdictæ societatis officij, in qua creditum
Cosmi fundatur, quia illa facta fuit officiali, † quod suf- 1
ficit, quamuis fideiussori facta non fuerit, cum inter de-
bitorem, & officialem principalis obligatio consistat, † 2
non autem respectu fideiussorum, iuxta doctrinam pas-
sim à Rota receptam, de qua Gabr. *cons. 63. vol. 2.* † cui 3
ideo disdicta fieri debet, vt communiter tradunt Honded. *cons. 38. n. 1. & 2 vol. 1.* Castr. *de sociot c. 60. n. 8. & 9.* Zacch. *illo eodem 11. nu 210 & seqq.* Add ad Greg. XV. *dec. 167. sub num. 9.* Rota *in decisionibus huius causæ 23. Iunij 1670.*

§. respe-

§. respectu, * *& 22. Iunii 1627. §. etiamsi cor. bo. me. Priolo*.
Quamuis inita fuerit specialis conuentio disdictæ fa-
ciendæ per 15. dies tam ipsi officialis, quam fideiussori ac-
cessuro, Summario de Narduccijs num. 2. quia ex subie-
4 cta materia, atque ex consueta formula contractus, † in
quo conueniri solet, vt disdicta fieri possit tam officiali,
quam vni ex fideiussoribus accessuris impress. apud *Zacch
de societ. offic. pag. 1.* visum est DD. dictiones illas facien-
5 dæ disdictæ tam officiali, † quam fideiussori accipiendas
esse separatim, & alternatiuè relicta electione creditori
citra vllam obligationem coarctatam erga vtrumque, ne
6 id, quod in fauorem inductum fuit retorqueatur in odium
contra *text. in l. quod fauore, ff. de legib.* vt recedendo à re-
7 gula, vt verba hæc necessitatem importent, † atque
vtrumque extremum copulent, ex deductis per Alexand.
cons. 232. num. 4. vol. 6. Rot. *recent. par. 7. decis. 163. num 9. &
10. & coram* Dunoz. Iun. *decis. 503. num. 15.* in istis termi-
8 nis † dictionum tam, & quam per *text. in l. fin. §. vltimo C.
de dot. promis.* tradunt in proposito Alciat. *cons. 39. num. 20.
& 21. lib. 3.* Menoch. *de arbitr. iudic. cas. 314. numer.
51.* Menoch. *decision. Lucen. 58. illo eodem numer.* & post
Vulpell. Barbos. *tract. var. de diction. d. 420. num. 4.* atque
in his terminis Zacch. *de soc. offic. n. 209. & 210.* Adden. ad
Greg. XV. *d. decis. 182. sub num. 9.*
Neque pariter visum est reserre defectus adnotationis
9 in margine instrumenti societatis, iuxta *Reformationem
Pauli V. inter eius Constit. 71. tit. 19. de Notariis num. 38. &
39.* quia inspectis verbis Constitutionis atque considerata
10 mente Pontificis, & ipsa æquitate, & ratione, † quæ est
anima legis, Dominis non satisfecit interpretatio, quam
11 aliàs Rota dederat huic Constitutioni, † vt adnotatio es-
set de forma annullatiua actus *in Romana societatis officii
coram Remboldo, impress. post* Zacch. *de societ. offic. decis. 71.*
de qua idem Zacch. *in eodem tract. num. 238. iuncto num. 440.*
sed placuit alia sententia eiusdem Rot. *in Romana socie-
tatis officii coram Cardinali Verospio Seniore* de qua *in rec.
par. 4. decis. 157. nu. 3.* vt nempè talis adnotatio cum requi-
sita fuerit ad occurrendum fraudibus, & in ipsorum con-
12 trahentium vtilitatem, † non debeat in eorum odium re-
torqueri, ne sub fide publica contrahendo decipiantur ex
13 negligentia Notarij, † in cuius pœnam retorquentur omnes
pœnæ in Constitutione comminatæ instrumentis propter
publicam contrahentium vtilitatem valituris, iuxta
textus expressos in hunc sensum decretas instrumento-
rum nullitates explicantes pro sola punitione Notarij, &
pro illius diligentia excitanda *in §. si verò Auth. de Tabel-
lion. & in nouell. 174. in fine*, & tradunt communiter Do-
14 ctores pro publici commercij † necessitate legis æquitate,
& pacata, ac secura Politici status gubernatione,
Bart. *in l. Prætor ait §. interdum vers. aut quæritur, ff. de
nou. oper. nunc.* Angel. *in l. vniuersos C. de Decurion. lib. 10.*
Dec. *cons. 17. num. 2. & cons. 169. sub illo eodem num.* Me-
noch. *cons. 1093. num. 38.* Boccacc. *ad constit.* Ægid. *glos. 7.
sub num. 20.* Farinac. *in fragment. par. 3. post eiusdem Reper.
iudicial. num. 161* Scacc. *de iudic. lib. 2. cap. 51. à num. 56.* &
15 de consuetudine Cathaloniæ, † ac de iure probat Cancer.
var. resol. par. 1. cap. 4. sub num. 123. Rota coram Muhed.
*decis. 6. de fid. instrum. & post 2. vol. cons. Farinac. decis. 329.
sub num. 2.* Buratt. *decis. 688. num. 13. & in Cauallicen. hære-
ditatis 27. Aprilis 1671. §. etiam coram R. D. meo Alberga-
to Decano, & in Romana Testamenti 12. Decemb. 1672. §. se-
cunda verò, & seqq. coram eodem Reuerendiss. Decano.*
Non denique obstare visus est defectus reproductionis
infra quindecim dies iuxta superius enunciatam obliga-
16 tionem, † cum disdicta exequuta fuerit die 7. Nouembr.
solumque reproducta die 23. eiusdem mensis, Summario
de Narduccijs num. 3. vnde desumpta etiam die termini,
17 † qui non computatur in termino, vt post Eugen. Ca-
stracan. & Zacch. firmauit Rot. *in decisionibus huius cau-
sæ coram bon. mem. Priolo*, semper quindecim dies finem
18 habent die 22. quia cum hæc reproductio requiratur ad
euitandas fraudes, quæ fieri possunt expectando exitum
dubij euentus, in quo sensu procedunt omnia, quæ pro
reproductione conuento tempore præcisè facienda dedu-
cunt Zacch. *de societ offic. num. 240. & 241.* Felic. *illo eodem
tract. cap 35. num. 24.* Amat. *decis. Marcb. 5. num. 45. & per
tot.* vt benè explicat. Rot. *decis. 66. num. 3. apud* Zacch. *de
societ. officii*.
19 Cessat proinde sic timor fraudis, & doli † cum bona
fide disdicta reproducta fuerit die subsequenti, & longè
ante obitum officialis, prout ad hunc effectum sufficere
probat Salust. Tiber. *in praxi A. C. lib. 1. cap. 16. nu. 4.* & di-
xit Rota coram Achili de Grass. *impress. apud* Boccac. *de
societ. sub num. 190. & in decis. huius causæ 27. Iunii 1672 §.
prout non obstat in fine coram bo. me. Priolo*.
Et ita, vtraque parte informante &c.

Altera præsentis causæ decisio est impressa supra in hoc eo-
dem tomo 2. in ordine 475.

R. P. D. EMERIX.

Neapolitana Beneficij super bono Iure.

Lunæ 5. Iulii 1675.

ARGVMENTVM.

Licèt iuspatronatus, tamquam ius hono-
rificum non transeat in fideicommissa-
rium, sed penès hæredem remaneat,
tamen ex voluntate Testatoris adhuc
venit in restitutionem fideicommissi, cu-
ius contrarium non deducitur ex sen-
tentia sacri Regij Consilij Neapolitani,
præseruare demandantis prouisionem iu-
ris præsentandi, quia talis præseruatio
intelligenda erat respectu Iudicis Eccle-
siastici, ad quem solum, vti de re ha-
bente annexam spiritualitatem, illius
cognitio spectabat.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus, dicitur esse ius honorificum.*
2 *Iuspatronatus non transit in fideicommissarium, sed re-
manet penes grauatum.*
3 *Iuspatronatus ex voluntate testatoris transit etiam in fi-
deicommissarium.*
4 *Iurispatronatus mentio facta in institutione, censetur
etiam repetita in substitutione.*
5 *à Sententijs latis à Sacro Concilio Neapolitano non da-
tur appellatio.*
6 *Verba* in qua prouisione iuris præsentandi, *apposita in
sententia tribunalis laici, intelliguntur de sola præ-
seruatione iurisdictionis iudicis Ecclesiastici.*
7 *Iurispatronatus cognitio non spectat ad iudicem Laicum
sed Ecclesiasticum.*
8 *Iuspatronatus habet connexionem cum re spiritua-
li.*

DECISIO DLXXXIX

ROTA stetit in decisis sub die 14. * Ianuarii proxi-
mè præteriti, quia solida visa sunt remanere fun-
damenta tunc deducta, non obstantibus duobus obiectis
hodie nouiter excitatis; Primum enim, quod iuspatro-
natus † tamquam ius honorificum non transeat in fidei- 1
commissarium, † sed maneat penès hæredem grauatum 2
iuxta opinionem magis communiter receptam, & appro-
batam à Rota *decis. 542. num. 12. & seqq. par. 5. & decis.
72. num 5. cum seqq. par. 7. recentior.* videbatur facilè solui
ex ipsamet contraria voluntate Testatricis, quæ verbis
expressis declarauit sub vniuersali hæreditate, in qua Mo-
nasterium substituit velle comprehendi etiam † iuspatro- 3
natus, vt in Summario responsionis Monasterij num. vni-
co, tunc enim nulli dubium est, quin etiam cum vniuer-
sa hæreditate in fideicommissarium transeat iuspatrona-
tus, vt limitando contrariam opinionem seipsas declarant
supra adductæ *decisiones prima videlicet sub num. 13. & se-
cunda sub num. 52. & seqq. & pluribus allegat.* Rota *decis.
64. num. 5. cum seqq.* vbi firmat in specie, † quod mentio 4
iurispatronatus facta in institutione, censeatur repetita in
substitutione, *& dec. 152. num. 2 par. 13. recent.*
Alterum verò, quod adhuc pendeat appellatio à sen-
tentia sacri Consilij Regij Neapolitani adiudicante
Monasterio hæreditatem Aloysiæ Testatricis vigore te-
stamenti, & fideicommissi de quo agitur in facto non doce-
tur,

5 tor, & doceri non posse constanter replicatur, † qoia à
entcntijs huius supremi consilij illa non admittitur.

Proot nec minus subsistere, qood dictum Concilium declarauerit dictam hæreditatem spectare ad Veuerabile Monasterium, excepto iure præsentandi præseruato hæredi, quia verba in sententia adiecta ibi: Salua prouisione facienda respectu iuris præsentandi ad prædictum Iuspatronatus, &c. videbantur Dominis per prudens consilium apposita, non tam ad illud ab adiudicatione exci-
6 piendum, & hæredi † præseruandum, quam ad præser-
uandam suu Iudici, videlicet Ecclesiastico illius cogni-
7 tionem tunc adhuc indigestam, † & ad ipsum non perti-
8 nentem propter connexionem, † quam iuspatronatus ha-
bet cum re spirituali, iuxta *textum expressum in capitulo quaato diuina 3. ibique glos. & Doctores de iudicijs*.

Et ita vtraque parte informante, resolutum fuit.

Hæc, & altera immediata decisio, ambæ emanarunt in eadem causa, diuerso tamen articulo, in qua pariter emanarunt aliæ duæ decisiones supra in hoc eodem tomo 2. 309. & 310.

R. P. D. EMERIX.

Neapolitana Beneficij super Sequestro.

Lunæ 1. Iulij 1675.

ARGVMENTVM.

Qui non possidet, licèt sit minus legitimus contradictor ad impediendam exequutionem literarum Apostolicarum; attamen vt coram Exequutore citari debuisset, contradictor legitimus est, si tamquam talis fuit coram Ordinario agnitus, & approbatus; Rursus clausula *sine præiudicio*, licèt præseruet exequutionem Iudicis à quo non impedit tamen, quod Iudex appellationis per viam attentatorum illam non reuocet, si minus ritè, & rectè fuerit processum.

SVMMARIVM.

1 *Possessio beneficii sequestrari demandatur, & de ratione vide remissiue.*
2 *Possessor, qui non est nec etiam est legitimus contradictor ad petendam sequestrationem beneficii, & vid. num. seqq.*
3 *Contradictor non legitimus, vel qui non est possessor, non potest impedire executionem literarum Apostolicorum.*
4 *Contradictor legitimus dicitur, qui tamquam talis coram alio iudice fuit agnitus, & approbatus, & numer. seqq.*
5 *Citatus coram vno iudice citari etiam debet coram alio, & quando num. 4.*
6 *Clausula* sine præiudicio *præseruat exequutionem faciendam coram iudice, à quo, sed vide numer. sequenti.*
7 *Iudex ad quem potest reuocare executionem iudicis à quo, etiam per viam attentatorum, vbi ille minus ritè, & rectè processit.*

DECISIO DXC.

PLACVIT iterum Dominis possessionem Beneficij
1 de quo agitur, † esse sequestrandam ex causis in
Decisione sub die decimaquarta Ianuarij * proximè præ-
teriti latius deductis, neque nullitas saluari posse visa
fuit sub colore, quod Nicolaus præsentatus à Monasterio
2 non esset possessor, † adeoque nec etiam legitimus con-
tradictor, per ea, quæ tradit Rota coram Bichiu *decisione 594 num. 14. vers. eoque facilius*, & coram Dunozettu Iun. *decis. 596. num 9. vers. quoniam*, quia quidquid dicendum
3 foret ad effectum suspendendi executionem, † si ista il-
lu citato decreta fuisset, in quibus terminis loquuntur decisiones mox citatæ, certè Domini non dubitarunt, quin
Nicolaus esset legitimus contradictor, † ad effectum, vt 4
coram Executore citari debuisset, cum iam esset effectus,
† & recognitus pro tali in Iudicio prius intentato coram 5
Ordinario.

Prout nec pariter videbatur posse euitari attentata ex
eo quod Commissio signata fuerit cum clausula, sine præ-
iudicio executionis Literarum Apostolicarum, † quia licèt 6
ista benè operetur, vt Iudex ad quem non præitet impedi- 7
mentum Iudici à quo in legitima executione suæ senten-
tiæ, † non impedit tamen quominus idem Iudex ad quem 7
possit per viam attentati reuocare eandem executionem, si illa non fuerit ritè, & rectè facta, vt in specie declarat Rota coram sau. me. Greg. XV. *decis. 91. numer. 11.* ibique latiùs Addentes *num. 3. & in Eugubina releuationis indemnitatis vigesima octaua Iunii 1662. coram bo. memoriæ Auunculo meo*.

Et ita, vtraque parte informante resolutum fuit &c.

Decisio immediatè præcedens est in eadem causa, in qua pariter emanarunt aliæ binæ decisiones supra in ordine 409. & 410. hoc eodem tomo 2. decimæ octauæ partis Recentiorum.

REVERENDISSIMO DOMINO ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Dotis, & Lucri.

Lunæ 1. Iulij 1675.

ARGVMENTVM.

Dotis restitutio non retardatur, quamuis illa consisteret in censu, retro ab vxore accipiendus, quia ille reperiebatur obnoxius sequestro culpa viri; & ab eius creditoribus facto; itaut donec hæredes eum à d. sequestro non liberarent eandem restitutionem euitare non possent; Rursus de simulatione tractatur, quæ, quia actus ex causa vera processerat, intrare non poterat, quamuis aliqua conuentio simulandi inter partes facta fuisset, & demum quod statutaria Vrbis præscriptio, quæ etiam in redditione rationis procedit, ab interpellatione, quamuis extraiudiciali, interrumpatur.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes viri tenentur vxori restituere dotem, quamuis consistentem in censu eidem restitutioni obnoxio si ille ex facto viri remaneat sequestratus, vel hypothecatus.*
2 *Fundus dotalis si fuerit venditus, vel pignoratus à viro hæredes pretium, vel quanti interest vxori præstare debent.*
3 *Dotis restitutio fieri debet, etiam de bonis fideicommissi ascendentis subiectis.*
4 *Dos vigore* auth. res quæ C. Comm. de legat. *quæ constituitur, ac restituitur de boni, fideicommissi, & num. 3.*
5 *Fundi dotalis deterioratio medio tempore contingens damno vxoris non viri cedere debet.*
6 *Bona data in dotem in quantitate promissa, non possunt efficere fundum dotalem.*
7 *Veritas actus ex publico instrumento, alijsque etiam coniectaris resultans, non obumbratur ex aliquo tractatu simulandi inter partes sequuto.*
8 *Simulationem ad euitandam sufficit sola possibilitas in contrarium.*
9 *Simulationis pro exclusione omni capi debet interpretatio.*
10 *Simulatio, quæ adducitur contra publicum instrumentum, plenè, & concludenter probanda est.*

11 *Simalatus qui prætenditur actus, si fuit celebratus ex causa vera, & reali non potest de aliqua simulatione redargui.*

12 *Constitutio Sixtina super moderatione dotium in vrbe, non habet locum in dotibus à mulieribus forensibus constituti.*

13 *Mater tutrix, & administratrix bonorum sui filii, tenetur de illis ei reddere rationem.*

14 *Tator noa solam de iure rationem reddere debet bonorum pupilli, sed etiam ex propria obligatione facta in actu susceptiones tutelæ.*

15 *Statutum Vrbis libr. 1. capit. 158. de præsumenda solutione spatio 16. annorum habet etiam locum in tutela, & in redditione rationis, & vid. numer. seq.*

16 *Statuti Vrbis dispositio libr. 1. cap. 158. de solutione præsumpta per 16. annos, interrumpitur etiam per extraiudicialem interpellationem.*

DECISIO DXCI.

DISSOLVTO per obitum bon. mem. Francisci Du-
cis Sannesij matrimonio aliàs inter ipsum, & D.
Ducissam Victoriam de Malaspinis contracto, assumptaque per eandem tutela, & administratione bonorum D.
Ducis eius filij, eaque pluribus abhinc annis terminata,
variæ inter partes ortæ sunt controuersiæ; Nam prætendente D. Ducissa sibi restitui dotem scut. 20. mil. defuncto
viro traditam, necnon solutionem lucri dotalis, & vice
versa contendente D. Duce prædictam dotem quamuis
promissam in summa scutorum 20. mill. fuisse solutam
dumtaxat pro rata scutorum 15. mil. mediante assignatione Census aliàs impositi à Communitate Rossani iam propria auctoritate à die obitus viri reassumpti à D. Ducissa,
ac insuper prætendente, eandem D. Ducissam teneri reddere rationem de bonis administratis, & respectiuè descriptis in inuentario tutelari, pro omnium istorum controuersiarum iuridica definitione fuit à Sanctissimo directa
Commissio, omni appellatione remota, Eminentissimo
Domino Cardinali Odescalco, coram quo Causa adhuc
indecisa pendente superuenit, eidem Eminentissimo ita
annuenti, alia Commissio, vt procederet de voto Rotæ

Vnde dato per me dubio, An, & ad quid ad inuicem
teneantur, & super eo consulta hodie Rota respondit, teneri D. Ducem restitoere integram dotem modo infra dicendo, necnon soluere scuta 5000. pro lucro dotali, ad effectum inuestiendi iuxtà dispositionem Statuti Vrbis *lib.1.*
cap.131. & è contra D. Ducissam teneri reddere rationem
de bonis administratis.

Et quoad primam partem resolutionis ratio fuit, quia
de solutione integræ dotis constat ex duobus Instrumentis
publicis datis in Summario D. Ducissæ *num.1. & 2.* in quorum primo Marchio Fosdinoui eius Pater assignat in computum dotis Duci Francisco viro censum scutorum 15.
mil. contra Communitatem Rossani, in secundo verò pro
residuo scutorum 5000. dat. eidem in solutum capitalia
duorum Censuum, alterum scutorum 3000. contra Cardinalem de Torres, & alterum scutorum 2000. contra Ducem Ceræ.

Nec obstat D. Ducissam de rata scutorum 15. mil iam
remansisse satisfactam mediante reassumptione d. Census, quia licèt fuerit in dubium reuocatum, quin ipsa
recipere teneatur hunc censum eo modo, quo fuit assignatus in dotem iuxtà pactum expressum in capitulis matrimonialibus, & instrumento dotali appositum, nihilominus cum ille fuerit traditus liber ab omni obligatione, &
hodie ex facto bo. me. Ducis Sannesii, qui D. Ducissam
ad fideiubendum induxit, in contractu cambii ab ipso celebrato ad fauorem D. Principissæ Rossani huic obligationi, & sequestro ad eius instantiam apposito reperiatur ob-
1 noxius; † Hinc DD. censuerunt non posse ab onere restitutionis dici liberatum D. Ducem, nisi censum ab omni
obligatione, & sequestro liberum tradat, prout in fortioribus terminis veri fundi dotalis, venditi, vel pignorari à
2 viro; † quod teneatur pretium vel quanti interest refundere vxori habetur ex *text. in l. vltima ff. sol. matrim.* & firmat Merlin. *de pignor. lib. 2. tit. 1. quæst. 19. nu.71.* Boss. *de
dot. cap.16. nu.57. & seqq.* Rota cor. Seraphin. *decis. 1332.
nu.3. cor.* Dunoz. *dec.845. nu.9. & in rec. dec. 239. nu. 3. &
seqq. par.10.*

Neque obstat D. Ducem non esse hæredem Patris, &
bona ab ipso possessa retinere titulo fideicommissi prouenientis à transuersale, quia libera restitutio dotis non prętenditur ex fideicommisso transuersalis, sed ascendentis,
qualis fuit Marchio Clemens, ex cuius bonis non est dubium † eam fieri debere, iuxtà vulg. *authent. res quæ C. 3
commun. de leg.* quam locum habere, tam in Constitutione,
† quàm in restitutione dotis firmauit pluries Rota, & præ- 4
sertim cor. Seraphino *decis. 678. nu. 5. & in Romana vinearum 19 Iunii 1669. §. & prima erat coram R.P.D. meo Vicecomite.*

Et quamuis scribentes pro D. Ducissa insuper prætenderent sæpè nominatum Censum fuisse redditum inexigibilem, & inexigibilitatem cedere debere damno viri, non
obstante, quod ex pacto illum retroaccipiendi in casu restitutionis dotis assumpsisse diceretur naturam veri fundi
dotalis, † cuius deterioratio medio tempore contingens 5
damno vxoris, non viri cedere debet.

Quia respondebatur dictum pactum, vti dumtaxat
obligatorium respectu D. Ducissæ, non autem respectu
Ducis, in cuius facultate erat Censum, vel eius pretium
restituere, non potuisse illum præuia dotis promissione
facta in quantitate traditum æstimatum, † efficere fun- 6
dum dotalem, vt in specie aduertunt Giurb. *ad consuet.
Messan. cap.15. gloss 1. nu.11. in fine vers. & licet paciscantur,* Tusc. *lit.D. conclus. 758. nu.13.* Merlin. *de Pignor. lib.
2. qu.19. nu 19. vers. & fortius procedit.*

Adhuc cum talis deterioratio non fuerit probata pro
parte D. Ducissæ, superuacaneum DD. existimarunt inquirere veritatem huius quæstionis.

Minus obstare visa est simulatio adducta contra dationem insolutum aliorum censuum pro residuo dotali scutorum 5000. eo sub prætextu, quod illa emanauerit ad euitandas executiones eisdem Censibus imminentes ad instantiam aliorum creditorum.

Quia licet ad hanc simulationem probandam fuerit pro
parte D. Ducis exhibita epistola conscripta à Marchione
Fosdinoui Duce Sannesio eius genero, in qua profitetur
velle eidem dare in solutum prædictos Census ad euitandas executiones prædictas, ea tamen conditione, quod
sublato eorum periculo liberè eos retrocederet.

Nihilominus præterquam quod respondebatur de d. epistola, non legitimè recognita, nullam esse habendam rationem, præterea dictum fuit animum simulandi ex ea
resultantem tolli ex alia successiuè conscripta à D. Duce
Sannesio, in qua requisiuit Socerum, vt vellet sibi prædictos Census assignare in satisfactionem residui dotalis,
ad cuius formam cùm postea emanauerit dato in solutum,
& illius vigore Dux assignatarius repulerit creditores Marchionis in pluribus Iudiciis, quemadmodum etiam D.
Ducissa creditores hæreditarios eiusdem Ducis, expediendo inhibitionem dotalem pro integra summa scutorum 20.
mil. † veritas actus ex Instrumento publico, aliisque mox 7
recensitis comprobata, non visa est posse annullari, vel
ex dicta epistola, quę ab alia eneruatur, vel ex aliquibus
exactionibus fructuum cessorum de mandato D. Ducis
Cessionarij facti à Procuratore Marchionis cedentis, cum
assertione eiusdem Ducis, quod fructus exacti spectabant
ad Marchionem, aduertendo huiusmodi assertionem fieri
potuisse propter aliquam conuentionem super fructibus
initam inter partes post dationem in solutum, † Itaut hæc 8
sola possibilitas sufficiat ad euitandam simulationem actus
† pro cuius exclusione omnis capi debet interpretatio, latè 9
Aldouin. *cons.69. nu.30 & 31. & seqq.* cum traditis per Castren. *cons 261. sub nu. 1. lib. 2.* Rota coram Coccino *decis.
302. num.6.* coram Royas *decis. 309. nu.5. et in rec. dec. 413.
num.1. par.2.*

Et maximè quando simulatiu adducitur, prout hic, † 10
contra publicum, & iuratum Instrumentum, Dec. *cons.
52. nu.4. et seqq* Bertazol. *inter consil. Farinae. 40. sub num.
65. &* Rota *in mox alleg. dec. 413 sub nu. 2. par. 1. rec.* cum
aliis *in Forolivien. donationis 28. Ianuarii præteriti §. enim
in fine coram R.P.D. Emerix.* † Et actus qui prætenditur 11
simulatus fuit celebratus ex causa vera, & reali, vt hic,
Grat *in add. ad decis. March. 224. nu. 10.*

Censuerunt pariter DD. solui debere eidem D. Ducissæ
lucrum dotale ascendens ad scuta 5000. ad effectum tamen
reinuestiendi, prout disponit Statutum Vrbis, quando
ex ma-

ex matrimonio dissoluto supersunt filii , vt hic , non obstante Constitutione Sixtina moderatoria dotium, sùm
12 quia dicitur fuisse eidem derogatum , † tùm etiam quia eu non babet iocum in dotibus à mulieribus forensibus constitutis, vt alias respondit Rota *dec.160. & 172. par.8.175 par.9. & dec. 357. par. 12. rec.*

Denique quoad secundam partem resolutionis , cum D. Ducissa fueris Tutrix, & administrauerit bona ad fi-
13 lium † spectantia , tenetur de illis , aliisqoe descriptis in jnnentario reddere rationem sam de iure per restitusionem eorum , iuxtà *text. in l 1. §. officio ff. de tutel. & rat. distrahea. l. rationes C. de administrat. tutel.* quàm ea propria obli-
14 gatiooe facta † io actu susceptionis tutelæ , Rota *decis. 126. numer. 1. & seqaentibus part. 9. receatiorum* & alibi passim.

Nec subsistit à die finitę administrationis vsque ad diem
15 motæ litis lapsos fuisse sexdecim annos, † indeque præsumi redditam rationem, & satisfactum D. Duci de omnibus ea bac causa præseosis iuxsà dispositīonem Statuti Vrbis *cap. 58 libr. 1.* sæpius approbata per Rotam, & signaoter coram Seraph. *dec.* 718. & in his terminis *dec.* 330 *per tot.*

Quia iis foit mota de anno 1671. administratio verò ex copia mibi eahibita qnietantiarum factarum à D. Ducissa, ex partitis ex libro Præfecti Domus datis io hodierno Summario *nu.2* apparet continuata vsque ad anoum 1661 itaut sola decemnalis saciturnitas intercesserit, sed quatenus etiam dicta administratio terminata dici potest de mense Martil anni 1656. prout contendebant scribentes pro Ducissa, adhuc vsque ad mensem Augusti anni 1671. quoad eius instantiam fuit incapsata commissio enuncians redditionem rationis à D· Duce elapsi erant aoni quindecim dumtaxat , & menses qoinque , ac proinde sola enunciatiua demoostrans D. Ducissam fuisse extraiudicialiter interpellatam ad reddendam rationem, sufficiat etiam se-
16 clusa litis iotroductione, † adhoc, vt statutaria præscriptio dicatur insertupta, & non suffragetur , vt disponit idem Statutum, & aduertit Rota *in alleg. decis. 718. sub num. 4. cor. Seraph.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. RONDININO.

Cracouien. Naoigij.

Lunæ 1. Iulii 1675.

A R G V M E N T V M.

Fructuum , & expensarum liquidationem continet hæc decisio , illos deducendo à solito , & à verisimili , quoties tamen de eorum perceptione constat , & sola quantitas reuocatur in dubium , & vbi agitur de spolio violento , prout hic , non solum habetur ratio de perceptis , sed de iis , qui percipi potuerunt ; hæ autem satis probata iuramento partis, iuxtà morem Regionis , & iuxtà stylum loci taxanda sunt .

S V M M A R I V M.

1 *Fructus in spolio violeato aoa solum percepti debentar , sed etiam qui percipi potaeraat , & numer. 8.*

2 *Spolium quousque darauerit , probatur ex depositionibus testium .*

3 *Fructus liquidantur iuxtà summam aliàs perceptam .*

5 *Quantitas fructuum regulatur à solito , & à verisimili .*

6 *Fructaam de perceptioae si constat , & sola quaatitas reuocatar in dubium , illa dedacitar à solito , & ab eo quod verisimile iadicetur .*

7 *Fructuum condemnationem non eaitat spoliator , qui fructus percipis , sed sibi retinais eem pro vsu proprio .*

8 *In spolio violeato speciale est , quod restituantar etiam fractus , qui percipi potuerunt , & supr. nu. 1.*

9 *Expensæ quandoque probantur iuramento partis , secundam morem Regionis .*

10 *Expensæ in Caria taxari debeat iuxta stylum eiusdem Curiæ .*

DECISIO DXCII.

CONCESSA Patribus Societatis IESV reintegratio. oe ad bona Branschiæ , & ad nauigium in celebri Flumine Vistulæ præuia decisione 26. Iaouarii 1674. cor. me, damnatisque Patribus Tyoecensibus ad restitutionem fructuum perceptorum, † & qui percipi potuerunt ea cau- 1
sa spolij, dedi dubium, in qua summa taxandi essens , vnà cum litis expensis , cui Domini hunc in modum responderunt .

Fructus in duplici differentia diuersam speciem constituebant , quorum alij ea nauigio, alij ea fundo Branschiæ ratione locationis Domorum , & Horti ; Hinc spatio vndecim annorum à Mense iulii 1663. vsque ad mensem Septembris 1674. quibus spolium durauit, † quemadmodum 2
vtriusque Partis Testes deponunt , statuerunt Domini fructus ex nauigio in floreois ducentum viginti annuis, in florenis sexaginta itidem anouis qooad domum maiorem, & minorem , & io florenis decem annuis qnoad hortum ,
† quemadmodum Testes ex vtraque parte deponunt Som- 3
mario Patrum Societatis Iesu *nu. 1. & seq.* iuxtà summam
† alias perceptam regulandi quantitatem à solito, & à ve- 4
risimili † iuxtà doctrinam Baldi *in l. 1. C. de fructibus , & 5
litium expensis* , quam in his terminis quotiescumque constat de perceptione , † & reuocatur in dubium sola quao- 6
titas, Rota semper secuta est coram Achil. de Grassis *dec. 22. de rest. spol. & apud* Posth. *decis.188. nu.6. & cor.* Cocc. *dec.1121. nu. 8. &* in alijs.

Etiamsi Patres Tynecenses, siue illorum Conductor
hæc retinuerint † pro vsu proprio citra vllum commodum 7
pensionum , quia speciale est io spolio violento, † vs re- 8
stituantur etiam fructus, qui percipi potuerios ex rasione *Textus in capitul. graues de restitut. spoliator.* Posthius *de subhast. inspectio au. 55. nu. 93. & seq.* Rota *dec. 10. de rest. spol. in antiquis* , Buratt. *dec.642. nu.4. & ibi addeates nu.9.* Cocc. *dec.239. nu. 3.*

Quo verò ad expensas, quæ fuerunt factæ in partibus
† probansur iuramento Rectoris iuxtà morem regionis , 9
& iuxtà formam ab Illinstrissimo Nuntio tradisam, Sum-
mario *nu.5.* † quæ verò factæ suot in Curia iuxtà taxam 10
faciendam iuxtà stylom.

Et ita Patribus Societatis Iesu Informantibus , & Patribus Tynecensibus monitis , Domini responderunt .

R. P. D. RONDININO.

Nullius S. Edisti bonorum.

Lunæ 1. Iulii 1675.

A R G V M E N T V M.

Quia appellatio interposita , intra biennium prosequuta non erat , ideo pro re iudicata deciditur, non obstante quod intra dictum tempus acta fuerint transportata , cum teneretur vlterius appellans procurare terminationem causæ ante lapsum eiusdem biennii ; Rursus declaratur potuisse Testatorem, & emphyteutam disponere de bonis emphyteuticis , vel ex tenore inuestituræ , vel ex dispositione Statuti Ecclesiæ dominæ directæ , quamuis in manum morruam , quia aut illa erat capax pretii bonorum emphyteuticorum , aut hoc solum Do-

minus

minus directus declarare, & impugnare poterat.

S V M M A R I V M.

1 *Res iudicata insurgit, si intra biennium appellatio prosequata non sit.*

2 *Fatalia prorogari debeat, vt euitetur res iudicata.*

3 *Res iudicata non euitatur ob non prosequatam appellationem, etiam si acta infra biennium fuerint transportata.*

4 *Appellans procurare tenetur quod causa intra biennium per sententiam terminetur.*

5 *Restitutio in integrum non conceditur, nisi probata læsione, quæ ex nullitate, vel iniustitia resultat.*

6 *de Bonis emphyteuticis ratione inuestitaræ factæ cum clausulis amplissimis, & ex statutis Ecclesiæ potest emphyteuta ad instar allodialium disponere.*

7 *Manus mortua dicitur Capella, quæ regulariter est incapax bonorum emphyteuticorum.*

8 *Manus mortua non est incapax pretii bonorum emphyteuticorum.*

9 *Manus mortua solum volente domino directo remanet incapax bonorum emphyteuticorum, qui hoc declarare tenetur.*

10 *Fideicommissum, & descendentia probari debet, ad hoc vt illud suffragari possit.*

DECISIO DXCIII.

CONCORDIAM inter Carolum Pelignum tam nomine proprin, quam vti Capellanum, & Petrum Bartolomicchium, & vxorem super bonis hæreditarijs Peliæ Cassiæ Matris, & Lucretiæ Lupæ filiæ nullam, & inualidam A. C. declarauerat, dictum Carolum Capellanum in bona dimissa immittendo; A qua sententia & si appellationis causa vsque ab anno 1664 commissa fuerit Eminentissimo Cerro, tunc Romanæ Rotæ Decano; Vnquam tamen ab inde citra aliquid gestum fuit, ideoque obtenta Commissione executoriali coram me, qui in eiusdem Eminentissimi locum successi, reassumpta disputatione pro parte eiusdem Capellani ab ipsis appellantibus huc vsque neglecta, constare de re iudicata, non autem de causis restitutionis in Integrum Domini responderunt.

Res iudicata Insurgit ex lapsu temporis supra decen-
1 nium non prosecuta appellatione, † quæ intra biennium
terminari debet, vel obtineri à Principe fatalium tempo-
2 rum prorogatio iuxta litteralem *text. in auth. & in l. nemo
3. C. de tempo Appellat. in cap. cum sit Romana 5. atque in
cap. constitutus 45. de appell.* Dec. *cons. 436. num. primo &
20.* Rota *in nouis dec. prima nu. 5. de Appell.* & in aliis con-
gestis ia *Rec. par. 11. dec. 140. num primo & par... decis. 38.
numer. 11. & 13.* Card. Celso *70. num primo & decis. 302.
num. 16.*

Etiam si facta transportata fuerint Intra biennium,
3 † quia hoc non sufficit, nisi intra illud appellans causam
4 † terminari curet per sententiam Ruginell. *de Appellat. §.
10. gloss. 2. na. 40.* Vrsill. ad Afflict. *decis. 78. nu. 3.* qui te-
statur de opinione Rotæ Romanæ, de qua eadem Rota
coram Seraph. *decis. 597. nu. 2. & 3.* Dunozet. Iun. *dec. 439
nu. 1. & 2. & in Romana Pecuniaria 22. Iunii 1672. §. fin co-
ram me.*

Restitutio In Integrum non conceditur nisi probata læ-
5 sione, † quę ex nullitate, vel iniustitia resultat, de qui-
bus tantum abest quod in præsenti doceatur, vt potius ap-
pareat de validitate sententiæ A. C. ex reuolutione acto-
rum, atque de illius iustitia ex testamentis dictarum mu-
lierum, ex quibus detegitur bonum ius Capellani super
bonis dimissis in concordia Summarin eiusdem *num. primo
& sequen.* de quibus bonis dubium non est mulieris istas
disponere potuisse, quamuis agatur de bonis emphyteu-
6 ticis Abbatiæ trium fontium, † quia tam ex tenore inue-
stituræ cum clausulis amplissimis ad habendum, quam
ex consuetudine dictorum locorum atque statutis eiusdem
Abbatiæ Summario eiusdem Capellani *num. 5.* permittitur
in testamento, & in quacumque simili dispositione illo-
rum alienatio, non secus, ac bonorum allodialium, vt
ad effectum istorum bonorum dixit Rota *in Nullius Terræ
Poatiani Hæreditatis 18. Februarii 1619. coram Pirouano,
& coram Reuerendissimo Ninot. decis. 13. num. 22. & 23.*

Ex hac autem ratione tollitur aliud motiuum, quod
versemur in manu mortua, † qualis est Capella incapax 7
bonorum emphyteuticorum, quia si dispositio non esset
caute facta † de pretio ex bonis retrahendo Summario eo- 8
dem *num. primo & 2.* adhuc obiectio cessaret stante natura
bonorum allodialium, & patientia Domini directi, † 9
quo solum volente, & declarante posset cogi Ecclesia, vt
venderet alicui personæ priuatæ iuxta notata per Specul.
de locato §. nunc aliqua, & c. rubrica de Emph. quæst. 119.
Imola *in cap. potuit num. 25. & 26. de locat.* Alex. *cons. 120.
nu. 1. & sequen. vol. 1.* Caldas *de nominat. emph. lib. 1. quæst.
14. per totam* Grat. *discept. 533. nu. 67. & sequen.* Rota *rec.
par. 5. dec. 161. nu. 7.* Greg. *dec. 520. n. 11. & ibi late* Adden.
nu. 14. Merl. *dec. 649. per totam.*

Quo vero adsit fideicommissum, nunquam fuit Institificatum, nec probata descendentia à fideicommittente prout opus esset ex ratione *text. in l. si quis ita substituerit ff. de vulgari & Pupill. & in l. eum qui noaissimus ff. ad S. C. Trebell.* de qua in proposito post plures relatos Rot. *rec. part. 11. dec. 95. nu. 35. & par. 12. dec. 8. nu 52.*

Et ita Capellano Informante ac Bartolomicchio, & litis consortibus pluries monitis Domini responderunt.

Infra sub die 10. Februarij 1676. erat altera In hac causa decisio coram eodem R. P. Domino Rondinino.

R. P. D. VICECOMITE.

Romana Supplementi Legitimæ.

Lunæ 1. Iulii 1675.

A R G V M E N T V M.

Erronea prætendebatur relatio periti, sed cum plenè, & concludenter, vt requiritur; error probatur non sit, secundum eam iudicatur, solent namque iudices, & Rota semper sequi relationem peritorum; Error autem excludebatur, quia partitæ, quæ computatæ negabantur, iam à perito excomputatæ erant, itaut amplius deducendæ non essent, ac proinde sublatis exceptionibus, eandem relationem attendendam esse declaratur.

S V M M A R I V M.

1 *Periti relatio attenditur in partitis ab eo firmatis pro liquidis, licet ipse reliquas reseruauerit examinandas, & decidendas à iudice.*

2 *Periti relationem iudices, & Rota semper sequi consueuerunt.*

3 *Error periti efficit, vt illius relatio regulariter non attendatur.*

4 *Error periti, vt de eo constare dici possit, probari debet per liquidas, & benè concludentes probationes.*

5 *Partitæ semel deductæ, amplius deduci non debent.*

6 *Apocha priuata non potest concurrere cum instramento publico.*

7 *Periti relatio attenditur si remoueatur exceptiones, quæ contra illam adductæ sunt.*

DE-

D E C I S I O DXCIV.

POST tres sententias decernentes Ioanni Bellarmino
ex persona Veronicæ matris supplementum legitimæ
in bonis Aureliæ Auiæ maternæ in vna vncia, & in quin-
ta parte alterius Vnciæ vna cum fructibus decursis à die
obitus ipsius Aureliæ electus, & deputatus fuit de com-
muni partium consensuum Peritus, qui prenia examina-
tione omnium hinc inde deductorum firmauit statum hæ-
reditatis dictæ Aureliæ liquidum, & incontrouertibilem
ascendere vna cum fructibus ad sc. 10307. 69. & consequen
ter seruata supradicta proportione vnius videlicet vnciæ
cum quinta parte alterius ad totum assem, liquidauit di-
1 ctum Ioannem creditorum certum in sc. 1030. 76. † Et in-
super in alia parte diuersas partitas constituentes insimul
scuta 17414. 89. tamquam dubias reseruauit Iudicio Rotæ
decidendas; Cum autem quesitum fuerit ad quem sum-
mam esset liquidandum dictum supplementum vna cum
2 fructibus Domini sequentes præfatam relationem Periti †
prout semper facere solemus, vt cor. Bich. *dec. 286. nu. 9 in
rec. dec. 129. nu. 6. par. 5.* & passim in alijs, constituerunt
Ioannem Creditorem certum in dicti scutis 1030. 76.

Non attento, quod per Ferrinum debitorem vti filium
& hæredem dictæ Aureliæ, dicta relatio fuerit impugna-
ta tanquam erronea in infrascriptis tribus partitis, prima
scilicet in sc. 1000. quæ ex toto asse Aureliæ deducenda es-
se contendebat, tamquam restituta filiis primi matrimo-
nii eiusdem Aureliæ ad computum quarti dotalis, quod
quamuis per ipsam acquisitum quoad vsumfructum in bo-
nis Simeonis Vitalis primi viri, illud tamen dictis filiis
quoad proprietatem præseruare, & restituere tenebatur;
Secunda in sc. 105 conflata ex sorte sc. 100. cuiusdam so-
cietatis officij cum Hieronymo Tenaglino, & Petro Ce-
rasolo, & illius fructibus ascendentibus ad alia scuta 105.
positis ad creditum Aureliæ, cum tamen ex quadam apo-
cha priuata apparere asserat dictum creditum tam pro sor-
te, quam pro fructibus, attenta illius inexigibilitate,
cessum fuisse pro scutis 100. tantum, & tertia in scut. 350.
per Ferrinum persolutis, partim pro celebratione missarum
in suffragium animæ eiusdem Aureliæ, & partim pro cer-
tis canonibus debitis loco Pio Orfanorum Vrbis.

3 Quia licet error periti † regulariter efficiat, vt illius re-
latio non sit attendenda Rota cor. Cocc. *dec. 771. num. 2. in
rec. dec. 521. sub nu. 1. par. 1.* & quotidie in alijs, de errore
4 tamen constare debet † per liquidas, & bene concludentes
probationes, vt pluribus relatis *in Romana Redditionis Ra-
tionis 13. Martii 1673. §. & licet confirmata a. Martii 1674.
§. nec de Periti errore, &c. cor. me*, cuiusmodi non sunt
dicti Ferrini oppositiones, nam quoad primam, & tertiam
ex eadem periti relatione visum fuit, quod semel Ferrino
bonificatæ fuerunt, scuta videlicet 1000 in scutis 2500 di-
stractis ex dicto Statu tamquam restitutis in causam dicti
quarti dotalis, & alia sc. 350. in duabus partitis vna nem-
5 pe sc. 304 promissis altera verò sc. 46. pro canonibus, † quę
propterea iterum deduci non debent *l. Bona fides 58. ff. de
regul. iur.*

Secunda verò cum habeat pro se publicum Instrumen-
tum, ex quo apparet per Ferrinum recepta fuisse sc. 205.
6 † non est in illius concursu attendenda asserta apocha pri-
uata *l. scripturas in fin. & ibi gloss. verbo præponi C. qui pot.
in pign. hab.* & per hunc eundem *textum tradit* Felin. *in c.
n. num. 11. de fid. Instrum.* Mascard. *de probat. conclus. 109.
nu 10.*

Ex quibus sublatis Ferrini exceptionibus tendentibus
7 ad ostendendum errorem calculi, † relatio periti attendi
debet ex Rot. cor. Cocc *dec. 972. nu. 1. & dec. 1812. nu 12 &
seq.* & alijs subdit præcitata *Romana Redditionis Rationis
13. Martii 1673. §. & licet in fin.*

Reliquæ verò partitæ posita à perito tanquam dubiæ,
illas reseruarunt Domini singillatim examinandas in alia
particulari disputatione conuenientes interim in hoc quod
supplementum remaneat liquidum in dictis sc. 1030. 76.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. RONDININO.

Comen. Dismembrationis.

Lunæ 1. Iulii 1675.

A R G V M E N T V M.

Sub prætextu, quod inter alterum ex pluribus collitigantibus, altera pars transegerit, ab attentatis post appellationem commissis se excusare prætendebat, sed pro illorum incursu deciditur, tam ex eo, quod per transactionem prædictam quoad non transigentes adhuc vigebat, & non remanebat extincta, quam etiam quia de viribus inhibitionis, ipse iudicare non poterat.

S V M M A R I V M.

1 *Parochiales functiones exerceri non possunt post introductam causam in Rota, & quando numer. seqq.*

2 *Lite pendente nihil innouandum est.*

3 *Transactio super iuribus parochialibus facta à Parocho non præiudicat Parochianis, & numer 7.*

4 *Collitigantes, & legitimi contradictores dicuntur qui in omnibus actibus semper citati fuerunt.*

5 *Mandatum de manutenendo ab aliquo obtentum suffragatur etiam collitigantibus, quamuis non nominatis in illo.*

6 *Causa eiusdem defensionis inter collitigantes attenditur.*

7 *Conuentio inita inter Parochum, & Capellanum non præiudicat Parochianis, & sup. nu. 3.*

8 *Lis inter collitigantes non dicitur sopita ex transactione facta cum altero ex illis, sed contra non transigentes adhuc vrgere dicitur.*

9 *Inhibitio siue iusta, siue iniusta est timenda, neque inhibitus potest eam spernere.*

10 *Inhibitus non potest iudicare de viribus inhibitionis, etiam si cum altero ex litigantibus transegerit.*

11 *de Inhibitionum viribus iudices inferiores agnoscere nequeunt.*

D E C I S I O DXCV.

A SENTENTIA Ordinarij Comensis super dismem-
bratione loci Caini ab Ecclesia Matrice Sancti Sal-
uatoris Vercanæ appellauit Parochus dictę Ecclesiæ Ma-
tricis ad Auditorem Cameræ Baranzonum, coram quo
obtenta manutentione, causaque commissa cum clausula
sine præiudicio mandati de manutenendo, cum interim
Capellanum Caini innouasse prætenderetur, non obstan-
te litis pendentia, dedi dubium, An constet de attentatis
cui Domini affirmatiuè responderunt.

Non enim poterat Capellanus Caini exercere † functio- 1
nes parochiales, atque Ordinarius Comensis confirmare
mediante nouo decreto dismembrationem † controuer- 2
sam, postquam causa reperiebatur in Rota introducta,
fueratque eidem Cappellano personaliter præsentata inhi-
bitio rotalis, Sum. eiusd. Rectoris *nu. 1. & plurib. seq.* ex
vulgata regula *Textus, & toto titulo vt lite pendente nihil
innouetur.*

Non obstat quod lis extincta fuerat ob transactionem
inter Capellanum, & Rectorem, atque ex licentia ei-
dem Capellano à Rectore concessa, Summario eiusdem
Capellani *numero vnico*, & Summario positionis *numero
primo*, quia neque transactio est in Actis producta, † ne- 3
que hæc omnia valuerunt præiudicare Parochianis colli-
tigan-

tigantibus, qui non interuenerunt, & qui sicuti ad causam ab initio admissi sunt, atque in omnibus Actibus iudicia.ibus ab ipso Capellano, & hominibus Caini nominati, & citati, Summario Rectoris *num. 2. 3. & septimo*
4 † ac consequenter habiti pro collitigantibus, iuxta deducta per Marchesanum *de commissionibus par. 1. cap. 2. num. 51.* Rota *diuers. par. 2. dec. 42. nu. 12.*

Quamuis mandatum de manutenendo in secunda In-
5 stantia fuerit obtentum instante solo Parocho, † quia adhuc suffragatur Parochianis collitigantibus, etsi non no-
6 minatis, † quia attenditur eadem causa defensionis, iuxtà *Textum in l. 1. & 2. C. si unus ex pluribus, & in l. 1. C. de diuersis rescriptis, ac in l. minoribus*, vbi Iason *in tertio notabili C. de his quibus et indignis*, Crauet. *cons. 45. nu. 2.* Felinus *in cap. nonne de præsumptionibus*, Rota cor. Puteo *dec. 459. libr. 2. in correctis, et in recent. par. 7. decis. 7 num. 11.*

7 Ita pariter ipsis non † interuenientibus conuentio inter Parochum, & Capellanum illis non præiudicauit, respe-
8 ctu † quorum proinde lis adhuc vrgebat, ex notatis per Scacciam *de appell. qu. 17. limitat. 6. membr. 4. nu. 45. et limitat. 2. nu. 96.* Valeronius *de transactionibus tit. 4. qu. 7. num. 48.* Rota *rec. par. 7 dicta dec. 7. in fine.*

Ad hunc saltem effectum, vt Capellanus Caini, qui pro parte ipsorum Parochianorum inhibitus fuerat, abstine-
9 re deberet, † & inhibitionem siue iustam, siue iniustam
10 timere, neque ipse poterat iudicare, † an consentiente solo Parocho Vercanæ inhibitio amplius non afficeret,
11 quod nec permittitur Iudicibus, † qui de viribus inhibitionum agnoscere nequeunt, iuxta *Decisionem Cardinalis Celsi 207. nu. 7. et 224. num. 4.* cum similibus.

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. EMERIX.

Vrgellen. Decanatus.

Veneris 29. Nouembris 1675.

ARGVMENTVM.

Prima Dignitas in Ecclesia Cathedrali Pontifici reseruata ex regula quarta Cancellariæ, talis esse probatur ex illius assertione facta in instrumento publico, ex ordine descriptionis eiusdem, & demum ex enunciatiuis emissis in litteris Apostolicis à Capitulo approbatis per successiuam possessionem Prouiso Apostolico traditam, ex quibus cum de ea satis constiterit, & vltimus status controuerti non possit pro exequutione gratiosæ subrogationis deciditur, non obstante prætensa facultate optandi, ac etiam asserta vnione, quæ pro illis impediendis non attenduntur.

SVMMARIVM.

1 *Regula 4. Cancellariæ reseruat omnes dignitates maiores post Pontificalem in Ecclesiis Cathedralibus.*
2 *Dignitatis Ecclesiæ præeminentia probatur ex illius assertione facta in instrumento publico.*
3 *Prærogatiua, & præeminentia dignitatis probatur ex ordine descriptionis illius.*
4 *Enunciatiua Litterarum Apostolicarum censetur approbata à Capitulo mediante possessione tradita prouiso Apostolico*
5 *Dignitas beneficii probatur ex collationibus apostolicis à capitulo approbatis.*
6 *Status vltimus beneficii illius reseruationem, eiusque dignitatem probat.*
7 *Statuta Ecclesiæ Cathedralis Vrgellen. super optione canonicis concessa sunt à Sede Apostolica confirmata, & etiam à Rota canonizata, & nu. seq. vbi de eis.*
9 *Statutum licet in principio loquens de dignitate maiori si tamen in parte concessiua illam non repetit, eam non dicitur comprehendere.*
10 *Concessione restricta puta ad solas dignitates minores, & canonicatus simpliciter, non comprehenditur prima dignitas, quamuis alias fuisset expressa.*
11 *Obseruantia est optima interpres cuiuscumque dispositionis, & statutorum intelligentiam suadet eo modo quo illa antecedenter seruata sunt.*
12 *Optandi facultas alicui competens, ei per contrariam obseruantiam non censetur ablata, nisi doceatur illum optare volentem fuisse impeditum, & etiam succubuisse.*
13 *Clausula* dudum *apposita in prohemio Litterarum Apostolicarum declarat in quo illæ primariò fundatæ sint.*
14 *Decisiones, quæ non tangunt præcisum articulum, de quo agitur, non attendantur, nec præiudicant.*
15 *Dignitatem habere annexum Canonicatum quatenus probari debeat ab eo, qui vtriusque expressionem fecit Pontifici*
16 *Vnio non præsumitur, sed ab eam allegante probari debet.*
17 *Vnio enunciata in Litteris Apostolicis, si de ea principaliter non agitur, leuioribus probationibus probatur.*
18 *Litteræ Apostolicæ subrogationis gratiosæ vbi sane iustificatæ, exequutioni demandantur absque vlteriori probatione.*

DECISIO DXCVI.

DOMINI dixerunt litteras Apostolicas gratiosè subrogationis Petri ad ius, & possessionem Antonii vltimi possessoris Decanatus Ecclesiæ Cathedralis Vrgellen. esse exequendas, quia reseruatio, quæ sola ex tribus solitis requisitis ad earum iustificationem necessariis controuertebatur, satis iustificata videbatur ex dispositione regulæ 4. Cancellariæ † in ventre reseruantis omnes Di- 1
gnitates post Pontificalem maiores in Cathedralibus Sedis Apostolicæ collationi, & dispositioni, eo ipso quo constat Decanatum esse Dignitatem maiorem post Pontificalem.

Quod autem Decanatus sit Dignitas maior post Pontificalem in dicta Ecclesia, probatur primo ex antiquissimo Instrumento anni 1299. dato in Summario Petri num. 5. in quo apparet olim primam Dignitatem in dicta Ecclesia Vrgellen. fuisse Prioratum, & huius † nomen muta- 2
tum fuisse in Decanatum, quod rectè probat Dignitatis Decanatus præeminentiam, Rota aliis relatis *dec. 16. nu. 1. par. 6. rec.*

Secundo ex ipsomet antiquo Statuto optionis, cui innititur Antonius Aduersarius in quo post Petrum Episcopum primo loco legitur descriptus Baltassar tunc Decanus & post eum Ioannes Archidiaconus, cæterique obtinentes alias Dignitates, & Canonicatus, † ex ordine enim 3
descriptionis benè arguitur prærogatiua, & præeminentia Dignitatis, vt notat *gloss. in cap. bene quidem distinct. 96. in verb. Mediolanea. & in cap. quorundam in verb prædicatorum de elect. in 6. et in Clem. vnic. in verb. Regum de baptismo*, & latè Eueran. *in loco ab ord. numero 13. et sequentibus.*

Tertiò ex obseruantia desumpta ex octo antecedentibus collationibus Apostolicis effectum sortitis, atque ipsimul metam sexaginta annorum excedentibus, in quibus omnibus expressum fuit, quod Decanatus est dignitas maior post Pontificalem, dicto Summario num. 4. huiusmodi enim expressio in tot prouisionibus continuata, † 4
& à Capitulo interesse habente per subsequentem possessionis traditionem approbata, vt aduertit Rota *decis. 359. sub num. 2. vers. Capitulum tradidit par. 4. diu. & decis. 285. num.*

num. 22. par. 9. rec. & in Leodien. Plebaniæ 12. Iunii 1671.
5 *& 12. Febr. 1672. coram me*, † talem qualitatem conclu-
dentem adstruit. Rota *decis. 465. sub num. 2. vers. similiter*
par. 4. rec. tom. 2. & decis. 331. num. 5. par. 12. & cor. Buratt.
dec. 473. num. 6. & coram Bichio *decis. 312. nu. 8.* cum tamen
6 ad hunc effectum sufficeret † vltimus status, vt in termi-
nis reseruationis desumptæ ex regula 4. firmauit Rot. *rec.*
dec. 633. nu. 4. par. 4. tom. 3. & decis. 331. nu. 7. par. 12. & co-
ram Bich. *dec. 244. nu. 38.* & latius *dec. 312. nu. 18. & in Par-*
men. Parochialis 23. Febr. 1671. sub §. vacatio vers. enim
assistit vltimus status cor. R.P.D. Beuilaqua.

Neque ad impediendam exequutionem prædictarum
litterarum suffragari visa fuit optio facta vigore antiqui
7 Statuti à Sede Apostolica confirmati, † & alias à Rota
canonizati *in Vrgellen. optionis 10. Ianuarii 1622. cor. Rem-*
boldo, & in alia Sacristiæ cor. Manzanedo *dec. 773. nu. 5.*
& 6. inter eius impressas, in quo disponitur, quod anti-
qui oratores Canonici possint optare dignitates, & Cano-
8 nicatus, † etsi in Curia vacauerint, vel aliter Sedi Apo-
stolicæ reseruata sint.

Quia dictum Statutum optandi non comprehendit De-
canatum tamquam maiorem dignitatem post Pontifica-
lem, dum in parte concessiua de ea non loquitur, sed tan-
9 tum de Archidiaconatibus, alijsque inferioribus, † licet
in capite Instrumenti Decanatus ante omnes, vt supra
dictum est, nominatim descriptus fuisset, in generali enim
gratia ad beneficia, & dignitates non comprehenditur pri-
10 ma post Pontificalem, † nisi de ea fiat specialis, & ex-
pressa mentio, & minus dum de ea fuit facta mentio, &
pars concessiua restricta est ad Canonicatus, & dignitates
inferiores, Gonzal. *ad reg. 8. Canc. gloss. 9. §. 1. num. 29.*
Ludou. Gomes *in tract. de grat. expectat. sub nu. 45. versic.*
secundò debent intelligi, Germon. *in tract. de indult. Car-*
din. §. etiam si sæcularia num. 9. & seq. & §. ac irritum nu. 5.
quos sequitur Barbos. *in tract. de appell. verb. appel 71. sub*
nu. 2. vers. dignitas enim maior.

Idque comprobat recensita obseruantia tot prouisionum
Apostolicarum post dictum Statutum de eodem Decana-
11 tu factarum, & per Capitulum approbatarum, † quæ
est optima cuiuscumque dispositionis interpres, & Statu-
torum intelligentia suadet eo modo, quo antecedenter
fuerunt seruata, Rota *d. decis. 285. nu. 31. par. 9. rec. &*
in Hispalen. decimarum 15. Ianuarii 1663. §. attamen cor. R.
P. D. meo Taia, & in Pampilonen decimarum 13. Iunii 1670
cor. me in fin. vbi concordan. referuntur.

Nec aduersus istam obseruantiam quidquam facit res-
ponsio, quod aliquæ ex dictis prouisionibus successerint
ex eo, quod vacatio Decanatus euenit in mensibus Sedi
Apostolicæ reseruatis vigore regulæ octauæ, aliæ verò ex
eo, quod Canonici optare noluerunt, ideoque non rele-
12 uent, † nisi probentur actus contrarii, nempè quod ali-
quis Canonicus optare voluerit, & succubuerit, iuxtà
tradita per Rotam *in Messanen. Decanatus cor.* Amato Du-
noz. *dec. 644 nu. 16. & duobus seqq. & dec. 678. nu. 14. cum*
seqq. inter eius impress.

Quoniam hoc nullo niti fundamento colligitur ex le-
ctura earundem collationum, quæ dum omnes factæ fue-
runt vti de dignitate maiori post Pontificalem, & in proe-
13 mio præseferant clausulam *dudum*, † continen. reserua-
tionem regulæ quartæ, in qua primario fundantur, vt
aduertit Rota cor. Dunoz. Iun. *dec. 616. nu. 9 & decis. 25.*
num. 22. & 23. par. 10. rec. & distinguendo latè Thom de
Ros. *de execut. lit. Apost. par. 1. cap 4. num. 6. & seqq.* vbi
refert diuersas formulas proemiorum, in quibus reserua-
tiones fundantur, non rectè dicuntur facere vigore regu-
læ octauæ, & minùs sunt tribuendæ voluntati Cannonico-
rum optare nolentium, sed defectui potestatis, vt firma-
uit Rota recedendo à dictis decisionibus cor. Amato Du-
nozetto emanatis *in d. dec. 285. sub nu. 22. vers. similiter, &*
in Reatina Archipresbyteratus 30. Maii 1670. §. aliæ vero
cor. R. P. D. Beuilaqua.

Et hinc non obstant præallegatæ decisiones in Vrgellen.
optionis cor. Remboldo, & alia Sacristiæ cor. Manzane-
do, quia non loquuntur in terminis maioris dignitatis post
Pontificalem, & ita non tangunt articulum super reser-
14 uatione regulæ quartæ, † prout ex professo tractat *d. dec.*
285. par. 9. rec. quæ etiam *sub nu. 31.* eisdem decisionibus
in specie respondit.

Minus releuat non probari Decanatum habere anne-
15 xum Canonicatum, quemadmodum fuit Papæ † expres-
16 sum, & prout dicebatur debuisse probari, cum vnio † non
præsumatur, Garz. *de benef. part. 12. cap. 2. num. 229.* Ro-
ta *decis. 911. numer. 1. & duobus seqq. coram* Dunozett.
Iun. quia dum in præsenti non agitur principaliter de
vnione satis videtur iustificari ex dictis prouisionibus
Apostolicis, in quibus legitur enunciata, † cum hoc 17
casu leuiores probationes sufficiant, Merlin. *decis. 625.*
numero 9. & decis. 48. numero 11. & seq. part. 10. recent.
Imò ad effectum, de quo agitur huiusmodi probatio
non existimata fuit necessaria, dum iustificata reserua-
tione, & alijs requisitis, quæ non controuertuntur † 18
literæ gratiosæ subrogationis absque vlteriori probatione
sunt executioni demandandæ, Rota coram Coccin. *de-*
cis. 2013. & decis. 2028. vtrobique numer. 1. & Nolana
Parochialis 27. Iunii 1670. §. Et quoniam coram R.P. D. Vi-
cecomite, & in Zamoren. Canonicatus, & Scholastriæ 12.
Martii 1674. §. Iustificatis coram R.P.D. Rondinino.

Et ita decisum fuit, vtraque parte informante.

R. P. D. VICECOMITE.

Cametinen. Dotium.

Veneris 29 Nouembris 1675.

ARGVMENTVM.

Requisita *l. diffamari C. de ingenuis, & manumissis* in hac decisione expenduntur, ad hoc, vt locus esse possit impositioni perpetui silentii contra diffamantem, qui in termino sibi à Iudice præfixo non docuit de iure, quod contra diffamatum habere prætendebat. Hæ autem sunt probatio propriæ possessionis, subsecutæ diffamationis, ac etiam citatio ipsius diffamantis ad docendum de iure, quod contra diffamatos se habere iactabat.

SVMMARIVM.

1 *In Iudicio* l. diffamari C. de ingenuis, & manumiss. *diffamanti perpetuum silentium imponitur, & quando.*

2 *Dispositio* l. diffamari C. de ingenuis, & manumiss. *maxima Cæsarum prouidentia processit, & quare num. seq.*

3 *Diffamationis iudicium inuentum est ad coercendam malitiam eorum, qui vocitando ingenuorum statum diffamabant.*

4 *Diffamationis iudicium licet causa status inuentum, fuit extensum ad omnes res, & actiones tam in petitorio, quam in possessorio, quoties tamen illius extrema concurrunt.*

5 *Possessio diffamati est principale requisitum, & necessario probanda iudicio* l. diffamari C. de ingenuis manumiss.

6 *Diffamatio probari debet vt sit locus iudicio* l. diffamari C. de ingenuis, & manumiss.

7 *Diffamationis in iudicio est necessaria citatio partis ad docendum de iure, quod se iactabat habere contra diffamatum.*

8 *Diffamans si in termino sibi præfixo à iudice non docuerit de suo iure, quod se iactabat contra diffamatum habere illi perpetuum silentium imponitur.*

DECISIO DXCVII.

FILIABVS Cirilli, & Marcucci locorum Serræ,
& Fabriani respectiuè indigenis iactantibus sese vel-
le molestare puellas Terræ Apiri super quasi possessione,
in qua priuatiuè quoad quascumque alias reperiuntur
recipiendi à Canonicis, & Capitulo eiusdem Terræ
charitatiua subsidia dotalia ab hæreditate Ioannis Iaco-
bi Baldini prouenientia, dictum fuit hodie † in iudi- 1
cio

cio *legis diffamari*, *Codice de ingenuis*, & *manumissis* imponendum esse perpetuum silentium.

2 Quandoquidem legis huius dispositio † licèt ex ma-
xima Cæsarum prouidentia emanauerit ad coercendam
3 malitiam † eorum, qui vocitando ingenuorum sta-
4 tum diffamabant, † nihilominus ex identitate ratio-
nis vltra causas status, etiam ad quascumque alias su-
per rebus, & actiõnibus tam in petitorio, quàm in
possessorio communi calculo Doctorum fuit extensa
quotiescumque concurrunt extrema in hoc iudicio aliàs
necessaria, Contardus *in commentario super hac eadem
lege diffamari conclusion. 2. numero 24.* Gabriel. *de actionib.
conclus. 6. numero 2. & sequentibus*, cum aliis, quos re-
fert prædictus Ridolphin. *parte 3. cap. 3. numero 73. & se-
quentibus*, Rota coram Coccino, *decis. 2317. numero 3.
cum tribus sequentibus.*

Concurrere autem in præsenti non fuit dubitatum;
Docuerunt siquidem primò puellæ diffamatæ de pro-
prio interesse per duos Testes de dicta videlicet qua-
si possessione recipiendi prædicta charitatiua subsidia
5 priuatiuè quoad omnes alias, † quod est vnum ex
necessariis requisitis, Aretin. *consil. 68. numero 6. circa
medium* Gabriel. *de actionibus mox citata conclus. 6. nume-
ro 37. in fine*, Rota *decis. 801. numero primo parte prima
diuers. coram* Coccin. *dicta decis. 2117 numero 9.*

Deinde per duos alios Testes probauerunt diffama-
6 tionem, † quod est alterum extremum, Cagnolus
in præcitata lege diffamari numero 6. Couarruuias *varia-
rum resolutionum libro primo capit. 18. numero 2.* Allexand.
consil. 108. numero 7. libro primo, cum aliis, quos conge-
rit Ridolphin. *loco proximè citato numero 97.*

Concurrit demum tertium requisitum, bina vide-
licet citatio ad instantiam diffamatarum contra diffa-
7 mantes † ad docendum intra terminum in vnaqua-
que præfixum de iure, quod se iactabant habere in
dicto charitatiuo subsidio, prout exigit *glos. in hac
eadem lege diffamari verb. sententiam*, & ibi tradit
Contardus *qui supra limitat. 3. numero 31. &* Gabriel. *d.
conclus. 6. numero 2.* Marches. *de commis. iactationis ia-
ctationum parte 3. §. primo numero 48. folio 333.* Cuman-
8 tem de tali iure minimè docuerint, † illis proindè
ex natura iudicii venit imponendum silentium, vt
tradunt præcitati Doctores omnes, & concludit Ro-
ta coram Coccino mox citata decisione 2117 in fine
coram Merlino *decis. 144. numero 2. & in Romana fi-
deicommissi, seu Saluiani 4. Iunii superioris anni §. pri-
mo circa medium coram Reuerendo Patre Domino meo
Emerix.*

Et ita per contradictas fuit resolutum.

R. P. D. VICECOMITE.

Romana cessionis ratæ Census.

Veneris 29. Nouembris 1675.

ARGVMENTVM.

Plurima ab hac decisione contenta, in actorum rransportatione consistunt, in cessione facta à condomino, in materia fundi dotalis, ac super interpretatione sententiarum, aliisque etiam ab illius Summario, & ipsa Decisione videndis; Vt scilicet illa in prophanis necessaria non sit de scripturis irreleuantibus, qualis erat legitimatio personæ actoris in processu causæ approbati, cessio verò licèt facta de toto, intelligebatur tamen pro portione cedentis; Fundus autem dotalis non erat dos à principio in pecunia constituta, quamuis postea fuerit inuestira, & demum quod sententiæ æquè à decisionibus, ac petitione declarationem recipiant.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 180. de duabus conformibus, *quæ exigat requisita.*
2 *Appellans tenetur transportare omnes scripturas tam à seipso, quam ab aduersario productas.*
3 *Productio scripturæ pro legitimatione personæ non est necessaria, si illa tamquam talis fuit in iudicio approbata.*
4 *Transportatio actorum, quæ non sunt necessaria, in causa prophana, non requiritur.*
5 *Cessio totius facta ab eo, qui erat dominus solius portionis, adhuc de sua sola portione intelligitur.*
6 *Cedens rem, quam habebat cum alio communem, suam solam partem cedere dicitur.*
7 *Dictio* delli, *puta*, scudi, *significat materiam immediatam, ex qua aliquid desumendum sit.*
8 *Dos à principio constituta in pecunia, remanet penes virum, qui solum reseruata actione mulieris, potest de ea liberè disponere.*
9 *Inuestimentum dotis quatenus transeat in fundum dotalem.*
10 *Fundus dotalis alienari non potest.*
11 *Dotem magis expedit mulieri habere in pecunia, quam in fundo.*
12 *Dos in pecunia non potest commutari in fundum sine consensu, & vtilitate vxoris.*
13 *Sententiæ Rotales declarantur à decisionibus in causa factis.*
14 *Sententiæ à petitione declarationem recipiunt.*
15 *Excessus bonorum creditori pro suo credito assignatorum cedere debet in pretium vinculi.*
16 *Damnum ex facto alterius quis reportare non debet.*
17 *Ordo simplex solutionem non probat, cum habeat vim solius mandati ad exigendum, & num. 18.*
18 *Ordo ante solutionem reuocari potest.*

DECISIO DXCVIII.

VENDITIS de mandato Congregationis Baronum Castri Monaldensium D. Dux Caffarellus ex eorum pretio recepit scuta 43585. in causam dotis D. Angelicæ Monaldensi Vxori suæ per Nicolaum Monaldensem legatæ cum obligatione restituendi prioribus, & potioribus creditoribus scuta videlicet 30. mill. pro sorte, reliqua verò pro fructibus, & alimentis: Ex quibus creato successiuè cum Marchione Raymundo Castrorum Emptore censu scutorum 40. mil. ratam huius scutorum 40. mill. Ioanni Rainaldo Monaldensi pro quibuscumque prætensionibus, quas interim contra dictum legatum dotis excitauerat, assignauit, exteosa super huiusmodi assignatione apocha concordiæ cum nonnullis pactis resolutiuis, de quibus infra. Sed cum deindè defuncto Raynaldo Antonius Ghislerius, cui deliberata interim fuerat dicta rata, egisset coram A. C. contra Ducem pro fructibus, sententiam contrariam reportauit, qua definitum fuit, nullum ius in dicta rata ei competere, ipsumque Ducem à petitis absoluit. Quam sententiam postmodom Rota primò coram R. P. D. meo Calataiu præuijs duabus decisionibus 13. Aprilis 1672. & 10. Maij 1673. deindè coram R. P. D. meo Bourlemont præmissis duabus alijs decisionibus 9. Februarii 1674. & 28. Ianuarii labentis anni per binas sententias vnam alterius confirmatoriam reuocauit. Commissa verò mihi denuo causa, dedi ad formam rescripti Signaturæ dubium, An sit locus Statuto de duabus, quod fuit affirmatiuè resolutum.

Causa namque agitur inter notos Patritios Romanos,
& sententiæ sunt conformes, quia vna est alterius confir-
matoria, & ambæ infirmant primam A.C. sunt validæ, &
iustæ, prout hæc omnia requirit Statutum Vrbis *cap 180.*
lib. 1. † vt de Ciuibus Romanis loquitur litera ipsius tex- 1
tus, & de sententiis validis, & iustis legit ibi Glossator,
Fonzen. *numero 54.* Adden. ad Buratt. *decis. 1567. num. 6.*
Gratian. *discept. 691. num. 27.* Rota *decis. 308. num. 2. & 3.
part. 14. recent.* & passim alij.

Et licèt validitas ex capite non integræ transportatio-
nis actorum, instrumenti videlicet deliberationis, alio-
rumque instrumentorum restitutionis pecuniarum factæ
clar. mem. Cardinali Roberto, illis de Tassis, & Comiti de
Carpineo creditoribus anterioribus impugnaretur; quæ
omnia etsi vtrinque producta à dicto tamen † Ghislerio, 2
qui causam appellationis fuit prosecutus transportari de-
bebant, per *text. in l. 2. C. de eden.* Posth. *de manat. obseru. 69.
num. 31.* Rota coram Bich. *decis. 329. num. 1. cum vulg.*

Illæsa nihilominus remansit, & quæcumque obiectio sublata : Etenim quod attinet ad instrumentum deliberationis , cum ad nihil aliud inseruire debuisset , quam ad legitimaudam personam ipsius Ghislerij ; Præmisso in facto , quod vsque à primordio iudicij coram A. C. per acta eiusdem Notarij dictum instrumentum fuit Duci intimatum , & subinde idem ipse iudicialiter interpellatus ad soluendos fructus controuersæ ratæ census vigore dictæ deliberationis ; iu toto deinde processu , vsque ad conclusionem in causa pro deliberatario ,
3 semper fuit recognitus , † illius propterea productio non fuit necessaria , ad tradita per Felin. *in cap. cum inter numero 11. vers generaliter* , & alios , quos refert Rota coram Buratt. *decis. 749. numero 22. & decis. 785. numero 3.* beneque respondet *decis 9. Februarii 1674. §. etenim cum seq coram R.P.D. meo Bourlemont.*

Quo verò ad alia instrumenta restitutionis pecuniarum constat in facto de illorum transportatione , & de vnoquoque fuit indicatum folium , quo inseritur in extractu : Præterquam quod etsi deessent non releuaret , quia cum fuerint producta à D. Duce ad probandum decrementum , quod ex ea restitutione fieri debebat in dicta rata , Ghislerius absque contradictione illud admisit , nec ratam census vmquam petijt , nisi cum proportionabili diminutione ad dictam restitutionem : Cum propterea super his instrumentis nulla cadat con-
4 trouersia , & causa sit prophana , † illorum transportatio non erat necessaria , latè Posth. *de manut. d. obseru. 69 numero 24. & seq.* Rota post eundem *decis. 32. & 33. vtrobique numero final. in recent. decis. 564 numero 4. part. 2.* cum aliis *in Romano fideicommissi 8. Iunii 1674. §. Potissimum coram Reuerendissimo Domino meo Matthæio Archiep. Damasceno.*

Constans similiter visa est dd. sententiarum iustitia ex decisionibus in causa editis , & licet ex obiectis iam in ijs sublatis aliquod fuerit modò repetitum , nonnulla verò nouiter excitata , omnia tamen fuerunt æqualiter resoluta.

Et pro fundamento veteris obiecti ostendebat iterum Dux pactum resolutiuum in dicta apocha concordiæ huius tenoris inferrum : E caso che il Signor Duca fosse astretto à restituire in tutto , ò in qualsiuoglia parte detto denaro hauuto , in tal caso detta assegnatione s'intenda nulla , e di niun valore , come non fosse fatta , per la rata restituita , e sia lecito al detto Sig. Duca di pigliare il possesso di detto assegnamento per detta rata &c. & vlterius : Non essendo intentione del detto Sig. Duca , che la sudetta assegnatione habbia effetto , nè resti ferma se non in detti effetti , & in caso , che esso Sign. Duca goda liberamente le somme , che gli restano in mano , senza molestia di sorte alcuna , e non altrimente &c. Cuius pacti vigore opponebatur concordiam fuisse resolutam ; procedendo enim eum præsupposito , quod ex integra summa scutorum 43585 ad Ducem tantùm spectarent scuta 13585. pro fructibus , & alimentis , reliqua verò scuta
5 30. mil. essent dotalia vxoris , † cessio facta Ioanni Rainaldo de integra summa intelligi debet de propria portione , non de dotali , ex regula , quod cedens rem , in qua
6 quis partem habet , † censetur portionem sibi tantum tangentem cedere , per Text. *in l. qui tabernas ff. de contrahend. empt. l. si domus §. fin. ff. de leg. 1.* Rota *decis. 81. numero 2. parte 4. tom. 2. recent.* Verum cum totam propriam portionem , non solum coactus fuerit Dux restituere , sed etiam in maiori quantitate , cessare dicebat quamcumque interpretationem , quæ posset capi , si ageretur de parte tantum restituta , prout sumpta fuit in præteritis decisionibus , & succedere de plano resolutionem concordiæ , quia de tota portione facta fuit restitutio.

Sed præsuppositum non secus ac in aliis propositionibus , ita etiam visum est ex facto cessare in præsenti ; Et non de portione dumtaxat scutorum 13585. sed de integra summa scutorum 43585 factam fuisse assignationem , ibi: Il Sig. Duca in ogni miglior modo delli scudi 43585. trà dote , e frutti , & alimenti hauuti per la sodisfattione della Signora Angelica sua Consorte ne dà , cede , dona , condona per concordia al Sig. Giouanni Rinaldo scudi 4000. del censo di scudi 40. mil. imposto col Sig. Marchese Raimondi per parte delli scudi 43585. Dictio enim illa , *delli*
7 *scudi &c.* † significat materiam immediatam , ex qua aliquid desumitur , vt post Bald. *cons. 336. in princip. lib. 3.* & alios tradit Barbos. *dict. 76. numero 8.* & firmant Causæ decisiones , & signanter vltima R.P.D. mei Bourlemont §. *Quia cognouerunt* . Nec dubitatum fuit quin huiusmodi assignatio fieri poterit , quamuis de pecuniis dotalibus ; † 8
Quia cum ex capitulis matrimonialibus constet illam fuisse à principio in quantitate constitutam , liberum , & naturale illius dominium transiuit in virum , qui salua actione mulieris erga ipsum pro eadem quantitate potuit de ea disponere , Honded. *cons. 41. num. 18. lib. 1.* Surd. *cons. 1. numero 102. lib. 1.* Adden ad Gregor. *decis. 553. numero 16.* Rota coram Coccin *decis. 1969 numero 3. & seqq.* præter allegatos *in prima decis. §. minus releuat coram R.P.D. Calatain.*

Non aduersante , quod postmodum nomine etiam vxoris fuerit in dicto Censu scutorum 40. mil. inuestita , † 9
ita vt inuestimentum migrauerit de pecunia in fundum dotalem , † qui alienari non poterat , per *l. 1. & seq. ff. de* 10
fund. dotal. & l. 1. C. eo , & l. vnicam §. & cum lex , C. de rei vxor. act. quia cum fuerit à principio vtilius mulieri dotem habere in pecunia , † prout mox diximus fuisse con- 11
stitutam , quam in fundo , Honded. *consil. 14. numero 58. & seq. lib. 1.* Gratian. *disc. 435. numero 4* cum aliis *in Romana Census 13. Iunii 1668 §. Constituta coram me* ; non potuit ex interuallo mutari , † non concurrentibus copu- 12
latiuè ipsius mulieris consensu , & vtilitate , Soccin. Iun. *consil. 118. numero 11. lib. 3.* Riminald. Iun. *cons. 776. numero 29. & 30.* & concordantes , quos dat Rota coram Bich. *decis. 131. numero 13* de quibus tamen in facto non constat , vt firmat prima decisio R.P.D. mei Bourlemont *§. Denique.*

Verum responsionibus hisce etiam admissis , adhuc noua iniustitiæ capita , Dux emergere dicebat . Primò ex eo quod per sententias Rotales fuerit condemnatus pro integra rata d. Census scutorum 4000 cum tamen præambulæ decisiones retulerint diminuendum esse , habita proportione ad summam creditoribus anterioribus restitutam. Secundò , in quo fortiùs insistebat , summam hanc non fuisse scutorum 15065. prout supponunt decisiones , sed scutorum 22412. cum fuerint Cardinali Roberto restituta scut. 8000. illis de Tassis scut 6000. Comiti de Carpineo scut. 5112. quibus addebatur Marchio Theodolus pro scutis 330. vt ex calculo per eundem exhibito , eius Summario *numero 6.* Tertiò demum , quod in dictis sententijs nulla ratio fuerit habita de expensis in lite factis contra creditores super tali restitutione , cum tamen adesset pactum expressum in dicta Apocha concordiæ insertum , quo Ioannes Rainaldus pro sua rata concurrere tenebatur , d. Summario *numero 5.* quorum tamen neutrum visum fuit obstare.

Non primum , quia nullibi in præfatis sententijs legitur Ducem fuisse condemnatum pro dicta integra rata , sed in ijs tantum habetur sententia A. C. qua pronunciatum fuit nullum ius competere Ghislerio deliberatario , hæredibus , & creditoribus super dicta rata Census , & Dux à Petitis absolutus , esse infirmandam , ex qua infirmatione saluum quidem remansit ius d. Ghislerij , sed in illa tantùm quantitate , quam continent præambulæ decisiones ,
† à quibus subsequutæ sententiæ infirmatoriæ declaratio- 13
nem recipiunt , Rota coram Buratt. *decis. 327. num. 1. in recent. decis. 76 num. 17. part 9. cum vulgat.* prout rectè etiam declarantur à petitione † ab initio per Ghislerium nonni- 14
si cum suo decremento facta , ex traditis *in Romana Primogenituræ de Bubalo 23. Ianuarii 1672. § leuioris cor. R.P.D. meo Emerix.*

Non etiam secundum , quia recensendo singulorum partitas , & admissa illa Comitis de Carpineo , in reliquis compertum fuit creditum Cardinalis Roberti non excedere scuta 5321. 50. aliud verò illorum de Tassis scuta 4625. 50. prout nec etiam idem Dux impugnabat , & licèt postea in satisfactionem primi ex eodem Censu cum Marchione Raymundo creato , deliberata iudicialiter fuerit rata scutorum 8000. alterius verò alia rata scutorum 6000. ex eo quod census erat vinculatus , † & sic excessus cedere debue- 15
rit in pretium vinculi , ex latè traditis *in Romana Cambiorum 27. Iunii 1670. coram R.P.D. meo Bourlemont , & 11. Martii 1671. coram R.P.D. meo Calatain* : Nihilominus augumentum hoc cedere non debet damno Ghislerij in iuribus Ioannis Rainaldi successi , quia ipsius Ducis culpa processit , qui quemadmodum soluendo sine mora Comiti de Carpineo scuta 3000. cessionem reportauit pro scut. 5112. ita si eodem modo soluisset præfatis duobus creditoribus , vel idem commodum assequi potuisset ,

vel

16 vel saltem à dicto excessu se potuisset eximere; † Verum
quia pati maluit rigorem subhastationis extremæ, quam
flecti iuribus horum creditorum, non videtur congruum,
vt ex ista repugnantia, damnum aliquod in Ghislerium
redundet ad Textus *in l. itaque fullo ff. de furtis cum ibi notat.*

Partita vero Marchionis Theodoli non bene iustifica-
tur soluta ex solo ordine Sacr. Monti Pietatis directo
17 absque quietantia; † Quia cum similes ordines de sui
natura non transferant pecuniarum dominium; Sed
18 vim solam habeant simplicis mandati ad exigendum, †
quod ante exactionem reuocari potest, solutionem non
probant. Rota *decis. 11. numero 6. 7. 8. part. 12. & in Romana Saluiani 28. Iunii 1666. §. Nec releuat coram Domino Ottalora mox Præside Granaten. nunc Regio Consiliario confirmata 14. Februarij 1667. §. Neque ex eo coram eodem.*

Non demum tertium, quia sub decremento, cum quo petita fuit à Ghislerio controuersa rata census, veniunt etiam expensæ, & est paratus illas compensare, quatenus doceatur de adimplemento conditionum appositatum in concordia, & ad formam eiusdem exhibeatur lista iuramento Ducis munita, de quibus vsque modo non constat per simplicem assertionem Procuratoris, de qua Summario præcitato *numero 11. in fine.*

Et ita vtraque parte informante, &c.

Supra in alio præcedenti tomo primo istius Decimæ Octauæ Partis adest altera ex decisionibus præsentis causæ, quæ ibi est in ordine 103. cuius in calce etiam alia nota est.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano

Mediolanen. Beneficiorum.

Veneris 29. Nouembris 1675.

ARGVMENTVM.

Declarantur indulta Eminentiss. DD. Cardinalium super collatione Beneficiorum, quod ea scilicet non comprehendant vacationes succedentes in Curia, vel apud sedem, quæ quales etiam sint, in hac decisione exprimuntur; Benè tamen complectantur ea, quæ vacant extra Curiam per obitum Episcoporum, quibus fuerat concessa facultas retinendi, non obstante promotione ad Episcopatum, quia hæc non dicuntur vacare in Curia; secus autem, si illa concessa non sit.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio apud sedem strictè sumpta, est illa succedens per obitum Curialium in Curia, aliorumque eam sequentium, vel in ea negotiorum causa commorantium, & numero seqq.*

2 *Beneficia ad effectum reseruationis quatenus dicantur vacare in Curia, vel apud Sedem, & num seqq.*

3 *Vacare verbum comprehendit omnem modum vacationis.*

5 *Curia vbi est, ibi est Sedes Apostolica, & vbi est Sedes Apostolica, ibi est Curia.*

6 *Vacare in Curia, & apud sedem, paria sunt ad effectum reseruationis, & num. seq.*

7 *Reseruationis ad effectum valet argumentum, Beneficium vacat apud sedem, ergo vacat in Curia, licet non è contra.*

8 *Obseruantia Datariæ declarat, quæ Beneficia non sint comprehensa sub indultis.*

9 *Indultorum Cardinalium, & aliorum Cardinalium nepotum diuersus, & discretiuus modus concedendi, declarat facultatem in illis concessam.*

10 *Beneficia promoti ad Episcopatum, non obtenta facultate retinendi vacare dicuntur in Curia, & num. seqq.*

11 *Beneficia Episcoporum in partibus infidelium à Rota appellantur nulla tenentes.*

12 *Indulta Eminentiss. Cardinalium conferendi Beneficia vacantia extra Curiam non comprehendit Beneficia promotorum ad Episcopatum, & vacantia in Curia.*

13 *Beneficia vacantia apud sedem non comprehenduntur sub indultis Cardinalium, nisi specialiter exprimantur.*

14 *Indulta Eminentiss. Cardinalium conferendi Beneficia, quas vacationes comprehendant.*

15 *Reseruatio Beneficij deducta ex vacatione in Curia, non extenditur ad Beneficia sita in Ecclesijs Vrbis, quarum titulum regunt Eminentiss. Cardinales vbi vide, & num seq.*

16 *Cardinales titulares in Ecclesijs Vrbis non conferunt Beneficia, quæ strictè vacant in Curia, prout nec minus illa conclauistarum, vel duplici reseruatione affectu, & num seqq.*

19 *Beneficia promoti ad Episcopatum, concessa facultate retinendi non vacant, & quomodo num. seqq.*

20 *Retentio nihil aliud est, quam quædam reseruatio iuris antiqui, nihil de nouo tribuens.*

21 *Beneficia promoti ad Episcopatum, concessa illi retentione, vacant per obitum non per promotionem*

22 *Indulta Eminentiss. Cardinalium comprehendit Beneficia vacantia per obitum Episcoporum, quibus ante promotionem fuerat concessa facultas retinendi, secus si illa concessa non sit supra à num. 10.*

DECISIO DXCIX.

IN decisione edita coram me sub die 13. Martij 1673. firmatum fuit in illius prima parte ab Iodultis, quæ Sanctissimus concedere consueuit Eminentissimis Cardinali-
busconferendi Beneficia vacantia extra Curiam, † exclu- 1
di dumtaxat vacationem apud sedem strictè sumptam per obitum curialium in curia, aliorumque illam sequentium, vel in ea negociorum causa commorantium iuxta Textus *in cap. 2. & in capit. præsenti de Præben. in 6.* ac proinde Eminentissimo Littæ Mediolanen. Archiepiscopo Suffragari indultum ad sustinendam collationem Beneficiorum, de quibus agitur, quemobrem reuocata hodie ad examen decisione Domini stante vacatione eorundem Beneficiorum per obitum Sequutam extra Curiam Episcopi Viglieuanen., qui præuentiuè retentionem à Papa obtinuerat in hac parte illam confirmarunt, sed eandem quoad primam partem reformandam esse censuerunt.

Constat enim ex nouiter deductis pro Dataria, nec controuersis ab Eminentissimo Indultario, (qui solum nitebatur vacationi extra curiam,) quod apud sedem, & con-
sequenter in curia non solum dicuntur vacare Beneficia, † 2
quæ vacant per obitum curialium, aliorumque, qui ad Romanam Curiam accedunt, & ibi non habentes domicilium permanen, decedunt; Verum etiam, vt ad effectum reseruationis notat Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 13. numero 51. & 52.* apud sedem largiori modo loquendo,
† seù in Curia dicuntur vacare ea Beneficia, quorum va- 3
catio contingit per actum, qui fit in curia; Vnde siue in ea Beneficia vacent per obitum naturalem, vel ciuilem, siue per decretum, siue per resignationem in manibus Papæ, siue per promotionem, siue per priuationem mediante sententia lata in curia, siue per matrimonium ibidem contractum, vel alio quocumque modo per actum, qui fiat in curia, in ea, & apud sedem lato modo dicitur vacare, Beneficium, vt notat Franch & alij communiter *in cap. præsenti de præben. in 6.* Rota coram Eminentissimo Otthobon *de-
cis. 130. num 9.* plenè Barbos. *de potest. Episc. part. 3. alleg. 57. à* 4
num 22. clare Eneas de Falcon. *de reseruat. qu. 4. princ. effect. 6. num. 12.* dicens verbum vacare positum *in dicto cap. 2.* comprehendere omnem modum vacandum Paris. *de resign. lib. primo quæst. 4. numero 33.* Simonett. *de reseruat. qu. 28. nu. primo* Andreas Vaulx. alias Vallensis *de Benef. lib. primo tit. 7. num. 9.* Tondut. *resol. Benef. part. 2 cap 3 §. 2. num. 35. & 27* late Lotther. *de re benef. lib. 2. quæst 27 num. 18* dicens
quod vbi est curia ibi est sedes, & ibi sedes vbi curia, Ger- 5
mon. *de Indult. Card. §. si verò num. 4. & 5.* vbi numerando modos vacationis affirmat vacationem ex numeratis mo-
dis resultantem dici in curia, † vel apud sedem; Et paria es- 6
se ad inducendum reseruationem vacare in curia, & apud

sedem , Rota *in Ebredunen. Prioratus prima Iunii 1634. coram me* , vbi sequendo *glos. in cap. Statutum in Verbo Curia de præben. in 6.* dicitur, quod vacatio in curia idem
est , quod vacatio apud sedem ; Valet enim argumen-
7 tum , † vacat apud sedem ergo vacat in curia , licet non
è contra , *vt in dicta Ebredunen. & in præterita decisione huius causæ §. quamuis.*

Quod etiam comprobatur tam ex obseruantia Datariæ , quæ semper priuatiue quoad Cardinales indulto prædicto gaudentes, contulit vti vacantia in curia apud sedem Beneficia , quæ per promotionem , non concessa præuentiuè retentione , aut per alium actum factum in curia vacarunt , quæ obseruantia declarat non esse
8 comprehensas in indulto huiusmodi vacationes , † tanquam vacationes in curia , & apud sedem Rota *decis. 84. numero 3. & 4. part. 2. recent. & decis. 632. numero 10. coram* Dunoz. *& fuit dictum in Romana Canonicatuum 4. Aprilis 1672. §. ex stylo coram me* , quam etiam ex diuersitate indultorum , nam indulta Cardinalium nepotum continent facultatem conferendi Beneficia vacantia e-
9 tiam per promotionem ; Iste enim discretiuus modus , concedendi indulta arguit , quod in indultis , in quibus facultas conferendi Beneficia vacantia per promotionem non legitur , non fuerit comprehensa , sed exclusa ad Text. *in l. eum Prætor ff. de Iudic.* & notat Rota *decis. 174. numero 48. parte 14. recent. & coram* Dunoz. *decis. 632. numero 10. & in dicta Romana Canonicatuum §. Secundo ex Indultis coram me.*

Et in specie , quod Beneficia promoti ad Episcopatum
10 vacent in curia per † promotionem , non obtenta præuentiue à Papa facultate retinendi , referendo sic fuisse à Rota iudicatum , tradit Garz. *de Benefic. part. 11. cap. 6. numero 32* Barbos. *vot. 43. numero 4. lib. 2.* nisi tamen ageretur de promoto ad Episcopatum in partibus infidelium , quia Beneficia huiusmodi Episcoporum Titularium , quos Rota mox alleganda appellat nulla tenen-
11 tes , † non vacant per promotionem , Mandos. *super regul. 26. Cancell. quæst. 4. sub numero 5.* Hoied. *de incompatib. pars. prima cap. 4. numero 5.* Tondut. *quæst. Benefic. part. 2. cap. 3. §. 3. numero* 20. Barbos. *de potest. Episcop. alleg. 57 numero 74 part. 3.* & dixit Rota *in Hispalen. Beneficiorum 10. Iunii 1611. §. & in omnem euentum , & 7. Nouembris eiusdem anni §. finali coram san. mem. Innocen X.*

Hinc cum Beneficia promoti vacent in curia apud sedem , quando ille præuentiuè à Sanctissimo non obtinuit retentionem , & decretum , quod per promotionem
12 non vacent , † sequitur , quod indultum restrictum ad Beneficia vacantia extra curiam nullatenus comprehendat vacantia in curia Gonzal. *ad octauam Regul. glos. 13. numero 37.* Tondut. *d. part. 2. cap. 3. numero 16.* cum
13 talis facultas conferendi nunquam extendatur ad Beneficia reseruata per vacationem apud sedem , nisi specifice , & indiuidualiter concedatur DD. *in cap. 2. & in cap. præsenti de Præben. in 6.* Gonzal. *vbi supra numero 30.* Simonet. *de reseruat. quæst. 83. numero 4. & 5* Lotter. *d. quæst. 27. numero 91.* & dixit Rota *in Salisburgen. Decanatus prima Aprilis 1672. §. non releuat coram R. P. D. meo Emerix.*

Nec subsistit , quod si indulta essent restringenda ad vacationes extra curiam , redderentur inania , cum non comprehenderent casus frequentioris vacationis in curia , quia comprehendunt vacationes succedentes extra cu-
14 riam non solum per obitum , † verum etiam per prædictos alios modos , qui fere omnes sæpius contingunt extra curiam , vt sunt matrimonium , priuatio per sententiam , libera dimissio , ac renunciatio , & similia , & vlterius reseruatio deducta ex vacatione in cu-
15 ria , non extenditur ad Beneficia , † quæ sita sunt in Ecclesijs Vrbis , quarum titulum regunt Cardinales , in quibus habent Ius conferendi , & ordinariam Iurisdictionem Gonzal. *ad 8 regul. Cancell. glos. 13. numero 11. & 14. & 19. & 37.* Barbos. *d. allegat. 57. numero 133. & 135. part 3.* Lottet. *de re benef. lib primo cap. 8 numero 50. & lib. 2. quæst 2. num. 7 & 8.* latè Germon. *de Indult. Cardin. §. Tum ratione à numero 14.* & latissimè Eminentissimus Albizius *in eius discept. de Iurisd.* Cardin. *in suis titul. relata per R. P. D. de Luca in suo Theatr. tract. de Iurisd. tom.*
16 3. nisi tamen ea Beneficia vacare contingat strictè † apud sedem in Curia per obitum curialium , *vt in Romana Beneficiatus S. Petri 18. Iunii 1674. coram R. P. D. meo Vicecomite , & in Romana Canonicatuum 27. Iunii 1672. §. final. coram me,* in qua etiam de alia reseruatione ratione con- 17
clauistatus , Barbos. *vbi supra num. 32. &* Tondut. *dicto cap. 3. §. 2. numero 16.* vel nisi sint reseruata duplici con-
quasi reseruatione † iuxta celebre votum Vbaldi , & Ve- 18
rospii huius Tribunalis Auditorum impress. apud Gratian. *discept. 982.* Tondut. *quæst. Benefic. part. 2. cap. 2. §. 5. numero 34.* & perpetuo tenuit Rota *recent. decis. 350. nu. primo part. 9. & in Romana Beneficiatus S. Ioannis in Laterano 11. Febr. 1669. §. secundum , & 16. Iunii 1670. §. cum igitur coram Reuerendissimo Beuilaqua Patriarcha Alexandrino , & in Neapolitana Beneficii 18. Martii huius anni §. & cum coram R. P. D. meo Rondinino, & in Romana Canonicatuum coram me.*

Cæterum DD. Decisionem in reliquis approbarunt , quia licet per promotionem Hieronymi ad Ecclesiam Vigleuanen. Beneficia , quæ ipse tunc obtinebat de Iure vacare deberent , nihilominus quia Papa præuentiuam retentionem illi concessit , & non vacare decreuit , vigo-
re huius gratiæ præuentiuæ cessauit per assequutionem 19
Episcopatus, vacatio tam de iure , quam de facto , & titulus propter eandem gratiam non fuit innouatus , sed
prorogatus , cum retentio nihil aliud sit , † nisi quæ- 20
dam reseruatio iuris antiqui , nihil de nouo tribuens *cap. Dudum il secondo , vbi* Abb. *num. 26. de elect.* vnde promotus habens gratiam retentionis non indiget noua collatione , nec opus habet adipisci nouam possessionem
Beneficiorum suorum , † sed antiquam continuat , & 21
eueniente illius morte , Beneficia vacant per obitum , non autem per promotionem , Rota *decis. 246. numero 5 & seqq. part. 14. recent.* & præter relatos in præcitata decisione punctualiter probat Rota *decis. 1177. numero 12. & 13. coram* Penia ideo cum obitus huius Episcopi successe-
rit extra curiam , † & indultum Eminentissimi Litæ 22
capiat Beneficia vacantia per obitum Episcoporum , consequenter ipse rite , & recte contulit , vt firmat antecedens decisio , quæ in hac parte fuit confirmata , & in alia reformata partibus hinc inde informantibus.

R. P. D. EMERIX.

Romana Donationis.

Veneris 29. Nouembris 1675.

ARGVMENTVM.

Pro exclusione attentatorum deciditur stante diuersitate causæ, quæ operatur vt attentata coram vno iudice commissa, reuocari non possint ab alio; Rursus quia illa verè non aderant , cum fuisset tantum continuata possessio , quæ numquam causat attentata , sola prætentio, quod non fuerint obseruata pacta , & obligationes promissæ , concedebat quidem actionem petendi implementum , vel etiam damna , & interesse non autem eadem attentata parere poterat.

SVMMARIVM

1 *Attentatorum purgatio peti debet coram illo iudice , cuius fuit spreta maiestas.*
2 *Causæ diuersitate existente non bene agitur coram vno iudice pro purgatione attentatorum commissorum coram alio.*
3 *Attentata fundans super iudicio nullitatis non benè agit , si exactio, solutio , vel quid aliud non ex eodem iudicio processit.*
4 *Exactio pecuniarum continuatiuè ad possessionem obtenta , m a rem n t attentata etiam ex sententia in petitorio pronunciata.*
5 *Continuans numquam dicitur attentare.*
6 *Attentata non possunt prætendi ex quo obligatio promissa seruata non sit.*
7 *Attentata non adsunt, vbi spretus iudicis non concurrit.*
8 *Adimplemento promisso non sequuto, pro eo agi potest , ac etiam damna, & interesse prætendi.*

D E-

DECISIO DC.

AVRORA in actu donationis bonorum factæ Filiberto, ab eo mutuo recepit scuta ducenta eroganda in expensis litis super exactione cuiusdam crediti, quod habebat contra Ducem Bracclani, promittens eadem scuta ducenta restituere post exactionem dicti Crediti, residum veto pecuniarum exigendarum reinuestire ad sui beneficium quoad vsumfructum, & quoad proprietatem, & ad fauorem dicti Filiberti, successiuè exacto per Auroram credito præfato depositisque scutis quatuorcentum, ex illo prouenientibus in Sacro Monte Pietatis Filibertus egit contra Auroram pro recuperatione dictorum scutorum ducentorum coram Auditore Cameræ, & obtinuit inhibitionem ne illa auderet pecunias, vt supra depositas exigere, ac etiam mandatum pro restitutione mutui, à quo adita per Auroram Signatura Iustitiæ, rescriptum fuit sine præiudicio quoad scuta quinquaginta, & in reliquis si quid exequendum.

E contra vero Aurora coram Auditore Cameræ instituit iudicium contra Filibertum super nullitate dictæ donationis, & obtinuit illam per sententiam declarari nullam, vnde interposita per Filibertum appellatione eaque mihi commissa, quia post modum Aurora ex dictis scutis quatuorcentum sic vt supra depositis exegit scuta trecenta, Filibertus prætendit exactionem fuisse attentatam quapropter ad eius instantiam dedit dubium: an constaret de attentatis negatiue per Dominos resolutum.

Constat enim ex præfata facti serie duo inter prædictas partes pendere iudicia, vnum in Rota, & alterum coram alio iudice, ideoque vel Filibertus prætendit attentata fuisse commissa in spretum inhibitionis abtentæ contra Auroram ne exigeret pecuniam ad eius credi-
1 tum, vt supra in Sacro Monte Pietatis depositam, † agere debet coram iudice cuius maiestas spreta fuit; Stan-
2 te enim diuersitate causarum, † non bene agitur in Rota pro purgatione attentatorum commissorum in alia causa coram diuerso iudice pendente ad tradita per Lancellottum *de attentatis lite pendente cap. 4. limitatione 2. numero 3. & 8.* aliosque adductos per Rotam *decis. 170. numero 9. parte 8. & decis. 364. numero 5. parte 9. recent.* vel prætendit attentata fuisse commissa propter pendentiam appellationis in Rota super nullitate do-
3 nationis, † & ipsius prætensio, non est fundata, cum Aurora exegerit pecuniam prædictam vigore sententiæ latæ super nullitate dictæ donationis, sed continuando
4 possessionem pecuniarum ad eius dispositionem in Sacro
5 Monte ante relictarum, † & qui continuat non attentat iuxta vulgatam regulam passim à Doctoribus approbatam, & signanter Parii. *cons. 41. numero 38. lib. primo* & omissis alijs generalibus benè ad propositum dixit Rota *decis. 75. numero 5. & per totam part. 14. recent.*

Nec releuat, quod Aurora in instrumento donationis prædictæ se obligauerit sæpè dictas pecunias inuestire,
6 quoad proprietatem ad fauorem Filiberti, † quia ex tali promissione nulla considerari possunt attentata cum
7 illa generaliter non adsint † vbi spretus iudicis non concurrit Francus *in capit. bene Columna quarta vers. sexto de appellationibus*, aliisque relatis per Rotam *dicta*
8 *decis. 75. numero primo*, sed tantum ex illa † ortum fuit ius Filiberto agendi pro adimplemento conuentorum, seù ad damna, & interesse propter pacta non seruata.

Et ita partibus informantibus resolutum fuit.

R. P. D. VBAGO.

Montis Falisci Census.

Lunæ 2. Decembris 1675.

ARGVMENTVM.

Sanatio censusà Sanctissimo obtenta ex defectu non numeratæ pecuniæ, vsque ab initio impositionis illius retrotrahitur; Cumque ex pluribus exceptionibus impediri exequutio prætenderetur, eas non

obstare deciditur, siue quia altera in excessu consistens, reducibilis erat ad summam debitam, altera citationis defectus, à tertio allegari non poterat, imputatio verò fructuum in sortem siue ante, siue post motam litem non erat debita, quia illos suos facere potuit possessor bonæ fidei, hi autem cum fructibus eiusdem census, non autem in capitale imputari debuerant.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes plures in actione personali, senentur tantummodo pro virili.*
2 *Census, etiam sine pecunia creatus, si à Pontifice sit sanatus, habet exequutionem, per inde ac si ab initio validus fuisset.*
3 *Sanatio nullitatis census retrotrahitur ad diem celebrati instrumenti.*
4 *Iuri quæsito Papa non derogat, nisi de eo sibi expressa mentio facta sit.*
5 *Excessus in parte causat nullitatem in totum.*
6 *Mandatum excessiuum si exequutum non est, reformari debet, & substineri pro summa debita.*
7 *Mandatum contra duos ex pluribus hæredibus relaxatum, intelligitur pro summa ab illis debita.*
8 *Excessus, vt nullitatem inducat, debet esse expressus in decreto.*
9 *Mandatum relaxatum citatis solis duobus ex pluribus hæredibus, contra illos substinetur, non autem contra alios, & num. 11.*
10 *Nullitas prouenient ex defectu citationis, non potest à tertio allegari.*
11 *Iudicium semper substinetur quoad citatos, licet quoad non citatos sit nullum, & num. 12.*
12 *Notario attestanti super integritate actorum, creditur, donec contrarium probetur.*
13 *Census pro vna portione resolutus, remanet resolutus in totum.*
14 *Possessor ante motam litem dicitur bonæ fidei, & proinde facit fructus suos.*
15 *Contractus ante motam litem habet implicitum statum validitatis.*
16 *Fructus stabilium non præsumuntur excedere scuta quinque pro centenario.*
17 *Exceptio turbida non reddit illiquidum creditum obligatione camerali munitum, neque illius impedit exequutionem.*

DECISIO DCI.

CENSVS in sorte scut. 4000. super Fælicis de Aptis impositus, ab eodem fuit cessus pro rata scut. 500. Camillæ Pennonæ, & pro alia rata scut. 500. Iuliæ Pennonæ, ac pro residuo scut. 3000. Marco Stefanuccio, qui cum institerit coram A C insimul cum dicta Iulia pro solutione fructuum ac prestatione noui fideiussoris iuxta formam Instrumenti contra Catherinam, & Margheritam duas ex quinque filiabus, & hæredibus quondam Romei Pennoni eiusdem census debitoris, & impositoris, istæ opposuerunt de nullitate sub prætextu, quod census non fuerit creatus cum interuentu pecuniæ numeratæ iuxta formam constitutionis Beati Pij Quinti.

Adiuit Stefanuccius Sanctissimum, & obtenta commissione sanatoria eidem A C. directa per sententiam diffinitiuam declaratum fuit censum sanandum, & conualidandum fore, & esse, instrumentumque ipsius esse exequendum, & sic mandatum executiuum pro fructibus decursis, & non solutis, & ad factum respectiue pro præstatione fideiussoris relaxandum, prout relaxatum fuit.

Ab hac sententia commissa mihi causa appellationis cum clausula de præfixione termini, proposui dubium an mandatum A.C. esset exequendum, & DD. affirmatiuè resoluerunt pro duabus tantum ex quinque partibus.

Ratio resolutionis fuit, quia Iustitia mandati resultat ex instrumento creationis census factæ à Romeo Patre, & Auctore dictarum sororum, in quo non solum adest obligatio solutionis fructuum, verum etiam præstationis fideiussorum *Summ. num. primo* & legitimatio

personarum habetur ex instromento cessionis ratæ dicti
Census vsque ad quantitatem scut. 3000. factæ per Fæli-
cem de Aptis creditorem fauore dicti Stefanucci, &
fauore dictæ Iuliæ, & Camillæ pro rata scut. 500. pro
qualibet *Summario numero* 2. & quod dictæ sorores sint hę-
redes Romei Pattis ex instrumento diuisionis bonorum
hæreditariorum *Summario numero* 3.

Secunda vera pars exequutionis mandati contra Cathe-
rinæ hæredes lite pendente defunctæ, & Margheritam
pro duabus ex quinque sorores simul cohæredes Romei
debitoris nempe Camilla, Margherita, Catherina,
Iulia, & Elisabetta, & sic vnaquæque hæres proviri-
1 li, † & pro rata suæ portionis hæreditatis in actione per-
sonali solummodo teneatur Text. *in l. prima in fine C. si
vnus ex plur bus, & gloss. in l. prima vers. in omnibus Cod.
communia de leg.* Coccin. *decis.* 1374. *num.* 47.

Nec ad impediendam resolutionem sufficiens visa fuit
exceptio non interuentus numeratæ pecuniæ in creatio-
ne Census necessariæ ad formam præscriptam per consti-
tutionem Beati Pij Quinti, nam hodie Census habe-
tur ac si ab initio fuisset legitimè creatus ex viribus sa-
natoriæ impetratæ à Sanctissimo in qua præcipitur A.
C. vt ad vlteriora procedat eadem asserta nullitate non
attenta, ac si pecunia numerata in ipso actu stipulatio-
nis interuenisset, ac census prædicti ad formam Bullæ
Pij Quinti de creandis Censibus, initus, & creatus
2 fuisset, † ideoque illius instrumentum meretur exe-
quutionem ac si asserta nullitas nunquam adfuisset, vt
in specie respondit Rota *in Beneuentana Census* 19. *Maii*
1595. coram Panphilio apud Marchesanum *de Commissio-
nibus parte prima fol.* 849. *numero* 5. *in recentior. decis.* 195.
numero 2. *part.* 6. *apud* Cencium de Cens. *decis.* 397. *num.*
5. *& decis.* 576. *numero primo vers. Non obstat.*

Non obstat oppositio, quod fructus percepti saltem
tempore, quo Census erat nullus, nempe ante sana-
tionem, tanquam indebiti sint imputandi in extinctio-
nem sortis principalis, & capitalis eiusdem Census,
quoniam cum Sanctissimus mandauerit, quod instru-
mentum haberetur pro valido, ac si pecunia numerata
3 in ipso actu stipulationis interuenisset, † sanatio nulli-
tatis hodie decreta, retrotrahitur ad diem stipulatio-
nis instrumenti, ita vt Census vsque ab initio censea-
tur valide constitutus etiam respectu fructuum, vt alias
Rota firmauit *decis.* 111. *numero* 3. *par.* 12. *recent. & in
Lateranen. Census* 27. *Ianuarii* 1638 *coram* Buccabella §.
finali vers. quia placuit coram Merlin. *decis.* 577. *numero* 3.
& 4. *& apud* Cenc. de Cens. *decis.* 557. *num.* 6. *&* 7.

Obiectum vero, quod gratia sanationis prædictæ sit
obrectitia eo, quia Papæ non fuerit narratum fuisse in
actis acceptatam nullitatem, & oppositum de com-
pensatione fructuum perceptorum in extinctionem,
& diminutionem sortis principalis, ex quibus præten-
4 datur ius sibi quæsitum, † cui non soleat Papa dero-
gare, nisi de eo expressa fiat mentio Rota *decis.* 259.
numero 2. *parte* 2. *& coram* Buratt. *decis.* 421. *nu.* 2. tolli-
tur ex facto dum non solum prædicta acceptatio nullita-
tis, & oppositio compensationis non iustificatur, verum
etiam in commissione sanatoria Stefanuccius illa specifice
expressit ibi: prædictus Marcus egit coram A. C. &c. &
Margherita opposuit de nullitate ex quo in actu stipula-
tionis instrumenti Census pecunia numerata non fuit
Summario dictorum sororum *numero* 4.

Nec releuat asserta nullitas deducta ex quo dum man-
datum relaxatum est pro tota summa contra hæredes
Catherinæ, & Margheritæ, quæ non tenetur nisi pro
5 duabus ex quinque partibus; euidens sit excessus, † à
quo resultat nullitas in totum Rota *in Romana Spolii*
21. *Febr.* 1600. *coram Iusto Impress. penes* Salust. Tiber.
in prax. lib. 3. *post capit.* 17. *fol.* 361. Beltram. ad Greg.
decis. 198. *liter. A* quoniam cum mendatum adhuc non
sit exequutum licet in relaxatione esset excessiuum, ve-
niret tamen reformandum, & sustinendum pro sum-
6 ma debita, † ad euitandos circuitus, & expensas liti-
gantium, dum interim fuisset nouiter relaxandum iu-
xta praxim deductam à Ridolph. *part. prima cap.* 6.
numero 22. *&* 23. Salust. Tiber. *lib primo cap.* 37. *numero*
4. alias per Rotam approbatam coram Duran. *decis.* 388.
numero 4. *& coram* Buratt *decis.* 91. *numero* 6. sed cum
sententia, quæ continet relaxationem mandati non ex-
primat quantitatem exequendam contra ipsas duas Soro-
res citatas, sed tantummodo decernat mandatum pro
fructibus Census decursis, & non solutis indefinite, † in- 7
telligitur pro summa debita ad sustinendum actum
ex regula, quod excessus vt nullitatem inducat, † de- 8
bet esse expressus in decreto Salust. Tiber. *in Prax. lib.* 3.
post capit. 17. *fol.* 361. Gregor. *decis.* 198. *numero primo &
decis.* 485. *numero* 4. Duran. *decis.* 36. *numero* 4. *& dicta
decis.* 388. *numero* 3.

Minus releuat altera deducta nullitas sententiæ A. C.
quia non fuerunt citatæ aliæ tres sorores scilicet Iulia,
Camilla, & Elisabetta, de quarum interesse agitur vti
cohæredes debitoris † nam DD. visum fuit adhuc senten- 9
tiam sustineri contra ipsas duas conuentas, eo moti,
quia sufficit fuisse ipsasmet citatas, cum respectu alia-
rum si quæ nullitas adesset, possit tantum ab illis oppo-
ni, † his enim non interest, & sic non competit exce- 10
ptio de iure tertij Rota *decis.* 402. *numero* 11. *part.* 14. *re-
cent. & coram* Zarate *decis.* 35. *numero* 30. sufficit enim
quod constet de citatione quoad reas conuentas † ad hoc, 11
vt quoad eas iudicium sustineatur Ridolfin. *in Prax.
part. prima capit.* 15. *numero* 152. Adden. ad Buratt. *decis.*
371. *liter. C.* & in magis præcisis terminis fuit alias firma-
tum per Rotam in *Romana Donationis* 3. *Decembris* 1674.
*§. Neque obstat, & §. Quia placuit coram Reuerendissimo
Domino Albergato Decano.*

Tertia exceptio nullitatis ex defectu iurisdictionis ob
non transportationem actorum tollitur pariter ex facto
dum Notarius causæ fidem fecit extractum productum
esse omnium, & singulorum actorum † cui de stylo sta- 12
tur, donec de contrario doceatur Scacc. *de appellat. quæst.*
20. *articulo primo numero* 15. *&* 16. *&* Rota *in Salamentin.
Canonicat.* 24. *Maii* 1625. *coram* Blanchett. Impress. apud
Sessam *in tract. de inhibit. cap* 8. § 3. *sub numero* 174.

Neque dici potest extinctus Census per assignationem
factam duorum corporum bonorum in illius satisfactio-
nem, quoniam assignatio non fuit facta Stefanuccio cre-
ditori, sed Elisabettæ vxori, & cohæredi dictorum so-
rorum, cum obligatione extinquendi Censum; Et vlte-
rius dum ad instantiam Catherinæ, & Margheritæ fuit
resoluta assignatio, eiusdemque nullitas per iudicem de-
clarata, & ipsa Catherina, & Margherita ad possessio-
nem ipsorum bonorum assignatorum reintegratæ, Cen-
sus pro earum rata in vna parte resolutus, † dicatur in 13
totum resolutus Rota *decis.* 709. *numero* 3 *parte prima
diuers. & penes* Cenc. de Cens. *decis.* 293. *numero pri-
mo &* 10.

Et insubsistens visa est prætensio, quod saltem fructus
bonorum assignatorum perceptorum antequam Catheri-
næ, & Margheritæ fuissent à iudice reintegratæ attenta
nullitate assignationis, essent imputandi in extinctio-
nem capitalia Census, quia quando etiam assignatio fa-
cta fuisset non vxori cohæredi, sed ipsi Stefanuccio credi-
tori adhuc cessaret prætensa imputatio, ex quo ipse fru-
ctus decursos ante motam litem iudice percepisset, suos-
que recte fecisset † tanquam possessor bonæ fidei, nam 14
tunc contractus habuit implicitum statum validitatis Ro- 15
ta *decis.* 206. *numero* 7. *& decis.* 192. *num. primo post* Cenc.
de Cens. decursi vero post motam cum reuiuisceret Cen-
sus, essent computandi cum fructibus eiusdem Census,
qui cum sint ad rationem sex pro centenario excedunt in
fructu redditum solitum prestari à stabilibus, † qui non 16
præsumitur excedere vltra quinque, vt semper ex *gloss. in
auth. perpetua C. de Sac. Ecc.* tenuit Rota maxime quod
non iustificatur præcisus valor ipsorum bonorum, prout
esset omnino necessarium ad arguendum ex eo potuisse
percipi fructus maiores, quam essent debiti pro Censu,
& in omnem casum exceptio redditur tam turbida, † vt 17
non possit illiquiditatem alterius crediti Camerali obli-
gatione muniti causare, illiusque exequutionem impedi-
re, vt ad propositum consideratum fuit *in Romana Suc-
cessionis* 15. *Febr.* 1675. *coram R. P. D. meo Emerix §. finali.*

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

R.P.D.

R. P. D. VBAGO.

Romana Hæreditatis de Lanouijs.

Lunæ 2. Decembr. 1675.

ARGVMENTVM.

Post admissionem ad causam obtentam cum clausula, *dicto de interesse*, fuerat inter primos litigantes transactum, vnde prætendebatur non posse amplius de eodem interesse doceri, quia transactio litis finem imponit; Contrarium verò deciditur, cum semel ad causam admissus possit quandocumque suum interesse probare, & probatio retrotrahitur ad diem decreti, non obstante ass. transactione, quæ illi præiudicium inferre non potuit.

SVMMARIVM.

1 *Interesse collitigantis ad effectum admissionis ad causam sufficit, quod non controuertatur à parte*

2 *de Interesse admissionis ad causam potest quandocumque doceri illiusque probatio retrotrahitur ad diem decreti, & num. 7.*

3 *Lis dicitur incepta, & iurisdictio radicata à die obtenti decreti admissionis ad causam, & ab eadem die dicitur pendere.*

4 *Transactio inducit rem iudicatam inter transigentes tantum, non autem contra tertium non comprehensum in ea.*

5 *Transactio non præiudicat tertio, & maximè illi, qui iura sua deduxit antequam eadem transactio facta esset.*

6 *Sententia etiam iudicatum transacta non præiudicat non citato.*

7 *Tempus ad docendum de interesse ad effectum admissionis ad causam si neque à iudice, neque à iure sit præfixum potest de illo semper, & quandocumque doceri.*

8 *Iurisdictio Rotæ à Signatura concessa nec per sententiam in iudicatum transactam, nec per transactionem expirat, & quando.*

9 *Signaturæ potestas denegari non debet, eamque numquam Sacræ Rotæ denegauit.*

DECISIO DCII.

DECESSIT R.P.D. Lanouius superstitibus duabus suis Sororibus Placita, & Scholastica Monialibus in Monasterio Sanctæ Annæ Vrbis, à quibus vti hæredibus ab intestato possessio bonorum hereditariorum capta fuit, sed Bernardus coniunctus ipsi defuncto in quinto Cognationis gradu, prætendens ipsas Moniales, & Monasterium exclusas à successione ob amplissimam renunciationem, tamquam proximior petijt immitti ad possessionem eorundem bonorum, & in prima instantia extra Rotam fauorabilem sententiam reportauit, & deuoluta causa appellationis ex parte dictarum Monialium ad Rotam coram R. P. D. meo Taia, institit ad eam pariter admitti. Theodonarius vti proximius, & coniunctus defuncto in eodem gradu, & post hæc Bernardus, & Moniales Sanctæ Annæ simul concordarunt, diuidentes inter se hæreditatem æqualiter cum pacto contribuendi dicto Theodonario si postmodum vinceret, prout euenit dum à dicto R. P. D. meo Taia sententiam super immissione pro dimidio contra ipsas Moniales, & Bernardum obtinuit, à qua ambo appellarunt, & causa fuit commissa Reuerendissimo D. meo Matthæio, & in hoc statu partes denuo concordarunt diuidentes Hæreditatem in tres partes cum eodem pacto contribuendi si alius concurrerit.

Interim pendente causa coram R. P. D. meo Taia post admissionem Theodonarij, eadem gradu retinens quoque Donna Prudentia Monialis in Monasterio Sanctæ Scholasticæ Reatis, in sæculo Octauia de Sanctis; Moniales dicti Monasterij ex illius persona commissionem pariter pro earum admissione ad causam impetrarunt cum solita clausula, *docto de interesse*, super qua partibus citatis ad dicendum contra, & iuxta illius formam videndum mandari procedi, sub die 26. Ianuarij 1665. emanauit decretum admitti, vt petitur Summario Monialium Sanctæ Scholasticæ num. 2.

Nuper vero exhibitis pro parte ipsarum Monialium Sanctæ Scholasticæ iustificationibus æqualis proximitatis dictæ Donnæ Prudentiæ, cæperunt instare coram R. P. D. meo Matthæio, ad quem causa, vt supra deuoluta fuit pro earum admissione ad causam, quo circa contigit dubitari coram me in illius locum ad munus Præfecti Palatij Apostolici assumpti subrogato: An constet de interesse, ita vt Monasterium sit admittendum ad causam, & DD. resoluerunt pro affirmatiua, declarantes admissionem in statu, & terminis, in quibus reperiebatur tempore dicti decreti.

Quo enim ad interesse, vltra quod non fuit à parte controuersum, quod sufficere posset ad *text. in cap. fin. in* 1 *fin. vt lite pendente in 6.* visum est clarum, cum Donna Prudentia sit neptis Octauiæ Lanouiæ neptis Alexandri Senioris de Sanctis ex Fabio filio, vt habetur ex depositione testium, fide baptismatis, necnon ex instrumentis dotis, & alimentorum ab Alexandro Iuniore de Sanctis fratre germano præstitorum *Summ. num. 4. vsque ad* 10.

Quod autem nepotes ex filijs Octauiæ prædictæ possint habere ius, ac interesse in lite super prædicta Hæreditate, satis patet ex decisione R. P. D. mei Taiæ 3. Iulij 1662 in qua firmatur, quod Theodonarius erat admittendus ad hanc causam pendentem inter moniales Sanctæ Annæ, & Bernardum prædictum tamquam nepotem eiusdem Octauiæ ex Camilla filia, & sic in pari gradu, in quo adest Donna Prudentia; Stante igitur interesse in reliquis, quod Monasterium admitti debeat ad causam in statu, & terminis, in quibus illa reperiebatur tempore decreti, idem resultat quia cum iam in eodem decreto admissio facta fuerit iuxta formam commissionis cum clausula *docto de interesse*, † quandocumque de ipso doceatur, purificatur 2 conditio, & ipsa admissio ad diem decreti retrotrahitur *l. si quis postea, ff. de Iud.* Roman. *cons.* 412. *numer.* 4. Marchel. *de commiss. par. 2. fol.* 216. *num.* 65. Rot. *decis.* 71. *num 3. lib. 2. part. 3. diuers.* lis enim iam ab eo tempore fuit per Monasterium Sanctæ Scholasticæ incepta, & iurisdictio radicata, & perpetuata, ita vt ab ea die pendeat Rota *in Romana Attentatorum coram Sacrato penes dictum* 3 *Marches par. 2. fol. 179. & par. 1. fol. 1247. n. 5.*

Non obstat obiectum, quod res amplius non sit integra imo quod de præsenti nulla adsit lis, dum omnes terminatæ fuerunt per transactionem, & sic prætendatur, non esse locum admissioni, nisi in statu iam terminato, eo quia transactio habeat vim rei iudicatæ. Quoniam transactio inducit rem iudicatam inter ipsosmet transigentes, seù habentes causam ab eis, † non autem inter illos non 4 comprehensos in transactione *l. de re filiorum, ff. de transact.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. cent.* 3 *cap.* 209. *in fin.* Seraphin. *decis.* 230 *nu.* 4. Et non potest præiudicare tertio, † & 5 maximè illi, qui iam prætensionem suam coram Iudice causæ deduxit ante ipsam transactionem partibus citatis ad exclusionem collitigantium præuia commissione admissionis ad causam, Gaill. *obseru.* 70. *num.* 9 *lib.* 1. Carleual. *de Iud. tom 2. lib. 1. tit. rei d. sp. 3. n. 1.* Rot. *dec.* 10. *num* 1. *vt lite pendente in nouis.*

Nec releuat, quod antequam Monasterium Sanctæ Scholasticæ iura sua produxerit, non solum intercesserit transactio, sed etiam sententia in iudicatum transacta, quia cum ipsum Monasterium non fuerit ad ipsam citatum, † nec potuit ab ea vllum sentire præiudicium, *l. de* 6 *vnoquoque, ff. de re iudic. leg. nam ita Diuus, ff. de adopt.* Grauat. ad Vestr. *lib 3. cap.* 23. *num.* 7. Carleual. *decis.* 13. *num.* 1. & 2. Greg *decis.* 416. *num* 1. & 2. Rot. *decis.* 3 ta *n.* 4. *rec.* tantò magis cum nullum sibi neque à iure, neque à Iudice præfixum reperiatur tempus, † infra quod debeat 7 de suo interesse docere Menoch. *de arbitrar. lib. 2. cas.* 18. *n.* 17 & *seqq. num* 23. Ridolphin. *in praxi p. 1. cap.* 3. *n.* 91.

Præterea visum fuit tolli pariter difficultatē, ex eo quod prætendentibus partibus, quæ transegerunt, impedite prosequutionem causæ ex parte Monialium Sanctæ Scholasticæ in Rot. habito recursu ad signaturam, ab ista causaliter remissa fuit ad eandem Rotam, non per nouam commissio-

missionem, sed in vim prædictæ , vt in Summario addi-
8 tionali dato in calce responsionis; † vnde non potest præ-
tendi, quod iurisdictio attributa per dictam sententiam,
aut per dictam transactionem expirauerit , & quod non
sit locus vlterioris causæ cognitioni : nam hoc esset con-
9 trouertere potestatem Signaturæ , † quod Rota non-
quam facit, vt ex *decis.36.num 8.part.4 diuers.* Seraphin.
decis.857.n.12. Duran. *decis.* 132. *n*.8.

Et ita , vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. EMERIX.

Romana Testamenti.

Lunæ 2. Decembr. 1675.

ARGVMENTVM.

Rursus pro nullitate testamenti deciditur Testatore simpliciter respondente per verbum *sic Signor si* , non quia sic nequeant testamenta rogari , sed solum quia præordinatio voluntatis , in hoc casu omnino necessaria probata non erat ; eo magis quia de subordinatione dubitari poterat , ex præcedenti declaratione defuncti , nolle conficere testamentum , cui non obstabat illum pariter declarasse eundem hæredem instituere , velle , quoties , vt hic , agitur de nullitate procedente ex defectu voluntatis non autem solius solemnitatis.

SVMMARIVM.

1 *Præordinatio testamenti est omnino necessaria in Testatore simpliciter respondente per verbum* , sic : *seu vt dicitur* si Signore.

2 *Voluntas testatoris simpliciter respondentis per verbum* sic, *non dicitur deliberata voluntas*.

3 *Doctores intelligendi sunt secundum doctrinas , quas allegant*.

4 *Testator si à principio respondit notario interroganti per verbum* oh , *licet postea dixerit* , si Signore , *non ideo deliberatam dicitur dedisse responsum*.

5 *Testamentum non sustinetur , si testator simpliciter respondit per verbum* sic *dum notarius non fuit vocatus de illius mandato , nec abest timor importunæ suggestionis*.

6 *Testamentum , in quo testator simpliciter respondit per verbum* sic *substinetur solum , si notarius instructus de eius voluntate , secundum eam faciat interrogationem , alias dicitur suspectam , & suggestiuum*.

7 *Testamentum à graui morbo laborante confectum ad interrogationem consanguinei hæredis , etiam religiosi non sustinetur*.

8 *Testamentum conditum eadem die, qua testatori fuit prænunciata mors , potius ex turbato animo cogitantis illius , quam deliberatè confectum præsumitur*.

9 *Morientes non animaduertentes quid agant de facilè interrogantibus annuunt*.

10 *Testamentum nullum ex defectu voluntatis, non substinetur ex præcedenti voluntate testatoris instituendi eundem hæredem*.

11 *Præordinatio testamenti vbi est necessaria, fieri debet à Testatore cum notario, vel alio per eum electo, & parum ante illius stipulationem , non autem à personis suspectis*.

12 *Voluntas testatoris excluditur , si ille penes plures personas declarauit nolle condere testamentum*.

13 *Præordinatio testamenti debet esse clara , & concludenter probata* .

14 *Præordinationis testamenti scriptura probari debet de voluntate testatoris conscriptæ*.

15 *Testamentum rogatum à non notario , non substinetur , quacumque contraria consuetudine probata , quæ non attenditur , & num.* 19.

16 *Notarius aliud est quod careat notariatu , aliud verò quod in eo deficiat qualitas descriptionis in archiuio, noui examinis , vel ætas , aut huiusmodi*.

17 *Notario vero ideo creditur quia in sui creatione de fidelitate iurauit , & ita etiam instrumenta ab eo rogata substinentur , quamuis in eo deficiat qualitas accidentalis*.

18 *Prætor publicè constitutus , etiamsi prætor fieri non potuisset , legitimus prætor est , & acta per eum facta semper attenduntur*.

20 *Notarii Romani , & olimetiam Constantinopolitani possunt per alios instrumenta rogare , & conficere*.

DECISIO DCIII.

ROTA stetit in resolutione sub die 23. * Ianuarij proxi-
mi præteriti ex vtroque fundamento latiùs com-
probato in decisione tunc emanata : Quod enim præordi-
natio sit necessaria ad sustinendum Testamentum confe-
ctum à Testatore graui morbo oppresso ad importunam
alterius interrogationem per solam responsionem per ver-
bum *sic* , seu *si Signore* , † est magis communis , & tutior 1
opinio, per quam occurritur malitijs, & fraudibus homi-
num inhiantium aliorum hæreditatibus, recepta per Ca-
stren. & Iason. *in l. iubemus C. de testament.* à grauissimis
Auctoribus, præcipuè Couar. *in cap. cum tibi 13. vers. est te-
stam intelligen. de testamen.* Clar. *in §. testamen. qu. 37. num.
7. vers. sed si quis in ius* , alijsque relatis in præcedentibus
*decisionibus 13. Iunii 1674 §. constat enim , & in postrema §.
quoniam coram me*, & vltrà eos comprobant Laderch. *cons.
39. per tot.* Crauett. *cons. 11. pariter per tot.* Becc. *cons. 86.
num 33. &* Rot. *decis. 239 num. 7. & decis. 333 par. 14 rec.*
& Doctores longa serie in contrarium allegati, ferè omnes
loquuntur , vel quando nullo modo dubitatur de volun-
tate, Testatoris , vel quando iste alia verba protulit , &
abest omnis suspicio fraudis , & importunæ suggestionis:
Et pauci in alijs terminis loquentes, non sunt attenden-
di, quia eorum dictum nulla sufficienti nituntur ratione,
& absque præcedenti præordinatione † voluntas Testa- 2
toris non est , vt debet , deliberata *ad text in l. hac consul-
tissima , §. at cum humana fragilitas C. qui testam. fac. poss.
allegatum per gloss. in dict. leg. iubemus* , in qua
cum se fundent contrarium tenentes, † etiam hoc modo , 3
iuxtà illius verum sensum sunt intelligendi, vt in his ter-
minis, recedendo ab alia sententia, quam prius amplexus
fuerat, benè more solito explicauit Fachin. *controu. iur.
lib.10.cap.17. vers. & mihi verissima*, Mart. *de success. legal.
par. 4 qu.1. art.3 num 12. & seqq.* Corn. *cons. 319. num. 2.
vers. & glos. illa lib. 1.* Cyriac. *controu. 549. num. 73. & seq.*
qui omnes referunt innumeros Concordantes, & testan-
tur de communiori , magis tuta , & æqua sententia.

Quod autem Testamentum , de quo agitur confectum
fuerit absque præordinatione , liquet ex facti serie in præ-
cedentibus decisionibus exposita , ex qua apparet , quod
Vincentius Anastasius , qui tamquam Notarius volun-
tatem Testatricis excepit , vocatus fuit , non de manda-
to Testatricis, sed Patris Federici germani fratris hæredis
scripti , à quo etiam accepit folium , proprio eius chara-
ctere conscriptum , in quo asseruit contineri Testamen-
tum D. Domitillæ Testatricis , cuius cubile , cum ambo
deinde vna cũ Testib. ingressi fuissent, idem statim incepit
legere Testamentum , & vbi peruenit ad institutionem
hæredis , interrogauit pluries dictam Testatricem graui
morbo oppressam , & , vt deponit vnus ex Physicis, cum
continua somnolentia, an institueret hæredem Reueren-
dissimum tunc Patriarcham Alexandrinum , cui ipsa
aliud responsum non dedit , quam per verbum , *oh* , seu ,
vt alij Testes deponunt , per verbum , *oh* , donec interro-
gata à prædicto Patre Federico , iterumque à Vincentio
Anastasio, respondit , *si Signore*. † Ex pluribus enim istis 4
interrogationibus factis etiam à fratre germano hæredis
Testatrici , vt supra graui morbo oppressæ, benè arguitur
ipsam tale responsum dedisse potius ad se ab illis liberan-
dum, quam ex præcedenti deliberato animo sic testandi,
† & propterea dum Notarius non fuit vocatus de manda- 5
to Testatricis, nec abest timor importunæ suggestionis,
Testamentum non valet , vt latè Mart. *de success. legal d.
part. 4.q.1 a. 3. n.19* aditis antecedentibus, in quibus res-
pondit contrarium tenentibus, & cumulat concordantes,
& vltrà alios plenè adductos in prædictis alijs huius

Causæ

Causæ decisionibus latè Caldas. *cons.24.num. 10. & seqq.*
vbi benè perpendit, quod ideò sustinetur testamentum ad
suggestiuam interrogationem Notarij, per simplicem res-
6 ponsionem per verbum *sic* † quia Notarius instructus de
eius voluntate, secundum eam facit interrogationem,
alias suspecta, & suggesta dicitur, & quod non valeat te-
stamentum confectum à Testatore graui morbo laboran-
7 te † ad interrogationem consanguinei hæredis etiam Re-
ligiosi, Menoch. *cons.45.num.19.* vbi ad id adducit concor-
dan. & Paltell. *exped.ciuil.14.num.97.& seqq.* Cyriac. *con-
troa. 549 num. 74 & 76.*

Et fortius, dum duo ex quinque Testibus Testatricem
testamentarijs tantum examinatis, deponunt verè
nullum alium responsum dedisse Vincentio Anasta-
sio interroganti, quam per significabile verbum *oh*, & vl-
terius testamentum fuit confectum eodem die, quo à di-
cto Patre Federico, & alijs ipsi denunciata fuit mors pro-
8 xima, † præsenti Summario Monialium *num.7.* cuius co-
gitatione turbata, non animaduertendo quid ageret, de
9 facili innuit interroganti, † sicut vt plurimum solent om-
nes in tali statu constituti, Soccin. Iun. *cons. 183. num. 27.
& seqq. lib.2.* Corn. *73. num. 5. vers. & in hac opinione, &
cons. 319. num 2.lib.1.* Paris. *cons. 67. num.11. lib. 3.* Cephal.
cons.276. n.41. lib.2. Mant. *de coniectur lib.2.tit.7. nu.4.in fin.*

Nec pro requisita præordinatione deseruire valet di-
ctum folium, voluntas, pluries vt prætenditur à Testa-
trice declarata, instituendi eundem hæredem, quia folium
non probatur conscriptum ex præcedenti mandato Te-
statricis, ex dicto eiusdem Patris, ad id minus idonei, ex
vulgatis, neque ex alijs testibus ad inuicem contrarijs, &
10 legatarijs, † dum agitur de testamento nullo ex de-
fectu voluntatis, non solemnitatis, vt latè pondera-
tum fuit *in prima decisione 13. Iunii 1674. §. nec etiam, &
seqq. coram me.*

Voluntas verò huiusmodi longè ante testamentum, di-
uersis temporibus indicata, de qua deponunt alij testes ab
hærede inducti, potius per coniecturas, quam per veras
probationes, ad istum effectum non sufficeret, quia ex il-
la tantum desumi posset benigna quædam erga personam
eiusdem hæredis inclinatio, non etiam præordinatio te-
stamenti, quæ fieri debet à Testatore, cum Notario,
11 vel alio per eum electo, seu de eius mandato vocato, † &
parum antequam stipuletur testamentum, non autem à
personis suspectis, vt probant Couar. *in dicto cap.cum tibi
sub num 4.de testam.* Cyriac. *controu. 549.num.73.& 74.cum
seqq* alijque relati *in decis. huius causæ 13.Iunii 1674. § ne-
que etiam coram me.*

Eoque minus, quia eadem Testatrix in eadem infirmi-
tate, per duos dies ante requisita à Parocho pro confe-
ctione testamenti respondit: *Che la robba hà il suo corso, e
volerla lasciare à chi và*, vt constat ex depositione eiusdem
Parochi vocantis in contestem Hiacynthum examina-
tum ad instantiam hæredis, qui idem affirmat *Summar. co-
ram R. P. D. Taia 18. Martii 1672. num. 5.* Et quia sæpè di-
ctus Pater Federicus eadem dies confectionis huius testa-
menti, dixit eandem Testatricem ita perseuerare in tali
voluntate, *che non occorreua pensar più di rimouerla*, vt ex
12 mox citato Summario num.6. † ex quibus colligitur ani-
mus decedendi ab intestato, & recessus à priori voluntate
si quam habuerat, & per consequens excludit omnis præ-
13 ordinatio, † quæ tamen deberet esse clara, & concluden-
ter probata, Castr. *in d.l hac consultissima §. at cum humana
fragilitas, num.* 1. ibi, & aduerte, quod oportet constare,
14 quod illam scripturam † fecerit de voluntate Testatoris,
& in fortioribus consuluit Cæphal. *cons. 526. numer.* 20.&
alij relati *in decisione 23 Ianuarii proximi præteriti §. nec ad
proban. coram me.*

Defectus verò Notariatus in Vincentio Anastasio, qui
testamentum sub nomine Philippi Saraceni rogauit, ite-
rum iudicatus fuit omnino insanabilis, per allegatam
15 contrariam consuetudinem, † quæ nullo modo habilitare
potest priuatum ad explendum ea, quæ requirunt quali-
16 tatem personæ publicæ, quidquid sit, † quando in eo de-
ficit simplex qualitas descriptionis in Archiuio, seu noui
examinis, vel ætas requisita à iure, in quibus terminis
loquuntur DD. & decisiones in contrarium allegati, sci-
licet Cancer. *variar. resolut cap.4. sub num.123. vers. quibus
adstipulatur lib.1.* Mohed. *decis.2.& 3.de testam.* Pen. *decis.
1491. num. 1. & seqq. &* Rot. *in Romana testamenti 10. De-
cembris 1670. §. minorem difficultatem coram Reuerendiss. D.
meo Decano.* Tunc enim, quia concurrit titulus, & verè
præpositus fuit tali officio, illudque in creatione iurauit
fideliter exercere, illi creditur, † & instrumenta per eum 17
rogata sustinentur ratione publicę vtilitatis, licet deficiat
qualitas accidentalis, per ea, quæ tradidit Speculator *par.
2.tit.de instrum.edit.§ restat.8.num.32.* Bart. *in l.1.C.de pon-
derator. lib.10.* & communiter Scribentes *ad legem tertiam
ff. de off. prætor.* vbi sustinentur gesta in Prætura per Bar-
barium Philippum seruum fugitiuum, † quia ipse verè 18
Prætor constitutus fuerat à Popolo Romano, qui poterat
hanc ei facultatem decernere, & etiam liberum efficere,
si seruum scisset, vt loquit eadem lex, † quæ proinde ni- 19
hil facit ad sustinendum hoc testamentum rogatum à pri-
uato, à nemine creato Notario, & huic officio sese im-
miscenti contra reiteratas Principum Constitutiones, ad
reprimendum huiusmodi abusum, de tempore in tempus
renouatas, ex latè deductis in vltima *decisione huius cau-
sæ sub die 23. Ianuarii proximi præteriti §. respectu secundi
verò cum seqq.* prout nec etiam suffragatur *text. in auth.de
tabellion.* à quo conceditur Notarijs Romæ, & Constan-
tinopolis facultas rogandi instrumenta per alium, † quia 20
vt declarat ibidem *glos. in verb. vnum*, hoc intelligitur per
alium Tabellionem, non autem per alium huiusmodi
qualitate carentem.

Et ita post secundam causæ propositionem iterum re-
solutum fuit, vtraqua parte informante.

Supra in hoc eodem tomo 2. adest altera præsentis causæ decisio, quæ est in ordine 418. infra verò sub die 15. Iunij 1676. coram R. P. D. Rondinino apponetur alia, quæ in eadem causa emanauit.

R. P. D. CALATAIV.

Meleuitana Euictionis.

Lunæ 2. Decemb. 1675.

ARGVMENTVM.

Controuersia erat super euictione in legato præstanda, vel ne, quæ sub distinctione legati onerosi; & gratuiti iam fuorat præcedenter decisa; Cumque apparuisset hodie legatum amplius non deberi, tamquam factum correspectiuè ad accollationem, quæ sublata quæcumque actio cessauerat, ideò quia & ipsum cessauit legatum, superuacaneum visum est vlterius de euictione tractare.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio bonorum Ecclesiæ est etiam vsque à principio nulla si sine beneplacito Apostolico facta sit.*
2 *Accollatio ab emptore facta, vti correspectiua emptioni, eatenus durat, quatenus bona empta penes emptorem remaneant, & n.6.*
3 *Correspectiua dicuntur, quorum vnum factum est contemplatione alterius, quo cessante, cessat, & alterum.*
4 *Pater si in tantum filio legauit, in quantum se credidit debitorem filii, cessante debito, cessat legatum.*
5 *Euictio in legato non debetur, cessante causa legati.*
6 *Venditione resoluta, resoluta quoque remanet illius accollatio, & num.2.*
7 *Iura primæua exerceri non possunt, si debitum per dationem in solutum fuit extinctum, lim. vt n.9.*
8 *Legatum per errorem factum, non debetur, errore detecto.*
9 *Actio reuiuiscit, stante nullitate contractus, sed vide supra num. 7.*
10 *pro Legato, quando, & quatenus competat euictio.*
11 *Actio ex empto nunquam intentatur pro legato, quamuis oneroso.*

DECISIO DCIV.

PER tres sententias declaratum fuerat, illos de Habela teneri ad euictionem medietatis Prædij Tadilimara,

mara, alias legati à Petro Busutill. Iulio eius filio; Cum-
que in gradu appellationis fuisset coram me dubitatum
vsque sub die 24. Aprilis 1671. Ao constaret de tribus con-
formibus; Et affirmatiuè resolutum : Hodie Causa re-
proposita, & ab omoibus Dominis visa, agnosceotes ij-
dem ioiustitiam sententiarum, recesserunt à decisis.

Ex facto enim altius per Informantem pro Habela re-
assumpro compertum fuit, quod Petrua donauit Iulio
Censum vnciarum 400. in sortu ab ipso acquisitum, & im-
positum super Prædio, de quo agitur, Summario eorun-
dem de Habela nu. 1. Postmodum verò occasione emprio-
nis dicti Prædij, idem Petrus accollauit io se Censum do-
natum in partem pretij, Summario num. 3. & sic euasit
debitor filij, cui pro satisfactione dicti Census expresse
legauit medietatem huius Prædij, Summario num. 4. Ve-
rum quia Patre Sancti Augustini impugnantes venditio-
nem ab ipsis factam Petro, fuisse vsque à principio nullam
1 ob defectum Beneplaciti Apostolici, † vti contra formam
celebr. *Extrauag. ambitiosæ, de reb. Eccles. non alienan.*
auocaruot Prædium à Iulio legatario, vtique ea tunc ces-
2 sauit accolatio, † quæ emptioni fuerat correspectiua, &
eatenus durat, quatenus bona vendita penès Accollan-
tem remaneaot, Amat. *resol.* 21. *num.* 5 Giurb. *obser.* 17 *n.*
18, Rota *decis.* 428. *num.* 6. *& seqq. par.* 5. *recent. & in Fir-*
mana spolii 1. *Februarii* 1672. *§. quatum coram Reueren-*
diss. D. meo Decano.

Cessante autem accollatione, Petrus liberatus remao-
sit à debito arga Iulium donatarium, & sic etiam resolu-
tum legatum, & omnia redierunt ad suum primæuum
3 statum donationis Census, † quia omnia fuerunt corres-
pectiua, & vnum factum ea causa alteriua, ad *text. in l.*
Alumnæ §. Seia, ff. de adimend. legat. & in l. etiam §. ex cau-
sa, ff. de minor. Crauett. *cons.* 230 *num.* 2. Giurb. *d. obseru.*
57. *num.* 25. Rot. *decis.* 113. *num.* 5. 8. 12. *&* 113. *post* Zacch.
de oblig. camer. coram Coccin. *decis.* 686. *num.* 18. *& in Ro-*
mana Censuum 20. *Iunii* 1672. *§. data igitur*, confirmata 9.
Iunii 1673. *coram R. P. D. meo Vicecomite*; Ideoque iniusta
fuit condemnatio ad euictionem: Io tantum enim Petrua
4 legauit, † in quantum credidit, se debitorem filij, & Do-
minum rei legatæ vigore dictę emptionis; verum cum ista
5 causa cessauerit ea annullatione eiusdem emptionis, †
cessat etiam ipsum legatum, & consequenter non debe-
rut euictio, vt pulchre io terminis notat Batt. *in l. si domus*
74 *§. de euict. numer.* 3. *in fine, vers. quid vult dicere error.*
Castren. *num.* 7. *in quarta censu, ff. de legat.* 1. Cuman. *con-*
sil. 29. *in fine*, Alexand. *cons.* 81. *num.* 16. *vers. aut causa erat*
obligatoria lib. 6. Menoch. *præsumpt.* 118. *nu.* 16. *&* 17. *lib.* 4.
Surd. *decis.* 142. *num.* 5. *&* 6. Cyriac. *contr.* 545. *n.* 30.

Atque hinc cessaot ea, quæ obijciebantur io præterita
decisione, quod nempè pro legato tamquam oneroso, &
animo compensandi, competat euictio: nam ex recensi-
ta facti serie obiectum penitus tollitur, quia nempè reso-
6 luta venditione, † resoluta remansit accollatio Census,
& per consequeot euanuit debitum ipsius Petri, quidquid
secus dici posset, si euictus fuisset Census; tunc enim Iu-
lius donatarius regressum habere potuisset contra donan-
tem; sed cum census adhuc vigeat, & primæuæ actiones
pro eo competentes exerceri possiot contra possessores
fundi censiti, donans ad nihil tenetur.

Nec subsistit, quod census remansit extinctus eo ipso,
quod pro illius satisfactione fuit datum in solutum Præ-
7 dium controuersum, † & propterea non possit agi ex pri-
mæua actione, ad Text. *in l. si prædium, C. de euict.* Siqui-
dem aduerteruot Domini, quod hic verè nulla datio in
solutum intercessit, sed solum Perrus donans, credens
Prædium ad se spectare, & sic propter accollationem hu-
ius census, se esse illius debitorem, legauit io satisfactio-
nem hoc Prædium; Verum cum prędicta non subsisterent
non applicantur hic termini dationis in solutum, sed tan-
tum procedunt alij erroris Testatoris io legando rem,
8 quam ex causa † credebat suam, propter quod vitiatur
legatum, nec debetur euictio ex iuribus relatis.

Vltra quod cum resolutio amptionis, & accollationis
euenerit ex nullitate contractus vsque ab initio, vt supra,
vbi etiam intercessisset datio in solutum pro extinctione
9 Census, adhuc etiam non † impediret quin pristinæ actio-
nes pro Censu reuiuiscereot ex peculiari ratione, quàm
secum fert rescissio ex nullitate contractus, vt declarando
Text. *in l. si prædium*, & distinguendo inter casum à prin-
cipio validum, & alium nullum, tradunt Gabr. *cons.* 36.
num. 66. *lib.* 1. Cost. *de port. rat. cap.* 8. *cas.* 27. *numer.* 13. latè
& benè Cyriac. *controu.* 500. *num.* 17. *& seqq.* Afflict. *dec.*
375. *num.* 19. *ibique* Vrsill. *num.* 13. & dixit Rota *decis.* 279.
num. 21. *&* 22. *par.* 5. *rec.*

Et stantibus prædictis omnino extraneæ visæ sunt à
præsenti indagine exceptiones, quod pro huiusmodi lega-
to, tamquam oneroso, & assimilato à Doctoribus datio-
ni in solutum competat vera euictio, præsertim quia
actum fuit vigore dationis actione eaempto; Siquidem
non ex quo legatum assimilatur dationi in solutum, est
vera datio in solutum; ideo pro illo ad differentiam lega-
ti gratuiti, pro quo nulla debetur euictio, † competit to- 10
lummodo euictio impropria, & ficta, scilicet æstimatio
rei, habito respectu ad tempus Testamenti, non autem
damna, & interesse Bellon. Iun. *cons.* 74. *num.* 23. *& seqq.*
& ex Florian. à S. Petro in l. si domus, §. de euict. num. 3. *ff.*
legat. 1. Tondut. *resol. ciuil. par.* 2. *cap.* 197. *num.* 3. *per tot.*
alijsqua dictum fuit in binis decisionibus editis io hac cau-
sa super liquidatione coram R. P. D. meo Emerix, alte-
ra 12. Ianuarij, & altera 20. Aprilis 1674.

Non subsistente, quod actum fuerit vigore donationis
actione ex ampto, cum io libello, & sententia dictum
fuerit agi vigore testamenti, maximè qu a vigore dona-
tionis agi non poterat pro euictione Prædij, quod non fue-
rat donatum, † & actio ax empto nuoquam pro legato, 11
quamuis oneroso potest intentari Mangil. *de euict. qu.* 67.
num. 11. *&* 16. Gusman. *eodem tract. qu.* 27. *num.* 3. *cum plu-*
ribus seqq. pro ut intentata non fuit, vt in dd. *decisionibus*
coram R. P. D. meo Emerix.

Et ita vtraqua parte ioformante, resolutum fuit.

Altera præsentis causæ decisio habetur impressa supra
par. 17. decis. 106.

R. P. D. CALATAIV.

Romana, seù Ianueo. Hæreditatis.

Lunæ 2. *Decembr.* 1675.

ARGVMENTVM.

Iudicium petitionis hæreditatis, tamquam vniuersale, trahere secum restitutionem fructuum, planum est; ideoque illos sub eius mandato comprehendi decidi-tur, quamuis in sententia, & decreto expressi non sint, quod adeò procedit, vt ab earum restitutione non excludatur possessor, licèt super eadem hæreditate fuerit transactum, quæ postea rescissa, & reuocata remansit.

SVMMARIVM.

1 *Fructus comprehenduntur sub mandato relaxato pro re-stitutione rei, quamuis in illius decreto non fuerint comprehensi.*
2 *Fructus debentur iure actionis stante obligatione conuen-tuali.*
3 *Fructus debentur loco damnorum, & interesse, & quando.*
4 *Fructus in iudicio vniuersali petitionis hæreditatis, peti possunt etiam post sententiam, amplia, vt num. seqq.*
5 *Iudex si non condemnauit reum ad restitutionem fru-ctuum, non idea dicitur absoluisse.*
6 *Possessor per litem inducitur in mala fide, & inde tene-tur ad restitutionem fructuum.*
7 *Possessor durante transactione dicitur in bona fide.*
8 *Transactio nulla, vel etiam læsiua per sententiam declarata, non inducit malam fidem, & num. seqq.*
9 *Transactio facta super iure claro, non substine-tur.*
10 *Fructus ex natura rei veniunt restituendi, si titulus re-ducatur ad non titulum.*

11 *Læsio*

11 *Læsio enormissima facit præsumere dolum.*
12 *Possessor per dolum non excusatur à mala fide, & proinde nec minus à restitutione fructuum.*
13 *Fructus præsumuntur à possessore percepti, & ideo sine alia probatione ipse illos restituere tenetur.*

DECISIO DCV.

DEFVNCTO ab intestato in Vrbe Dominico Ri-
uarola, & aspirantibus ad illius hæreditatem Pau-
lo Baptista fratre, & Thomassina nepte ex alio fratre
prædefuncto, confectum fuit Inuentarium, & omnia bo-
na ibidem descripta relicta fuerunt penes dictum Paulum
Baptistam, qui in forma Cameræ se obligauit illa resti-
tuere ad omne mandatum, & deinde deuentum fuit ad
transactionem, quæ tamquam nulla, & enormissimè læ-
siua, sublata fuit de medio per tres conformes, quibus Si-
gnatura rescripsit cum clausula, *parito*, & quia in senten-
tijs nulla fuit facta mentio fructuum, ideò causa mihi
commissa, dubitaui, an, & in qua summa fructus debean-
tur, & Domini illos deberi vsque ad diem possessionis
Thomassinæ, & ad rationem locorum Montium respon-
derunt.

Quod enim illi debeantur, ex eo conuincitur, quod hæ-
reditas in maiori parte consistit in locis Montium fructife-
ris, & Paulus Baptista in forma Cameræ se obligauit illa
restituere; quapropter in mandato ab A. C relaxato pro
1 restitutione rei fructiferæ, † comprehenduntur etiam fru-
ctus, licèt in decreto non expressi, vt in puncto dixit Rota
decis. 30. *post* Zacch. *de oblig. cam.* & ratio est, quia isto casu
2 debentur iure actionis † in vim obligationis Cameralis,
Pacif de salu. *inspect.* 4. *cap.* 1. *num.* 9. Hodiern. ad Surd. *de-*
3 *cis.* 69. *num.* 6. & in ea veniunt etiam † fructus loco dam-
norum, & interesse, Rota post Zacch. *vbi supra decis.*
218 *num.* 5. & *decis.* 244. *num.* 4. & *coram* Bichio *decis.* 303.
num. 2. & 3.

Præterea versamur in iudicio vniuersali petitionis hę-
4 reditatis, † in quo fructus peti possunt etiam post senten-
tias, *l. item veniunt § fructus ff. de petit. hæred.* Hartman.
Pistor. *obseru.* 102. *num.* 2. Pacif. *d. inspect.* 4. *cap.* 1. *numer.* 94.
5 quamuis in illis non adsit † condemnatio, quia cum non
fuerint petiti, Iudex non condemnando, non censetur ab-
soluisse, Hodiern. ad Surd. *decis.* 69. *numero* 2. Rota coram
Merlino *decis.* 330. *num.* 1. & *in recent. decis.* 9. *num.* 1. *part.* 7.
& *decis.* 162. *num.* 2. *part.* 13.

Isti autem debentur à die compromissi vsque ad diem
6 possessionis † Thomassinę, quia vsque tunc Paulus con-
stitutus fuit in mala fide inducta ex controuersia sibi mo-
ta à Thomassina, *l. sed & si lege §. si ante, & ibi glos. verb.
controuersiam ff. de petit. hæredit.* Rota *decis.* 3. *num.* 23. *par.*
7. & *decis.* 2. *num.* 8. *part.* 11. *recent.*

Nec à mala fide excusare potest transactio exindè sub-
7 sequuta, † qua durante possessor dicitur esse in bona fide,
vt sensit Rota *decis.* 206. *post* Cenc. de censib. quia non pro-
8 cedit quando, vt hic, † illa declarata fuit nulla ex defectu
solemnitatum Statuti Vrbis *lib.* 1. *cap.* 151. & iniusta ex
9 capite enormissimę lęsionis, † & ex eo, quod fuit transa-
ctum super iure vndique claro, vt firmat *decisio edita* 23.
Iunii 1670. *coram R. P. D. meo Vicecomite*, tali enim casu,
10 quo titulus redactus fuit ad non titulum, † fructus ex na-
tura rei veniunt restituendi vsque ab initio, *l. filio §. cum
tabulas ff. de inoffic. testam. l. quod si minor § restitutio ff. de
minor.* Roman. *consil.* 454. *num.* 6. Natta *cons.* 533. *numer.* 12.
Gratian. *discept.* 207. *num.* 3. Cyriac. *controu.* 500. *numer.* 46.
Rota *decis.* 693. *num.* 1 *part.* 1. *decis.* 1. *num.* 8. *part.* 2. *recent.* &
coram Arguelles *decis.* 113. *num.* 16. & *coram* Dunozet. Iun.
decis. 81. *num.* 3. & lęsio enormissima facit pręsumere do-
11 lum, † & per consequens non excusat possidentem à ma-
12 la fide, † & à restitutione fructuum, Faber. *in C. lib.* 4. *tit.*
30. *de rescind. vendit. definit.* 3. Fontanel. *de pact. nupt. claus.*
7. *glos.* 2. *part.* 5. *num.* 59. Rota *in Romana fructuum census* 15.
Iunii 1672. *coram R. P. D. meo Vicecomite.*

Hinc dictum fuit esse restituendos fructus ad rationem
13 locorum Montium, † quos Paulum Baptistam, & eius
heredes percepisse pręsumendum est, dum actualiter ex-
titit, & respectiuè extiterunt in possessione, *l. Iulianus §.
ex vendito ff. de act. empt.* Rota coram Durano *decis.* 307.
num. 2 cum alijs adductis *in decis.* 283. *num.* 10. & *seq. part.*
7. *recent.*

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. RONDININO.

Romana lucri Dotis.

Mercurij 11. Decembris 1675.

ARGVMENTVM.

Quamuis materiam lucri dotis præsens contineat decisio, ad effectum inspiciendi, quæ, & qualia bona pro illius constitutione consideranda sint, tractat etiam materiam transitus ad secunda vota alterius ex coniugibus, ad hoc vt portio, quæ filijs prioris matrimonij debetur ex dispositione *l. hac edictali C. de secundis nuptijs*, illis non hæreditario, sed proprio iure deferatur, itaut non teneantur ex ea filij factum patris, vel matris sic secundo nubentis seruare, nec eadem portio, prout etiam lucrum dotis possint per voluntarias alienationes diminui, quod secus esset, si illæ necessariæ fuissent.

SVMMARIVM.

1 *Bona, siue illorum pars sibi à testatore reseruata in constitutione dotis, aut alia assignatione, cadunt sub fideicommisso ab eo constituto.*
2 *Legitima, & trebellianica filijs ab omni fideicommisso debentur exemptæ, & in ipsorum liberum patrimonium transeunt.*
3 *Filia agens ad successionem maternam vig.* l. hac ædictali, *an illius hæres esse dicatur, & numero 5. cum seqq.*
4 *Hæredes mulieris teneatur præstare euictionem viro, cui bona fideicommissi in dotem constituta sint, & quando.*
6 *Filij prioris matrimonij, portionem sibi debitam vig.* l. hac ædictali *consequuntur ex dispositione legis, non tamquam hæredes matris cuius factum seruare non debent, & num. 7.*
8 *Lucrum dotis non detrahitur iure hæreditario, neque ex hæreditate, sed ex sola dispositione statuti.*
9 *Filii prioris matrimonij portionem, quam detrahunt ex bonis patris, vel matris vig.* l. hac ædictali, *quasi pro augumento ipsorum legitimæ detrahunt.*
10 *Priuigni, & Vitricus æqualiter simul considerandi sunt, & num. 13.*
11 *Filij succedentes in bonis matris vig* l. hac ædictali, *si illius factum seruare tenerentur, in sua portione magis onerarentur, quam vitricus.*
12 *Fructus dotales debentur viro ob substentationem onerum matrimonij.*
13 *Inæqualitas inter priuignos, & vitricum prohibetur à lege, omnem æqualitatem inter ipsos seruari demandante, & num. 10.*
14 *Mater non potest condonare secundo viro mobilia vel eorum alienationi consentiendo, minuere portiones à lege filijs delatas.*
15 *Lucrum dotis à statuto delatum, ab altero ex coniugibus diminui non potest.*
16 *Alienatio voluntaria sicuti nec alteri ex coniugibus in eorum lucro præiudicat, ita non nocet filijs in portionibus sibi debitis per transitum eorum parentum ad secunda vota.*
17 *Lucro dotis pro deducendo in materia* l. hac ædictali *considerantur sola bona, quæ extant tempore obitus coniugis prædefuncti, & vid. num seq.*
18 *Bona voluntariè distracta ad impediendum lucrum dotis, vel portiones debitas filijs per transitum eorum parentum ad secunda vota, habentur pro extantibus.*

DECISIO DCVI.

LVCRVM dotale iuxtà pactum inter Coniuges ini-
tum, & dispositionem Statuti Vrbis *lib.* 1. *cap.* 131.
Gaspa-

Gaspari Grisciano, siue illius hęredibus ob pręderessum
Constantiæ Zoilæ vxoris sine filijs illius matrimonij, de-
bitum esse Rota pronunciauit, Reuerendiss. Areosti A-
uenionensis Archiepiscopi tunc A.C. Locumtenentis,
decretum confirmando, præcedentibus de more decisio-
nibus 20. Februarij 1671. & 27. Iunij 1672. coram R.P.D.
meo Bourlemont.

Cum autem in grada appellationis assumpta disputa-
tione super fructibus d. lucri dotalis, illos ad rationem
scutorum quinque pro centenarin Rota statuerit in deci-
sionibus 9. Maij 1674. & prima Februarij 1675. coram
me; bona conferenda, & quorum ratio habenda esset
in deductione lucri postea determinauit in decisione 17.
Maij proximè præteriti coram me, quam renouata dis-
putatione, honc in modum DD. confirmarunt.

Quo enim ad domum à Constantia Zoila Gaspari
Grisciano tertio viro in dotem traditam, dicebant ite-
rum Domini fuisse in bonis Constantiæ, exceptis apo-
theca, & parte, quæ separatim locabatur cum man-
sione, cortiletto, & cantina contiguis, vt sont ip-
sa verba Instrumenti, Summario Mariæ Constantiæ
Capellinæ *numero* 1. quæ membra domus, Hortentia
eiusdem Constantiæ Zoilæ mater, cùm à principio il-
lam in dotem tradidit filiæ, sibi reseruauit, & quæ pro-
inde in subsequenti fideicommisso ab eadem Hortentia
1 condito veniunt, † alia parte in dotis causam liberè
distracta, ad literam Text. *in l. si ex toto fundo 8. ff. de
legat. primo.*

Et licèt scribens pro Griscianis contenderet hæc mem-
bra domus ab Hortentia matre olim sibi reseruata,
suoque fideicommisso subiecta, reputari debere tam-
quam libera ex hæreditate ipsius Constantiæ filiæ, ac
ideo in totum computanda esse in bonis Constantiæ, ad
effectum deducendi lucri dotalis, tum quia ipsa Con-
stantia successit primis hæredibus grauatis, quibus de-
2 bebantur legitima, & Trebellianica † ab omni onere
fideicommissi exemptæ, & in ipsorum liberum patri-
monium redactæ, vulgata *l. quoniam in prioribus Cod.
de inoffic. test. & l. 1.* vbi notant *Scribentes ff. ad Tre-
bell.* tùm quia cum ipsa Constantia Gaspari Grisciano
tertio viro dotem constituens, domum hanc liberam vna
cum alijs bonis in dotem traditis affirmauerit, Maria
Constantia Capellina ex Violante antecedentis matri-
monij d. Constantiæ Zoilæ filiæ ad prædictæ Constan-
tiæ Zoilæ auiæ maternæ successionem agens vigore *l. hac
3 edictali Cod. de secund. nupt.* † se gesserit pro hærede, ad
terminos Text. *in l. gerit, & in l. pro hærede ff. de ac-
quir. hæred.* ac ideò, vt in antecedenti decisione dicebatur,
ipsa veluti hæres ipsius Constantiæ auiæ maternæ
ex istius persona teneatur de euictione Gaspari viro, seù
4 Griscianis eius hæredibus, † quanti interest domum li-
beram traditam fuisse, quemadmodum promissa fuerat,
ad Text. *in l. 1. C. de iur. dot.*

Adhuc tamen non iustificabatur titulus successionis
hæredibus grauatis, ad hoc, vt occasione legitimæ,
& Trebellianicæ eis debitæ membra hæc fideicommissa-
ria domus controuersæ in Constantiam postea absque
vllo onere transierint, neque subsistit prætensio eui-
ctionis ab ipsa Maria Constantia Capellina debitæ ex
facto Constantiæ auiæ maternæ, quæ domum hanc
Grisciano viro liberam promiserat, quia non ex eo quod
egerit ad portiones debitas Violanti matri, & alteri
filiæ eiusdem Constantiæ ex antecedenti matrimonio ad
terminos Textus *in l. hac edictali Cod. de secund. nupt.*
5 dicitur hęres ipsius Constantię auię maternę, † quia fi-
lię antecedentis matrimonij, quas Maria Constantia
6 Capellina hodie repręsentat, † consequuntur tatam si-
bi debitam vti filię, non vti hęredes per modum sim-
plicia delationis bonorum, nullo exinde hęreditario ti-
tulo ad obseruationem, eorum, quę Constantia ges-
sit constituto, cum non ab illius beneficientia, sed ab
ipsa legè portiones istas habuerint, iuxta communem
sententiam Angeli, Florian. Soccin. & Alexandri,
quos sequitur Bertran. *in d. l. hac edictali num. 25. Cod. de
secund. nupt.* Bald. *cons. 161. num 5.* Surd. *cons. 196. numer.
56. & cons. 471. num. 71.* Roland. *de lucr. dot. quæst. 90* Mer-
lin. *de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 24. num. 15.* & pluribus alijs ad-
ductis firmauit Rota coram Merlin. *decis. 828. num. 7. & 8.
& coram* Reuerendiss. Royar *decis. 157. num 6.*

Illę enim deductiones, quas ius commune, vel mu-
nicipale facit ex bonis aliquorum circa ipsorum factum,
non constituunt titulum hereditarium illorum, † è 7
quorum bonis fiunt, cum non ab ipsis, sed à lege dese-
rantur, & proinde quemadmodum vir quartum dotale
iuris municipalis beneficio detrahit, non tamquam
in bonis, neque ex hęreditate vxoris, † cum iure hę- 8
reditario non deferatur, Surd. *d. cons. 91. sub numero
13. & cons. 572. num. 72.* Gratian. *discept. 820. numero 30.*
Belmont *decis. 3. num. 5.* Rota coram Dunoz. Iun. *decis.
757. num. 6. & 7. & in decis. huius causæ 20. Febr. 1671. §.
quam conclusionem in fine coram R.P.D. meo Bourlemont.*

Ita pariter filii portiones ex bonis parentum, qui ad
alias nuptias transierunt, iuris communis beneficio de-
trahunt citra vllum titulum hęreditarium, † quasi 9
exinde ipsorum legitima augeatur, per ea quę tradunt
Mart. *de success. legal. part. 2. quæst. 3. art. 12. num. 9.* Mer-
lin. *de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 24. num 12. & seqq.* Rota *re-
cent. part. 4. decis. 588. num. 3 & coram* Merlin. *d. decis.
828. num. 9.* vt inter priuignos, & vitricum ęqualitas ser-
uetur, ne iste plus consequatur, † quam ad vnumquem- 10
que illorum detractis ęre alieno, atque eorum legitima
deferatur, quod certè non esset, si priuigni tenerentur
ad factum matris erga vitricum, † & sic onerarentur in 11
sua portione magis quàm ille, contra literam Text. *in
d. l. hac edictali C. de secund. nupt. & in §. optimè, & in
§. quia vero, auth. de nupt.* Faber. *in eod. tit. de secund.
nupt. defin't. 12.* Fontanel *de pact. nupt. claus. 5. glos. 8 par.
4. num. 62.* Mangil. *de imput. quæst. 7. num. 54. & seqq.* Ho-
diern. *in d. l. hac edictali quæst. 7. num 44. & 45.* Rota co-
ram Merlin. *decis. 853. num. 3. & in decis. huius causæ 20.
Febr. 1671. § vnde deducto coram R.P.D. meo Bourlemont.*

Quo verò ad scuta 1000. in decisis pariter DD. perman-
serunt, vt nempè Grisciani hęredes Vitrici, non tenean-
tur illa conferre ad effectum lucri deducendi, quia Gas-
par Vitricus quamuis in dotem promissa, illa non re-
git, sed tantum loco illorum, vt in prędicta decisione
dicebatur, fructus dotales recepit mediante exactione
fructuum census à Melchiorriis debiti † in recompensa- 12
tionem vsurarum dotalium ob onera matrimonij, de
quibus Canonistę *in cap. salubriter de vsuris*, atque
ideo quemadmodum à Griscianis conferri non potest id,
quod nunquam traditum fuit, ita è conuerso ipsi pre-
tendere nequeunt, quod Maria Constantia Capelli-
na, priuignas repręsentans, teneatur illis bonificare por-
tionem dd. scutorum 1000. ipsos tangentem, quia vt
mox dicebatur, neque ipsa ad hoc teneatur, nullo hę-
reditario titulo Constantię auię maternę concurrente,
neque lex hoc patitur, quę inęqualitatem inter Priui-
gnos, & Vitricum † prohibet, sed ęqualis inter eos 13
istorum ratio habenda erit, iuxtà dispositionem Text. *in
d. l. hac edictali C. de secund. nupt. & in dd § optimè, & §.
quia vero, auth. de nupt.*

Verum quoad mobilia in dotem pariter à prędicta
Constantia Gaspari viro tradita videbantur bonificanda,
seù conferenda esse, quamuis durante matrimonio
cum consensu Constantię distracta fuerint, quia hęc
alienatio quatenus effectum habuerit, cum potius inef-
fectuata videatur, cum mobilia postea eadem Constan-
tia Griscianis legauerit in Codicillo, ex cuius legati cau-
sa velle ea retinere declararunt, Summario Marię
Constantię Capellinę *numero 2.* suspecta tamen pręsu-
mebatur, & veluti in fraudem supradictę *l. hac edi-
ctali* filiis non † pręiudicat, cum Constantia condo- 14
nando hęc mobilia Gaspari viro, eorumque alienatio-
ni consentiendo, non potuerit tollere, vel minuere
portiones à lege filiis delatas, † quemadmodum non 15
potest lucrum coniugi à statuto delatum, Castr. *in l. si
cum dotem num. 11. ff solut. matr* Osasch *decis. 20. numero 6.*
Thes *decis. 34* Surd. *cons 472. sub num. 71. & 72.* Fontanel.
de pact. nupt claus 4 glos. 1. part. 1. num 73 Rota *recent. par.
4. tom 2. decis. 15. num. 8.* repetita post Giouagnon. *cons. 10.
num. 2. & coram* Dunozett. Sen *decis. 162.* Merlin. *decis. 208.
& seqq.* Bich. *decis. 357 num. 27.* & distinguendo distractio-
nem voluntariam à necessaria, † vt hęc, non ita pre- 16
iudicet, Alex. *cons. 55. sub num. 1. vol. 1.* Castr. *cons. 82. per
tot. part. 1.* Barz. *decis 83. num 2. & seqq & num. 26.* Rota
coram Duran. *decis. 129. num. 18. & 19.* & latè *in decisioni-
bus huius causæ 20. Febr. 1671. & 27. Iunii 1672. coram R.
P. D. meo Bourlemont.*

Denique quoad expensas, quę iterum in hac repropo-
sitione causę Maria Constantia Capellina à se factas esse
contendebat in restauratione domus controuersę, dice-
bant

bant pariter DD. quemadmodum præterita causæ decisio innuebat, bonificandas esse suis loco, & tempore in restitutione pensionum ipsius domus à Maria, Constantia Capellina hucusque detentæ, quas ipsa Griscianis restituere debet pro portione ipsos tangeote ex persona Gasparis viri eorum Auctoris, cuius lucrum debetur; atque ideò extranea ab hoc Iudicio collationis bonorum ad effectum lucri deducendi, cum potius respiciant calculum inter partes postea ineundum, quemadmodum pariter extranea ab hoc iudicio visa sunt DD. reliqua omnia, quæ Maria Constantia Capellina deducebat aduersus Griscianos, veluti occupatores rerum extradotalium Constantiæ, quia hæc habent suum iudicium separatum, ipsique Actrici remanent suæ actiones illæsæ, nequecadunt sub præsenti dubio, restricto ad inspectionem bonorum ipsius Constantiæ ad effectum lucri deducendi,
17 † pro quo stricte considerantur bona Constantiæ, quæ
extabant tempore obitus, ad terminos Text *in d. §. quia*
vero, auth. de nupt. & ibi glos. atque in d. l. hac ædictali
verb. donata, *vbi* Cyn. *sub numero* 3. Alberic. *in princip.*
& Salic. *numero* 2. *C. de secund. nupt.* Gabr. *commun. con-*
cl. lib. 3. *conclus.* 4. *numero* 56. *illo eodem titulo*, Hodierna
in eadem l. hac ædictali quæst. 47. *per tot.* Rota post Merl.
de legit. decis. 151. *la prima numero* 19. vel quæ ob volun-
18 tariam distractionem in fraudem legis, † vel statuti ha-
bebantur pro extantibus tempore obitus, iuxta distin-
ctionem à Rota receptam, & superius comprobatam,
vt per Alex. *cons.* 55. *volum.* 1. cum concordan.

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

Confirmata fuit hæc decisio iuxta modum sub die 20. Martii 1676. coram eodem R. P. D. Roodinino, quæ infra suo loco & tempore apponetur.

R. P. D. EMERIX.

Cremonen. Iurispatronatus.

Mercurii 11. Decembris 1675.

ARGVMENTVM.

Beneficium esse Sacerdotale deciditur, & quidem actu, itaut potestas assequendi Sacerdotium infra annum non sit sufficiens; hoc autem deducitur, quia fuudator non solum Sacerdotem eligi mandauit, sed vlterius adiunxit, qui sit sufficiens ad celebrandum, quinimò illum non celebrantem beneficio priuari iussit, quæ ideò visa sunt æquipollere verbis, quod celebret per seipsum; itaut in concursu Sacerdotis, & simplicis Clerici, illi beneficium adiudicatum sit.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos in beneficio Sacerdotali semper præfertur simplici clerico, amplia vt num. seq.*

2 *Clericus etiamsi esset consanguineus fundatoris, adhuc tamen concurrere non potest cum Sacerdote ad beneficium Sacerdotale.*

3 *Beneficium Sacerdotale ad acquirendum sufficit, quod quis in ea ætate constitutus sit, vt infra annum promoueri possit ad Sacerdotium, declara vt num. seq.*

4 *Beneficium Sacerdotale actu non consequitur, qui eo tempore non est sacerdos, licet infra annum ad sacerdotium promoueri possit*

5 *Beneficium esse sacerdotale actu probatur, si qualitas sacerdotij fuit adiuncta verbo imperatiuo eligator.*

6 *Verbum eligatur, dicitur imperatiuum, & restringit qualitatem illi adiectam ad ipsum verbum.*

7 *Qualitas adiecta verbo, intelligitur secundum tempus verbi.*

8 *Pœna priuationis beneficii iniuncta sacerdoti non celebranti, habet connexam residentiam, & celebrationem missarum, sine quorum implemento beneficium retineri non potest.*

9 *Sacerdos tenetur celebrare per se ipsum, si in casu non celebrationis ipsum beneficio priuari à fundatore demandatum sit:*

10 *Præsentationibus pluribus vniformiter probatis, tales etiam intermediæ præsumuntur, & num. seq.*

11 *Extremis probatis media præsumuntur.*

12 *Beneficium non dicitur sacerdotale per solam impositionem oneris missarum, quia si non est electa industria personæ, hoc potest satisfieri per alium.*

13 *Sacerdos si quatenus non celebret amoueri debet, perinde est ac si illi demandatum fuisset, quod celebret per se ipsum.*

14 *Beneficium dicitur sacerdotale actu, si vltra obseruantiam in fundatione sit expressum, quod sacerdos non celebrans amoueri debeat.*

15 *Nomen Sacerdos propriè conuenit celebranti, quia à sacrificando deriuat.*

16 *Sacerdos ad celebrandum sufficiens, si fundator eligi mandauit, non est dubium beneficium esse verè sacerdotale.*

DECISIO DCVII.

CONCESSA per DD. Stephano noua audientia aduersus decisionem editam coram me 17. Iunij proximè præteriti, proposui dubium ad eius instantiam, An esset standum, vel recedendum à decisis, & ipso tantum ioformante ex eisdem fundamentis Rota censuit standum.

Cum enim ex verbis fundationis constet Testatorem
voluisse, quod ad beneficium per ipsum institutum eli-
gatur Sacerdos sufficiens, qui celebret duas missas in heb-
domada, † Stephanus qui de tempore præsentationis 1
erat simplex Clericus Minorum Ordinum, incapax re-
periebatur huiusmodi electionis, in concursu cum Ioan-
ne ante iam actu Sacerdote, ex Text *in cap. significa-*
tum vndecimo de Præbend. vbi DD. Lambert. *de iurepa-*
tron part. 1 *lib.* 2. *art.* 27. *quæst.* 7 *numero* 9. Rota penes Garz.
de benefic. part. 7. *cap.* 1. *numero* 113. aliique relati in postre-
ma *decis.* §. 1. *in fin. coram me*, etiamsi simplex Clericus
† esset consanguineus fundatoris, & ex fundatione esset 2
præferendus, vt respondit Rota coram Buratt. *decis.* 680.
numero 1. & aliis relatis *decis.* 403. *numero* 2. *part.* 12. *recent.*

Nec releuat replicatum obiectum, quod Stephanus
tempore dictæ præsentationis esset in tali ætate constitu-
tus, vt intrà annum promoueri posset, † quod sufficit 3
ad acquirendum beneficium Sacerdotale, per Text. *in*
cap. 2. *& cap. licet Canon. de elect. in* 6. cum concordan.
quia talis ætas ei suffragari posset, quando ex fundatio-
ne requireretur in Beneficiato Sacerdotium aptitudine,
vel prosecutione; secus verò quando requiritur in ipsius
præsentationis, † tunc enim non Sacerdoti actu resistit 4
mens fundatoris principio acquisitionis, latè Garz. *de be-*
nefic. dicta part 7. *cap.* 1. *numero* 58. *& seqq. & numero* 64.
& seqq. reiectis contrariis testatur de veriori, & distin-
guendo firmauit Rot. *decis.* 313. *numero* 5. *&* 6. *coram* Bich.
cum aliis plenè relatis *in decisionibus huius causæ prima*
Aprilis 1672. §. *verum præmissa coram R. P. D. meo Calata-*
iu, & in postrema §. *quia congrua coram me.*

Quod autem Testator in hoc casu requisierit qualita-
tem Sacerdotii in ipso actu præsentationis, constat ex
plenè deductis in dicta vltima decisione, vbi aduertitur,
† quod dum talis qualitas fuit adiecta verbo imperatiuo 5
eligatur † restringenti illam ad ipsum actum, vtique 6
pernecesse verificari † debet de tempore verbi, vt in his 7
terminis tradiderunt Doctores à me cumulati in primo
§. mox citatæ decisionis, quibus addi possunt Pirr. Cor-
rad. *in prax. benef. lib.* 2. *cap.* 10. *numero* 116. *& seqq.* res-
pondens contrariis Barbos. *de iur. Eccles. vniuers. lib.* 3. *cap.*
5. *numero* 33. vbi distinguendo Beneficium Sacerdotale
actu, & aptitudine refert pro vtroque casu resolutiones
Sac. Congregationis Concilij, & idem repetit ad Concil.
sess. 24 *cap.* 5. *num.* 9.

Et fortiùs quando idem Testator Sacerdoti electo non
attendenti ad celebrandum iniunxit pœnam priuatio-
nis tituli Beneficii, † quæ ita connectit residentiam, & 8
celebrationem Missarum cum titulo, vt Beneficium re-
tineri non possit ab illo, qui actu non celebrat, Lotter.
de re benef. lib. 3. *quæst.* 27. *num.* 31. *&* 43. Gonz. *ad reg. Can-*
cel. glos. 15 *n.* 20. *& seqq.* cum aliis in sæpè citata *decis.* §. *eo-*
que facilius coram me, & quod in vim talis pœnæ † Benefi- 9
ciatus teneatur per seipsum celebrare resoluit S. Congrega-
tio Concilii, vt testatur Fagn. *in c.* 1. *n.* 28. *de ætat. & qualit.*

At

At cessat omnis difficultas ex obseruantia subsecuta,
quæ præsumitur continua, dum à Ioanne adducuntur
plures præsentationes de Sacerdotibus actu à principio
10 fundationis vsque ad vltimam, † & exaduerso nulla
affertur simplicis Clerici, cum quo non fuerit dispensatum
11 † ex regula, quod probatis extremis, media præsumun-
tur, & ex latè congestis *in decisioa bus huius causæ*.

Non obstant auctoritates in contrarium cumulatæ,
quia *decisio* Merlini 825. omnesque alii DD. & resolu-
tiones Sact. Congregationis Concilii, & præcipuè illa
in vna Vicen. 3. Augusti proximi præteriti, & 7. curren-
tis, loquuntur, & procedunt in casibus, in quibus
magis, vel minus expressè, vel virtualiter Sacerdo-
tium requirebatur in prosecutione non actu, iuxtà *alle-
gation*. Lapi per omnes adductas, & in quibus solùm
12 Beneficiato iniunctum fuit onus † celebrationis Missa-
rum; tunc enim quia non est electa industria personæ,
sed solum demandatum opus Missarum, quod æquè ex-
pleri potest pet alium, quàm per seipsum, benè dici-
tur Beneficium non esse Sacerdotale, at quando Testa-
tor præcipit, quod Beneficiatus sit Sacerdos, qui cele-
13 bret, † & si non celebret, vult quod amoueatur, quod
æquipollet præcepto, vt celebret per sepsum, & quan-
do vlterius concurrit obseruantia continua, vt supra,
14 † verè dicendum Beneficium esse Sacerdotale actu, &
alium præsentari non posse, nisi eum, qui est consti-
tutus in ordine Sacerdotali, vt in debilioribus terminis
respondit Rota *in Nullius, seu Montis Alti iurispatro-
natus 15. Iunii 1654. coram* Dunoz. Iun. quæ est inter
eius impress. *decis. 956. numero 9. & seqq.* confirmata 24.
Nouembris 1662. *§. in quam sententiam coram R.P.D. meo
Beuilaqua*, in qua licèt aliqua vis fuerit facta in contra-
distinctione Clerici, & Sacerdotis, attamen benè appli-
catur casui præsenti, dum vltrà aliàs facti circumstantias
supra ponderatas, dictum fuit eligatur Sacerdos suffi-
ciens, qui celebret; nomen enim *Sacerdos* prolatum ab
15 homine † propriè, & secundum communem vsum lo-
quendi conuenit tantùm celebranti, quia à sacrificando
deriuat, *Canon. cleros §. Sacerdos autem distinct.* 21. Sacr.
Concil. Trident. *sess. 22. cap. 1. de Sacros. Miss. Sacrific.* ma-
16 ximè adiectis aliis verbis *sufficiens qui celebret*, † quæ cum
respiciant exercitium contradistinguunt actu Sacerdotem
ab aliis ad sacerdotium adhuc non ordinati, vt in his ter-
minis dixerunt Castill. *contr. iur. lib. 5. cap. 90. num. 44. 47.
& 49.* Pirr. Corrad. *in prax. benefic. d. lib. 2. cap. 10. num. 121.
& seqq.* Lambert. *de iurepatr. part. 1. lib. 2. art. 28. partic. 9.
num. 3.* & dixit Rota *decis. 496. num. 8. vers. est aduertendum
part. 1. recent.*

Et ita, Causa per omnes DD. iterum visa, resolutum
fuit &c.

Supra in hoc eodem tomo, & parte adest altera decisio 550.
quæ est in eadem causa.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Bononien. Theatri.

Mercurij 11. Decembris 1675.

ARGVMENTVM.

Domo ad vsum Theatri in locationem ac-
cepta reficere recusabat locator pretium
scænarum, aliorumque melioramento-
rum, quæ à conductore in ea facta sunt;
Illi tamen abrasio conceditur, qui sine
deterioratione prioris status rei locatæ fie-
ri poterat; cumque de eorum dominio
adhuc disceptatum sit, illud ad condu-
ctorem spectare deciditur tam ex testi-
bus ab eo examinatis, quàm etiam quia
ipse hæc omnia ab alio præcedenti con-
ductore comparauerat.

SVMMARIVM.

1 *Sententia transit in iudicatum, si intra biennium nihil in
causa actu sit.*

2 *Locator cum iactura conductoris locupletari non de-
bet.*

3 *Locator si pretium melioramentorum refundere nequit? æ-
quum est vt illa à conductore amoueri permittat, & quan-
do supr. num. 2 & 3.*

4 *Melioramenta, si sine læsione prioris status rei locatæ pos-
sunt amoueri, semper conductori restituenda sunt*

5 *Dominium emptoris controuerti non potest si ille à vero do-
mino emit.*

6 *Testis qui non contrariatur aliis, probationem, quæ ex illo-
rum depositionibus resultat, non infringit.*

7 *Melioramenta dicuntur scenæ, & alia in theatro con-
structa si sine illis ars scænica exerceri, & intue-
ri non potest.*

8 *Melioramenta facta à conductore in re conducta, seclusa
conuentione partium, ad ipsum spectant.*

DECISIO DCVIII.

INFORMANTE tantùm Caballina sub die 26. Iu-
nii proximè præteriti Rota respondit, sententiam
Auditoris Generalis Bononiæ ad illius fauorem latam
super pertinentia lignaminum, ex quibus Pontes,
Pegmata, cæteraque lignea ædificia publici Theatri
constructa erant, transiuisse in iudicatum ob non prose-
quutam appellationem à Camera Bononiæ, & hodie post
diù expectatum examen super remissoria eidem concessa,
causa reproposita vtraque parte audita, DD. steterunt
in decisis.

Nam iterum visa fuit patens res iudicata, ex quo post
interpositam appellationem nihil ampliùs pro parte Ca-
meræ appellantis intra biennium actum fuit; † vnde 1
sententia lapsa est in iudicatum, iuxtà *Text. in Clement.
sicut de appellat.* maximè quia eius validitas est incon-
trouertibilis, & iustitia resultat ex depositionibus Te-
stium formiter examinatorum, qui concorditer testantur
Caballinam propriis sumptibus, & propria materia Pon-
tes, & alia, de quibus agitur construi, & erigi curasse,
propterea Camera locatrix dum ad formam Iuris, &
sententiæ pretium illorum soluere negligit, æquum est,
quod sinat conductorem res suas amouere, & asportare,
† ne cum illius iactura locupletetur, præsertim quando, 2
vt hic, ex amotione † prior status rei locatæ non læditur, 3
vt præter relatos in præterita *decis.* est Text. literalis *in
l. in fundo ff. de rei vindic.* ibi: sufficiet sibi permitti tolle-
re ex his rebus, quæ possis, dum ita, nec deterior sit fun-
dus, quam si initio non foret ædificatum, censuimus ve-
rò, vt si paratus sit Dominus tantùm dare, quantùm ha-
biturus esses, his rebus ablatis fiat ei potestas, Rota *decis.
552. num primo coram Coccino*

Præterea comprobatur pertinentia huiusmodi lignami-
num ad Caballinam tam ex quatuor instrumentis loca-
tionum, in quibus iniunctum fuit conductoribus onus
construendi, & manutenendi Pontes proprijs sumpti-
bus, ac præscriptus modus, & mensura illorum, quod
apertè conuincit, & præsupponit Cameram nihil pro-
prii in illis habere, quàm ex alijs pluribus antiquis In-
strumentis super commercio eorundem lignaminum, vti
de re spectante ad conductores, illorumque hæredes ce-
lebratis iuncto potissimum Instrumento emptionis eo-
rundem, quam fecit Caballina ab hæredibus Antonii
de Vincentijs, qui antecedenter easdem res simili em-
ptionis titulo à Marco Antonio Romagnesio acquisiue-
rat, † vnde dubitari nequit de dominio Caballinæ, dum 5
illas emit à Domino, *l. ex hoc iure ff. de inst. & iur. §. vendi-
tæ instit. de rerum diuis.*

Nec turbat, quod vnus ex testibus interrogatus res-
ponderit se nolle affirmare, scænas, & pontes antiquos
esse Caballinæ, quia cum ex instrumentis publicis, ac
depositione aliorum testium abundè excludatur pertinen-
tia ad Cameram, ac probetur pertinentia, & dominium
Caballinæ non esse curandum de dicto istius testis, qui
dum expressè non contrariatur alijs, † eius depositio non 6
infringit probationem concludentem, quæ ex supradictis
plenè resultat, Rota *decis. 369. num. 8. & 9 & 372. num. 50. &
seq parte 9. recent.*

Nec aduersatur pactum locationis anni 1625. quod con-
ductor

ductor teneretur conficere, & manutenere proprijs sumptibus pontes solitos pro Antianis: *come stà di presente*, quoniam illa verba, *come stà di presente*, super quibus Informantes pro Camera insistebant, euidentiùs excludunt pertinentiam pontium, & lignaminum ad Cameram; si enim Theatrum tunc existens spectasset ad illam, non erat à prudentibus locatoribus cogitandum de structura noui Theatri, satisque fuisset prouidere expensis conductorum de manutentione in eodem statu; verum quia spectabat ad antecedentem conductorem, qui poterat illud amouere; Propterea locatores conuenerunt *di fare, e mantenere*; & addendo, *come stà di presente*, præscripserunt formam, & modellum noui Theatri construendi, prout in cæteris locationibus.

Minus officit oblatio Caballinæ conducendi Aulam Theatri cum suis annexis, in quibus huiusmodi pontes, & alia cuncta verificari prætendebat Camera locatrix, quia secundum subiectam materiam istius contractus locationis, & conductionis publici Theatri ad vsum spectaculorum pro annexis intelligitur facultas priuatiuè repræsentandi tàm Commedias, quàm exercendi ludos lancearum, follis, & similes, prout nec excludit Caballinam à dominio scænarum, & pontium, aliorumque lignaminum petitio facta pro meliorametis, quia in præsenti benè nuncupari possunt
melioramenta Theatri, scenæ, pontes, & alia con-
7 structa à Caballina, † cum sine illis ars scænica com-
modè exerceri, & spectacula intueri à spectatoribus
non possent, per ea, quæ tradit Garz *de expensis, & meliorament is cap. 1. numero 8. vers. augumentum illud*,
Amic. *de iur. emphyt. quæst. 70. numero 1.* propterea ces-
8 sante contraria partium conuentione, † ad ipsum confi-
cientem tales meliorationes pertinent, Garz. *ibidem cap. 6. numero 20.* Rota *decis. 178. numero 4. coram* Dunoz. Iun. *& decis. 1562. numero 1. coram* Coccino, *& in Bonon. Domuncularum 27. Iunii 1670. coram me.*

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

Supra in hac eodem tomo secundo istius decimæ octauæ partis adest altera præsentis causæ decisio, quæ est in ordine 565.

R E V E R E N D I S S I M O
D. A L B E R G A T O.

Sacræ Rotæ Decano.

Tuden. Canonicatus.

Mercurii 11. Decembris 1675.

A R G V M E N T V M.

Duæ regulæ Cancell. in hac decisione declarantur, de annali possessore prima, altera verò de triennali, & quoad illam, quia non constitit de vocatione possessoris ad iudicium infra sex menses, ac de sententia infra annum, quo verò ad secundam; de molestijs circa possessionem ipsam, vel illius fructibus, ex vtraque ideo fuit exclusus, qui alterius beneficium impetrauerat minus legitimè.

S V M M A R I V M

1 *Regula de annali possessore annullat gratiam, si reus, & possessor non vocatur in iudicium intra sex menses, & intra annum non obtinetur sententia.*

2 *Regula de annali possessore, si illius requisita seruata non sint, extinguit litem vna cum omnibus eius actibus.*

3 *Regula de annali possessore, licet non impediat obtinere à Papa nouam collationem beneficij, vbi illius requisita seruata non sunt.*

Tollit tamen illius impetrationem, quando impetrans beneficium per sententiam succubuit, ibidem, & numero seqq.

4 *Impetrans beneficium alterius si per sententiam fuit exclusus, dicitur temerè litigator.*

5 *Possessor triennalis beneficij per regulam cancellariæ de triennali possessore, remanet tutus aduersus quemcumque cum turbare præsumentem.*

6 *Renunciatio litis super beneficio retrotrahitur perindè ac si numquam lis fuisset in rerum natura.*

7 *Possessor triennalis beneficij in sua possessione non interrumpitur per contradictionem canonicorum ad alium finem emanatam.*

8 *Possessio triennalis beneficij vt dicatur interrupta, requiritur factum vel circa possessionem ipsam, vel circa perceptionem fructuum, & num. 11.*

9 *Molestiæ aliæ inferuntur per actus ciuiles, aliæ verò per actus naturales, qui inter se distinguuntur.*

10 *Possessionis naturalis interruptio prodest omnibus, ciuilis verò solum suffragatur agenti.*

11 *Possessionis interruptio in ipsa possessione requiritur, vel in illius fructibus, itaut solus conatus non sufficiat.*

12 *Impedimentum in quod aliquis incidit facto suo, sibi imputare debet.*

D E C I S I O   D C I X.

CONFIRMATA fuit hodie sententia Rotalis lata à Reuerendiss. Matthæio in confirmationem alterius in præcedenti instantia à me promulgata ad fauorem Antonij de la Varrera prouisi ab Ordinario de controuerso Canonicatu contra Benedictum qui eundem à Sede Apostolica tamquam reseruatum impetrauerat.

Nam validitas vtriusque non fuit impugnata, & iusti-
tia apparet ex decisionibus, in quibus firmatum fuit obsta-
re Benedicto regulam de Annali, † quæ reddit nullam 1
gratiam prouisionis Apostolicæ, quoties, vt in proposi-
to ille, qui à Dataria prouideri obtinuit de beneficio pos-
sesso ab alio, non vocat ad iudicium possessorem intra
sex menses, & intra annum sententiam non obtinet,
Rebuff. *in prax. super eadem regula gloss. 4. vers. nunc per annum*, Rota coram Seraph. *decis. 983. numero 2. & 392. numero 7. coram bon. memor. Cardin. Celso*, & dictum fuit
in omnibus decisionibus huius Causæ, præsertim in pri-
ma *sub die 10 Iunii 1672 §. siquidem coram me*, & in alia
5. Iunii 1673 §. vtrique etiam coram Reuerendiss. Matthæio,
litemque ab initio extinguit † vnà cum omnibus illius 2
actis, vt habetur in eadem *decis. Reuerendiss. Matthæi in §. vltraquod* &c. ac in alijs, nempè 19. *Februarii 1672. in §. sed remouetur* &c. necnon 10. *Iunii eiusdem anni in §. vlterius coram me.*

Nec suffragari potuit noua collatio Sanctissimi à Bene-
dicto reportata de eodem Canonicatu, quia etiamsi regu-
la non impediat quin idem beneficium ab eodem iterum
impetrari possit, quando propter negligentiam, aut
ignorantiam impetrantis, requisita in regula præscripta
non fuerunt intra tempus statutum adimpleta, † secus 3
tamen est, quando, vt accidit Benedicto, impetrans
succubuit per sententiam latam ad fauorem possessoris,
quia tunc Actor tamquam improbus litigator † efficitur 4
pro ea vice incapax amplius assequendi idem beneficium
in pœnam litis, quam temerè introduxit, & molestia-
rum, quas indebitè intulit possessori, vt cauetur in ip-
sa regula, cuius verba recensentur *in d. decis. huius causæ 10. Iunii 1672. §. quod comprobatur*, & tradunt Sarnen. *super ipsa regula quæst. 78. vers. quia regula*, Rota coram Penia *decis. 418. num. 3. & seqq.* & alios refert Modern. Antonell. *de temp. leg. lib. 2. cap. 34 num. 20 & 21. & in alleg. decis. Reuerendiss. Matthæi §. restitit etiam.*

Et quamuis à Signatura Sanctissimi in hac instantia
emanauerit commissio mihi directa pro habilitatione Be-
nedicti cum clausula, perindè ac si non emanasset senten-
tia Ordinarij contra ipsum lata, tamen in hoc nullum
poterit constitui fundamentum, quia cum de mense Mar-
tij 1673. iam Benedictus liti cesserit, & renunciauerit,
& lis vna cum omnibus actis vsque ab initio per dictam
regulam de Annali extincta fuisset, sublata de medio lite,
quæsitum fuit ius Antonio, vnde licèt hodie nulla vis fie-
ri valeat in prædicta sententia Ordinarij, quæ sine dicto
Papæ rescripto semper obstasset nouæ impetrationi, obstat
alia regula † de triennali, cuius vigore Antonius tam- 5
quam per triennium, & vltra pacificus possessor, amplius
non potest molestari, & remanet tutus aduersus quem-
cumque, qui illum super suo Canonicatu turbare præsu-
mat, Rebuff. *de pacif. poss. num. 25. vers. ex his infertur*,
cum alijs plenè relatis in eadem *decis. coram Reuerendiss. Matthæio §. verum etiam.*

Paci-

Pacificè autem Antonium possedisse Canonicatum ne-
dum per triennium, sed etiam per sexennium, & vltrà
liquet ex eo, quod prouisionem reportauit ab Ordinario
secunda Augusti 1664. & lis à Benedicto introducta cessa-
uit 9. Martij 1672. vnde molestiæ ab illo datæ non impe-
diuerunt cursum inchoatæ triennalis, cùm lis dicatur
6 extincta per d. renunciationem, † quæ retrotrahitur
perinde ac si nunquam lis fuisset in rerum natura, ad tra-
dit per Cost. *de retrotract. cas. 21. numero 7. & per* Rotam
in Romana de Montoriis 22. Martii 1604. coram Sacrato, &
in decis. Reuerendiss. Matthæi §. vltra quod & seq. necnon
in alia 19. *Februarii in §. sed remouetur* &c. ac etiam in alia
10 *Iunii in §. vlterius coram me.*

Nec minùs cursus triennalis remansit intercisus per
contradictionem nonnullorum Canonicorum, neque
per antedicta acta iudicialia; nam quoad contradictio-
nem, quia propriè nequit dici molestia, quæ trienna-
7 lem interrumpat, † cum id fecerint ad alium finem, nem-
pè ad effectum videndi vtrum esset locus statuto Ecclesiæ
circa traditionem possessionis, non autem vt Antonii
prouisionem, & successiuam possessionem interuerte-
rent, quia imo etiamsi huiusmodi contradictio appel-
lari posset molestia, cum non esset directè illata circa
8 possessionem, vel circa fructuum perceptionem; † pro-
ut esse debet, vt exinde resultat interruptio triennalis per
9 actus naturales, † sequitur, quod Benedictus tamquam
tertius nequeat illam ad sui fauorem allegare, vt distin-
guendo inter molestias illatas per actus ciuiles, & natu-
rales firmat Gomes *ad reg. de trienn. quæst. 22. num. 1. vers.*
& ideo, Cocchier. *ibidem num. 13.* Rota *decis. 39. num. 48.*
& 49. & decis. 159. num. 93. & seq. part. 12. recent. & ra-
tio differentiæ est, quia naturalis interruptio prodest om-
10 nibus, † ciuilis verò iuuat dumtaxat Agenti, vt firmat
eadem *decis. 39. numero 50. part. 12. & in decis. Reueren-*
diss. Matthæi §. hæcque procedunt, & decis. 171. numero
20. coram Bichio.

Quo verò ad acta iudicialia cum nequeant inseruire pro
molestiis extraiudicialibus, vel quia reputantur ac si
gesta non fuissent, vel quia non continent factum tur-
11 batiuum in ipsa possessione, seù in perceptione † fru-
ctuum, prout de iure requiritur, adeout nec sufficiat co-
natus, qui distinguitur à facto, Samen *sup. d. reg. de*
annali quæst. 45. num. 8. §. breuiter &c. cum duobus seqq.
quem sequitur Rota *decis. 98. num. 8.* coram Royas, Cha-
penens. *consil. 47.* vbi loquitur de sequestris facti *à numer. 3.*
vers. sed quidquid sit, vbi sub *numera 7.* ita loquitur, cum
tamen turbidum fuerit causatum ex oppositione, & non
ex aliqua occupatione, seù detentione naturali, & satis-
fecerunt præcitatæ *decis. 19. Februarii in §. sed remouetur*
coram me, necnon alia coram Reuerendiss. D. Matthæio
in §. hæc procedunt.

Demum obstat Benedicto defectus expressionis veri
valoris, qui sanatus non remansit per gratiam perindè
valere postmodum impetratam, cum illam non expe-
diuerit intra quadrimestre præfixum ad expediendum, &
ea quæ repetebantur de impedimentis prælitis Bene-
dicto ob recursus ad laicos iterum visa sunt DD. cessare
ex facto, cùm non Antonius, sed ipsemet Benedictus
literas Apostolicas suæ prouisionis consilio Regio præ-
12 sentauerit; † vnde sibi debet imputare impedimentum
in quod incidit, iuxtà *reg. text. in cap. damnum de reg.*
iur. in 6. & probat *decis. coram Reuerendiss. Matthæio §.*
nec iustificatum, quæ cum non rel querit addendi locum
DD. sententiam Rotalem ad eius tenorem latam confir-
marunt, vtraque &c.

R. P. D. EMERIX.

Bononien. Fideicommissi de Victoriis.

Mercurij 11. Decembris 1673.

ARGVMENTVM.

Alienationem à defuncto factam reuocare
prætendebat hæres beneficiatus, quia ad
illam proprio iure dicebat se esse voca-
tum, sed cum nunquam de bonis hære-
ditariis rationem reddiderit, hoc sibi non
licere deciditur, quamuis in aditione ex-
pressè protestatus sit, velle retinere bo-
na hæreditaria titulo fideicommissi; quia
non exinde liberatur remanebat ab ob-
seruantia facti eiusdem defuncti; Cum-
que de immissione tractaretur, illam
denegari posse resoluitur, etiam postea-
quam possessio capta est, dummodo ta-
men causa non sit finita, sed adhuc re-
periatur commissa, saltim in gradu re-
stitutionis in integrum.

SVMMARIVM.

1 *Hæres alienantis non potest illius alienationem retractare,*
sed illam cogitur ratam habere, amplia vt num. seqq.
2 *Hæres alienantis si reuocare voluerit alienationem à suo au-*
ctore factam, pretium rei alienatæ refundere tenetur.
3 *Hæres beneficiatus non impeditur agere ex persona propria*
ad recuperationem bonorum fideicommissariorum ab eius
auctore distractorum.
4 *Hæres beneficiatus quousque rationem non reddit de bonis*
hæreditariis, semper tenetur factum sui auctoris defuncti
seruare.
5 *Hæres si in aditione hæreditatis declarauerit se retinere*
bona vigore fideicommissi, non ideo liberatur ab obseruan-
tia facti defuncti, donec rationem non reddat.
6 *Hæredes omnes tenentur in solidum ad obseruantiam facti*
defuncti indiuidui.
7 *Dictiones* tàm, & quàm *sunt ampliatiuæ, & vtrumque*
casum comprehendunt, & actum æqualiter tribuunt vtri-
que copulato.
8 *Donatio etiam ad alicuius loci certi restricta, adhuc dicitur*
vniuersalis, non particularis, si locus est adiectus, non
causa taxationis, sed solius simplicis demonstrationis.
9 *Donatarius vniuersalis habetur ad instar hæredis amplia vt*
num. seq.
10 *Donator si de bonis reseruatis non disposuit, illa vigore pa-*
cti in donatione remanent comprehensa.
11 *Immissio denegari potest etiam possessione adepta, si causa*
non sit finita, sed adhuc duret.
12 *Lis non dicitur finita si causa est commissa in gradu restitu-*
tionis in integrum, & ideo perinde habetur, ac si illa esset
ab initio.

DECISIO DCX.

QVAMVIS Domini per binas decisiones mihi de-
mandauerint confirmationem sententiæ Rotalis
latæ per R.P.D. Calataiu concedentis Victo-
rio vti vocato ad fideicommissum Leonelli Senioris im-
missionem ad tornaturas 44. prædii existentis in Commu-
ni Minerbii per Annibalem alienatas, hodie tamen ex fa-
cto melius comprobato, & causa ab omnibus visa, post se-
cundam eius propositionem recesserunt à decisis.

Ratio vnica resolutionis fuit, quia compertum exti-
tit, quod Victorius est hæres mediatus Annibalis alie-
nantis, † ideoque non potest contra illius factum veni- 1
re, nec illius alienationem retractare, sed cogitur illam
ratam habere, per Text. *in l. cum à matre, ibiq. notab*
glos. verb. non prohiberis C. de rei vendicat. & in l. vendit. ff.
de euict. Surd. *decis. 99. num. 10* Rota *in Farfen. prædii 25. Iu-*
nii 1674. coram me, vel saltem pretium rei ab Auctore di-
stractæ † refundere, Rota *in Romana Domus 28. Iunii 1669.* 2
§ & licet coram D. Card. Cerro.

Constat autem de titulo hæreditario, quia Victorius
adiuit hæreditatem Benedicti Patris, & Benedictus fuit
condonatarius vniuersalis Andreæ vna cum Fabio Pa-
trun, & respectiuè fratre, vt apparet ex publico Instru-
mento anni 1614 die 15 Augusti; Andreas verò, filius,
& hæres Lionelli Iunioris quemadmodum ipse fassus fuit
in alio publico Instrumento diuisionis anni 1587. die 7.
Decembris, & demum iste ex persona Nicolai patris in
transactione inita de anno 1560. die 10. Decembris se de-
clarauit hæredem supradicti Annibalis, Summ. hodierno
Galeatii ex *num. 4. ad 7*

Non obstat, quod sit hæres beneficiatus dicti Benedi-
cti patris, † & ita non impediatur agere ex persona pro- 3
pria ad recuperationem bonorum fideicommissariorum,
Card. Celsus *decis. 159. numero 12. & decis. 183. numero 4.*
Eminentiss. Otthobon. *decis. 180 num. 13.* quia quousque
rationem non reddiderit, & docuerit bona Annibalis, alio-
rum-

4 rumque Auctorum non æquiualere fideicommissis † di-
stractis, semper adstrictus erit ad obseruantiam factum
defuncti, Peregrin. *de fideicommiss. artic.* 33. *numero* 17.
Rota *decisione* 998. *numer.* 4. *coram* Dunozet. Iunior. *in
Nonantulana Emphyteusis* 10. *Martii* 1673. *&* 28. *Ianuarii*
1674. *§. quia cor. Reuerendissimo Domino Albergato Deca-
no*, *& in Bononien. Census* 7. *Maii* 1674. *§. neque Victorio
coram Reuerendo Patre Domino Vicecomite* cum aliis
in d. Farfen. prædii 27. *Iunii* 1674. *§. non obstat coram
me*.

Et hæc procedunt quamuis Victorius in confectione
Inuentarii declarauerit velle retinere bona vti subiecta fi-
deicommissis Leonelli, & Benedicti Seniorum, nam cùm
versemur in aditione clara, & litterali, dicto Summario
5 *numer.* 4. † huiusmodi declaratio, & Inuentarium ad ef-
fectum, vt liberetur ab obseruantia facti defuncti, ei-
dem suffragari non valeret, donec rationem reddiderit, vt
contra ipsum Victorium alias respondit Rota *in d. Nonan-
tulana Emphyteusis* 13. *Martii* 1673. *&* 24. *Ianuarii* 1674.
coram Reuerendissimo Decano, *& in d. Bononien. census* 7.
Maii 1674. *§. neque Victorio coram R.P. Domino Vicecomite*
& firmant aliæ decisiones supra allegatæ.

Minus releuat, quod sit hæres Annibalis pro sola me-
dietate tertiæ partis, quia præterquam quod hoc in facto
controuertitur, dum per obitum aliorum cohæredum to-
ta hæreditas asseritur consolidata in persona ipsius Victorii
tollitur difficultas ex quo agitur de facto alienationis indi-
6 uiduo, † ad cuius obseruantiam quilibet ex hæredibus in
solidum obligat. Crass. *§. hæreditas qu.* 12. *nu.* 17. Rota cor.
Bichio *dec.* 468. *nu.* 19.

Neque ad interrumpendam supradictarum aditionum
seriem subsistit, quod donatio facta per Andream Bene-
dicto patri Victorij, sit simplex bonorum fideicommissa-
riorum præuentiua restitutio, non autem bonorum hæ-
reditariorum Annibalis, & propriorum vera donatio;
Quoniam ex Instrumento donationis latiùs hodie exhibi-
to in dicto Summario *numer.* 5. contrarium apparet, dum
in eo legitur Andream bona propria donare ibi tam titulo,
& causa puræ, & meræ, & irreuocabilis donationis,
quàm per modum restitutionis fideicommissi; dictiones
7 enim *tàm*, & *quàm* † sunt ampliatiuæ, & vtrumque ca-
sum implicant, & actum æqualiter tribuunt vtrique co-
pulato, Surd *cons.* 317. *numer.* 16. *& cons.* 401. *numer.* 13.
Menoch. *cons.* 105. *numer.* 7. Menoch *Lucen.* 58. *numer.* 11.
Rota *decis.* 120. *num.* 1. *par.* 6. *& dec.* 109. *nu.* 9. *par.* 7. *&* 106
nu. 15. *&* 23. *in fine par.* 9. *rec.*

Et minus quod fuerit particularis, ex quo respectu sta-
bilium Bononiæ fuerit certo loco circumscripta, & sit de
bonis præsentibus, non autem de futuris, quia cum sit
de omnibus bonis stabilibus, iuribus, & actionibus in Ci-
uitate, & Territorio Bononiæ ad donatorem spectantibus
necnon de aliis quibuscumque iuribus, & creditis, quæ
habebat contra quoscumque debitores in vrbe, & alio in
loco ex quacumque ratione, & causa ad ipsum pertinen-
tibus reseruatis tantummodo ad effectum testandi scutis
300. ac mobilibus, semouentibus, & reliquis iuribus ex-
trà Vrbem, cum declaratione, quod si idem donator de
summa; & bonis reseruatis non disponeret, ea etiam in
donatione comprehensa censerentur pacto insuper adiecto,
quod non teneretur ad debita propria nec Constantii fra-
tris super bonis donatis; patet ex hoc donationis tenore,
quod qualitas loci fuit apposita potiùs causa demonstratio-
8 nis, quam taxationis, † quodque donatio est vniuersalis,
non autem particularis Gratian. *discept.* 256. *num.* 1. *&* 4.
Rota *in Romana bonorum de Ceulis* 10. *Decembris* 1595. *cor.
Reuerendo Patre Domino Orano*, & faciunt tradita per Ro-
tam *decis.* 228. *ex numer.* 5. *cum seqq. & decis.* 154. *num.* 9.
& 10. *par.* 9. *num.* 16. *&* 17. Cancer. *variar. resol. par.* 1. *ca-
pit.* 11. *numer.* 71. Rota *in d. Romana bonorum de Ceulis §.
final.*

At per consequens Benedictus Donatarius, siue illius
9 hæres † habetur ad instar hæredis vniuersalis Andreæ,
præsertim non docto, quod de bonis reseruatis donator
10 disposuerit, † cùm aliàs ex recensito pacto, etiam ista in
donatione comprehenderentur, Antoninus de Amato
resol. 58. *num.* 13. Rota *decis.* 14. *num.* 14. *& seqq. & decis.*
167. *nu.* 39. *cum seqq. par.* 14. & post Merl. *de pign. decis.* 98.
nu. 5. *&* 6.

Frustra denique dicebatur non esse amplius locum de-
negationi petitæ immissionis, eo quia Victorius iam ade-

ptus sit possessionem controuersi prædii vigore duarum
conformium, ex statuto Bononiæ, rem iudicatam fa-
cientium; † nam cùm Causa fuerit commissa in vlteriori 11
gradu appellationis ex capite nullitatis, & iniustitiæ,
necnon restitutionis in integrum, † lis non dicitur finita, 12
sed consideratur in eodem statu, quo ab initio reperieba-
tur, ex firmatis per Rotam coram Seraphin. *decis.* 949.
nu. 3.

Et ita omisso articulo fideicommissi per Victorium op-
positi, cuius discussio stantibus præmissis, visa fuit Do-
minis superuacanea, resolutum fuit, vtraque parte in-
formante.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano

Romana Vineæ super Alimentis.

Veneris 10. *Ianuarii* 1676.

ARGVMENTVM.

Melioramenta, & fructus possessori debe-
ri deciduntur, quia illa erant merè ne-
cessaria, cum ageretur de constructa
habitatione Coloni, Vasca, & Tinello
in Vinea ædificatis; fructus verò ideò
illi adiudicati sunt, tùm quia de suis
melioramentis fuerant percepti, tùm
etiam quia ipse erat in bona fide, vel
saltim aberat ab eo mala, quod suffi-
cit ad effectum consequutionis eorundem
fructuum.

SVMMARIVM.

1 *Fructus non dicitur, nisi id, quod superest deductis oneribus, & expensis.*

2 *Melioramenta facta in vinea construendo mansiones pro Colono, Vasca, & Tinello pro colligendo, & asseruando vino, dicuntur necessaria.*

3 *Melioramenta necessaria reficiuntur cuicumque possessori, siue iusto, siue iniusto.*

4 *Fructus suorum melioramentorum ratione dominii suos facit, qui ex integro meliorauit.*

5 *Sententia, res iudicata, & decisiones rotales constituunt possessorem in bona fide, vel saltem malam abesse faciunt.*

6 *Fructus suos vt faciat possessor, sufficit, vel quod fuerit in bona fide, vel quod absit ab eo mala.*

7 *Possessor durante transactione facit fructus suos.*

8 *de Transactione ad sententiam valet argumentum.*

DECISIO DCXI.

IN resolutione capra cor. me 26.* Iunii proximè præteriti fuit conclusum constare de bono iure vtriusque partis, nempè esse Marinis restituendos fructus sex petiatum cum dimidia Vineæ in emphyteusim concessæ anno 1637. deductis tamen expensis culturæ, & canonibus, & viceversa ad Marchionem Theodolum spectare fructus aliarum octo petiarum, quæ licet eodem modo concessæ de anno 1640. tamen ab ipso post acceptam deuolutionem fuerunt vineatæ, sed repropolita hodie Causa, Domini dixerunt decisionem esse reformandam iuxtà modum inferiùs exprimendum.

Cum enim Marchio retineat tam dictas sex petias cum dimidia à Marinis propriis sumptibus excassatas, quàm alias octo à se melioratas, æquum non est, quod has ipse gratis dimittat Marinis, prout nec iustum

Q videtur

videtur, quod Marini sint in damno relinquendi absque
vlla retributione dictam eorum portionem; Propterea
consulendo vtrique parti Rota censuit, quod aut Mar-
chio dictas sex petias cum dimidia illis dimittat vna cum
fructibus à die motæ litis coram Reuerendo Patre Domi-
no Barloccio, vsque ad diem actualis restitutionis earun-
dem, retentis sibi canonibus vsque tunc decursis, & ex-
pensis culturę, aut illis soluat pretium æstimandum se-
cundum statum, in quo ad præsens dictæ sex petiæ cum
dimidia reperiuntur, restitutis eodem modo à dicta die
motæ litis coram Reuerendo Patre Domino Barloccio
fructibus, deductis tamen canonibus, & expensis cul-
1 turæ, cum fructus non dicatur † nisi id, quod superest
deductis oneribus, & expensis, *l. fructus, & l. dispositio §. fructus ff. solut. matrimon.* Barbos. *appell.* 103. *numero* 12. Rota *decisione* 142. *numero quarto coram Royas, & in Maioricen. Pensionis* 16. *Iunii* 1673. *§. hæc autem coram me.*

Et prædicta dixerunt Domini licere Marchioni quate-
nus Marini nequeant, aut nolint totam Vineam recipere
refundendo eidem scuta 1150. in quibus liquidata fue-
runt melioramenta ab eo facta in excassatione dictarum
octo petiarum, ac in constructione duarum Mansionum
2 pro vsu Colonorum, ac Vaschæ, † & Tinelli pro col-
ligendo, & respectiuè asseruando vino huius Vineæ ab
3 Vrbe per tria milliaria, & vltra distantis, † quæ me-
lioramenta tamquam necessaria veniunt omni iure illi
reficienda siue iusto, siue iniusto titulo possederit, iuxtà
Text. in l. demum ff. de re vendic. cum aliis in præterita *dec. §. quantum vera*, quorum fructus fecit suos ratione domi-
4 nii, † quod illa ex integro faciendo acquisiuit, iuxta opi-
nionem *gloss. in leg. fin. verbo si per mulierem, ff. de fund. dot.* quam sequitur Rota *decisione* 406. *à numer.* 11. *ad* 18. *coram* Bichio, *& decisione* 215. *numer.* 14. *coram Royas*, & firmat Garzias *de expen. & meliorament. capit.* 23. *numer.* 52.

Nec alios fructus post sententiam A. C. visum est DD.
Marinos posse prætendere, quia in illa Marchio nedum
fuit canonizatus creditor dictorum scutorum 1150. pro
melioramentis, verum etiam absolutus ab impetitis,
quatenus Marini dictam summam intra Bimestre non
exbursassent, quæ sententia in iudicatum transacta,
& per quatuordecim annos obseruata, & Rotæ visa iu-
sta, dum ad sensum eiusdem decidit melioramenta esse
reficienda, & dat Marinis electionem, & facultatem
5 recipiendi totam Vineam, solutis scutis 1150 † con-
stituit propterea Marchionem in bona fide, vel saltem
6 fecit abesse malam, † quod sufficit adhoc, vt ipse fru-
ctus suos fecerit, saltem vsque ad diem noui Iudicii co-
ram Reuerendo Patre Domino Barloccio intentari, ad
notata per Doctores *in l. sed etsi §. serie ff. de petit. hæred.* Soccin. Iunior. *consil.* 76. *numer.* 60. *libr.* 1. Cabal. *consil.* 163. *numer.* 40. *libr.* 1. Rota *decisione* 74. *numero* 1. vbi In-
tè Adden. *littera A. coram Papa Gregorio, coram* Buratt.
decisione 164. *numer.* 6. *&* 227. *numer.* 5. *& in Bononien. liquidationis pretii* 4. *Maii* 1665. *§. final. coram bonæ memo-*
7 *riæ Emerix*, & ad effectum lucrandi † fructus in simili de
8 obseruata transactione, † à qua ad sententiam valet ar-
gumentum, secundum Euerard. *in topic. loc. à sententia ad transactionem* dixit Rota *decis.* 20. *nu.* 5. *&* 6. *post* Cenc. de Cens.

Et ita decisum vtraque parte informante, & resolutum fuit.

Supra, & infra in hoc eodem tomo adsunt aliæ duę decisiones in hac causa prima, quæ est in ordine 564. alia vero sub die 4. Maii præsentis anni suo loco, & tempore apponetur, Decisio verò, quæ hic immediatè subsequitur super alimentis, & ipsa etiam in hac causa emanauit.

R E V E R E N D I S S I M O D.
A L B E R G A T O

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Vineæ super Alimentis.

Veneris 10. *Ianuarii* 1676.

A R G V M E N T V M.

Pro denegatione alimentorum, & sumptuum litis deciditur, quia paupertas, quæ cum præsumptione boni iuris adhunc effectum requiritur ex sola fide Parochi probata non erat, cum requirantur testes de ea deponentes, qui adhuc tenentur coarctare negatiuam, dicentes aliquem nulla possidere bona, quod ipsi non scirent, eo magis, quia eadem alimenta petebantur ex vinea, quæ in agro Romano, aut nullos, aut modicos fructus reddere solet, cum plus in eis impendatur, quàm colligatur ex illis.

S V M M A R I V M.

1 *Alimenta, & sumptus litis vt debeantur pauperi litiganti, debent simul concurrere paupertas, & præsumptio boni iuris.*

2 *Paupertas ad effectum obtinendi alimenta, & sumptus litis, non probatur ex fide Parochi, & num.* 5.

3 *Negatiua quomodo per testes probetur, & ab illis coarctari debeat.*

4 *Testes in probanda paupertate ad effectum alimentorum, & sumptuum litis, deponere debent aliquem nulla bona possidere, quæ si possedisset, ipsi sciuissent.*

5 *Fides Parochi super probatione paupertatis pro consequendis alimentis, & sumptibus litis à Rota non attenditur, sed reiicitur, & sup. nu.* 2.

6 *Bona, super quibus petuntur alimenta, & sumptus litis, debent esse fructifera.*

7 *Alimentorum, & sumptuum litis ad effectum habenda est ratio fructuum rei, super qua illa eadem alimenta petuntur.*

8 *Vineæ in agro Romano, deductis expensis, modicos fructus reddere solent, cum plus in eis impendatur, quam colligatur nu. seq.*

10 *Experientia est rerum magistra, & nos sæpissimè docet.*

11 *PAVLVS RVBEVS modernus Romanus nuncupatus lapidè scripsit super fructibus vinearum existentium in agro Romano.*

DECISIO DCXII.

HAC ipsa die fuit super bono Iure conclusum, reformandam esse decisionem emanatam coram me die
26. Iunii anni proximè præteriti, fuerunt etiam denegata Marinis alimenta, & sumptus litis, quia licet de eorum bono iure super sex petias terræ cum dimidia Vineæ constare visum fuerit, iuxtà modum in alia decisione expressum, tamen de paupertate non constat, quod est alterum potissimum requisitum, quod cum præsumptio-
ne boni iuris copulariuè concurrere debet, † ad hoc, vt 1
collitigans collitiganti petita alimenta, & sumptus litis submuistrare teneatur, iuxtà textum *in lege si instituta §. de inofficioso ff. de inofficios. test.* Rot. cor. Carillo *dec.* 467. *nu.* 1. *& in Romana vineæ* 2. *Decembris* 1665. *co. R. P. D. meo Taia.* & passim in aliis.

N

Nec ad probandam paupertatem visa est sufficere fides
2 Parochi † testantis Marinos esse inopes, & nihil posside-
3 re, cum ad hunc effectum † requirantur Testes formster
4 deponentes super paupertate coarctando negatiuam, †
quod litigantes bona possidere non possent, quin ipsi sci-
rent, Couar. *var. resol. lib. 2. cap. 6. nu. 8.* Rota *cor. bonæ*
5 *me. Card. Celso dec. 348. nu. 2.* & reiecta simili fide † dictum
fuit in *dec. 29. §. nu. 3. cor. Carillo.*

Preterea res, de qua litigatur possessa ab eo, à quo pe-
6 tuntur alimenta, & sumptus † litis, non solum debet
esse fructifera, vt dixit Rota *dec. 275. num. 7. cor.* Dunoz.
Iun., *& in dicta Romana vineæ §. præsumptio in fine coram*
7 *R. P. D. meo Taia*, verum etiam respici debet † ad quanti-
tatem fructuum illius, Rota *dec. 239. nu. 2. & 3. cor. bon.*
me. Card. Celso.

8 In præsenti autem agitur de vinea, cuius fructus, † de-
ductis expensis, non solent in agro Romano esse magni
9 momenti, itaut multoties plus in illis impendatur, †
quàm colligatur, vt ipsa rerum magistra experientia do-
10 cet, † de qua testatur Rota *in Romana vsusfructus 31. Mar-*
tii 1659. §. certum, versiculo cum ex vineis coram Eminentis-
simo Domino meo Cardinali Cerro, impressa post Cutellum
in suo tractatu de donationibus, iuxtà vltimam impressio-
nem *folio mihi 323.* & plura ad propositum lepidè congerit
11 † Modernus Romanus *de validitate legali capite 2. à num.*
51. vsque ad numer 64. quem cum aliis sequuta est Rota
in Romana vineæ 27. Februarii 1668. §. vrget vlterius coram
Reuerendissimo Domino meo Beuilaqua electo Patriarcha A-
lexandrino.

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

Altera præcedens decisio est in eadem causa super negotio principali, cuius in calce aliæ etiam concordantes adnotatæ sunt.

R. P. D. V B A G O.

Senogallien. Fideicommissi.

Veneris 10. Ianuarij 1676.

A R G V M E N T V M.

Ad impediendam immissionem hæredi ex fideicommisso claro, & limpido, opponebatur exceptio antiquioris Fideicommissi, quæ tamen admissa non fuit quia illius bona confiscata erant vigore Constitutionum Apostolicarum, prohibentium dispositiones in fauorem spuriorum, & ideo possessor, qui illa mediante compositione obtinuerat tamquam propria ex largitate Principis habere dicebatur, Plura igitur de huiusmodi Constitutionibus adducuntur, de approbatione Fideicommissi ab hærede facta, de sententia lata cum legitimo contradictore; quatenus faciat statum, vel non præiudicet aliis, & & probet etiam sine actis, de inuentario, & destractionibus, regulariter super bonis Fideicommissi particulari denegandis.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptiones turbidæ non retardant immissionem ex Fideicommisso claro, & liquido, sed reiciuntur ad petitorium.*

2 *Bona confiscata, & mediante compositione à Camera recuperata, ex munificentia Principis remanent libera à quocumque onere Fideicommissi.*

Fideicommissum super bonis propriis vnusquisque constituere potest, cum sit rei suæ moderator, & arbiter.

4 *Constitutio Beati Pii Quinti 117. prohibens dispositione fauore spuriorum, eorumque Parentum traditur & declaratur.*

5 *Constitutio Sixti Quinti 100. applicans Cameræ spolia, & hæreditates disponentium contra formam Constitutiones Beati Pii Quinti super interdicta successione spuriorum ipsa etiam traditur, & declaratur.*

6 *Collusio cessat stante iustitia sententiæ.*

7 *Collusio, seù simulatio non præsumitur in ministris Principis supremi.*

8 *Sententia lata contra hæredem grauatum, & possessorem, dicitur lata cum legitimo contradictore, & ideo afficit etiam Fideicommissarios.*

9 *Fœminæ censeatur exclusæ à Fideicommisso facto fauore primogeniti, eiusque lineæ masculinæ.*

10 *Sententiæ aliorum tribunalium non attenduntur in Rota ad effectum exequendi, declara vt nu. seq*

11 *Rota ad effectum solius exceptionis admittit sententias aliorum tribunalium, etiam sine actis, amplia vt nu. seq.*

12 *Sententia in iudicatum transacta, & executioni demandata, ac diu obseruata, attenditur, & probat etiam sine actis.*

13 *Sententia, & res iudicata habent præsumptionem pro se, & statas validitatis.*

14 *Sententiæ criminales non solent à Rota de iustitia, vel iniustitia redargui.*

15 *Constitutio, Beati Pii Quinti 117. prohibens dispositiones fauore spuriorum, eorumque parentum extenditur etiam ad patrimonialia.*

16 *Legatum, omneque relictum spurio intelligitur pro alimentis.*

17 *Testamentum, & legatum factum fauore spurii in ea quod respiciunt alimenta, valent, & sustinentur.*

18 *Testamentum, & legatum factum in fauorem spurii contra formam Constitutionem Apostolicarum corruunt.*

19 *Alimenta spurii sunt prohibita de iure ciuili.*

20 *Alimenta spurio de iure canonico debentur ad me tàm tæ necessitatem.*

21 *Spurium ad excludendum ab alimentis computa ur etiam propria industria personæ.*

22 *Alimentorum ratio non intrat in legato facto fauore matris filii spurii.*

23 *Appellare suis sumptibus non tenetur Fideicommissarius per sententiam priuatus, maximè si illa iusta sit, & num. 24*

24 *Hæres grauatus, vel fideicommissarius non tenetur appellare à sententia, cuius iustitia vel iniustitia dubia sit, & nu. 23.*

25 *Hæres grauati quatenus excipiat de Fideicommisso ex sibi propria persona spectanti.*

26 *Obseruantia etiam ex nou facto resultat.*

27 *Hæres non potest impugnare Fideicommissum, quod per aditionem approbauit, & de alio anteriori Fideicommisso excipere.*

28 *Testator potest disponere de re sui hæredis amplia vt nu. 29.*

29 *Bona etiam ex propria persona hæredi restituenda, possent à testatore fideicommittente in suo Fideicommisso comprehendi.*

30 *Hæres non potest impugnare, quod defunctus approbauit.*

31 *Hæres non potest venire contra factum sui auctoris defuncti.*

32 *Inuentarium tutelare non supplet inuentarium hæreditarium.*

33 *Inuentarium defectuosum habetur ac si numquam emanasset ob timorem occultationis bonorum.*

34 *Detractiones ex bonis Fideicommissi particularis non debentur, nisi prius excussis bonis liberis, in quibus illa semper prius sunt faciendæ, & num. seq.*

35 *Fideicommissum particulare non subiicitur detractionibus, nisi in subsidium.*

36 *Aditio hæreditatis resultat ex actibus illam importantibus, & ex possessione bonorum hæreditariorum.*

37 *Aditio hæreditatis probatur in eo, qui bona hæreditaria alienauit.*

33 *Hæres sine inuentario tenetur integrum seruare Fideicommissum particulare.*

DECISIO DCXIII.

AD impediendam Immissionem Francisco Antonio
in Bonis Fideicommissariis Liuii, Marchionissa E-
leonora duplici capite retentionem opposuit, nempè ex
Iure alterius Fideicommissi anterioris quondam R. P. D.
Francisci Mariæ Senioris, necnon ex causa multarum
detractionum, sed his non obstantibus die 29. Martii
proximi præteriti pro immissione resolutum fuit coram
Reuerendissimo Domino Mattheio in locum cuius du-
bium proposui: An sit standum, vel recedendum à de-
cisis, cui DD. pro decisis respondere visum fuit, stante
1 ipsarum exceptionum turbiditate, † quæ non est capax
retardare executionem ex Fideicommisso claro, & litte-
rali, sed data immissione reiicitur ad petitorium, vt alias
firmatum fuit per Rota coram Bichio *decis. 297. numer. 12.
& in Bononien. Fideicommissi de Nuseentoriis 27. Februa-
rii 1643. §. final. coram Ghislerio, & in Firmana Fideicom-
missi 14. Iunii 1669. §. eo autem, & 13. Iunii 1662. §. fin. cor.
Reuerendissimo D. meo Albergato Decano.*

Inducitur enim turbiditas Fideicommissi Francisci Ma-
riæ Senioris ex eo, quia bona de quibus agitur eo defun-
cto, fuerunt per Reuerendam Cameram Apostolicam
confiscata, & per sententiam D. Thesaurarii Generalis
etiam in iudicatum transactam fuerunt Cameræ applica-
ta, vnde exierunt de illius hæreditate, & remanserunt
libera à vinculo Fideicommissi per eundem inducti, &
cum Liuius subsequenter eadem bona acquisiuerit in vim
2 Breuis Vrbani VIII. titulo oneroso, † nempe mediante
solutione scutorum 4500. tamquam effecta propria per
Principis munificentiam, Grat. *discept. 586. num. 18.* Ro-
ta *decis. 555. num. 16. par. 9. rec.* potuit ea proprio Fideicom-
3 misso subiicere, dum vnusquisque † rei suæ sit liber do-
minator, & arbiter *l. in Re mandata 21. C. mandati*, Rot.
dec. 387. nu. 43. par. 9. rec.

Nec mouit Dominos oppositio simulationis prædictæ
confiscationis, & collusionis cum Reuerenda Camera,
quia sententia D. Thesaurarij fundamentum suum reti-
net in duabus Constitutionibus Apostolicis altera la 117.
4 Beati Pij Quinti † prohibente dispositiones fauore spurio-
rum ac eorundem successionem parentum, & consangui-
neorum etiam per viam legati, itaut non solum corruat
ipsum legatum, sed totum testamentum continens simi-
lia legata etiam quoad alios capaces, & hæredis institu-
tionem, vt patet ex illis verbis: Quod si prædictorum
quisquam fuerit præsentium violator, testamentum, do
natio, legatum, & dispositio omnino non teneat, nec
etiam quoad alios capaces, & res alias valeat, & in spe-
cie vltra Doctores in prima decisione allegatos probant
Nauarr. *de Spol. Cler. §. 19. numer. 6. vers. 7. noto, Scortia
in epitome 112. ad dictam Constitutionem Beati Pii Quinti
theor. 305.* Bonaccin. *de contract. disp. 3. quæst. vltim. part.
5 5. numer. 12.* altera vero la 100. Sixti Quinti † concedente
Domino Thesaurario ius applicandi Cameræ tamquam
spolia, hæreditates disponentium contra formam prædi-
ctæ Constitutionis Beati Pij, & proinde dum testamen-
tum dicti R. P. D. Francisci Mariæ contineat duo legata,
alterum fauore Caroli spurii, & alterum Elisabettæ ma-
6 tris, stante iustitia, † cessat omnis suspicio collusionis,
Rota coram Seraphio. *decis. 444. numer. 4 & decis. 191.
7 numer. 10. post* Posth. *de subhast.* eoque magis ministris †
Principis supremi, vt alias dixit Rota *in Forosempronien.
Emphyteusis 24. Aprilis 1671. §. Et propterea cor. R. P. D.
meo Emerix.*

Neque dici potest, quod ipsa sententia non possit affi-
cere D. Marchionissam eo, quia ad eam non reperiatur
citata, quia cum lata fuerit super inualiditate testamenti
facti contra formam Constitutionum Apostolicarum, † 8
sufficit fuisse citatum Liuium hæredem tunc viuentem, &
grauatum, ac bonorum possessorem, itaut possit dici prola-
ta cum legitimo contradictore, & afficiat cæteros hæredes
fideicommissarios post ipsum Liuium vocatos, Honded.
cons. 28. num. 24. lib. primo Peregr. *de fideic. art. vii. numer.
56.* cum aliis relatis per Fusar. *de subst. quæst. 622. numer.
11. & seq.* Gratian. *discept. 456. num. 91.* Rota coram Bi-
chio *decis. 112. num. 6. & decis. 116. numer. 2.* præterquod
Marchionissa vti fæmina non reputabatur ad ipsum Fidei-
commissum vocata, cum esset institutum pro Liuio pri-
mogenito, & deinde pro aliis primogenitis ex linea ma-
sculina, † vnde censeantur fœminæ exclusæ, vt compro- 9
bat altera *decisio causæ Reuerendissimi Domini mei Matthei
§. Accedit in fine.*

Sicuti parum releuat obiectum, quod Rota non soleat
attendere sententias aliorum Tribunalium, nisi exhibi-
tis actis, & cognito de validitate, & iustitia.

Hic enim stylus procedit, quando sententia producitur
ad effectum illam exequendi, † non autem quando dedu 10
citur per modum exceptionis ad effectum repellendi par-
tem à iudicio, eo quia obstat exceptio litis finitæ per rem
judicatam, † quia tunc sententia etiam sine actis à Rota 11
admittitur, vt fuit firmatum coram Coccino *decis. 1827.
num. 5. & decis. 2343. num. primo cum duobus seqq. & cor.*
Puteo *decis. 198. num. primo & 2. & decis. 391. num. primo
lib. primo* Mantic. *decis. 350. numer. 9. & in rec. decis. 296.
num. 4. par. 5. & decis. 78. num. 13. part. 14.* maximè dum
agitur de sententia, quæ transitum fecit in iudicatum, &
executioni fuit demandata, ac diu obseruata, † & sic fa- 12
ciat statum, & de ea cognosci non possit, nisi præuia re-
stitutione in integrum, Ridolphin. *in prax. par. 1. cap. 13.
num. 413. cum aliis seqq.* Scacc. *de appell. quæst. 19 remed.
2. num. 16.* Odd. *de restit. in integr. par. 1. art. 4 numer. 132.
& art. 15. num.* Cauaier. *decis. 180. numer. 3.* dum interim
habet præsumptionem pro se, † & statum validitatis, 13
Menoch. *præsumpt. 62. lib. 6. num. 9* & vlterius considera-
tum fuit, quod sententia fuit prolata à D. Thesaurario in
judicio criminali; † Istæ enim sententiæ non solent, ne- 14
que valent iudicari, nec de eorum iustitia cognosci per tri-
bunal Rotæ Spad. *cons. 70 nu. 5. lib. 3.* & alias fuit dictum
*in Sigantina, seù Concben. Beneficii 22. Maii 1627. coram
Prialo, & in Montis Alti Beneficii 7. Maii 1668 §. respon-
derunt coram Reuerendissimo Domino meo Albergato Deca-
no.*

Non refragante obiectu, quod sub Constitutione Bea-
ti Pii comprehendantur solummodo iura disponendi de ac-
quisitis ex bonis Ecclesiæ, † quamobrem tollitur per ex- 15
tenctionem ad patrimonialia, vt patet in additione ad
prædictam Constitutionem 117. *sub §. 4* ibi: Nos huius-
modi dubium elucitare, & voluntatem nostram patefa-
cere volentes motu proprio, & ex certa nostra scientia,
& de Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsen-
tium declaramus dictas litteras nostras loqui, ac intelligi
etiam de quibuscumque bonis patrimonialibus tam mo-
bilibus, quam immobilibus, & semouentibus, iuribus
& actionibus quibuscumque sic etiam ab initio intentio-
nis, & incommutabilis mentis nostræ fuisse, & esse atte-
stamur: vt in specie tradunt Menoch. *cons. 511. numer. 7.*
Ciriac. *contr. 472. num. 6.* Ciarlin. *contr. 172. num. 53 & seq.*
Rota *decis. 487. numer. 1. decis. 214 numer. 1. & 2. par. 2. di-
uersor.*

Alteri exceptioni deductæ, quod Constitutiones præ-
dicti Beati Pii nullo modo annullent dispositionem fa-
ctam in vim iuris communis, sed illum in vim indulti,
& iurium specialium, & ideo cum sit præsumendum le-
gatum fauore Caroli spurii † fuisse pro alimentis debitis 16
à testatore iuxta *cap. cum haberet 5. de eo, qui dux in
matrimon. quam prius polluer. per adulter.* & sic secundum
iuris communis dispositionem ab his resultet † testamen- 17
tum, & legata substineri ex deductis coram Penia *decis.
304. num. primo & 10. & coram* Merlin *decis. 671.* per Do-
minos responsum fuit, adhuc non euitari turbiditatem,
quia legatum apparet tam pingue, nempe locorum 16.
montium, vsus fructus magni prædii, & vnius vi-
neæ, ex qua pinguedine cum habeatur excessus in alimen-
tis, etiam oriatur præsumptio, quod legatum sit in
frau-

fraudem Constitutionum Apostolicarum, pro qua testa-
mentum corruat, Spad. *cons.* 222. *lib.* 3 præsertim quod
19 alimenta debita spurio † tamquam prohibita de iure ciuili
ad Text. *in auth. ex complex. C. de incestis nuptiis*, licèt per
ius Canonicum permissa, sint tantummodo intelligenda
20 † ad meram vitæ necessitatem, ita ut ad ipsa excludenda,
21 spurio etiam propriam industriam imputari posse dixe-
runt Bart. *in l. si quis à liberis §. sed si filius num.* 11. *ff. de lib.
agnosc.* Crauett. *cons.* 199. *à num.* 1. *vsque ad* 10. Guttierez
practic. quæst. lib. 5. *quæst.* 93. *numer.* 2. *&* 8. Couarr. *var. tit.
de matrim. cap.* 8 §. 6. *num.* 9. Surd. *de aliment. tit. par.* 3. *quæst.*
78. *num* 32. *& tit.* 7. *qu.* 42. *num.* 6. Rot. *decis.* 202 *num.* 7. *par.
prima diuers.* præterquam quod nullitas testamenti exita-
ri non potest ex altero defectu legati fauore Elisabettæ
22 matris dicti Caroli, † cuius fauore non militat ratio ali-
mentorum.

Tandem neque vlla fraus indusi potest in Liuio ex eo
deducta, quod à sententia D. Thesaurarij neglexerit ap-
pellare, & appellationem prosequi, quoniam cum fuerit
à Reuerenda Camera spoliatus de omnibus bonis hæredi-
23 tarijs Francisci Mariæ Senioris, † non tenebatur proprijs
sumptibus maximè dum ex prædictis patet de iustitia sen-
tentiæ Scacc. *de appell. quæst.* 5. *num.* 14. *vers. sub declara*,
Mangil. *de euict. q.* 14. *num.* 15. imo quod sufficiat causam
24 esse dubiam, † ad hoc vt hæres grauatus non teneatur
appellare firmatum fuit per Rota *in Romana Pecuniaria
4. Martii* 1675. §. *nil refert vers. & ex his coram me*.

Vlterius ad exclusionem D. Marchionissæ animaduer-
terunt Domini, quod Franciscus Maria Iunior fuit hæ-
res Liuij, & ita per aditionem hæreditatis onus Fidei-
commissi ab ipso Liuio in bonis, de quibus agitur specia-
liter, & expresse impositum, acceptauit, & hanc acce-
ptationem spatio ann. 40. & vltra quibus superuixit, ob-
seruauit, nedum quia in inuentario tutelari fuerunt de-
scripta bona vti hæreditaria Liuij Patris, sed etiam, quia
nunquam agnouit prætensum Fideicommissum Franci-
25 sci Mariæ Prælati, † prout fuisset necesse, Peregrin. *de
fideic. art.* 41. *num.* 10. Rot. *decis.* 278. *num.* 7. *coram Bich.* &
26 obseruantia † etiam ex non facto resultat *decis.* 36. *num.* 7.
par. 6. *recent. & decis.* 660. *num.* 17. *coram eodem Bich.* vnde
non poterat amplius illud impugnare, & bona vigore Fi-
27 deicommissi anterioris prætendere, † quamuis ad illud ex
propria persona esset vocatus, Rota *in Bononien Fideicom-
missi de Lucis* 9. *Decembris* 1619. *coram Sacrato §. quoad pri-
mum impress. apud* Giouagn. *cons.* 100. *num.* 33. *lib.* 2. *& in de-
cis.* 240. *num.* 27. *&* 29. *par.* 9. *recent.* dum permittatur cuili-
28 bet disponere † de bonis sui hæredis ex Test. *in l. vnum ex
familia §. Sedem tuam, & §. sed si fundum, vbi gloss. verb.
tantundem ff. de leg.* 2. Ias. *in l. si seruus* 73. *num.* 13. *ff. de
leg. primo* Gratian. *cons.* 273. *numero* 3. Menoch. *cons.* 89.
29 *numero* 49. & in terminis de bonis hæredij † ex Fideicom-
misso restituendis Soccin. Iun. *consil.* 68. *numero* 12. *lib.* 4.
Boer. *decis.* 117. *numero* 7. Vrgellen. *decis.* 10. *numero* 2. *&
decis.* 93. *numero primo &* 2. quam acceptationem, & ob-
seruantiam Francisci Mariæ Iunioris impugnare non po-
30 test D. Marchionissa, prout facit, † allegando Francis-
cum Mariam non potuisse grauari in ipsis bonis, tam-
quam sibi debitis vigore prædicti Fideicommissi antiqui,
itaut dum Franciscus Maria fuerit vltimus in illo vo-
catus, eadem bona libera in hæreditate reliquerit, &
ad ipsam D. Marchionissam tamquam suam hæc: ab
31 intestato deuenerint, † quia hæres non potest venire
contra factum defuncti, vt præcipit Text. *in l. cum à
matre* 14. *C. de rei vendic.*

Nec subsistit, quod Franciscus Maria esset hæres be-
neficiatus Liuii, & sic reddita ratione de bonis hære-
ditarijs, neque sibi, neque successoribus suis potuit
præiudicare, quia de hac aditione hæreditatis cum be-
neficio legis, & inuentarii non docetur nec iuuari po-
32 test Marchionissa beneficio inuentarii tutelaris † cum
tutelare non suppleat Inuentarium hæreditarium Rota
decis. 98. *numero* 24. *& decis.* 126. *numero* 34. *part.* 7. *recen-
sior. & decis.* 5. *num.* 3. *&* 4. post Merlin. *de pign.* maxime
quia hoc inuentarium tutelare in pluribus apparet defe-
ctuosum, dum fuerunt descripta solum bona existentia
in Ciuitate Senogalliensi, & ex illis non omnia defi-
cientibus aliquibus domibus, de quibus in Summario
Francisci Antoni *numero* 7. & derelicta fuerunt bona exi-
sten. in Ciuitate Anconæ inuentarium etiam hæredita-
33 rium defectuosum † habetur, ac si numquam factum
fuisset ratione timoris occultationis bonorum *l. fin. §. si
verò non fuerit in auth. de hæredit. falcid.* Natt. *cons.* 574
num. 6. *& seq. lib.* 3. Menoch. *cons.* 471. *numero* 19. Ridolphin.
in prax. part. prima cap. 9. *num.* 29. *&* Rota coram Gregor.
decis. 496. *num.* 2. & ibi Beltram. *litera A.*

Prætensæ retentioni pariter causa detractionum satis
visum fuit DD. responsum ex late deductis in prædicta
decisione huius causæ cor. Reuerendissimo D. meo Mat-
thæio, & præcipuè ex eo, quia versamur in Fideicom-
misso particulari, itaut quatenus etiam detractiones pe-
titæ competerent adhuc ex ipso detrahi non possent, nisi
prius discussis bonis liberis, in quibus semper est facienda
prius detractio Rot. *in Bonon. Fideicommissi* 23. *Iunii* 1671.
§. *nec alienatio coram R. P. D. meo Calataiu* Fideicommis-
sum enim particulare non subijcitur detractionibus, † nisi 35
in subsidium Rot. *decis.* 399. *num.* 21. *&* 22. *par.* 9. *rec.* immo
cum Franciscus Maria Pater, & auctor D. Marchionis-
sæ fuerit hæres, q. Liuij absque inuentario, etiam ex acti- 36
bus gestis in maiori ætate, nedum possidendo bona hære-
ditaria *decis.* 7. *num.* 5. *& decis.* 98. *num* 1. *coram san. memor.
Greg. XV.* sed etiam aliqua bona † alienando, *decis.* 66. *nu.*
1. *& decis.* 278. *num.* 22. *coram Bich.* illius hæreditas tene-
tur integrum † conseruare Fideicommissum particulare 37
l. fin §. si verò prædictam C. de Iure delib. Castrens. *in l. ita ta-
men* 27. §. *si ex Trebellian. num.* 2. *vers. sed quod si hæres, ff.
ad Trebell.* Cyriac. *controu.* 5. *num* 97. *& sub num.* 101. *vers.
quorum opinionem cum aliis allegatis per* Rot. coram Bich.
decis. 278. *num.* 16.

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. CALATAIV.

Romana Pecuniaria.

Veneris 10. *Ianuarij* 1676.

ARGVMENTVM.

Rursus impugnabatur dotem fuisse profectitiam, non aduentitiam, ad effectum excludendi fructus, quos pater, qui susceptum onus inuestiendi non adimpleuerat, tamquam vsurarios persoluerit; Sed pro aduentitia dote deciditur, tum quia & in remunerationem amplissimæ renunciationis filiæ constituta erat, tum etiam quia hoc pater declarare permittendus sit vt proinde fructus fuerint legitimè soluti, maximè ad excludendam repetitionem indebiti, ad quem effectum omnis possibilis interpretatio capienda est.

SVMMARIVM.

1 *Dos profectitia filiæ defuncto illius viro reuertitur ad patrem.*

2 *Dos filiæ reuersa ad patrem dotantem consolidatur cum suo patrimonio, & de ea potest pater ad libitum disponere.*

3 *Pater tenetur conseruare dotem filiæ viduæ pro secundis nuptiis illius.*

4 *Pater dissoluto matrimonio tenetur præstare alimenta filiæ, viduæ.*

5 *Pater non cogitur soluere fructus dotis filiæ ad ipsum mortem viri reuersæ.*

6 *Dos dicitur profectitia eo ipso, quod à patre constituta est & vide num. seqq.*

7 *Dos remanet profectitia si pater illius restitutionem stipulatus fuerit ad sui fauorem.*

8 *Pater vti legitimus administrator non potuisset exigere dotem filiæ viduæ, nisi illa fuisset profectitia, & vide num.* 17.

9 *Dos filiæ, quæ renunciauit omnibus bonis, ex causa finali ipsius renunciationis illi traditur.*

10 *Dos data à patre filiæ renuncianti in pretium renunciationis semper remanet aduentitia, & numer. seqq.*

12 *Sponsalia licèt exprimantur contracta in constitutione dotis à patre filiæ promissæ, intelliguntur tamen de sponsalibus futuris, non de præsentibus.*

13 *Renunciatio filiæ propter dotem facta fauore fratrum pro conseruatione agnationis, adhuc contemplare dicitur personam patris dotantis, & n. 15.*

14 *Filia à patre dotata non ideo censetur exclusa à successione fratrum, patruorum, & aliorum agnatorum, & cognatorum.*

15 *Renunciatio filiæ à patre dotata, quamuis facta fauore fratrum adhuc acquiritur patri, & n. 13.*

16 *Dos restitutio stipulata patri, vel cui de iure, intelligitur etiam stipulata ad fauorem ipsius filiæ.*

17 *Dos exacta à patre tamquam legitimo administratore filiæ, dicitur potius aduentitia, quam profectitia, & vide supra num. 8.*

18 *Pater non tenetur soluere fructus dotis suæ filiæ viduæ ad ipsum reuersæ, sed tantum illi præstare alimenta.*

19 *Pater dotem profectitiam filiæ potest facere aduentitiam, idque multò magis declarare permittitur.*

20 *Inuestimenti onus dotis suæ filiæ si pater susceperit, & non inuenstiuit, tenetur soluere fructus loco damnorum, & interesse.*

21 *Confessio certi interesse facta in testamento, tamquam contineas solum legatum, & quidem vsurarium reiicitur, nec substinetur.*

22 *Confessio vsurarum facta in testamento, si adhuc probatur ex partitis mercatorum valet non solum in vim legati, sed etiam debiti ex contractu.*

23 *Confessio continens facta separabilia, potest diuidi, & in parte acceptari, & in parte reiici.*

24 *Mulieris obligatio, etiam facta cum solemnitatibus, non substinetur, si notabile damnum eidem mulieri ex illa sequatur.*

25 *Confessio, & declaratio defuncti ab illius hærede impugnari non potest.*

26 *Inuestimentum fecisse cum se m t ipso dicitur ille qui sua debita passiua extinxit, maximè si illa erant sub vsuris.*

27 *Possibilitas sola sufficit ad excludendum vsuras vbi de illarum repetitione agitur, tamquam indebitis.*

28 *Libri mercatorum probat, etiam si ordines originales ex cursu temporis, vel alia causa non fuerint reperti.*

29 *Solutio ex quibus dicatur facta non de pecuniis Banchi, sed alterius.*

30 *in Libris mercatorum non attenditur diuersitas temporis, sed reaptatio partitarum, quæ fit in fine anni.*

31 *Reaptatio partitarum, quæ à mercatoribus fit in fine anni, ab eis nuncupatur ragguagliare le partite, cum qua omnes solutiones referuntur, & ponuntur ad suam causam.*

DECISIO DCXIV.

HODIE Informantes pro D. Duce Hieronymo Matthæio excludere conabantur conformitatem Sententiarum Rotalium ex capite Iniustitiæ, & repetebant alias deducta in prima Instantia, & sublata in tribus decisionibus coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in alia coram R. P. D. meo Emerix, quare Domini steterunt in decisis coram me * 28. Iunij proximi præteriti.

Ad demonstrandum siquidem Cyriacum Matthæium indebite, & excessiue soluisse fructus ad rationem sex pro centenario pro dote Herminiæ filiæ viduæ ab eo administrata iterum in eo insistebant, quod dicta dos esset profe-
1 ctitia, † quæ defuncto Herminiæ viro de iure reuertebatur ad Cyriacum Patrem dotantem *vulg. leg. dos à Patre C. soluto matrimon.* & tamquam consolidata cum eius patri-
2 monio † poterat de ea libere disponere Bald. *in l. fin. num. 1. C. comm vtriusque Iudic.* Ciroc. *discept. 64. num. 1. cum seqq.* Thes. *quæst. foren. 72. lib. 3.* Merlio. *de pignor. lib. 3 qu. 79. num. 3.* Rot. *decis. 604 numer. 1. & seqq. part. 4 recent.* &
3 quamuis teneatur dotem conseruare † pro secundis nuptijs filiæ *Auth. sed quamuis C. de rei vxor. action.* & interim
4 præstare † alimenta Boss. *de dot. cap. 2. nu. 144.* non tamen
cogi poterat soluere fructus † maximè post mortem dictæ 5
Herminiæ Rot. post Fenzon. *ad Stat Vrb. decis. 91. & in Romana Fructuum Dotis 11. Aprilis 1651. coram Eminentiss. Cerro, & in Papien. Pecuniaria 2. Martii 1668. coram bon. mem. Pirolo.*

Dotem autem fuisse profectitiam † deducebant tum 6
ex præsumptione iuris eo ipso, quod à Patre constituta fuit Mantic. *de tacit. lib. 13 tit. 13. num. 7. & seqq.* Boss. *de dote cap. 3. num. 10. & seqq.* Rot. *decis. 108. numer. 20. part. 4. tom. 2. recent.* tum ex eo, quod Pater stipulatus fuit illius restitutionem ad sui fauorem Aliograd. *cons. 18. num. 51. lib. 2.* Mantic. *de tacit lib. 12. tit. 8. num. 21.* tum ex eo, quod soluto matrimonio per mortem viri exegerit dotem vti legi-
timus administrator filiæ, † qualis dici non posset si dos 8
non esset profectitia Cagnol. *in l. frater à fratre num. 160. ff. de condit. indeb.* Burat. *cons. 133. num 30.* Ascan. *Clem. de patr. potest. effect. 13. num. 11.* Paschal. *eod. tract. part. prima cap. 2. num. 84.*

Sed Domini iterum censuerunt prædictam dotem fuisse aduentitiam stante amplissima renunciatione facta ab Herminia correspectiue ad dotem sibi in eadem renunciatione promissam vt aperte colligitur ex tota serie facti, & contextu instrumenti, prius enim fuit impetrata derogatio constitutionis Sixtinæ, vt posset constitui dos in scutis 15. mil. & postea cum Herminia esset certa, quod poterat consequi dotem in dicta summa sub die 7. Septembris 1588. fuit stipulatum instrumentum, in quo contextualiter Herminia renunciatione fecit, & Cyriacus Pater è conuerso promisit illi dotem scutorum 15000. vtrumque factum fuit correspectiue ad aliud, vt patet ex illis verbis eiusdem instrumenti, ibi: refutauit cessit, donauit in perpetuum omnia, & quæcumque bona, &c. dote infrascripta sibi excepta, & reseruata, &c. & inferius: has autem refutationes, cessionis &c. fecit dicta Herminia, &c. quia dictus D. Cyriacus eius Pater ipsam Dominam Herminiam despondit Illustrissimo D. Honuphrio &c.
cum dote scur. 15000. &c. † quæ ad oculum ostendunt, 9
quod dos fuit causa finalis renunciationis, ponderando præ cæteris illa verba: hac autem renunciationes, &c. quia dictus Cyriacus, &c. vt tradit Becc. *cons. 20. num. 13. lib. primo cum aliis per* Barbos. *diction. 144. numer. 3.* quando autem filia recepit dotem correspectiue ad renunciatio-
nem; † dos semper dicitur aduentitia, quamuis data sit à 10
Patre, quia tunc data dicitur in pretium renunciationis
Crauett. *consil. 84. numer. 4. & 5.* vbi quod tali casu cessat 11
dispositio *l. dos à Patre* Thomat. *decis. 185. numer. 30.* Rota coram Reuerendissimo Royas *decision. 267. num. 2. &* coram Dunozet. Iun. *decis. 528. numer. 22. & in Ciuitatis Castelli Dotis 28. Aprilis 1661. & 4. Maii 1664. coram bon. mem Emerix.*

Nihil obstante, quod sub die 17. eiusdem mensis Septembris fuerit stipulatum Instrumentum in quo promissa fuerit marito eadem dos scutorum 15. mil. quia ista instrumenta respiciunt diuersos effectus, nam primum stipulatum sub dicta die 7 continet Constitutionem dotis à Patre factam filiæ correspectiue ad quam ipsa renunciationem fecit, secundum autem stipulatum sub die 17 continet promissionem fauore Honuphrij sponsi eiusdem dotis iam constitutæ, & licet in dicto primo Instrumento dicatur, quod Pater desponderat Herminiam filiam Honuphrio, non tamen ibi colligitur, quod vere fuissent fa-
cta sponsalia de præsenti, † sed intelligitur (vt alij 12
dicunt) de sponsione sponsaliorum, seù desponsalibus futuris, vt egregie declarat Henric. Broumeri *de Iur. connub. lib primo cap. 2. numer. 6.* Michalor. Hauoman. *eod. tract. lib. 1. tit. 9. posit. prima pariter sub num. 6. &* Spad. *cons. 152. num 1. lib 2.*

Nec valuit responsio, quod dictam renunciationem fecerit Herminia fauore fratrum, non autem Patris, & de bonis, & hæreditatibus, à quibus erat exclusa per statutum, quia renunciauit fratribus, Patre præsente, & consentiente intuitu dotis sibi promissæ, & quod magis eis declarauit hoc facere pro conseruatione ipsius agnationis, ibi: vt dicti fratres, & eorum descendentes, & familiæ pro magis honorifica ipsorum, & nobilis, & illustris familiæ Matthei conseruatione fortunis, sine fa-
cultatibus non decrescant; imò augeantur, † vnde negari 13
non potest quin contemplauerit etiam personã Patris, de cuius agnationis conseruatione agebatur, & quin hoc fecerit propter dotem sibi ab eodem Patre promissã, & correspectiue ad ipsã, vt benè huic obiecto responsũ fuit *in decisione*

sione 5. Decembris 1672. coram Reuerendissimo Domino meo Decano renunciatio vero comprehendit non solum hæreditatem paternam, & maternam, sed etiam fratrum, Cardinalis Patruorum, & aliorum quorumcumque agnatorum, & cognatorum præsentium, & futurorum à quibus Herminia non excludebatur per statutum Fenzon. *ad cap.* 145. *n.* 7. Grat. *discept.* 664. *num.* 25. Rot. *decis.* 25. *n.* 8. *par.* 1. *recent.*

Quinimo etiamsi Cyriacus non fuisset præsens, aut consensisset renunciationi ab Herminia factæ ad fauorem Ioannis Baptistæ, & Alexandri ipsius Herminiæ germano-
15 rum fratrum, adhuc tamen iura dotis fratribus renunciata non ipsis, sed Cyriaco eorum Patri intelligerentur de iure acquisita, tanquam refutata contemplatione eiusdem Cyriaci, & propter dotem ab eo promissam, & successiue solutam per Text. *in l. cum oportet C. de bonis liberis vbi Doctores* Corn. *cons.* 130. *lib.* 2. *cum alijs cumulat. per* Boss. *de patr. potest cap.* 4. *num.* 3. *& per tot.* Quia quidem conclusio eo fortius stringit in præsenti casu, in quo Cyriacus de istis iuribus disposuit, dum in omnibus suis bonis, iuribus & actionibus quibuscumque heredes suos vniuersales instituit predictos Ioannem Baptistam, & Alexandrum eius filios, quorum omnium est hæres idem D. Dux Hieronymus, qui dispositionem factam à Cyriaco suo auctore impugnare non potest.

Quapropter nihil facit, quod Pater stipulatus fuerit sibi dotem restitui, & soluto matrimonio illam exegerit cum
16 expresso titulo legitimi administratoris ipsius filiæ, † quoniam stipulatio legitur facta sibi, vel cui de iure, & sic fauore filiæ cui dos aduentitia de iure erat restituenda Gabr. *consil.* 58. *numer.* 48. *lib. primo* Surd. *consil.* 206. *numer.* 23. *&* 26. Rota coram Dunozett. Iun. *decis.* 528. *numer.* 32. *cum alijs adduct. in dicta decisione 5. Decembris* 1672. *coram Reuerendissimo Domino meo Decano* expressio autem tituli legitimi administratoris excludit potius dominium ipsius Patris,
17 † & magis confirmat dotem fuisse aduentitiam, & de ea teneri reddere rationem filiæ, vt aduertunt præcedentes decisiones.

Et quod fuerit aduentitia declarauit etiam ipse Cyriacus in suo testamento, ibi: *Dichiaro anco che detta Erminia mi hà data detta sua dote nelle mie mani, e che io hò riceuuti i detti scudi 15000. per il Banco del Signor Roberto Primi per metterli à frutto, e che per maggior sua sicurezza hò tenuti, sì come li ritengo appresso di me, essendomi valso à miei gusti, e negotii, e per ciò hauerli sempre pagati li frutti à ragione di sei per cento, che così hà desiderato detta Erminia, e ne hà hauuto contento per le difficoltà d'inuestire i denari, Per tanto ordino, che doppo la mia morte se li debbano pagare i medesimi frutti all'istessa ragione di sei per cento, come sin hora hò fatto io senza replica, ò disputa se li habbia possuti legitimamente riscuotere, ò nò, massime hauendo i detti denari impiegati, e posti à frutto per me, & à mio commodo, &c.* Quę verba nimis clare ostendunt dotem fuisse propriam filiæ, & ad eius commodum esse inuestiendam; Si enim dos fuisset profectitia pater non recepisset dotem, vti propriam filiæ, nec dixisset, quod receperat pecuniam ad effectum inuestiendi ad commodum filiæ, nec illi fructus soluisset, nec solui mandasset, quia reuersa dote ad Patrem, non tenetur soluere fructus filiæ, sed solum illi præstare alimenta ex supra allegatis *in §. ad demonstrna. ante finem*; Hinc patet quod Pater sic declarando habuit dotem pro aduentitia,
19 quod facere potest † cum pendeat ab eius voluntate, & arbitrio dotem quamuis profectitiam facere aduentitiam *glos. in d. l. dos à Patre verb. filiafamiliæ C. solut. matrimon.* Crauett. *d. cons.* 84. *num.* 3. *&* 5 *& cons.* 92. *nu.* 2. *&* 3. Surd. *d. cons.* 206. *num.* 21. Tondut. Sanleger. *qu. Ciuil.* 500. *num.* 13. *tomo primo.*

Inde igitur infertur, quod Cyriacus remanserit debitor etiam fructuum; Cum enim in testamento fassus fuerit
20 dotem recepisse ad effectum inuestiendi, † si non inuestiuit, tenetur ad fructus loco damnorum, & interesse, vt pluribus firmant omnes præcedentes decisiones, non subsistente, quod talis confessio facta in testamento non probet, sed
21 habeat vim legati, † cuius exactio cum penderet à libera facultate legatarij, operatur vt præstatio certi interesse, à testatore demandata sit vsuraria Grat. *discept.* 848. *num.* 2. *cum seqq.* Rot. coram Cauał. *decis.* 591. *num. primo & 2 &* coram Buratt. *decis.* 144. *num.* 8. *ibique* Adden. *num.* 13. quia de credito dotis eiusque receptione constat non solum ex dicta confessione, sed ex publico instrumento, & ex partitis librorum Roberti Primi præterito Summario num. 2. † 22
quo casu probat, & debetur non vti legatum, sed vti debitum ex contractu Capyc. Latr. *consult.* 152. *num.* 19. Rot. *decis.* 63. *num.* 16. *& seqq. part.* 51. *recent. & facit* Text. *in l. si autem, ff. de leg.* 1.

Obiectum autem, quod inuestimentum non fuerit factum, quia sic voluit Herminia ex verbis, ibi *Che così hà desiderato detta Erminia e ne hà hauuto contento per la difficoltà d'inuestire li denari:* Sublatum fuit in tribus præcedentibus decisionibus ea solida ratione, quod dicta Cyriaci confessio continet duo facta separabilia, quorum vnum non
dependet ab alio, † vnde potest diuidi, & vnum acceptari al- 23
terum reijci, & quamuis replicaretur non posse legatarium confessionem testatoris diuidere, responsum fuit hæredes Herminiæ non venire vti legatarios, sed vti creditores.

Imo cum ex tali confessione Cyriaci clare constet, quod ipse quando primordialiter exegit pecuniam dotalem filiæ, hoc fecit ea intentione, & lege vt pro filia inuestiretur, non posset deinde sustineri posterior consensus mulieris in eadem confessione enunciatus circa remissionem talis obligationis de inuestiendo, quia deficerent solemnitates statuti *Vrbis cap.* 151. *lib.* 1. imo cum ex tali consensu fuisset causatum illud magnum damnum, quod hodie prætendunt informantes pro Duce, nempe quod cessauerit cursus fru-
ctuum, † etiam solemnis obligatio Herminiæ non posset 24
sustineri Dunoz. Iun. *decis.* 797. *n.* 53. *& in rec. dec.* 35. *& dec.* 163. *vtrobique n.* 6. *par.* 14.

At verè inuestimentum non fuisset omissum, sed Cyriacum inuestisse cum seipso, nedum probatur ex eius confessione facta in dicto Testamento, ibi: *Massime hauendo io i detti denari impiegati, e posti à frutto per me, & à mio com-
modo*, † quæ à D. Duce eius hærede impugnari non potest 25
Rot. *decis.* 206. *num.* 21. *& decis.* 799. *num.* 3. *coram Buratt.* verum etiam ex serie facti, ipse enim exigit dictam dotem 29. Aprilis 1606. ex banco Roberti Primi, penes quem eadem die illam in deposito reliquit, & successiue cum his pecunijs eodem anno diuersos proprios Census passiuos, quos
habebat ad rationem sex pro centenario extinxit, † quod 26
est idem ac cum se ipso pecunias inuestire Escobar. *de ratiocin. cap.* 14. *num.* 4. *&* 42. & ab inde citra soluit semper fructus ad rationem sex pro centenario, & semestruatim, ibi *Per il semestre del Censo maturato à 15. Nouembre 1606 & ibi: per il semestre del Censo maturato à 15. Maggio prossimo passato*, ex qua semestruorum expressione possibiliter credi potest vel dictas pecunias ad censum accepisse, vel extinguendo alius census passiuos, cessionem iurium translatiuam
ad fauorem Herminiæ reportasse, † quæ possibilitas suffi- 27
cit in proposito, in quo prætenditur fructus fuisse indebitos, & agitur de illorum repetitione Cyriac. *contr.* 64. *nu.* 4. Leotard. *de vsur. qu.* 76. *num.* 45. Gratian. *disceptat.* 920. *num.* 32. Rota coram Bichio *decis.* 77. *numer.* 3. *& in recent. decis.* 38. *num.* 2. *& decis.* 392. *numer.* 27. *part.* 5. *& decis.* 74. *numer.* 10. *part.* 9.

Nec supradictæ partitæ extractæ ex libris Roberti Primi prætendi possunt defectuosæ, & quod non probent, saltem titulum, & causam solutionis pro fructibus census, dum non exhibentur ordines originales facti à Cyriaco mãdante; Hoc etenim obiectum plenè sublatum fuit *in decis. Reuerendissimi D. mei Decani sub die 5. Decembris anni* 1672. *§. nec releuat, quod solutiones, &c.* & hodie ponderatum vitelius existit, quod dictus Robertus Primus tunc temporis Reuerendæ Cameræ Apostolicæ Depositarius, & insignis in vrbe mercator, erat non solum depositarius solitus prædicti Cyriaci mandatis, sed etiam ipsius Herminiæ, cui dictorum solutiones factæ fuerunt, vt probatur ex datis in Summario impresso DD. de Sanctacrucijs num. 4. & consequenter cum Cyriacus, & Herminia tot annorum spatio descriptionibus dictarum partitarum acquieuerint, & nunquam reclamauerint, proinde dictæ partitæ plenissime probant tam quoad Cyriacum, & Herminiam, quam quoad
illorum Hæredes, † & ordines originales non fuerunt ex- 28
tracti, quia salsæ ordinum non fuerunt adinuenta de tempore extractionis ex antiquitate temporis, ac etiam ex alijs accidentibus potuerunt deperdi.

Nec in facto probatur, quod Cyriacus extinxerit propria debita cum pecunijs à banco mutuatis, non autem pecunijs Herminiæ, imò probatur contrarium, quia ipse antecedenter deposuerat dicta scuta 15000. in dicto Banco, & in acceptatione partitarum in fine anni fuerunt illa contraposita extinctionibus censuum, ibi: *hauere di 6.*

Decembre scudi 15000. *se li fanno buoni dal conto della Signora Erminia Mattei sua figliola* : quæ verba demonstrant extinctiones fuisse factas ex pecuuijs non banchi , sed ipsius Herminiæ Dec. *cons. 7. num. 3.* Grat. *discept.* 527. *nu.* 34. Barz. *decis.* 110. *num.* 24 Thomat. *decis.* 29. *num.* 18. & diuersitas temporis in libris mercatorum non attenditur ,
30 aptatio , quæ in fine anni solet fieri , quam reaptationem vocant *raguagliare le partite* , quo tempore omnes partitas
31 solutionum referunt , & ponunt ad suas causas , vt habetur *in Romana Locationis* 12. *Iunii* 1662 *.coram bo. me. Verospio sub §. Hanc verò exceptionem.*

Quæ autem repetebantur circa excessiuam taxationem fructuum ad rationem sex, & maxime ab initio sublata quoque fuerunt in antecedentibus decisionibus quarum fundamenta iterum placuerunt , causa ab omnibus Dominis visa , & vtraque parte acerrime informante .

Cæteras decisiones emanatas in hac causa vna cum re iudicata , & taxatione expensarum concordauimus supra in calce alterius decis. 577. hoc eodem tom 2.

R. P. D. CALATAIV.

Romana Fideicommissi , seù Saluiani.

Veneris 10. *Ianuarij* 1676.

ARGVMENTVM.

Ad euitandam restitutionem , & respectiue maiorem condemnationem fructuum allegabatur hincinde diuersitas , & identitas iudiciorum , quæ pariter diuersimodè iudicata sunt ; Alterum nempe rescissionis transactionis fuit reputatum pro vno eodemque iudicio um immissione , vbi verò alia duo pro eadem immissione similiter obtinenda , quia proueniebant ex diuersa causa , & diuersam etiam habebant actionem , haberi non poterant pro vno eodemque iudicio , atque ita vtrique litiganti minor , aut maior restitutio fructuum , quam fuerat præcedenter decisum est concessa.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium rescissionis transactionis ordinatum ad effectum obtinendi immissionem , reputatur vnum , & idem cum altero eiusdem immissionis iudicio .*
2 *Transactio nulla, & læsiua non potest præstare aliquem titulum.*
3 *Fides bona excluditur à læsione .*
4 *Reintegratus ad bona dimissa , etiam illorum fructus prætendere , & consequi debet .*
5 *Locatio facta cum pacto conficiendi disdictam , præsumitur continuata , donec disdicta sequatur , vel de ea non doceatur*
6 *Pensiones domus præsumuntur exactæ , quoties constat de locatione , donec contrarium probetur .*
7 *Expensæ compensantur cum fructibus etiam ex alijs bonis perceptis .*
8 *Iudicia plura , stante diuersitate actionis vtriusque , non possunt tamquam vnum , & idem iudicari.*
9 *Fructus per reum actori debeatur solum à die introductionis illius iudicii , quo reus per sententiam succubuit .*

DECISIO DCXV.

IN sententia lata per R. P. D. meum Emerix super liquidatione fructuum, ad quorum restitutionem condemnati fuerunt per tres conformes Fratres de Honoratis pronunciatum fuit, eos deberi à die 12. Iulij 1657. quo Lutius incepit impugnare transactionem , & à quo tempore Honorati constituti fuerunt in mala fide, & propterea in decisione de more præcedenter edita , dictum fuit , illos ascendere ad scut. 2095. 21. licet postea fuerit relaxatum mandatum in scut. 1669. 59. cum autem hanc liquidationem vtraque Pars , tamquam sibi læsiuam , impugnaret , fuit coram me in gradu appellationis dubitatum : An constet de excessiua taxatione , & in qua summa sit augenda , vel minuenda Et DD. responderunt non constare de excessiuitate ; & neque augendum , neque minuendam esse taxationem factam in dictis scutis 2095. 21.

Et quo ad excessum habito respectu ad summam in decisione calculatam, cum qua hodie DD. transierunt, duo potissime allegabantur ab Honoratis, primo quod licet anno 1657. fuisset impugnata transactio , nihilominus quia solum anno 1662. Lutius egit ad immissionem ; ab isto tempore , & non ante fructus restitui debeant , secundo quod cum domus non fuerit continuo locata , & non nullæ pensiones non exactæ , debuissent pro rata è calculo demi concessa vlterius retentione pro expensis factis in iactu plateæ Agonis , in fenestris vitreis , alijsque factis in lite , quam Canonicus Lucillus substinuit pro Fuluia matre Lutij , tum in hoc Sacræ Rotæ Auditorio, tum in Congregatione Sacræ Visitationis Apostolicæ .

Verum neutra ex prædictis exceptionibus releuare visa
fuit , respectu enim primæ aduerterunt DD. quod licèt
opus fuerit Lutio agere super nullitate, & rescissione tran-
sactionis , vt illis obstaculum remoueret , cum non posset
aliter effectum immissionis obtinere , nisi transactione de
medio sublata ; Attamen Iudicium directum , & ordina-
tum fuit ad obtinendam immissionem ; Proinde cum iudi-
cium actum super rescissione transactionis fuerit necessa-
rium, & ordinatum ad effectũ prædictum, scilicet obtinen-
di immissionem , † tamquam tenens ad eundem finem de- 1
bet pro vno, eodemque iudicio summi Carleual. *de Iud. c.*
part. 2. lib. primo tit. 2. disp. 5. per tot. Tondut. *de præuent.*
part. prima cap. 15. numer. 25. & part. 2. cap. 22 per tot. Ro-
ta coram Bich: *decis.* 370. *numer.* 12. & per consequens resti-
tui debeant fructus percepti , etiam tempore , quo agebatur
de viribus transactionis , ea enim vtpote declarata nulla ,
& læsiua , *vt in d. eis. 72. numer. 10. part. 13.* non potuit præ- 2
stare vllum titulum, sed potius ex læsione excluditur quæ-
libet bona fides , vt ad istum præcisum effectum aduertit 3
Rot. *decis. 3. num. 23. & 29. part. 7 i receat.* Seraphin. *de. ision.*
695 *aumer. 4. & 5.* Coccin *decis.* 1752 *aumer. 5. & nouissime*
in Romana , seù Ianuen. Hæreditatis 4. Decembris proximi
præteriti coram me .

Nec diuersitas iudicij desumi valet , ea quo in vltima
sententia lata à bon. mem. Verospio fuit denegata restitu-
tio ad domum , & solum decreta ad iura cessa , quia ex hoc
potius ostenditur identitas , cum Lutius prius non posse-
disset Domum , sed tantummodo ius illam assequendi , quod
ius in transactione cessit Honoratis, sublata autem de me-
dio transactione , vtique reintegrari debuit ad ius dimissum
quod habebat , non ad domum , quam nunquam possedit ,
† & ob istam reintegrationem benè potest fructuum resti- 4
tutionem prætendere, Oddus *de rest. in integr. p. 1. q. 45. ar. 13.*

Respectu verò secundæ exceptionis , sublata remanet
quælibet difficultas, cum fuerint exhibitæ locationes con-
tinuatæ cum pacto, quod nisi fieret disdicta, domus relocata
censeretur; † itaut proinde non docto de disdicta, semper cen
seretur continuata locatio Rota *decis. 60 nu. 13. vers. ex qui-* 5
bus par. 7 recent. & decis. 113. nu. 24 coram Arguell. constito
autem de locationibus , † pensiones præsumuntur exactæ
donec contrarium concludenter probetur , quæ probatio 6
deficit in casu nostro , Rot. *decis. 6. num. 6 & 7. part. 8. & de-*
cis. 341. num. 30. part. 9. recent. Expensæ verò pro iactu pla-
teæ Agonis tamquam factæ ante motam litem , non visæ
fuerunt bonificandæ , aliæ verò pro fenestris vitreis iam fue-
runt bonificatæ in decisione R. P. D. mei Emerix, cum fue-
rint detracta scuta 5. pro 100. pensionum pro restauratione,
alijsque reaptationibus ; Cęteræ verò factæ in litibus nul-
lam merentur animaduersionem , tum quia sunt extra
præsens dubium , tum quia veniunt compensandæ † cum
fructibus domus in Foro Boario à Lucilio perceptis, vt be- 7
nè responsum fuit in *d. decis. §. fin.*

Qun verò ad alteram dubij partem , licèt prætenderet Lutius taxationem esse augendam , eo sub prætextu , quod Iudicium super immissione motum fuit anno 1651. & reassumptum anno 1662. transactio verò interim facta tamquam nulla , & dolosa non potuerit purgare malam fidem ea lite præcedenter mota , inductam; nihilominus aduerterunt DD. quod Iudicium illud de anno 1651. est omnino diuersum ab alio secundo loco de anno 1662. In primo enim Lutius egit tamquam vocatus ad fideicommissum Tiburtij ,

bortij, & fic ex persona propria ad domum fideicommissatiam; In secundo verò egit tamquam hæres Fuluiæ †
8 matris, ideò stante diuersitate actionis, secundum Iudicium non potest tamquam vnum, & idem cum primo reputari, Rota *decis. 622. num. 2. & in Reatina Castrorum 18. Iunii 1674 §. nec subsistit coram R. P. D. meo Bourlemont* cumque non ex primo Iudicio vtpote incompetenti, sed
9 ex secundo fratres de Honoratis condemnati fuerint, † fructus solum debentur à die, quo motum fuit illud, in quo rei per sententiam succubuerunt, Post. *de manut. obseruation. 74. num. 7. & 10.* Rota coram Merlin. *decis. 330. num. 7.*

Et ita, vtraque parte informante resolutum fuit.

Quia præsens causa diu super diuersis articulis agitata, plures decisiones habet, eas igitur adnotata inuenies in calce decis. 391. alterius præced. primi tomi istius decimæ octauæ partis, ex quibus etiam singulas alias decis. reperies.

R. P. D. RONDININO.

Romana Donationis.

Vener. 10. Ianuarii 1676.

ARGVMENTVM.

Aspirabant fœminæ ad fideicommissum pro masculis constitutum, ad effectum excludendi extraneum, quasi earum exclusio sola temporalis fuisset, sed pro extraneo iudicatum est, quia erat hæres vltimi vocati, & agebatur de exclusione fœminarum perpetua, quo in casu per deficientiam masculorum, illæ nunquam reintegrantur: Rursus quia donator præseruauerat sibi facultatem constituendi fideicommissum, quatenus illud ordinare potuerit, qualeque ius filijs in eadem donatione contemplatis, fuerit acquisitum plenè in hac decisione deducitur.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ non remanent esse conformes, quamuis, intermedia contraria intercesserit.*
2 *Donatarius, vel fideicommissarius vltimus potest de bonis fideicommissi, vel donatis liberè disponere, & num. 6.*
3 *Filiæ fœminæ quatenus admittuntur, vel non in donatione, vel fideicommisso facto ab ascendente ex coniectura pietatis, & num. seqq.*
4 *Fœminarum exclusio intelligitur superextantibus masculis, secus autem vbi ad extraneos peruenire debet hæreditas.*
5 *Fœminæ à statuto, donatione, vel fideicommisso exclusæ, reintegrantur ad successionem deficientibus masculis.*
6 *Fœminæ vbi semper à fideicommisso, vel donatione sunt exclusæ, nec etiam deficientibus masculis intelliguntur vocatæ.*
7 *Dispositio hominis facit cessare dispositionem legis.*
8 *Fœminæ exclusæ non habent quid conquerantur, si de dote eis fuerit prouisum.*
9 *In Donatione facta contemplatione matrimonii, ius filiis quæsitum limitatur ad qualitates præscriptas in fideicommisso in eadem donatione contento.*
10 *Donationem remanere filiis, cuius matrimonii contemplatione facta est, & quando donator eam postea declarare possit iuxta facultatem sibi reseruatam, non implicant inter se.*
11 *Donator vigore facultatis sibi reseruatæ non potest declarare donationem extra personas in ea nominatas, & expressas, ampliu vt n. seqq.*
13 *Donator si in declaratione donationis semper vnum, & idem fideicommissum præseruauit, cum illius conditione, & qualitate etiam à principio donasse dicitur.*
14 *Vtile per inutile non vitiatur in vltimis voluntatibus.*
15 *Vltima voluntas, & illius actus semper substinetur, eo modo, quo potest.*
16 *Donatoris declaratio à potestate illi concessa metitur.*
17 *Bona donata sine alia expressione comprehenduntur sub fideicommisso postea à donatore facto vigore facultatis illud constituendi sibi in dict. donatione præseruatæ.*
18 *Verba præseruatiua, & suppositiua nihil de nouo concedant, sed solum concessam facultatem præseruant.*
19 *Fideicommissum si donator sibi præseruauit, quatenus intelligatur de iam facto, vel nouum constituere possit independens ab eo, & n. seqq.*
20 *Declaratio subsequens donatoris ostendit quid ab initio in donatione cogitatum sit.*

DECISIO DCXVI.

IN hac Causa, quam iterum Signatura commisit cum clausula, Constito de tribus, dedi dubium ad formam rescripti, An constaret de tribus, *cui* affirmatiuè Domini responderunt.

Nulla enim fuit questio super conformitate trium sententiarum conformium, quales dicuntur illa prioris instantiæ, ac duæ posteriores Rotales, quamuis intermedia contraria intercesserit, † cum satis sit illarum trium con- 1
formitas, Abb. Panormit. & Barbat. *in Clem. 1. de sent. & re iudic.* Card. *in Clem. fin. quæst. 6. de appell.* Dec. *cons. 385. num. 2.* Couar. *pract. qu. 25. sub num. 3.* Gratian. *disceptat. 42. num. 3. & seqq.* Rota coram Comitul. *decis. 120. numer. 13. &* coram Dunozett. Iun. *decision. 980. sub numer. 12.*

Sed redacta quæstione ab informantibus ad iustitiam sententiarum, iterum Dominis visum est illam adesse, cum Iacobus Ceua vnicus masculus ex quatuor filijs Pontij donatarij, † potuerit Agatham Vxorem, cui successit Ioan- 2
nes Aloysius, hæredem scribere super bonis donatis, veluti vltimus, & vnicus ex masculis vocatis, nullo super illis se vocatum probet, ad iterurinos *tex. in l. C. quando dies legat. cedat, in l. cum pater 79. §. libertis in fine, & in l. qui solidum 80. §. prædium, ff. de legat. 2.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 52. num. 2.* Fusar. *de substit. quæst. 551. & 735.* Rota *recent. part. 2. decis. 203. num. 1. & decis. 432. num. 7. & part. 5. decis. 363. numer. 1. & in Polinianen. donationis 27. Iunii 1674 §. neque coram R. P. D. m. Culatain.* Itaut sorores de Ceuis admitti non possint ex coniectura pietatis, † 3
de qua *in l. cum auus, ff. de condit. & demonstrat. & in l. cum acutissimi C. de fideicomm.* quasi omnis exclusio fœminarum intelligatur quousque supersunt masculi, exemplo exclusionis statutariæ, † quæ intelligitur masculis super- 4
extantibus, non autem *e*um ad extraneos † est deuenien. 5
quia tunc fœminæ ad successionem reintegrantur, per ea quæ tradunt Ruin. *cons. 154. num. 3. vol. 2. seff. decis. 362. num. 46.* Surd. *decis. 84 num. 9.* Capyc. Latr. *decis. 8. nu. 2. & pluribus seqq.* Marc Salon de pace *cons. 29. per tot.* Rot. *in recent par. 9. decis. 133. num. 17. & seqq. & par. 14. decis. 211 num 16 & in Camerinen. fideicommissi 27. Aprilis 1674. §. neque statuti coram me.*

Quia hæc non procedunt in enixo fideicommisso masculino, quale est istud fœminis semper exclusis, quia 6
tunc nec deficientibus masculis intelliguntur vocatæ, sed vltimus masculus extraneum hæredem instituere potest, quia dispositio † hominis facit cessare dispositionem legis 7
& statuti, Gabr. *cons. 132. num. 5. volum. 1.* Peregrin. *cons. 159. num. 13. vers. Quartas est casus vol. 5.* Rota coram Burart. *decis. 272. nu. 15. & seqq.* & cor. Card. Celso *decis. 341. num. 14. & in recent. par 2. decis. 203. num 8. & decis. 432. nu. 5. & 7. & par. 8. decis. 37. num. 2. & par. 12. decis. 380. nu. 13. & part. 14. decision. 452. nu. 15. cum duobus seqq.*

Neque habent fœminæ quod conquerantur, † cum il- 8
lis suas dotes fideicommittens legauerit, vt in proposito pro excludenda illarum vocatione considerant Gabriel. *comm. conclus. de verb. signif. concl. 6. num 130.* Peregrin. *de fideicomm. art. 25. num. 45.* Fusar. *de substit quæst. 311. nu. 95.* Barbos. *tr. var. sub appellatiuo filius num. 62.* Rot. *recent. par. 2. decis. 217. num. 2.*

Ceterum

Cæterum quod sub fideicommisso masculino continerentur hæc scuta 20. mil. videbatur extra difficultatem iuxta literam donationis, quia licet Pontius Senior donauevit intuitu certi matrimonij fauore filiorum, & descendentium, non tamen indefinitè hoc fecit, sed cum expressa conditione, vt bona donata remaneant supposita fideicommisso facto, seù faciendo, hoc est mutabili per fideicommissum facien. Quam donationem, vt sunt ipsius verba, cum supradicta qualitate suum effectum sortiri voluit, quo casu non est ius quæsitum filijs, & descendentibus ex illo matrimonio absolutè, sed dependenter à fideicommisso facto, vel faciendo, & cum hac qualitate consenserunt parentes vxoris, qui vna cum sponso voluerunt sequi formam successionis contentam in fideicommisso facto, vel facien-
9 do, † adeout ius, quod dicitur quæsitum filijs, & descendentibus sit limitatum ad qualitates præscriptas in fideicommisso facto, vel faciendo, ad terminos *textus in l. cum itale §. primo, ff. de condition. & demonstration. in leg. cum im legatum 67 ff. illo eodem tit. in l. proinde, ff. si cert. pet. & in l. cedere diem, ff. de verb. signif.* Bertrand. *cons.* 138. *num.* 24. *lib.* 2. Rimin. Iun. *cons.* 111. *num.* 73. Menoch. *cons.* 851. *nu.* 42. & 43. Guidopap. *decis.* 505 *per tot.* Cautel. *de donat. contempl. matrim. tomo* 2. *tract.* 2. *discurs.* 1. *special.* 7. *sub nu.* 29. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4 *glos* 9. *par.* 3 *num.* 6. & *claus.* 7. *glos.* 2. *part.* 2. *tom.* 49. & 50. Cancer. *var. resol. par.* 1. *cap.* 8. *de donat. num.* 105. Cyriac. *controu.* 337. *num.* 8 Staiban Iun. *resol.* 72. *num.* 23. *part.* 1. Rota *in decis. huius causæ apud* Torr. *de pact. futur. success. decis.* 46. *num.* 1. & 8.

Ideoque licuit ex fideicommisso facto, vel faciendo declarare qualitates, & præscribere modum succedendi filijs & nepotibus ex vi prosecutionis fideicommissi facti, vel faciendi, iuxta quod dicitur ius quæsitum filijs, & descendentibus, ac si in ipsa donatione modus succedendi præscriptus fuisset, & sine vlla violatione conuentionis cum sponso, & parentibus sponsæ, quia benè stat, quod bona donata debeant remanere filijs, & descendentibus illius matri-
10 monij, † & quod donator etiam ex post facto declarare potuerit istos filios, & descendentes esse masculos iuxta fideicommissum factum, vel faciendum, quod voluit præser-
12 uare ex causis sibi benè visis ob familiæ splendorem, vt in præcisis terminis examinato ad partes articulo concludunt Decian. *cons.* 7. *num.* 99. & *seqq. vol.* 1. Molin. *de ritu nupt. lib.* 2. *qu.* 24 *num.* 295. & 296. Cutell. *de donat. tom.* 2. *tract.* 2. *d. special.* 7. *ex num.* 27. Fontanell. *decis.* 172. *ex numer.* 6. 9. & 23. Meierez *de maiorat. par.* 1. *quæst.* 44 *num.* 16. & comprobant ea quæ deducit Rota coram Merlin. *decis.* 802. *num.* 3. & *in rec par.* 12. *decis.* 356. *n.* 15. & 16. & *par.* 13. *decis.* 11. *num.* 7. & *seqq.* cum alijs *in decisionibus huius causæ coram Reuer. Cadicen. & coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Contraria verò Domini procedere dicebant in casu, in quo modificatio personarum contrariaretur conuentioni
11 restrictæ ad certas personas particulariter expressas, † prout in personis nominatim vocatis, atque pariter in personis prænominatis loquuntur decisiones in contrarium adductæ coram Seraphin. 874 *ex num.* 2. & *in Senogallien fideicommissi* 15 *Decembris* 1628 §. *exceptiones*, & §. *sequen. coram bon.*
12 *mem. Ghislerio*, vel quando adiecta est dictio †, nominationi æquiualens, & indubitabiliter comprehensiua, vt *in decision. huius causæ* 3. *Decembris* 1674. §. *nam vltra*, & §. *sequen. coram R. D. meo Albergato Decano*, cum quo sensu admitti possunt, quæ deducit *Azeued. disquisit.* 40.

Nec obstat, quod primum testamentum, in quo masculi solum vocabantur ante donationem conditum, reuocatum fuerit per secundum post donationem, atque ideo attendi non possit pro declaranda mente donatoris, quodque secondum post masculos de agnatione substituat illos de Rattis extraneos contra tenorem donationis, quæ refertur ad fideicommissum factum, vel faciendum in fauorem tamen filiorum, & descendentium ex illo matrimonio, quia cum in secundo testamento donator repetierit idem fideicommissum masculinum, prout in primo semper vniformis permansit voluntas donatoris de fideicom-
13 misso pro masculis ad fœminarum exclusionem, † cum qua conditione, seu qualitate donatum fuit, vt in præcisis terminis tradunt distinguendo communiter Ruin. *cons.* 93. *sub num.* 15. *vol.* 2. Curt. Iun. *cons.* 163. *num.* 15. Peregrin. *de fideicomm art.* 5 *sub num.* 8. Mantic. *de coniect. lib.* 12. *tit.* 1. *num.* 36. & 37. & *tit.* 2. *sub num.* 22. Mascard. *de probat. conclus.* 1280. *siue potius* 1286. *iuxta diuersas impressiones numer.* 52. & latè exornat Gratian. *discept.* 751. *num.* 1. *cum pluribus seqq.* Fontanell. *decis.* 173. *num.* 1.

Et licet in posteriori testamento addita fuerit substitutio extraneorum contra tenorem donationis cuius bona remanebat supposita fideicommisso facto, vel faciendo in fauorem tantum filiorum, & descendentium, non exinde tamen destruitur relatio ad antecedentes substitutiones compatibiles cum verbis donationis, quia cum ista dispositiones sint diuiduæ, & diuersæ, atque vtile † per 14
inutile non vitietur in vltimis voluntatibus, in quibus † 15
actus sustinetur eo modo quo potest, *l. hac consultissima §. ex imperfecto C. de testam. lib.* 2. *ff. de his, quæ pro non scriptis haben.* Ias. *in l.* 1. §. *sed si mihi n.* 12. *ff. de verb. oblig.* Simon de Pret. *de interpret. vltim. vol. lib.* 1. *interpret.* 2. *dub.* 2. *solut.* 14. *numer.* 18. *pag.* 77. Surd. *cons.* 428. *numer.* 25. Fusar. *de substit. quæst.* 463. *numer.* 12. & tot sint fideicommissa, quot sunt substitutiones, seu personæ substitutæ in eodem testamento, vel donatione Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 17. Rota coram Merlin. *decis.* 404. *num.* 7. & *in recent. part.* 13. *decis.* 429. *num.* 2. & *par.* 14. *decis.* 422. *sub illo eodem num.* 2.

Consequens est, vt donator voluerit bona donata remanere tantum sub fideicommisso facto, vel faciendo pro descendentibus donatarij masculis iuxta fideicommissum in vtroque testamento contentum cum verbis donationis compatibile, non autem sub altero fideicommisso pro extraneis cum verbis donationis incompatibili, sub quo reliqua bona exceptis donatis contineri donator itidem, & Testator voluit, & expressit in assignatione bonorum do-
natorum † metiendo etiam voluntatem à potestate, per 16
text. in l. Lucius 21. §. *Imperatores, ff. ad municipal.* Rota *recent. par.* 5. *decis.* 604. *num.* 17. Peuting. *decis.* 209. *num.* 11. Card. Celi. *dec.* 116. *n.* 12.

Nec requirebatur in testamento specialis, & indiuidua mentio scutorum 20. mil. donatorum, quia bona hæc donata sufficienter remanent sub primo fideicommisso testamentario vniuersali omnium bonorum, & consequenter istorum posteà donatorum comprehensiuo nullibi mutato, & per donationem præseruato, † atque in 17
assignationem bonorum donatorum expresso quoad ipsa bona donata, per quam præseruationem remanent sub eodem fideicommisso facto, mutabili tamen per fideicommissum faciendum sine alia expressione, per ea, quæ in proposito concludunt Amat. *decis.* 49. *sub nu.* 11. Cutell. *de donat tom.* 2. *tract.* 2. *d. disc.* 1. *special.* 7. *numer.* 27. & *seqq.* Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *quæst.* 28. *numer.* 295. & *pluribus seqq.* Decian. *d. cons.* 7. *num.* 99. & *seqq. volum.* 1. Fontanell. *dict. decis.* 172. *numer.* 6. & *seqq.* & *per tot.* Meierez *de maior. par.* 1 *qu* 42 *per tot.* & conferunt ea, quæ tradunt Mastrill. *decis.* 190. *num.* 1. & *seqq.* Rot. coram Penia *decis.* 486. *num.* 7. *in recent. part.* 12. *decis.* 194. *num. fin.*

Ex quibus patet in donatione non fuisse factum particulare, ac proprium fideicommissum super bonis donatis quia donator nec in donatione scutorum 20. mill. nec in assignatione bonorum donatorum apposuit verba per se dispositiua, sed tantum præseruatiua, & suppositiua, † 18
quibus nihil de nouo conceditur, sed solummodo concessum præseruatur, Decian. *cons.* 283. Paris. *cons.* 13. *nu.* 12 *volum* 1. Rota coram Dunoz Senior. *decis.* 162. *num.* 7. Greg. *decis.* 208 *num.* 2. & *ibi* Add. *num.* 7 Bich. *decis.* 396. *num.* 3. & *in recent. par.* 10. *decis.* 281. *numer.* 11. & *part.* 13. *decis.* 54. *num.* 36.

Ne aliter resultet contrarietas præseruandi fideicommissum factum, & instituendi nouum independens, † 19
ad quam contrarietatem euitandam omnis interpretatio assumi debet, Becc. *cons.* 34. *num.* 24. *volum.* 1. Cyriac. *controu.* 283. *num.* 57 Rot. *decis.* 135 *num* 16. *part.* 14. *recent.* &
pro vocatione † masculorum in proposito Dunoz Iun. *de-* 20
cis. 233. *num* 4. quidquid sit in casu, in quo non adesset vi-
lum fideicommissum separatum à donatione † pro modi- 21
ficatione, & declaratione præseruationis adiectæ, iuxta distinctionem, quam ex *l.* 2 *ff. de hæred. instituen.* cum ibi notat. facit Rota in contrarium adducta *in recent. par.* 14. *decis.* 464. *sub num.* 8. & 9. cum qua distinctione non factæ
declarationis † procedunt contrariæ decisiones, vt *in re-* 22
cent. par. 13. *decis.* 515. *num.* 12. & 14. & in alijs, atque intelligebant pariter Domini deducta *in Romana fideicommissi* 22. *Iunii* 1668. *coram R. P. D. meo Bourlemont.*

Quæ omnia comprobant ex subsequuta declaratione donatarij, qui melius omnibus suam mentem explicauit, cum emendo Palatium donatione, & successoribus in ea tribus vicibus explicauit bona donata vigore donationis

suppo-

suppofita fideicommiſſo ſubſtitutionibus, & prohibitio-
nibus teſtamentarijs Pontij Ceuæ ſenioris donatoris quo-
ad partem diſponentem de filiis, ac deſcendentibus, quod
etiam in eius teſtamento indicauit, dum ſororibus de Ce-
uis filiabus proprijs reliquit certam ſummam titulo inſti-
tutionis vltra legatum dotale eis debitum vigore teſta-
menti, & donationis Pontij Ceuæ ſenioris, Summario
Ioannis Aloyſij num. vnico, & Summario ſororum de
23 Ceuis num. 6. † quæ declaratio ſubſequens oſtendit quid
ab initio cogitatum fuerit in donatione, Bald. *in l. multum
intereſt ſub num. 2. C. ſi quis alteri, vel ſibi*, Corn. *conſ.* 123.
num. 14. *vol* 1. Rota *rec. p.* 13. *deciſ.* 430. *num.* 6. & in termi-
nis donatarij tamquam de veritate facti optimè inſtructi,
& informari in *recent. part.* 14. *deciſ.* 61. *in princip.*

Et ita, vtraque parte informante reſolutum fuit.

Aliæ plures deciſiones in hac cauſa emanatæ concordatæ ſunt ſupra in calce alterius deciſionis 377. præcedentis tomi iſtius decimæ octauæ partis recentior. ex quarum perquiſitione cæteræ quoque facillimè inueniendæ ſunt.

R. P. D. EMERIX.

Rauennaten. Fideicommiſſi.

Vener. 10. Ianuarii 1676.

ARGVMENTVM.

Vocatio filiorum in conditione poſitorum quæ ſolum ex coniecturis reſultat, & quorum plures hic concurrentes, enumerantur, impugnabatur ex eo, quod non concurrerent ſimul ratio conſeruationis agnationis, & digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum, & licet eas etiam in hoc caſu verificari prætenderetur, illas adhuc non eſſe omnino neceſſarias deciditur, quoties, vt in præſenti, cæteræ coniecturæ ſunt omnino perfectæ; quamuis ageretur de portione patrui, quia cum ſimus in fideicommiſſo aſcendentis, leuiores coniecturæ ſufficiunt.

SVMMARIVM.

1 *Filii in conditione poſiti dicuntur ex coniecturis vocati, non ſolum ad portionem patris, ſed patrui, & quales illæ ſint.*

2 *Coniecturæ pro vocatione filiorum ad portionem patris, & patrui à iudicantis arbitrio dependet, ſed omnes debent eſſe perfectæ, quia tunc etiam ſimul iunctæ accipi poſſunt, & num. 6.*

3 *Filii in conditione poſiti vt dicantur ex coniecturis vocati etiam ad portionem patrui, debent copulatiuè concurrere conſeruatio agnationis, & digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum, & vid. n. ſeqq.*

4 *Digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum, & conſeruatio agnationis, non ſemper requiruntur pro vocatione filiorum in conditione poſitorum etiam ad portionem patris, & n. 12.*

5 *Coniecturarum numerus non eſt præfixus ad inducendam vocationem filiorum in conditione poſitorum ſuper portione patrui, ſed totum remittitur arbitrio iudicis, & num. 6.*

7 *Voluntas teſtatoris in fideicommiſſis totum facit, quæ ideo nominatur regina, quia ſat eſt, quod de ea quomodocumque conſtiterit.*

8 *Filii in conditione poſiti vt dicantur ex coniecturis vocati, etiam ad portionem patrui, ſi ſumus in deſcendentibus teſtatoris, leuiores coniecturæ ſufficiunt.*

9 *Filiorum in conditione poſitorum vocatio ad portionem patrui, à ſolis coniecturis dependet, non autem, quod illius portio cum alia patris prius conſolidata ſit, & num. ſeqq.*

10 *Fideicommiſſum pro portione patrui conſolidatum in patre, totum cum eodem onere peruenire debet ad filios in conditione poſitos.*

11 *Coniecturæ pro vocatione filiorum in conditione poſitorum cum contemplatione agnationis, & digreſſu ad plures gradus ſubſtitutionum admittuntur alternatiuè & reſtrictè.*

12 *Filii in conditione poſiti quandoq; dicuntur vocati etiam ſine digreſſu ad plures gradus ſubſtitutionum, & conſeruatione agnationis, & num. 4.*

13 *Filii dicuntur in conditione poſiti etiam pro portione patrui ex verbis vni, vel duobus decedenti, ſeu decedentibus ſine filiis.*

14 *Subſtitutio ſi eſt facta in totā hæreditate, quæ alias ad vltimum vocatum peruenire non potuiſſet, arguit filios in conditione poſitos fuiſſe vocatos, etiam ad portionem patrui.*

15 *Digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum an habeatur pro vnica ſubſtitutione ab vnico caſu dependente, vel autem pluribus vna poſt aliam facta ordine ſucceſſiuo, & num ſeqq.*

16 *Lineæ expreſſio præſefert tractum ſucceſſiuum, & efficit ſubſtitutionem eſſe compendioſam.*

DECISIO DCXVII.

RESOLVTVM fuit coram me 22. Martij anni pro-
ximè præteriti Hieronymum vti in conditione po-
ſitum fuiſſe diſpoſitiuè vocatum per fideicommiſſum Eq.
Ioannis, tam ad portionem exuberantis patris, quam ad
portionem patrui ex multis coniecturis in deciſione re-
cenſitis; hodie verò reis non acquieſcentibus, cauſa repro-
poſita, Domini perſtiterunt in deciſis; Rurſus namque
ponderatum fuit, † quod Teſtator primo filios ad inui- 1
cem reciprocè ſubſtituit ſub conditione mortis per ver-
bum quandocumque, & ſic etiam per compendioſam in-
cludentem fideicommiſſariam; Secundò filios filiorum
in conditione poſuit cum qualitate legitimitatis, ac natu-
ralitatis, non ſemel tantum, ſed pluries; Tertiò proprias
filias excluſit; Quartò digreſſus fuit ad plures ſubſtitu-
tionum gradus, vocando non ſolum fratres ipſorumque
filios ac deſcendentes, ſed vlterius poſt lineam eorundem
finitam alios agnatos tranſuerſales, ac extraneos, necnon
ipſorum filios, & deſcendentes; Quintò in omnibus ſub-
ſtitutionibus vſus fuit verbis in rem directis importanti-
bus fideicommiſſum reale; Sextò grauauit hæredes tam
inſtitutos, quàm ſubſtitutos onere perpetuo celebrationis
Anniuerſarij; Quæ coniecturæ præ cæteris denuò rectè
perpenſæ ſuaſerunt Dominis vocationem Hieronymi,
etiam ad portionem patrui; ſunt enim perfectæ, ac tales,
vt omnes iunctæ, prout fieri debet, † ſufficiant ad mo- 2
uendum animum Iudicis, à cuius prudenti arbitrio hic
articulus merè dependet, ad pronunciandum pro voca-
tione tam ad portionem patrui, quam patris, quemad-
modum eaſdem coniecturas examinando, latè firmat *de-
ciſio d. § ratio reſolutionis cum ſeqq.*

Neque illos ab hac ſententia retraxit obiectum rurſus
excitatum, quod vbi agitur ad portionem patrui, num-
quam potuit ex coniecturis deduci vocatio, † niſi copula- 3
tiuè concurrant conſeruatio agnationis, & digreſſus ad
plures ſubſtitutionum gradus, ex Rota coram Peuting.
deciſ. 358. *n.* 4. & *deciſ.* 274. *n.* 16 & *in Firmana fideicommiſſi
13. Iunii 1672. § neque ex eo, & 23. Aprilis 1673. § fin. cor.
Reuerendiſſ. D. Albergato Decano, & in Interamnen. fideic.
28. Martii 1667. & 1. Febr. 1666. coram Eminentiſſ. Carpineo
Prodatario, & in altera Interamnen. fideicommiſſi 20. Febr.
1673. § verum tamen, & 23. Iunii eiuſdem anni § adducit coram R. P. D. Matthæio.*

Quia præterquam quod in præſenti caſu adeſt huiuſ-
modi digreſſus, vt *in deciſ. § ratio reſolutionis*, & *§ fin.* ne-
que deficit agnationis contemplatio ſaltem tacita, vt in
eodem §. & hinc copulatiuus † vtriuſque coniecturæ con- 4
curſus non requiritur, cum nec à iure, neque à DD. pro
vocatione filiorum in conditione poſitorum † ad portio- 5
nem patrui præfixus fuerit certus coniecturarum nu-
merus, vel qualitas, † ſed quot, qualeſque eſſe 6
debent in arbitrium Iudicis repoſitum, Honded. *conſ.* 65.
num. 44. *lib.* 1. Rot. *Bonon. apud* Gionagn. *conſ.* 79 *nu* 93. *cum
duobus ſeqq.* aliiſque penès Capyc. Latr. *deciſ.* 5. *num.* 35.
& *ſeqq.* Rota coram Greg. *deciſ.* 329. *n.* 11. & coram Dunoz. Senior. *deciſ.* 309. *n.* 13. & melius *deciſ.* 169. *nu.* 10. *p.* 13.
recent.

recent. vbi inquit sufficere tales concurrere coniecturas,
quibus omnibus ponderatis eiusdem Iudicis animus mo-
ueatur ad credendum Testatorem voluisse filios voca-
re, ea ratione, quia satis est quomodocumque constare
7 † de voluntate Testatoris, quæ rotum facit, & veluti
Regina in hac mareria denominatur, Rot. *in Bonouien. fi-*
deicommissi de Gozzadinis 27. Aprilis 1674. § & quidem cor.
R. P. D. Calataiu, etiamsi agatur de portione patrui, ad
cuius successionem, quando sumus in descendentibus
8 Testatoris † leuiores quoque coniecturas sufficere respon-
dit Rot. *decis. 266 num. 4. & seqq. & decis. 300. num. 7. part.*
1 & decis. 474. num 7. part. 13. recent. & decis. 301. numer. 4.
corum Dunoz. Iun.

Parum obstante, quod in aliquo earum casu portio pa-
9 trui iam deuenisset ad patrem superexistentem; † illa-
rum enim fundamentum non stat in eo, quod facilius cum
portione patris, portio patrui vnita transire valeat in
nepotes; sed in coniecturis voluntatis Testatoris: Et qui-
dem nulla videtur adesse ratio diuersitatis in præcedentia
patris, dum eius portio cum eodem onere restitutionis in
10 ipsum patrem, † eiusque successores transire debet, vt
aduertit Gabr. *cons. 115. num. 13.* & respondendo huic obie-
ctioni dixit Rot. *decis. 266. sub num. 4 vers. nec obstat part.*
5. recent.

Nec contrarium firmant præallegatæ decisione, quia
11 nonnullæ illarum loquuntur alternatiuè, † non autem co-
pulatiuè, & non restrictiuè iuxta distinctionem, & res-
pectiuè declarationem Rot. *in citata Bonouien. fideicom-*
missi de Gozzadinis sub d. §. & quidem vers. & quamuis plu-
12 *ries*, vbi subdit, † quod etiam illis duabus coniecturis ces-
santibus alijs innixa Rota resoluit pro vocatione.

Eoque facilius in præsenti casu, in quo omnes conie-
13 cturæ respiciunt etiam portionem patrui; † filij enim sunt
positi in conditione tam respectu patris, quam patrui, ibi:
Et vni, vel duobus quandocumque decedenti, seu dece-
dentibus sine filijs legitimis, & naturalibus &c. vt obser-
uat *decisio §. & quidem*, & vltimus substitutio fratrum,
14 aliorumque agnatorum † est facta in tota hæreditate; non
enim tota hæreditas peruenire potuisset ad hos substitu-
tos, nisi filij antecedenter substituti fuissent etiam ad por-
tionem patrui ex larè firmatis per Rot. cor. D. Cardinali
Otthob. *decis. 1. sub n. 30. quintu demum cum duobus seqq. &*
cor. Seraph. *decis. 956. sub n. 6. vers. & substituta loca pia.*

Minus verò euitari potest digressus ad plures substitu-
tionum gradus ex supposito, quod omnes dependeant ab
15 vnico casu obitus institurorum sine filijs, † sicque habean-
tur pro vnica substitutione per viam vulgaris, non autem
fideicommissariæ, quoniam obiectum sublatum iam fuit
in *decis. §. fin.* & iterum tollitur ex facto; namque Eques
Petrus Paulus, alijque filij q. Simonis de Louatellis, ac
eorum descendentes non fuerunt subordinatè in defe-
ctum fratrum Testatoris substituti ad successionem im-
mediatè hæredibus institutis, sed vocati ad successionem
ipsorum substitutorum Testatoris fratrum, illorumque
filiorum, & descendentium, casu quo decederent si-
ne filijs, & descendentibus, & casu eorundem fratrum
lineæ finitæ iuxta seriem testamenti in prima decisione
præmissam, vt declarauit Rota coram Merlin. *decis. 373.*
16 *num. 10.* expressio enim lineæ, † quæ præsefert tractum
successiuum, efficit hanc substitutionem esse compendio-
sam, Laderch. *cons. 72. num. 4.* Rota coram Seraphin. *decis.*
934. *num. 8. & decis. 1. num. 4. & seqq. p. 10. recent.*

Et ita vtraque &c.

Altera præsentis causæ decisio est impressa in alio præce-
denti tomo primo illius decimæ octauæ partis recent.
vbi est in ordine 276.

REVERENDISSIMO DOMINO ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Pretij Officij.

Lunæ 13. Ianuarii 1676.

ARGVMENTVM.

Plures creditores eiusdem Socij eandem, sed non æqualem in tempore, habentes reseruationem Officii, parem sortem, & conditionem consequi prætendebant, sed primos reseruatarios admitti, & cum illis posteriores concurrere non posse deciditur, non solum ad consuetam regulam, qui prior est tempore sit potior in iure, verum etiam attenta speciali conuentione cum ijs inita, de non hypothecando officium sine ipsorum consensu, quod pactum in Officijs Romanæ Curiæ, quamuis de regalibus Principum, substineri declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Reseruatarii primi creditores, qui cum Officiali debitore contraxerunt, posterioribus præferuntur.*

2 *Officialis, qui prioribus creditoribus reseruauit Officium cum pacto, quod sine eorum consensu de illo disponere non possit alios reseruatarios postea admittere non vales.*

3 *Socii plures dantes pecuniam officiali pro emendo Officio, æqualem sortem, & conditionem inter ipsos habere debent.*

4 *Clausula apposita in reseruatione Officii*, quod inter illius creditores nulla detur prioritas, *quibus suffragetur.*

5 *Papa admittendo reseruationem Officii ad fauorem secundi creditoris, primo creditori præiudicare noluisse censetur.*

6 *Papa dicitur iustissimus Princeps*, & *numquam præsumitur voluisse tollere ius tertio quæsitum.*

7 *Officia Romana Curiæ sunt de regalibus Principum, & ideo non cadunt sub commercio priuatorum.*

8 *Officia Romanæ Curiæ, licet sint de regalibus Principum non prohibentur tamen conuentiones, quæ non tangunt illius substantiam, aut translationem tituli de vno in alium.*

9 *Officia Romanæ Curiæ potest officiales cum creditoribus conuenire, de eo non hypothecando aliis, & num. seqq.*

10 *Debitoris in arbitrio esse non debet primo creditores eludere, & alios admittere, qui illis pares esse possint.*

11 *Venditor, cuius in præsentia emptor hypothecauit rem emptam, si venditio non fuisset perfecta, illum obligare non permisisset.*

12 *Dictio*: eius: *dominium significat.*

DECISIO DCXVIII.

INTER Creditores, qui anno 1664. cum speciali Re-
seruatione Decreti super Officio Notariatus A. C. pe-
cunias ad Societatem vsque ad summam scutorum 16.
mil. pro eo emendo crediderunt Attilio Monaldo, Pater
Ascanus, qui alia scuta mille eodem modo postea tradi-
derat, agnoscens nuper ex officio nisi scuta 16. mil. retra-
cta fuisse prætendebat æqualiter admitti, & alios, licet
anteriores sibi non præferri in consignatione pretij, vnde
placuit Eminentissimo Domino meo Cardinali Prodata-
rio, coram quo lis agebatur, consulere Rotam, & dato
Dubio resolutum fuit præferendum esse primos Reserua-
tarios.

Siquidem Monaldus non solum à creditoribus, ad quo-
rum fauorem hodie Rota respondit, pecunias ad societa-
tem Officij accepit, & reseruationem decreti ad eorum
commodum impetrauit, priusquam contraheret cum Pa-
tre Ascanio, & reseruationem decreti pro eo obtineret;
Vnde intrat regula prior in tempore potior in iure, de 1
qua in *cap. qui prior. de reg. iur. in 6.* verum etiam cum illis
antecedenter in instrumento expresso conuenerat, non
hypothecare Officium vltra summam scutorum 16. mil.
ab ipsis habitam, quamobrem non potuit postmodum, ex-
cedendo limites conuentionis, absque eorum consensu
admittere Patrem Ascanium in socium, illisque præiudi-
care contra formam pacti, & supplicationis Sanctissimo
porrectæ, in qua legitur, † quod ipse Orator nullatenus 2
nus sine ipsorum creditorum consensu de Officio valeret
disponere ad *text. in l. si pupillorum, §. si præter, ff. de reb.*
eorum Frecc. *de subfeud. lib. 2. q. 38. n. 1.* Salgad. *labirint. Cre-*
dit. par. 2. cap. 4. n. 16.

Nec

N : facit, quod in vnica Officij emptione contracta
dicatur societas inter omnes, qui pecuniam dederunt pro
3 illo emendo, † ideo æqualis debeat esse omnium sors,
& conditio tam ex iuris dispositione iuxta *text. in l. ve-*
rum §. si cum tres ff. pro Soc. quam ex ipsa reseruatione de-
creti à Sanctissimo concessa cum clausula, quod inter eos
4 nulla sit prioritas, † quia id Patri Ascanio prodesse pos-
set, si ipse vnitim cum illis contraxisset, vel in eadem
supplicatione esset descriptus vel si in sua supplicatione
postmodum signata, fuisset Papæ narratum, quod
Monaldos pecuniam ab alijs acceperat, cum eadem
reseruatione decreti, & pacto inter ipsum, & illos ex-
presse firmato non hypothecandi Officium vltra sum-
mam scutorum *16.* mil. ab eisdem receptam, quod eum
factum non fuerit, dici proinde nequit Papam voluisse
5 efficere Patrem Ascanium † æqualem, & parem, alijs
præiudicando, & tollendo omnibus ius quæsitum, quod
Papa iustissimus Princeps facere non consueuit, vt dixit
Rot. *in Lunen. Sarzanen. Cappellaniæ 29. Martii 1669. §.*
nec mouit coram Eminentissimo Prodatario, præsertim in
huiusmodi materijs, in quibus solet cum magna circum-
spectione procedere, vt testatur eadem Rto. *dec 126. nu. 7.*
par. 13. rec

Nec dicatur pactum prædictum inter creditores, &
Monaldum fieri non potuisse, ex quo huiusmodi Officia
Romanæ Curiæ, tanquam de regalibus Principis, non
7 cadunt in commercio priuatorum iuxta specialem con-
stitutionem fa. me. Vrbani Octaui 154. aliosque relatos
in decis. 395. numer. 8. part. 12. & 126. & 338. part. 13. rec.
quia licet titulus, & proprietas sit de regalibus, vt fir-
8 mant mox relatæ auctoritates, † non est tamen de regali-
bus nec prohibita conuentio priuatorum non tangens nec
substantiam Officij, nec translationem tituli de vna ad al-
teram personam, vt admittere videntur allegatæ decisio-
nes, ideo in præsenti creditores, ne in eorum præiudicium ti-
tulus, super quo reseruationem habebant, efficeretur
deterior per officialem debitorem, ab eo reportarunt per
9 viam specialis conuentionis promissionem non hypo-
thecandi Officium vltra dictam summam, & conse-
quenter non impetrandi aliam reseruationem decreti
ad fauorem alterius creditoris, quod pactum, cum non
afficiat titulum Officij, † fieri poterat, & omnis æquitas
postulat obseruari, ne sit in arbitrio officialis contra for-
10 mam pacti creditore, eludere pecunias ab alijs ad libitum
accipiendo, & tacita præcedenti aliorum reseruatione,
& conuentione, obtinere nouas reseruatione ad fauorem
posteriorum *iuxta tex. in l. debitorem pactionibus C. de pact.*
& plures refert, & exornat Salgad. *laberint. Credit.*
part. 3. cap. 13. à num. primo Rot. *decis. 54. num. 6. coram*
Zarate.

Quod autem pecunia Patris Ascanij inseruierit pro
compienda emptione Officij, facienda per Monaldum à
Tabanellio, non subsistit in facto, quia liquet societa-
tem Patris Ascanij fuisse contractam à Monaldo post
11 acquisitum titulum Officij, dum illam contraxit super
eius Officio Notariatus præsente Tabanellio, qui si
negocium non fuisset completum, & Officium non tran-
siuisset in illius potestatem, vtique non permisisset Mo-
12 naldum id enunciare, cum dictio: *eius*: † dominium si-
gnificet *l. quintus ff. de aur. & arg. legat.* Barbos. *dict. 103.*
num. primo.

Cæterum, quod Officium fuerit venditum Maluetio
pro scutis 16. mil. non obstante illius asserta per Patrem
Ascanium oblatione sc. 16500. nullibi tale quid proba-
tum fuit.

Et quoad partitam sc. 400 Lepretti, & an prioritas re-
sultans ex reseruatione decreti, transiuerit in successores
creditorum, cum Domini non fuerint concordes, nihil
resoluerunt.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. RONDININO.

Maceraten. Saluiani.

Lunæ 13. Ianuarii 1676.

ARGVMENTVM.

Transactionem rescindendam non esse decidit ur ex defectu valoris bonorum in ea assignatorum, quia ille probatus non erat à testibus minoris ætatis, non percutientibus tempus præcisum eiusdem transactionis, vt requiritur, & alias etiam exceptiones habentibus; plura ideo de scriptura ab alio sumpto desumpta, aditione hæreditatis in filio, & de credito hæredis vel per confusionem actionum extincto, vel illiquido, & ita inepto ad retardandam immissionem in Saluiano deciduntur.

SVMMARIVM.

1 *Tempus transactionis percutere debent testes contra illam deponentes.*

2 *Testes de valore deponentes, ætatem ad id sufficientem habere debent, & num. seqq.*

3 *Valorem ad deponendum non sufficit sola ratio intuitiua intellectus, sed opus est industria, & experientia circa mensurationem, situationem, & alia necessaria.*

4 *Experientia, & industria non nisi longa serie annorum acquiritur.*

5 *Testes de valore deponentes de communi valore deponere, & causam scientiæ reddere debent, & alia etiam habere requisita. vide sup. à num. 1. & seqq.*

6 *Inuerisimilitudo, præsertim magna, & inexcogitabilis, habet immaginem falsitatis.*

7 *Datio in solutum valida reputatur ex obseruantia 40. & amplius annorum.*

8 *Contrarietatem ad euitandam, omnis possibilis interpretatio sumenda est.*

9 *Sumptum de sumpto, licet legitimè extracto, & ideo reputato pro originali, non probat, & numer. 10.*

10 *ex Scriptura originali producta, non potest alia scriptura desumi, quæ ideo sic probet, vt ipsum originale probaret.*

11 *Testis de auditu auditus non probat.*

12 *Aditio hæreditatis resultat ex ijs actibus, qui citra ius, & nomen hæredis fieri nequirent.*

13 *Filius retinens bona patris, etiam vti creditor dotis maternæ, illius dicitur hæres, si de eisdem bonis disposuit.*

14 *Creditum hæredis remanet extinctum per confusionem actionum, si non fecit inuentarium.*

15 *Creditum illiquidum non est aptum ad retardandam immissionem in Saluiano.*

16 *Adimplens obligationem suam, ad nihil amplius tenetur, nec potest aliqua exceptione a iudicio repelli*

DECISIO DCXIX.

PRO fructibus census per Papirium Antonium impositi fauore illorum de Ghisellis immissionem concesserat A. C. & R. P. D Vrsinus Crescimbenis cessionarijs in Prædium fontis Aglianæ ab eodem Papirio olim possessum, & nunc à PP. Prædicatoribus Maceratæ detentum, quas sententias, * etsi Crescimbenis inauditis Rota non approbauerit in decisione 2. Martij 1674. coram me; ijs tamen postea auditis, & facto penitus nouato immissionem concessit recedendo à decisis 25. * Iuni, eiusdem anni, quam decisionem hodie Domini confirmarunt.

Quamuis enim ex testibus superuentis, & examinatis vigore remissoriæ PP. possessoribus concessæ præuia decisione 14. Ianuarij 1675 pariter coram me, conarentur isti probare valorem bonorum Porculæ, quæ Papirius Nicolao assignauit pro restitutione dotis maternæ, & auitæ, ex quorum insufficientiam dicebant commissam esse stipulationem supplendi in tot bonis contro-
uersi

uersi Prædij fontis Aglianæ iuxta priorem hypothecam
præseruatam in transactione, ad quam deuenit Papirius
pater cum Nicolao filio matris hærede occasione prædictæ
restitutionis dotium; Dicebant Domini hæc omnia non
concludere, neque pernecesse insufficientiam bonorum
pro ineffectuatione transactionis, vel potius pro sua-
dendo supplemento iusti valoris, ex hoc Prædio fon-
tis Aglianæ præseruato; neque etiam per possibile id
ipsum probari, quia quoad primam speciem probatio-
nis desumptam ex testibus circa deficientiam valoris bo-
norum assignatorum, nulla fuit illorum habita ratio,
quia primus, & secundus anno 1622. quo fuit facta præ-
1 dicta transactio, & bonorum assignatio, † quod tempus
pernecesse percutere debent, ex deductis in his terminis
à Rot. *rec. part. 5. decis. 272. num. 22. & part. 10. decis. 248. num. 10. & par. 13. dec. 375. num. 35.* Seraph *dec. 1073. nu. 9. & in Anconitana bonorum 14. Maij 1668. §. neque probatio coram Reuerendiss. Beuilaqua Patriarcha Alexandrino, & 10. Iunij 1672. §. nam valor coram Reuerendiss. D. meo Albergato Decano*, non habebant ætatem sufficientem ad
2 deponendum de valore bonorum, † cum tamen ad effe-
ctum probandi valorem bonorum non sufficiat sola ratio
3 intuitiua intellectus, † sed opus sit industria, & expe-
rientia circa mensurationem, situationem, redditum,
& valorem bonorum, quæ nonnisi longa serie annorum
acquiri possunt, per ea, quæ rectè tradunt Narbona *de ætat. ann. 18. quæst. 6. ex nu. 3.* Farinacc. *de testib. quæst. 50. n. 62. & 63.* Gratian. *discept. 228. n. 25. & discept. 263. nu. 20.* Rot. coram Greg. XV. *dec. 570. num. 4. & ibi* Adden. *num. 10.* Pæn. *dec. 479. n. 11.* Merlin *dec. 442. n. 4* & in alijs, de
quibus *in d. Anconitana bonorum 14. Maij 1668. §. neque probatio coram Reuerendiss. Beuilaqua, & 10. Iunij 1672. §. nam valor coram Reuerendiss. D. meo Albergato Decano.*

Tertius autem testis affirmat, mentem non sibi benè
consistere, neque habuisse cognitionem aliorum bono-
rum Papirij, & Nicolai, neque de præterito ad hæc ea-
dem bona animaduertisse, illorum fructum, & quanti-
tatem ignorare, prout similibus exceptionibus, alij quo-
que duo testes onerantur, Summ. de Crescimbenis *n. 2. &*
4 *seqq.* & in folio contradictionum testium, † quod datur
impressum, & generaliter nullus ex eis de communi va-
lore deponit, neque vllam prorsus rationem scientiæ red-
dit Cagnol. *in l. 2. n. 235. & 236. C. de rescind. vendit.* Gabr
conf. 168 sub n. 14. vol. 1. Gratian. *discept. 228 nu 25.* Rot.
coram Buratt. *dec. 538. n. 8. & 11. & nu 16.* & coram Greg.
XV. *dec. 379. n. 3. & dec. 573. num. 11. & rec. par. 9. dec. 571. num. 12.*

Præterea aduersantur testibus omnibus, illorumque
dicta destruunt tot contrarietates, & inuerisimilitudines
longa serie deductæ in dicto folio contradictionum im-
presso, cum quo Domini processerunt, inter quas vide-
batur præcipua inuerisimilitudo deducta ex modicitate
valoris dd. bonorum Porculæ, de quo testes deponunt
in solis scutis 439. cum tamen Nicolaus anno 1622. hæc
bona receperit in prædicta transactione pro restitutione
dotium pro scut. 1800. Atque anno 1624. occasione ven-
ditionis quarundam portionum dd. bonorum pretium
illorum fuerit ad rationem florenor. 25. in pecunia pro
qualibet quarta, ad quam rationem ad scuta 1712. 50.
ascendit valor iuxtà calculum, de quo *in decis. huius causæ 25. Iun. 1674. §. neque ab hac sententia coram me*; adeò vt si valor hic modicus bonorum Porculæ
verus fuisset pro conuento supplemento iusti pretij, suffi-
ciens non fuisset totum prædium fontis Aglianæ, sed opus
5 fuisset supplere vltra hoc Prædium alia scuta 400. circi-
ter, Summ. de Crescimbenis 25. Iun. 1674. coram me
num. 5. & 9. quod omninò abhorret ab intentione par-
tium, quæ voluerunt suppletionem iusti pretij facien-
dam esse ex aliqua portione Prædij fontis Aglianæ ob
aliqualem modicam discrepantiam valoris, quæ in his
æstimationibus contingere posset; nunquam cogitantes
de toto Prædio supplendo, quinimò & de scutis 400. cir-
6 citer vltrà Prædium per ea, † quæ de inuerisimilitudine
adeo magna, & inexcogitabilis speciem falsitatis habente,
tradit Bald *in l. 1. nu. 16. C. de seru. fugitiu.* Felin. *in cap. auditis column. 13. de præscript.* Rot. *in Romana prætensi matrimonij 24. Februar. 1668. § sub hoc intellectu coram Eminentiss. Carpineo Prodatario, cum simil.*

Quo verò ad alteram speciem probationis per possibile,
& ex defectu non probatæ intentionis à Crescimbenis
excipientibus de effectuata transactione cum sufficientia
bonorum, & præcedenti illorum æstimatione, & cum
alijs excludentibus contrariam possibilitatem, censue-
runt Domini omnia euitari ex serie facti, per quam ap-
paret Nicolaum filium possedisse, & vendidisse bona Por-
culæ in transactione assignata, atque è conuerso Papi-
rium patrem Prædium hoc fontis Aglianæ in proprium
semper agnouisse, imposito super illo censu, atque con-
stituto patrimonio Clerici, & semper vsque ad obitum
possedisse, vt quatuor testes deponunt Summ. de Crescim-
benis 25. Iunij 1674. coram me *num. 4.* ex qua obseruantia
per spatium 40 annorum, & amplius præsumitur suf-
ficientiam bonorum, illorumque æstimationem,
† atque omnia alia adfuisse, quæ ad validitatem dationis 7
in solutum requirebantur, vt in his termini, & longè for-
tioribus Ancharan. *conf. 40. sub nu. 2.* Mangil. *de subhastat. quæst. 147 num. 1. & 4. & quæst. 200. num 10. & sub num. 17.* Phoeb. *illo eodem tract. inspect. 35. ex nu. 52. & inspect. 67. nu. 50.* Rot. coram Achil. *de Grass. dec. 35. de appell.* & coram
Seraph. *dec. 242. n 9. & dec. 264. nu. 10. & 12.* Dunoz. Iun. *dec. 397. n. 10.* Bich *dec 63. n. 12. & seqq. & in Romana fideicommissi de Spinis 16. Ianuarij 1669. §. sicut etiam in fin. coram Eminentiss. Cerro, & 14. Martij 1672. §. nec obstat coram bo. me. Priolo.*

Neque his resistit possessio Nicolai filij quoad hoc Præ-
dium vna cum Papirio patre, quod & Nicolaus filius
locauit, quia vt dicebatur in præterita *dec. 25. Iunij 1674. coram me*, possessio hæc filij si qua erat referenda potius est
ad ius familiaritatis, quàm dominij ad limites transactio-
nis, cum possessio iure dominij vigore transactionis respe-
ctu Nicolai filij esset quoad bona Porculæ, & respectu
Papirij patris esset quoad hoc Prædium, & quoad alia,
vt benè explicant testes Summ. de Crescimbenis sub
prædicta die 25. Iunij 1674. *numer. 3. & 10.* in quem
etiam sensum accipi debebant ad euitandam contrarieta-
tem, † ad quem effectum omnis possibilis interpretatio 8
sumitur ex notatis per Canonistas *in cap. cum tu de testibus* cum vulgat.

Atque apocha locationis, vt in ead. decisione subiun-
gitur, non solum possessionem non probat, quia non est
adminiculata, cum potiùs ex contrarijs probationibus eli-
datur, sed de ea nulla haberi potest ratio, cum sit sum-
ptum de sumpto, licet primum sumptum fuisset legiti- 9
mè extractum, atque ideò haberetur pro originali iux-
tà dispositionem Text. *in cap. fin. de fid. instrum.* quia ex
eo adhuc non posset aliud sumptum desumi, † quamuis 10
in reliquis probaret tamquam scripta originalis, vt re-
probato Bartolo tradit Castrens. *in l. 3. C. de diuers. rescript. DD. in Authent. si quis in aliquo*, ibique præ cæteris Dec. *n. 30. C. de edendo*, non secus ac decimus testem de audi-
tu † auditus non probare, vt distinguendo dixit Rot. co- 11
ram Greg. XV. *dec 432. sub n. 2. & seqq. & dec. 550. illo eodem n.* & post Viuian. *de iurepatr. 16. la seconda nu. 8. & in rec. par. 13. dec. 179. n. 1. & 2.*

Præterea cum Nicolaus filius pro suo credito dotali in
sæpè adducta transactione cum Papirio patre reuouerit do-
mus recipere in Castro Porculæ, quamuis alia bona sta-
bilia ibidem sita receperit, & nihilominus post obitum
Papirij patris illas possederit, vt testes pro ipsis Patribus
Prædicatoribus examinati deponunt, & consequenter
legando vsumfructum omnium bonorum, quæ Porcu-
læ possidebat, istorum quoque ibi possessorum vsum-
fructum legauerit Vraniæ Amitæ, easdemque domus
Marius Patruus, eiusdem Nicolai hæres in proprietate
vti hæreditarias Nicolai in Inuentario descripserit, & su-
per iisdem domibus postea Iacobus Antonius Marij hæ-
res cum prædicta Vrania vsufructuaria transegerit, d.
Summario de Crescimbenis 25. Iunij 1674. *numer. 9. §. in prima*, & *numer. 13. in fin. cum duobus seqq* & Summa-
rio præsenti eorundem *num. 18* † consequens est, vt ex 12
istis actibus, qui citra nomen hæredis fieri nequirent, ap-
pareat Nicolaum fuisse Papirii patris hæredem, dum
aliàs de istis domibus disponere non potuisset tamquam
dominus, † quando etiam vti creditor dotium materna- 13
rum domos istas quousque vixit retinuisset ex ratione
Text. *in l. gerit ff. de acquiren. hæredit.* quasi aditio hoc ca-
su intellectualiter saltem dispositionem ipsam, & factum
præcesserit, vt inquit Bald. *conf. 314. nu. 3. vol. 3.* Manent. *dec. 5. nu. 25.* Rot. coram Greg. XV. *dec. 373. n. 8.* & coram
Buratt. *dec. 937. n. 3. cum simil.*

Et ideò creditum dotale remanet extinctum per confu-
sionem actionum, † cum non doceatur de Inuentario 14
ab

ab ipso Nicolao confecto, ad terminos Text. *in l. sicbum 96. §. aditio ff. de solution. in l. debitor. 7. C. de pact. & in l. 1. C. ad l. falcid.* aut ex pensionibus domorum perceptis spatio 40. annorum, & vltra Nicolaus, eiusque successores, & causam ab eo habentes præsumuntur satisfacti,
15 vel creditum dotale exinde redditur illiquidum, † & ideo minus aptum ad retardandam immissionem in Saluiano Crescimbenis debitam per ea, quæ in proposito deduxit Rot. coram Reuerendiss. Carillo *dec. 90. n. 14 & dec. 100. n. 5. & in Rauennaten. Domorum 10. Ianuarii 1671. coram Reuerendiss. Beuilaqua Patriarcha Alexandrin.*

Quod autem Pater, & Auctor illorum de Crescimbenis in emptione domus accollauerit in se ad computum pretij, census istos vna cum fructibus Domini non habuerunt in consideratione, quia cum in eiusdem emptionis Instrumento assignata fuerint nomina debitorum, ex quorum exactione facienda intra triennium census extingui debebant, aliàs Crescimbenus Actorum Pater ad nihilum teneri volebat, Summ. PP. Prædicatorum *num.* 10. & melius in Summario de Crescimbenis 16. Iunij 1674. *num.* 2. imputandum est Papirio domus venditori, si neglexit exactionem nominum debitorum, quæ fuerant assignata, vel potius si illa exacta, in alios vsus conuertit, non autem id cedere debet damno Actorum, qui non tenentur de facto Patris, qui impleuit suam obligationem, soluendo pretium mediante assignatione dd. nominum de-
16 bitorum, † ac ideo non repelluntur ex ratione *l. cum à matre C. de rei vindicat. cum concordan.*

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

Supra in alio præcedenti tomo primo istius decimæ octauæ partis adsunt aliæ binæ decisiones in hac Causa, quæ ibi sunt in ordine 248. & 345.

R. P. D. V B A G O.

Fauentina Successionis.

Lunæ 13. Ianuarii 1676.

A R G V M E N T V M.

Ad effectum successionis hæreditatis paterna bona conferri deciditur, vt illa inter fratres communiter diuidantur; Verum quia de pluribus opponebatur, plura ideò resoluta sunt tam super dominio bonorum patris à solutione pretij, & ab illius inuentario desumpto, quam de eorum administratione, & locatione ab altero ex fratribus facta, super scriptura minus originaliter exhibita, de pacto personali non egrediente paciscentium personas, de tutore, & creditore simul sibi ipsi propria auctoritate soluente, & demum de opposita retentione, quæ requisita habere debeat, vt illa competere possit.

S V M M A R I V M.

1 *Filij bona paterna inuicem communicare debent, & postea æqualiter diuidere*
2 *Filij tanquam in æquali gradu communi patri defuncto, eidem æqualiter succedere debent.*
3 *Petit frustra vnusquisque quod intus habet.*
4 *Assertio auctoris plenè probat contra illius hæredem., qui eum de mendacio redarguere nequit.*
5 *Solutio pretij rei emptæ indicat dominium in soluente.*
6 *Dominus solus de iure percipit fructus suorum bonorum.*
7 *Fructuum perceptio indicat dominium in percipiente.*
8 *Inuentarium habet præsumptionem, quod omnia bona in eo descripta ad hæreditatem pertineant.*
9 *Inuentarium dicitur à Tutore ratificatum, dum sub illo tutelam continuauit, & alterum non confecit.*
10 *Ratificio ex obseruantia resultat.*
11 *Inuentarium dicitur approbatum ab eo, qui iuxtà illud aliquid sibi tradi, vel consignari petat.*
12 *Acceptatio resultat ex actu, quo quis fuerit vsus.*
13 *Socius potest in re communi iura dominij gerere, & rem communem locare.*
14 *Fratres iure familiaritatis habent liberam administrationem bonorum communium.*
15 *Socius in re communi dicitur agere iure proprio pro portione propria, & vti procurator respectu portionis socii.*
16 *Impugnans actum plenè iustificatum, tenetur certis probationibus suam intentionem concludenter probare.*
17 *Frater agens ad successionem bonorum communis patris, bona penes ipsum existentia tenetur conferre, ad æqualem diuisionem faciendam.*
18 *Scriptura non exhibita in forma originali non attenditur, quia copiæ nulla fides adhibetur.*
19 *Scriptura quamuis inserta in instrumento publico, si careat auctoritate iudicis, nullam probationem facit.*
20 *Pacta regulariter non egrediuntur personas paciscentium.*
21 *Pacta, & res inter alios acta, tertio nocere non possunt.*
22 *Stipulatio Notarii vbi deficit, nullum acquiritur ius in fauorem absentis.*
23 *Declarationi alterius stare tenetur, qui illius iuribus vti prætendit.*
24 *Plus petere nemo potest ex iuribus alterius, quàm ille haberet.*
25 *Obligatio personalis expirat per mortem obligati.*
26 *Obligatio personalis dependet ab expressione propriæ voluntatis ab obligato facienda.*
27 *Obligatio personalis non extenditur ad hæredes.*
28 *Pacta non possunt transire ad hæredes in ea parte, qua illi nominati non sunt, si in alia sola parte ipsi nominati fuerunt.*
29 *Discretiua loquutio diuersam voluntatem demonstrat.*
30 *Solemnitates requiruntur in distractione bonorum pupillorum, & minorum.*
31 *Auctoritatem suam præstare nemo potest in actu, in quo habet interesse.*
32 *Tutor si est creditor hæreditatis, potest sibi satisfacere propria auctoritate, etiam sine solemnitatibus, & quando. vid. num. seqq.*
33 *Solutionem à Tutore, & creditore simul propria auctoritate sibi factam, probare tenetur, qui eam allegat.*
34 *Solutionem propria auctoritate sibi facere potest Tutor creditor, vbi agitur de satisfactione in pecunia, secus autem in bonis.*
35 *Retentio non competit, nisi debitor, ex cuius persona illa prætenditur, prius condemnatus sit.*
36 *Retentio non competit stante illiquiditate crediti.*
37 *Retentionis ad effectum requiritur creditum liquidum, vel per confessionem partis, vel per rem iudicatam, vel per instrumentum publicum.*

D E C I S I O DCXX.

MARCHIO Gregorius detinet possessionem Castrorum S. Ioannis in Squarzarolo, & Montis Episcopi, necnon nonnullorum bonorum per partes nuncupat. *Ludouisiani*, sub prætextu, quod ea fuerint sibi assignata in titulum primogenituræ per D. D. Cardinalem Bernardinum Spadam occasione matrimonij inter ipsum Marchionem, & D. Camillam Fantucciam, & cum præter ipsa bona prætenderet à Sigilmundo, & alijs

& alijs suis fratribus octauam partem cæterorum bonorum hæreditariorum patris , & versa vice fratres prætendereut Marchionem teneri ad collationem ipsorum bonorum , seù saltem ad imputationem in eius partem bæreditariam communois patris, orta lite, fuit in Rota disputatum dubium , An, & quæ bona essent conferenda , seù imputanda , & variè coram Reuerendiss. D. meo Otalora resolutum , vt ex decisionibus 5. Apriiis 1666. & 27. Aprilis * 1667. tandem à Reuerendiss. Castrillo præuia altera decisione senteotiatum fuit, Marchioni Gregorio vltra bona data, & assignata in caosam primogenituræ debitam fuisse, & deberi octauam partem bonorum hæreditariorum Iacobi Philippi patris per eum tempore obitus relictorum, & in inuentario coofecto die 19. Nouembris 1636. descriptorum .

Deuoluta Causa in gradu appellationis coram Reuerendiss. Matthæio, Primò pro confirmatione senrentiæ Rotalis responsum fuit 13. Iunij 1674. sed coram eodem reproposita 15. Martij 1675. DD. recesserunt à decisis, interim assumpto d. Reuerendiss. Matthæio ad munus Sacri Palatij Apostoliei Præfecti , peruenit Causa coram me, & dubium dedi , An esset standum in primo, vel in secundo loco decisis; pro secundo decisis resolutum sub fundamento regulæ generalis traditæ per *text. in toto tit.*
1 *ff. & C. de collat.* † quod omnia bona, quæ ab hæreditate patris ab intestato defuncti proueniunt, ac libera, nulique vinculo obnoxia reperiuntur, simui intet omnes filios cohæredes communicanda sint , & postea æqualitet diuidenda, quam Rota pariter admisit *in decisione causæ coram dicto Reuerendiss. Otalora 5 Aprilis 1666. §. apparet enim sub vers. sed ea solum*, & ratio suadet , quia sicut ger-
2 mani fratres in æquali gradu proximè defuncto † reperiuntur, ita & in portione æquali succedere debent, *l. 1. §. gradatim ff. vnde cognati §. si plures de legit. agnat. succes. l. conficiuntur supra vers. quoniam credit ff. de iur. Codicil.* & præcissè Bald. *in auth. de testam. C. de collat.* Rot. *in Bonon. successionis de Sigbicellis 26. Aprilis proximè præteriti, §. Nulla enim , coram me* .

Cum itaque Castra prædicta, & bona Ludouisiana sint hæreditaria pro medietate prædicti Iacobi Philippi communis patris, & Marcbio Gregorius ipsa bona possideat, repellitur ab immistione , seù reintegratione petita ad octauam partem aliorum bonorum hereditariorum per-
3 exceptionem, quod penès se retinet id quod petit , † & frustrà petit , quod intus habet, *ad text. in l. bona fide 57. de reg. iur.* Corn. *cons. 64. num. 10. vers. si autem lib. 2.* Rota coram Merlino *dec. 586. n. 1.*

Qualitas verò hæreditaria ipsorum Castrorum , & bonorum Ludouisiaoorum concludenter iustificatur ; Castra enim apparent bæreditaria Iacobi Philippi ex instrumento emptionis, Summario fratrum de Spadis *n. 1.* ibi : Monsig. Illustriss. Vescouo sudetto vende &c. al sudetto Sig. Giacomo Filippo Spada presente , e stipulante per se, suoi figli, nepoti , e descendenti maschi .

Bona verò Ludouisiana spectare ad dictam hæreditatem Iacobi Philippi dignoscuntur, nam præter instrumentum emptionis factæ per Cardinalem , in quo reseruatur facultas recedendi à contractu , si eidem Iacobo Philippo non placuisset, & emptionem non approbasset, quod indicare DD. visum est, emptionem factam fuisse saltem pro aliqua quantitate fauore ipsius Iacobi Philippi, idem Iacobus Pbilippus illud instrumentum ratificauit, & in instrumento ratificationis se à Cardinali nominatum asseruit , Summ. *n. 4.* quæ assertio Iacobi Philippi plenè probat contra Marchionem , quia dum se facit eius hæredem ,
4 † non potest illum de mendacio redarguere , *l. cum à matre C. de rei vindicat.* Surd. *cons. 571. n. 32. & cons. 577. n. 33.* Buratt. *dec. 925. n. 4.*

Comprobatur pariter, quod eadem bona sint bæreditaria Iacobi Philippi per solutionem pretij pro medietate ab eodem facta , d. Summ. fratrum *num. 3.* Solutiu enim
5 pretij rei emptæ † indicat dominium in soluente , vt aliàs dixit Rota *decis. 151. nu. 2. post* Pacific. de Salu. coram Coccino *decis. 1517. nu. 5.* coram Buratt *decis. 863. num. 5. & 6. & in Romana officii Cursoratus 15. Februar. 1675. §. pro cuius dominii coram me*, maximè dum solutioni prædictæ successit participatio ratæ fructuum facta ab ipso Iacobo
6 Philippo, Summ. *n. 8.* de iure enim solus dominus † bo-
7 norum fructus percipit, & fructuum perceptio † dominium in percipiente ostendit , Bartol. *in l. non ab re col.* 2. *vers. viso qualiter C. vnde vi*, Curt. Iun. *cons. 41. n. 8.* Menoch. *præsumpt. 65. lib. 1. n. 13.*

Habetur quoque qualitas hæreditaria, tùm ex quo Cardinalis, ad quem spectabat illam controuertere numquam impugnauit, imò ex infra dicendis approbauit , tùm etiam, ex quo tamquam bona ad ipsam hæreditatem spectaotia fuerunt in inuentario hæreditatis Iacobi Philippi descripta, eodem Summario fratrum *num. 9.* &
inuentarium retinet præsumptionem pro se, † vt omnia 8
bona in eo descripta ad ipsam hæreditatem pertineant, *l. fin. C. arbitr. tut. & l. fin. C. de iur. deliber* Bald. *cons. 407. n. 6. lib. 1.* Peregr. *de fideic. art. 44. nu. 2.* & alij relati per Gratian. *discept. 765. n. 39.* Rota coram Gregor. *dec. 575. nu. 3. & dec. 325. nu. 1. par. 11. rec.* & licet impugnetur tamquam factum à R. P. D. Virgilio, non autem à Cardinali Tutore, attamen cum Virgilius ad inuentarium deuenerit de ordine, & mandato Cardinalis, habetur ac si factum esset ab ipso Cardinali, qui illud nunquam impugnauit, sed im-
mò tacità ratificasse censetur, † dum sub illo tutelam suam 9
continuauit , & alterum non confecit ; ex obseruan-
tia enim † ratificatio inducitur, Rota *decis. 660. num.* 10
57. coram Bich. *& decis. 56. num. 7. part. 6. rec.* & vlterius omni exceptio eliditur, dum ipse Marchio Gregorius inuentarium acceptauit, & iuxta illius tenorem sibi tradi octauam partem bonorum hæreditariorum institit , vt ex ipsa sententia Reuerendissimi Castrilli , eodem Sum-
mario fratrum *num. 10.* † vnde non potest illud impugna- 11
re, † quia vtendo acceptasse censetur Buratt. *decis.* 118. 12
num. 4.

Nec tolluntur qualitas hæreditaria, & deducta acquisitio bonorum pro Iacobo Philippo, ex eo quod D. Card. viuente Iacobo Philippo, & post illius obitum bona supradicta semper possederit , fructus perceperit, locauerit , aliaque iura dominij gesserit, vt ex pluribus Instrumentis per Marchionem datis in dicto liberculo, nam cum omnia bona non spectarent ad Iacobum Philippum, sed Cardinalis in communi , & pro indiuiso emisset pro
seipso, pro dictis Virgilio, ac Iacobo Philippo † tamquam 13
socius in re communi poterat iura dominij gerere, & rem communem locare, Bartul. *in l. & hac distinctione 38. §. vltimo par. 2 ff. locat.* Ruin. *consil. 143. num. 19. & 20. lib. 5.* Aym. *cons. 692. nu. 10.* Surd. *cons. 43. num. 8. & seq.* & Rota coram Bichin *decis. 452. numer.* 23. eo magis cum socij es-
sent germani fratres, † inter quos cuilibet iure familia- 14
ritatis permissa est bonorum communium administratio, *l. Qui iure familiaritatis de acquirenda possessione*, Socc. *cons. 13. lib. 4. num. 7.* & iura dominij censentur gesta nomi-
ne proprio in rata propria, & vti condominus, † ac procu- 15
rator in altera rata fratris, Rota *dec. 358. n. 5.* post Posth. *de manut.* & quod talis fuerit animus Cardinalis patet, ex quo bona prædicta vti hæreditaria Iacobi Philippi recognouit , dum in libris tutelaribus quantitatem fructuum perceptorum ex bonis pro medietate bæreditatem creditricem constituit, Summario prædicto *nu. 8.* & in Inuentario, vt supra, descripsit .

Præterea comprobatur etiam dicta qualitas hæreditaria Iacobi Philippi, quia nonnulla ex bonis emptis tamquam emphyteutica Archiepiscopatus Bononien. fuerunt inuestita pro medietate ad fauorem eiusdem pro se, suisque filijs, ac descendentibus in genere, & ipsi inuestituræ consensit Cardinalis emptor, dum procuratorem Comitem Astorgium constituit ad illam petendam pro seipso, pro Virgilio, & pro Iacobo Philippo, & cuiuslibet eorum bæredibus, & descendentibus , & successoribus quibuscumque, Summario fratrum *nu. 5. & seqq.* ex quibus d. Iacobi Philippi nominationem, & acquisitionem ad eius fauorem DD. arguerunt tamquam fundatam su-
per tot, diuersisque iuribus, † itaut saltem Marchio, qui 16
illam impugnare prætendit teneatur cum certis probationibus fundamentum suæ intentionis plenè, & concludenter probare, iuxtà Textum *in l. actor, & in l. 1. ff. de except. & in l. in except. ff. de probat.* Couarr. *var. lib. 2. cap. 6. n. 4. vers. hoc tamen* .

Cum fundamento itaque, quod Castra, & bona Ludouisiana sint hæreditaria Iacobi Philippi , vtique effecta fuerunt communia , & libera omnibus eius filijs , & bæredibus, itaut propterea Marchiu Gregorius teneatur illa imputare in portionem suam , vel quatenus nolit im-
putare, † tenetur illa conferre, vt possit fieri vnus acer- 17
uus, & deinde diuidi æquis portionibus inter ipsum, & eius fratres, vt egregiè firmauit Rota *in Auximana donationis*

tionis 18. *Iunii* 1668. §. *His tamen*, *& per totam coram Reaerendiss. D meo Beailaqua*, *& dec*.399.*n*.2.*par*. 12.*rec*. Gregor *dec*.568. a.2. Merlin *dec*.586.*n*.3. *& seq*.

Neque valuit retrahere DD. à resolutione obiectum, quod Cardinalis se obligauerit constituere primogenituram Marchioni, & eius descendentibus, quodque postmodum bona præfata omnia in executionem d. obligationis illi assignauerit, & proinde ab eodem Marchione non tamquam hæreditaria Iacobi Philippi, sed titulo huius primogenituræ retineantur.

Etenim quoad obligationem Cardinalis visum fuit DD. valde dubitabile, an subsistat præcipuè cum apocha matrimonialis, ex qua ea deducitur, loquatur per verba non facilè ad ipsum Cardinalem referenda, vt fuit consideratum in vltima decisione Reuerendissimi Matthæi, quæ reuidetur §. *eoque minus*.

Et quatenus d. obligatio subsisteret, adhuc non propterea cessaret, seù remaneret exclusa præfata qualitas hæreditaria, quæ inest bonis, nam Cardinalis non valuit per actum proprium illam qualitatem à bonis adimere, debebat enim de proprio obligationi suæ satisfacere, non de alieno.

Immò nec constat, quod actualiter assignauerit, nam Cardinalis non consignauit bona Marchioni, sed tantum illa supposuit primogenituræ, eiusque legibus, & regulis absque actuali traditione, vt obiecto pariter respondet d. vltima dec. §. *Et ex his omnibus*.

Nihil obstante, quod prætendatur, Iacobum Philippum fuisse obligatum releuare Cardinalem pro medietate primogenituræ, quia apocha inter Cardinalem, & & fratres, à qua oritur prætensio obligationis, impugna-
18 tur tamquam non exhibita in forma † originali, & copiæ nulla sit prælianda fides, ad Text. *in l. Sancimus C. de diuers. script*. Buratt. *dec*.543.*num*.1. etiamsi sit inserta
19 in Instrumento publico, † quia dum talis insertio facta est sine Iudicis auctoritate, insertum non facit fidem, vt ex *gloss. in cap. Abbate S. Silaani verbo fiat fides*, & ibi etiam Abbas, *&* Butr. *de verbor. signif*. Afflict. *dec*. 273.*n*. 4. *in fine*, & firmauit Rota coram Buratt. *dec*. 108. a.1. vbi Adden. alios referunt; Et quando etiam exhiberetur apocha legalis, & in forma probanti, adhuc aduerterunt Do-
20 mini, † quod ea operatur inter ipsos fratres paciscentes dumtaxat, ipsosque non egreditur, iuxta Text. *in l. quod Iulianus §. primo ff. ad Sen. Consult. Maced*. cumque in se non contineat vllam assignationem dd bonorum fauore Marchionis Gregorij, nullum in ea constitui potest fun-
21 damentum, iuxtà iuris † regulam, quod pacta inter alios acta tertio non prosunt, *l. si vnus in princip. ff. de pactis*, Surd *dec*.266.*num*.11. & firmant *vltima decis. Reaerendiss. D. mei Matthæi in §. vltra quod*; quæ facilius applicantur, cum apocha careat iuramento, stipulatione Notarij, Testibus, & obligatione Camerali, cuius priuilegium est includendi implicitam clausulam, *quorum inte-*
22 *rest* † ex stipulatione Notarij, vbi adest Buratt. *decis*.135. *n*.9. vnde ex ea nullum potuit acquiri Ius fauore Marchionis absentis, Gratian. *discept. cap*. 723. *n*.5. Rota *dec*.33. *n*. 3. *&* 4. *post* Cens. de cens.

Tantò magis, quia Cardinalis apocham istam nunquam executioni demandauit, immò assertum creditum ex ea resultans contra hæreditatem Iacobi Philippi numquam exegit, nec petijt, nec vnquam voluit esse eo modo, quo prætensum fuit, & prætenditur à Marchione Gregorio, sed potius in contrarium, nempè pro eius portione hæreditaria, vt expressè patet ex epistolis, ex partitis librorum tutelarium, de quibus in dicto Sum. *num*.13. ex commissione Rotali, Summario *num*. 14 ex defensione fratrum Marchionis, & eius exclusione à participatione in reliquis bonis hæreditarijs patris, & tandem ex attestatione P. Virgilij *Fascieulo Iurium fratrum fol*. 18. *lit. M. sub §. In tanto essendo*, *& §. le difese*, quæ omnia multum operantur contra Marchionem, qui prætendit Causam habere à Cardinali ad effectum habendi declarationem d. assertæ apochæ, quam semper contrahentes, quales fuerunt Cardinalis, & P. Virgilius,
23 declarare † potuerunt, ita vt illi stare teneatur Marchio, qui vti vult Iuribus Cardinalis, Surd. *cons*. 52. *à n*. 40. *vsque ad* 44. Gratian. *disc*.717. *num*.17. *& discept*. 769. *num*.25. Merlin. *de legit. lib*.2 *tit*.2. *quæst*. 25. *nu*.6. maximè quia erant viri præstantissimi, & non curarunt proprijs bonis expoliari, vt benefacerent Marchioni, vel saltem deseruiunt fratribus de Spadis contra D. Cardinalem,

ex cuius persona Marchio Gregorius non potest plus petere, † quàm ipse posset, per regulam Text. *in l. Nemo* 24
plus iuris 55. *ff. de reg. iuris*.

Præterea tanto minus fieri potest fundamentum in prætensa assignatione bonorum facta à Cardinali, quia attento etiam tenore præfatæ copiæ, Iacobus Philippus non dedit, immò abstulit facultatem Cardinali quidquam agendi sine ipso, dùm expressè sibi reseruauit facultatem efformandi regulas primogenituræ, & alia faciendi, quæ (licet superuixerit per quinquennium) non fecit, sed vt dictum est, decessit ab intestato.

Itaut per eius obitum quælibet obligatio, si adfuisset
† tamquam resoluta expirauerit, Ruin. *cons*.131. *num*.7. 25
lib.1. maximè quia exceptis circumstantijs, cætera pacta
erant personalia, † & sic pendebant ab expressione pro- 26
priæ voluntatis per ipsummet Iacobum facienda, ad formam Text. *in l. si tibi decem*, §. *si quis paciscatur ff. de pa-*
ctis, † nec possunt extendi ad hæredes, *l. quidquid adstringendæ ff. de verbor. oblig*. aduertendo signanter, quod ea, 27
quæ contrahentes voluerunt, quod transirent ad hæredes expresserunt, ibi: E quanto all'altre circostanze si formino à sodisfattione di tutti li Signori sudetti, ò loro heredi: signum euidens, quod vbi pacta restringebantur
ad personam, & hæredes non nominabatur, † noluerunt 28
ad eos transire, discretiua enim locutio † diuersam indi- 29
cat paciscentium voluntatem, Corn. *cons*.9. *num*. 6. *lib*. 3. Rota *decis*. 667. *num*.5. *par*.2. *& dec*.28. *num*.24. *par*.8. *recent*.

Et saltem Cardinalis solus post obitum Iacobi Philippi non potuisset assignationem facere, sed debuisset vocare illius filios, & hæredes ad concurrendum ad confectionem regularum, & appositionem circumstantiarum, atque cum ageretur de distractione bonorum spectantium
ad pupillos, & minores, septennio tantum maiores, † 30
suissent omninò seruandæ solemnitates requisitæ à Iure, & Constitutione Marchiæ, aliàs assignatio non posset saluari à vitio nullitatis, *l. potest* 5. *C. de iur. delib*. Carill. *decisione* 191. *numer*. 8. confirmata coram Royas *decis*. 178. *numer*.6. *& in recent. decis*. 56. *num*. 16. *par*. 14. *& in Tiburtina redditionis rationis* 20. *Maii* 1669. *&* 22. *Iunii* 1671. §. *ad secundum coram R.P.D. meo Taia*, cum alijs citatis in d. *vltima decis*. §. *vltra quod*, maximè cum Car-
dinalis non posset † in actu, in quo habebat interesse pro- 31
prium auctorizare, ad terminos Text. *in l*.1 *ff. de auctoritate Tut*. Modern Gonzal. *in cap. fin. de instit*. a.2. *circa finem*, Olea *de cess. iur. tit*.5. *q*.10. *n*.10. & Rota *dec*.492. *n* 9. *par*. 1. *& dec*.25. *n*.23. *par*.5. *rec*.

Nec refragari visa fuit replicatio, quod Cardinalis Tu-
tor, & creditor hæreditatis Iacobi Philippi † poterit sibi 32
satisfacere propria auctoritate etiam sine solemnitatibus, *l. quoties* 10. §. *ficus de admin. & peric. Tut. & l. creditorem* 8. *C. qui Tut. dari*, quoniam assumptum cessat, & in facto, & in Iure; In facto quidem, dum Cardinalis nihil vti Tutor, & creditor egit in asserta primogenitura; immò nec in ea, nec alibi declarauit sibi satisfacere de aliquo eius prætenso credito, & quod magis est, nec vnquam habuit prætensionem, quam habet
Domino Marchio Gregorius, † cui onus probandi alle- 33
gatam satisfactionem propria auctoritate, eiusque modum, & circumstantias incumbit; In Iure verò, quia præcitatæ leges forsam procedere possent, si ageretur de
satisfactione in pecunia existenti, † secus autem si in bo- 34
nis, quia tunc requiruntur solemnitates, vt illas declarando, & limitando firmauit Rota *decisione* 25. *num*. 18. *par*. 5. *recentiorum* & hæc conclusio certiùs procedit in præsenti, quia etiam retento themate d. assertæ apochæ, Iacobus Philippus non potuisset concurrere cum aliis bonis diuersis ab illis, quæ prætenditur Cardinalem in sui satisfactionem propria auctoritate recepisse, & facere regulas, necnon apponere circumstantias sibi beneuisas in declarationem propriæ voluntatis.

Ex quibus cessat altera prætensio Marchionis Gregorii retinendi dd. bona, eo quia vti possit Iuribus Cardinalis sui debitoris contra Iacobum Philippum, eiusque hæreditatem eiusdem Cardinalis debitorem ex causa reseruationis prædictæ, quoniam ad huiusmodi effectum requi-
ritur, † quod principalis debitor sit priùs condemnatus, 35
leg. 2. *C. quando fiscus*, *vel priuatus*, Surd. *consil. quarto numero primo &* 2. Rota *decis*. 759. *numer*. 2. *par*. 2. *recentiorum* Marchio autem non solum deficit in iustificando præcedentem condemnationem Cardinalis, quinimò credi-

R tum

tum eiusdem Cardinalis, si non est totaliter insubsistens ex iam deductis, saltem valde turbidum, & illi-
36 quidum redditur, † qua stante illiquiditate crediti, nulla competit retentio, *lege vasca C. de compens.* Surd. *dec.46. in fine*, Rota *decis.71. num.13. & decis. 455. num.8. & 9. par.13. recent.* & coram Eminentissimo Otthobono *dec. 178. numer.* 10 eoque magis dum non solùm apparet illiquidum creditum Marchionis contra Cardinalem, verum etiam quia insubsistens pariter videtur creditum dicti Cardinalis contra hæreditatem Iacobi Phi-
37 lippi, & ad effectum retentionis † liquiditas creditorum requiritur, vt sit vel per confessionem partis, vel per rem iudicatam, vel per Instrumentum adeò clarum, vt illud controuerti nequeat, Rota coram Caualerio *dec.539.n. 6. & dec.443. num.3. parte 2. recent. & in Romana de Marescottis 24. Maii 1624.* coram Remboldo, *& dec.130 nu. 8.* post Zacch. *de oblig. Cam.* & coram Buratto *dec.160. num. 20. & ibi* Adden. *n.21.*

Et ita vtraque &c.

Alio præcedenti tomo primo istius decimæ octauæ partis recent. adest altera præsentis causæ decisio, quæ est in ordine 317. vbi etiam in calce cæteræ concordantes notatæ sunt.

R. P. D. EMERIX.

Bonon. Matrimonij.

Lunæ 13. Ianuarii 1676.

ARGVMENTVM.

Ad euitandum impedimentum publicæ honestatis sponsalia à solo patre contracta minus suffragari dicebantur, sed de illis plenè constare deciditur, ex testibus de eis deponentibus, maximè quia ratificata fuerant à filia, nedum ornatori modo incedente; sed recipiente in incessu brachium, & plura etiam munera ab eius Sponso.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia vnicè consistunt in promissione, & repromissionem futurarum nuptiarum, & num.3.*
2 *Factum aliud est, aliud verò promissio de illud faciendo, & num. seq.*
3 *Matrimonii futuri promissio, continet vera sponsalia & num.1.*
4 *Testium defectus suppleatur ex eorum qualitate, nobilitate, & numero.*
5 *Contrarietas Testium, quæ non respicit substantialia contractus, non adimit eorum fidem.*
6 *Ratificatio sponsalium à muliere facta, resultat ex pluribus, & quibus.*
7 *Filia incedens ornatior, brachium, & munera recipiens à Sponso, sponsalia ab eius patre contracta dicitur ratificare.*
8 *Munerum datio ad effectum inducendi ratificationem sponsalium, non attenditur pretiositas, sed rei substantia.*
9 *Facta positiua sunt magis potentiora, quàm verba.*
10 *Dicunt homines plerumque aliud, quod sentiunt.*
11 *Faciunt verò homines contra id, quod sentiunt.*
12 *Confessio iudicialis mulieris pluribus adminiculis comprobata, attenta præsertim nobilitate, & aliis ipsius dotibus, maximè attendenda est.*
13 *Ratificari non potest quod ab alio suo proprio nomine gestum est.*
14 *Sponsalia quamuis à patre suo proprio nomine contracta, adhuc dicuntur inita nomine filiæ, & ab ea ratificari benè possunt & num. seqq.*
15 *Pater non potest filiam nuptui tradere, nisi ipsa consentiat.*
16 *Verba solum non attenduntur, sed tamen id, quod verè agitur.*
17 *Modum non curamus, dum habemus effectum.*
18 *Sponsalia vera dicuntur contracta, si post illa etiam Sponsæ consensus interueniat.*
19 *Sponsalia conditionaliter contracta, non causant impedimentum publicæ honestatis, & quæ talia non sint. vid. num. seqq.*
20 *Conditionis natura est, vt illa impleatur ante executionem actus, modus verò etiam postea adimpleri possit.*
21 *Dies certa non facit conditionem, nec suspendit effectum iuris, sed tantum impedit exercitium.*

DECISIO DCXXI.

COLLATIS ad inuicem in hodierna audientia pugnantibus decisionibus editis coram me sub diebus 16. Aprilis 1674. & 12. Iunij proximè præteriti, Causaque maturè per omnes DD. discussa, placuit adhærere vltimæ, vti magis solidæ, & à facto, vnde ius oritur, melius, firmiusque comprobatæ; Sponsalia enim inter Georgium Ludouicum Patrem Elisabethæ Mariæ, & Franciscum Mariam fratrem germanum Rainaldi purè contracta, atque ab eadem Elisabetha Maria non solum tacitè, sed etiam expressè verbis, & factis ratificata, concludenter probari videbantur ex depositionibus plurium Testium mediatorum nobilium, & Sacerdotum in vltima decisione latius recensitis, itaut dubitari non possit, quin ex illis resultet impedimentum iustitiæ publicæ honestatis impediens, & dirimens matrimonium postea contractum inter dd. Elisabetham, & Rainaldum per iura in d. decisione relata.

Nec subsistit replicatum obiectum, quod isti Testes non probent, quia aliqui non deponunt de Sponsalibus, sed de illorum promissione, & omnes patiantur exceptiones; Quo enim ad primum, dum Pater Augustinus verbis rotundis dicit tractasse, & postea inter partes conclusisse matrimonium, & alij concorditer deponunt, quod desuper confecta fuit scriptura ab eisdem partibus, & testibus subscripta, in qua Georgius Ludouicus Pater promittebat Elisabetham Mariam filiam in Sponsam Francisco Mariæ repromittenti illam recipere, vtique negari nequit per huiusmodi contractum fuisse stabilita sponsalia † vnicè consistentia in promissione, & repromissione futurarum nuptiarum, *cap. Nostrates 30. quæst.5. l.1. & 2. ff. de sponsal.* Et propterea licet aliud sit promissio de faciendo, † & aliud ipsum factum, tamen ex his malè arguitur, quod in hoc casu fuerit facta sola promissio sponsalium futurorum; verba enim testium: Che il Sig. Giorgio Lodouico prometteua per Sposa al Sig. Francesco Maria la Sig. Elisabetta Maria sua figlia, & vice versa esso prometteua per tale riceuerla, non indicant promissionem de futuro, nisi in quantum respiciunt complementum matrimonij, sed verè factum, hoc est sponsionem matrimonij futuri, † in qua consistunt vera sponsalia, vt ex se patet, & pluribus relatis eruditè tradit in his terminis Sanch. *de matr. lib.1. disp.18. n.13. & seqq.* vbi explicat totam materiam, & aduertit, quod talia verba non sint accipienda, vt explicant voluntatis propositum, sed vt significant promissionem in actu exercito.

Quo verò ad exceptiones adductas contra personas testium, illæ latè sublatæ fuerunt in alia decisione, vbi considerantur eorum qualitates Sacerdotij, nobilitatis, & numerus, † ex quo supplentur defectus, etiamsi omnes paterentur aliquam exceptionem, vt in his terminis notat Sperell. *decis.73. nu.29. & 30.* & firmauit Rota *decis.351. numer.5 coram Gregor.* Contrarietas verò opposita depositionibus Lutij, & Com. Hieronymi, ex eo quod circa solutionem ratæ dotis in apocha sponsalium promissa, primus deponit illam fuisse promissam post mortem Georgij Ludouici, alter verò, quod solui debebat ipso viuente, remouetur, quia Hieronymus non dixit simpliciter, quod talis solutio fieri debebat post mortem Georgij Ludouici, sed solùm quod nisi fieret in pecunia Georgio Ludouico viuente, erat facienda mediante assignatione stabilium post illius mortem, præsenti Summario *numer.* 1. & quatenus etiam circa

hoc

5 hoc adesset inter illos aliqua contrarietas, † dum illa non
respicit substantialia contractus, non adimit fidem testi-
bus, vt in his terminis dixit Rota *in prædicta dec. 351. n. 29.*
coram Gregor.

Ratificatio autem Elisabethæ Mariæ male iterum
impugnatur, quia de illa plusquam sufficienter constat
6 ex pluribus adductis in *dicta decis. §. Talis verò*, † &
præcipuè ex incessu ipsius per Ciuitatem Bononiæ or-
natæ non more puellarum, vt priùs, sed more Sponsa-
rum, & sæpiùs publicè innixæ brachio Francisci Ma-
riæ, quod licèt ex recepta libertate eiusdem Ciuitatis
communiter permittatur omnibus nobilibus coniugatis,
non tamen conceditor simplicibus puellis, vt in Sum-
7 mario præsentis positionis *num. 16.* † & denique ex reci-
proca transmissione munerum, & quidem pretiosorum,
8 † tametsi munuscula sufficerent, cùm in hoc non quali-
tas munerum, sed rei substantia veniat attendenda,
præcipuè dum illa specificè per ipsos vti Sponsos missa fue-
9 runt, quæ omnia cùm consistant in factis positiuis, † quæ
sunt potentiora verbis, *cap. dilecti filij, vbi gloss. verbo fa-
cta de appell.* simul iuncta plenè probant, quamuis enim
10 homines multoties † dicant, quod non sentiunt, nun-
11 quam tamen, vel rarò faciunt † contra id, quod sentiunt,
vt ad propositum considerauit Rot. *dec. 247. num. 18. coram
sa. me. Greg. XV.*

Ad quorum omnium comprobationem aliquibus ex
DD. etiam addi posse videbator constitutum iudiciale
Elisabethæ Mariæ coram Vicario Generali Bononiæ post
introductum per ipsam iudicium super declaratione nulli-
tatis huius matrimonij, in quo recenset totam seriem fa-
12 cti, Summario dato 27. Ianuarij 1673. *num.* 1. † cui con-
stituto suffulto tot adminiculis recensitis in alia decisione,
& comprobato per testes postea examinatos plurimum
venit deferendum, attenta præsertim nobilitate Elisabe-
thæ Mariæ, alijsque præclaris eius dotibus, vt in simili
post Abb. dixit Rota coram Coccino *dec. 2011. n. 11. & seq.
& in Toletana separationis thori 5. Iunii 1673. §. non obstat
coram R. P. D. meo Calataia.*

Neque quidquam officit, quod promissio tradendi
Francisco Mariæ in Sponsam Elisabetham Mariam, facta
fuerit per Georgium Ludouicum nomine proprio, non
13 autem filiæ, † ideoque ratificari non potuerit, *cap. ratum
de reg. iur. in 6.* Rota *decis. 134. nu. 22. par. 9. rec.* quia DD.
animaduerterunt promissionem factam per Patrem con-
14 tinere quidem explicitè illius factum, † sed implicitè, &
propriè factum filiæ, quam non potest in vxorem trade-
15 re, † nisi ipsa consentiat virum accipere. Vis enim non
16 stat, in verbis, † sed in eo, quod verè agitur, nec curan-
17 dum est de modo, † dummodo habeatur effectus, *l. 3. vbi*
Bald. *C. de instit. & substit.* Ideoque dum Maria Elisabe-
tha sciuit eius Patrem illam promisisse in vxorem Fran-
18 cisco Mariæ, & consensit, † vtique ex tali consensu
contracta fuerunt vera sponsalia, ad formam *cap.
vnic. §. porrò de desponsat. impub. in 6.*

Minus suffragatur alia oppositio, quod posito etiam
contractu sponsalium, illa fuissent conditionalia, tùm
ex eo quod Georgius Ludouicus vltra dotem promise-
rit ante matrimonium facere Elisabethæ Mariæ dona-
tionem omnium bonorum, tùm etiam quia conuen-
tum fuerit, quod contractus non deberet sortiri effe-
ctum, nisi antea Franciscus Maria reconciliaretur cum
suis inimicis, tùm denique quia matrimonium contra-
19 hi non debebat, nisi post triennium, † quibus condi-
tionibus non adimpletis, seù non purificatis, inferebatur
ex sponsalibus non potuisse oriri impedimentum pu-
blicæ honestatis, ad clarum Text. *in cap. vnico §. final.
de sponsalib. in 6.* Prima enim conditio deducta ex apocha
confecta cum Rainaldo, non est propriè conditio, sed
modus, ibi: E perche detto matrimonio è stato con-
clusoçon scambieuoli sodisfattioni delle parti, promet-
tendo detto Sig. Giorgio Lodouico nel detto Instro-
mento far donatione irreuocabile à fauore di detta Sig.
Elisabetta Maria sua figlia del restante de' suoi beni;
natura enim conditionis est, vt impleatur ante executio-
20 nem actus, † modi verò etiam post, iuxta doctrinam
Bartoli *in l. quibus 40. §. Termilius ff. de condit. & demon-
str.* & dixit Rota coram Dunoz. Iun. *dec. 699. nu. 5.* Secun-
da verò non fuit apposita in apocha sponsalium Francisci
Mariæ, sed tantum in apocha sponsalium cum Rainal-
do, vt obseruatum fuit in alia *decis. §. prout nec minus*,
nihil in contrarium concludente depositione vnius testis
asserentis copiasse apocham factam cum Rainaldo ex
alia facta cum Francisco Maria, quia in secunda apo-
cha talis conditio non legitur apposita in fine post illius
perfectionem, ibi: In fede di che alla presenza dell' in-
frascritti Testimonij sarà sottoscritta la presente &c. di-
chiarando l'Illustriss. Sig. Giorgio Lodouico, che la pre-
sente scrittura non habbia effetto alcuno, se non dopò che
il Sig. Rainaldo haurà fatto pace con suoi nemici; & pro-
pterea non benè infertùr illam fuisse etiam appositam
in prima; Imò hoc ipsum excluditur ex depositione Pa-
tris Augustini mediatoris, qui dicit, in prima talem con-
ditionem consultò fuisse omissam; Tertia autem non est
conditio, sed dilatio effectuationis matrimonij, quæ non
reddit sponsalia conditionalia, † dies enim certus non fa- 21
cit conditionem, nec suspendit effectum iuris, sed tantùm
exercitium, *l. cedere diem 213. ff. de verb. signif. §. omnis
stipulatio instit. de verb. oblig.* & in his terminis tradit San-
chez. *de matrimonio lib. 5. disp. 19. n. 11.*

Denique nullum fieri potest fundamentum in tacitur-
nitate Elisabethæ Mariæ per plures annos post contractum
matrimonium, tùm quia talis taciturnitas non poterat
tollere impedimentum sæpè dictum, cuius remotio non
est in voluntate, & potestate partium, sed superioris,
tum etiam quia fuit in bona fide dum istud ignorabat, &
statim ac de illo fuit monita, reclamauit, & iudicium in-
troduxit coram Vicario Bononiæ, à quo etiam sententiam
fauorabilem reportauit.

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

Supra hoc eodem tomo secundo adest altera præsentis cau-
sæ decisio, quæ est in ordine 538. & in alio præcedenti
tomo primo eiusdem decimæ octauæ partis altera pa-
riter adest in ordine 267.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Cracouien. Nauigij.

Mercurii 15. Ianuarii 1676.

ARGVMENTVM.

Liquidationem fructuum, & materiam expensarum continet hæc decisio illa deducta à testibus deponentibus ad certam summam fructus ascendere consueuisse, quorum dicta eo magis recipiuntur, stante præsumptione legitimæ liquidationis, donec contrarium probetur; Hæc autem quoad iudiciales admissa ex fide Notariorum, quibus in hac materia plenè creditur, quo verò ad extraiudiciales, quia non excedebant scuta decem pro instantia, prout semper Rota practicare consueuit.

SVMMARIVM.

1 *Testes probant liquidationem fructuum, si deponant illos ad certam quantitatem ascendere consueuisse.*

2 *Testes optimè informati plenè probant.*

3 *Liquidatio facta præsumitur iusta, donec contrarium probetur.*

4 *Excessus non præsumitur, sed debet ab allegante probari.*

5 *Expensæ iudiciales, quæ viæ appellantur integraliter à victo victori reficiendæ sunt.*

6 *Expensæ iudiciales probantur ex actis, & ex quietantiis Notariorum.*

7 *Notariis plenè creditur tam de actis in iudicio factis, quàm de expensis illorum occasione ipsis solutis.*

8 *Expensæ extraiudiciales ia Rota non dicuntar excessiuæ, si noa excedaat scuta decem pro qualibet iastantia.*

9 *Rota, omisso rigore, expensas extraiudiciales .n solis scutis decem pro instaatia taxare consueuit.*

DECISIO DCXXII.

POST tres sententias conformes latas contra Monachos Tynecenses io Iodicio Spolij ad fauorem Venerabilis Collegij Societatis Iesu Cracouiæ superuenit liquidatio fructuum, & taxatio expensarum facta à Reuerendo Patre Domino meo Rondinino Iudice postremæ instantiæ, à qua appellantibus Monachis, commissa mihi fuit Causa ab excessiua taxatione, vnde proposui dubium super excessu, quem non adesse Domini responderunt.

Fructus enim Nauigij ex eo quod liquidati fint in florenis annuis centum viginti per toto tempore, quo spolium continuauit, non visi fuerunt excessiui, cùm ad
1 hanc summam annuatim illos ascendere consueuisse, †
testantur testes vtriusque partis, qui pariter affirmant
domom reddere florenos annuos sexaginta, & Hortum
similiter alios florenos decem quolibet anno, quibus
2 tamquam optimè † informatis credendum est, acceden-
3 te potissimum præsomptione, † quæ semper militat
4 pro iustitia liquidationis, donec excessus † ab allegante
probetur, Rota *dec.57. nu 12.* coram Zarate, *& dec.384 n. primo parte 14. recent. & dec.948. eodem numero coram Dunozetta iuniore.*

Similiter taxatio expensarum redargui nequit de exces-
5 su, nam iudiciales, quæ viuæ appellantur, † & à victo
6 integrè refici debent, certificantur tum ex actis, † tùm
7 ex testimonio, & quietantijs † Notariorum, quibus de
actitatis in Iudicio, & de soiutionibus hac de causa sibi
factis, plenè creditur, Rota coram Buratto *dec. 174. nu. 2. & dec.73. numer. 2.* coram Bichio, *& dec. 51. numer.6.* coram Zarate, *& in dec.384. num.2. & sequentibus parte 14. recent.*

8 Extraiudiciales verò in excessu taxatæ non fuerunt, †
cùm non excedant scuta decem pro qualibet instantia,
9 Rota enim omisso rigore † illas de stylo io hac summa
dumtaxat taxare solet, vt ipsa testatur in mox allegata
dec.384. n.6. parte 14 recent. & 948. eadem n. coram Dunoz. iuniore, *& in Marsicen. Iurisdictionis 14. Martij 1668. coram Eminentissimo Domino Cardinali Cerru.*

Atque ita non constare de excessu, decisum fuit, informante tantùm Collegio, præuijs tamen plutibus Intimationibus contra Monachos.

R. P. D. VICECOMITE.

Bonoolen. Transactionis.

Mercurij 15. Ianuarij 1676.

ARGVMENTVM.

Solemnitates à Statuto Bononiæ requisitæ in contractibus minorum, quia de forma visæ sunt; eas per æquipollens impleri non posse deciditur, nec minus ex causa prætensæ vtilitatis omitti, cum illa ex solis decisionibus non resultet, à quibus pendeat reuisio, & ideo nulla declarata est transactio sine dictis solemnitatibus facta, & mulieri minori manutentio concessa, non obstante possessione in alium translata, quæ, per dictam transactionem nullam non fuerat amissa.

SVMMARIVM.

1 *Minores ex Statuto Bononiæ in eorum contractibus teneantur seruare solemnitates, & quæ illæ sint vide num. seqq. ac per totam.*

2 *Solemnitates quatenus omittantur in contractibus minorum ex capite vtilitatis, & n.10. 15.*

3 *Statutum Bononiæ de contractibus cum minoribus, & filijs familias, an sit in vsu, & nu.6. cum seqq.*

4 *Statutum censetur moribus vtentium fuisse receptum, & quando.*

5 *Statutum, qui allegat non esse in vsu, hoc ipsum probare tenetur.*

7 *Statutum de contractibus minorum non abijt in desuetudinem ob contractus sine illius solemnitatibus celebratos, si illi tendunt ad acquirendum, non autem ad dimittendum.*

8 *Statutum Bononiæ de contractibus cum minoribus, & filijs familias loquitur solum de minoribus 18. annis.*

9 *Statutum requirens solemnitates in contractibus, minorum an possit per æquipollens impleri.*

10 *Vtilitas ex transactione resultat, & quando vide etiam num.*

11 *Clausula irritans, & annullatiua contractus, efficit vt solemnitates à statuto requisitæ dicantur de forma.*

12 *Forma statuti debet adamussim impleri, & num seq.*

13 *Statutum requirens pro forma solemnitates in contractibus mulierum, vel minorum, non potest per æquipollens impleri.*

14 *Doctoribus super statuto Patriæ scribentibus plenè creditur.*

15 *Statutum de solemnitatibus in contractibus minorum, procedit etiam si de eorum vtilitate tractetur, & vide num. seqq.*

17 *Vtilitas euidens in contractu minoris dicitur, si ille alios sibi obligare faciat, & vide n. seqq.*

18 *Minor se obligans, & bona dimittens, non dicitur vtiliter contrahere, ita vt possit solemnitates omittere.*

19 *Vtilitas euidens in contractu minoris non resultat ex solis decisionibus causæ, & nu. seqq.*

20 *Decisiones Rotæ, quæ adhuc sub reuisione pendent, non dicuntur declarare, aut decidere ad quem spectet fideicommissum.*

21 *Transactio non potest dici vtilis minori ex solis decisionibus causæ, à quibus adhuc reuisio pendet ob nouam audientiam partibus concessam.*

22 *Possessio etiam ex actu nullo transfertur, sed vide n. seqq.*

Minor nulliter contrahens, possessionem non amittit, & quando n.22. & seqq.

23 *Statutum si adimit fidem contractui, non satis constat ex illo, consensum fuisse præstitum, aut etiam possessionem translatam.*

24 *Possessio non transfertur ex contractu celebrato contra formam statuti, & ab eodem statuto annullato, & & irritato.*

25 *Manutentio non datur ex possessione insectu acquisita ex contracta, quem statutum irritat, & annullat.*

26 *Iudex, & Prætor contra legem statutariam facere non potest.*

DECISIO DCXXIII.

TRANSACTIONEM non obstare Comitissæ Sulpitiæ, quò minus veniat manutenenda in bonis illius vigore dimissis dixit Rota me proponente sub die 17.* Iunij superioris anni; Siquidem cum esset minor tresdecim annorum, in ea non fuerat adhibita præsentia Anzianorum, & Dominorum de Collegijs, vel
saltem maioris partis, quam pro forma adeo exacta 1
requirit patrium statutum rubrica *de contractibus cum minoribus, & filiis familias §. adiungentes*, vt non potuit suppleri alterius præsentia quantumuis auctoritate

gra-

grauis, Eminentissimi scilicet Cardinalis Cerri nostri Or-
2 dinis Decani; † Quinimo nec etiam omitti propter co-
loratam vtilitatem ex ea resultantem quatenus per duas
decisiones R. P. D. mei Bourlemont inter Recentior. *in*
422 & 519. part. 13. ab vniuerso Fideicommisso Bal-
dassaris illius ascendentis *exclusa*, partem assequebatur,
nullam præbente firmitatem iuramento, quandoqui-
dem contractibus alias, quam sub præmissa forma gestis,
cum fidem adimat statutum eosdem penitus irritet, nec
satis constabat interfuisse, nec transactio pro *facta* habe-
batur, qua de medio sublata, Sulpitia in eo statu consti-
tuta remanebat, ac si bona non dimisisset, in ijsdem
propterea debuerit manuteneri, & prout latius in deci-
sione.

Fundamenta hæc deducebantur non audito Ioanne
Baptista à Sancto Petro altero ex transigentibus, cui bo-
na fuerunt dimissa, quæ tamen cum firmitati oitantur,
illius oppositionibus in hodierna propositione informantis
euerti nequaquam potuerunt, sed ijsdem fundamentis re-
tentis DD. steterunt in decisis.

Non siquidem opponendo de non vsu huius statuti,
ex quo sine licentia, & decreto dictorum Antianorum,
3 & Dominorum de Collegijs † similes contractus fue-
runt quandoque celebrati, prout dicebatur *in Bonon.*
Census 3. Martii 1673. coram Reuerendissimo Domino
meo Decano, quia eo ipso quod non est odiosum, in vo-
lumine statutorum est insertum, necnon à Papa in for-
4 ma specifica confirmatum, † censetur moribus vtentium
fuisse receptum Alderan. Mascard. *de general. statutor.*
interpretat. conclus. 6. num. 96. Berus *cons. 173. num. 54.*
lib. primo Rota *decis. 51. num. 12. part. prima recent.*
cum aliis coram bon. mem. Cardinali Celsi *dec. 125 n.*
5 *6.* ita vt contrarium asserenti † incumbat onus probandi
Dec. *cons. 534. num. 9. vers. non obstat*, quod tantum abest,
vt ex præcitata in contrarium decisione Bononien. Cen-
sus coram Reuerendissimo Domino meo Decano probe-
tur, vt imo ex ea totum oppositum conuincatur vbi §.
6 *& in omnem euentum, &c.* † apparet interfuisse aucto-
ritatem vnius ex Dominis de Collegijs, & compro-
batur ex *decis. 83. coram Duran. & in recent decis. 407.*
in principio parte 14. ex quibus constat tribunorum
præsentiam fuisse adhibitam, & si qui forsan posset al-
legari casus, in quo talis solemnitas non fuerit adhi-
7 bita, † contractus ibi tendet ad acquirendum, non ad
dimittendum, prout in casu nostro, vt in Indiuiduo di-
stinguit Barz. *dec. Bonon.* 2. *num.* 18. præterquam quod
8 non omnia exempla ad hunc finem conducunt, † atten-
to quod non in quorumuis minorum contractibus, sed in
ijs tantum minorum 18. annis, ista solemnitas requiri-
tur, vt loquitur litera ipsius *textus dicto §. adiungentes* ibi
minores 18. *annis*.

Nec etiam insistendo in eo, quod cum statutum istud
9 conditum fuerit, ne fraudentur minores, † vel Sulpitiæ
satis remanebat consultum per æquipollentem præsen-
tiam Eminentissimi Cerri Honded. *cons. 58. num. 69. cum*
duobus seqq. libro primo, cvi solemnitates huiusmodi non
10 erant necessariæ propter vtilitatem, quam præsuppositis
decisionibus contrarijs coram R. P. D. meo Bourlemont
ex transactione assequebatur Grat. *discept. 27. n. 6.* Post. *re-*
solut. 90. n. 25.

Quia veritas stat in contrarium; Nec enim satis con-
stat præsentiam Eminentissimi Cerri fuisse adhibitam,
& insuper præmisso quod clausula, *irritans*, & annul-
1c latiua in hoc statuto inserta §. *& si quæ cessiones, &c.* ef-
ficit vt solemnitates in eo expressæ dicantur de forma
Berous *consil. 5. numer. 5. vol. 2.* sequitur quod ista de-
12 buerit ad amussim seruari, † vnde quatenus etiam inter-
13 fuisset, forma ista æquipollenti † nequaquam potuerit
suppleri, vt ex Fenson. Pico & alijs habetur *in decis.* §
quo verò ad secundum, quibus adduntur duo Doctores Bo-
14 nonienses de patrio statuto loquentes, † præcitatus sci-
licet Berous *consil. 5. n. 5. & seqq.* & Barz. *dec. 106. n. 24. &*
26. & auctoritas Rota coram Duran. *dicta decis. 83. per*
totam.

15 Et procedit etiam si transactio fuisset vtilis, † vt de
magis communi præter allegatos *in §. primo in fine testatur*
Ceuall. *comm. contra comm. quæst. 675. nu. 13. & seqq.* Sur-
dus pluribus allegatis *dec. 278. num.* 19. Berous *cons.* 88.
num. 25. lib. primo & tenet Rota post Pacif. de Saluian. *dec.*
110. in fine, opinio autem negatiua potuisset forsan obti-
16 nere, † quatenus vtilitas minoris fuisset euidens,

† veluti si alios in contractu sibi obligare fecisset, vt ex- 17
presse loquuntur Grat. & Postius in contrarium allegati,
& comprobant relati per Fenson. *ad statutum Vrbis cap.*
151. in voto Capuanei num. 19. secus autem quando ipse se
alteri obligat, † & bona dimittit, vt firmat *Decisio dicto* 18
§. primo in fine, & additur præcitata *decis. 110. nu. 27* post
Pacif. de Salu. quæ quidem euidens vtilitas resultare nul-
latenus visa est præfatis contrarijs decisionibus coram R.
P. D. meo Bourlemont, † quia ex ijs adhuc non erat de- 19
cisa questio, ad quem transigentium spectaret fideicom-
missum, dum concessa Sulpitiæ noua audientia, † pen- 20
debant sub reuisione, nec adeo sufficienter præbere fun-
damentum euidentis vtilitatis ad tradita *in Cauen. seu Ca-* 21
putaque Iurisdictionis 14. Martii 1672. §. simili responsione
coram R. P. D. meo Emerix.

Non demum insistendo in eo, quod admissa etiam nul-
litate transactionis, adhuc cum illa non ex defectu cau-
sæ, aut consensus, sed solemnitatum tantum proue-
niat, impedire non potuerit quin Sulpitia possessionem
amiserit, † quæ ex actu etiam nullo transfertur Rota 22
coram Caualerio *decis. 503. nu. 2.* coram Royas *dec.* 270.
num. 6 quia duplex occurrit responsio, altera quod cum
idem statutum fidem adimat contractibus sine præscriptis
solemnitatibus gestis, † non satis constat talem consen- 23
sum fuisse præstitum, nec possessionem fuisse translatam,
vt tenuit Rota *decis. 93 num. 15. versic. sed tamen part.* 2.
diuers. & ea hac eadem decisione coram *Pentingerio* 332.
num. 1c. altera in præterita *decis. §. fin. data*, quod scilicet
cum statutum irritet contractum, illumque reputet pro
non facto, † ex eo possessio non habetur pro 24
translata *Noguerol.* pluribus citatis *allegat. 3. quæst. 2 nu.*
53. ex tali propterea infecta possessione † deneganda venit 25
manutentio Io. Baptistæ, ne alias prætor † contra legem 26
statutariam facere videatur iuxta dictum Boccaeij *de in-*
terdicto vti possidetis cap. 3. & n. 4. & 17. relat. per Posth.
obseruat. 46. n. 21

Et ita partibus hinc inde informantibus resolutum
fuit.

Supra in hoc eodem tomo secundo huius Decimæ octa-
uæ Partis adest altera præsentis causæ decisio, quæ est
ibi in ordine 547.

R. P. D. CALATAIV.

Bonon. Spolij.

Mercurii 15. Ianuarii 1676

A R G V M E N T V M.

Subtus viam publicam, quis de sua domo, ad aliam pariter suam diuerticulum fecerat, quod deinde deuastatum est ab altero, prætendente iure proprio simile diuerticulum facere posse, illud tamen restituendum esse deciditur, quia quamuis hæc facultas ei pariter competeret, non ideo potuit propria, auctoritate exerceri; Maximè contra primum, qui eam iam ad actum deduxerat.

S V M M A R I V M.

1 *Sententiæ dicuntur conformes in ea parte, quæ vltima continet idem, quod in antecedenti declaratum est.*
2 *Validius sententiæ resultat, si in ea concurrant requisita vulgatæ decisiones Caputaquensis.*
3 *Spolium dicitur commissum ex clandestina innouatione facta.*
4 *Spolium ante omnia purgari debet.*
5 *de Facto ea, quæ facta sunt, possunt de facto similiter reuocari, & quando vide num. seqq.*
6 *de Facto, vt procedi possit, requiritur quod ita de eo plenè, & euidenter constet, vel per rem iudicatam, vel per confessionem partis.*
7 *Situs subtus viam publicam, si est iuris publici,*

non potest esse sub domino priuati.

8 *Situs subtus viam publicam, si est in bonis nullius, remanet occupantis.*

9 *Locus publicus ab alio prius occupatum, non potest propria auctoritate amplius occupari, vel deuastari.*

10 *Spoliatus est ante omnia restituendus, etiam si spolians iure proprio vsum fuisse prætendat.*

11 *Spoliatus adhuc restituitur, quamuis iura spoliantis talia forent, vt eorum vigore ille statim immitti deberet.*

D E C I S I O DCXXIV.

EXISTENTE Cæsare Annibale Marsilio Roscio, nunc de Balatinis, in antiqua possessione cuiusdam Anditus sub via publica excauati, per quem à sua Domo ad propria Stabula accedebat.

Ludouicus, & fratres de Marsilijs ad effectum habendi similem accessum, & recessum ab eorum Ædibus ad stabula retro illas existentia, nouum anditum antiquum Cæsaris Annibalis intersecantem, & impedientem de facto construxerunt.

Quapropter ex hac noua excauatione orta lite coram Vicario Generali Bononiæ, iste per sententiam declarauit reparaculum muri nouiter constructi obstruens anditum dicti Cæsaris Annibalis, fore, & esse demoliendum, & in ea parte, qua vterque anditus intersecatur, portas ab vtroque esse apponendas, adhoc, vt vnicuique ad propria ædificia liber pateat accessus; Quam sententiam Auditor Cameræ in gradu appellationis confirmauit in ea parte, qua fuit pronunciatum dictum reparaculum muri nouiter constructi, fore, & esse demoliendum; Et in alia infirmauit.

Demum deuoluta causa ad Rotam, eaque mihi commissa cum clausula, *constito, quod sit locus statuto de duabus*, proposui dubium iuxta formam commissionis: an constet de duabus, seù locus sit reintegrationi, & quo ad vtramque partem affirmatiue Domini responderunt.

Respectu enim primæ partis constat de numero, & con-
formitate sententiarum in eo capite, quo iniungitur re-
1 motio repaguli, & repositio in pristinum, † dum in sub-
stantia, posterior Auditoris Cameræ continet id, quod
fuit in antecedenti declaratum, vt pluribus allegatis in
terminis sententiæ in parte conformi, responsum fuit *in*
dec. 181. nu. primo par. 14. recent.

2 De validitate dubitari non potest, † cum in ea concur-
rant requisita Vulg. *dec. 260. par. 2. Caputaq.*

De iustitia vero, ex eo, quod in præsenti spolium, illiusque extrema abunde remanent iustificata

Possessio siquidem antiqua Cæsaris Annibalis, & mo-
derna innouatio illorum de Marsilijs, habetur ex iudiciali
visitatione, & descriptione loci facta per Vicarium Ge-
neralem Bononiæ, in qua inter cætera adnotatur anditum
Cæsaris fuisse antiquitus constructum, & postmodum
intersecatum, & ruptum ab altero de recenti condito
per fratres de Marsilijs *Summario numero secundo litera B.*
3 *C.* † ex qua innouatione clandestine facta, dicitur spo-
4 lium per ipsos commissum, † quod ante omnia debet pur-
gari per Textum *in lege prima §. Hoc autem Edictum ff. de*
nou. operis nunciatione.

Nec obstat, quod ipsi potuerint vim vi repellendo Cæ-
saris Annibalis anditum, vt pote in eorum solo clande-
5 stine ædificatum, licite deuastare, & alterum aperire
ad Text. *in cap. olim il primo de rest. s. spoliat. & in lege quemadmodum ff. ad leg. Aquil.*

Quia obiectum procederet, si vere, & realiter Cæsar
6 Annibal in eorum proprio solo ædificasset, † & de
eo plene, & euidenter constaret, vel per rem iudi-
catam, vel per confessionem spoliati Rota coram Bu-
ratto *decis.* 848. *num.* 13. & coram Bichio *decis.* 179.
numer. 17. *&* 18. sed situs subtus viam publicam,
7 aut est iuris publici, † & non potest esse sub domi-
8 no priuari, aut est in bonis nullius, † & acquiritur
prius occupanti, *lege in* 3. *in principio leg. ergò §. finali leg. Insula ff. de acquiren. rerum domin.* vnde non
licuit dictis fratribus de Marsilijs propria auctoritate,
& de facto locum ab altero prius occupatum deua-
9 state, † sed debebant agere interdicto; iuxta Tex-
tum *in leg. 2. ff. ne quid in loco publico* Cepoll. *de Seruit. Vrban. Prædior. capit. 30. nu. 12. versic. quarto casu.*

Nec sunt audiendi sub prætextu, quod vtendo iure
proprio, potuerint actum facere, † quia spoliatus in 10
primis, & ante omnia, est reintegrandus † etiam si 11
iura spoliantium talia forent, vt eorum vigore statim
immitti deberent per Textum *in lege prima §. Denique*
ff. quod vi, aut clam Rota coram Bichio *dec. 179. n.*
16. & 17.

Hinc etiam sequitur respectu secundæ partis dictum Cæsarem Annibalem esse reintegrandum ad suam possessionem ex iuribus supra allegatis.

Et ita eo tantum informante resolutum fuit.

Hæc, & altera immediata decisio ambæ sunt in eadem causa, diuerso tamen articulo.

R. P. D. C A L A T A I V.

Bonon. Spolij super Remissoria.

Mercurii 15. Ianuarii 1676

A R G V M E N T V M.

Occasione Remissoriæ alias in nostris decisionibus consultò omissæ, stante nouitate articuli excauandi subtus viam publicam, quæritur hic an ad probandum illius ass. consuetudinem Remissoria concedenda sit, & negatiuè resoluitur, quia causa in partibus agitata; de tali consuetudine, quæ inibi facilius probari poterat, numquam est oppositum, quapropter calumniosa, & irreleuans illius probatio visa est, & ideo denegan da, præsertim in Spolio per duas sententias declarato.

S V M M A R I V M.

1 *Consuetudo, si quæ fuisset, facilius probari potuisset in partibus, quam in Vrbe.*

2 *Consuetudinis probatio petita solum in Vrbe post diu discussam causam in partibus, præsumitur calumniosa, & ideo denegatur.*

3 *in Spolio quem se confoueri posse non permittitur.*

4 *Consuetudinis probatio nihil commune habet, quod innouata contra dispositionem illius de facto remoueri possint.*

5 *Articuli non percutientes præcisos terminos, & particularem circumstantiam casus controuersi, sunt irreleuantes, nec aliter admittendi.*

6 *Remissoria non datur data irreleuantia articulorum.*

7 *Ædificium fuisse constructum in solo alterius, sine illius scientia, respicit probationem dominij.*

8 *Dominij probatio, seù exceptio non admittitur ad probandam purgationem Spolij.*

9 *Consuetudo excauandi subtus vias publicas, non rectè infert, quod sic excauantes acquirant dominium soli.*

10 *Solum si est iuris publici, prætendi nequit à priuato.*

11 *Solum si est nullius iuris, fit prius occupantis.*

D E C I S I O DCXXV.

CONDEMNATI per duas Sententias extra Rotam Ludouicus, & alij fratres de Marsilijs ad demoliendum Anditum subterraneum nouiter, & de facto constructum impedientem antiquum Cæsaris Annibalis Marsilij Rosci nunc de Balatinis, quas sententias Rota in hodierna propositione censuit esse conformes, &

locum

locum esse reintegrationi, petieruot remissoriam ad probandum, quod io Ciuitate Bononiæ viget consuetudo permittens Dominis è conspectu suarum Ædium habentibus Ædificia, vel stabula subtus vias publicas excauare, seù Anditus facere dumtaxat per lineam rectam, non autem per obliquam, prout constructus prætenditur Anditus dicti Cæsaris Annibalis, sed Domini denegandam esse censuerunt.

Quia cum hæc causa diu fuerit in partibus agitata, &
1 nunquam oppositum de dicta prætensa consuetudine, †
quæ facile si adesset, probari poterat; Præsumitur hodie
Remissoriam peti ad se magis consouendum io spolio per
2 duas sententias canonizato, † quod non est permitten-
3 dum Caputaquensis *decision.* 63. *numer. primo parte* 3.
Cotcin. *decision.* 828. *numer.* 2. Dunozett. Iunior. *decis.*
345 *num. primo & decis.* 701. *numer.* 3. Bichius *decis.* 206.
numer 11.

Præterea articuli propositi non contioent, quod stante
4 dicta consuetudine † permissum sit anditus aliter con-
structos posse de facto, propria auctoritate deuastari, de
quo principaliter est quæstio; Vnde suot prorsus irre-
5 leuantes, † cum non percutiant præcisos terminos, &
particularem circumstantiam casus controuersi; Natt.
consil. 575. *numer.* 15. *& consil.* 600. *numer.* 20. Maotic. *dec.*
159. *numer.* 4. Buratt. *decis.* 129. *numer.* 6. *decis.* 570. *num.*
6 9. data autem irreleuantia, nunquam datur Remissoria
l. Ad probationem la prima in fine C. de probationib. Ro-
ta coram Dunozett. Iunior. *decis.* 355. *numer. primo*
& decis. 489. *numer.* 2. & coram Manzanedo *dec.* 308.
num 3. *&* 4.

Quatenus vero probandum proponitur; Quod anditus Cesaris Annibalis fuerit constructus in proprio solo
fratrum de Marsilijs clandestine, & absque illorum scien-
7 tia, hoc respicit probationem dominij, † cuius exceptio
8 non admittitur ad retardandam purgatione Spolij *l. pri-*
ma ff. quod vi aut clam. l. si quis ad se fundum ibique gloss. C.
ad leg. Iuliam de vi public. capit. sæpè de restitut. spol. Ca-
strens. *consil.* 213. *numer. primo libr.* 2. Decius *cons.* 84. *num.*
primo Grat. *Discept.* 734. *num.* 15. Rota *dec.* 409. *num.* 5. *par.*
prima recent. vltra quod licet probaretur consuetudo ex-
cauandi per viam rectam subtus vias publicas Ciuitatis;
9 † Articuli tamen non continent, quod facientes dictos
Anditus, acquirant dominium soli, quod vel est iuris pu-
10 blici, † & prætendi nequit à priuato, vel est nullius iu-
11 ris, † & sit prius occupantis, qualis fuit Cæsar Annibal
ex adductis in alia decisione §. Quia obiectum coram
me.

Et ita, vtraque Parte informaote, resolutum fuit.

Hæc decisio est in eadem causa decisionis præcedentis, quamuis diuersa & solo articulo Remissoriæ.

R. P. D. RONDININO.

Romana Domorum ad Suburram.

Veneris 24. Ianuarii 1676.

ARGVMENTVM.

Post passas molestias, easque venditori intimatas, ad euitandam executionem, concordauerat emptor cum creditore, propter quod euictionem sibi deberi prætendebat, illi in hac decisione denegatam, quia post assumptam litem à venditore, eamque etiam prosequutam, commissa non erat stipulatio liberationis earundem molestiarum, quo in casu si ille agat mediante cessione iurium sibi à creditore facta, iustitiam cessionis iustificare tenetur, sine cuius probatione, solutio facta, nec ad effectum agendi, neque ad effectum excipiendi, & respectiue retinendi illi suffragari non potest.

SVMMARIVM.

1 *Emptor aliud est, & quod agat pro euictione iam passa, aliud verò quod petat liberationem à molestijs, quia primo casu litis exitum expectare tenetur, altero vero solat molestias, vel rem aliis obligatam docere debet.*

2 *Liberatio à molestiis debetur, quia quis molestatur, non autem quia iustè, vel iniustè molestatur.*

3 *Molestias si quis habet, quatenus possit cum molestante transigere, & num. seqq.*

4 *Transactio cum molestante iniri non potest postquam debitor litem suscepit, & illam prosequitur.*

5 *ad Factum voluntarium, & culposum non obligatur, qui à molestiis aliquem liberare tenetur.*

6 *Emptor post molestias passas, & rescriptam Signaturæ sine præiudicio, ad euitandam executionem concordare potest cum creditore.*

7 *Emptor, qui ante passas molestias concordauit cum creditore, vt pro releuatione agat, iustitiam crediti probare tenetur, & num. seq.*

8 *Executionem ad euitandam concordari licet cum creditore, eandemque executionem præuenire.*

9 *Mulier retinens bona viri, non potest ea tacendo petere creditum integræ dotis.*

10 *Vsuræ dotales ex statuto Vrbis* lib. primo c. 13. *non debentur nisi à die interpellationis, ex qua insurgit mora.*

11 *Sententiam, quam quis obtinuit, & acceptauit amplius impugnare non potest.*

12 *Liberatio à molestis peti non potest postea, quam debitor assumpsit in se litem, eamque defendit, quia hæc loco cautionis est, & fere per tot.*

13 *Solutio duplicata fieri non debet.*

14 *Solutio liberè facta contra formam pacti non liberat soluentem posteriori creditori, & nu. 19.*

15 *Inuestimentum conuentum emptor remittere non potest.*

16 *Solutio vera si soluentem non liberat, ita & nec minus eum liberauit compensatio, quæ est solutio ficta.*

17 *Compensatio non admittitur vbi non admittitur solutio.*

18 *Sententia, & res inter alios acta non præiudicat non citatis.*

19 *Emptor habens descripta, & indicata nomina creditorum anteriorum non potest soluere posterioribus, & supra num. 14.*

20 *Soluens posterioribus si habuit notitiam anteriorum dicitur esse in mala fide, & ita illi non suffragatur solutio neque ad effectum agendi, neque ad effectum excipiendi.*

DECISIO DCXXVI.

QVAMVIS Domini oon reuocarent in dubium conclusionem, vt nempe in casu, in quo Emptor agit actione ex empto ad consequendum euictionem sibi de Iure debitam, debeat quidem non solum litem Venditori denunciare, sed se defendere, atque litis exitum expectare, itaut tamtundem præstetur, quantum ab euincente ablatum fuerit, perfectè iam secuta euictione, non autem quando Emptor, † vel alius 1
Contrahens agit ex promissione rem habitam liberandi ab omnibus hypothecis, & à quibuscumque molestijs, quia tunc sufficit ostendere Instrumenta, in quibus res vendita sit alteri obligata, vel docere de facto, litem super ea fuisse sibi contestatam, quia statim dicitur euenisse casus promissæ liberationis ad terminos Text. *in l. fiat in libertatem* 12. *Ibique* Bald. *&* Salicet. *C. de euict.* & distinguendo comprobant Surd. *cons.* 13. *nu.* 16. Cacheran. *dec.* 24. *n.* 4. Gratian. *discept.* 175. *num.* 20. Rota apud Pacif. de Saluian. *dec.* 220. *n. primo & seqq.* & coram Peuting. *decis.* 327. *num.* 2. *&* 3. *& aliis adductis in Roma-*

na, seù Albanen. Vinearum prima Iulii 1672. §. non obstat
quod molestiæ, & 17. Martij 1673. in princ. coram R. P. D.
meo Vicecomite.
Posthabita in boc casu quacumque discussione subsi-
stentiæ molestiarum illatarum, quæ sunt extranea ab boc
iudicio, in quo debita est liberatio promissa emptori, vel
alteri contrahenti, quia molestato, non quia iustè, vel
iniustè molestato, cum sufficiat molestias de facto illatas
2 fuisse, † & discussio circa illarum substantiam, facien-
da sit, suscepta lite à venditore aduersus molestantes iux-
ta doctrinam Bart. in l. Lucius §. Tres hæredes num. primo
ff. ad Sen. Cons. Trebell. Soccin. S:o. cons. 70. in princ. vol. 3.
Abb. cons. 43. part. prima Alex. cons. 52. sub n. 2. & 3. vol. 2.
Paozirol. cons. 45. sub n. 14. & 15. Mandell. Alba cons. 216.
nu. 2. vbi Add. litera B. Gramat. dec. 101. n. 81. Rot. diuers.
part. 4. decis. 815. per tot. & in recent. part. 3. decis.
231. sub numer. 2. & part. 6. decis. 143. numer. 14.
Dunoz. Iun decis. 795. num. primo Bichius decis. 266.
numer. 5. Peuting. decis. 239. numer. 8. & in præteeita
decisione buius Causæ 26. Iunij 1675. §. Non obstant co-
ram me.
Adbunc tamen dicebant Domini in præsenti causę pro-
positione abunde iustificatum fuisse Paulonios suscepisse
in se litem denunciatam ab Anna Felice Laschetta, quæ
interim se concordauit cum Lauinia Barla creditrice,
adeoque habito recursu ad Signaturam, commissa fuit
causa tam contra Barlam molestantem, quam contra
Laschettam molestatam cum clausula alteri, qui ad legi-
timam Summ. Paulonij n. 3. & seqq. quo casu, dum La-
3 schetta non recepit damnum ex causa iudicati, † sed tran-
sactionis, non habet actionem ex stipulatu contra Paulo-
nium, qui satisfecit promissæ liberationi à molestijs, as-
sumendo in se litem, & causam defendendo ad terminos
Text. in l. euicta §. Dupla ff. de euict. & in l. si post perfectam
C. illo eod. tit. Mangil. de euict. qu. 185. num. 15. & 16. Af-
flict. decis. 171. num. 2. Rota coram Serapb. dec. 1243. nu. 4.
sed exceptione duli mali submouetur, cum non liceret
4 transigere cum Barla molestante, † quando iam Paulonij
necessarij defensores aduersus illam litem prosequebantur
ad Textum expressum de similibus pactionibus loquentem in l.
si dictum fuerit §. si Compromissio ff. de euict. & in proposito
concludunt Cost. de fact. scient. vel ignor. cent. prima di-
stinct. 48. num. primo Burgund. de euict. quæst 78. n. 4. Vale-
ron. de transact. tit. 5. quæst. 5. num. 38. quasi hoc sit factum
5 ipsius Laschettæ voluntarium, † & culposum, ad quod
Paulonij non obligantur ex ratione Text. in l. quod si nolit
§. si mancipium, vbi glos. verb. culpam ff. de edil. Ed ct.
Corn. consil. 326. vol 3. Cabal de euict. §. 5. numer. 5. Surd.
decis. 22. numer. 1. Mangil. de euict. quæst. 9. numer. 15. &
numer. 22. vers. non alias Ciriac. contr. 103. ex numer. 29.
Gratian. discept. 227. numer. primo Gomez. var. resol. to.
2. cap. 2. numer. 40. Fontanell. de pact. nupt. clauf. 5.
glos. 8. par. 14. n. 8. Rota coram Put. dec. 258 sub n. 4. vol. 3.
Non obstat, quod Signatura comisisset causam cum
clausula sine præiudicio legitimæ executionis, ideoque
6 Laschetta, quæ videbat executionem imminere contra
se, ad tuendam suam possessionem, potuerit concordare
cum Barla creditrice, quæ possessionem Domorum as-
secutura erat, & cessionem reportare iuxta dec. 220. ad
fin. post Pacif. de Salu. interd. quia Laschetta non ob ti-
morem imminentis executionis ob commissam à Si-
gnaturą causam sine præiudicio, sed sponte sua transe-
git, longe ante boc Signaturæ rescriptum, quia illud
emanauit 24. Nouembris 1661. vt ex attestatione R.
P. D. Rattæ Auditoris Eminentissimi Signaturæ Præ-
fecti postquam 22. Ianuarij eiusdem anni Laschetta
iam transegerat, & cessionem reportauerat à Barla mo-
lestante Summario responsionis de Ioardanis num. pri-
mo & 2. etiamsi aduersus eam Paulonij iam antece-
denti anno litem suscepissent Summario Paulonij num.
3. & 4. cuius Barlæ rationes, & iura magis sibi proficua
existimauit, quam expectare liberationem à molestijs à
Paulonijs necessarijs defensoribus assumptam, & pro
qua adita Signatura obtenta fuit commissio cum clausula
suspensiua executionis, vt ex attestatione eiusdem R. P.
D. Rattæ, & in Summario Paulonij num. 5. quo casu La-
schetta non est amplius consideranda tanquam petens li-
berationem à molestijs, sed potius tanquam agens pro
7 releuatione indemnitatis ex iuribus Barlæ sibi cessis,
quorum iustitiam probare debet, vt obtineat iuxta no-
tabilem theoricam Bart. in l. Emptorem 12. num. primo ff.
de act. Empt. quam reassumit Imol. in cap. fin. num. 24. ex-
trà de empt. & vendit. Bald. in l. ae qui nouam §. Cum me sub
nu. 5. ff. de negot. gest. Franc. Marc. dec. 581. numer. 8. in fin.
Surdus dicta dec. 22. num. primo & seqq. Mangil. de euict.
quæst. 9. num. 45. & melius quæst. 199 num. 11. in quibus ter-
minis constito de bono iure creditoris, † licet pręuenire exe- 8
cutionem cum ipso concordando iuxta deducta per Fran-
ch. Marc. dicta dec. 581. sub nu. 8. Mangil. de euict. dicta qu.
199. n. 11. Rota coram Merl. dec. 876. n. 3. & in rec. par. 11.
dec. 278. n. 9.
Tantum autem abest, quod constet de bono iure Bar-
læ, quod imo patet istam fuisse ante concordiam cum
Laschetta integre satisfactam de suo credito dotali contra
Franciscum Frangium virum, quo viuente iudicium in-
tentauit pro assecuratione dotis, & quarti dotalis in to-
tum ascenden. ad sc. 1500. pro quibus obtinuit mandatum
de associando ad Domum in Via Suburræ, & ad alia
bona in Vrbe sita, quorum omnium possessionem acce-
pit, atque vlterius erat debitrix viri pro summa sc. 230.
pro totidem ab ipso solutis Sorori dictæ Barlæ, ex con-
cordia inter ipsas sorores celebrata Summario eodem nu-
mer. 6. & seqq. itaut si Barla, mortuo viro volebat repe-
tere dotem, debebat prius dimittere bona, quæ pro
eius assecuratione retinebat, & excomputare dicta sc.
230. viro debita, non autem tacendo banc bonorum pos- 9
sessionem, debitum petere integræ dotis, & quarti do-
talis restitutionem à Laschetta vna cum vsuris dotalibus,
quæ nullatenus prætendi poterant, nisi à die interpella-
tionis, ex quo insurgit mora, per quam vsuræ debentur, 10
vt disposuit Stat. Vrb. lib. primo cap. 13. & comprobat
Fenzon. ibidem ex nu. 29. & 55. Rota coram Duran. decis.
176. n. 4. & coram Eminentissimo Otthobono dec. 103. nu.
4. & 5. & dec. 201. n. 5. & in decisione huius Causæ 20. Iunii
1670. §. Et quoque coram Reuerendissimo Beuilaqua Pa-
triarcha Alexandrino.
Excluso autem bono iure Barlæ, visum est facilius ex-
cludi illud Guarnelli creditoris à quo Laschetta pariter
molestatam fuisse dixit, & cui nulla facta molestiarum
intimatione, soluit, quoniam de malo iure Guarnelli
constare ex sententia A. C. in iudicatum transacta, in qua
declaratur nullum ius, nullamque actionem Guarnello
competijsse, & competere vna cum condemnatione ad re-
stitutionem omnium fructuum perceptorum Summario
eodem nu. 10. quam sententiam cum ipsa Laschetta obti- 11
nuerit, & acceptauerit amplius impugnare non potest in
l. si seruus plurium §. si Hæreditatis ff. de legat. primo & Pe-
regr. de fideicom. art. 33. num. 33 Rot. dec. 78. nu. primo par.
prima & dec. 299. num. 8. par. 11. rec.
Etiam si habentes causam à Laschetta pro eodem cen-
su Guarnelli molestentur etiam hodie ab Anna Cruschel-
la, & Petro Colangelo, quia cum Paulonius iam in se
litem susceperit Summario eiusdem numer. 11. & cum
effectu illos defendat, nihil exinde prætendi potest, quia
vt superius dicebatur & docet quotidiana praxis, susce-
ptio litis in se à venditore facta aduersus molestantem im-
pedit, ne committatur stipulatio liberationis à molestijs
promissæ emptori, qui non amplius molestatur, cum
iudicium in venditorem, qui in se illud assumpsit, dirigi-
tur, atque hæc stante loco sufficientis cautionis, & securi-
tatis emptoris ad terminos Textus in l. euicta §. Duplex ff.
de euict. & in l. si post perfectam 24. C. illo eodem titulo cum
alijs supra adductis.
Quo vero ad molestias illatas per moniales S. Luciæ
in Silice, pro quibus habentes causam à Laschetta essent
creditores sc. 666 75. pro sorte, & fructibus vsque ad diem 12
census extincti mense Decembris 1674. placuit respon-
sio, quod cum ipsi è conuerso sint debitores in sc. 600.
ob valurem Domorum, in hac summa, Laschettæ
creditum, pro quo assignatæ fuerunt, excedentium, vt
etiam in præterita decisione buius causæ coram me di-
ctum fuit, ac etiam in sc. 1152. pro illorum fructibus
compensatiuis decursis à mense Ianuarij 1664. vsque,
& per totum annum 1675. facto calculo aritmetico, re-
manent potius debitores Paulonij, quamuis demerentur
ex istis fructus compensatiui, qui soluti dicuntur Io:
Francisco Frangio, quos tamen male solutos contende-
bant scribentes pro Paulonio, adeo vt non sit relaxandum
mandatum cum non constet de credito, † sed potius de de- 13
bitu actorum, quibus fieret duplicata solutio contra om-
nes iuris regulas, de quibus Bart. l. si constante sub nu. 29. ff.
solut. matrim. cum concordan.

Et

Et quamuis in præterita causæ decisione debitum scut. 600. imminutum fuerit in sc. 200. quæ Laschetta excomputauit soluendo Io: Francisco Frangio creditori ex causa mutui dicti scut. 200. hodie tamen aduertebant Domini, quod solutio hæc non poterat bonificari Laschettæ, quia cum Domus controuersæ à Io: Franc. Frangio anno 1640. venditæ fuerint Gaspari Paulonio, qui pro residuo pretii soluere promisit sc. 900. infra sex annos, & interim fructus compensatiuos, cum expressa tamen conditione, vt dicta sc. 600. inuestiri deberent pro hypotheca, & securitate Paulonii emptoris, super quo inuestimento acquiri non posset ius alicui creditori ex quacumque causa, etiam Priuilegiata, idcirco Laschetta, cui in principio anni 1644. assignatæ fuerunt istæ Domus ab hæredibus dicti Gasparis Paulonii viri pro restitutione suarum dotium, & iurium dotalium, & cum præcisa obligatione soluendi dicta scut. 600. & eorum fructus compensatiuos Io: Francisco Frangio iisdem modis, & formis, prout conuentum fuerat inter prædictos Frangium, & Paulonium in venditionis instrumento, non potuit soluere dicta sc. 200. in causam mutui de mense Nouembris eiusdem anni 1644. inter Frangium, Franciscum Laschettæ Patrem contractum Summ. eiusdem Paulonii *nu. 1. & 2.* quia cum dicta sc. 600. semper, & perpetuo stare deberent inuestita pro securitate emptoris, itaut cuicumque creditori priuilegiato ius non acquireretur, quemadmodum solutio libere facta contra formam pacti non liberasset, soluentem posteriori creditori, in præiudicium Paulonii emptoris, qui sibi ius hoc reserua-
24 uerat, & in cuius damnum Laschetta conuentum inuestimentum remittere non poterat ad terminos *Textus in l. si*
15 *ex pluribus §. primo ff. de solut. & in l. Iuris gentium §. si paciscar vbi gloss. verb. non liceat ff. de pact. glos. in l. quos prohibet verb. pactatur ff. de postulan.* Bart. *in l. si quis in conscribendo nu. 3. C. de pact.* Giurb. *dec. 79. nu. 46.* Grat. *discept. 45 nu. 22. & seqq. cum aliis per* Modern. Venuf. *de Credit. disc. 59. nu. 8.* Rota *diuers. par. 1. dec. 170 nu. 4. & 5 & rec. par. 1. tom. 2. dec. 297. nu. 6. & 19. & par. 11. decis 217. nu. 13. & in Romana Census 1. Aprilis 1669. co. R. P. D. Bourlemont.*

Ita nec soluentem liberare potuit compensatio, quæ est
16 ficta solutio, & quæ proinde nonquam admittitur † vbicumque non admitteretur ipsa solutio, vt in specie Ton-
17 dut. *par. 2. resol. ciuil. 175. nu. 14. & 15.* Modern. Venuf *de Cred. d. disc. 59. nu. 8.* Rot. *rec. par. 4. dec. 529. nu. 2.*

Quæ iura deduxissent Paulonii si fuissent citati, quando Laschetta obtinuit sententiam ab A. C. in qua declarauit sc. 200. compensata fuisse cum mutuo, cuius erat creditor Franciscus ipsius Pater, quem ipse hæres, & filia re-
18 præsentabant, ideoque veluti res inter alios acta, † Pauloniis non vocatis non præiudicat ex *vulg. reg. desumpta ex l. 1. & toto titulo C. quando res inter alios act. in l. 1. C. de peric. & commod. rei vend. & in l. emptor 7. C. de euict.*

Neque excusari poterat Laschetta, eique bonificari hæc solutio, veluti facta creditori venditoris, quia id proce-
19 dit, † quando emptor non habet descripta, & indicata à venditore nomine creditorum anteriorum, neque illorum notitiam, in quibus terminis loquitur *Text. in l. Nomen Debitoris 4. C. quæ res pignor. oblig. poss.* Bart. *in l. fin. & si præfatam in Summario ibique* Castren. *nu. 4. C. de iur. deliber.* Mangil. *de euict. quæst. 43. ex num. 11.* Salgad. *in Laber. Cred. par. 3 cap. 6. ex nu. 48.* non autem quando, vt in casu adest notitia creditorum anteriorum, quia tunc soluendo
20 debitum posterius, dicitur esse in mala fide, † atque ipsi non bonificatur solutio, neque ad effectum agendi, neque ad effectum retinendi, ipsiusque soluentis damno cedit iuxta dist. Castr. *in d. l. fin. § Etsi præfatam C. de Iur. deliber.* Gabr. *cons. 82. nu 5 vol. 1.* Merl. *de pignor. lib. 4. tit. 1. qu 38. ex nu. 6* Rota *rec. par. 10. dec. 30. nu. 43 & dec. 211. num. 1. cum aliis in Veliterna Immissionis 4 Iulii 1674. §. finali, & 1. Februarii 1675. cor. R. P. D meo Vicecomite.*

Et ita vtraque parte informante recesserunt Domini à decisis 26. Iunii 1675. coram me, &c.

Altera presentis causæ decisio est impressa supra in hoc eodem tomo 2. vbi est in ordine 572. cuius etiam in calce aliam concordantem inuenies.

R. P. D. CALATAIV.

Interamnen. Beneficii.

Veneris 24. Ianuarii 1676.

ARGVMENTVM.

Ad effectum impediendi subrogationem gratiosam opponebatur non constare de lite super titulo beneficii; quodque litigator esset calumniosus, & iniustus, sed neutrum est concessum quia lis fuerat Papæ narrata cum suis qualitatibus ideo sat erat de ea docere eo modo, quo facta fuerat narratio; Calumnia verò excludebatur, quia impetrator facile credere potuit beneficium esse Pontifici reseruatum, ex eo quod illud in Curia vacauerat, vel quod vltimus status attendi debuisset, quod sufficit ad hunc effectum, in quo causa etiam colorata suffragatur.

SVMMARIVM.

1 *Lis est vnum ex principalibus requisitis subrogationis gratiosæ.*
2 *de Lite satis constare dicitur ex decisionibus in causa factis.*
3 *Lis ad effectum subrogationis gratiosæ, debet esse super titulo beneficii.*
4 *Lis Papæ cum suis qualitatibus narrata, sufficit iustificari eo modo, quo fuit facta narratio.*
5 *Calumnia quatenus probetur ex decisionibus contrariis, vel non & nu. seqq.*
6 *non ius litigatori competere, probari debet ab initio ante motam litem, & ante factas probationes.*
7 *Impetrans beneficium per obitum illius possessoris in Curia, probabiliter credere potuit, illud fuisse reseruatum.*
8 *Status vltimus beneficii, quod deberet attendi, facile crederit, qui dictum beneficium impetrauit.*
9 *Calumnia litigatoris excluditur ex qualibet causa, etiam colorata.*

DECISIO DCXXVII.

BENEFICIVM sub inuocatione Sanctæ Mariæ Magdalenæ in Ecclesia Interamnen. existens, & vacans per obitum in Curia Ciampini, fuit impetratum à Valentino Carolo Saluolo cum derogatione iurispatronatus.

Verum quia exequutioni eius litterarum Apostolicarum, se opposuit Ioannes Franciscus Roscius, prætendens dictum beneficium sibi debitum ex lege fundationis, orta desuper lite, eaque ad me deuoluta, binas ille fauorabiles decisiones reportauit sub diebus vigesima secunda Iunii 1672. & vigesima sexta eiusdem 1673.

Cum autem eo defuncto, Valentinus subrogationem gratiosam in ius, & possessionem Ciampini, & ipsius Ioannis Francisci obtinuisset, & aduersus illam Ioannes Baptista Roscettus nouiter ad causam admissus resurrexerit; Dubitaui propterea, An litteræ Valentini sint exequendæ, & Domini exequendas esse censuerunt.

Siquidem de lite, † quod est vnum ex præcipuis requi- 1
sitis subrogationis gratiosæ, satis de ea dixerunt constare
† ex decisionibus emanatis coram me. 2
Nec obstat, quod ea debeat adesse super titulo benefi-
cii, † quia id non procedit, quando, prout hic, illam Va- 3
len-

lentino fuit specificè narrata Summo Pontifici cum omni-
bus inde secutis, occasione prætensi iurispatronatus fami-
liæ de Rubeis Summario eiusdem *numer*. 3. quo casu cum
4 tunc Papa certioratus fuerit de qualitate litis, † sufficit,
illam iustificare eo modo, quo fuit narrata, vt distinguen-
do tradit Rota cor. Cocc. *dec*. 2079. *nu*. 13. *& cor. bon. mem.*
Bich. *dec*. 187. *nu*. 10. *&* 11.
5 Nec dici potest calumniosa ex quo, † ex decisionibus
subsequutis appareat de non iure prædicti Valentini Col-
litigantis.
Quia de dicto non iure constare debuisset ab initio ante
6 motam litem, † & ante factas probationes Caualer. *de-
cis*. 126. *nu*. 6. *& decis*. 403. *nu*. 3. *parte* 14. *Recent*. cumque
ille beneficium impetrauerit per obitum Ciampini hic in
7 Curia, † probabiliter credere potuit, quod esset Sedi A-
8 postolicæ reseruatum, vel quod attendi deberet † vltimus
status, vt disponitur in *capit. consultationibus de Iurepa-
9 tronatus*, & in hac materia quælibet causa, † etiam co-
lorata excusat à calumnia Addentes ad san. me. Greg XV.
dec. 426. *nu*. 11. *& cor*. Bichio *dec*. 185. *nu*. 31. *& dec*. 403. *nu*.
4. *par*. 14 *rec*.

Et ita vna tantum parte informante, resolutum

R. P. D. E M E R I X.

Romana Castri Orciani.

Veneris 24. *Ianuarij* 1676.

A R G V M E N T V M.

Directum dominium Castri ad effectum deuolutionis probari prætendebatur ex instrumentis informibus locationum, cum adminiculis, quæ quia in suo genere perfecta non erant, minus sufficere visa sunt contra tertium nullam habentem causam ab inuestitis, defectus autem consistebant in eo, quod scripturæ pro eis adductæ ipsæ etiam erant informes, atque ex archiuio priuato desumptæ, & licet concurrerent adhuc enunciatiuæ emissæ in Bullis Summorum Pontificum, illæ emanauerant ad instantiam partis, & à personis interessatis, ac suspectis, quinimo pro iis omnibus deficiebat obseruantia, quæ potius apparebat contraria tam ex aliis fortioribus coniecturis, quam ex eo, quod bona tamquam libera sunt possessa, vt proinde contra petitam deuolutionem decisum sit.

S V M M A R I V M.

1 *Dominium directum ad effectum deuolutionis ob lineam finitam, non autem in pœnam prohibitæ alienationis, vel non solutionis canonis non requirit probationes omnino claras, & concludentes.*

2 *Dominium directum etiam ad effectum deuolutionis ob lineam finitam probari debet concludenter, si agitur contra tertium nullam habentem causam ab inuestitis.*

3 *Deuolutio emphyteusis ob lineam finitam non datur contra tertium non habentem causam ab inuestitis, sed iudicio rei vendicationis agendum est.*

4 *Rei vendicationis iudicium ex sui natura inuoluit principalis disputationem dominii, & proinde plenam, & concludentem probationem requirit.*

5 *Instrumentum non dicitur in forma probanti si plures defectus substantiales patiatur, & qui illi sint.*

6 *Archiuium priuatum Ecclesiæ non tribuit robur scripturis informibus, præsertim ad eius fauorem, & contra non subditum.*

7 *Scripturæ informes, & ex archiuio priuato extractæ, nec etiam deseruiunt pro adminiculo, amplia vt nu. seq.*

8 *Antiquitas non defendit à vitiis, & defectibus substantialibus.*

9 *Antiquitas non dat robur scripturis informibus, & imperfectis, nisi concurrat illarum effectuatio, & obseruantia.*

10 *Effectuatio, & obseruantia imperfectæ concessionis emphyteusis non resultat ex transactione facta super canonibus, eorumque solutione promissa, nisi constet illos deberi, vel quod postea soluti sint.*

11 *Dominium directum non probatur ex transactione facta super canonibus, qui non apparent debiti, vel soluti, si de concessione emphyteusis non plenè constitit.*

12 *Enunciatiuæ antiquæ, licet habeant vim famæ, desumptæ tamen ex instrumentis informibus, & de quorum effectuatione non constat, nihil releuant, & nu. 16.*

13 *Enunciatiuæ antiquæ non probant, si principaliter dubitatur de enunciato.*

14 *Enunciatiuæ emissæ in Bullis Summorum Pontificum, non probant, si illæ emanarunt ad instantiam partis.*

15 *Bullæ Pontificiæ emanatæ ad instantiam partis, intelliguntur cum præsupposito, quod narrata sint vera.*

16 *Bullæ Pontificiæ, licet habeant præsumptionem pro se, nihil tamen probant, quando originem ducunt à personis suspectis, eo magis si non probantur effectuatæ, & nu. 12.*

17 *Dominium directum in iudicio rei vendicationis contra tertium non probatur ex coniecturis, & præsumptionibus antiquis, sed probari præcisè de tempore motæ litis.*

18 *Dominium antiquum non præsumitur continuatum contra tertium ex sola probatione, vel præsumptione dominii antiqui.*

19 *Præsumptio fortior vincit debiliorem.*

20 *Dominium directum Ecclesiæ excluditur, si bona quæ prætenduntur emphyteutica, deuenerunt ad manus plurium possessorum, & numer. sequentibus.*

21 *Dominium directum excluditur ex sola possibilitate contraria.*

22 *Emphyteusis informis concessio eo minus sufficit pro probatione dominii, si postea nullus actus illud inferentes subsequuti sint.*

23 *Ineffectuationis præsumptio maximè intrat ex negligentia, & omissione eorum, quæ pro effectuatione fieri debuissent*

24 *Vsurpatio emphyteusis non præsumitur in Ecclesia, sed potius legitimus titulus, si in inuestitura aderat prohibitio alienationis in illam.*

25 *Fides mala excluditur, & bona præsumitur maximè in successione ex diuturna, & pacifica possessione sui auctoris.*

26 *Fides mala ex lite resultans, cessat ex sententia fauorabili in iudicatum transacta, & maximè in iudicio approbata, amplia vt ibidem.*

27 *Præscriptio quadragenaria sufficit inter duas Ecclesias & inter illas seruatur.*

28 *Emphyteutica bona non præsumuntur ab Ecclesia permissa transire in extraneos, si verè illa fuissent emphyteutica.*

39 *Em-*

29 *Emphyteutica esse bona, argumentum desumptum, ex quo prætensus inuestitus, vel successor de illis disposuit, cessat, si dispositio facta sit tamquam de bonis liberis.*

30 *Dominium Castri probatum in ordine ad iurisdictionem, non infert ad dominium terrarum, aliorumque bonorum intra illius fines existentium.*

31 *Ecclesia, eiusque superiores non præsumantur pro paruo canone concessisse in emphyteusim bona magni valoris.*

32 *Pretii, seù canonis quantitas optimè probat quid in venditione, vel emphyteusi fuerit comprehensum.*

33 *Dominium directum excluditur, seù non probatur ex sola concessione Castri, vel partis bonorum illius, si reliqua pars fuit in eadem concessione præseruata.*

34 *Possessio particularium intra fines Castri excludit seù non concludit vniuersale dominium bonorum eiusdem Castri.*

35 *Bona à particularibus possessa intra fines Castri feudalis, non ideo præsumuntur feudalia, sed allodialia.*

36 *Concessio Castri facta cum casis, territorio, tenimentis adiacentiis, &c. intelligitur respectu iurisdictionis, non autem quoad bona.*

37 *Dominium bonorum Castri probari debet plenè, & concludenter per alias probationes, non autem ex sola concessione eiusdem Castri.*

DECISIO DCXXXVIII.

POSTQVAM Rota sub die 2. Maii 1674. recedendo à resolutione prius capta sub die 15. Iunii 1672. censuit Instrumentum antiquum Inuestituræ anni 1286. esse corroboratum variis adminiculis, & sufficienter probare dominium controuersi Castri, eò quia Ecclesia non agit ad deuolutionem in pænam alienationis, irrequisito Do-
1 mino, vel non soluti Canonis, sed ob lineam finitam, quo casu probationes non debent esse tàm concludentes, ad firmata coram Buratto *decis. 602. num. 9.* aliisque in decisione sub dicta die 2. Martii allegatis, Excellentissimus D. Princeps Burghesius, iteratò intimauit molestias Ven. Arch. hospitali S. Spiritus, & D. Duci Matthæio, aliisque pro euictione controuersi Castri obligatis, fueruntque producta nonnulla noua iura, quæ insimul cum prioribus hodie magis distinctè perpensa, Dominos mouerunt ad recedendum ad primo loco decisa.

Etenim deuolutio ob lineam finitam tunc competit, quando controuersia est cum successoribus, seù habentibus causam ab inuestitis, & in his terminis loquuntur de-
2 cisiones Caualerii, Buratti, aliæque in vltima decisione coram me allegatæ. At quoties lis est, vt hic cum mere tertio, nullam recognoscente dependentiam ab inuestitis,
3 qualis est D. Princeps, † tunc aduersus istum solum datur iudicium rei vindicationis, quod ex natura sua principaliter inuoluit disputationem super dominio, ac proinde il-
4 lius plena, † & concludens probatio requiritur, vt coram Carillo *decis. 180. nu. 6. & coram* Dunozet. Sen. *decis. 174. nu. 3. & fuit animaduersum in decisione 15. Iunii 1672. coram me §. finali.*

Et nihilominus adhuc procedendo cum opinione in vtraque præcedenti decisione firmata, quod instrumentum inuestituræ corroboratum pluribus vrgentibus adminiculis, sufficienter probet dominium, etiam contra tertium; Eadem adminicula hodie magis distinctè examinata, non fuerunt visa talia.

Siquidem duo, quæ ex parte ante desumebantur ex instrumentis locationum anni 1097. & anni 1141. non vrgent, quia neutrum est in forma probanti, ambo sunt imperfecta, patiunturque plures substantiales defectus; Primum enim caret nomine Pontificis, clausula actum, loco, testibus, & subscriptione Notarii. Secundum verò pariter destituitur eadem clausula actum, loco, & sub-
5 scriptione Notarii, atque alterius nomine & cognomine, tam Cardinalis Titularis, Locatoris, quam Conductoris, quod denotat illius imperfectionem & potius esse quandam minutam, seù præparationem, quam instrumentum, præterea est sumptum de sumpto, cuius auctor non constat, quod fuerit Notarius, ac insuper vtrumque extractum, non seruatis de iure seruandis ab Archiuio priuato ipsius Ecclesiæ, quod non tribuit robur scri-
pturis informibus, † præsertim ad eius fauorem, & con- 6
tra non subditum Rota coram Andrea *decis. 88. numer. 7. coram* Verallo *decis. 41. num. 2. cum seq. par. prima, & in recent. decis. 3. numer. 15. parte 8. & decis. 379. in secunda num. 8. par. 13.* ideoque non solum non probant dominium Castri contra D. Principem tertium possessorem, sed nec
etiam facere possunt adminicula, † quæ cum dicto instru- 7
mento antiquæ inuestituræ sufficienter conducant ad huiusmodi probationem Rota *decis. 273. nu. 15. & 16. part. 4. tom. 2. & decis. 187. numer. 9. par. 5. & decis. 169. numer. 14. par. 6. recent.* quamuis agatur de re antiquissima, quia
antiquitas non defendit à vitiis, † & defectibus substantia- 8
libus Greg. *decis. 393. per tot. & decis. 187. nu. 13. par. 5. rec.*
neque dat robur scripturis informibus, † & imperfectis, 9
nisi concurrat illarum effectuatio, & obseruantia Royas *decis. 483. numer. 6. & decis. 224. numer. 22. & seqq. par. 6. recent.*

Effectuatio autem, seù obseruantia non rectè desumitur, ex quo in dicta concessione anni 1286. fuit transactum super canonibus decursis, & promissa illorum solu-
tio, † dum aliunde non constat, quod illi canones debe- 10
rentur, vel subsecuta esset solutio, illa promissio remanet nuda, ac proinde non meretur attendi Rota coram Coccino *decis. 2342. num. 34. & decis. 193. num. 8. part. 10.
recent.* & in specie ad probandum dominium contra ter- 11
tium Spad. *cons. 204. num. 9. & sub numer. 11. libr. 3.* Rota coram Puteo *decis. 432. sub num. primo vers. & fuit dictum lib. 2. in correct.*

Neque considerari possunt tanquam duæ enunciatiuæ,
quæ habeant vim famæ, † quia etiam in antiquis, enun- 12
ciatiuæ desumptæ ex instrumentis informibus, & de quorum effectuatione non constat, nihil releuant Coccino *dicta decis. 2342. numer. 33. &* Bichio *decis. 488. numer. 13.* Catill. *decis. 190. num. 18* Vbaldo *decis. 75. in princ. & in rec. decis. 552. numer. 10. & decis. 603. num. 21 & 22 part.
4. to. 3.* præsertim quando, prout hic, principaliter dubi- 13
tatur de enunciato Spad. *cons. 128. nu. 3. & ibi* Rota *num. 9. lib. 2. & cor. Vbaldo dict. dec. 75. nu. 1. & in rec. dec. 106. nu. 17. par. 14*

Minus vrget aliud adminiculum desumptum ex Bullis trium Summorum Pontificum, nempe Calixti Secundi de anno 1123. in qua Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Transtyberim, inter alia eius bona ibidem enunciata, confirmatur Castrum Orciani, Benedicti XII. de anno 1340. & Calixti Tertii de anno 1457. in quibus illa Calixti Secundi restauratur; Quia præter alias responsiones datas in decisionibus prioris instantiæ, & præsertim 23. Ianuarii 1668. §. *Bullæ vero coram Reuerendissimo Domino meo Decano, & 15. Iunii 1672. §. Bulla autem cum seqq. coram me,* hodie iterum approbatas, dictum fuit, quod huiusmodi enun-
ciatiuæ, † dum non processerunt à Papa motu proprio, 14
sed ad supplicationem ipsius capituli, seù Ecclesiæ, licet per interpositam personam Cardinalis Titularis, non sunt attendendæ ad illius fauorem, quia intelliguntur emana-
tæ, cum præsupposito, † quod narrata sint vera Spad. 15
dicto cons. 129. numer. 2. & 3. vol. 2 Rota *in recent. decis. 552. num. 11. & 12. part 4. tom. 3. & decis. 440. numer. 16. & 17. part. 13 & decis. 11 numer. 7. et decis. 77 numer. 9. et 10. parte 14.* sicut eædem Bullæ, licet regulariter habeant præsumptionem pro se, istum effectum non operan-
tur, † quando originem ducunt à personis suspectis Rota 16
coram Dunoz. Iunior *decis. 770. numer. 13. coram* Peuting. *decis. 122. num. 11. in rec. decis. 257. numer. 6. et 7. par. 4. tom. 1. et inter diuersas decis. 590. numer. 3. et decis. 592. numer. quinto parte 4.* & multo minus quando, prout hic, non docentur effectum sortitæ, neque verificatæ circa suppositam possessionem omnium bonorum in eis enunciatorum.

Verum quatenus etiam ex dicto instrumento inuestituræ anni 1286. iunctis recensitis adminiculis desumi posset aliqua probatio dominii Ecclesiæ à parte ante, siue de tempore eiusdem concessionis, ex eo tamen non posset inferri ad dominium de præsenti siue de tempore motæ litis, in iudicio rei vindicationis contra tertium non sufficit,
† quod actor probet dominium antiquum ex coniecturis, 17
& præsumptionibus, sed tenetur illud plene, & præcise

proba

probare de tempore motæ litis, alioquin non intrat præ-
18 sumptio illius continuationis, † etiamsi non doceatur de
legitima alienatione medio tempore subsecuta Soccin. Iun.
dicto consil. 96 *numer.* 3. *&* 4. *lib.* 4. Corn. *cons.* 35. *sub num.*
13. *propè fin. vers. quinimò est aduertendum libr. primo &*
cons. 24. *num.* 6. *cum seq. libr.* 4. Roland. *cons.* 46. *numer.* 23.
cum seq. libr. 3. Mar. Angnesciol. *cons.* 78. *num.* 3. Montan.
de Elibun. de usf. parte 2. *libr. primu cap. primo numer.* 39.
vers. & incumbit ugenei Rota coram Penia *decis.* 1539. *nu-*
mer. 3. *vers. neque ex dominio, & in recent. decis.* 386. *nu-*
mer 10. *par.* 12. *cum aliis in decisionibus causæ, & signan-*
ter in illa 23. *Ianuarii* 1668. §. *Cæterum coram Reuerendissi-*
mo Domino Albergato Decano, præsertim quando in con-
trarium militat alia præsumptio fortior exclusiua præsum-
19 ptæ continuationis, † quæ vincit debiliorem, ad *Text. in*
l Diuus, vbi gloss. in verb. existimari ff. de in integr. restit.
Menoch. *præsumpt.* 62. *num.* 9. *& præsumpt.* 64. *numer.* 45.
lib. 6. Herculan. *de aegat. num* 255. *vers. hoc fallit.* Aloys.
Mans. *Consult.* 51. *nu.* 82. Rota *dec.* 590. *num.* 5. *par.* 4. *tom.* 3.
recent.

In hac autem facti specie concurrit alia, & quidem vr-
gentissima desumpta, tum ex eo, quod controuersum
Castrum longe ante motam litem transiuit ad plures, &
diuersos possessores absque facto Ecclesiæ, nam quinque
ex octo partibus possedit Archihospitale Sancti Spiritus
etiam ante annum 1509. quæ ab eo cum debitis solemni-
tatibus de anno 1533. fuerunt alienatæ in Honuphrium
Tascam, cum assertione quod essent liberæ ab omni cen-
su, canone, seruitute, seù alterius dominio, vel territo-
rio siue iure territorii; Reliquæ vero tres possidebantur de
anno 1517. & per antea à Gabriele de Rubeis, siue à Fran-
cisca de Fabiis de Pierleonibus eius vxore, quæ deinde,
etiam vti liberæ ab ipsius Executoribus Testamentariis de
anno 1529. fuerunt datæ insolutum Bernardo Bassio eius-
dem Franciscæ Legatario, & à Bassio ante annum 1533.
translatæ in Iacobum Marganum, hodierno Summario
20 Domino Principis *nu.* 7. 9. *& tribus seqq.* inde enim intrat
præsumptio exclusiua dominii Ecclesiæ, siue illius conti-
21 nuationis, † quodque Castrum peruenerit iustis titulis in
auctores auctorum Domini Principis possessoris, quæ præ-
sumptio, siue possibilitas sufficit pro exclusione Capituli
actoris Altograd. *cons.* 14. *sub num.* 61. *vers. non obstat cum*
seqq. lib. 2. Rub. *in adnot. ad decis.* 131. *numer.* 78. *& seqq.*
par. 8. *recent.* Pigant. *ad Stat. Ferrar. par.* 2. *rubr.* 133. *sub*
numer. 3. *vers. quippè quia apia a* Bonden. *collact.* 35. *num.*
104. Fulgin. *de Iur. emphyt. tit. de contract. emphyt. quæst.*
26. *num.* 20. *ad fin* Rota *decis.* 290 *numer.* 6. *par. prima &*
decis 613. *numer.* 13. *&* 14. *par.* 5. *& decis* 164. *num.* 14. *par.*
6 *& decis.* 452. *numer.* 12. *&* 13. *facta in hac causa parte* 13.
recent.

Tum ex eo, quod post dictam concessionem anni 1286.
& ante eandem litem effluxit tempus longissimum plu-
rium sæculorum, in quorum decursu nullus exhibetur
actus, qui inferat ad dominium Ecclesiæ, siue ad effe-
ctuationem eiusdem concessionis, vel recognitionis Ec-
clesiæ, vel solutionis canonis, aut nouæ concessionis,
seù renouationis, aliusue similis, prout contingere solet
in bonis emphyteuticis, nec quicquam docetur obseruа-
22 tum ex ibidem contentis; † Et tamen dum agebatur de
bonis insignibus, & quę Canonici, & Capitulum, ac
Cardinales pro tempore titulares sciebant contineri inter
alia descripta in prædicta Bulla Calixti Secundi quam re-
nouari, & restaurari obtinuerunt per Benedictum XII.
de anno 1340 & per Calixtum Tertium de anno 1457. de-
buisset horum omnium memoria in Archiuio Capituli
conseruari, cum alias ex eorum negligentia, & non ex-
23 hibitione valde augeatur præsumptio ineffectuationis di-
ctæ concessionis, & legitimæ acquisitionis in auctores
Dominis Principis vt ponderat allegata *decis.* 23. *Ianua-*
rii §. *quorum on n.um coram Reuerendissimo Domino meo De-*
cano.

Tum denique, quia ex pacto in eadem inuestitura ap-
posito, erat prohibita alienatio in alias Ecclesias, & loca
pia, contra quod pactum, tam notabilis pars Castri in
24 Archi hospitale Sancti Spiritus, in quo non præsumitur
vsurpatio, translata non esset, si inuestitura huiusmodi
effectuata fuisset, & propterea, cum tot auctores D. Prin-
cipis Rei conuenti, Castrum, & bona acquisiuerint, &
possederint longè ante motam litem excluditur in ipsis
quæuis mala fides, & præsumitur bona, maximè in Do-
25 mino Principe singulari successore Fermosin. *in cap. si dili-*
genti quæst. 2. *nu.* 29. *& seqq. de præscript.* Alciat. *de præ-*
sumpt. reg. 3. *præsum.* 5. Conciol. *alleg.* 53. *num.* 41. *cum seq.*
Rota cor. Bich. *dec.* 285. *nu.* 19.

Non releuante iudicio moto de anno 1571. per fabricam
& Capitulum illi adhæren. contra Fuluiam Tascam, quę
non totum Castrum, sed tantummodo nonnulla particu-
laria bona, nempe quinque ex octo partibus eiusdem Ca-
stri possidebat, quia illud remansit terminatum per rem
iudicatam, hodie etiam approbatam coram Reuerendis-
simo Domino meo Decano, & consequenter per hoc non 26
fuit inducta mala fides, quæ noceat Domino Principi pos-
sessori, cuius auctores absoluti fuerunt Rota *decis.* 214.
num. 4. *tom.* 2. *recent. & coram* Seraphin. *decis.* 1027 *numer.*
14. *& in recent. decis.* 253. *numer.* 3. *par.* 13 *& in Aueniones.*
Iurisdictionis 28. *Nouembris* 1661. §. *quia cum hodie cor. D.*
Card. Cerro, & in Romana Domus 30. *Maii* 1670. §. *vltimo*
coram me.

Et nihilominus, quando etiam sine veri præiudicio ista
lis aliquo modo bonam fidem in futurum interrumpere po-
tuisset, adhuc ab anno 1509 legitimæ possessionis Archi-
hospitalis vsque ad sæpedictum annum 1571. intercesserunt
anni 61. & vltra superabundantes ad inducendam † præ- 27
scriptionem inter Ecclesiam, & Ecclesiam, cum inter ip-
sas procedat etiam quadragenaria, iuxta *Text. in capit. de*
quarta & cap. de aures, & cap. illud 8 *de præscript.* Cra-
uett. *de antiq. temp. par. prima sub numer.* 203. *propè final.*
vers. modò præsens Rota coram Puteo *decis.* 251. *num.* 2. *lib.*
3 *in Correct. & decis.* 208. *numer primo par. prima recent.*
& propterea quoquo se vertat Ecclesia non benè fundat
suam intentionem in sæpedicto instrumento concessionis
anni 1286. respectiue dd. quinque ex octo partibus Castri,
prout nec respectiuè reliquarum trium, quæ vt dictum
fuit à prædictis Gabriele de Rubeis, & Francisca vxo-
re, & successiue ab aliis auctoribus Domini Principis,
fuerunt vsque de anno 1517. & per antea pacificè posses-
sæ.

Adminiculum vero pro effectuatione eiusdem concessio
nis desumptum ex testamento Gabrielis de Rubeis condi-
to de anno 1517. visum est Dominis omnibus aliis debilius
tum quia obseruantia subsecuta contrarium suadet, dum
Executores Testamentarii Franciscæ eius vxoris partes
Castri, quas ipsa possidebat, dederunt insolutum Bassio
pro satisfactione legati, & à Bassio postmodum transierunt 28
in Marganos, vt supra dictum est, quod Ecclesia, & Car-
dinales illius pro tempore titulares non tolerassent si dd.
partes fuissent emphyteuticæ Surd. *cons.* 151. *numer.* 33. *&*
34. Bellon. Sen *cons.* 43. *num.* 12. Andreol. *contr.* 305. *num.*
9. tum quia in eodem testamento istæ enunciatur tanquam
liberæ, † pleno iure possessæ, & proinde hoc obiectum po- 29
tius retorquetur, vt fuit responsum per dictam decisionem
23. Ianuarii 1668. §. *verùm in factum cum seqq. coram Domi-*
no Decano.

Et huic assimilari dixerunt aliud depromptum ex Bullis
Benedicti XII & Calixti Tertii quia istæ sunt simplices
renouationes paginæ, seù Bullæ Calixti Secundi, quæ ve-
tustate consumebatur, sicut pariter respondet *dicta decis.*
§. *Bulla verò, & altera* 15. *Iunii* 1672. §. *Bulla autem cor.*
me.

His addebant DD. quod si aliquo modo constare posset
de dominio Ecclesiæ, illud esset solum in ordine ad sim-
plicem iurisdictionem Castri, & non ad dominium terra- 30
rum, aliorumque bonorum intra eiusdem fines existen-
tium prout etiam perpendit *prima decisio causæ impressa in*
rec. dec. 452. §. *fin. par* 13.

Idque suaderi credebant, tum ex modicitate canonis
duorum tantum solidorum, pro quibus non est verisimile,
quod Capitulum, † & Cardinalis Titularis concessissent 31
inuestituram Castri, totque aliorum bonorum, quæ con-
cedi debebant in euidentem Ecclesiæ vtilitatem, si Ecclesia 32
fuisset Domina vtilis totius Castri, & vniuersorum bono-
rum, ex quantitate namque pretii, seu Canonis depre-
henditur quid veniat in concessione Rol. *cons.* 82. *nu.* 52. *lib.*
2. Natt. *cons.* 460. *num.* 13. Surd. *cons.* 151. *sub nu.* 32. *vers.* 5.
hec Men. *cons.* 395. *nu.* 32. *& præsum.* 73. *nu.* 6. *lib.* 3.

Tum ex reseruatione multorum bonorum per ipsam
Ecclesiam intra fines eiusdem † Castri, vt asserebatur 33
possessorum quæ Ecclesia, seù Capitulum noluit in con-
cessione comprehendi Ruin. *cons.* 13. *num.* 11. *vers.* 3 *prin-*
cipaliter vol. 4. Rota *in rec. decis.* 150. *nu* 5 *in fine par. prima*
tum etiam ex possessione bonorum per alios particula-
res intra eosdem fines possessorum, † quæ excludit 34
vni-

35 vniuersalitatem dominii, quia bona à particularibus pos-
sessa præsumuntur libera, & allodialia Natt. *cons.* 314.
nu. 31. *vers. non obstat*, *& num.* 32. Clar. in §. *Feudum qu.*
18. *num* 2. Afflict. *dec.* 267. *num.* 7. Rota *in Auraicen. Lau-*
demii 29. *Aprilis* 1650. §. *quia cum*, *& in Tricastricen. Bo-*
norum 4. *Iunii* 1663. §. *vltimo in final. coram Eminentissimo*
Cetro

Non obstant verba generalia contenta in concessione,
ibi: *Castrum cum Casis*, *&c. ac Territorio*, *&c. Tenimen-*
tis, *adiacentiis*, *& suis pertinentiis intus*, *& extra*; Quo-
36 niam illa referuntur ad iurisdictionem, † & dominium
Castri in vniuersum, non autem ad terras, prædia, &
37 bona intra illius fines sita, quorum respectiue aliunde, †
in particulari venit per Ecclesiam concedentem iustifican-
dum dominium Natt. *cons.* 313. *num.* 2. Surd. *cons.* 151. *nu.*
55. *vers. non obstat cum seqq. & consil.* 311. *num.* 52. Tondut.
resol. Ciuil. 41. *nu.* 17. Rosental. *de feud. cap.* 12. *conclus.* 19.
nu. 26. *& conclus.* 15. *nu.* 61. *& seqq.* Rota cor. Duran. *decis.*
26. *nu.* 25 *& seqq. & in hac causa dicta dec.* 452. *num.* 11. *par.*
13. *rec.*

Et ita vtraque parte informante, & causa mature ab omnibus Dominis discussa, resolutum fuit.

Plures decis. huius causæ sunt impressa par. 15. dec. 161. & par. 17. decis. 367.

REVERENDISSIMO D.

ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Castri Orciani.

Veneris 24. Ianuarij 1676.

ARGVMENTVM.

Ex probatione dominii super Castro, prætendebatur resultare dominium bonorum eiusdem Castri, & hoc ad effectum obtinendi deuolutionem in illis, sed negatiuè resoluitur, non solum quia sufficit possibilitas in contrarium, verum etiam quia ex præseruatione facta in actu concessionis aliquorum bonorum eiusdem Castri, exclusa remanebat identitas illorum, maximè contra tertium, nullam habentem causam ab inuestitis, contra quem ad effectum deuolutionis dominium plenè, & concludenter probari debet.

SVMMARIVM.

1 *Causa si à die sententiæ per biennium, & vltra prosequuta non sit remanet deserta, & sententia facit transitum in iudicatum.*

2 *Læsio est fundamentum restitutionis in integrum, sine qua illa nequaquam conceditur.*

3 *Sententia est valida, si est lata seruatis seruandis iuxta vulg. dec. Caputaquensis.*

4 *Dominus directus agens ad deuolutionem in iudicio petitorio tenetur probare dominium, & identitatem bonorum.*

5 *Identitas bonorum intra fines alicuius Castri concessorum, excluditur ex reseruatione sibi facta à Domino eiusdem Castri concedente, & num. 12.*

6 *Possibilitas & dubitas sola transferunt onus probandi identitatem in Dominum directum agentem pro deuolutione emphyteusis.*

7 *Dominium Castri non infert ad dominium directum, seù indemnitate bonorum illius, & quando supra nu. anteced. cum seqq.*

8 *Argumentum de toto ad partem non concludit, quando pars est excepta.*

9 *Dominium directum nec etiam contra vassallum resultat ex sola probatione dominii totius Castri, & & supr. nu. anteced.*

10 *Castrum licet sit feudale, non ideo illius prædia feudalia præsumuntur, nisi etiam dominium inuestientis, & bonorum identitas fuerit probata.*

11 *Bona existentia intra fines feudi, vel emphyteusis non omnia feudalia, vel emphyteutica præsumuntur, si alii etiam in eis possideant bona libera, & nu. 12.*

13 *Deuolutio si prætenditur contra tertium non habentem causam ab inuestito, probatio dominii & identitatis non resultat, ex eo, quod bona sint intra fines Castri Domini concedentis.*

14 *Reseruatio sibi facta à Domino directo de aliquibus bonis, vel iuribus in emphyteusim concessis, excludit identitatem illorum.*

15 *Decimarum præseruatio, vel mentio supponit ad esse personas, & bona ex quibus, & à quibus illæ debeantur.*

16 *Decimas nemo sibi præseruare potest de bonis ab ipso possessis, & ideo earum præseruatio intelligitur de aliis.*

17 *Actio, & passio non dantur in eodem subiecto.*

18 *Ecclesiam, aut Pontificem non præsumuntur voluisse concedere, aut approbare emphyteusim pro paruo canone, & nu. 17.*

19 *Annuæ præstationis, seù canonis qualitas benè infert ad qualitatem, & quidditatem rei emphyteuticæ.*

20 *Bona in Ecclesiam alienari prohibita, si per tempus legitimum ante motam litem fuerunt ab Ecclesia possessa, dicuntur præscripta, & num. seq.*

21 *Præscriptio quadragenaria sufficit inter duas Ecclesias.*

22 *Iudicium vniuersale super dominio totius Castri facit silere iudicium particulare super deuolutione bonorum eiusdem Castri, sed vide numero seqq*

23 *Iudicium dicitur diuersum tam ratione rei, quàm personarum.*

24 *Sententia contra sententiam oriri non potest, si probationes sint inter se diuersæ.*

DECISIO DCXXIX.

SVPER deuolutione quorundam bonorum existentium intra fines veteris Castri Orciani succubuit Capitulum Sanctæ Mariæ Transtyberim per sententiam Rotalem latam anno 1591 ad fauorem Taschæ, & Hospitalis Sancti Spiritus in Saxia eius Authoris quam in gradu Restitutionis in integrum transiuisse in iudicatum censuit Rot. *cor. me sub die 7. Febr.* 1661. & reproposita hodie causa, Domini inhærendo rationibus in decisione allatis, ac aliis in hodierna disputatione deductis, iterum censuerunt constare de re iudicata, & consequenter standum esse in decisis.

Cum enim Capitulum ab anno 1591. quo sententiam
contrariam reportauit, siluerit vsque ad annum 1639. & 1
nihil amplius egerit, causa remansit deserta, & senten-
tia transitum fecit in iudicatum iuxta *Text. in cap. cum sit*
Romana de appell. maxime quia sententia apparet valida,
& iusta, vnde excluditur læsio, † quæ est fundamentum 2
restitutionis in integrum Abb. *in cap. ex litteris n.* 3. *de re-*
stit. spoliat. Rota *in Romana Pecuniaria* 13. *Ian.* 1668 §. *fin.*
coram Reuerendissimo D. meo Patriarcha Alexandrino, &
passim in aliis.

De validitate non fuit dubitatum, † cum lata sit ser- 3
uatis omnibus de iure seruandis iuxta *vulgat. decis.* Ca-
putaq. 260. *num.* 2. & iustitia patet ex quo capitulum nec
identitatem probat, nec dominium, quod copulatiue
cum identitate probari debet à domino directo agente ad
deuo-

4 deuolutionem in iudicio petitorio ad *Text. in l. officium. ff. de rei vendic.* Gratian. *discept.* 188. *num.* 10. Surd. *cons.* 135.
nu. 50. *& seqq.* Rota cor. Duran. *dec.* 431. *nu.* 8. *&* 834. *num.*
7. *cor.* Buratt. *cum aliis in præterita decisione huius Causæ*
15. *Maii* 1662. *coram me*, & plures refert Fulgin. *de Iur. emphyt. tit. de var. caduc. quæst.* 11. *nu.* 1. *&* 9.
Probatio identitatis non visa fuit resultare ex identitate
Castri, intra cuius fines controuersa bona sita reperiuntur
quia cum in illorum concessione Capitulum sibi reserua-
5 uerit plura bona, † ex tali reseruatione insurgit dubietas,
& possibilitas, quod bona ad quæ nunc agit sint de reser-
uatis, aut alio titulo concessis, vt cum Crauett. *cons.* 293
nu. 6. *&* 7. *considerant decisiones huius Causæ* 14. *Decembris*
1576. *cor. Cottu*, *&* 1. *Aprilis* 1591. *cor. Oruno*, *&* 7. *Febr.* 1661. §. *in præsenti cor. me*, quæ sola possibilitas trans-
fert onus in Dominium directum probandi identitatem
6 per indubitatas probationes illam concludentes perneceſſe
non autem per possibile Surd. *conf.* 5. *num.* 45. *& cons.* 505.
nu. 6. Rota *dec.* 216. *nu.* 13. *par.* 6 *rec. & in Romana Bonorum*
28. *Maii* 1657. §. *nec releuat tu fin. cor. me*, *& firmat præterita decisio* §. *In præsenti in fine*.
Nec refert, quod in Capitulum prætendat se Dominum
vniuersalem totius Castri, quia prærerquod de tali domi-
nio vniuersali oon constat, vt liquet ex sententia rotali à
me præuiis quatuor decisionibus lata, pro cuius confirma-
tione bis, & signanter hodie responsum est coram R.P.D.
meo Emerix, inde inferri non potest ad dominium, & iden-
7 titatem bonorum particularium, † de quibus agitur, cum
argumentum de toto ad partem non concludat, quando
pars est excepta vt bene respondit *decisio huius Causæ prima*
8 *Aprilis* 1591. *cor. Orano*, & si per possibile constare posset
de tali dominio vniuersali, tamen non ex hoc resultaret
9 pmbatio dominii rei particularis, † nisi expresse probetur
rem illam particularem de tempore Inuestituræ fuisse pos-
sessam ab inuestiente Albert. Brun. *cons.* 1. *nu.* 3. Natt. *cons.*
514. *nu.* 26. Surd. *cons.* 135. *in princ. & nu.* 25. *&* 58. *& cons.*
151. *num.* 46. Fulgin. *de Iur. emphyt. tit. de contract. qu.* 25. *nu.*
5. Ciarlin. *contr.* 141 *nu.* 28. Rota cor. Buratt. *dec.* 276. *num.*
3. *&* 426. *nu.* 5. late Add. post Cenc. de Cens. *dec.* 72. *nu.* 12.
vbi quod contraria non est vera Duran. *decis.* 28. *nu.* 25. vbi
10 quod reiicienda est præsumptio huiusmodi, † & contra vas-
sallum *& in Ciuitatis Castelli Bonorum* 4. *Iulii* 1590 *cor. clar. me. Card. Hieronymo Pamphilio de communi cor.* Coccin. *decis.* 2027. *à nu.* 26.
Idque etiam si concessio facta sit cum terris sementati-
tiis cultis, & incultis, siluis, collibus planis, &c. quia
nihilominus iuxta magis communem sententiam ex eo,
quod Castrum sit feudale, prædia posita intra illius fines
11 oon reputantur feudalia, † sed libera, & allodialia præ-
sumuntur, nisi concludenter pmbetur fuisse de eo tempo-
re in dominio inuestientis, & quod talia bona sint illamet
de quibus inuestitura loquitur Natt. *cons* 312. *nu.* 2 Rolan.
cons. 2. *nu.* 16. *& seqq.* Surd. *cons.* 135. *nu* 25. *& seqq.* Tondut.
quæst Ciuil. lib. 1. *cu.* 41. *nu.* 17. Rosental. *de Feud. cu.* 12. *conclus.* 14. *nu.* 26. *& conclus.* 15. *nu.* 61. Rot. cor. Duran. *dec.* 28.
nu. 25. *& dec.* 426. *nu.* 4. *vbi* Add. cor. Buratt. *& in hac causa*
dec. 452. *nu.* 11. *pur.* 13. *rec.*
Quod maxime procedit, & dicendum est, quando con-
stat alias particulares personas possedisse in eodem loco, &
territorio, vt liquet ex hodierno Summario Hospitalis,
vbi datur instrumentum donationis factæ à quodam Nun-
tio, qui donauit Ecclesiæ nonoulla bona existentia in ter-
ritorio Orciani, & expressit illa confinare cum Roberto,
cum Theodorico, & cum aliis particularibus, prout cum
pluribus confinabant alia bona similiter donata aon 1188.
à quodam Petro, qui vocauit in confines ab vno latere bo-
12 na Bonoli, ab alio Ioannis Quaranteni, † & aliorum in
dicto Instrumento nominatorum, quando enim intra fi-
nes rei concessæ in feudum, aut emphyteusim, vltra con-
cedentem, apparet possedisse etiam alias personas, cessat
præsumptio, quod totum quod est intra fines feudi, aut
emphyteusis sit feudale, aut emphyteuticum Dec. *cons.*
33. *nu* 55. *lib.* 1. Rota *in Asten. Feudi de Solario* 15. *Aprilis*
1584. §. *Accedunt*, & 18. *Iunii eiusdem anni* §. 5. *non obstat*
cor. Bubalo, *& in Ciuitatis Castelli bonorum* §. *in instrumento cor. Card. Hieronymo Pamphilio*, præsertim quando, vt
13 hic, lis super deuolutione non est cum inuestito, † aut cum
habente causam ab eo, sed cum tertio Crauett. *cons.* 1000.
nu. 426. Surd. *dec.* 311. *nu.* 50. Mantic. *de tacit. lib.* 23. *tit.* 6. *nu.*
28. Rosental. *de Feud. d. conclus.* 25. *nu.* 73. Rota *dictu decis.* 426. *numer.* 17. *coram Baratto*, *& dictu decis.* 28. *nu-*
mero 9. *coram Duran. &* 425. *numer.* 15. *pare.* 13. *recentiorum*.
Vlterius probatur particulares bona in eo loco possedis-
se, aduertendo quod in concessione constat in Castro tunc
fuisse habitatores, † & Capitulum inter cætera sibi reser- 14
uauit oblationes, & decimas, quæ cum soluantur de fru-
ctibus prædiorum talis reseruatio in necessarium † antece- 15
dens supponit particulares tunc prędia in territorio posside-
re Franc. de Aret. *cons.* 15. *nu.* 2. *vers. siue dicamus*, & non
potest intelligi nisi de bonis possessis ab aliis, † non autem 16
de possessis à Capitulo cum ex illis tanquam propriis Ca-
pitulum Decimas sibimetipsi soluere, & reseruare non
posset, cum actio & passio non detur in eodem subiecto *l.*
in re communi ff. de seruit. Rota *dec.* 23. *nu.* 2. *par.* 2. *diuers.* 17
& dec. 211. *nu.* 15. *cor. Card. Celso*.
Et fortius prædicta insurgunt, quia prætensa concessio
facta legitur solummodo pro annua responsione solidorum
duorum cum dimidio, † & proinde non solum non est ve- 18
risimile, quod totum Capitulum, ipse Dominus Cardi-
nalis Titularis, & ipsemet Papa voluisset apprrobare, &
concedere respectiue Castrum totum cum integro territo-
rio, tam vasto, & pro quibus Capitulum prætendit tam
ingens capitale, pro sola annua responsione dictorum duo-
rum solidorum; Sed qualitas annuæ responsionis benè ar-
guit qualitatem, & quidditatem rei concessæ Gabr. *con-* 19
clus. vltima nu 15. *de verb. signific.* & in terminis Castri tra-
dit Hieron. de Moot. *tract. de fin. regund. cap.* 95. *nu.* 11. *&*
12. Natt. *cons.* 460. *nu.* 12. Alex *cons.* 222. *nu.* 15. *lib.* 6 Coro.
cons. 293. *nu.* 20. *vers. quod etiam persuadetur vol.* 3. Rot. *dec.*
150. *nu.* 6. *&* 7. *par.* 1. *rec.*
Quibus accedit pactum in prætensa Inuestitura apposi-
tum non alienandi bona inuestita in Ecclesias, & loca Pia
vt consideratum fuit coram me sub die 23. Ian. 1668. §. *vl-*
terius; † Et tamen doctum fuit, quod Archihospitale an- 20
te annum 1509. possidebat hoc prædium, imo quando illud
vendidit de anno 1533. Honuphrio Taschæ, dictum fuit
prędium spectare pleno iure ad dictum Archihospitale sub-
sequuta approbatione Papæ, seù Reuerendissimi Cardi-
nalis Vicarii de illius commissione.
Ex quibus resultat, quod in Archihospidale non solum
non debet præsumi vsurpatio; sed conuincitur illius paci-
fica possessio ante motam litem, (quæ fuit de ann. 1571)
per spatium sexaginta annorum, & vltra, & tamen pro
sufficienti præscriptione etiam contra Ecclesiam sufficit 21
quadragenaria ad *Text. in c. de quarta* 3. *& cap. ad aures* 6.
& c. illud 8. *de præscript.* Rot. cor. Merl. *dec.* 702. *num.* 12.
Eminentiss. Otthob. *dec.* 51. *nu.* 2. *& in rec. dec.* 44. *nu.* 12.
pur. 7.
Denique resolutionem impedire non potuit motiuum,
in quo acriter insistebant informantes pro Capitulo, nem-
pe quod pendente iudicio vniuersali super dominio totius
Castri contra Excellentissimum Dominum Principem
Burghesium, † silere debeat hoc iudicium particulare con- 22
tra Hospitale, ne contingat ferri sententias inter se con-
trarias, quia id procedere posset si iudicium vniuersale fie-
ret super eadem re inter easdem personas, in quibus ter-
minis loquitur Rota *decis.* 257. *coram Buratt.* secus autem 23
quando, vt in proposito; lis est diuersa tàm ratione rei,
quàm personarum *l. cum quæritur ff. de except. re iud. l. fin.*
C. de petit. hæred. & potest stare simul, quod in iudicio vni-
uersali Capitulum probare possit dominium, & quod in
hoc particulari nec dominium, nec identitatem probet, † 24
ideo nulla potest considerari incompatibilitas, aut præiu-
dicialitas, itaut dubitari possit oriri sententiam contra sen-
tentiam Crauett. *cons.* 79. *nu.* 7. Ofasc. *dec.* 74. *nu.* 8. *&* 9. Ro-
ta *dec.* 351. *nu.* 10. *pur.* 4. *tom.* 1. *&* 178. *num.* 13. *&* 14. *tom.* 2.
par. 4. *recent.*
Et ita steterunt Domini in decisis vtraque, &c.

Aocecedens dec. est in eadem causa, diuersis tamen bonis
& ibi etiam in calce aliæ concordantes notantur.

R.P.D.

R. P. D. T A I A.

Romana Fideicommissi Cardinalis.
Bartholomæi de Ferratinis.

Veneris 24. Ianuarij 1676.

A R G V M E N T V M.

Possessionem bonorum defuncti à fideicommissario in iudicio immissionis probandam extra controuersiam est, non tamen adeo rigidè de tempore obitus, vt illa retro probata, non præsumatur continuata vsque ad mortem, cum eo tamen temperamento, quod possit probari contrarium, si quid medio tempore factum sit, quod continuationem eiusdem possessionis excludat.

S V M M A R I V M.

5 *Sententia concedens immissionem fideicommissario sine probatione, quod bona fuerint à testatore possessa, remanet iniusta.*

2 *Fideicommissarius probare tenetur bona in bonis testatoris fuisse, & nu. seqq. vbi amplia.*

3 *Probationes debeat de tempore obitus fuisse à testatore possessa, & vide nu. 6.*

5 *Testes generaliter de possessione deponentes, illam non concludunt de tempore mortis.*

6 *Possessio retro probata, præsumitur in possidente continuata vsque ad illius obitum, & numer. 8.*

7 *Immissionem ad obtinendam probari debet possessio de tempore mortis testatoris, & quomodo supra à nu. 1. & per totam.*

9 *Possessio semel probata, licet præsumatur continuata vsque ad obitum, potest tamen probari contrarium.*

DECISIO DCXXX.

IN Fideicommisso Cardinalis Bartholomæi non loquar propositiones ab initio, de quibus in decisione 258. & 274. cor. Peutingerio anno 1646. editis inter alias personas, sed quod attinet ad rem nostram, Carolus fideicommissarius per plures subsequentes decisiones obtinuit duas sententias Rotales super immissione in possessione bonorum dicti Cardinalis fideicommittentis contra Ioannem Baptistam, illiusque authores, litisque Consortes, sed cum appellauerint, dubitatum est hodie An sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda, & confirmandam DD. responderunt.

Contra sententiam appellantes deducebant iniustitiam
1 † quia concederet immissionem in tribus corporibus pro
tertia parte, tanquam hereditariis dicti Cardinalis absque vlla præcedente probatione fideicommissarii, quod
2 tria corpora fuissent in bonis testatoris, † cum exploratissimi iuris sit fideicommissarium debere probare bona in bonis testatoris, inquit Peregr. *artic.* 40. *ab init.* Fusar. *de subst. qu.* 616. *num. primo* idque per probationes concluden-
3 tes, † & certas, ad regulam probationem, *leg.* 10. *C. de probat. leg.* 4. *C. vnde legitimi* Peregr. *art.* 43. *nu.* 11. & 12 &
4 quidem tempore † obitus testatoris, iuxta *dec. in hac causa* 328. *nu.* 14. *par.* 12. *per text. in leg. vlt. ibi Rerum quæ Testatoris mortis tempore fuerunt C. de edict.* Diu. Adr. tollen. probatio vero exhibita per testes concludit solum generaliter possessionem Cardinalis Domini trium corporum per
5 actus possessorios adductos, † non autem concludit præcise possessionem tempore mortis *ex allegatis vltra dictam dec.* 328. *coaceruatis Doctoribus, & Magistris.*

Sed in primis ex facto constitit dictos testes examinatos suis testimoniis concludere possessionem Cardinalis in bonis controuersis tempore mortis in Summario responsionis hodiernæ.

Mox vt Dominis placuit, non est necessarium adamussim, vt fideicommissarius probet testatorem possedisse tem-
pore suæ mortis, † quia possessio retro probata præsumi- 6
tur continuata in possidentem; Vsque ad obitum, opportune Peregr. *art.* 44. *nu.* 16. & *cam eo, & aliis* Fusar. *dicta qu.* 616. *nu.* 6. Rota *dec* 80. *ab initio par.* 2. *diuers. cum allegatis*, & satis superque probatum visum est *in decis. Causæ cor. D. Otalora* 2. *Decembris* 1667. & 5. *Martii* 1668. & *cor. Eminentissimo D. Card. Carpineo* 17. *Iunii* 1669.

Non obstantibus oppositis decisionibus, quæ bene conciliantur, vtpore quod simpliciter firmant ad obtinendam immissionem esse necessariam possessionem eiusque pro-
bationem tempore obitus Testatoris non tamen excludunt 7
imò admittunt probationes possessionis † per præsumptio 8
nem continuationis vsque ad obitum; Permittunt tamen
parti contradicenti, vt possit contrarium probare, † si 9
quid medio tempore factum sit, quod continuationem possessionis excludat; Vt præclarè inquit Rota *decis.* 293. *num.* 5. & 6 *par.* 13. Adeoque bene in Causa visus est loqui Peregrinus (planè Prætor fideicommissarius, & qui de Fideicommissis dicat) sentiens necessarium quidem, non tamen necessarium, quod adamussim probetur.

Et ita vtraque parte informante, resolutum fuit.

Supra in altera præcedenti parte 17. adsunt aliæ duæ decisiones 243. & 244. in hac eadem causa, & in calce ipsarum concordantes notantur, à quibus cæteræ desumendæ sunt.

R. P. D. T A I A.

Romana Fideicommissi Ioannis Podiani.
de Ferratinis.

Veneris 10. Ianuarii 1676.

A R G V M E N T V M.

Iurisdictionis defectus opponebatur, sed ille vigore præcedentis commissionis cum clausula *quàm*, & *quas*, causas non solum præsentes, sed etiam futuras comprehendentis, remansit sublatus, eo magis quia à parte in toto processu citata, nunquam de eo fuit oppositum, sicque illum non adesse declaratum fuit, cum magis sint potentiora facta, quàm verba.

S V M M A R I V M.

1 *Auditores Rotæ sine commissione nullam habent iurisdictionem.*

2 *Litis contestatio transit etiam in hæredes, similesque personas.*

3 *Instantia transit ad hæredes.*

4 *Commissio causæ vigore clausulæ* quam, & quas *comprehendit non solum causas præsentes, sed etiam futuras.*

5 *Iurisdictionem adesse fatetur, qui semper in causa citatus, nunquam opposuit de defectu illius.*

6 *Facta sunt potentiora ad declarandum, quàm verba.*

7 *Dicunt homines sæpè aliud, quàm velint, rarò autem faciant contra id, quod sentiunt.*

8 *Facti appellatione continetur etiam non factum.*

9 *Alienationis verbum etiam vsucapionem continet.*

10 *Alienare videtur, qui rem suam patitur vsucapi.*

11 *Alienare dicitur qui non vtendo, seruitutem amittit.*

DE-

DECISIO DCXXXI.

ALTERA Parte tantum informante 26. Iunii proximè præteriti, proposui dubium: An sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda, & Domini responderunt confirmandam; sed petita noua audientia à Ioanne Baptista Reo, etiam concessa; Hodie vtraque Parte informaote propositum est dubium, An sit standum vel recedendum à decisis supradicta die, & standum decisis à Dominis responsum.

Informantes pro Ioanne Baptista opponebant nullitatem, & defectum iurisdictionis, eo quod Carolus non expediuerit Commissinnem super hoc fideicommisso Ioannis Podiani, neque ex persona patris potuerit experiri, cum nec ipse fuerit admissus ad causam huius fideicommissi vix admissus ad illud Cardin. Bartholomæi, vt ex *decis.* 328.
1 *par.* 13. † qua commissione cessante Rotæ Auditor nullam habet iurisdictionem, ex *Constit.* 71. Pauli V. *in reformat. Tribun. Vrb.* §. 5. *de Auditor.* Rota *num.* 1. nouissimè Reuerendissimo Domino de Luca *in eclut. Rom.* Curt. *disc.* 32. *numer.* 5. *&* 6. *etiam de causis appellationum numer.* 58. *lib.* 15.

Sed ex facto ipso responsum est, quod cum lis à principin fuerit agitata coram A. C. Caballetto super vtroque fideicommissn, tam Ioannis Podiani, quàm Cardinalis Bartholomæi, & vnica sententia, vnicaque verborum structura super vtroque fideicommisso ab eo fuerit pronun elatum, & per appellationem causa fuerit in Rota ad bonæ memoriæ Peutingerium deducta, & successiuè mediantibus commissionibus cum clausula, *quam, & quas*, ad Reuerendum Patrem Dominum meum Bourlemont, & deinde ad Renerendum Patrem Dominum meum Calataiu processerit, & in causa, & iudicio pro temporum varietate variæ personæ interuenerint, Carolus rectè prosequi visus est iudicium fideicommissorum Cardinalis, & Ioannis Podiani, vel filius, & hæres Simonis ad causam admissi, & ex iure proprio, vti proximior vocatus, nam
2 ex omnibus causis lites contestatas, † & in hæredes, similesque persunas transire constat, *l. sciendum* 58 *ff. de oblig. & act.* vsque ad regulas iuris 86. *&* 87. *ff. de reg. iur.* & ipsa
3 † transit instantia, *l. si is qui Romæ* 34. *ff. de iudic.* & cum eo facta est communis commissio appellationis interpositę ab Auctoribus Ioannis Baptistæ, vt receusendo per tempora, & acta facta in prosecutione indicii, clarè demonstrauit accuratus causæ Patronus pro Carolo in Summario præsentis positinnis, ex quibus dubitari non posse de iurisdictione Domini Calataiu visum est, constante commissione continente etiam fideicommissum Ioanois Po-
4 diani, maximè in dicta clausula *quam, & quas*, † qua non solum præsentes causa commissio comprehendit, sed etiam futuras, Barbos. *claus* 121. *num* 4. Rota cor. Reuerendissimo D. meo Albergato Decan, *in Leodien. Affictus* 15. *Iunii* 1674.

Accedente, quod Ioannes Baptista in toto Processu, & Iudicio illius iostantiæ fuit semper citatus vsque ad sen-
5 tentiam, † & nihil de defectu iurisdictinnis vnquam opposuit in Actis, facta enim sunt potentiora ad declaran-
6 dum, † quàm verba celebri *glossa facto cap. dilecti filii* 52. *de appell* Rota *decis.* 811 *ex num.* 14. *par.* 1. *diuers.* & cum ratione preclara, sæpè enim dicunt homines aliud, quàm
7 velint, † rarò autem faciunt contra quod sentiant, Rota coram Ludouisin *dec.* 247 *num.* 18 sanè facti appellatione
8 † continetur non factum, *l* 9 *ff. sol. matrim. & ibi glossa facto*, cum aliis, *& gloss. margin. &* Bart. *num.* 2. *ad reg. qui non facit* 163. *ff. de iur. reg.* adeout alienationis verbum
9 † etiam vsucapionem contineat, vix est enim, vt non vi-
10 deatur alienare, † qui patitur vsucapi, & eum quoque
11 alienare dicitur, † qui non vtendo amisit seruitutes inquit Paul. *in l. alienationis verbum* 28. *ff. de verborum signific.* cum similibns ibi notatis.

De iniustitia sententiæ ex eo, quod probata non fuerint bona pro dnabus tertiis partibus in bonis Ioannis Podiani fideicommittentis ex deductis in alia decisinne hodierna super fideicommisso Cardinalis Bartholomæi pro alia tertia parte, visum est Dominis inaniter opponi superabundantibus probationibns, vt supra, & magis, ac melius in decisinoe coram R.P.D. meo Calataiu 4 Decembris 1673 §. *Identitas cum* §. *sequenti*, ad quam Domini sua suffragia retulerunt, vt iam retulerant in dec. 26. Ionii, vt supra.

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

Decisiones 243. & 244. partis 17. rec. sunt in eadem causa, & ex concordantibus in earum calce notatis, cæteræ etiam, quæ plures sunt, decisiones eiusdem causæ inueniri poterunt.

R. P. D. VBAGO.

Romana Locationis.

Veneris 24. Ianuarij 1676.

ARGVMENTVM.

Damnorum, & interesse materiam continet hæc decisio., vt ea scilicet sub obligatione Camerali veniant, ad quem effectum attenduntur vel relationes peritorum concorditer referentium, vel statur relationi tertii donec de errore constiterit, qui licèt omiserit referre super partitis à primis peritis concorditer relatis, nihil facit, quia in hoc illorum attendenda est relatio, quamuis sine iuramento processerit, dummodo tamen postea cum iuramento confirmata sit.

SVMMARIVM.

1 *Obligationem suam si quis non adimpleuit, ad damna, & interesse tenetur.*

2 *Damnu, & interesse continentur etiam, & veniunt sub obligatione camerali.*

3 *Perito de communi partium consensu electo standum est donec de illius errore doceatur.*

4 *Periti possunt adhærere relationi aliorum peritorum, & secundum illam suam regulare peritiam.*

5 *Peritis concordantibus creditur, etiamsi tertius electus in ea parte nihil retulerit.*

6 *Peritus eligi potest à iudice in contumaciam partis illum eligere recusantis.*

7 *Periti si sine iuramento retulerunt, sat est, quod relationem postea medio iuramento confirment.*

8 *Peritus si suam relationem confirmauit, confirmatio non dicitur noua relatio, sed conualidatio primæ.*

9 *Testes deponentes per solum possibile, vel in abstracto non probant.*

10 *Damnum non iustificatum, sed illiquidum, non compensatur cum alio damno liquido, & plenè iustificato.*

11 *Obligationis cameralis executio non retardatur per exceptiones illiquidas, & minus etiam iustificatas.*

DECISIO DCXXXII.

MANDATVM ab Auditore Cameræ relaxatum pro summa scutor. 537 50. ad fauorem D. Ducis Strozzii, contra DD. de Verospiis, dixerunt Domini esse exequendum.

Quia iustitia dicti mandati plenè habetur ex promissione Ferrantis, & aliorum de Verospiis, qui in conductione Tenutæ Longhesinæ facta ab Auctoribus Domini Ducis Strozzii expressè se obligauerunt expurgare foueas, & prata, necnon singulo anno plantare centum salices, illasque manutenere ad effectum, vt in fine affictus remaoerent beneficio Præcodii, de qua Summario Domini
Ducis *numero primo &* 2. † quam cum noo adimpleue- 1
rint, succedit obligatio ad damna, & interesse, † quæ 2
etiam sub obligatione camerali continetur, Dunozett.
Iun.

Iun. *dec. 504. nu. 2.* Bich. *dec. 291. au. 4.* Rota *dec. 246. num. 1. par. 6. rec.*

Damna autem passa rectè iustificantur, & probantur
ex relatione duorum Peritorum seruatis seruandis electo-
rum, qui quamuis illa liquidauerint in notabili summa
tamen à tertio Perito de communi consensu iudicialiter
electo, fuerunt admissa scuta 429. 50 ob damnum passum
in omissa expurgatione pratorum à duobus prioribus Pe-
ritis concorditer taxata, & reliqua fuerunt reducta, &
moderata ad sc. 131. 25. nempè ob omissam expurgationem
fouearum ad scuta 93. 75. & ob defectum plantationis sa-
3 licum ad scuta 37. 50. † cui standum venit, donec de erro-
neitate conuincatur, *gloss. & Doctores in l. item si vnus §.
principaliter ff. de recept. arbitr.* Grat. *discept. 228. nu. 8. &
9.* Rota coram Celso *dec. 350. numer. 3.* Carill. *decis. 193. nu-
mer. 1.*

Non obstat, quod hic tertius Peritus processerit cum
supposito repletionis fouearum, de quo tamen aliundè
constare debuisset.

Quia satis de eo visum fuit constare ex relatione duorum
4 priorum † Peritorum, quibus potuit tertius adhærere,
suamque peritiam regulare, ad tradita per Grat. *discept.
235. nu. 34.* Rota *Bonon. dec. 145. num. 22.* Barz. *decis. 22. nu-
mer. 33.*

Prout quoque nil facit, quod iste omiserit referre damna
passa ob negligentiam expurgationis pratorum, quia id
contigit, ex quo agnouit necessariam inspectionem loci
de tempore finitæ locationis, & cum in hac parte adsit re-
5 latio aliorum Peritorum in hoc concordantium † eis credi-
derunt Domini esse adhærendum, Rota *decis. 544. num. 5.
par. 4. rec.*

Minus releuat, quod d. duo Periti fuerunt nulliter ele-
cti, quia obiectum cessat ex Summar. responsionis Ducis
nu. 1. in quo apparet, quod vnus ex ipsis fuit electus à Iu-
dice ob moram DD. de Verospiis eligere non curantium,
6 iuxta praxim relatam per Ridolph *par. 1. cap. 8. nu. 11. &
121.* quod fieri posse inquit Fenzon. *ad Statut. Vrbis c. 194.
nu. 31. lib. 1.* Rota cor. Bich. *dec. 364. nu. 21.*

7 Parum vrgente, quod sine iuramento retulerunt, † quia
sufficit eosdem postmodum propriam peritiam medio iura-
mento confirmasse, dicto Summ. responsionis *nu. 2.* Rota
dec. 353. nu. 2. vers. & de prædicta mensuratione part. 2. rec.
8 quæ confirmatio non habetur pro noua † relatione, sed con-
ualidatio primæ, eiusque dilucidatio reputatur, Rot. post
Salgad. *labyr. credit. dec. 58. nu. 6.*

Cæterum damna passa à Dominis de Verospiis in ani-
malibus, & fæno ob non cooperitionem capannarum, ad
quam tenebatur Dominus Dux Strozzius non fuerunt
habita à Dominis in consideratione, itaut inuicem essent
compensanda, quia testes super iisdem examinati non de-
ponunt positiuè de damno passo, neque quantitatem cer-
tam, aut liquidam concludunt, sed tantummodò depo-
9 nunt de possibili, † & in abstracto de eo, quod pati pos-
sent, vbi tegmen fænilis esset scartica, & non tegulis coo-
pertum, quod idcirco vtpotè non iustificatum, vel illiqui-
10 dum † non potest in compensationem deduci, neque illius
11 prætextu † retardari executio obligationis cameralis, Rota
post Zacch. *de oblig. cam. dec. 26. nu. 4.* Celso *dec. 350. nu. 12.
& dec. 74. nu. 4. par. 10. rec.*

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. R O N D I N I N O.

Romana Fideicommissi de Conis.

Lunæ 27. Ianuarij 1676.

A R G V M E N T V M.

Repetitio simul, & à iure subauditus intellectus si sine liberis in testamento fratris excluditur, quia hæc conditio, quamuis à Testatore apposita in prima parte suæ dispositionis, fuerat in alia per ipsum consultò omissa; atque ita ex diuersitate, & separatione vtriusque orationis non solum repetitio non datur quinimò quando prout hic, illa nouum fideicommissum induceret, & substantiam dispositionis immutaret, nequaquam admittitur.

S V M M A R I V M.

1 *Validitas sententiæ resultat ex actis ad vulgatam dec. Caputaq.*

2 *Substitutus eueniente casu suæ vocationis admittitur.*

3 *Conditio, si sine filiis, apposita in primo gradu substitutionis, non censetur repetita in secundo, & nu. seqq. ac per totam, vbi latè.*

4 *Testator sicuti cogitauit de liberis in primo casu, vel substitutione, ita cogitasset in secundo, si illos admittere voluisset.*

5 *Testator, quod non expressit, repetere noluisse dicitur.*

6 *Frater omisso fratre, potest quemlibet sibi hæredem instituere, dummodo turpem personam non instituat.*

7 *in Testamento fratris non habet locum coniectura pietatis, de qua in l. cum auus de condit. & demonstr. & l. cum acutissimi de fideicommiss.*

8 *Casus omissus à lege, sine ipsa lege suppleri non potest.*

9 *Conditio, si sine filiis à iure non subintelligitur in testamento fratris instituentis fratrem, nec suppleri potest, declara vt num. seq. & vid. num. 22.*

10 *Testator prole destitutus quando de filiis hæredis cogitasse, eosque etiam succedere voluisse dicatur.*

11 *Testatorem si appareat tantum voluisse, quantum scripsisse, vlterius quærendum non est.*

12 *Dilectionis ratio, quæ militat in descendentibus, non habet locum in transuersalibus.*

13 *Argumentum, quod non possit assignari ratio diuersitatis, quatenus non procedat.*

14 *Specialia multiplicari non debent.*

15 *Conditio non expressa subintelligenda non est.*

16 *Substitutiones multiplicari non debent, neque in illis est subintelligenda conditio, & nu. 5.*

17 *Qualitas masculinitatis, vel legitimitatis, aut alterius simplicis modi disponendi, quatenus à Testatore repetita dicantur.*

18 *Clausula in fine dispositionis apposita refertur ad omnia.*

19 *Conditio non est clausula, quæ per se subsistat, sed est quædam qualitas, siue adiectio, quæ dispositioni accedit.*

20 *Conditio posita in diuersa oratione, & inter diuersas personas, non censetur à Testatore repetita, & nu. seqq.*

21 *Diuersitate terminorum posita, impossibile est, quod admittatur paritas illationis.*

23 *Repetitio nunquam admittitur, vbi agitur de inducenda noua substantia dispositionis, & de vocatione nouarum personarum, cum extensione fideicommissi.*

24 *Dictio, & quamuis copulatiua non importat repetitionem, quando denotat diuersitatem copulati secundum subiectam materiam.*

25 *Substitutio continens personas diuersas, & habens orationem perfectam, aliqua repetitione non eget.*

26 *Substitutio vt euadat fideicommissaria suppleri debet mentio mortis, à Notario prætermissa*

27 *Verbum substituo est commune, & continet nedum substitutionem vulgarem, sed etiam fideicommissariam.*

DECISIO DCXXXIII.

ESSE locum Statuto Vrbis lib. 1. cap. 180. de duabus
conformibus, quæ rem iudicatam constituunt hodie
1 DD. responderunt, cum sententiarum validitas † appa-
reat ex actis, iuxta vulgatam dec. Veralli p. 2.

Iustitia autem deducitur ex decisionibus causæ rotales
sententias de more præcedentibus 18. Iunij 1671. co-
ram Reu. P. D. meo Calataiu 10. Maij 1673. * & 17.
Maij 1675. coram Reu. P. D. meo Bourlemont, in qui-
bus iuxta lecturam testamenti à Hieronymo Cona
conditi ostenditur literalis vocatio Ioannis, & Ioannis
Baptistæ fratrum de Conis ad exclusionem nepotum,
quia cum Testator suos hæredes instituerit his verbis:
Domenico Cona suo fratello carnale, al quale sostitui-
sce tutti li figliuoli di Domenico legitimi, e naturali,
nati, e da nascere, tanto maschi, quanto femine, e
morendo ciascuno di detti figliuoli, vno debba succede-
re all'altro, E caso che nel tempo della morte di esso
Testatore detto Domenico fosse morto, in tal caso vuo-
le, che siino suoi heredi li detti figli di Domenico tanto
maschi, quanto femine; e caso, che morisse vno di
loro senza figliuoli legitimi, e naturali, vuole, che
vno succeda all'altro in detta portione. Consequens pro-
inde est, vt eueniente priori casu superuiuentiæ Domi-
2 nici fratris, qui Testatori successit adita hæreditate, †
Ioannes, & Ioannes Baptista illius filij superstantes
substituti capiant portiones aliorum filiorum Dominici,
& respectiuè fratrum defunctorum, etiamsi filios reli-
querint, quia cum in hoc casu absolutè substituti fuerint:
E morendo ciascuno di essi figli, vno debba succedere
all'altro: Nullaque apposita fuit, nec etiam conditio-
nalis mentio filiorum, succedunt proinde fratres super sti-
tes ad exclusionem nepotum, qui licet in conditione
positi fuerint in inferiori casu prædecessionis Dominici
3 instituti, † non ideo dicitur repetita conditio in priori ca-
su, quia sicut Testator cogitauit, de filiorum filijs in isto,
4 ita cogitasset † in alio si voluisset, & dum non expressit
5 † non subintelligitur repetita conditio, sed purè hæredes
substituti intelliguntur, vt dicebat Caius in l. sub conditio-
ne 73. ff. de hæred. instituen. Curt. Iun. cons. 33. num. 6. Ger.
Spin. cons. 65. ex nu. 1. & 10. latè Soccin. Iun. cons. 128. per
totum vol. 1. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 10. tit. 8.
num. 9. Peregrin. de fideicomm. artic. 16. num. 5. & 93. Ma-
gon. decis. Flor. 52. num. 12. Menoch lib. 4 præsumpt. 36 nu.
29. Hodiern. controu. 20. num. 53. Modern. Venusin. de fidei-
comm. discurs. 147 num. 8. Rota recent. part. 10. decis. 285. nu.
2. Pen. decis. 1553. num. 5. Dunoz Iun. decis. 46. num. 20. &
decis. 630. num. 5. Eminentiss. Otthob. decis. 270. num. 6. &
7. Peuting. decis. 340. num. 6. & 7. & decis. 352. num. 6. & in
Spoletana bonorum 13. Aprilis 1646 coram bon. mem. Cor-
rado impress. apud Censal. ad Peregrin. de fideicommiss.
decis. 34.

In quam sententiam facilius DD. inclinabant, quia Te-
stator instituendo Dominicum fratrem, & eius filios, in
quibus non cadit necessitas institutionis, neque legitima
debetur, neque inofficiosi testamenti querela competit,
6 † nisi quatenus turpem personam fratrem instituat, ad tex.
in l. fratres 27. ibique gloss. & DD. C. de inoff. testam. in l. si
quis 5. §. idem rescripsit verbo iustè ff. de liber. agnosc en. non
7 intrat † proinde coniectura pietatis, de qua in l. cum aunt
ff. de condit. & demonstrat. & in l. cum acutissimi C. de fideic.
vt conditio si sine liberis subintelligatur, sed veluti casus
8 omissus à lege † sine ipsa lege suppleri non possit in tran-
9 uersalibus, † in quorum dispositionibus conditio hæc non
suppletur, vt rectissimè obseruat Cuiac. ad l. commodissimè
ff. de liber. & posthum. ex communis omnium Iurisperito-
rum sententia, de qua Alberic. in l. generaliter §. cum autem
nu. 4. & ibi Alex. nu. 7. C. de institut. & substitut. Ripa in l. ex
facto §. Si quis rogatus il primo nu. 55. ff. ad Trebell. Dec. cons.
97. nu. 1 Gabriel. commun. conclus. tit. de fideic. conclus. 2. limit.
5. nu. 46. Rustic ad l. cum auus de condit. & demonstr. lib. 1. ca.
6. nu. 1. & seqq. Crass. in §. fideicommissum qu. 22. & 24. Man-
tic. de coniect. lib. 5. tit. 11. nu. 7. Menoch. lib. 4 præsumpt. 89.
nu. 1. Fusar. de substit. qu. 394. nu. . . & qu. 397. nu. 1. & seqq.
Rota rec. par. 3 dec. 358. nu. 5 Eminentiss. Otthobon. dec. 1.
nu. 8. & cor. Card. Celso dec. 368. nu. 4.

Neque ab hac regula receditur ex sola coniectura quod
Hieronymus testator prole careret, ideoque Dominici fra-
tris filios veluti proprios assumeret, subintellecta condi-
tione si sine filiis, quia ab hoc casu extraneam iudicabant
DD. hanc quæstionem, quæ procedit stantibus aliis conie-
cturis voluntatis Testatoris, ex quibus argumento ab illis
legibus ducto suppletur conditio hæc ex dispositis à Testa-
tore, non ex præsumptione legis, dummodo coniecturæ
sint admodum vrgentes perpetuitatem bonorum conside-
rationum agnationis, & familiæ, & exclusionem substi-
tuti extranei designan. † in quibus terminis in Testatore 10
transuersali loquuntur Socc. Iun. cons. 167. vol. 2. Ludouic.
Boll. cons. 183. per totum, Noguerol. qui loquitur in primo-
genituris Hispaniarum alleg. 9. nu 55 Wesembec cons. 94.
num 50. & seqq. iuxtà quem intelligendi sunt qui eum se-
quuntur Bardell. cons. 16. num. 20. & seqq. Mart. de success.
legal. par. 1. qu. 2. art. 2. num. 29. Fusar. de substit. qu. 53. Moder.
Venus. de fideic. discurs. 155. sub nu. 8. & discurs. 146 nu. 11.
Rota in Bonon. fideic. de Medico 27 Ian. 1669 §. & præci-
puè, & seq. cor. R. P. D. meo Taia, & in arctissimo fideicom-
misso Columnensium à Martino V. instituto in Romana,
seù Tibartina Castrorum 3. Iunii 1672. §. ex parte coram me,
quemadmodum eum explicant Altograd. in contrarium
adductus cons. 45. nu. 48. & seqq. vol 1. Fusar. de substit. qu.
397. nu 8. Modern. Melpheten. de linea legali art. 15. sub nu.
32. & Rota in dec huius causæ 18. Iun. 1671. §. fin. cor. R. P. D.
meo Calataiu, & 10. Maii 1673. §. quidquid aliud cor. R. P.
D. meo Bourlemont.

Tantum autem abest, vt doceant de coniecturis vrgen-
tibus ad suadendum huius conditionis repetitionem, vt
potiùs Testator, nonnisi duos gradus hæredum cogitauit,
circa illam perpetuitatem familiæ, quinimò æqualiter
cum masculis fœminas † vocauit, itaut tantum voluerit, 11
quantum scripserit, quia in hoc casu cessat ratio prædile-
ctionis, & quasi debitæ successionis, quæ militat in de-
scendentibus, † cum potiùs sit contra votum naturæ, vt 12
transuersales succedant, speque illa, & potestas succeden-
di improbetur l. si C. de pact. quo casu inutilis remanet quæ-
stio circa identitatem rationis, in vno, & in altero casu
cum Testator sic voluerit, & vlterius non prospexit, vel
saltem pro diuersitate rationis considerauerit duos gradus
hæredum, in vtroque casu, & ideò si superexistebat Do-
minicus prouidere voluit ipsi filiis; & nepotibus, itaut in
applicabile sit argumentum † quoad non assignabilem di- 13
uersitatem rationis desumptum ex littera Textus in l. 1. in
fine, C. de liber. præter. & iuxtà doctrinam Romani, quem
veluti antesignarium reliqui sequuntur cons. 480. sub num.
7. adhoc, vt in transuersalibus ista quoque conditio supplea-
tur, Ludouic. Bell. dicto cons. 183. per totum, Altograd cons.
45 sub nu. 36 & 37. vol. 1. & cons. 97. num. 30. & seqq. vol. 2.
Amat. dec. Ferrar. 55. ex nu. 67. Galganett. de condit. & de-
monstrat. par. 2. cap. 1. qu. 12. nu. 32 Bar. de success. lib. 17. tit.
4. sub nu. 5. Castill. controu. iurium nu. 4. cap. 50. ex num 44.
cum aliis pro informantibus.

Verum ad excludendam repetitionem omnes iuris re-
gulæ assistunt, cum hæc repetitio aduersetur regulæ † de 14
non multiplicandis specialibus circa idem, & de conditio-
ne † non subintelligenda, iuxta Text. in l. labeo ff. de sup- 15
plet. legat. & ad † effectum substitutionis in l. si quis 32. ff. 16
de legatis primo, quia hæc non est simplex qualitas mascu-
linitatis, vel legitimitatis, † aut simplex modus dispo- 17
nendi, in quibus terminis loquuntur Curt. Inn. cons. 139.
numer. 17. Altograd. d. cons. 45. sub numer 36. & 37. vol. 1.
cum pluribus aliis per Informantes adductis, neque regu-
lari potest, vt clausula in fine dispositionis apposita, † quæ 18
ad omnia superiora referatur, in quibus terminis procede-
re potest doctrina Romani d. cons. 480. sub nu. 7. prout etiam
loquitur Castill. lib. 4. controu. capit. 50. num. 44. quia con-
ditio non est clausula, quæ per se subsistat, † sed est quæ- 19
dam qualitas, siue adiectio, quæ dispositioni accedit,
alioquin sequeretur, quod conditio adiecta legato in fine
testamenti, deberet ad omnia legata referri, quod in iu-
re esset valde nouum, vt in terminis respondendo Ro-
mano, & eius rationi Soccin Iunior. d. cons. 128. num. 100.
& seqq. vol. 1. Mantic. de coniect. lib. 10. tit. 6. sub numer.
20. 22. & 23 quem sequitur Barr. in contrarium adduct.
de success. libr. 17. d. tit. 4. num quarto in fine, & latissimè
Fontanell. decis. 43. numer. 10. & per tot. & in decis. huius
causæ 10. Maii 1673. §. fin. coram R. P. Dom. nostro meo Bourle-
mont.

Sed est conditio posita in diuersa ratione, & inter
diuersas personas superadditis, nempe nepotibus Domi-
nici in primo casu non nominatis, † quo casu non so- 20
lum huius conditionis repetitio reijcitur, vt declaran-

dadow

do doctrinam Romani, concludunt Soccin. Iun. *d. consil.*
128. *numer.* 99. *vol.* 1. & se ipsos hac retenta distinctione
explicando Galganet. *de condit. & demonstrat. part. 2. cap.*
1. *d. quæst.* 12. *num.* 32. Bart. pariter in contrarium adduct.
de succeß. libr. 27. d. tit 4. *sub numer.* 5. & obseruat *decisio*
causæ 10. *Maii* 1673. *§. fin. coram Reuerendo Patre Domino*
meo Bourlemont; sed ex ipsarum qualitatibus, & modo
succedendi supradictis diuersitatibus personarum, & ora-
21 tionis concurrentibus repetitio non admittitur, † quia po-
sita diuersitate terminorum, impoßibile est, quod admit-
tatur paritas illationis, vt consuluerunt Anania *cons.* 22.
numer. 3. Bolognin. *inter consilio* Alexandri *cons.* 53. *vol.* 4.
quorum sententia hac retenta distinctione communiter
probarunt Rub. Alex. *cons.* 62. *numer.* 6. Honded. *cons.* 57.
numer. 33. *volum.* 1. Peregrin. *de fideicommiß. art.* 25. *numer.*
30 Caren. *resolut.* 237 *numer.* 8. Castill. *controu. lib.* 2. *cap.*
4 *numer.* 166. 168 *& seqq.* Rota *in recent. par.* 5. *dec.* 237.
numer. 5. *&* 6. Pen. *decis.* 471. *numer.* 10. *&* 11. *& decis.*
1554. *num.* 5. Dunozett. Iunior. *decis.* 46. *numer.* 25. *& de-*
cis. 141. *num.* 5. *& decis.* 630. *numer* 4. cum aliis in proposito
congestis in *Camerinea. fideicommißi* 27. *Aprilis* 1674. *§.*
qualitas, *&* 5. *Decembris eiusdem anni §. coniecturæ*, *co-*
ram me.

Resistit, & huic repetitioni Ius ipsum commune in dis-
positionibus transuersalium, vt dictum est, conditionem
22 si sine liberis, non supplens, ad cuius correctionem repe-
titio nunquam fit, Iason. *in leg. talis scriptura numer.* 28.
ff. de legat. primo, Molin. *de primogenitis lib.* 1. *cap.* 6. *num.*
23. *in fine*, *& lib.* 3 *cap.* 5. *num.* 57. Riminald. Iunior. *cons.*
632. *num.* 87. *&* 90. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 181. *numero*
10 *consil.* 117. *numer* 45. *&* 46. & seipsum declarans Castil.
in contrarium adduct. *controu. lib.* 4 *d. cap.* 50. *numer.* 49.
& melius *lib* 1. *cap.* 4. *num.* 115. Rota *in Spoletana bonorum*
cor. Card. Corrado, *impreß. apud* Censal. apud Peregrin.
de fideic. dec. 34. *sub nu.* 3.

Et quod magis vrget repetitioni huius conditionis ad-
uersatur animaduersio, quod si illa admitteretur, in hoc
casu, insurgeret etiam vocatio filiorum in conditione po-
23 sitorum ex Statuto Vrbis *libro primo capit.* 142 † quo ca-
su cum agatur de repetenda ipsa substantia dispositionis, &
de vocatione nouarum personarum cum extensione fidei-
commißi nunquam admittitur, etiamsi adessent dictio-
nes relatiuæ ad *Text. in l. pater* 36. *§. filiam ff. de legat. tertio*,
Crauett. *consil.* 98. *num.* 13. Grat. *cons.* 26. *num.* 32. *& seqq.*
Spad *consil.* 383. *num.* 10. *vol.* 2. Leon. *cons.* 1. *num.* 62. *&*
63. *& coram* Coccino *dec.* 1294. *numer.* 18. *& coram* Merli-
no *decis.* 83. *sub numer.* 20. *& decis.* 864. *numer.* 43. *& in re-*
cent. par. 5. *decis.* 158. *numer.* 10. *&* 11. *& par.* 14. *dec.* 172.
num. 2.

Neque repetitionem conditionis sine filiis importat di-
24 ctio, & † vtriusque casus copulatiua, quia licet coniun-
gat orationes, denotat tamen diuersitatem illarum, at-
tenta subiecta materia, ad notabilem *Text. in l. sæpè* 50.
ff. de verbor. signif. cum aliis in proposito deductis per Ro-
tam *rec. par.* 9. *dec.* 432. *nu.* 17. *&* 19 quia nulla repetitio-
25 ne † eget substitutio continens personas diuersas, & ora-
tione perfectam per sua verba principalia, à quibus regi-
tur, vt post alios explicant Castill. *controu. libr.* 2. *d. cap.*
4. *num.* 131. *& seqq.* Alex. *consil.* 158. *num.* 2. *vol.* 6. Berous
cons. 120. *sub num.* 75. *vol.* 2. Rota coram Coccino *decisione*
2283. *numer.* 2. Cardin Celso *decis.* 331. *num.* 12. Eminen-
tissimo Othobon. *decis.* 265 *ex numer.* 16. *& in d. Cameri-*
nea. fideicommißi 5. *Decembris* 1674 *§. coniecturæ in fine co-*
ram me, *& in Rauennaten bonorum* 11. *Decembris* 1673. *§.*
quia licet, *coram Reuerendissimo Domino meo Albergato*
Decano, *& in Meleuitana hæreditatis* 15. *Iunii* 1674. *§. &*
primo quia, *& §.* 2. *quia cor. eod.*

Non obstat, quod omißio huius conditionis adscribi
poßit imperitiæ Notarii, qui etiam in conscribendo testa-
mento omiserit mentionem mortis, & absque dictione
tractum temporis denotante, sed pure, & simpliciter sub-
stitutionem conscripserit, ibi: Al quale sostituisce tutti li
26 figli di d. Domenico: † adeout opus sit supplere mortem,
vt substitutio euadat fideicommissaria, vt ex similibus er-
roribus omissam conditionem arguit, Altograd. *cons.* 45.
sub num. 42. *volum.* 1 quia præmisso, quod Testator men-
tionem mortis habuit, & vulgarem satis declarauit in se-
cundo casu: E caso, che nel tempo della morte di esso Te-
statore detto Domenico fosse morto, substitutio benè in-
telligebatur fideicommissaria, quia verbum substituit,
27 est commune, † & continet nedum substitutionem vul-
garem, sed etiam fideicommissariam, *ad Text. in l. iam*
hoc iure §. quod ius, *vbi* Cauarens *ff. de vulg. & in l. cohæ-*
redi 41. *§. cum filiæ ff. illo eodem tit.* Ruin. *cons.* 171. *num.* 8.
vol. 2. Odd. *de compendiosa par.* 4. *art.* 1. *verbo substitutio*,
Grat. *disc.* 407. *nu.* 36 *&* 37. Rota *rec. par.* 9. *dec.* 31. *num.*
8. *& seqq. & coram* Coccino *decis.* 1255. *num.* 1. *& seqq. &*
dec. 1373. *ex nu.* 2.

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

Supra in alio tomo primo istius decimæ octauæ partis adest altera in hac causa decis. 102. in ordine vbi etiam in calce alias concordantes inuenies.

R. P. D. V B A G O.

Tudertina Attentatorum, seù Iuris pascendi.

Lunæ 27. *Ianuarij* 1676.

A R G V M E N T V M.

Pro inducenda purgatione attentatorum quæritur de viribus clausulæ *sine præiudicio*, quæ licèt præseruet executionem Iudicis à quo, non tamen extenditur ad alia, in illius sententia non comprehensa; Cumque eius prætextu concessæ incisionis arborum, etiam ad radices euellendas fuerit processum, hoc ipsum attentatum remanere deciditur, quia alia est incisio in sententia contenta, alia verò, quam vocant *cæsam*, & per quam terra redigitur ad culturam.

S V M M A R I V M.

1 *Attentata sunt omnia innouata post interpositam appellationem, & commissam causam in Rota, &* *num.* 3.

2 *Clausula* sine præiudicio *præseruat iurisdictionem Iudicis à quo, sed non extenditur ad alia, in sua sententia non comprehensa.*

3 *Innouata post commissionem causæ, & præsentatam inhibitionem, omnia remanent attentata.*

4 *Attentata, in pristinum restituenda sunt.*

5 *Cæsatio siluæ est euellere ab ipsa terra radices arborum.*

6 *Incisio arborum nihil aliud est, quam illius excidere ramos, vel incidere easdem met arbores, saluis radicibus.*

7 *Iura partium, licèt Iudex aliqua sublaterit, non tamen aliis iuribus præiudicare voluisse censetur.*

8 *Paruitas materiæ quatenus excuset præsertim ab attentatis, & nu.* 10. *&* 11.

9 *Seruitus semper haberi debet cum minori damno proprietarii, quod fieri poßit.*

10 *Maiorem vsum si quis habere potuisset, non debet excludi ex paruitate materiæ.*

11 *Inhibitio siue iusta, siue iniusta est timenda.*

12 *Attentata committuntur non solum ob interesse partis, sed etiam ob spretum maiestatis Iudicis.*

13 *Attentatorum ad purgationem Iudex ex officio procedere potest ad propriam iurisdictionem conseruandam.*

14 *Iudex ex officio suo potest attentata purgare, etiam non instante parte.*

15 *Attentator pro purgatione non solum impedimenta remoueri debeat, sed etiam damna, expensæ, & interesse persolui.*

DECISIO DCXXXIV.

NON fuit per Dominos dubitatum de attentatis, quia D. Dux Vicouari postquam Rotæ causa appellationis à decreto, seu sententia R. P. Domino Thomati commissa fuit, necnon eidem D. Duci præsentata inhibitio rotalis non solùm incisit siluam montis Podii pro rata rubrorum decem, verum etiam illam cæsauit, & terram ad culturam reduxit in præiudicium Communitatis, & hominum S. Poli, qui in ipsa silua retinent ius lignandi, pascendi, & glandandi, & ex sententia ad eorum fauorem lata de ann. 1577. Summario ipsorum num. 1. alia-
1 que innouauit, vt infra, † quæ omnia vti facta in spretum ipsius appellationis, non est dubium, quod sint attentata, *cap. Romana* 3. *§. si autem post sententiam de appell. in* 6. Greg. *dec.* 435. *nu.* 1. Caual. *dec.* 223. *nu.* 3. *& decis.* 87. *nu.* 1. *post* Zacch. *de oblig. Camer.*

Nil refert, quod à sententia d. R. P. D. Thomati fuerit causa commissa cum clausula *sine præiudicio* per Signaturam Iustitiæ, quia ipsa clausula solum præseruat iurisdictionem exequendi disposita in sententia Iudicis à quo,
2 † non autem extenditur ad alia in ipsa sententia non comprehensa, Marescott. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 12. *nu.* 23. Rota *decis.* 310. *num.* 1. *par.* 1. *diuers. & in Romana, seu Ianuen. hæreditatis* 15. *Martii* 1660. *§. secundo quia coram Eminentissimo Cerro*, cum itaque ipsa sententia R. P. D. Thomati nullam aliam facultatem contineat, nisi incidendi rubra decem siluæ, cætera omnia, nempe cæsatio, & reductio terreni ad culturam, de quibus deponunt Testes Summario *num.* 5. necnon impedimentum præstitum, ne homines Communitatis potuerint animalia ducere ad pascua in ipsa silua controuersa, ac etiam pignora ablata contra illos, qui actu animalia duxerunt, vt ex Summario additionali *num. vnico*, sicut in ipsa sententia non continen-
3 tur, † ita etiam vti innouata post commissionem causæ, & præsentationem inhibitionis, ac litis pendentiam à vitio attentatorum excusari, aut defendi minimè possunt, Rota *d. decis.* 310. *num.* 2. *par.* 1. *diuers.* Buratt. *decis.* 181. *num.* 1. *& in rec.* 452. *num.* 5. *par.* 14 & inde sunt reuocanda
4 tamquam actus † nulli, & in pristinum restituenda, Scaccia *de appell. qu.* 19. *remed.* 1. *concl.* 3. *num.* 13. *§. contrariam opinionem, vers. dicens quod*, Caual. *dec.* 69. *nu.* 5. *in fine, & Eminentissimo* Otthobon. *decis.* 108. *num.* 5. Ferentill. ad Buratt. *dec.* 902. *nu.* 7.

Nec valuit D. Duci ad effectum se eximendi ab attentatis deductum æquiuocum factum in exequutione, eo quia incisio arborum, & cæsatio recipi poterat pro sinonymis, nam præter diuersitatem patentem ipsorum ver-
5 borum, dum cæsatio † siluæ est euellere ex ipsa terra radices arborum iuxtà pariter illarum Regionum intellectum, de quo deponunt Testes dicto Summ. *nu.* 5 Incisio
6 † verò nil aliud importet, quàm recidere ab arbore ramos, vel incidere eandemmet arborem, sed saluis radicibus, iuxta *text.* explicationem *in l. ex silua* 11. *ff. de vsufruct.* quidquid sit de istis, adhuc reductio terræ ad culturam, & impedimentum traditum pascuis sub ipso æquiuoco non comprehenduntur, quæ semper saluanda erant fauore Communitatis habentis deducta plura iura, quorum licèt Iu-
7 dex substulit † vnum, in aliis non censetur voluisse præiudicare, egreg. *text. in l. si domus* 20. *ff. de seruit. vrban. præd.*

Minus releuat, quod cæsatio sit in sola quantitate rubrorum duorum circiter, itaut in silua rubrorum 192. non sit habenda in consideratione tam modica quantitas non
8 solum ex causa paruitatis materiæ, † verum etiam, quia remansit residuum totius siluæ, quæ non solum sufficiens supponitur, imò quod excedat necessitatem Communitatis tam in iure lignandi, & glandandi, quàm in iure pascendi iuxtà relationem Peritorum D. Ducis Summario
9 *num.* 1. *&* 2. & seruitus semper habenda sit † cum minori damno possibili in præiudicium Proprietarij, vt per *Text. in l. si cui* 9 *ff. de seruit.* sensit Nouar. *de grauam.* Vassallor. *to.* 1. *cap.* 176.

Responsum etenim fuit quidquid sit de modicitate valoris damnorum, quod respicit liquidationem faciendam,
10 & non tollit, † quod saltem Communitas, & homines maiori pinguedine fruiti essent, si inhibitio Rotalis fuisset
11 existimata, prout debet existimari, & timeri, † siue iusta, siue iniusta, Coccin. *decis.* 252. *num* 2. *& in rec.* 432. *num.* 1. *&* 2. *par.* 14 *ac in Ferrarien. bonorum de Tassis coram sa. me. Pamphilio, postea Innocentio Decimo*, cultari tamen non potest spretum iurisdictionis Tribunalis inductum quoad ea, quæ tendunt ad los particulare, scilicet ex eo,
quia lite pendente † Communitas, & homines fuerunt 12
impediti in pasculis, ac etiam multi pignorati per ministros D. Ducis tamquam assistentes, & conductores animalium, *cap. non solum* 7. *de appell. in* 6. Mill. *in repert. verb. attentata l. s. pend.* Alex. *cons.* 99 *visis processibus num.* 9. *lib.* 5. Rota *decis.* 2. *in fin. de rest. spol. in nou.* & ideo Iudex cuius læsa maiestas in similibus casibus ex officio debet cu-
rare attentatorum purgationem † ad propriam ipsius iu- 13
risdictionem conseruandam, Lancellott. *de attent in præfat. decis.* 333 *& seq.* Rota *decis* 4 *num.* 1. *& decis.* 10 *ad fin. vt lit. pend in nou.* etiamsi per partem offensam, & tur-
batam in sua † possessione nulla fiat instantia, Caualer. 14
decis. 175. *num.* 3. Merlin. *decis.* 320. *num* 8. Quibus stantibus dixerunt Domini teneri D. Ducem remouere impedimenta, vt Communitas pacificè continuet in possessione iu-
rium suorum in silua, de qua agitur, † necnon ad refe- 15
ctionem omnium damnorum, & expensarum passorum per Communitatem S. Poli iuxtà alias in similibus decisa per Rotam *in Mogantina reædificationis Chori* 23. *Martii* 1672. *§. fin. coram R. P. D. meo Emerix.*

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. TAIA.

Salamantina Canonicatus.

Lunæ 27. *Ianuarii* 1676.

ARGVMENTVM.

Executio Litterarum Apostolicarum euitari prætendebatur, quia competeret alternatiua Episcopo, quæ tamen cessare visa est, siue quia acceptata non erat, siue etiam quia illa non procedit in beneficiis, quæ conferuntur ab Episcopo, & à Capitulo simul, non obstante opposita transactione inita inter Capitulum, & Episcopum alternatiuè conferendi, quia ex illa non fuerat diuisa proprietas beneficii, sed pro sola commoditate collationis facta erat.

SVMMARIVM.

1 *Prouisus à Papa iuxtà regulas Cancellariæ habet intentionem fundatam.*

2 *Alternatiua Episcoporum si non est acceptata, non suffragatur.*

3 *Alternatiua Episcopi procedit solum in beneficiis liberæ collationis, non autem in iis, quæ ipse cum Capitulo confert, & nu.* 5.

4 *Beneficia, & Præbendæ Ecclesiarum Cathedralium de iure non sunt liberæ collationis Episcopi.*

6 *Collatio beneficii simul competens Episcopo, & Capitulo, stante diuisione inter eos facta, quatenus liberæ collationis esse dicatur. vid. num. seqq.*

7 *Diuisio proprietatis iuris conferendi requiritur, adhoc, vt per illam beneficium remaneat liberæ collationis inter Episcopum, & Capitulum.*

8 *Collatio beneficii alternatiuè facta ab Episcopo, vel Capitulo, stante diuisione pro maiori commoditate sequuta, reputatur ac si ab vtroque simul facta fuisset*

9 *Beneficia simultaneè spectantia ad Episcopum, & Capitulum, quatenus Sede Apostolica vacante, à solo Episcopo, vel à Capitulo conferantur.*

10 *Sede Apostolica vacante cessant Regulæ Cancellariæ reseruatoriæ beneficiorum, & ius conferen-*

di in

di in omnibus mensibus ad Ordinarios collatores redit.

11 *Ordinarii collatores nomine venit etiam Capitulum, cui coniunctim cum Episcopo collatio beneficii spectat.*

12 *Litteræ Apostolicæ, quia mandatum continent Apostolicam, exigant paritionem, & exequutionem, num 13.*

14 *Litteræ Apostolicæ iustificatæ exequationi demandari debeat, nec suspendi possunt.*

D E C I S I O DCXXXV.

SECVNDVM ea, quæ proponebantur vacante Canonicatu Cathedralis Ecclesiæ per obitum Antonii mense Octobris reseruato, prouisionem impetrauit à Sede Apostolica Thomas, & ab Ordinario Ferdinandus, ac si per alternatiuam mensis Octobris Apostolicus factus Ordinarius esset; Vnde commissa causa, propositoque de more dubio; An litteræ Apostolicæ sint exequendæ; exequendas Domini hodie responderunt.

Quia ipsæ litteræ Apostolicæ constant in forma, & constat inter ipsas Partes vacatio mense Octobris, vt supra, & adhuc per Testes, sic valor expressus non excedens ducatos 24. & cum incertis 200. Clericatusque indubitabilis;
1 vnde fundata fuit intentio Thomę in *Regula Cancellariæ 9. sub init.* non obstante aliqua alternatiua inter Episcopum & Pontificem, quia regula ipsa declarat etiam, quod con-
2 cessio alternatiuæ † (si receptæ quidem ab Episcopo, vt antea non suffragatur, Gonz. *gloss. 26. ex num* 12. & est personalis, Gonzal. *præmis. §. 5. ex numer.* 13. *& gloss. 58. numer.* 20.) intelligitur in beneficiis dumtaxat, quæ sunt
3 liberæ collationis, † non in beneficiis, quæ Episcopi conferunt, & de illis disponunt simul cum Capitulis, *ad §. insuper Sanctitas sua ibi: ad liberam ipsorum dumtaxat, non autem aliorum*, iuncto verbo *Capitulorum*, quod regula
4 præsupponens † Beneficia, & Præbendas Cathedralium Ecclesiarum non esse de iure communi liberæ collationis Episcopi &c. Gonzal. *gloss 45. num. 35. à vers. tertio collige, & num.* 36 post celebrem *glossam Postulauit, cap. cum Ecclesia vulterana 31. de elect. & ibidem Canonistæ, & Barbos. num.* 4. *&* 5. conclusit etiam Rota, teste Cassad. apud Gonzal. hinc dixit coram Verall. *decis.* 88 *numer. 1. par.* 2.
5 quod non competit illi Episcopo alternatiua † in Beneficiis ad sui, & Capituli collationem spectantibus, subiicit ipse Gonz. *d. nu* 36. *in fin.*

Non obstat, quod stante concordia inter Episcopum & Capitulum inita super collatione Canonicatuum alter-
6 nis vicibus, inter ipsos per Turnum facienda, † reputari debeat collatio vti de libera, quando succedit vacatio in Turno Episcopi.

Præmisso enim, quod concordia non fuit exhibita, & si non constat, an fuerit diuisa proprietas iuri conferendi
7 † vt requiritur, adhoc, vt obstet obiectum, & quantum aliàs annuitur cor. Mill. *dec. 173. nu. 5.* diuisum fuit solum
8 illius exercitium pro maiori commoditate, † quo casu collatio ab vno facta, reputatur ac si ab vtroque simul facta fuisset, Lotter. *de re benefic. lib. 2. qu. 21. numer. 29. & 30.* Gonzal. *ad regulam 8. gloss. 45. §. 1. nu. 66. & 69. ac 71. cum seq.* Rota cor. Seraph. *dec. 980. nu. 11. & co.* Bich *dec. 241. nu.* 12. vt mihi allegabantur.

Vtique etiamsi diuisum esset quoque ius ipsum conferendi, & collatio in Turno Episcopi facta reputari deberet vti de libera collatione, adhuc non obstaret obiectum, quia non docetur vacationem euenisse in turno Episcopi, immò potiùs constat vltima vice, Episcopum contulisse ex Testibus pro Thoma examinatis; nullatenus subsistente, quod vltima collatio illius turnum non consumauit prætextu, quod cum vacatio illa successerit Sede Apostolica vacante, ipse solus Episcopus, etiam circumscripta concordia, & diuisione turni, independenter à Capi-
9 tulo conferre deberet; † quia nisi adfuisset concordia, & diuisio turni, certa illa simultanea collatio, quam iure ordinario habuisset Capitulum in mensibus ordinariis non cessasset, sed creuisset per vacationem Sedis Apostolicæ, nam vbi Sede plena eiusdem Capituli, & cæterorum Ordinariorum potestas restricta est solum ad quatuor menses ordinarios, vtique Sede vacante, cum cessent regulæ re-
10 seruatoriæ † ius conferendi in omnibus mensibus ad ipsos Ordinarios collatores redit, durantibus, adeoque cessantibus cum Pontificiis regulis omnibus, ex ipso prohemio regularum, & adhuc mihi allegatis, Barbos. *de potestate Episcopi allegatione 57. numer.* 192. Gonzal. *ad reg. 8. §. 5. proem. num.* 46. nec est dubium nomine Ordinarii collato-
ris † venire Capitulum, cui iure ordinario collatio coniun- 11
ctim competit, vt respondit Rota cor. Seraph. *dec. 980 & speciali nu.* 2.

Verificata itaque reseruatione Apostolica in mense reseruato, atque ita prouisionis, & gratiæ fundamento, & cæteris videlicet Clericatu, & valore per non excessum ducatorum vigintiquatuor, cum incertis 200. in litteris expresso, & abundè quoque probato, iam proculdubio
litteræ Apostolicæ † vti mandatum Apostolicum suam 12
sibi exigunt paritionem, *capit. quinto de rescript.* atque
adeo † executionem, *capit. 5. de concess. præben. in sexto*, 13
quin etiam iuris dispositio nulla retardatione suspendi per-
mittit litteras Apostolicas, † quoties illarum clausulæ 14
debitis modis reperiuntur iustificatæ, vt nouissimè dixit Rota *decis. 209. numer. 5. parte* 14. cum allegatis, & allegandis.

Et ita, altera tantum parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. V B A G O.

Romana Census.

Lunæ 27. Ianuarii 1676.

A R G V M E N T V M.

Simulationem probari non posse Reus prætendebat, vel quia iam super illa alii testes examinati sint, vel etiam quia materiam contineret obiectiuam, sed neutrum admittitur, & pro concessione nouæ probationis deciditur, quia articuli erant magis specificè concepti, & alter ex illis adhuc nouus extabat; quinimò etiam materia obiectiua cessabat, quia probatio erat de iure dantis, quo in casu articuli etiam criminosi admittuntur.

S V M M A R I V M.

1 *Articuli in prophanis semper admittuntur, quoties fuerint releuantes.*

2 *Simulatum instrumentum executionem habere non meretur, & nu 3.*

3 *Simulatio remouet consensum ab actu.*

4 *Articulorum pro admissione sufficit probationes faciendas esse dubias, & an releuent, vel ne.*

5 *Probationes faciendi via præcludenda non est.*

6 *Examen nouum non conceditur super eadem materia, qua alii testes examinati sunt, limita vt nu. 10.*

7 *Articuli noui magis specificè concepti admittuntur etiam quod super eadem materia aliud examen factum sit, & num. seqq.*

9 *Examinis noui pro admissione sufficit vnum tantum articulum esse nouum, & diuersum, licèt alii sint antiqui, & super eis etiam testes examinati fuerint, & sup. à num. 6.*

10 *Articuli noui, & nouum examen semper admittuntur, quamuis fuerint publicata, ac dicta testificata.*

11 *Examen non dicitur materia obiectiua si concernit ius articulantis, & nu. 12.*

13 *Articuli etiam criminosi admittantur, quoties fuerint de iure dantis.*

DECISIO DCXXXVI.

DEDVCTA per Sartum simulatione Census creati
fauore Iosephi, eaque, vt prætenditur non sufficien-
ter probata A.C. mandatum relaxauit pro fructibus, &
per sententiam ipsum Iosephum à simulatione absoluit, à
quibus commissa mihi causa, ante disputationem dubii
principalis, Sartus dedit nouos articulos super eadem si-
mulatione, nouosque Testes induxit, & controuersa ad-
missione per Iosephum, proposui dubium in Rota: An
illi essent admittendi, pro affirmatiua resolutum ex solito
stylo Tribunalis, quod in prophanis non soleat denegari
1 admissio articulorum, † dummodo constet de releuantia,
vt aliàs resolutum fuit cor. Cæs. de Crass. *dec.1. num.10. de*
dilat. & cor. Greg. *dec.191. nu.1. & 2.* Arguell. *dec.38 nu.1.*
Bich *dec.332. nu.3. & 4. & cor.* Celso *dec.12. nu.1.*

Materia autem præsens releuans visa fuit, quia cum actio
dirigatur pro exequutione Instrumenti Census, eo ipso,
2 quod iustificatur simulatus, † amplius exequutionem non
meretur, Rota post Cenc de Cens. *dec.128. nu 1.* vbi quod
3 tunc Instrumentum redditur inexequibile, † quia simu-
latio remouet consensum ab actu, ex Bald. *in l.1.nu 9.vers.*
interea producantur ad remotionem C. plus valet quod agi-
4 *tur*, & ad effectum admittendi articulos † sufficit proba-
tiones facien. per nouum examen esse dubias; An releuent,
vel ne, vt firmauit Rota *decis.424. nu.3. par.10 & dec. 453.*
nu.2. par.14. rec. ibique adducitur ratio, ne aliàs præcluda-
5 tur via † faciendi probationes ad victoriam causæ condu-
centes, ex *decis. 25. de Testibus in antiq. & eo.* Peuting. *de-*
cis. 27. nu. 3.

Non refragante, quod articoli modò exhibiti contine-
ant easdem materias, super quibus iam aliàs fuerunt exa-
6 minati primi Testes, † ideoque super eisdem non soleant
admitti, ad tradit. *in cap fraternitatis 17. de Testibus, & per*
sum. me Greg. *dec.497. n.5.* quia cum materia sit magis spe-
7 cificè, ac distinctè exarata, † hoc tantùm sufficit pro con-
cessione noui examinis, vt distinguendo dixit Abb *in dicto*
cap. fraternitatis nu.8. vers. fin. & firmat Rota cor. eodem
Gregor XV. *dec.191. nu.3. & in dec.266. nu.13. par.6. ac de-*
cis.252. nu 6. par.9. rec. & cor. Arguelles *dec.38. nu.10.*

Eoque magis, quia animaduerterunt Domini, quod
materia deducta, præter alias articulatam continet aliquid
8 nouum, & distinctum à prima, † nempè confessionem
ipsius simulationis factam à prædicto Iosepho post prædi-
ctum examen; Ad hoc enim vt articuli admitti possint,
9 sufficit, † quod vnum sit nouum, & diuersum, vt firma-
uit Rota *dec.303. nu.6. par.9 & dec.183. num.1. part.4. rec.*
cor. Buratt. *dec.392. nu.5. & cor.* Peuting. *dec. 25. num. 10.*
Imò quod veniant admittendi etiamsi depositiones primo-
10 rum Testium † fuerint publicatæ, ac didicita testificata,
eaque discussa, Felin. *in cap. fraternitatis 17. nu.8. & seq.*
de Testib. Rot. cor. Greg. *dec.497. nu.2. & cor.* Peuting *dec.*
323. nu.6. & in rec. dec.427. nu. 2. par.12.

Neque admissio euitari potest per exceptionem, quod
articuli contineant materiam obiectiuam ex eo indoctam,
quia articulatur, quod Census fuerit suppositus, adhoc,
vt potuisset Iosepho inseruire loco patrimonij requisiti in
ordinandis ad sacros ordines per Sac. Conc Trid. *sess.21. de*
11 *reform. cap.* 2. † quia dum principaliter concernit ius arti-
12 culantis † examen non denegatur, & non dicitur propriè
materia obiectiua, Rota *dec.661. n.2. par.2. rec.* nam tunc
13 recipitur non vti obiectum, sed vti ius partis, † & ideò
articuli etiam criminosi, quando sunt de iure dantis admit-
tuntur, vt firmat eadem Rota *dec.309. nu.2. inter impress.*
penes Farin. *post 2. librum consiliorum, & cor.* Bich. *decis.*
227. nu.3. cor. Puten *dec.21. nu 5 lib.1. cor.* Coccio. *dec.216.*
nu.9. cor. Dun. Iun. *dec.691. nu.8. & 9. et* Adden. *ad sanct.*
me. Greg. *dec.253. nu.17. littera C.*

Et ita vtraque parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. EMERIX.

Nepesina Successionis.

Lunæ 27. Ianuarii 1676.

ARGVMENTVM.

Impugnabatur transmissio iuris petendi restitutionem in integrum in suos filios ad hæreditatem fratris à sorore non aditam, ex eo quod illa potuerit consulere peritiores super intelligentia Statuti, quod sibi aduersari videbatur; sed cum illius articulis variè fuerit à Rota resolutus, & à DD. propugnatus, hoc eidem imputari non posse deciditur, quia ignorantia istius, iuris dubii æquiparatur ignorantiæ facti, quæ mulieri non præiudicat.

SVMMARIVM.

1 *Frater, vel Soror non transmittit hæreditatem fratris defuncti non aditam ad suos filios.*

2 *Ius petendi restitutionem in integrum aduersus non aditam hæreditatem fratris, per fratrem, vel sororem superstitem transmittitur ad suos filios.*

3 *Ignoranti hæreditatem sibi delatam succurritur ex æquitate* l. Pantonius ff. de acquir. hæred.

4 *Ignorantia super intelligentia statuti, nec etiam in muliere admittitur, si illa potuit consulere peritiores.*

5 *Statutum exclusiuum fœminarum propter masculos, an subsistat, vel ne, fuit articulus valdè dubius, in quo etiam Rota variauit.*

6 *Mulieri imputari non potest si super facto, & magis dispositione iuris ignaræ, non consulueris peritiores.*

7 *Ignorantia iuris, & articuli variè à Rota discussi, & à DD. propugnati, æquiparantur ignorantiæ facti.*

8 *Ignorantia iuris dubii in muliere, probabilis, & excusabilis iudicatur.*

9 *Restitutio in integrum supposita ignorantia, peti non debet infra quadriennium, sed illius tempus incipit currere à sola die scientiæ.*

10 *Restitutio in integrum dicitur petita, & respectiuè concessa, ex petitione, & concessione immissionis, ac prosequutione negotii principalis.*

11 *Nepotes, & filii fratris prædefuncti succedunt æqualiter cum patruo ad hæreditatem alterius fratris, & patrui ab intestato defuncti.*

12 *Restitutio in integrum aduersus non aditam hæreditatem quatenus admittatur ad exclusionem magis dilecti.*

DECISIO DCXXXVII.

CVM sub die 8. Martii anni præteriti consulerem DD. super confirmatione, vel infirmatione vltimæ decisionis in hac Causa editæ sub die 8. Iunii 1674. placuit differre resolutionem, & ordinare, quod scriberetur strictè super articulo transmissionis, vnde ad formam istius rescripti reproposito hodie dubio, prodiit resolutio pro confirmatione; Præmisso enim in facto, quod Angela tempore delatæ hæreditatis Pauli fratris erat infans trium annorum, & quod successiuè vsque ad tempus nuptiarum educata fuit penès Fabritium

pa-

truum, qui omnia bona occupauerat, quodque in Terra Scrofani, vbi sitæ sunt bona controuersa, adest statutum exclusiuum fœminarum propter masculos. His omnibus simul ponderatis Domini existimarunt Angelam probabiliter ignorasse fraternam hæreditatem sibi fuisse dela-
1 tam, & propterea dixerunt, † quod licet illam transmittere non potuerit ad fratres de Vulpijs eius filios, ac hæredes propter illius non aditionem, iuxta Textum *in leg. quoniam C. de iure deliber.* Decian. *cons.* 46. *num.* 148. *vol.* 2. Capyc. Latr. *decis.* 84 *num primo*, transmiserit tamen
2 ad † ipsos ius petendi restitutionem in integrum ex æquitate Textus *in lege Pantonius* 85. *ff. de acquirenda hæredi-*
3 *tate*, per quam succurritur iustè, † & probabiliter iura sua ignorantibus, vt suadent verba eiusdem legis, ibi: *Ante vita decesserit, quam se hæredem institutum agnosceret* (& notant ibidem communiter Doctores) Castrens. *num.* 1. *&* 8. Aretin. *num* 4. *versic. sed benè potest dici*, *Imola pariter numer.* 4 Corn. *consil.* 133. *numer* 18. *lib.* 2. Capra *consil* 6. *num.* 13. cum alijs latè congestis per Oddum *de restit. in integrum par.* 1. *qu.* 50 *art.* 1. *n.* 69. *vers. contrarium*, *& in dicta decis. §. finali*.

Huiusmodi autem ignorantia non videbatur reddi su-
4 pina, & inexcusabilis, † ex quo Angela commodè potuerit consulere peritiores super intelligentia Statuti, dum superuixit Paulo fratri per triginta fermè annos, & Terra Scrofani distat ab Vrbe, vbi adest copia Curialium per duodecim tantum milliaria, ad tradita per Rota cor. Penia *decis.* 515. *num.* 5. iuxta impress. Lugdunen.

Quoniam cum fuerit vsque in præsens articulus iuris valdè dubius, An huiusmodi Statutum exclusiuum fœ-
5 minarum propter masculos substineatur, necne, † taliter quod Rota ipsa in alia Nepesina Successionis coram R. P. D. meo Calatalù in terminis similis Statuti variauerit amplectendo affirmatiuam sub die 27. Maij 1669. & deinde negatiuam sub die 20. Iunij 1670. & 10. Aprilis 1671. & pariter pro affirmatiua scripserint plures insignes DD. quos refert, & sequitur Spad. *cons.* 318. *lib.* 3.

Nil imputari potest Angelæ, vt supra, facti, & magis
6 iuris ignaræ, † cur non consuluerit peritiores, vt declarat Altograd. *consil.* 94. *num.* 42 *& seqq.* Oddus *de restit. in integr. par.* 1. *quæst.* 8. *artic.* 8. *num.* 44. *& quæst.* 10. *art.* 4. *qu.* 24. *& artic.* 12. *sub num.* 25. *versic. nunc loquimur*: maximè in hoc articulo ab ipsamet Rota variè deciso, & à tot DD.
7 affirmatiuè propugnato, † vt illius ignorantia rectè æqui-
8 paretur ignorantiæ facti, † ac probabilis, & excusabilis iudicanda sit in muliere, Menoch. *cons.* 568 *num.* 2. Soccin. Iun. *cons* 74. *num.* 38 *lib.* 1. Alba in his terminis *consil* 495. *numer.* 9. *& seqq. &* Altograd. *d. cons.* 94. *numer.* 38. *cum seq* Rota Bononien. *decis.* 102. *numer.* 35. Buratt. *decis.* 899. *sub num.* 4. *& duobus sequentibus*, Caualer. *decis.* 81. *num.* 2. *& decis.* 166. *num.* 15. *& tribus seqq. part.* 8. *recent.*

Nec obstat, quod restitutio in integrum non fuerit pe-
9 tita infra † quadriennium, quia supposita ignorantia supra firmata, tempus non cæpit currerere nisi à die scientiæ, quo nempe filij, & hæredes Angelæ agnouerunt sibi ius, & actionem competere, Decian *consil.* 108 *numer.* 26. *lib.* 3. Berous *consil.* 56. *num.* 49. *lib.* 3. Altograd. *allegat. cons.* 94. *num.* 69. istè Oddus *dict. tract. part.* 1. *quæst.* 20. *artic.* 4. *sub n.* 37. *vers. in contrarium per tot.* Rot. *in rec. decis.* 3. *nu.* 2. *& ibi Addentes par.* 3.

Ab illa autem die visa fuit Dominis petita, quia licèt ijdem hæredes specialiter non institerint pro restitutione in integrum, sed pro immissione ex interdicto quorum bonorum: Attamen quia processum fuit ad viteriora super negotio principali, pronunciando pro eisdem hæredi-
10 bus, † ad euitandos circuitus, & ne debeant expectari tres sententiæ super restitutione in integrum, de stylo Curiæ intelligitur petita, & respectiuè concessa Oddus *dict. part prima quæst.* 33. *art.* 4. *num.* 35. Scaccia *de appellat. quæst.* 19. *remed.* 2. *num.* 132. Rota *decis.* 53. *num.* 1. *part.* 2. *recent.*

Minus iure excludi quærebatur æquitas *dict. legis Pantonius*, ex quo existeret Amabilia proximior in gradu Paulo defuncto, & prædilecta, quia ad hunc effectum talis requireretur proximitas, cuius vigore filij Angelæ
11 alterius Sororis † dicti Pauli ab intestato eidem æqualiter succedentes cum Amabilia, iuxta Textum *in auth. post fratres C. de legitimis hæredibus* eum concordantibus, excluderentur ab ipsius hæreditate, Bellon. Iunior. *de iure accrescendi cap.* 7. *qu.* 41. *num.* 52. Oddus *de restit. in integrum dict. par.* 1 *quæst.* 50 *art.* 8. *num* 82. Rota *in Firmana fi-*

deicommissi 14. *Iunii* 1669. *§. & deinde est*, *&* 19. *Februar.* 1674. *§. cæterum cum seqq. coram Reuerendiss. Domino meo Decano.*

Et ita Domini in reliquis approbatiuè se referendo ad firmata in vltima decisione, post secundam causæ propositionem, responderunt Partibus informantibus.

Altera præsentis causæ decisio est impressa in alio præcedenti tomo primo istius decimæ octauæ partis, vbi est in ordine 308.

R. P. D. CALATAIV.

Bononien. Fideicommissi, de Sala.

Vener. 31. *Ianuarii* 1676.

ARGVMENTVM.

A Fideicommisso, in quo vocati erant filij fœminarum, earum masculi prætendebant excludere fœminas, ob repetitam qualitatem masculinitatis in primis descendentibus expressam; Contrarium tamen deciditur, tum quia agebatur de substitutione diuersa, tum etiam quia qualitas masculinitatis in prima substitutione adiecta, in altera dicebatur consultò omissa, reiecta etiam præsumptione conformitatis cum statuto, quæ non procedit in hæreditate, de qua idem statutum non loquitur.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum nomine in Fideicommissi veniunt tam masculi, quam fœminæ, & n. seqq. vbi vide.*
2 *Filiorum appellatione etiam vulgari sermone veniunt fœminæ.*
3 *Descendentium appellatione, æquè masculi, ac fœminæ continentur.*
4 *Coniectura ad effectum excludendi fœminas à Fideicommisso, in quo vocati sunt filii, debent esse vrgentes & pernecesse concludere.*
5 *Qualitas masculinitatis opposita in vno gradu non censetur repetita in substitutione separata, & diuersa, & diuersis personis loquente.*
6 *Qualitas masculinitatis expressa in descendentibus masculis, non censetur repetita in descendentibus fœminarum, & quare.*
7 *in Fideicommissis non admittitur ratio, quare potius in vno, quam in alio casu ita disposuerit testator.*
8 *Testator si aliquid expressit in vno casu, ita quoque expressisset in altero, si illud voluisset, & si non fecit censetur consulto omisisse.*
9 *Qualitas masculinitatis in descendentibus masculis à testatore expressa non censetur repetita in filiis filiarum si testator non respexit ad agnationem.*
10 *Testator non præsumitur se conformasse cum statuto, si statutum de sua successione non loquebat, & num. seqq.*
11 *Conformationis præsumptio cum statuto non admittitur, quoties illud non excludit fœminas ab hæreditate grauantis.*
12 *Tempus pupillaris, ætatis etiam à longa taciturnitate demendum est.*
13 *Ignorantia iuris dubii est probabilis in mulieribus, & ideo illas semper excusat, maximè si non immediatè succedere debuissent.*

DECISIO DCXXXVIII.

DECESSIT Philippus Sala cum Testamento, in quo hæredem vniuersalem instituit Iacobum Mariam filium, eiusque filios, nepotes, & descendentes in infinitum, masculos tamen, legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio natos; Casu vero, quo prædicti deficerent, substituit Isabellam eiusdem Testatoris filiam,

& eius descendentes in infinitum, & quatenus Iacobus Maria habuisset filias fœminas, & dicta Isabella filios masculos, omnes æqualiter succedere voluit in capita, & non in stirpes.

Defuncto Iacobo Maria sine filijs, obijt pariter Isabella, relictis Philippo, Helena, Alexandra, & Hyppolita filijs; Verum quia Philippus omnia bona Fideicommissi occupauerat, atque post eius obitum deuenerunt ad Lucretiam, & alios eius filios, contra istos fuit motum Iudicium in partibus ad instantiam Helenæ, necnon Monasterij Sanctissimæ Trinitatis ex persona Alexandræ, & Hyppolitæ ibidem Monialium, quæ tamen sententiam contrariam reportarunt; Causa appellationis mihi commissa, & dato dubio, an constet de Fideicommisso, Domini dixerunt de illo constare ad fauorem Monialium.

Moti sunt ex literalibus verbis Testamenti, in quo Testator post extinctam lineam masculinam, & fœmininam Iacobi Mariæ, substituit *la Signora Isabella sua figliuola, e li figliuoli di essa, e descendenti in infinito*, nomine autem filiorum in Fideicommissis † veniunt regulariter, tam masculi, quàm fœminæ, *l. si ita scriptum 46. ff. de leg. 2. gl. in l. Filii appellatione, verb. omnes, ff. de verb. signific.* Pedroch. *cons. 5. n. 105.* Giouagn. *cons. 12. n. 12. lib. 2.* Honded. *cons. 57. n. 23. lib. primo* Barbos. *appell. 7. n. 9.* Rot. coram Greg. *dec. 514 n. primo* ibique Adden. *n. 16.* & coram Caualer. *dec. 125. n. 3.* & coram Dunoz. Iun. *dec. 630. nu. 2.*
2 *& 737. n. primo* idque procedit, † siue dispositio sit latino, siue vulgari sermone, Thesaur. *dec. 188. n. 13.* Giurb. *dec. 32. n. 11.* Maximè dum Testator post filios, vocauit etiam descendentes, † quorum appellatione veniunt pariter, tam masculi, quam fœminæ, Mantic. *de coniect. vltim.*
3 *volunt. lib. 8. tit. 15. n. primo* Fusar. *de substit. quæst. 325. nu. primo cum seqq.* Redenasch. *cons. 89. n. 8* Manz. *consult. 131. num. 26. & 27.* Rota cor. Bichio *dec. 278. num. 13. & in rec. dec. 444. nu. 9. par. 13.*

Et quamuis à prædicta regula recedi soleat, quando ex coniecturis constat de voluntate testatoris, vocandi solos
4 masculos, illæ tamen debent esse vrgentes, & per necesse concludentes, vt aduertunt Mantic. *vbi supra libr. 11. tit. 14. nu. 5.* Giouagnon. *cons. 11. nu. 14. lib. 2.* Rota cor. Penia *decis. 471. num. 6. & coram* Vbaldo *decis. 166. num. 3. & in rec. decis. 486. num. 2. par. prima, & decis. 144. numero 3. par. 7.*

Quales visæ non sunt, quæ ab Informantibus pro Lucretia fuerunt ponderatæ; Prima enim, quod Testator in linea Iacobi Mariæ vocauerit masculos, non concludit,
5 quod illas vocare voluerit etiam in linea † Isabellæ, quia agitur de diuersa, & separata substitutione, & de diuersis personis, quo casu qualitas masculinitatis apposita in vno gradu, non censetur in alia repetita, Surd. *cons. 21. num. 9.* Redenasc. *cons. 10. num. 56.* Adden. ad Buratt. *decis. 272. num 19 & coram* Greg. *decis. 514. n. 6. & coram* Reuerendiss. Royas *decis. 72. nu. 19 & coram* Eminentiss. Ottob. *decis. 265. num 17. & in recent. decis. 151. num. 24. & 581. num 5. part. 5 & decis. 144. num. 3. & 170. num. 5. & in part. 14.* Potuit enim Testator vocare solos descendentes ma-
6 sculos Iacobi Mariæ, quia in illis conseruabatur † eius propria agnatio, quod contingere non poterat in decedentibus Isabellæ, vt ad excludendam repetitionem masculinitatis. hanc differentiæ rationem perpendunt Cyriac. *controu. 269. num. 57.* Rot. coram Greg. *dict. dec. 514 n. 7.*

Secunda coniectura desumpta ex eo, quod decedente Iacobo Maria cum solis filiabus fœminis, illas æqualiter succedere voluerit cum filijs masculis Isabellæ, minus operatur perpetuam vocationem masculorum eiusdem Isabellæ; Quia præter quod talis casus non euenit, &
7 in Fideicommissis non admittitur ratio, † quare potius in vno, quam in alio casu ita disposuerit, vt pluribus cumulatis, aduertit in specie Rota *decis. 279. num. 16. & seqq. part. 13. recent.* Huiusmodi coniectura potius retorquetur, quia sicut idem vocauit solos masculos, ita fe-
8 cisset in casu, † de quo agitur, si voluisset, & dum non fecit, censetur consulto omisisse, Io. Anan. *cons. 22.* Decian. *cons. 12. num 38. vol. 1.* Simon de Pret. *cons. 90. num. 3.* Rom. *decis. 151. num. 19. par. 5. recent.* maximè quia non
9 respexit ad agnationem, vt aduertit Rota coram Gregor. *dict. decis. 514. num. 6. & 13. & decis. 144. nu. 5. part. 7. recent. & in Camerinen. Fideicommissi 17. Martii 1673. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Tertia elicita ex Statuto Bononien. excludente filias fœminas ab hæreditate Matris existente fratre, cum quo Testator præsumitur se conformare voluisse, non ap-
10 plicatur; Quia agitur de hæreditate Aui materni, de quo statutum non loquitur, vt consuluit Spad. *cons. 383. lib. 2.* & tenuit Rota *decis. 802. per tot. coram Penia*. Vnde cessat
11 dicta præsumptio, † quæ non admittitur, quoties statutum non excludit filias fœminas ab hæreditate grauantis, Soccin. Sen. *cons. 33. n. 3 vol. 4.* Soccin. Iun. *cons. 168. nu. 70. vol. 2.* Menoch. *cons. 95. num 64. Idem de præsumpt. præsumpt. 85. num. 17. lib. 4.* Redenasch. *cons. 10. num 53.* Fusar. *de substit. qu. 311. n. 48.* Andreol. *controu. 248. num. 3. & controu. 249 num. 4.*

Quarta demum deducta ex taciturnitate filiarum post mortem Isabellæ Matris per lapsum 60. & vltra annorum nihil pariter releuat. Tum quia demendum est tempus
12 Pupillaris ætatis, Donat. Anton. de Marin. *quotid. resol. lib. 1. cap. 299. num. 3.* Surd. *decis. 4. num. 2.* Rot. *decis. 105. num. 15. par 8 & decis. 30. num. 31. par. 10. recent.* Tum quia illæ veniunt excusandæ propter ignorantiam Iuris dubij,
13 quæ est probabilis, † præsertim in mulieribus, non immediatè succeditricibus Testatoris, Decian. *cons. 52. nu. 9. cum seqq lib. 1.* Rota coram Vbaldo *decis. 2.0 num 4 & coram* Buratt. *decis. 182. n. 5. & decis. 899 per tot.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. RONDININO.

Cracouien. Vocis Actiuæ, & Passiuæ.

Vener. 31. Ianuarii 1676.

ARGVMENTVM.

Appellari non posse contenditur à sententia Rectoris Cracouiensis, in qua quis ex Statutis Vniuersitatis fuerat suis emolumentis priuatus, ac etiam Voce Actiua, & Passiua; Contrarium vero decidit, quia illa erat nulla, & iniusta, & ideo non merebatur nomen sententiæ; vltra quod Iudex post sui recusationem processerat, & ideo eo magis grauauerat partem, pluraque etiam concurrebant, ex quibus non poterat dici contrariatum statutis eiusdem Vniuersitatis.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio dolo de possessione conceditur.*
2 *Iudex nulliter, & iniustè procedens dicitur procedere vti priuatus, non vti iudex, nec aufert possessionem, vel quasi*
3 *Citatio specifica esse debet ad audiendam sententiam, itaut non sufficiat ad audiendam prouisionem in causa diffinitiua faciendam, vel similiter.*
4 *Nulla remanent quæcumque gesta sunt post appellationem interpositam.*
5 *Iudice recusato, si ab illius vlteriori processu etiam appellatum sit, nullum est quodcumque coram eo gestum fuit.*
6 *Scholaris post recusatum suum superiorem, coram illo sub pœna nullitatis conueniri non debet.*
7 *Iudex recusatus procedens ad vlteriora partem grauat, & iustificat causam suæ recusationis.*
8 *Appellationes in libello quatenus dicantur fuisse commissa, vel excusentur conuicia contra iudicem, qui pronunciauit, & num. 12.*
9 *Iniuria cessat stante declaratione facta, quod numquam fuit habitus animus iniuriandi.*
10 *Iniuria clara non tollitur ex declaratione facta, quod non aderat animus iniuriandi, quia dicitur protestatio contraria facto.*
11 *Iudex iniuriatus non potest esse iudex eiusdem iniuriæ.*
12 *Pœna iniuriæ illatæ in libello appellationis extraordinaria est.*

13 *Iudex in maiestate læsus quatenus ipse procedere possit ad punitionem, & num. seqq.*

14 *Iudex offensus in maiestate non potest procedere ad punitionem, si pœna fuerit arbitraria, amplia, & fortius si recusatus sit.*

15 *Ius dicere in causa propria nemini licet.*

16 *Vniuersitas Cracouiensis exæquata est Vniuersitati Parisiensi, aliaque de ea ibidem n. 22.*

17 *Rector Vniuersitatis habet iurisdictionem in omnes, qui sunt de eadem Vniuersitate.*

18 *Citatio ex quibus non censeatur sublata, puta ex clausulis, vel à statuto.*

19 *Citatio non tollitur ex facultate procedendi summariè, & executiuè.*

20 *Citatio non dicitur sublata ex clausulam* manu regia de facto, *vel huiusmodi.*

21 *Sententia etiam Principis sine citatione non valet.*

22 *Accademia Cracouiensis dicitur exæquata accademiæ Parisiensi, & num. 16.*

23 *Recursus ad Principem numquam censetur interdictus.*

24 *Appellationis prohibitio non intelligitur de illa, quæ interponitur ad Principem, & præsertim ad Papam.*

25 *Nuntius Apostolicus vices Pontificis gerit.*

26 *Appellans à sententia nulla, & iniusta non contrauenit statuto de non appellando.*

27 *Sententiæ nomen non meretur factum nullum, vel euidenter iniustum.*

28 *Factum iudicis nullum, & iniustum violentiæ æquiparatur.*

29 *ab Excessiua taxatione expensarum appellatur, licet ab ipsa taxatione, quæ est executio sententiæ non appelletur.*

30 *Appellatio admittitur ab excessu pœnæ.*

31 *à Correctione morum tam respectu regularium, quam Secularium non admittitur appellatio.*

32 *Appellatio admittitur à quocumque excessu in exequendo.*

33 *Pœna arbitraria in ijs tantum casibus decerni potest in quibus pœna ordinaria determinata non est.*

DECISIO DCXXXIX.

DVABVS ex tribus Cathedris in Academia Cracouien. quibusdam alijs assignatis, excluso Samuele Formacouiez ab Annis 24. & vltra in dicta Accademia Lectore, appellauit iste ad Nuntium Apostolicum à quo licet consuetam inhibitionem Samuel obtinuisset, Rector tamen Accademiæ iniuriosum sibi putans interpositæ appellationis libellum, priuauit illum Voce Actiua, & Passiua, & omnibus Emolumentis ab eadem Accademia prouenien. Hanc verò Sententiam quamuis veluti nullam, & attentatam post Nuntii Apostolici Inhibitionem, & postquam Samuel Rectorem suspectum Iureiurando affirmauerat, Nuntius ipse reuocasset, In Curia tamen AC. Cauallerinus illam confirmauit, assumpta petitorij cognitione, & denegata Manutentione, quam suspenso petitorio petierat Samuel in Possessione, vel quasi Vocis Actiuæ, & Passiuæ, & omnium Emolumentorum, quibus à Rectoris Sententia priuatus fuerat, quam hodie Manutentionem, deuoluta ad hoc Tribunal causa, Domini concesserunt.

Probata enim ea ipsa sententia priuationis, atque ex
alijs non controuersa possessione, vel quasi Samuelis quo-
ad Vocem Actiuam, & Passiuam, & quoad emolumen-
1 ta quibus priuatus fuit, † illi concedenda est manutentio
ex celebri interdicto prætoris vetante vim fieri ei, qui pos-
sidet, de quo *in l. prima, & toto tit ff. vti possid. in l. vnica, C.
illa eodem tit. & in §. retinend. instit de interdict.* postquam
iudex ad quem, detexit nullitatem, aut euidentem iniu-
stitiam sententiæ iudicis, à quo, quia tunc manutentio-
nem concedere potest, siue in prima, siue in secunda in-
stantia, vel etiam in gradu restitutionis in integrum in ea
possessione vel quasi, in qua erat ante sententiam, per
quam ea spoliatus non fuit, cum iudex nulliter, vel iniu-
2 stè procedens † dicatur procedere, vt priuatus, nonam-
plius, vt iudex neque auferat possessionem, vel quasi,
vt pro limitatione Teat. *in l. iustè possidet, ff de acquir. poss.*
notant ibi scribentes, *ff. de benefic. par. 1. cap. 3. num. 573. &*
574. Adden. ad Greg. XV. *decis. 92. num. 13.* Posth. *de manut. obseruat. 42. num. 65. & 66.* Rota coram Cæsare de Grass. *decis. 4. num. 4. de caus. poss. & propriet. apud* Cenc. de cens. *decis. 244. num. 3. & 4.* Buratt. *decis. 604. num. 15. & seqq.* & in alijs, quas examinat o articulo sequuta est eadem Rota *in Romana Annuæ Præstationis 12. Decemb. 1672. §. conclusio coram me.*

Nullitatis Sententiæ Rectoris Cracouien. quam sim-
pliciter AC. Cauallerinus confirmauit, dedocebatur
tam ex defectu Citationis ad ipsam Sententiam, quæ ca-
deret in die, sub qua fuit promulgata, prout à Iure requi-
ritur cum præcisa specificatiome ad audiendam Senten-
tiam, adeout non sufficiat, si diceretur ad audiendam pro- 3
uisionem in causa diffinitiua faciendam, vel in simili for-
ma iuxta Glossam singularem *in Clemen. sæpè, verb. ad
id de verb. signif.* Roman. *singul. 373. & cons. 369. numer. 8.*
Adden. ad Buratt. *decis. 619. numer. 5.* Rota *recent. part. 2.
decis. 141. num. 3. & rec. par. 3. decis. 361. num. 2. & part. 10.
decis. 3. num. primo & 2.* Duran. *decis. 8. num. 1.* Cardinal.
Cels. *decis. 326. numer. 7. & seqq.*

Quam etiam ex modo pronunciandi post appellatio-
nem ad Nuntium Apostolicum à Samuele interpositam,
& post obtentam inhibitionem, & postquam ipsum Re-
ctorem iureiurando suspectum dixerat, † vt in priori ca- 4
su gestorum post interpositam appellationem, & post in-
hibitionem à iudice ad quem concessam sunt vulgares
textus Iuris tam Cæsarei, quam Pontificij in rubric. *&
toto titulo, ff. nihil nouat. appellation. pendent. & in rubric.
& toto titulo, vt lit. pendent. nihil innouet.* & in altero ca-
su, postquam iudex suspectus legitime recusatus fuit † 5
appellando ab vlteriori processu *ad text. in cap. ad hæc de
appellat. in sexto,* Cancer. *var. resolut. par. 1. cap. 21. ex nu.
37.* Farinac. *in fragmen. crimin. verb. Iudex,* P. Mendo,
qui loquitur de vniuersitate, & eius Rectore, *in tract. de
iur. Accadem. lib. primo qu. 29. nu. 540.* & de scholari recu-
sante † suum superiorem, Tholosan. *syntagm. iur. part. 3.* 6
lib. 49. cap. 3. num. 23. Rota coram Buratt. *decis. 271. nu. 11.
& ibi* Adden. *num. 9.* Caualer. *decis. 348. num. 4.* Eminentiss.
Otthobon. *decis. 512. num. 1. & in recent. part. 11. decis. 52.
sub num. 7. & in Triuentina Iurisdictionis 14. Martii 1664.
§. non enim coram Eminentiss. Cerro, & in Leodien. Rece-
ptoriæ 23. Ianuar. 1675 §. quoniam sufficit, coram R. P. D.
meo Calataiù,* quia tunc post recusationem procedendo par-
tem grauat, † & iustificat causam suspicionis, vt dice- 7
bant Glurb. *cons. crim. 9. num. 14.* Cacher. *decis. 84. num. 11.
latè* Fontanell. *decis. prima cum plurib. seqq.* Rot. *in Hispa-
lea. Primiciarum coram Pamphil. apud* Spad. *cons. 96. n. 24.
& 25. vol. 2.*

Ac denique ex defectu Iurisdictionis, altera nullitas in-
surgebat, quia quatenus in libello appellationis ad Sum-
mum Pontificem à Samuele interpositæ conuicia in Re-
ctorem expressa fuerint, cuius tamen verba ad faciliorem
admissionem appellationis potius, † quam ad animum 8
iniuriandi referri videbantur, Oldrad *cons. 53. n. 3.* Roman.
cons. 96. sub n. 4. Adden *ad Capellan. Tholos. decis. 410. illo
eodem num.* Boss. *prax. crimin. tit. de iniur. sub num. 4. latè*
Surd. *dec. 89. ex num. 24.* prout ipse Samuel declarauit, ap-
posita protestatione, quod semper sit salua reuerentia Re-
ctori debita, ex qua sublato animo iniuriandi, cessat iniu- 9
ria, ab illo potius quàm à verbo dependens ad terminos
text. in l. si non conuicij, & ibi DD. C. de iniur. vt in proposito
concludunt Vest. *in praxi lib. 7. cap. 3. nu. 31.* Baiard. *in ad-
dit. ad Clarum prax. crim. §. iniuria n. 25. & præ cæteris* Hon-
ded. *cons. 96. ex n. 13. vol. 1.* ad distinctionem alterius casus
in quo conuicia essent clara, nec remaneret interpretatio-
nis, † quia tunc inutilis esset hæc protestatio veluti con- 10
traria facto, in quo casu loquuntur DD. pro vniuersitate
adducti, vt distinguendo concludunt Ricc. *in collect. decis.
1874 cum alijs per* Modern. Messanen. *in addit. ad* Franc.
de protest. consider. 38. sub num. 1. Rota coram Seraph. *decis.
1343.*

Non tamen potuisset Rector Vniuersitatis in hoc casu
iudicem iniuriæ esse † in se ipsum illatæ quia cum vltra 11
infamiam, de qua *in l. Iudici 42. ff. de iniur.* pœna iudicem
iniuriantis, in libello appellationis personam iudicis non
solum iniustitiam sententiæ tangendo, sit extraordinaria arbitrio 12
ius dicentis iuxta vtriusque Iuris sanctionem *in leg. illud
sciendum 8. ff. de appell. & in c. dilectus 11. de pœn.* Menoch.
de arbitr. iud. cas. 263. n. 7. & 8. Farin. *prax. crim. q. 105. n. 201.*
Baiard. *ad Clar. d. § iniuria nu. 24. & 25.* Scannarol. *de visit.
carcerat. lib. 1. § 10. ex n. 26.* & apposite dixit Rex Theodo-

ricus

ricus apud Cassador. lib. 1. epist. 31. Gomez. var. resol. tom. 3.
cap. 6. sub num. 7. & 8. Farin. in prax. crimin. qu. 105 num. 201.
& 202. Berlinch. concl. legal. par. 4. concl. 66. nu. 24. Harpret.
in § iniuria autem nu. 48. instit. de iniur. Rota coram Arguell.
dec. 44. n. 41. & 42. repetit in rec. p. 10. dec. 82. Potest quidem
iudex, cuius maiestas læsa est, procedere ad punitionem,
13 quando pœna aliquo casu esset determinata, † quia tunc
esset simplex executor legis in defensionem dignitatis citra
vllam suspicionem, vt ob offensam propriam pœnæ
modum excedat, in quo sensu accipiebant Domini sententiam
Canonistarum, vbi præ cæteris Franc. in cap. 1. de
pœnis in 6. Castren. in d. l. cum illud, ff. de appell. Salicet. in l.
falsi in fine, C. de fals. Alberic. in l. Senatus consulta, ff. de off.
Præsid. Oldrad. cons. 7. per tot. Alex. cons. 13. sub n. 10. vol. 6.
Crauett. cons. 232. sub num. 2. Roland. cons. 48. n. 7. & 8. vol. 2.
Vestr. in prax lib. 7. d. cap. 3. nu. 31. Baiard. in addit. ad. Clar. d.
§. iniuria, sub n. 24. & ipsemet Clar. in praxi crim. §. fin. qu. 35.
nu. 26. cum aliis per Giurb. cons. crim. 59. n. 92. & per Merlin.
Pignatell. centur. 2. contr. 71. ex n. 3.
Secus autem, quando, vt in casu agitur de pœna arbitraria,
quia tunc Iudex offensus procedere nequit, & cum
14 præsertim recusatus est, † abstinere debet, ne modum excedat
in arbitrando offensæ grauitatem, quæ licet fiat dignitati,
est tamen inseparabilis à persona, cui Dignitas cohæret,
& consequenter, ne Ius sibi dicat in re propria quod
15 vetitum est in l. vnica C. ne quis in sua caus. iudic. & est communis,
ac magis æqua Iurisperitorum, & Canonistarum
distinctio de qua Ananias, Abb. & alii in cap. 1. de maledict.
& in cap. 1. de pæn. idem Abb. in cap. cum venissent num. 9. de
iudic. Capyc. decis. 124. num. 4. Roland. de contr. dict. cons. 48.
num. 16. vol. 2. Menoch. de arbitr. iudic. d. cas. 63. sub n. 9. Clar.
prax. crim. §. fin. dict. qu. 35. sub num. 26. Farin. in ead. prax qu.
17. nu. 44. & 45. in fin. & qu. 21. nu. 130. Mastrill. de magistrat.
lib. 5. cap. 3. sub nu 77. Carleuallus de iudic. tom 2. disp. 2. q. 7.
sub n. 798. Caball. resol. crim. cas. 128. sub n. 9. Modern. Cantianen.
resol. crim. verb Iudex resol. 7. nu. 8. & per tot.
Neque ad euitandas istas nullitates, videbantur Dominis
suffragari facultates vniuersitatis Cracouiensis, quæ
ex priuilegio Bonifacij Noni Rege Vladislao petente,
exæquata est Vniuersitati Parisiensi, à quo Rege funda-
16 tam anno 1400 alij volunt, vel potius † restitutam, postquam
à Casimiro Rege anno 1361. erecta fuerat, vt apud
Renat. Coppin. de Dominio Franciæ lib 3. tit. 27. num. 19.
P. Mendo de iur. Accadem lib. 1. qu. 4. in fine.
Quia licet non negarent Domini Rectorem Vniuersi-
17 tatis † habere iurisdictionem in omnes, qui sunt de Vniuersitate
in tet. iur. dispos. in § penult. vbi glos. verb professores
in proœm. Pandectar. in auth. habita, vt præ ceteris, Rebuff.
C. ne fil. pro patre, ac etiam ex priuilegijs Pontificum Romanorum,
& Regum, de quibus laté Scribentes in l. vnica,
& ibi Castren. sub num. 1. C. in quib. caus. milit. & in l. fin.
C. de iurisd. omn. iudic. in l. vnica C. de stud. liberal Vrb. Rom.
lib. 11. & in leg vnica C. de professor. qui in Vrb. Constantinop.
lib. 12. Canonistæ omnes in Rubr. & tot. tit. de Magistr. &
in Clement. 1. & 2. illo eod. tit. & in proœm. 6. & Clementinar.
verb. Bononiæ, Barbos. & alii ad Conc. Trid. sess. 5. de reform.
cap. 1. ad fin. & sess. 25. cap 2. & 6. Lucius de priuileg. scholar.
priuil. 65. per tot. Mart. de iurisd. par 4. cas. 39. Ansald.
de iurisd. Eccles. par. 2. tit 11. cap. 5. nu. 3. & num. 13. & seqq.
Cochier. de iurisd. in exempt. par. 2. qu. 45. num. 66. Tholosan.
de Republ. literar. tit. 18 cap. 7. per tot. & cap. 10. num. 10. &
per tot. Cassan. cathal. glor. mund. d. par. 10. consid. 32. Renat.
Coppin. de Dominio Franc. lib. 3. dict. tit. 27. Besod. de iur.
Accadem. post orat. 5. cap 3 nu. 2 & cap 6. in princ. Alphons.
de Escobar. de iurisdict. in studios. cap. 6. & 7. P. Mendo de
iur. Accadem. lib 1. d. qu. 4. & qu. 24. Rota coram Pen. decis.
557. num. 2. & 4. & in terminis huius Vniuersitatis Cracouien.
Besold. de iur. Accadem post orat. 5. d. cap. 6 sub num. 3.
& 5. in fin. Rota coram Bich decis 448. n. 6. & 7.
Non ideo sequatur illatio, quod sine citatione procedi
posset, veluti manu Regia, de facto pro correctione mosum,
& reuerentia Rectori debita, qui in libello appellationis
honorem proprium læsum putauerat, quacumque
appellatione reiecta, etiam ex Statutis Accademiæ, quæ
appellationem prohibent ad quemcumque Iudicem Ecclesiasticum,
vel sæcularem, vt Rectoris sententia inuio-
18 labiliter seruetur, † quia quemadmodum ex his non censetur
sublata citatio, ad terminos Textus in d. Clementina
sæpè, §. sententiam verò de verb. signific. & in l ad Edictum
ff. de iudic. quamuis Rector Vniuersitatis procedat sum-
19 mariè, † & quoquomodo executiuè, vt in præcisis termi-
nis Fragos. de Regim. Reipub. par. 2. dub. 4. disp. 12. n. 105. Pereir.
de Repub. literar. num. 195. atque generaliter, vt ex istis
clausulis etiam manu Regia, & de facto non censeantur
sublata substantialia iudiciorum, prout est citatio, † à 20
iure naturali, non à legum rigore procedens, quamuis tollantur
illorum solemnitates, & subtilitates, est Theor.
Bart. communiter recepta in extrauagant. ad reprimendum
verb. & figura sub n. 6. Zabarell. in Clem. dispendiosa qu. 40.
de iudic. Asin. in praxi §. 3. cap. 3. sub. n. 14. Gambar de potest.
legator. à later. lib. 8. tit de iudic. n. 170. Blanch. de compromiss.
par. 1. sub n. 24. Grat. decis. Marc. 68. n. 8. & plurib. seqq. &
decis. 231 ex n. 3. Rub. singular. Rot. part. 4. claus. 264. numer.
12 Barbos. tractat. var. de clausul. claus. 173. numer. 26.
Caualcan. de Brachio Regio par. 6. cap. 12. sub n. 317. & seq.
Rota cor. Cocc. decis. 722. n. 4. & in Romana manutentionis
11. Febr. 1675. §. alii tamen, cum seqq. coram R. P. D. meo Taia.
Cum, & Principis ipsius sententia, parte non citata,
non valeat, † ipseque citationem, quæ à iure naturali 21
procedit tollere nequeat, vt de sententia Imperatoris
Henrici dicebat Clemens V. in Clement. Pastoralis §. cæterum
defectus, de re iud. & est tex in l. fin. vbi gl. verb. præcentialiter
de legib. & de seipso Pontifex profitetur in cap. 1. de
caus. possess. & propriet.
Ita pariter non censetur prohibita appellatio ad ipsum
Pontificem, quem Nuntius repræsentat, vt sententia vniuersitatis
reformet exemplo Accademiæ Parisiensis, † cui 22
se exæquatam Cracouiensis affirmat, de quo est Text. expressus
in cap. ex literis 11. de constit. cum ad Principem supremum
recursus nunquam interdictus censeatur, † à quo 23
quemadmodum iurisdictiones omnes fluunt, ita etiam
conueniens est, vt postea refluant, ad Text. in l. præcipimus
32. §. eod. C. de appellat Mart. de iurisdict. par. 1. cas 33 n. 103.
Ansald. de iurisdict. Eccles. par. 2. tit. 11. cap 21. nu 39. & 40.
neque vlla prohibitio appellationis intelligatur de illa,
quæ ad supremum Principem interponitur, & præsertim
ad Summum Pontificem, † ad quem permissa est semper 24
Regum, & Imperatoris, ex congestis in proposito per
Adden. ad Burat. decis 597. n. 13. Spad. cons. 14. vol. 1. Scacc.
de appellat. qu. 16. limit. 1. n. 126. & limit 15. n. 3. prout in præcisis
terminis Accademiarum Abb. Panorm. q. 6 per tot. Luc.
de priuileg. Scholar. 73. Tholos. de Repub. liter. lib. 18. d. cap.
50. sub n. 10. Scacc. de appell. q. 8. n. 124. Pereir. in Repub. liter.
n. 1050. Alphons. de Escobar. de iurisd. in studios. c. 21. n. 202.
& seqq. & c. 24. n. 9. & in terminis Nuntij Apostolici, † qui 25
vt dictum est vicem Pontificis gerit, ad terminos Text.
in cap. dilecti 66. de appell. idem Escobar. de iurisdict. in stud.
d. c. 21. sub n. 207. & d. c. 24. nu. 38 39. & 48. P. Mendo de iur.
Accad. lib. 1 n. 256. & 331 & confert Rota cor Pen. d. n. 14.
Præterim cum nulla fuerit, vt dictum est, & euidenter
iniusta, vt mox dicetur Rectoris sententia, quo casu
etiamsi appellatione remota procedatur, & sententia trahat
secum executionem, prout plerumque obseruatur in
criminalibus, adhuc admittitur appellatio, neque appellans
dicitur periurus contraueniendo Statutis Accademiæ
de non appellando, † quia hoc casu non appellat à 26
sententia, † cuius nomen non meretur factum nullum, 27
& euidenter iniustum, ad Text. in l. 4. §. condemnatum, ff.
de re iud. sed adit superiorem, vt resistat violentiæ priuatæ
† cui, vt ab initio dicebatur, factum hoc æquiparatur, vt 28
post alios comprobant Afflict decis. 39. n. 5. Bertaz. cons. crimin.
79. n 1. & seqq. vol. 1. Decian. tr. crim to. 2 lib. 8. cap 9. nu.
36. Farinac. prax. crim. qu. 101 n. 102. Spad. cons 112. nu. 18.
vol. 3. cum alijs per Modern. Cantianen alleg. ciuil. 80. n. 36.
& 37. Rot. rec par. 3. dec. 117. n. 1. Seraph. dec 988. nu. 15. &
seqq. Greg XV. dec. 91. n. 10. R. Carill. dec. 27. n. 2. & 3.
Quinimò etiamsi essemus in ipsa executione, à qua
non datur appellatio, prout in taxatione expensarum,
quæ est executio sententiæ, & in similibus, concederetur
tamen ab illius excessu, à † quo licet appellare, ad text. 29
cum ibi notat. in l. ab executione C. quorum appell. non recip.
& in l. fin. vbi Bart. nu. 2. C. quand. prou. non est necesse, Innoc.
in cap. fin. de his, quæ vi, metusue caus. fiunt, Salust. Tiber. in
prax. A. C lib. 2. c. 44 n. 4. Ridolph. in prax. p. 1. c. 13. n 620.
& 622. Rot. diuers. p. 1. dec. 100 nu. 20. prout appellatio admittitur
† ab excessu pœnæ, t per Lancell. de attent. p. 2. 30
c. 12 limit. 9 n. 10 Farin. in prax. d. qu 101. sub n. 110. atque ab
iniusta, & excessiua correctione etiam respectu regularium,
† inter quos à correctione non admittitur appella- 31
tio tam attenta dispositione iuris, quam Concilij Tridentini
sess. 24. de reform. c. 10. vt post posita distinctione speculatoris
quoad Clericos Regulares, vel sæculares, Felin.
in cap.

in cap. super literis numer. 18. de rescript. Cocher. *in constit.
Concil. Lateranen. post tract. de iurisdict. in exempt. par. 5.
§. 7. n. 44.* Diana *tom. 7. tract. 1. de duob. regul. resol. 51. nu. 3.
iuxta vlt. impress.* Card de Lugo *to. 2. de iust. & iur. disp. 37.
sect. 14. n. 175.* Sanchez *in summ. tom. 2. lib. 6. cap. 8. n. 10.* &
32 generaliter à quocumque † excessu in exequendo, Bertaz-
zol. *cons. crim 401. n. 22. vol. 2.*

Euidens autem iniustitia, ex qua deducebatur excessus
in ipsa executione pœnæ quatenus Rector Vniuersitatis
in huius priuationis sententia validè processisset, in-
surgebat ex eo, quod Statutum ipsum Accademiæ
contra obloquentem imponit pœnam decem marcha-
rum intra spatium vnius mensis; quod si soluere negle-
xerit, tunc in arbitrio Rectoris sit, vt carceretur,
aut tamquam membrum putridum ab Vniuersitate
excludatur, vt sunt eiusdem Statuti verba, ideoque
vltra nullitatem actus ob Statuti formam non serua-
tam, clara est iniustitia, quia tam ex literis Statuti,
quàm ex dispositione iuris communis non erat locus
priuationi, & depositioni à gradibus, & honoribus ar-
bitrio Rectoribus, quando iam certa pœna solutionis de-
33 cem marcharum statuta erat, † quia pœna arbitraria
à Iudice decerni potest in ijs tantum casibus, in quibus
pœna ordinaria determinata non est, ad terminos Text.
in l. 1. §. Expilatores ff. de effractor. & Expilator. Castren.
in l. certo generis §. si totus in fine ff. de seruit. rustic. præd.
Bertazzol. *cons. crim. 65. nu. 8. & cons. 214. nu. 1.* Peguer. *dec.
5. nu. 3.*

Et ita, vtraque Parte pro grauitate, & nouitate articuli
enixè informante, Domini responderunt.

R. P. D. RONDININO

Firmana Fideicommissi.

Veneris 31. Ianuarij 1676.

ARGVMENTVM.

De duabus donationibus, secundam præualere deciditur, quia bona secundo loco donata, erant etiam donatario tradita, vbi prior donatio facta fuerat absenti, sine cuius ratificatione, insinuatione, alijsque solemnitatibus, substineri non poterat; Ratificatio autem sine scientia non datur; insinuatio verò, cæteræque solemnitates ex solo cursu temporis sine obseruantia non præsumuntur, quorum defectus post motam litem, & subsequutam traditionem bonorum adimpleri minimè poterant.

SVMMARIVM.

1 *Donatario absenti licet ius acquiratur ex sola stipulatione Notarij, illius tamen ratificatio requiritur, sine qua contractus non est perfectus, nec irreuocabilis.*

2 *Donans non dicitur habuisse animum donandi, nisi quatenus donatarius acceptet.*

3 *Acceptatio donationis factæ absenti, sine illius scientia non datur.*

4 *Consensus nec etiam in merè lucratiuis, sine scientia præsumitur.*

5 *Instrumentum carens clausula* actum, *subscriptione Notarii, & alijs requisitis necessariis remanet informe, & non attenditur.*

6 *Contractus non dicitur habitus pro perfecto, si illius instrumentum contineat multa spatia alba sine vlla scriptura.*

7 *Donatio non insinuata, & destituta solemnitatibus requisitis à Constitutione Ægidiana, remanet nulla.*

8 *Insinuationem, & solemnitates non supplet solus lapsus temporis, sine obseruantia.*

9 *Solemnitates donationis præsumuntur in contractu diu obseruato cum possessione donatarii, & patientia donantis.*

10 *Donatarias secundus, cui res fuit tradita, præfertur primo sine vlla traditione, & vid. num. seqq.*

11 *Donatarius potest agere contra donantem pro obseruantia donationis.*

12 *Donationis traditio sufficit vera, vel ficta per clausulam constituti, vt primus, vel secundus donatarius præferatur.*

13 *Donatione posteriore facta cum traditione bonorum, non licet priori donatario supplere defectus primæ donationis.*

14 *Declaratio intempestiua, & re amplius non integra non admittitur.*

DECISIO DCXL.

SVPER duabus donationibus Cicchi Formoni plu-
res in hoc Sacro Tribunali emanarunt decisiones
coram Remboldo, coram Vbaldo, & coram bonæ me-
moriæ Pancirolo enuociatæ in postrema decisione hu-
ius causæ * 28. Iunij 1675. coram me in locum Re-
uerendissimi Matthæi ad Sacri Palatij Apostolici Præ-
fecturam assumpti, specialiter deputato ab Eminentis-
simo Domino Cardinali Gabriellio Principe Firmi, in cu-
ius causæ prosequutione cum hodie Dominos consulue-
rim, vtra ex dd. donationibus præualeret, posteriorem
præualere Domini responderunt, recedendo ab vltimo lo-
co decisis 14. *Nouembris 1622.* coram Vbaldo *in recentior.
par. 4. tom. 2. dec. 428.*

Quamuis enim Domini non impugnarent conclusio-
nes in eadem decisione firmatas, vt nempè prior donatio
ius donatario detulerit ob acceptationem Notarij, eius-
que stipulationem pro absente cum clausula cæterata,
† dicebant tamen ius hoc fuisse in pendenti, & suspen- 1
sum vsque ad donatarij ratificationem, sine qua con-
tractus perfectus non dicitur nec irreuocabilis, sed si po-
stea non superueniat, licet alteri donare, quia donans
non dicitur habuisse animum se obligandi, nisi quatenus 2
donatarius acceptet, † quod dici non potest, deficiente 3
etiam scientia, prout in casu, quo donatarius morabatur
in longinquis partibus apud Palmatos, † sine qua non 4
datur consensus etiam in merè lucratiuis, *ad textum in l.
qui absenti ff. de acquiren. possess.* Sotus *de iustitia, & iure
lib. 3. quæst. 5. artic. 3.* Sanchez *de matrimon. lib. primo dispu-
tat 6. ex num. 10.* Molina *de primogen. Hispanor. lib. 4. cap.
2. sub num. 62.* Valenzuol. qui loquitur in consanguineo *cons.
119. ex nu. 134. volum. 2.* Gutierez *in capit. quamuis pactum
num. 59 de pactis in 6.* Altograd. *cons 63 num. 69. volum. 2.*
Rot. post Zacchariam *de obligat. cameral. decis. 123. nu 12.
& seqq. in rec. par. 3. dec 591. sub numer. primo, & seqq. &
par. 14 dec. 203. nu. 12.* & coram clar. memor. Card. Celso
dec. 21. num. 5.

Vetum & folium prioris donationis est penitus in-
forme, cum careat inuocatione diuini nominis, indictio-
ne, Pontificatu, loco, loco loci, subscriptione Notarij,
& clausula actum, † quæ sunt ex requisitis ad fidem in- 5
strumenti, iuxtà celebrem *gloss. in l. general. C. de tabular.
lib. 10.* continerque multa spatia alba sine scriptura, † ex 6
quibus omnibus deducitur contractum non fuisse habitum
pro perfecto, iuxtà plenè deducta coram Seraph. *dec. 499.*
& coram Buratto *dec. 666 per totam.*

Et ad prædictæ donationis insubsistentiam additur
etiam defectus insinuationis, † & aliarum solemnita- 7
tum, quas Constitutio Ægidiana præscripsit *libro 5. ca-
pit. 25.* quas lapsus temporis supplere non potuit, cum in
eo vis non consistat, † sed in obseruantia cum tempore 8
coniuncta, quasi credendum non sit omnes solemnitates
non præcessisse † in contractu obseruato cum possessio- 9
ne rerum donatarum, & patientia donationis, ex de-
ductis per Gabriel. *consil. 36. num 12. volum. primo,* Grat.
discept 474. numer. 11. Surd. *decis. 231. nu. 19.* Rota *recen.
par 4. tom. 3. decis. 682. num. 19.* Coccin. *decis. 301. numer.
3. & decis. 364. num. 6.* Caualer. *decis. 354. illo eodem num.*
cum alijs *in Perusina dotis 10. Iunii 1672. §. hinc tollitur co-
ram me.*

Tan-

Tantum autem abest in hoc casu obseruantiam concurrere cum subsequuta possessione bonorum, vt potiùs constet de ineffectuatione expressa prioris donationis, cum Cicchus postea donauerit Ludouico filio Pieratij prioris donatarij, subsequuta traditione bonorum ex causa illius secundæ donationis, tam ex clausula constituti, quàm ex testibus deponentibus, quod post hanc sequutam donationem, non autem prius Ludouicus bo-
10 na possedit, Summ. de Mattheuccijs *num. 1. & 6.* † quo casu quemadmodum præferuntur donatarij ex secunda donatione, ex quorum iuribus agit Catharina Camilla de Mattheuccijs, quibus res tradita fuit in concursu prio-
11 ris donatarij sine traditione, † cui remanet actio persona-
12 lis contra donantem pro obseruantia † donationis, nisi istius quoque fauore præcesserit traditio vera, vel ficta per clausulam constituti, ad celebrem *text. in l. quoties C. de rei vindicat. Hodiern. ad* Surd. *dec. 111. num. 2.* Vegg. *consil. 34. num. 3. & seqq.* Valenzuol *d. consil. 219 num. 26.* Cephal. *consil. 400. num. 49.* & post alios latè adductos Tiraquell. *de constit. possess. par. 2. limitat. 30. sub num. 31.* Andreol *contr. 240. n. 35.* & prius *contr. 20. n. 8. & 15.* Rota cor. Vbald. *dec. 191. n. 6.* Merlin. *dec. 568. nu. 30.* & coram Reuerendiss. Royas *dec. 314. n. 2.*

Ita pariter non licet amplius post mortem prioris donatarij, & post factam secundam donationem cum sub-
13 sequuta traditione bonorum, & post litem in iudicio † introductum, supplere defectus prioris donationis siue ex insinuatione, siue ex consensu, & acceptatione, siue ex quacumqua alia causa, cum non admittatur ista in-
14 tempestiua declaratio, † re amplius non integra, ad terminos *textus in l. fundum 16. & in l. fundi 18 ff. de except.* & est celebre dictum Angeli *consil. 179. sub num. 7* Castrens. *cons. 337. par. 2.* Boccacc. *ad constit. Marchiæ gl. 1. n. 12.* Hodiern. ad Surd. *d. dec. 111. nu. 2.* Rota coram Reuerendissimo D. Royas *d. dec. 314. sub illo eodem numero*, & alijs adductis *in Perusina dotis 15. Ianuarii 1672. §. neque hunc cogam vm.*

Quod autem hæc secunda donatio comprehenderet etiam bona Griptæ Azzolinæ, satis probatum fuit in decisione huius causæ anno 1620 coram eodem Vbaldo, quæ est *in recent. par. 4. tom. 3. decis. 716.* cuius fundamenta etiam hodie Dominis placuere.

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

Aliæ binæ decisiones in hac causa emanarunt coram R. P. D. Rondinino sub die 11. Decembris istius præsentis anni, quæ inferius suo loco, & tempore apponentur.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Ferrarien. Bonorum.

Veneris 31. Ianuarij 1676.

ARGVMENTVM.

Simulatus prætendebatur contractus, & vna simul vsurarius, ex pacto redimendi, modicitate pretij, quia venditor in possessione permanserat, & alijs etiam pluribus coniecturis; sed pro illius realitate deciditur, quia modicitas pretij, quod erat principale fundamentum, non fuerat probata; cætera verò cessabant; nam pactum redimendi de iure permittitur, possessionis continuatio à subsequuta locatione procedebat; aliæ etiam coniecturæ minus sufficere visæ sunt, tamquam parum vrgentes, & quæ non erant legis, sed hominis, prout ad hunc effectum requiritur.

SVMMARIVM.

1 *Venditionis contractus factus cum pacto redimendi, ab vtroque iure approbatur.*
2 *Emptor potest immediatè bona empta venditori locare, & num. 8.*
3 *Simulatus præsumitur, & fœneratitius contractus ex modicitate pretii, & pacto redimendi.*
4 *Pactum redimendi semper minuit valorem, proportionabiliter tamen secundum tempus inter partes conuentum.*
5 *Pretii modicitas ad effectum inducendi contractum fœneratitium debet excedere dimidium iusti pretii.*
6 *Simulationis coniecturæ pro inducendo contractu fœneratitio debent esse vrgentes, & efficaces, legis, non autem hominis.*
7 *Simulationis coniectura dicitur si venditor remansit in possessione rei venditæ, sed limita num. 8. & seqq.*
8 *Locatio rei emptæ inter emptorem, & venditorem fieri potest, siue incontinenti, siue ex interuallo.*
9 *Conductor etiamsi antea fuisset dominus, non amplius sibi, sed pro nouo domino possidet.*
10 *Expensæ instrumenti fieri debent ab vtroque contrahente.*
11 *Gabellæ, & alia onera realia à domino, & emptore soluenda sunt.*
12 *Vsurarius non dicitur contractus, in quo fuit conuentum gabellas, & alia onera realia fore à venditore soluenda.*
13 *Contractu inito cum pacto redimendi, non reprobatur conuentio, quod venditor soluat canones, habeatque onus reparandi rem in casum ruinæ.*
14 *Pactum redimendi quatenus redolent vsuram ex conuentione denunciandi redemptionem intra certum tempus.*
15 *Redemptionis denunciatio certo tempore conuenta ideo fit, vt emptor possit parare nouum inuestimentum, & debitor non sit in damno, dum interim gaudet commodo pecuniæ.*
16 *Stabilia præsumuntur reddere sexto quinque pro quolibet centenario, limita vt num. seq.*
17 *Præsumptio iuris, quod stabilia reddant quinque pro centenario, admittit probationem in contrarium.*
18 *Instrumenta locationum probant quantitatem fructuum.*
19 *Conductio prædij rustici fieri non præsumitur, vt conductor perdat, sed vt soluto pretio aliquid superlucretur ex eo.*
20 *Simulatio, & vsura excluduntur ex nobilitate contrahentium, qui non consueuerunt fœnerari, ex obseruantia, & defectu causæ simulandi.*

DECISIO DCXLI.

NONNVLLA petia terrarum Prædij nuncupati la Boaria, quod Comites de Rossettis anno 1593. emerant, fuerunt ab eisdem anno 1617 vendita pretio scutorum 2000. libr. 4. pro scuto cum pacto redimendi infra quinquennium Comiti Alexandro Areosto, qui statim pro annua pensione scutor. 160. similium illa locauit ipsis venditoribus affirmantibus, tantundem reddere habito respectu ad summam, quam pro affictu integri Prædij soluebat Antonius Piccininus tunc temporis Conductor. Orta postmodum super præmissis controuersia inter hæredes contrahentium, eaque in iudicium deducta, emanauit sententia declarans venditionem simulatam in fraudem vsurarum, & pensiones excessiuas, & in sortem imputandas; sed hodie in gradu appellationis Rota contrarium censuit.

Vterque enim contractus à iure permissus reperitur; † Nam venditio cum pacto redimendi approbatur ab 1
vtro-

vtroque iure, vt in *cap. ad nostram de empt. & vendit. vbi*
gloss. & Doct. *in l. 2. C. de pa&#.; inter empt. & vendit.* & de
2 altero locationis † immediatè factæ venditori loquitur
text. in l. si sterilis §. si fuadas ff. de act. empt. & in l. quæ iam
mulier ff. de re iudic. Honded. *cons. 33. nu. 64. lib. 2.* & dixit
Rota *in Prænestina simulationis contractus 19. Ian. 1667. §.*
Etenim coram Illustriss. Ottalara Præside Granaten.

Nec ad illos infringen. visa est adaptabilis conclusio,
quod contractus præsumatur simulatus, & fœneratitius
3 † concurrente modicitate pretij cum pacto redimendi, vt
tenent Cagnol. *in d. l. 2. n. 59. C. de pact. inter empt. & ven-*
dit. alijque relati *in d. Prænestina simulationis contractus.*

Quia vltra quod præsumptio semper militat pro iusti-
tia pretij, talis modicitas tantum abest, quod in præsen-
ti probetur, quod contrarium apertè conuincitur ex eo,
quod de tempore, quo Comites emerunt prædium, bo-
na, de quibus agitur, fuerunt æstimata à Peritis in libris
decem millibus quinquaginta octo, & solid. 15. & cum
illa postmodum vendiderint Comiti Areosto pro scutis
2000 lib. 4. pro scut. quæ adamussim constituunt libr.
8000. quibus addita quarta parte pluris ascendente ad
4 alia lib. 2000. stante pacto redimendi, † quod semper
minuit valorem proportionabiliter ad tempus inter par-
tes conuentum, vt notabiliter explicat Cyriac. *contr. 261.*
num. 45. quem sequitur Rota in *Anconitana bonorum 10.*
5 *Iunii 1672. §. final coram me*, patet, nullam adesse † mo-
dicitatem, quæ ad effectum, de quo agitur, debet dimi-
diam iusti pretij superare, Honded. *d. consil. 33. numer. 62.*
lib. 2. Gratian. *discept. 600. num. 2.* Rota coram Andr. *dec.*
109. n. 7. & in Romana domus 29. Aprilis 1667. §. iniustitia
coram Reuerendissimo D. meo Beuilaqua Patriarcha Ale-
xandrino.

Nec coniecturæ allatæ ad colorandum simulationem
visæ sunt vrgere, quia ad hoc, vt exindè contractus fœ-
6 neratitius iudicetur, requiritur vltra modicitatem † pre-
tij, quod illæ sint efficaces, dilucidæ, & legis, non au-
tem hominis, itaut ex illis inferatur animus fœnerandi,
Bald. *cons. 25. num. 2. lib. 4.* Caren. *resol. 22. num. 5.* Rot. *dec.*
253 in fin. part. 4 tom. 2. rec. & in d. Romana domus coram
Reuerendissimo Alexandrina, & in Prænestina simulationis
contractus 17. Iunii 1669. §. Et quamuis coram R. P. D. Vi-
cecomite.

Tales autem non fuerunt iudicatæ, quæ ad ostenden-
dam simulationem in præsenti adducebantur; Nam illa
7 desumpta † ex eo; quod venditores remanserunt in pos-
sessione bonorum venditorum, de qua *in l. sicut §. super-*
uacuum ff. quib. mod. pign. vel hypot. soluunt. parui penden-
da est; Tùm quia de iure talis contractus inter emptorem,
8 & venditorem non reprobatur, † siue incontinenti, siue
ex interuallo inter ipsos stipuletur, vt præter supra rela-
tos tenent Crauett. *cons. 45. n. 4* quem sequitur Marescott.
var. resol. lib. 2. cap. 233. Cyriac. *contr. 68. nu. 1.* Rota *dec.*
109. n. 6. 11. & 15 coram Andr. Tùm etiam quia dum ven-
ditor conducit ab emptore rem venditam, remanere de-
9 bet in ipsa, vt ea frui possit, quo casu non amplius vti †
Dominus, sed pro Domino possidet, quamuis in re ha-
beat personalem insistentiam causatam ex nouo titulo lo-
cationis, Cyriac. *contr. 259. n. 7.* Menoch. *de arbitr. lib. 2.*
cas. 59. n. 18. Ruta *Bonon. diuers. dec. 119. n. 9.* Rota *dec. 31.*
n. 7. apud Merlin *de pignor.* & præcisè responsum fuit in
d. Prænestina §. illa namque coram R. P. D. meo Vicecom.

Altera verò elicita ex onere iniuncto ipsis venditoribus
soluendi nedum integras expensas instrumenti, quas de
iure in hoc contractu respiciente commodum amborum
10 contrahentium, † vterque eorum æqualiter soluere de-
bebat, iuxtà doctrinam Ioannis de Plat *in l. cum sæpè C.*
de erogat. milit. Annon. relat. per Alex. Sciatic. *de art. Ta-*
bellion. q. 27. n. 9. Verum etiam gabellas, quæ tamquam
11 onera realia † soluendæ sunt à Domino, non reddit con-
tractum vsurarium, vt in fortioribus, quod venditor
12 cum pacto † redimendi licitè possit cum emptore ex spe-
ciali pacto in se assumere onus soluendi canones rei vendi-
tæ, illamque reparandi in casum ruinæ, firmauit Rota
in allegata *Romana domus 29 Aprilis 1667. §. Nec vrgere*
coram Reuerendissimo Alexandrino, confirmata 23. *Iunii*
1670. coram eodem.

Similiter visa est non suffragari altera, quæ desumebatur
ex eo, quod locatio incipere deberet in festo S. Michaelis
an. 1616 & sic per plures menses ante instrumentum ven-
ditionis stipulatum anno 1617. quia præter quod id fuit
inter partes conuentum ad effectum se conformandi cum
tempore locationis initæ cum Antonio Piccinino generali
Conductore totius prædij; cessat ex facto, cum ex instru-
mento locationis appareat, quod de mense Aprilis 1618.
debuisset solui medietas affictus Comiti Areosto, quod
supponit in necessarium antecedens locationem inchoasse
præcedenti anno 1617.

Pariter non fuit admissa alia coniectura, quæ colligeba-
tur ex pacto denunciandi redemptionem emptori per sex
menses † ante, quia cum tale pactum non sit apposi- 14
tum negatiuè, vt si dictum esset, quod venditor non pos-
sit redimere, nisi post tantum tempus; ideò non redolet
vsuram, Honded. *d. cons. 33. num. 33. & 74. lib. 2.* Adden.
ad Buratt. *dec 271. num. 14.* Rot. *dec. 57. num. 3. post primum*
volum. consil. Farinac. & censetur appositum, vt interim
possit emptor parare nouum inuestimentum pecuniæ re-
stituendæ, † & nullum damnum affertur venditori, qui 15
interim gaudet commodo pecuniæ, Decian. *respons. 2. nu.*
136. lib. 1. Leotard. *de vsur. quæst. 15. n. 14.* & in puncto fir-
mauit Rota *in dicta Romana domus §. Nec vrgere coram*
Reuerendiss. Alexandrino.

Denique visa non fuit excessiua pensio constituta in
scutis 160. singulis annis, quæ habito respectu ad quanti-
tatem pretij scutorum 2000. constituit fructum scut. octo
pro centenario contra legalem præsumptionem, quod
stabilia † non reddant, nisi quinque pro centenario, & 16
anno, iuxtè opinionem Gloss. *in Auth. perpetua C. de sa-*
cros. Eccles. quia huiusmodi simplex præsumptio iuris
admittit probationem in contrarium, † & cessat quando 17
constat, bona reddere maiorem quantitatem, Natt. *cons.*
44. n. 3. & 4. Alex. *cons. 69. nu. 4. lib. 1.* Mantic. *de tacit. lib.*
4. tit. 24. n. 14. Rota *in Romana Pecuniaria 25. Iunii 1660. §.*
licet coram bo. me. Leone Verospio, & in d. Prænestina simu-
lationis contractus 19. Ianuarii 1667 §. qua excessiuitate co-
ram Illustrissimo Præside Granaten.

In proposito non solum resultat, bona, de quibus
agitur reddere dicta scuta 160. ex confessione ipsorum ven-
ditorum, qui medio iuramento affirmarunt, ex illis di-
ctam summam, imò maiorem percipi, computatis ho-
norantijs, alijsque appendicibus, & oneribus conductori
iniunctis, verum etiam id probatur ex instrumento lo-
cationis integri prædij, ex quo resultat bona hanc quan-
titatem reddere, habito respectu ad totum prædium,
quod etiam pro maiori summa locari potuisset, vt de-
ponit primus Testis pro Comitibus de Rossettis exami-
natus Ferrariæ, Summario responsionis Comitissæ Vio-
lantis *nu. 2.* † Instrumenta enim locationis probant quan- 18
titatem fructuum rei locatæ, Rota coram Arguell. *dec.*
113. numer. 22. & coram Dunozett. *dec. 179. numer. 2. &*
3 & dec. 317. num. 12. part. 11. recent. & in Romana manu-
tentionis, seu attentatorum 8. Iunii 1671. §. quo tamen co-
ram R. P. D. meo Randuino; nam homines non præsumun-
tur conducere Tenutas, & huiusmodi prædia rustica, † 19
vt perdant, sed vt in illis soluto affictu aliquid lucrentur,
vt aduertit Rot. *dec. 39. nu. 4. coram Penia* iuxtà Venetam
impressionem.

Quibus ad exclusionem fœnoris, & excessiuitas acce-
dit diuturna contractus obseruantia, & defectus causæ
simulandi nobilitas contrahentium, qui non consueue-
rant fœnerari; † vnde difficilior redditur præsumptio 20
vsurariæ prauitatis, Card. Mantic. *de tacit. lib. 8. tit. 25.*
n. 4. & 9 Mart. Medic. *dec. Senen. exam. 20 nu. 18.* Caren.
resol. 14. n. 20. & resol. 21. n. 22. & seq. Ciroc. *discept. 76. n.*
7. Rota *in sæpè allegata Romana domus §. præterea coram*
Reuerendiss. Alexandrino.

Et ita vtraque &c.

Hanc decisionem famulatur altera decisio in causa Tu-
dertina affictuum prædij 24. Februar. 1676. coram
R. P. D. Calataiu inferius suo loco, & tempore
apponendam.

R. P. D. T A I A.

Romana, seù Balneoregien. Fideicommissi.

Veneris 31. Ianuarii 1676.

A R G V M E N T V M.

Plura de legitimatione deducuntur, de
qualitate filij spurij, de donationis ac-
cepta-

ceptatione, & quatenus per illam censeatur fideicommissum reuocatum, vt scilicet admittantur in ea legitimati à Principe, si non resistat mens Testatoris, dummodo tamen inter eorum parentes potuerit esse matrimonium de tempore natiuitatis; hæc autem sine scientia non deducatur, quæ quatenus præsumenda sit, non inde acceptationem inferret, ne detur præsumptio præsumptionis, illa verò licèt importare possit reuocationem fideicommissi, tamenquia facta non erat seruata forma Statuti, non præiudicat.

SVMMARIVM.

1 *Confessio in materia filiationis ab auctoribus facta, nocet etiam possessori habenti causam ab eis.*

2 *Legitimati per rescriptum Principis admittuntur in fideicommisso facto pro descendentibus legitimis, & naturalibus.*

3 *Legitimati à Principe veniunt in fideicommisso, quando non resistit voluntas Testatoris, & non concurrunt verè legitimi.*

4 *Legitimatio etiam amplissima non valet contra voluntatem Testatoris.*

5 *Spurius qualiter accipiatur, & intelligatur natus extra matrimonium, & extra potestatem naturæ, & num. seqq.*

6 *Spurij nomen hodiernis temporibus illis congruit, qui vel ex inhabilibus ad nuptias, vel ex damnato coitu nascuntur.*

7. *Naturalis dicitur, non spurius qui nascitur ex parentibus, inter quos potuerit esse matrimonium tempore natiuitatis.*

8 *Legitimatio Principis obtenta sine præiudicio aliquorum dumtaxat, cæteris omnibus præiudicat.*

9 *Verbum* dumtaxat *omnes alios excludit.*

10 *Donatio inter viuos derogat fideicommisso, & numer. 21.*

11 *Legati ademptio inducitur per donationem etiam inutilem.*

12 *Donatio facta contra formam Statuti non valet, & num. seq.*

13 *Statutum Vrbis de donationibus, & de insinuationibus seruandum est etiam in districtu.*

14 *Scientia donatarii etiamsi præsumeretur, non inde arguitur præsumptio illius acceptationis, & quæ ee.*

15 *Hæredes donatarii non admittuntur ad donationem à suis auctoribus non agnitam, nec acceptatam.*

16 *Stipulatio Notarii pro hæredibus non suffragatur, vbi non constat de agnitione, & acceptatione donatarii.*

17 *Contractus sub impossibili conditione, & de iure turpi, tamquam vitiosus acceptari non debet.*

18 *Voluntas æquè colligitur ex facto, quàm ex non facto.*

19 *Facit etiam ille, qui non facit.*

20 *Alienare quis intelligitur, si per negligentiam non vtatur.*

21 *Legata, & fideicommissa particularia reuocantur per donationem, secus autem vniuersalia, & institutio hæredis.*

22 *Donatio particularis inutilis derogat fideicommisso vniuersali.*

23 *Alienatio voluntaria inutilis derogat legato tacito, non autem expresso.*

24 *Donatio insinuatione perficitur, & conficitur, maximè inter coniunctos.*

25 *Clandestinis, & domesticis fraudibus de facili inter coniunctos aliquid confici potest, & fieri consueuit.*

26 *Donatio facta inter virum, & vxorem non semper est inutilis, cum vtile esse possit si donans eam non reuocet, nec peniteat. & vid. num. 17.*

DECISIO DCXLII.

RESPONSVM fuit prima Iulij * proximi præteriti non dandam Actoribus immissionem; Hodie verò disputato dubio, An esset standum, vel recedendum à decisis, DD. communiùs, & concordiùs recesserunt.

Duobus articulis versata est quæstio, & Causa. Primo an fratres Actores sint substituti in fideicommisso Ioannis Corradi ordinato in testamento anno 1526. vti descendentes masculi legitimi, & naturales filiorum fideicommittentis, adeoque fauore illorum purificatum sit per obitum Martij vltimo loco defuncti. Secundo quantum derogauerit Ioannes Corradus suo fideicommisso, donando postea inter viuos anno 1528 duobus puerulis filijs suis legitimis, & naturalibus absentibus tamquam præsentibus.

Ad primum pro sua substitutione, & vocatione Actores proponebant se esse filios Leonidæ Nepotis Testatoris ex Vicinio filio, & esse solos descendentes legitimos, & naturales superstites ex filijs Testatoris; Possessor autem ad eos repellendos, non solùm negabat Leonidam Patrem Actorum esse legitimum, & naturalem, sed & fuisse filium Vicini. Verùm Actores multa replicabant pro ostendenda filiatione, quæ placuerunt Dominis, & præcipuè amplissimam legitimationem Gregorij XIII ad instantiam ipsius Vicini Patris asserentis, quod natus erat ex eo soluto, & muliere soluta, & admissionem illius à Corradino, & Martio seniore filijs Vicini ex legitimo matrimonio natis, & fratribus respectiuè Leonidæ in Causa Paterni testamenti, quamuis eorum iura expresse præseruata essent in legitimatione facta à Pontifice, & deinde ab ipsa Rota, iuxtà principium *decisionis* 20. *Nouembris* 1591. *coram Orano*, quæ est *dec.* 85. *post* Farinac. *cons. lib.* 1. repetita apud Pacific. de Saluian. *dec.* 160. & apud Merlin. *de legitim. dec.* 29 & successiuè in Instrumento concordiæ inter ipsos fratres 3. Iulij 1597. vbi apertè profitentur, Leonidam eorum fratrem filium naturalem, & legitimum Vicini communis Patris; Quæ amplius comprobantur ea præclara Epistola Horatij Nepotis Vicini ex dicto Martio seniore in Iudicium deducta 14. Martij 1674. à Martio vltimo defuncto, Auctore possessoris, & ex dilucida confessione ipsius Martij, qui requisitus à Principe emptore quorundam bonorum fideicommissariorum, vt faceret consentire fratres Actores post mortem Martij, sine filijs decedentis successuros, fecit eos expressim consentire, vt in Instrumento 2. Aprilis † 1652. cuius confessio, 1
& illius Maiorum, vt supra, de huiusmodi filiatione nocet possessori habenti causam ab eis, inquit Rota coram Coccino *dec.* 1560. *n.* 4 & coram *dec.* 1433. *nu.* 17. *versic. his accedant confessiones &c.*

Confert supradictis publica vox, & fama, & schema, seu Arbor Agnationis vtrinque pariter datum, & ibi Leonidas filius naturalis Vicini, vt in Positione 27. Martij 1675. Itaut parum dubitatum fuerit inter informantes de d. filiatione, & nihil inter DD. suffragantes, eo vsque vt ipsum Leonidam, & filios eius ex legitimo matrimonio natos in præsens Actores dixerint comprehendi inter descendentes masculos legitimos, & naturales † in fideicommisso Ioannis Corradi vocatos propter 2
legitimationem per rescriptum ad Fusar. *de substit. q.* 408. *ab initio cum classe allegatorum*, & nouissimè D. de Luca *de fideic. discurs.* 68. *num.* 6. *lib.* 10. vbi hanc opinionem perpetuò tenuit Rota antiqua, media, & moderna, præsertim quando non refragatur Testatoris voluntas, nec concurrunt verè legitimi *num.* 9. † quæ non refraga- 3
tur in testamento Ioannis Corradi, si constat filiatio ex Patre, & legitimatio à Principe, vt paucis sensit Rota *dec.* 151. *n.* 1. *par.* 13.

Vnus ex DD. dubitando dicebat recessurum à decisis, nisi obstaret, quod Testator excluserit omnes naturales quando exclusit spurios ex Presbyteris fortè, seu Laicis postea

stea nascituros etiam legitimatos &c. quasi quemcumque illegitimum excludere voluerit super hoc informantes adhuc audire desiderans, quia si resistat voluntas Testato-
4 tis † non valeat amplissima legitimatio, vt in celebri *Ciuitatis Castellanæ Bonorum* extraordinariè edita *7. Augusti 1583. coram Robusterio, & Romana fideicommissi 8. Iunii 1654. coram Verospio*.

Alter autem persistendo in decisis dicebat, Quod difficultas est, an Leonidas fuerit simpliciter naturalis, aut etiam spurius, proindeque exclusus, quo casu tenentur Actores probare simplicem naturalitatem cum exclusione spurietatis vti suæ actionis fundamentum, non obstante legitimatione, quia Pontifex non derogauit Testatoris voluntati excludendi spurios etiam legitimatos, quinimmo addidit sine præiudicio Corradini, & Martij, ac ab illis in infinitum descendentium legitimorum, & naturalium.

Sed DD. non sunt visæ obstare oppositæ *decis. coram Robuster.* confirmat. 14. *Octobris sequentis, & coram Verospio, vt supra*; Cum omnes longè distent à præsenti casu, maximè quod ibi agebatur ab Actore, qui intendebat excludere nominatim vocatos, & hic Actores intendunt admitti contra extraneum, & Testamentarium successorem.

Et planiùs visum est DD nil opus esse tantam subtili probatione simplicis naturalitatis, vbi legitimatus per se, quantùm filiatio constare potest, satis constat naturalis simpliciter, & ex solutis vt supra, & ex Testamento non excluditur, nisi spurius non largo, & lato modo
5 sumptus extra † matrimonium, & extra puritatem naturæ, vt scripsit Barbos. *verb. iur. Appell. 248. ad fin.* aliud docente *Iustiniano, seu Triboniano §. si aduersus ad fin. Instit. de nupt. vbi spurii quasi sine Patre filii*, sed exclusit spurios etiam certo modo expresso, ibi: *fortè ex Presbyteris, vel Laicis* &c. siue sacrilegis, siue incestis, siue adulterinis etiam modis procreatos, & simpliciter quoque nomen spurij ex hominum mente hodiernis temporibus illis con-
6 gruit, † qui vel ex inhabilibus ad nuptias, vel ex damnato etiam concubitu nascuntur, vt nouissimè dixit Lucidot. *de illegitim. prælud. a. 14.* Barbos. *d. appell. 248. a. 1. vers. strictè verò, & propriè*, vbi aduertit sufficere, vt quis non
7 dicatur spurius, sed tantùm naturalis, † quod inter Parentes potuerit esse matrimonium tempore natiuitatis &c. *n. 7.* ampliùs Merlin. *de legit. q. 7. ex n. 5. tit. a. lib. 1.*

Cæterùm præseruatio facta in legitimatione Iurium Corradini, & Martij, quibus Pontifex noluit præiudicare, nihil nocere visa est DD. nisi potiùs multum prodesse, quia cum fuerint præseruata solum Iura d. Corradini, & Martij, & vtriusque descendentium in infinitum mascu-
8 lorum dumtaxat, † euidenter constat Papam voluisse omnibus alijs præiudicate, qui non essent descendentes, iuxtà *l. eum Prætor 12. ff. de iudic.* & in simili casu Rota
9 coram Coccin. *dec. 1721. a. 37.* & ex verbo † *dumtaxat*, taxatiuo cæteros omnes excludere voluit Barbos. *dict. 96.*

Ad secundum articulum opponebat Possessor donationem factam à Ioanne Corrado postquam scripserat testamentum, qua concessit, & donauit inter viuos Maherbali, & Vicino filijs suis absentibus tanquam præsentibus omnes suas rationes, actiones, iurisdictiones &c. quas habet, & possidet, siue habiturus, & possessurus esset tam in stabilibus, quàm in mobilibus præsentibus, & futuris, paternis, & maternis in omnibus suis locis, Terris, Castris, Territorijs, & Dominijs &c. & priuauit iustis, & rationabilibus causis Hieronymum filium, iurans
10 &c. ex qua donatione † derogatum fuerit fideicommisso, *l. legatum sub condit. 24. in fin. ff. de adim. leg.* quatenus etiam
11 per donationem inutilem † inducitur legati ademptio, vt notant ibi Bart. & alij, Card. Mantic *de coniect. tit. 6. nu. 2. lib. 12.* Rot coram Caualer. *dec. 648. n. 8. & cor. Card. Corrado in Regien. Bonorum 23. Ianuar. 1647. apud* Tanagl. *de Audit.* Rot. *lib. 1. cap. 18. dec. penult.*

12 Sed nemine discrepante contrarium visum est DD. † quia defecerunt solemnia, immò formalia, & substantialia donationis requisita *à Statut. Vrb. 149. de donat.* nec-
13 non insinuatio *ad Statut. 150. de donat. insinuan. lib. 1.* † quod seruandum erat etiam in loco contractus, vt intra districtum, iuxta *dec.* coram Seraphin. *1251. & 1370. & 1392. & 1482.* defecit etiam non solùm stipulatio filiorum absentium, sed etiam stipulatio Notarij pro absentibus, nec vlla stipulatio, aut consensus Donatariorum præsumendus est Donatarijs semper ignorantibus, vt ex perpe-

tuo

tuo silentio, contrarijs actis donationi, alijsque vrgentissimis coniecturis desumitor, & si præsumenda esset scientia donatariorum, non tamen induceretur præsumptio acceptationis, & ratihabitionis, † ne præsumatur 14
scientia, & ex scientia assensus, atque ita detur fictio fictionis, & præsumptio præsumptionis, *ad l. si is qui pro emptore 15. ff. de vsucap. & ibi* Bart. *in fin.* Rot. *dec. 313. n. 9. par. 14. cum allegatis*, nec hodie † admitti possunt hæte- 15
des, Rot. coram Dunoz. sen. *dec. 50. ab initio cum allegatis*, Cancer. *var. resol. 8. de donat. n. 42. part. 1.* etiamsi stipulatus esse Notarius † pro hæredibus, Rot. coram Cardinali 16
Celso *dec. 21. n. 2.* cum alijs.

Congruit vltra defectum acceptationis donationis longissima obseruantia inter filios Ioannis Corradi, & eorum descendentium pro fideicommissu vniuersali omnium bonorum Testatoris, adeout, & si sciuissent donationem, præsumendum esset illam non acceptando reliquisse, vel remisisse in fideicommissum paternum, & certè cum pater proprium odium transfundere vellet in duos filios contra Hieronymum filium donando eisdem cum hac dura conditione, vt nunquam participarent bona donata Hieronymo, & in casum participationis forent priuati cum subitutione extraneorum † acceptari non debuit vitiosus 17
hic contractus sub conditione impossibili de iure vti turpi, *l. non solùm 31. ff. de obligat. & act. l. stipulatio hoc modo 61. ff. de verb. oblig.* cum alijs in gloss. Sanchez *de matrim. disp. 34. num. 2. lib. 1.* Præsertim quia voluntas filiorum ex non facto † sicuti ex facto colligitur Rot. *dec. 291. n. 11. & dec.* 18
389. n. 16. & 17. par. 9. & dec. 520. n. 15. par. 13. prout & qui non facit † facit, *l. 4. ff. quæ in fraud. cred. & ibi gloss. vnic. &* 19
gloss. faciat §. vltimo, l. ait Prætor ff. ex quibus causis maior. & non vtendo per negligentiam † alienare quis intelligitur, 20
l. alienationis verbum. 28. ff. de verb. signific.

Atque ita declinatus visus est Text. *d. legatum sub condit. 24. in fin. ff. de adim. legat.*

Quia vtrum procedat in legatis particularibus, † non 21
autem in vniuersalibus, & institutionibus hæredum, quod scripsit Andreol. *controu. 221. n. 32.* cum donationem particularem inutilem † derogantem tamen fideicommisso 22
vniuersali scripserat antea Sozin. sen. *cons. 104. n. 10. d. vers. ex quibus concluditur, & num. 11. lib. 3.* & generalius Couar. *ad rubr. de Testam. par. 3. nu. 2. sub vers. Aduertendum igitur, & par. 3. n. 19.* & vtrum alienatio voluntaria inutilis † reuocet legatum, si est tacitum, non autem si est ex- 23
pressum, iuxta Gloss. *Veneris ad §. si idem seruas, l. seruum filij ff. de legat. 1.* quod post antiquiores disputauit ibi Iason *nu. 9.* Tiraquell. *de legib. connub. gloss. 7. n. 67.* cum alijs.

Potiùs hæc donatio inualida, & imperfecta visa est, quàm inutilis, vtpote sine acceptatione ex parte Donatariorum, & sine insinuatione ex parte Donatoris, † 24
cum donationes insinuatione perficiantur, & conficiantur, maximè inter necessarias, coniunctasque personas, siquidem clandestinis, ac domesticis fraudibus, † quidius 25
pro negotij opportunitate facilè confingi potest, inquit Textus *l. data 27. Codic. de donat.* adeoque tam imperfectus, & nullus est dissensus Donatoris à fideicommisso pro illius reuocatione, quàm imperficiens, & nullus est consensus Donatariorum in donationem.

Fuitque qui diceret Textum allegatum, & notatum non loqui generaliter de quacumque donatione inutili, sed specialiter de donatione inter virum, & vxorem, nec omninò, & semper inutili, † cum vtilis possit esse si ma- 26
ritus eam non reuocet expressè, nec pæniteat, *l. cum hic status 32. ff. de donat. inter virum, & vxor. l. 1. C. eodem* cum ibi notatis. Obseruando, quod Bartolus, qui scripsit summam illius Textus loquitur de donatione inutili ad finem præfinitum à Donatore, † non autem de inualida 27
ob formam non seruatam, & ita quoque *gloss. margin. in edit Lugdun. ex l. 13. in fin. ff. de instruct. vel instrum. legat* & ad *Ludouic. Rom. singular. 137.* cautioresque Doctores.

Et ita vtraque &c.

Infra sub die 19. Iunij 1676. in hoc eodem tomo erit altera præsentis causæ decisio istius confirmatoria, prout etiam sub diebus 29. Martij 1677. & 4. Martij 1678. adsunt aliæ duæ decisiones ambæ etiam præsentium confirmatoriæ.

R. P. D

R. P. D. VICECOMITE.

Bononien. Censos super mandato de manutenendo.

Veneris 31. Ianuarii 1676.

ARGVMENTVM.

Ad euitandam manutentionem in quasi possessione exigendi opponebatur illam non probari ex libris Mercatorum, & possessionem bonorum iam fuisse dimissam; sed ijs non obstantibus pro manutentione deciditur, quia libri adminiculati erant, & dimissio, seu auocatio possessionis à creditore obtenta ad effectum sibi satisfaciendi ex fructibus, non impediebat quominus debitor non possideret; Cumque etiam pro decursis terminis manutentio peteretur, eo magis possessione dimissa fuit concessa.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio in quasi possessione exigendi non conceditur, nisi de quasi possessione doceatur.*

2 *Libri mercatorum non probant pro tertio contra tertium limita vt num. 7.*

3 *Libri mercatorum non probant, vbi causam solutionis non exprimunt, cum eo casu dubietatem inuoluant. sed vid. num. 7. & seqq.*

4 *Quasi possessio exigendi dimetitur ex parte actoris, non autem rei.*

5 *Reus requiritur, quod sit possessor, vt contra illum exerceri possit quasi possessio exigendi, & numer. 13.*

6 *Filius, cui nulla suberat obligatio ex persona propria, si soluit, ex patris obligatione soluisse præsumitur.*

7 *Libri mercatorum probant pro tertio contra tertium stantibus adminiculis.*

8 *Solutiones in libris mercatorum contentæ ex præcedenti obligatione factæ præsumuntur.*

9 *Solutiones ex libris mercatorum probantur, si punctualiter correspondeant debito, vel illius fructibus.*

10 *Solutio vbi non apparet de alia causa in causam præcedentis obligationis præsumitur facta.*

11 *Causarum multiplicati non præsumitur.*

12 *Solutiones semper præsumuntur à mercatoribus factæ de ordine, & mandato debitoris.*

14 *Mandatum de associando, & Saluianum, si iure pignoris conceduntur, solam detentationem, non autem possessionem important.*

15 *Associatus, vel immissus in Saluiano, non sibi, sed debitori possidet.*

16 *Possessio rei auocatæ per Saluianum, vel mandatum de associando, quando, & quatenus penès debitorem remaneat, & sup. à num. 14.*

17 *Manutentio in quasi possessione exigendi conceditur, etiam possessione dimissa, quoties pro terminis tum decursis, quam decurrendis fuit petita.*

18 *Solutiones factæ ab auctore, præiudicant etiam successori, & hæredi, quantumuis ille beneficiatus existat, & vid. num. seq.*

19 *Manutentio in quasi possessione exigendi conceditur contra hæredes soluentes, licèt beneficiatus, donec de viribus hæreditarijs sit plenè cognitum.*

DECISIO DCXLIII.

SACRA Rota sub die prima Iulij* proximè præteriti inhærendo præcedentibus resolutionibus, me proponente, respondit procedendum esse fauore Iuniperæ Sabbatinæ ad vlteriorem legitimam executionem mandari de associando ad fundum censitum per Victorium de Victorijs possessum, necnon sub eadem die aliud mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi fructus census pro eadem contra eundem relaxandum, esse decreuit; Expedita subinde Causa quoad primum mandatum, quo verò ad mandatum de manutenendo admissus Victorius ad nouam Audientiam, varia ad impediendam illius relaxationem in hodierna propositione opponebat.

Et primò ad inducendam quasi possessionem exigendi,
† sine qua manutentio non conceditur, *vulg. §. Retinen-* 1
dæ inst. de interdict. nullum constitui posse fundamen-
tum in solutionibus per literas cambij à Benedicto Pa-
tre, & aliquando etiam ab ipso Victorio Iuniperæ fa-
ctis, vel quia fuerunt extractæ ex libris mercatorum,
† qui pro tertio non probant contra tertium, Rot. coram 2
Buratt. *dec. 519. num. 1.* vel quia causam solutionis non
exprimentes † dubietatem inuoluunt, vt subdit eadem 3
decisio num. 7. Secundo, esto etiam quod constaret in cau-
sam census factas fuisse has solutiones, adhuc contra Vi-
ctorium non suffragari Iuniperæ; non quidem factas à
Benedicto Patre, quia licèt sit recep a in Rota sententia
Guidopap. *decis. 629.* qua possessione dimetitur ex parte
† Actoris, non autem Rei, requiritur tamen, vt Reus 4
sit possessor, † vt declarauit Posth. *de manut. obser. 56. n.* 5
30. Cenc. de Cens. *qu. 91. num. 26. & Rota post eundem dec.*
391. *num. 2.* Talem aut non esse Victorium deducebatur,
ex quo Iunipera vigore mandati de associando ab eo pos-
sessionem fundi censiti auocauit, vt supra præmissum
est. Non etiam solutiones factas à Victorio filio, quia
cum appareat soluisse de tempore, quo viuente patre do-
mino, & possessore omnium bonorum, nulla ei suberat
ex propria persona obligatio, dicendum fore, † ex patris 6
obligatione soluisse, prout arguit Rota *dec. 647. n. 6. cum
seqq. par. 4. tom. 1. rec.*

Quibus tamen non obstantibus, Domini steterunt in decisis.

Non obstat primum, quia licèt regulariter libri mer-
catorum non probent pro tertio contra tertium, † vul- 7
gata tamen est limitatio, vt non procedat concurrentibus
adminiculis, Posth. *de manut. obser. 35. nu. 29.* Adden. ad
Buratt *præcit. in contrarium dec. 119. n. 10.* Rot. post Cenc.
de Cens. *decis. 405. num. 3.* Duo autem, omissis alijs, vr-
gent in præsenti adminicula Præcedens scilicet obligatio in
publico Instrumento impositionis census fundata, † vi- 8
gore cuius censentur factæ solutiones illæ in dictis libris
adnotatæ, Gregor. *dec. 275. n. 4. & ibi* Adden. cum alijs *in
Foroliuien. Pecuniaria 28. Iunij 1675. §. licet enim coram R.
P. D. meo Caualerio.* Et geminata census huius † solutio cor- 9
respondens quantitati fructuum debitæ, Crauett. *cons. 149.
n. 5.* Posth. *d. obseru. 35. n. 29. in fine*, Rota coram Gregor.
dec. 511. nu. 3. post Cenc. de cens. *dec. 239. num. 2. in rec. dec.
202. n. 2. par. 13.* Cum autem de nulla alia causa appareat,
quam obligationis huius census, † in hanc fuisse factas di- 10
cendum est dictas solutiones, quia causarum multiplica-
tio † non præsumitur, vt in his terminis respondet Rota 11
post Cenc. de cens. *dec. 213. n. 12. & penès* Posth. *dec. 181. n.
4. & 5.* Concurrente maximè solutione in notabili quan-
titate, † quæ semper præsumitur à mercatoribus facta de 12
ordine, & mandato debitoris, vt ad terminos manuten-
tionis arguit Tondut. *de pension. cap. 50. n. 40.* Gratian. *di-
sceptat. 296. n. 29. & seq.* Rota coram Greg. *dec. 275. nu. 4.
vers. & summa notabilis.*

Constito ex his de causa, in, qua factæ fuerunt dictæ
solutiones, remouetur secundum obiectum; Quando-
quidem admittentes Domini, quod ad effectum, vt ha-
beat locum sententia Guidopap. *præcit. dec. 629.* † re- 13
quiritur, vt Reus, & possessor possideat rem, ex qua
Actor reperitur in quasi possessione exigendi, dicebant
tamen per mandatum de associando concessum in Iu-
dicio Saluiani Iuniperæ ad fundum censitum, Victo-
rium non desijsse illum possidere; satis enim est nota
regula, quod in Interdicto Saluiani, quando non pro-
ceditur per viam adiudicationis, siue dationis in † solu- 14
tum, sed iure pignoris assignatur res creditori, vt de
fructi-

fructibus satisfiat rem illam nuda detentatione habere
dicatur, *l. si cum venditor, & ibi gloss. verb. auocat, ff.
de euict.* Rota coram Seraphin. *decis. 725. numero 14. &
15. coram* Buratt. *decis. 240. numero 11. coram* Coccin *de-*
15 *cis. 1527. numero 1.* adeout non sibi, † sed debitori pos-
sideat, Bart. *in l. Ab emptione numero 16. 36.* Rota *de-
cis. 172. numero 8. parte 5. recentior.* penesque eundem de-
16 bitorem † remanet vera possessio, Surd. *consil.* 481. *nu-
mero 14.* Berous *consil.* 210. *numero 19. vol. 3.* Rota co-
ram Duran. *decis. 70. numero 5.* Doctores autem in con-
trarium allegati loquuntur de successoribus, qui nun-
quam possederunt, vt expresse se declarat Posth. *d. ob-
seru. 56. numero 30. vers. vbi de eo &c. &* Cenc. *præcit. q.
92. numero 28. &* Rota post eundem *decis. 391. numero 4.
vers. Valcatiaus autem.*

Et licèt in præsenti quomodocumque possideat Iuni-
pera, idem videatur resultare effectus, quia vis consi-
stit in perceptione fructuum fundi censiti, quos siue
percipiat per veram possessionem, siue per nudam de-
tentationem, semper verum erit dicere, quod realem
satisfactionem consequitur, itaut contra Victorium
quæcumque vlterior actio cessare videatur; Nihilomi-
nus quia quæstio non instruitur tantum pro fructibus de-
currendis, sed principaliter petuntur in præteritum de-
17 cursi, † ideo pro illorum satisfactione conceditur ma-
nutentio Iuniperæ aduersus Victorium defuncti posses-
sorem, iuxta trad. per Posth. *de manutent. obseruat. 74.
numero 11. vers. secus,* Adden. ad Buratt. *decis. 184. sub
litera A. §. hoc tamen vers. secus quando,* Rota post
Cenc. de Censibus *decis. 240. sub numero 4. vers. quantum
ad Rotam.*

Suffragantur etiam Iuniperæ solutiones ab eodem Vi-
ctorio factæ si non ex propria persona, ex quo viuente
18 patre præsumitur de illius pecuniis soluisse, † saltem, &
absque dubio ex eo, quod est illius hæres quantumuis
beneficiatus, Posth. *de manutent. obseru. 56. numero 9.
& seq.* Rota *decis. 99. numero 11. vers. non obstat parte
1. diuers.* Nullam præbente retardationem exceptione,
19 quod vires hæreditariæ non suppetant, † quia donec de
illis cognoscatur, Iunipera venit manutenenda in quasi
possessione exigendi fructus census tam præteritos, quàm
futuros, vt reprobata opinione Iacobi Vincentij *de Ann.
præsto exposuit* Cenc. de Censibus auctorit. Rotæ suffal-
tus *d. quæst. 92. numero 18* Rota ipsa coram Bebio *decis.
37. numero 3. 6. & 9.* cum alijs pluribus cumulatis *in Roma-
na annuæ præstationis 12. Decembris 1672. §. Defectus au-
tem coram R. P. D. meo Rondinino.*

Et ita, vtraque parte Informante, resolutum fuit.

Plures decisiones in hac causa emanatæ omnes sunt im-
pressæ supra parte 15. recent. vbi sunt in ordine 385. &
sequentes.

R E V E R E N D I S S I M O
D. A L B E R G A T O.

Sacræ Rotæ Decano.

Meleuitana Annatarum.

Veneris 7. Februarii 1676.

A R G V M E N T V M.

Statutum Hierosolymitanum in hac decisione declaratur ad eum casum, quo illud *tit. 5. capit. 5. de communi ærario* mandat solui annatas ab obtinentibus commendas, & alias dignitates, quod cum intelligatur de simplici consecutione Commendæ, non procedit in eo casu, quo quis occasione dimissionis, & assecutionis alterius beneficij, de beneficio dimisso fuit prouisus, & ideo tanquam casus à Statuto omissus, neque à statuentibus consideratus remanere debet sub dispositione iuris communis.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum Hierosolymitanum* tit. 5. cap. 5. de communi æra-
rio *disponit solui annatas ab obtinentibus commendas, &
alias dignitates Religionis.*
2 *Statutum Hierosolymitanum mandans solui annatas ab obti-
nentibus cessiones, seu resignationes beneficiorum.*
*Intelligitur de simplicibus cessionibus, non autem de
ijs, quæ occasione optionis alterius beneficij factæ sunt
ibidem.*
3 *Statutum Hierosolymitanum mandans solui annatas oc-
casione resignationum, vel cessionum, excipit com-
mendas,* che per pigliar miglioramento si lascia-
no.
4 *Casus à statuto omissus, vel à statuentibus non considera-
tus, remanet sub dispositione iuris communis.*
5 *Statut. Relig. Hierosolym.* tit. 5. capit. 6. obligans *resi-
gnatarios ad debita resignantis, quatenus intelligatur,
& numero 6.*
7 *Resignatarius resignationem in nihilo recognoscit à resi-
gnante.*
8 *Statuti vni pars declaratur, & recipit interpretationem
ab alia.*

D E C I S I O DCXLIV.

REPROPOSITA Causa, Informante tantum
Equite Castellionio, responsum fuit: Standum
esse in vltimo loco decisis coram me sub die prima Apri-
lis anni proximi præteriti Sacra enim Religio non valet
prætendere fructus biennij Baiuliuatus Cremonæ, quem
ille obtinuit per dimissionem Equitis Spinulæ, qui ex spe-
ciali gratia sanctæ memoriæ Alexandri Septimi optauit
Admiratum dimissum ab Equite Roerio, cuius Roerij
fauore Venerabilis lingua imutiuit Prioratum Baiuli
principaliter vacantem per obitum Equitis Mazzinghi.
Non suffragante statuto Religionis titulo 5. capite 5. de
Communi Erario, † quia licet indistinctè loquatur de so- 1
lutione Annatarum facienda ab obtinentibus Commen-
das Baiuliuatus, & alias Dignitates ipsius Religionis, ni-
hilominus siue attendatur Rubrica, siuè nigrum dicti
Statuti, semper erit intelligendum de cessionibus, & re-
signationibus principaliter factis, & independentibus ab
alio quocumque actu, † non autem de factis occasionali- 2
ter ex Causa optionis, vel assecutionis alterius incompa-
tibilis, & quidem hic casus, vel cadit sub vltima parte
statuti, † quæ excipit à solutione *le Commende, che per* 3
pigliar miglioramento si lasciano, vel saltem remanet sub
dispositione Iuris communis, cum de eo statuentes non
cogitauerint, † vt regulare est in omnibus Casibus omis- 4
sis à statutis per textum *in l. commodissime ff. de liberis &
Posthumis* Rota *decis. 134. & 153. vtrobique numero 2.
coram* Carillo *& decis. 46. numero 6. parte 14. recent. &
327. numero 8. coram bonæ memoriæ Cardinali Celso.*

Idipsum comprobat sequens caput sextum ipsius statu-
ti disponentis, quod illi qui per viam resignationis Com-
mendas Baiuliuatus, & similia assequuntur, † tenean- 5
tur ad debita, quæ de tempore resignationis habebant re-
signantes, quod si esset intelligendum de dimissionibus,
& resignationibus euenientibus occasione assecutionis,
vel optionis alterius rei, † vtique saluari non posset ab 6
iniustitia, cum tali casu grauaretur successor ad debita
Antecessoris, † à quo resignationem in nihilo recognoscit, 7
vt firmat vltima decisio huius causæ *§. dum enim,* nam
vna pars statuti declaratur, † & interpretationem recipit 8
ab altera Decius *consilio 2. numero 2.* Rota *decis. 38. numero
31. parte 10. & decis. 20. numero 2. parte 14. recentiorum.*

Et ita decisum, Equite tantum informante, Sac. Reli-
gione pluries intimata.

Altera præsentis causæ decisio est impressa supra in hoc
eodem tom 2. vbi est in ordine 494. & in calce, etiam con-
cordantes notantur.

R. P. D. T'A I A.

Prænestina Fideicommissi.

Veneris 7. Februarii 1676.

A R G V M E N T V M.

Substitutionem factam si sine filijs, per mortem cum filijs expirasse dicebatur ad vulgatum consilium Oldradi 21. quod tamen non intrare deciditur, quia postmodum in casu deficientiæ lineæ testatoris vocatus erat locus pius, qui sine præcedenti substitutione inter omnes de linea, succedere non poterat; Atque ita reciprocam inter ipsos de linea fuisse inductam, declaratum est.

S V M M A R I V M.

1 *Decisiones quandoque reciduntur, & resecantur, quod an consulto, vel fortuito fiat sub dubio relinquitur, & num. seq.*

2 *Decisiones alioquin breues à DD. Auditoribus factæ, ætate crescere, & longiores euadere compertum est.*

3 *Fideicommissum, & substitutio facta si sine filijs, expirat per mortem cum filijs.*

4 *Reciproca substitutio inter omnes vocatos resultat si decedentibus omnibus causa pia succedere debeat, & num. seq.*

5 *Causa pia vltimo loco vocata non potest succedere, nisi totaliter fuisset defecta linea, alioquin esset contra voluntatem defuncti.*

6 *Hæredum nomen refertur ad personas omnium vocatorum, non autem aliquorum ex illis.*

7 *Substitutiones plures non dependentes à prima, illa caducata, non ideo cæteræ caducantur, sed adhuc remanent.*

8 *Substitutio sequens concepta verbis indefinitis, aptis comprehendere omne tempus, & vniuersam familiam, cum prima substitutione non cessat.*

9 *Conuentus fundatio adimpleri non posset, si præcedenter instituti, reciproci non fuissent inter se vocati, & suprà à num. 4.*

D E C I S I O D C X L V.

DECISVM fuerat 5. Iunij 1662. & 3. Maij 1663.
coram nunc Illustrissimo Domino Patriarcha A-
lexandrino Domino meo Beuilaqua, constare ad fa-
uorem Hieronymi Actoris de purificatione Fideicom-
missi in portionibus Alexandri, & Torquati, non
autem Aurelij, *vt ex decisionibus* 474. *part.* 13. *&* 68.
1 *parte* 14. † priore tamen decisione succisa in potissima
parte, vt compertum est ex collatione decisionis ma-
nuscriptæ authenticæ, fortuitò nè, an composito ca-
su nescio; Sed quis tàm ferreus, vt teneat se? non
ego, cui diù, & grauiter ægrotanti anno 1661. pro-
decessuro afflictæ fuerunt duæ plenæ decisiones Toleta-
næ Iurisdictionis, quæ sunt *decis.* 333. *&* 334. *parte*
2 13. † quas edideram breues, maximè, altera tantum
Parte informante, confirmatas posteà coram Domino
Beuilaqua subrogato, dùm adhuc aduersa valetudine
detinerer, vt incipit ipse *in decis.* 391. *dicta parte* 13.
sic etiam in dicta part. 14. *decis.* 122. in qua deduxeram
vtrinque rationes pro matre, & Auo disputantibus su-
per successione, & fuit mutilata in aliquibus rationi-
bus facientibus pro Auo; Hæc digrediendi causa, &
satisfaciendi animo meo, & pauperi veritati.

Nunc ad dubium, an sit standum, vel recedendum à decisis 5. Iunij 1662. & 23. Maij 1663. propositum, coram nunc Illustrissimo Archiepiscopo Damasceno Sacri Palatij Præfecto Domino meo Matthæio 11. Februarij 1675. & dilatum, placuit hodie DD. me subrogato, & proponente, respondere, recedendum à decisis.

Testamentaria verba referendo, Rutilius hæredes instituit Aurelium, Alexandrum, & Torquatum filios cum infrascriptis modis, &c. *Che morendo Aurelio senza heredi naturali, muora ad esso Alexandro, e Torquato, e lasciando figlie femine, si debbano communemente maritare dalli detti heredi, e lasciando Maschi, che debbano stare in communione de' beni per spatio di 25. anni, &c. che morendo Alessandro senza legitimi heredi debba morire à Torquato, e così Torquato ad esso Alessandro, e morendo Torquato senza figli, muora ad esso Alessandro, e suoi heredi in perpetuo, e non essendoci heredi di detto Alessandro, muora all' heredi maschi d'Aurelio, e non essendoci maschi succedano le femine d'esso Aurelio: Deficiente la linea mascolina, e femmina d'essi heredi, in tal caso instituisce, e chiama la Religione, &c.*

Ex quibus DD. visum est, constare de purificatione, etiam quoad portionem Aurelii, & sic recedendum à decisis; Etenim decisio, quæ reuidetur ponderat solum casum, quo Aurelius mortuus fuisset si-
ne filiis, † & quia obiit relicto alio Aurelio, di- 3
ctum fuit, factum fuisse locum *Cons.* 21. Oldradi, &
in his puris terminis nulla alia considerata testatoris
dispositione, resolutio procederet, & subsisteret; Verum transeundo ad aliam Testatoris dispositionem, vocationem scilicet causæ piæ in casum deficientiæ lineæ dd. hæredum, videtur aliud statuendum.

Præmisso enim, quod tàm Alexander, quàm Tor-
quatus, eiusque filii, & hæredes, necnon filii etiam,
& hæredes Aurelii comprehensi fuerint sub nomine
lineæ in iis verbis: *E deficiente la linea mascolina,
e femmina di detti heredi*; Postque illius defectum
vocata fuerit pia causa, † sequitur, quod inter om- 4
nes illos vocatos de Linea intret reciproca propter ne-
cessitatem implendi Testatoris voluntatem, quæ aliàs
non adimpleretur, nisi vnus post alium succederet
vsquequò linea fuisset in totum terminata, alioquin
si filii Torquati non succederent filiis Aurelii, &
Alexandri, posset dari casus, quod deficientibus illis
de linea Aurelii, & Alexandri, & superstitibus illis
de linea Torquati, † locus pius succederet, prius- 5
quam fuisset defecta linea, quod esset contra Testa-
toris voluntatem, Peregrin. *consil.* 54. *numero* 5. *libro*
5. Surd. *consil.* 344. *numero* 16. *& aliis allegatis* Rota *decis.*
18. *numero* 2. *part.* 8. *recent.*

Nec obstat quod relatiuum illud: *essi heredi*; Referri tantum debeat ad hæredes Alexandri, & Torqua-
ti, & eorum hæredes: Quia, cum immediate antea
nominauerit etiam hæredes Aurelii, hos quoque dicen- 6
dum est fuisse comprehensos *ad decis.* 2283. *numero* 59.
coram Coccino, cum aliis.

Nec etiam releuante responsione in decisione, quæ
reuidetur §. *fin.* ex regula, quod scilicet caducata prima
substitutione per natiuitatem Aurelii Iunioris, euanuerint omnes aliæ substitutiones ab ea dependentes;
Quia in præsenti non applicatur, nec verum est,
quod vltima substitutio facta loco pio dependeat à prima dum in loco intermedio consideratus fuit etiam casus, quo Aurelius moreretur cum filiis, & in vtro-
que fuit diuersimodè prouisum, prout supra præmis-
sum est, † quando autem omnes substitutiones non 7
dependent à prima substitutione caducata, omnes conueniunt nos versari extra terminos consilii Oldradi inquit Rota *dicta decis.* 18. *numero* 14. *part.* 8. cum ab vnde allegatis, & allegandis, vltra rationem.

Accedit etiam, quod dicta regula non videtur procedere, quando subsequens substitutio est determinata,
& concepta verbis indefinitis, aptis comprehendere, vt 8
hic, vniuersam familiam, ex traditis *in Romana Fideicommissi de Maximis* 14. *Martii* 1663. §. *indeque coram Eminentissimo D. Cardinali Cerro.*

Demum adminiculum facit demandata fundatio Con-
uentus, † quæ difficile posset impleri, si hæreditas eo 9
casu esset immediata.

Et ita vtraque, &c.

RPD.

R. P. D. CALATAIV.

Faventina Pensionis.

Veneris 7. Februarij 1676.

ARGVMENTVM.

Integram recollectionem fructuum beneficij fecerat titularis successor, & tamen impugnabat soluere pensionem ex eo, quod dies solutionis illius iam cesserat ante captam ab eo possessionem; Sed condemnatur adhuc, quia cum pensio ratione fructuum, & super fructibus imponatur, ille ad solutionem tenetur, qui eosdem fructus perceperat.

SVMMARIVM.

1 *Pensio regulatur iuxta materiam vsusfructus.*
2 *Pensionis solutio quatenus regulanda sit inter titularem successorem, & haeredes titularis antecessoris.*
3 *Annus pensionis incipit à die reseruationis illius, & terminat eadem die anni subsequentis.*
4 *Pensionis ad effectum videndum est quis fecerit recollectionem fructuum, nulla habita consideratione, quod illa sit in duos terminos distributa.*
5 *Pensionis soluendae distributio fit pro commodiori solutione illius.*
6 *Fructus si fuerint partim ab antecessore, partim verò à successore percepti, quilibet pro rata tenetur ad solutionum pensionis.*
7 *Pensio reseruatur super fructibus, vnde pro illorum rata soluenda est.*
8 *Successor beneficij si integros fructus percepit, integram etiam pensionem persoluere tenetur.*
9 *Dies soluendae pensionis etiamsi cesserit ante captam à successore possessionem, adhuc tenetur ille ad solutionem pensionis si integros fructus percepit.*

DECISIO DCXLVI.

DIE septima Februarij 1636. ad fauorem Ferdinandi Ceonini reseruata fuit annua Pensio ducatorum septuaginta duo super Beneficio Sancti Stephani de Carleto, soluenda per Titularem in duobus terminis nempè vigesimaquinta Martij, & octaua Septembris, successit de mense Aprilis anni 1671. in dicto Beneficio Hieronymus Gotius, qui cum soluere recusaret primum terminum antecedenter de mense Martij maturatum, dedi dubium, an teneatur illum soluere, quod affirmatiue fuit per Dominos resolutum.

1 In hac enim materia, † quae regulatur ad terminos *legis defuncta ff. de vsufruct.* in facienda repartitione solutionis
2 pensionis inter titularem antecessorem, † & successorem,
3 inspiciendum est tempus reseruationis, † à quo incipit annus, & terminat eadem die sequentis anni, intra quod spatium videndum est, quis faciat recollectionem fructuum,
4 † nulla habita consideratione, quod illa sit in duos termi-
5 nos distributa, † cum hoc fiat pro commodiori solutione, vt firmant Garz. *de benefic. part. 1. cap. 5. num. 190.* Tondut. *de pensionibus cap. 20. num. 5.* Antonellus *de tempore legali lib. 1. cap. 38. num. 14.* & tenuit Rota coram Penia *decis. 763. & coram* Coccino *decis. 327. & coram* Cardin. Caualerio *dec. 129.* si enim fructus partim fuerunt percepti ab antecesso-
6 re, partim à successore, † quilibet tenetur pensionem soluere pro rata fructuum, & ratio est, quia pensio reseruatur
7 super fructibus, † vnde pro illorum rata soluenda est, Gigas *de pension. q. 39. num. 7.* Rota post Pacificum de Saluiano *interdict. decis. 221. num. 1. & 2. & coram* Cardinali Caualerio *dicta decis. 129. & coram* Durano *decis. 448. à num. 34.* In proposito autem dum Hieronymus adeptus fuit possessionem beneficij de mense Aprilis 1671. & integros fructus
8 dicti anni percepit, vt non controuertitur inter partes, † procul dubio tenetur ad primum terminum eiusdem anni,
9 † licet dies solutionis cesserit ante captam ab eo possessionem ex authoritatibus supra adductis.

Et ita &c.

R. P. D. EMERIX.

Barchinonen. Congruae.

Veneris 7. Februarii 1676.

ARGVMENTVM.

Rursus allegabat Rector in hac causa nimis inaequalem assignationem redditum inter ipsum, & Vicarium, qui omnes fructus consequebatur; vbi verò ipse solam congruam retinebat, minus etiam sibi sufficientem, vt dicebat; Verum quia pro obseruatione assignationis factae concurrebat possessio tricenaria, ipse autem fundamentum suae intentionis non probauerat, ideo pro obseruantia assignationis denuo fuit in hac causa decisum.

SVMMARIVM.

1 *Fundamentum suae intentionis vnusquisque probare debet, & si non probat non obtinet in actione per ipsum intentata.*
2 *Vnio si in primo instrumento plenaria esse non posset, ita nec poterit esse in secundo postea declarato, & num. 3.*
3 *Reseruatio, declaratio, seù immutatio in secundo instrumento facta, perinde est ac si in primo instrumento sequuta fuisset.*
4 *Vniones non habent certam formam, aut naturam.*
5 *Vnionis substantia pendet à lege, quae illi à superiore tradita, & attributa est.*
6 *Centenariam imo tricenariam possessionem habens potest allegare confirmationem Apostolicam, seù quemcumque alium titulum sibi magis vtilem, ac proficuum & num. seq.*
7 *Nouationem etiam à Pontifice confirmatam allegare potest, qui possessionem tricenariam habet.*
8 *Nouatio, seù mutatio tituli non resultat ex sola obseruantia quadraginta annorum.*

DECISIO DCXLVII

DOMINI facto rursus accuratè perpenso steterunt in decisis sub die 19. Ianuarij 1674 coram Reuerendissimo Domino meo Matthaeio nunc Archiepiscopo Damasceno, & Sacri Palatij Apostolici Praefecto, quia Archidiaconus, qui agit ad reintegrationem, seù immissionem in possessionem bonorum, seù redditum Ecclesiae Sancti Baudilii tanquam suae Dignitati pleno iure vnitae, non probat fundamentum suae intentionis; † Hoc est Domi- 1
nium eorundem bonorum, seù redditum ad se, seù dignitatem suam pertinere, siuè vnquam pertinuisse, prout deberet, ad Text. *in l. 2. ff. de probat. l. Actor C. eod. & vtrobique gloss. & DD.* Rota coram Dunozett. Iun. *decis. 441. & 540. num. primo* cum aliis adductis *in Pampilonen. Decimarum 13 Iunii 1670 §. replicatio coram me.*

Ex lectura enim instrumentorum vnionis anni 1325 & 1326. in quibus se fundat, patet vnionem factam fuisse Ecclesia plena, & sic Dominio adhuc existente penes Rectorem, cum hoc, quod eo cedente, vel decedente Archidiaconus, eiusque successores haberent omnes redditus, & prouentus, reseruata tamen inde ad arbitrium Episcopi, & Capituli congrua portione pro Vicario perpetuo ad praesentationem obtinentis dignitatem ab Episcopo instituendo iuxta ordinationem, ad relationem duorum Canonicorum tunc etiam electorum ab eodem Episcopo, & Capitulo faciendam Summario dato sub die 19. Ianuarii 1674. num. 1 & 2.

Vndè cum ad tollen. omnem materiam iurgiorum inter eosdem Archidiaconum, & Rectorem idem Episcopus, & Capitulum maturè perpensa relatione dd. duorum Canonicorum, eandem Vnionem, sic vt supra, effectum adhuc non consecutam anno sequenti declarauerunt, & immutauerunt in hunc modum, quod omnes redditus, & prouentus spectarent ad

Rectorem tam pro sua congrua portione, quàm oneribus
Ecclesiæ supportan. quodque idem Annis singulis teneretur Archidiacono præstare certam quantitatem fructuum, & certam quantitatem pecuniæ pro decenti, & congrua sui substentatione, *et quidquid residuum fuerit de redditibus sit ipsius Vicarii pro sui prouisione pro soluen. pensione domus charitatis, etc. Iuribus Episcopalibus soluendis, et aliis oneribus Ecclesiæ supportandis, et alias pro voluntatibus eiusdem Vicarii faciendis, etc.* vt latiùs continetur in eodem Instrumento *num. 2.*

Sequitur, quod sicuti, si vnio in primo instrumento ita
peracta fuisset, non possit dici, quod illa esset plenaria, seu
quod illius vigore dominium bonorum, siue redditiuum
2 Ecclesiæ pertineret ad Archidiaconum, † sic nec etiam
hoc dici potest, dum ea per eosdem vnientes, vigore facul-
tatis expresse sibi reseruatæ, re integra ita declarata, &
immutata fuit, stante enim huiusmodi reseruatione, &
3 successiua declaratione, seu immutatione, † perinde ha-
betur ac si in primo instrumento vnio hoc modo facta fuis-
set iuxta Text. *in l. si Testamentum C. de institut. et subst. et in l. cum dotem C. de iur. dot.* & late in simili aduertit Rota *decis. 194. num. 48. cum seqq. part. 5. recent. et apud* Merlin. *decis. 802. num. 2.*

Illo autem modo ab initio fieri potuisse non est du-
4 bium, † cum vniones non habeant certam formam, aut
5 naturam, sed omnis illarum substantia † pendeat à lege,
quam à Superiore receperunt prout declarat Rota *decis. 5. num. primo part. 7. recent. et decis. 156. num. 7. part. 11. et decis. 95. num. 8. et seqq. coram* Merlin. vbi in specie loquitur de hac eadem vnione, de qua est controuersia.

His positis sine difficultate procedunt omnia in præce-
dentibus huius causæ decisionibus firmata, quod nimi-
ium Archidiaconatus nunquam habuerit dominium bo-
norum, seù redditiuum Ecclesiæ, quodque Rector, qui pro
6 se habet plusquam tricenariam possessionem, & vltra, †
potest rectè repellere eundem Archidiaconatum allegan-
do confirmationem Apostolicam, vel quemcumque alium
titulum sibi magis vtilem, & proficuum, per ea quæ
tradit Rota *decis. 254. num. 10 part. 3. diuers. et in recent. decis. 312. num. 4. part. prima et 218. num. 51. part. 6.* & sic alle-
7 gare, prout allegat † nouationem ex contractu auctorita-
te Apostolica confirmato prædicti oneris annuæ præsta-
tionis in aliud soluendi Archidiacono libr. septuaginta an-
nuas, vt declarant præcitatæ decis. & in specie decis. Merlin. 95.

Neque obstat *decis. in Aurica. Congeuæ 14. Martii 1618. coram bon. mem. Ottembergo*. Tum quia illa loquitur in ca-
su vnionis, per quam dominium fuerat ab initio pleno iu-
re translatum in Monasterium, cui vnita erat Ecclesia
Parochialis, & obseruantia non excedebat spatio quadra-
8 ginta annorum itaut ex illa non posset desumi nouatio,
seù mutatio, vel alius titulus magis vtilis, & proficuus, &
in eisdem terminis loquitur Coccin. *decis. 1340. num. 8.* & alij ad id pro Archidiacono allegati; Tum etiam quia non probatur in hoc casu Archidiacono deficere congruam sustentationem, & redditus Ecclesiæ in eum modum excreuisse, vt deductis oneribus superabundent pro congrua sustentatione Rectoris, & Archidiaconales longè excedant, prout contingebat in præallegata *decis. Aurien.* Imò contrarium præsumitur ex tam diuturna acquiescentia Prædecessorum Archidiaconi vniformi præstationi annarum libr. 70.

Prout nec etiam intrant termini contractus alimentorum, seu administratoris, in quibus loquitur *decis. 707 coram* Seraphin. quia ex præmissis Rector non est administrator, sed Dominus omnium bonorum, seu redditiuum Ecclesiæ cum onere præstandi annuam certam portionem fructuum, seu pensionem eius loco subrogatam, perinde ac si dicta portio, seu pensio in actu primi instrumenti vnionis reseruata fuisset ex auctoritatibus supra allegatis.

Et ita Partibus rursus acriter informantibus decisum fuit.

Plures decisiones in hac causa factæ sunt, quæ omnes habentur impressæ in alio præcedenti tomo primo istius decimæ octauæ partis vbi sunt in ordine 70. 81. & 218.

R. P. D. RONDININO.

Bononien. Canonicatus.

Veneris 7. Februarii 1676.

ARGVMENTVM.

Beneficium vacans per assecutionem alterius incompatibilis fuerat à superiore collatum, cuius gratiam ad impediendam; dicebatur illius resignationem non fuisse ab eodem superiore acceptatam, sed nullam acceptutionem requiri deciditur, quia hæc non est propria resignatio, sed necessaria dimissio, quæ etiam à principio inducitur, & acceptatur à lege.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium primum vacat per assecutionem alterius de sui natura incompatibilis.*

2 *Vacatio beneficii, quæ resultat ob assecutionem alterius incompatibilis, non dicitur cessio libera, sed necessaria.*

3 *Cessio beneficij vacantis per assecutionem alterius incompatibilis, non requiritur quod sit à superiore acceptata.*

4 *Vacationem beneficij resultantem ex assecutione alterius incompatibilis, ius ipsum facit, & acceptat.*

5 *Beneficium vacans per assecutionem alterius incompatibilis post duos menses conferri potest.*

6 *Vacatio beneficij resultans per assecutionem alterius incompatibilis intrat vsque, & ab initio.*

7 *Dimissio beneficij, quæ fit occasione assecutionis alterius incompatibilis non est propriè resignatio, cum non fiat sponte, sed coactè, & num. seq.*

9 *Resignatio licet appelletur dimissio beneficii, quæ fit ob assecutionem alterius incompatibilis, resignatio tamen propriè non est, nisi in eo, qui dicit abdicationem, & dimissionem.*

DECISIO DCXLVIII.

CANONICATVM Sanctæ Mariæ Maioris à Cardinale Columna Marco Antonio de Nobilibus validè collatum fuisse, ideoque illi immissionem debitam iterum Domini existimarunt prædictæ decisionis 17. Iunij 1675. coram me emanatæ fundamenta approbantes.

Quidquid enim sit de priori modo vacandi istius Cano-
nicatus ob resignationem à Sandrio factam ob assecurio-
nem alterius Canonicatus in celebri Collegiata Sancti
Petronij eiusdem Ciuitatis induxisse vacationem † plus- 1
quam sufficientem in hoc casu ob assecutionem, nempe
alterius incompatibilis, † quo casu non agitur amplius de 2
concessione libera, sed necessaria ad formam *capit. de multa de præbendis innouat. per Concilium Tridentinum sess. 7. de reformat. capit. 4.* in qua per Concilium non fit distin-
ctio an acceptata fuerit ab habente facultatem † desti- 3
tuendi necne, quia ius ipsum illam inducet, † & acceptat 4
Paris. *de resign. libro primo quæst. prima ex numero 9. 16 et 58.* Staphil. *de liter. grat. titul. de vnico modo vacation. versical. tertius modus numero 6.* Zerol *in praxi parte prima verbo beneficia §. ad tertium circa finem* Garzias *de benef. parte 11. capit. 5. numero 41.* Barbos. *in extrauag. execrabil. numero 7. de præben. et innuit decis.* Bellamer 659. *in principio*

Neque est opus probare subsecuram possessionem se-
cundi Canonicatus, quia cum non doceatur de impedi-
mentis legitimis potuit Cardinalis Columna, & eius
Vice Eminentissimus Cardinalis Carolus Barberinus † 5
post duos menses conferre priorem, quia tunc intrat va-
catio † vsque ab initio ad Text. *in dicta cap. de multa de* 6
præben. et in cap. licet 28. illo eodem titulo in sexto, et in Concil Trident *session. 7. de reformat. dicto cap. 4.* Lotter. *de re benefi. libro 3. quæst. 23. ex numero 27.* Garz. *de benefic. parte 11. capit. 5. numero 14 et 116* Adden. ad Buratt. *decis. 19. numero 23.* & reprobato Garzias Rura coram Seraphin. *decis. 859. in fin.* Dunozett. Iunior. *decis. 815. numero primo et magistraliter in recent parte 12. decis. 241. ex numero 12.*

Non

Non obſtat, quod ſi collatin iſtius Canonicatus non
ſubſtinetur ex cauſa reſignationis, quæ fuit expreſſa in
collatione facta ab Eminentiſſimo Barberino vice Cardi-
nalis Columnæ, ſubſtineri non poſſet ex alia cauſa
vacatinnis ob aſſecutionem incompatibilis, quia ob-
ſeruabant Domini collationem ſubſtineri ex ſua cauſa
expreſſa ob reſignationem nempe à Sandrio factam
ſtante aſſecutione Canonicatus incompatibilis in Ec-
7 eleſia Sancti Petronij, † quæ non eſt proprie reſi-
gnatin, cum non fiat ſponte, vt opus eſſet ex notat poſt
Hoſtien. *titulo de reſignat. in principio mandeſ. de ſignat.*
grat. titulo de reſignatien. Rota coram Mohedan. *decif.* 11.
ante num. primum de renunciat.

8 Sed potius eſt coacta dimiſſin, † vt ſuperius diceba-
tur nb aſſecutionem incompatibilis, quamuis appelle-
9 tur reſignatio † in eo ſenſu; in qno dicat abdicationem,
& dimiſſionem iuxta Magiſtrales *decifiener in diuerſor.*
parte 4. decif. 599. & coram Coccin. *decif.* 2060. *per*
totam.

Et ita, vtraque parte informante reſolutum fuit.

R E V E R E N D I S S I M O
D. A L B E R G A T O.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana, ſeù Viterbien. Legati.

Veneris 7. Februarii 1676.

A R G V M E N T V M.

Excluduntur attentata, & pro admiſſione articulorum deciditur, quia illa ſine lite non dantur, & lis quæ prætendebatur ineſſe, erat in cauſa diuerſa, quinimmo deliberatio, & poſſeſſio ſubſecuta ſunt ante factam citationem ad videndum ſibi inhiberi; Hæc autem ideo recipitur, quia de releuantia conſtabat, & examen fieri debebat in Curia, & ideo in continenti expediri poterat.

S V M M A R I V M

1 *Attentata ſine lite non dantur, quia abſque ea impoſſibile eſt illa fuiſſe commiſſa in ſpretum litis pendentiæ, quæ non adeſt, & num. 3.*
2 *Pendentia litis in neceſſarium antecedens ſupponit introductionem, illius.*
4 *Attentata non cadunt in cauſis diuerſis.*
5 *Inhibitio in vna cauſa non parit attentatum in alia.*
6 *Deliberatio, & poſſeſſio ſequuta ante citationem factam ad videndum ſibi inhiberi, non poſſunt dici attentata.*
7 *Inhibitio reſpicit futura, non autem præterita, ſuper quibus iam conſumatis cadere non poteſt.*
8 *Attentata vbi ſunt turbida, de laudabili ſtylo Rotæ ſemper reijciuntur.*
9 *Articuli in Curia, quia probatio fieri dicitur in continenti, ſi ſunt releuantes, ſemper admittuntur.*
10 *Articuli ſunt releuantes ſi tendunt ad probandam filiationem ad effectum alimentorum.*
11 *Filijs naturalibus adulterinis, ſacrilegis & ex quocumque damnato coitu natis debentur alimenta de iure canonico.*

D E C I S I O D C X L I X.

CVM prætenderet Cecilia Martam in ſpretum litis
pendentiæ in hoc Sacro Tribunali attentaſſe adi-
piſcendo poſſeſſinnem nonnullarum ſtantiarum, quæ vi-
gore mandati Auditoris Cameræ ſibi deliberari nbtinue-
rat pro conſecutione Legati ſcutorum trecentorum à Ca-
rolo relicti, propoſui dubium An conſtet de attentatis,
ſeù potiùs articuli ſint admittendi, & negatiuè qooad
primam partem, qun verò ad ſecundam affirmatiuè fuit
reſolutum.

1 Attentata enim non adſunt, † quia cum nulla lis in-
ter Martam, & Ceciliam eſſet in Rota, conſequenter
2 non poteſt ibi eſſe pendentia, † quæ in neceſſarium ante-
cedens ſupponit litis introductionem, vnde excluſa rema-
nent attentata dnm excloditur lis, † ſine qua impoſſibile 3
eſt dici fuiſſe commiſſa in ſpretum litis pendentiæ Mar-
cheſ. *de commiſſ ſuper attent. parte 2. cap. 2. §. primo numero*
primo Rota coram Buratto *decif. 4. numero primo & decif.*
344. numero 4. coram Peutinger. & in Tudertina penſionis
20. Martii 1673. §. Quamuis in fine coram R. P. D. meo Vicecomite.

Nec refert, quod inter Ceciliam, & Camillam hære-
dem Caroli lis ſit introducta in Rota, quia cum perſo-
næ, & actiones ſint diuerſæ, nam ibi agitur inter prædi-
ctam Ceciliam, & Camillam de Legato habitationis, &
alimentorum & hic agitur de Legatn quantitatis, vnde
intrant vulgaræ regulæ, † quod atteotata non cadunt 4
in cauſis diuerſis Lancellott. *de attent. part. 2. cap. 4. limit.*
2. numero primo Adden. ad Buratt. *decif 644. num.* 10. Rota
coram Ninott. *decif. 54. numere primo* & Inhibitio in vna
Cauſa † nnn parit attentatum in alia Lancellott. *vbi* 5
prox. quæſt. 2. cap. 12. limit. 2. numero 27. Scacc. *de appellat.*
quæſt. 17 limit. 47. mem 2. numero 26. Rota coram Merlin *de-*
cif. 81. numero primo & decif. 16. numero primo & 2. coram
Zarate.

Minus releuat, quod in citatione ad dicendum contra
litis pendentiam, & videndnm reaſſumi, adeſſet inhibi-
tio ad ſtatim, quæ ſiue iuſta ſiue iniuſta timenda erat,
quia citatin fuerit executa ſub die 13. Iulij 1673. qun tem-
pore iam lis coram Auditore Cameræ erat finita, & deli-
berat n cum ſucceſſiua poſſeſſione ſuum effectum ſortita
erat antecedenter ſub die 11. eiuſdem menſis, † nullum 6
proinde ſpretum poſſet conſiderari cum inhibitio reſpiciat
futura, non autem præterita † ſuper quibus vtpote iam 7
conſumatis cadere non poteſt læſio maieſtatis inhibentis
cap. ſi eo tempore de elect. in 6. Mandoſ. *de Inhibit quæſt. 70.*
numero 2. Lancellott. *de attent. poſt Inhibit. parte prima cap.*
20. In præfat. numero 14. & declarat prima numero 2. Rota
coram Bichin *decif. 384 numere 4. & latiùs in decif. 20. num.*
3. coram Ninot. & ſatis eſt, quod attentata ſint turbida
† ad hoc vt reijciantur iuxta ſtylum huius Sacri Tri- 8
bunalis, de quo teſtatur Rota *decif. 23. numero primo*
coram Ninot.

Quo verò ad articulos Rota admittendos eſſe cenſuit
prout de facili conſueuit, quando vt hic agitur de exami-
ne faciendo in Curia, & ſic Incontinenti, † & materia 9
articulata eſt releuans, vt omiſſis antiquioribus dictom
fuit *in Romana Detis, & Fructuum 27. Ianii 1672. coram me,*
& in Romana Cenſus 27. Ianuarii proximi præteriti coram
R. P. D. meo Vbago.

Releuantia ſatis ſufficiens deducitur, † quia tenduot 10
ad probandum Martam eſſe filiam Caroli ad effectum
conſequendi alimenta ex bonis illius, ſi enim probabitur
filiatio, vtique alimenta denegari non poterunt, cum illa
de æquitate Canonica † filijs naturalibus adulterinis Sa- 11
crilegis, & alijs quoquo modo, & ex damnatn coitu pro-
creatis debeantur *cap. cum haberet de eo, qui duxit quam poll.*
per adult. Surd. *de alim tit primo quæſt. 10. à num. 5. ad 8.* Fen-
zon. *ad Statut. Vrb. lib primo cap. 140. num. 6.* Rota *decif. 8.*
per tot part. 10. recent. & in Bononien. Hæreditatis de Tepu-
lis 13 Iunii 1672. coram me & in Romana Filiationis 16. Maii
1672. coram Reuerendiſſimo Matthæio Archiepiſcopo Da-
maſceno, & Sacri Palatii Apoſtolici Præfecto.

Et ita non conſtare de attentatis, & articulos eſſe ad-
mittendos deciſum fuit vtraque parte informante.

R. P. D. R O N D I N I N O

Nullius Sancti Ediſti Bonorum.

Lunæ 10. Februarii 1676.

A R G V M E N T V M.

Pro reſciſſione tranſactionis deciditur, quia illa erat nulla, tamquam facta ſine cauſa, ſuper iure claro, & nihil pro ea datum erat, vel remiſſum, vt de natura tranſactionis requiritur, neque obſtabat fideicommiſſum, propter quod ad tranſactionem fuerat deuentum, quia illud erat conditionale, & conditio numquam fuerat adimpleta; Prout nec minus aliqua vis fieri poterat in clau-

fulis prægnantiſſimis in eadem transactione appoſitis, cum illæ ſequantur naturam contractus, quo reſoluto ex defectu conſenſus, & eas quoque reſolui indubitatum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Transactio facta ſine cauſa, & ſuper iure claro eſt ipſo iure nulla.*
2 *Transactio remanet nulla, ſi hinc inde aliquod datum, vel compenſatum non eſt.*
3 *Transactio nulla perinde eſt, ac ſi facta non eſſet, nec impedit exercitium primarum actionum.*
4 *Nullum quod eſt, nullum operatur effectum.*
5 *Fideicommiſſum conditionale expirat conditione non adimpleta, nec aliter purificata.*
6 *Conditionis purificatio, & implementum plenè, & concludenter probari debent.*
7 *Aſſertionem in ſui præiudicium quis non feciſſet, ſi illa vera non eſſet.*
8 *Clauſula*, ſine præiudicio habentium meliora, & potiora iura, *conſtito de iure alterius, reſoluit poſſeſſionem ſic conceſſam, nec vllum præſtat impedimentum.*
9 *Clauſulæ omnes, etiam prægnantiſſimæ ſequuntur naturam actus cui apponuntur.*
10 *Contractu reſoluto ex defectu conſenſus, reſoluuntur etiam omnes clauſulæ in eo adiectæ.*

DECISIO DCL.

SENTENTIAM A.C pro reſciſſione concordiæ, vtpotè læſiuæ & ſine Cauſa ſufficienti initæ inter Carolum Pelignum Capellanum, & Iugales de Bartholomicchis, veluti validam, & Iuſtam in Iudicatum tranſiiſſe ob non proſecutam in tempore à dd. Iugalibus appellationem, Domini reſponderunt prima * Iulij 1675. coram me quam deciſionem auditis hodie Bartholomicchis confirmarunt.

Cum enim ex teſtamentis Deliæ, & Lucretiæ, quæ reliquerunt pretium retrahendum ex bonis controuerſis pro dote Capellaniæ inſtitutæ, conſtet de bono iure Capellani, conſequenter iuſta fuit immiſſio, quam ad illa bona ei conceſſit A.C. non attenta tranſactione inter ipſum, & Iugales de Bartholomicchis, ex qua inductus fuit ad dimittendam medietatem bonorum controuerſorum, quia cum ipſo iure nulla fuerit, veluti
1 ſine cauſa, † & ſuper Iure claro, in qua Capellanus totum amiſit, nec iugales ex eorum parte aliquid remiſe-
2 runt pro mutua compenſatione ad hunc effectum requiſita in *l. tranſactio quæ Cod. de tranſact.* non retinet proinde naturam tranſactionis, quæ ſolet parere exceptionem li-
3 tis finitæ, † ſed habetur, ac ſi facta non eſſet, nec impedit primas actiones executiuas, & directè exercibiles,
4 † quia quod nullum eſt, nullum operatur effectum ex *text. in l. ex fideicommiſſo C. de tranſact. & in l. nam & ſi ff. de Iniuſt & irrit. teſtam.* Gratian *diſcept. 691. ex numero primo* Angel. *de legib. contradict. part. 7. artic. 7. numer. 144.* Rota *in deciſ. adductis in recent. part. 12. deciſ. 383. numero 4 & coram* Dunoz. Iun. *deciſ. 792. numero 13. in Peruſina Hæreditatis 27. Iunii 1670 §. nec vlla coram R. P. D. meo Bourlemont, ac late, & doctè in Romana Augumenti Dotis 22. Iunii 1671. coram Reuerendiſſimo Domino meo Albergato Decano.*

Conſtat autem tranſactionem fuiſſe ſuper Iure claro, & ſine vlla Cauſa ex parte Capellani decepti, cum Iugales de Bartholomicchis nullam probabilem prætenſionem adducant ſuper his bonis controuerſis, & mandatum de immittendo à bon. mem. A. C. Bulgarino vigore cuiuſdam fideicommiſſi ab Æmilio Lupo Conſtituti nullam habet ſubſiſtentiam, quia cum illud inſtitutum eſſet ſub conditione natiuitatis Poſthumi, eo ipſo quod hæc natiuitas non probatur, ex Teſtibus non citata parte examinatis, & inuerſimilia deponentibus, tam circa cognitionem Teſtatoris, quam circa natiuitatem Poſthumi Summario Capellani *n. 1.* & proſequuntur ſcribentes pro ipſo, fidei-
5 commiſſum expirauit, † veluti conditione illius non ad-
6 ueniente, † cuius concludens probatio requiritur ex regula Textus *in l. is cui ff. de act. & obligat. & in l. vnica §. ſin autem C. de caduc. tollen* Peregrin. *de fideicomm. art. 43. ex numero 9.* Adden *ad recent. part. 9. deciſ. 352. ex numero 70.* Rota coram Dunoz. Iun. *deciſ. 633. numero primo & in recent. part. 14. deciſ. 203. numero 6. & deciſ. 474. numer. 15. cum vulgatis.*

Quinimo ad excluſionem iſtius conditionis animaduertebant Domini nullam afferri adnotationem natiuitatis, aut mortis eiuſdem Poſthumi, cum tamen afferantur adnotationes Baptizatorum ex libris Parochi vſque ab anno 1594 Summario Capellani *numero 2.* atque tradita fuiſſe bona pretenſo fideicommiſſo ſubiecta à Paulo fratre fideicommittentis, qui fuerat ſubſtitutus Poſthumo naſcituro cum aſſertione, quod illa erant libera, & exempta ab om-
ni fideicommiſſo, † quod vtique non aſſeruiſſet in pro- 7
prium præiudicium, ſi vere fideicommiſſum purificatum fuiſſet per natiuitatem Poſthumi, cui ipſe ſubſtitutus fuerat, ideoque caute admodum A. C. Bulgarinum conceſſiſſe mandatum de immittendo fundatum in falſo ſuppoſito prætenſi fideicommiſſi cum clauſula, *ſalutari ſine præiudicio habentium, meliora & potiora iura extract. pag.*
164. quæ clauſula operatur ex mente ipſius iudicantis, 8
vt conſtito de alterius bono Iure, poſſeſſio reſoluatur nullumque præſtet impedimentum veritati, vt declarant Ruin. *conſ. 168 ex numero 24. vol. primo* Natta *conſ. 503. num. 12. & 13.* Ridolphin. *in praxi part. 2. cap. 7. numero 99.* Rota coram Reuerendiſſimo Ruxas *deciſ. 313 numero 9. & deciſ. 339. numero 14. & in recent. part. 14 deciſ. 100. nu. 7. & 8 cum aliis in Farfen. ſeù Sabinen. Bonorum 13. Iunii 1672 §. ſed ſi inueſtitura coram me.*

Non obſtat, quod Capellanus tranſegerit non ſolum nomine Eccleſiæ, ſed etiam nomine proprio, quia parum refert quo nomine inita fuerit tranſactio, cum in vtroque caſu ſubiaceat vitio nullitatis ob defectum cauſæ, quæ influit in defectum conſenſus, citra quem, vt ex ſe patet, nec Eccleſia, nec quilibet alias non priuilegiatus obligatur etiamſi adeſſent prægnantiſſimæ clauſulæ iunctæ cum iuramento, cuius abſolutionem obtinuit Capellanus extract. pag. 65. quia hæc omnia ſequuntur
naturam actus, cui apponuntur, & deficiente conſenſu 9
quoad principalem contractum, † deficit etiam quoad 10
clauſulas conſequentes Abb. *in cap. cum contingat 28. numero 4. & ſeq. de Iur. iur. & conſ. 107. numero 3. & 4. parte 2.* Felin. *in cap. in præſentia ſub numero 8. de probat.* Couar. *in cap. quamuis pactum part. 3. § 4. numero 3 de pactis in 6.* Crauett. *conſ. 162 numero 10. & conſ 430. numero 7. & 8.* Rimin. Iun *conſ. 5. numero 118.* Pariſ. *conſ. 10. numero 100. & conſ. 12. numero 87. vol. primo* Menoch. *conſ. 412. per tot.* Becc. *conſ. 206 numero 26. & 27.* Rota *diuerſ. part. 4. deciſ. 112. numero primo & ſeq. & recent. part 4. tom. 2. deciſ. 318. numero primo.*

Quod autem ſententia pro reſciſſione tranſactionis lata ab A. C. & in iudicatum tranſacta, de qua hodie principaliter queritur nulla fuerit ob non ſeruatos terminos ſubſtantiales, ſubſiſtere non videbatur ex ipſo extractu à pag. 75. ad 101.

Et ita, vtraque parte Informante, reſolutum fuit.

Altera præſentis cauſæ deciſ. eſt impreſſa ſupra in hoc eodem tomo deciſ. 653.

R. P. D. CALATAIV.

Romana Legati.

Lunæ 10 Februarij 1676.

ARGVMENTVM.

Condemnatus fuerat hæres ad præſtationem legati, ſed cum illud in nomine debitoris conſiſteret, iniuſta condemnatio viſa eſt, quia ad aliud ipſe non tenebatur, quam ad ceſſionem iurium, quæ etiam abſque vllo facto hominis recta via tranſeunt in legatarium, cumque de inexigibilitate opponeretur, hæc citra culpam ipſius hæredis proueniens, damno legatarij cedere debuit.

S V M M A R I V M.

1 *Legati pro consequutione coram AC. agitur iudicio exequutiuo.*

2 *Legati exequutio petito à Rota vigore mandati AC. non conceditur, sed ordinariè canonizatur illius iustitia quatenus de ea constet.*

3 *Mandatum iniustum exequutioni demandari non debet.*

4 *Hæres iniustè condemnatur ad præstandum de aliis bonis hæreditariis legatum nominis debitoris à testatore relictum.*

5 *Legatum nominis debitoris, & proprietatis, cuius solum dominium directum testator habebat, ipso iure transeunt in legatarium.*

6 *Hæres in legato nominis debitoris ad aliud non tenetur quam ad solam cessionem iurium.*

7 *Legatum, quod propriè consistit in iuribus incorporalibus, nullam cessionem requirit, sed ipso iure transit in legatarium, & n. seqq.*

8 *Legatarius absque aliquo facto hæredis, & sine vlla cessione agere potest pro consecutione legati iurium incorporalium, & n. 12.*

9 *Inexigibilitas legati, quæ non prouenit culpa hæredis, in damnum legatarii cedit, non autem ipsius hæredis.*

10 *Hæres non tenetur statim tradere, & notificare legatario legatum.*

11 *Hæres interpellatus pro solutione legati, sufficit quod non sit in mora.*

D E C I S I O DCLI.

HABITA notitia per Eminentissimum Maildacchinum commendatarium Abbatiæ Sanctorum Clementis, & Pancratij de Vrbe legati facti ad fauorem eiusdem Abbatiæ à quondam Carolo Gabrielio vsque de anno 1621. tam canonis annuorum scutorum octo illi debiti à quondam Antonio Scalza, quam proprietatis fundi, exequutiuè coram AC. Caualerino contra hæredes dicti Caroli pro præstatione dicti legati, assecutatione proprietatis, & solutione canonum decursorum à die obitus testatoris sequuti de anno 1625. & obtinuit ad formam petitionis mandatum exequutiuum contra bona hæreditaria illius, sed interposita per hæredes appellatione mihi commissa fuit causæ cum clausula si quid exequendum; Ideoque dubitaui an mandatum AC. esset exequendum, & negatiua prodijt resolutio.

Quamuis enim Domini non dubitauerint valide fuisse actum coram A. C. exequutiue pro consecutione lega-
1 ti † ex inconcusso stylo vigente in illius tribunali, saltem
in similibus causis agendi licet secus seruari soleat in Rota, vbi propterea quando ex integro petitur exequutio
2 mandati AC. pro legatis relaxati, † denegatur illius executio, sed canonizatur iustitia, quatenus de illa constet, vt omnibus ponderatis firmatum fuit coram Dunozetto Iuniore *decis. 597. nu. 1. & 7. in recent. decis. 513. n. 1. & seq. par. 13. & in Fauentina Legati 2. Martii 1665. §. iustum quidem coram R. P. D. meo Taia*; attamen cum in præsenti
3 constet de notoria iniustitia eiusdem mandati, † ipsius
exequutio est deneganda, vt pluribus relatis dixit Rota *decis. 172. n. 1. coram Eminent. D. Card. Otthob.*

Iniustitia verò dicti mandati resultat ex eo, quod condemnati fuerunt hęredes Caroli ad præstandum legatum
4 & soluendum canones vt supra, † quod de iure fieri nequibat, cum legatum consistat in nomine debitoris parti-
5 cularis, & proprietate fundi specialiter legata, † cuius
dominium ipso iure transiuit in Ecclesiam legatariam, vt disponunt textus *in l. si tibi homo 88. §. cum seruus, ff. de legat. 1. l. à Titio 66. ff. de furt.* & tradunt Peregr. *de fideicommiss. art. 49. num. 103.* & Doctores passim, ideoque hæ-
6 redes ad aliud non tenentur, † quam ad cessionem iurium *l. si sit legatum 77. §. si mibi, ff. de legat. 1.* ibique Scribentes, & pluribus relatis Cyriac. *controu. 336. num. 1. & contr. 337. num. 6.* Olea *de cessione iurium tit. 5. qu. 14. num. 7. & seqq.* & dixit Rot. *decis. 11. num. 2. & 3. de testam. in antiquis*: Imò quando legatum consistit in iuribus incorpo-
7 ralibus, propriè non requiritur aliqua cessio, † sed iura
8 ipsa ita transeunt in legatarium, vt absque cessione, †
aut alio facto hæredis agere possit, Virgil. *de legitim personarum cap. 20. num. 29* Olea *de cessione iurium tit. 4. in miscellan. num. 8.*

Non obstat, quod interim nomen debitoris redactum sit inexigibile, & fundus remanserit cum alijs confusus, itant modo amplius distingui nequeat, tum quia hoc in facto non fuit legitimè iustificatum, tum etiam quia cum inexigibilitas prouenerit absque culpa hæredum, † id ce- 9
dere debet in damnum ipsius legatarij, non autem hæredum, Barrius *de successien. lib. 9. tit. 33. sub num. 1.* Olea *de cessione iurium tit. 4. qu. 5. num. 5.* & firmauit Rot. *d. decis. 11. n. 10. de testamentis in antiq.*

Nec culpa hæredum deduci valet ex eo, quod non tra-
diderunt, nec notificarunt statim legatum, † quia illi ad 10
id minimè tenebantur, sed sufficit, quod interpellati † 11
non sint morosi, ad textum in *l. cum res 49. ff. de legat. 1.* & indiuidualiter in *l. si ex legati 23. vbi gloss. &* Bartol. alijque Doctores, *ff. de verb. obligat.* eoque magis, vt supra
absque vllo facto † hæredum agere poterat. 12

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

REVERENDISSIMO DOMINO ALBERGATO,

Sacræ Rotæ Decano.

Tergestina Pecuniaria super bono Iure.

Lunæ 10. Februarii 1676.

A R G V M E N T V M.

Nullam remanere deciditur hypothecam in mercibus minutatim venditis, sed super illis, qui prior est in tempore potior est in iure; Prioritas autem ab apocha fuit desumpta, quæ trino teste munita præualet instrumento publico, cuius itaque creditorum suam satisfactionem obtinere potuisset declaratur, etiam in actu decoctionis sui debitoris, quia cum creditum esset certum satisfactionem procurando nemini fecit iniuriam.

S V M M A R I V M.

1 *Merces si non venduntur vniuersaliter, vt corpus, & taberna, sed particulariter, & minutatim, non remanent hypothecatæ.*

2 *Commercium publicum impediri non debet.*

3 *Prior, qui est in tempore, est etiam potior in iure.*

4 *Apocha trino teste munita non differt à publico instrumento, & num. seqq.*

5 *Antidata quam in apocha malitia hominum adinuenit ad fraudandum creditores, cessat, si apocha sit trino teste signata.*

6 *Apocha confecta triennio ante sequutam decoctionem, non potest, nec debet remanere suspecta de antidata.*

7 *Tristis futurus euentus non præsumitur cogitatus.*

8 *Homines semper sperant progredi de bono in melius, non autem de malo in peius.*

9 *Debitor etiam in limine decoctionis suo creditori satisfacere non probibetur.*

10 *Creditor procurans à suo debitore etiam de proximo decoctaro, sibi satisfieri de suo credito, vtitur iure suo, & num. seqq.*

11 *Iure suo vtens nemini facit iniuriam.*

12 *Solertia creditoris appellatur in obtinenda satisfactione sui crediti à debitore de proximè decocturo.*

13 *Creditum simpliciter confessionatum, non præfertur credito mediante pecunia numerata contracto, & vid. num. seqq.*

14 *Confessio de recepto facta sub spe futuræ numerationis, non præiudicat creditori, qui mediante pecunia numerata contraxit, etiamsi prior pecunia postea numerata sit.*

15 *Confessio de recepto probat debitum tam contra confitentem, quàm contra creditores illius qui postea contraxerunt, si de ea suspicari non possit, alias secus & num. seqq.*

16 *Venditor potest pretium etiam emptori donare.*

17 *Vnusquisque rei suæ est moderator, & arbiter.*

D E C I S I O DCLII.

CONSTARE de bono iure Donadoni respondit
Rota, me proponente sub die 25. Iunij 1674. & ho-
die permansit in decisis, non obstantibus obiectis reperi-
tis, & alijs nouiter excitatis: nam ferramina, quæ ille
emit à Carolo Matthæio Ripoch, qui eadem anteceden-
ter acceperat in solutum à Lucatellis transierunt in domi-
nium Ripochi, & successiuè Donadoni emptoris, qui su-
per illis tamquam tertius molestari non potuit à Velzijs
creditoribus illorum de Lucatellis, cum merces quando
1 non venduntur vniuersaliter, vti corpus, & taberna, †
sed particulariter, & minutim distrahuntur non rema-
2 neant hypothecæ, † ne publicum commercium impedia-
tur, vt præter relatos in præterita *decis. §. quod autem*, fir-
mant Marescot. *var. resol. lib. 1. cap. 24. numer. 3.* Negus. *de
pignor. par. 2. mem. 2. num. 23.* Rodriguez *de concur. credit. p.
2 art. 3. n. 54* Rot *post eum dec. 4. n. 8.*

Eo magis quia Donadonus metitur ius suum à d. Ri-
poch, qui illa recepit pro credito contracto de anno 1659.
quod cum appareat anterius credito ipsorum de Velzijs,
qui Lucatellis pecuniam tradiderunt de anno 1661. &
3 1662. iuuatur proinde vulgari regola prior in tempore †
potior in iure, *cap. qui prior de reg. iur. in 6.* nil vrgente,
quod de illius credito constet per simplicem apocham,
4 quia cum hæc reperiatur trino teste munita † nihil differt
à publico instrumento, iuxta Text *in l. scripturas C. qui
pot. in pign. hab.* Tunc enim cessat illa sinistra suspicio an-
5 tidatæ, † quam malitia hominum adinuenit ad fraudan-
dum creditores Menoch. *cons. 787 num. 6.* Rota *decis. 719.
num. 8.* coram Buratt. *& 421. num. 7. par 13 recent. in Peru-
sina executionis 26. Nouembr. 1672. in princip. coram bo. me.
Triolo.*

Nec visa est sobstineri repetita simulatio tam confe-
ctionis apochæ, quam dationis in solutum deducta ex im-
minenti decoctione illorum de Lucatellis, quia præter
quod illa non est sufficienter probata, excluditur aduer-
tendo, apocham fuisse factam per triennium, & vltra
6 ante prætensam † decoctionem, quod tempus nullo mo-
do dici potest suspectum, vt firmat præterita *decisio*, &
dictum fuit in *Perusin. Executionis 13. Martij 1673. §. por-
rò coram bon. me. Triolo*, cum non sit verisimile tunc fuis-
7 se † cogitatum tristem futurum euentum decoctionis,
semper enim homines sperant de bono in melius progredi
8 † non autem de malo in peius, vt arguit *text. in §. in frau-
dem, instit. quib. mod. manum. non lic. Gait. de credit. cap. 2.
tit. 7 num. 1918.*

Similiter suspicari non potest fraudem intercessisse in
datione in solutum, quia dum creditum Ripochi erat cla-
9 tum, cuius solutionem Lucarelli effugere nequibant, †
rectè ad illam deuenerunt, etiamsi fuissent in limine de-
coctionis, cum ad id quouis tempore compelli potuissent
à creditore Franc. *decis. 55 num 44.* Gratian. *di c. 391 nu. 15.
& 16.* Rot. *decis. 169 num. 13. coram Eminentiss. Ottbobon &
in Romana concursus creditorum 19 Ianuar. 1671. §. quæ si
procedunt in fin. coram me*; Vnde Ripoch curando sibi sa-
10 tisfieri eo modo, † quo poterat, vsus est iure suo, & ne-
11 mini facit iniuriam, vt in his terminis ponderant Surd.
cons. 328 num. 35. Gratian. *d. disc. 391 nu. 26. & 27.* vbi quod
12 hæc dicitur † vigilantia creditoris, & sequitur Rota *in d. Ro-
mana concursus creditorum d. § quæ si procedunt*, confirma-
ta 8. *Februar. 1172 §. in proposito coram me.*

Minus obstat nouum motiuum desumptum ex eo,
quod creditum Ripochi, licet in tempore anterius, ta-
13 men cum innitatur simplici confessione de recepto † præ-
ferri non debeat credito ipsorum de Velzijs per actualem
pecuniæ numerationem contracto, iuxta *text. in l. Titius,
ff. quæ res pign. oblig. poss.* & deducta per Rip *in l priuileg.
credit.* & alios recensitos in *d. Perusina executionis 13.
Martii 1673. coram bo. me. Triolo.*

Quia conclusio ista non sic indefinitè recipitur, sed pro-
cedit in casu, quo constaret confessionem fuisse factam
14 sub spe futuræ numerationis † subsequutæ post ius quæsi-
tum creditoribus, qui medio tempore contraxerunt, vt
est casus d. *l. Titius*, vel quando confessio emanasset inter
personas suspectas, & in limine decoctionis, vel in casu
15 cui resisteret, vel alias de contractu suspicaretur; † secus
autem quando contractus non est de sui natura suspectus,
seu gestus tempore suspecto, aut inter personas prohibitas
tunc enim recepta est opinio, quod confessio de recepto
16 † probet debitum, tam contra confitentem, quam contra
creditores, qui post illam cum ipso confitente contraxe-
runt, vt conciliando contrarias opiniones tradit Gait. *de
credit. cap. 2. tit. 3. num. 527.* Andreol. *controu. 31. in fin.* Mer-
lin. *de pignor lib. 4. qu. 26. num. 50.* Ioseph. Vela *differ. iur. 25.
ex num. 17.* Salgad. *labir. credit. par. 3. cap. 13. num. 31.* & di-
stinguendo omnes casus testatur de variori, & receptiori
in Tribunal Rotæ *in d. Perusina executionis 13. Mart. 1673.
§. in omnem verò coram bo. me. Triolo.*

Demum quod Donadonus non soluerit pretium Ripo-
cho non interest Velzijs, sed cogitandum relinquitur ven-
tori, † qui poterat etiam illi donare, cum quilibet sit in 17
re sua moderator, & arbiter, *l. in re mandati, C. mandati*,
ideò ex prædictis, & alijs in antecedenti decisione dedu-
ctis, quæ hodie Dominis placuerunt, resolutum fuit esse
standum in decisis vtraque parte audita &c.

Plures decisiones in hac causa factæ sunt, altera, quæ est
impressa supra hoc eodem tomo, & est decis. 340. alte-
ra, quæ hic immediatè subsequitur, & altera præsen-
tis confirmatoria infra sub die 2. Decembris istius præ-
sentis anni.

R E V E R E N D I S S I M O D O M I N O A L B E R G A T O.

Sacræ Rotæ Decano.

Tergestina Pecuniaria super recognitione manus.

Lunæ 10. Februarii 1676.

A R G V M E N T V M.

Quia numquam conceditur probatio, quæ probata non releuaret, denegatur ideo in hac decisione recognitio manus per comparationem literarum, quia ea admissa, adhuc creditum, licet posterius suam anterioritatem habebat ab alio credito illi anteriore, ac etiam quia in omnem casum d. recognitio fieri non poterat sine citatione principaliter interesse habentis.

S V M M A R I V M.

1 *Recognitio manus per comparationem literarum fieri non potest absque citatione illorum, qui principale interesse habent.*

2 *Comparatio literarum, vel alia recognitio manus non admittitur, si probata non suffragatur, & num. 4. cum seqq*

3 *Creditum anterius habere non sufficit, si creditum posterius suam sumat anterioritatem ab alio credito illi anteriore.*

4 *Probatio, quæ probata non releuat, non conceditur, nec fieri permittitur, & n. 2. cum seqq.*

5 *Expensis inutilibus partes grauari non debent.*

6 *Laboribus inanibus homines fatigandi non sunt.*

7 *Remissoria non conceditur si materia articulata sit irreleuans, & probanti probata non suffragaretur.*

D E C I S I O DCLIII.

QVEMADMODVM super bono iure ad fauorem
Donadoni Rota hodie stetit in decisis, ita quoque
confirmauit alteram decisionem super recognitione ma-
nus, quam Velzij ad probationem proprij crediti fieri præ-
tendebant per comparationem, & moti sunt Domini ex
eisdem rationibus deductis in decisione edita in die alte-
rius resolutionis captæ super negocio principali, nimirum
talem comparationem † fieri non posse absque citatione 1
illorum de Lucatellis, de quorum interesse principaliter
agitur, & quod prætensa comparatio inutilis est, † quia 2
etiamsi per illam iustificaretur creditum ipsorum de Vel-
zijs, adhuc nil releuaret, cum tamquam posterius obsta-
re non possit Donadono, † qui anterioritatem sumit à cre- 3
dito Caroli Matthæi Ripochi, à quo emit ferramina illi

data

dàta in solotum à Lucatellis, vt probat præterita, & ho-
dierna decisio super bono Iure, quando enim partes pro-
4 bare intendunt † id quod probatum non releuat, Rota
5 ne inutilibus † expensis grauentur, & inani labore fati-
6 gentur, † non permitsit huiusmodi irreleuantes probatio-
7 nes † fieri, vt quotidie practicatur in remissoria, quæ
semper denegatur, quando prout hic materia articulata
est irreleuans, & probanti probata non suffragatur, iuxta
Text. *in l. ad probationem, vbi gloss. in verb. non conuenit C. de probationibus*, Rota *decis.* 833. *num.* 6. *coram Dunozetto Iuniore*, & dictum fuit in *Ariminen. fideicommissi* 10. *Decembris* 1668. *coram me*, & sæpè in alijs.

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

Altera decis. præcedens emanauit in ead. causa, cuius in calce etiam aliæ concordantes positæ sunt.

R. P. D. VICECOMITE

Bononien. Primogenituræ de Luparis.

Lunæ 10. Februarij 1676.

ARGVMENTVM.

Forma deputationis Oeconomi in transactione conuenta seruari deciditur nec illi nouum onus depositi adiungi posse resoluitur, prout nec minus conceditur regressus ad fructus in eadem transactione renunciatos, quia hæc omnia excludebantur à pactis, & ab obseruantia eiusdem transactionis. Alios verò fructus in eadem transactione non consideratos, ad illum spectare declarantur, ad quem semota d. transactione de iure spectare debuerant.

SVMMARIVM.

1 *Transactionis forma seruari debet, & ab ea recedi non potest.*

2 *Transactio est stricti iuris, quæ nec patitur extensionem, aut restrictionem.*

3 *Transactio restringitur tantummodo ad expressa.*

4 *à Pactis, & conditionibus transactionis recedi non potest.*

5 *Pacta, quæ transactionem componunt, illius pars esse dicuntur.*

6 *Regressus ad fructus renunciatos mediante deputatione Oeconomi, qui eos colligat, & percipiat, non conceditur.*

7 *Hæres non potest petere id, quod eius auctor renunciauit.*

8 *Obseruantia interpretatiua deducitur tam ex facto quam ex non facto.*

9 *Transigentium qualis fuerit à principio voluntas, ex obseruantia transactionis deducitur.*

10 *Depositum, quod nunquam fecit antecessor Oeconomus nec minus facere tenetur illius successor.*

11 *Obseruantia antecessoris probat, ad quid teneatur successor.*

12 *Subrogatus non cogitur plus præstare, quam præstabat ille, in cuius locum fuit subrogatus.*

13 *Transactio extinguit omnes titulos, cunctasque actiones, & obligationes præcedentes.*

14 *ad Iura ante transactionem vigentia, amplius regressus non datur, & sup. num. 6.*

15 *Hæres non potest redire ad primæua iura, ad quæ regressum habere suus auctor fuit prohibitus.*

16 *Casus in transactione non cogitatus, tanquam omissus venit sub dispositione iuris communis.*

17 *Fructus quos transactione sublata, quis consequi debuisset ita consequitur, si de eis in eadem transactione cogitatum non est.*

DECISIO DCLIV.

SVPER Primogenituræ Matthæi de Luparis controuersia exorta inter Senatorem M. Antonium Luparum, & Marchionem Æneam Magnanum, agitata primo in Curia Bononiæ, & subiude in Rot. vt videre est ex *decisionibus* 194 & 413. *par.* 14. *recent.* fuit tandem per transactionem ad vitam amborum collitigantium duraturam, composita, & pro concordiæ obseruatione extensa fuit apocha varijs pactis completa, inter quæ illud inseritur, quod Oeconomus, qui super bonis Primogenituræ fuerat ad instantiam Marchionis deputatus, de qua eius præsenti Summar. num. primo, & pro tempore arbitrio eiusdem deputandus erat, consignare deberet Senatori Luparo medietatem dictorum fructuum, donec filij masculi Marchionis nascerentur, ijsque natis, tertiam partem, residuum verò vsque tunc perceptorum, & pro tempore percipiendorum conseruare pro dictis filijs masculis nascituris, quoties Marchio ipse non esset illorum capax. Tractu postmodum temporis iuxta casuum contingentias variæ subortæ fuot quæstiones; nam mortuo Senatore Luparo altero ex transigentibus, Francisca Maria eius filia dubitauit, an ei obstaret dicta transactio, & coram R. P. D. meo Bouriemont * per binas decisiones fuit affirmatiuè resolutum; Mortuo subinde etiam Oeconomo, ad instantiam eiusdem Franciscæ Mariæ fuit disputatum, vtrum in locum demortui esset subrogandus alius; & sub die prima Aprilis superioris anni coram me fuit pariter affirmatiuè conclusum, ad cuius decisionis sensum cum deinde Marchio Æneas in Oeconomum deputauerit Marchionem Albergatum, Virum Senatorium, & Patrem famil. opibus diuitem, excitata fuit altera quæstio, quomodo circa fructuum administrationem se gerere deberet; Dato propterea dubio, An dictus Oeconomus teneatur fructus deponere, vel quid de illis facere debeat, fuit prout infra resolutum.

Et pro faciliori resolutione sumpto themate ab eadem concordia, constituebant Domini distinctionem inter fructus, quos Oeconomus soluebat in vita Senatori Luparo, & inter alios, quos penès se retinere debet soluturus filijs Marchionis Æneæ; Et ab istis incipiendo dixerunt, Oeconomum non teneri deponere. Cum enim tale quid in transactione conuentum non reperiatur, quinimo in cap. 6. apochæ super ea extensæ obligatio iniungatur Oeconomo. Di tenere tutti i frutti percetti fino al presente giorno à beneficio de i figli di esso Sign. Marchese, mentre esso Sig. Marchese Enea ne fosse incapace &c.
Et rursus *in cap ante penultim.* Qual Signor Economo promette di render buon conto del residuo dell'entrate &c. che gli restarà in mano, a' figli di esso Sign Marchese per secondare la di lui mente, mentre esso Sign Marchese ne fosse incapace &c. Et demum *in cap. penultimo:* E per li frutti, e rendite, che dedotte le portioni, come sopra, resteranno in mano per l'auuenire al Signor Economo, pro
sempore &c. non potest noua forma super inducta, † ab 1
ista in transactione tradita recedi, est textus clarus *in leg. quamuis* 39. *C. de transact. vbi* Bald & Iason Rota coram Casill. *decis* 111. *numer. primo* & passim. Et hoc non so-
lum, quia transactio est stricti † iuris, quæ nec extensio- 2
nem, aut restrictionem patitur, sed ad expressa † dumta- 3
xat restringitur, *l. si vnus, §. ante omnia, ff. de pact. l. si de certa C. de transact.* cum similibus, latè Mantic. *de tacit. lib.* 26. *tit.* 6. *num.* 1. *& seqq.* Rota coram Coccin. *decision.* 1684. *num* 22. coram Duran. *decis.* 233. *num* 7. Verum etiam quia processeruot partes in transigendo per viam pacti, & conuentionis, vt in proemio, *ibi*: Conuengono di venire al presente accordo con l'infrascritti patti, e con-
ditioni, † à quibus nullatenus resilire licet, *l. Iurisgentium* 4
§ Prætor ait, ff. de pact. l. 1. *ff de ædilit. edict.* cum concordan. per Surd. *cons.* 183. *&* Honded. *cons.* 19. *lib.* 1. *vtrobique n.* 11. Rot. *decis.* 194 *n.* 1. *par.* 13. *recent.*

Et cum inter cætera pacta, quæ transactionem com-
ponunt, † & pars illius dicuntur, Rot. coram Pen *decis.* 5
501. *num.* 3. adsit illud realis renunciationis, & abdicationis cuiuscumque iuris factæ de his fructibus à Senatore Luparo tam ante transactionem perceptis, quam post (dempta portione eidem consignanda) percipiendis, quos destinatos diximus pro filijs dicti Marchionis nascituris, vt in *d. cap* 6. *& cap. penult. vbi* etiam permittitur indemnitas Oeconomi, aut cuiuscumque alterius, qui eos per-

cepisset

6 cepisset, † cessat quodcumque ius regressus ad dictos fru-
ctus renunciatos, *l. quæritur*, *§. si venditor*, *ff. de ædilit. edict.* Becc. *conf.* 39 *num.* 4. Surd. *præcit. conf.* 183 *num.* 51.
Rot. *decis.* 182. *num.* 9. *part.* 1. *&* *decis.* 141. *num.* 12. *part.* 5.
7 *recent.* Nec Francisca Maria hæres petere potest id, †
quod dictus Senator eius pater renunciauit, Galerat. *de renunciatione lib.* 7. *cap.* 15. *num* 28. *& seqq.* Rota coram
Bichio *decis.* 649. *numer.* 6. multo minus quod fiat deposi-
tum, in proximis terminis Rota coram eodem Bich.
decis. 156. *num.* 15. *&* 56.

Quæ omnia comprobauit subsequuta obseruantia, ete-
nim dum vixit primus Oeconomus, viuente adhuc Sena-
tor Luparo, & isto defuncto, dum superuixit, fructus
nunquam deposuit: Cum autem tam ex facto, quam ex
8 non facto † obseruantia interpretatiua eliciatur, Spad.
conf. 232. *num.* 13. *lib.* 2. Bich. *decis.* 660. *num.* 17. *in recent. decis.* 291. *num.* 10. *&* 11. *par.* 9 *decis.* 520. *num.* 15. *part.* 13.
9 inde deducitur qualis in sui primordio † fuerit transigen-
tium voluntas, Ciauett. *conf.* 211. *num.* 8 & ex alijs sub-
dit Rota coram Bich *decis.* 660. *numer.* 18. *in recent. decis.*
289. *num.* 7 *part.* 15. & passim, vt scilicet eodem modo,
10 quo antecessor nunquam deposuit, † ita nec teneatur de-
ponere successor, Rota coram Pen. *decis.* 735. *num.* 3. &
sumpto argumento à vi subrogationis, & ab obseruantia
11 antecessoris † ad ostendendum, quod non teneatur sub-
12 rogatus plus præstare, † quam præstabat ille, in cuius lo-
cum subrogatur, tradit in proximis term. Grat. *discept.*
716. *num.* 13. *cum tribus seqq.* & generaliter Euerard. *in Topic. loco à vi subrogationis*, Rot. *decis.* 415 *in fine par.* 3.
& decis. 83. *num.* 8. *&* 9. *par.* 8. *recent.*

Neque prætensa hæc obligatio deponendi redditus de-
sumenda venit ex sententia Iudicis primæ instantiæ,
qua expresse præcipitur Oeconomo, vt debeat bona pri-
mogenituræ administrare arbitrio boni viri, redditus in-
uestire, & alia omnia facere, quæ diligens paterfamilias
facere deberet, &c. quia per dictam transactionem sub-
sequutam, à qua, tamquam à regula præcedentium li-
13 tium terminatiua, sumendum est † initium, tituli omnes
omnesque actiones, & obligationes præcedentes tam
de iure, quam ex quauis alia causa competentes, fue-
runt saltem ad vitam transigentium extinctæ, *enp. primo*
cum ibi notatis *de transact. Valeron. eodem tractat. tit.* 5.
quæst 4. *num.* 3. *& sequent.* Rota coram Mantic. *dec.* 141.
num. 8. coram Merlin. *decis.* 834. *num.* 4. coram Bich. *decis.*
83. *num.* 1. *cum seqq.* Ideoque quemadmodum ex hac ea-
dem ratione, dum agebatur de noua Oeconomi deputa-
tione, dixit Rota *coram me sub d. die* 1. *Aprilis superioris*
14 *anni* † non licuisse Marchioni ad iura ante transactio-
15 nem vigentia recurrere, † ita nec modo licet Franciscæ
Mariæ, ex traditis in eadem *decis.* *§. Etenim*.

Hæc tamen omnia, quæ procedunt respectu fructuum
conseruandorum pro filijs masculis Marchionis Æneæ
nascituris, non militant quoad fructus, quos soluebat
Oeconomus in vita Senatori Luparo, quandoquidem
cum illius præmorientiæ casus non fuerit in transactione
16 præcogitatus, nec quid de his fructibus tunc esset † agen-
dum, tamquam casus omissus venit sub dispositione iuris
communis, *ad text. in l. commodissimum*, *vbi* Bart. & Scri-
ben. *ff. de liber. & posth.* Gratian *discept* 211. *num.* 34. Ro-
ta coram Burati. *decis.* 22. *num.* 58. Cum autem sublata
de medio transactione fructus perciperet idem Marchio,
quia bonorum primogenituræ possessionem fuerat ante
17 assequutus, † ita cum per transactionem nihil de illis re-
maneat determinatum de iure illos consequi debet bene
in proposito Rota *decis.* 63. *n.* 1. *p.* 5. *diuers.*

Et ita vtraque parte informante

Confirmata fuit hæc decisio 1. Iulij 1676. quæ infra suo
loco, & tempore apponetur.

R. P. D. VICECOMITE.

Tudertina Dotis.

Lunæ 24. *Februarii* 1676.

A R G V M E N T V M.

De bonis à Fisco occupatis occasione delicti alterius ex fratribus, vnum tantum corpus à Fisco vxori pro suis dotibus est concessum, cætera verò fratri non delinquenti ratione fideicommissi restituta sunt; Illi autem postea conquerente, & manutentionem super medietate prædij vxori dimissi prætente, hæc ei denegatur, & vxori conceditur, quia de ipsius possessione constituit, itaut si aliqua ille per antea possessionem habuisset, per acceptationem sententiæ criminalis fuerit amissa non obstante defectu minoris ætatis, quia etiam minor potest perdere possessionem.

S V M M A R I V M.

1 *Manutentio possidenti denegari nunquam potest, nec denegari consueuit.*

2 *Possessio anterior de qua tamen non constat, non potest suffragari ad effectum obtinendi manutentionem.*

3 *Manutentio non datur ei, qui acquirendo, vel approbando possessionem alterius, à sua possessione cecidit suo facto proprio.*

4 *Sententia in iudicatum transacta, omnem habet præsumptionem validitatis, & iustitiæ, donec transportatis actis doceatur de contrario.*

5 *Minor ad effectum manutentionis potest suam possessionem perdere.*

6 *Manutentio etiam contra maiorem conceditur, quando illius iura dependent à discussione requirente altiorem indaginem.*

7 *Manutentionis in iudicio disputari non debet, an viduæ debeantur fructus suæ dotis, & an illa fecerit fructus suos.*

Viduæ an debeantur fructus dotis, & an ipsa fecerit fructus suos, respicit altiorem indaginem, quæ in iudiciis priuilegiatis non admittitur.

D E C I S I O DCLV.

PATRATO per Tullium delicto, omnia eius bona fuerunt Fisco applicata, inter quæ prædium in agro montis Molini, vocabulo, il Colcello: Sed reclamantibus Maria Felice Vxore delinquentis pro recuperatione suarum dotium, & Michaele Angelo fratre pro defensione medietatis bonorum apprehensorum, atque etiam pro totali Fisci exclusione vigore auiti fideicommissi in casum delicti ordinati, Iudex Criminalis per diffinitiuam sententiam; decreta Mariæ Felici pro dictis suis dotibus in quantitate scutorum 1800. & alimentis retentione, & manutentione in dicto prædio, il Colcello, cætera bona Michaeli Angelo dimisit, solutis tamen Fisco scutis 100. & facta per eum obligatione de soluendo omnia alia debita delinquentis prout in executionem dictæ sententiæ, illa deinde persoluit, Summario Mariæ Felicis num. 4. & vigore illius ipsa Vxor prædium præfatum pacifice possedit, acquiescente ipsomet Michael Angelo, qui in reliquis dictam sententiam obseruauit, & omissa appellatione, passus est in iudicatum transire; Cumque quadriennio post idem Michael Angelus iudicium manutentionis super medietate dicti prædij coram Auditore Cameræ introduxisset, fuit per sententiam reiectus, à quo commissa mihi causa appellationis, proposui dubium, cui danda esset manutentio, quod fuisset fauore Mariæ Felicis resolutum.

De illius namque possessione constat ex instrumento
publico adeptionis illius, dicto Summario num. 5. † qua 1
stante, manutentio non potest denegari, per vulgat, §.
Retinendæ instit. de interdict.

Nec visa fuit suffragari posse Michaeli Angelo anti-
qua possessio per ipsum allegata viuente Tullio fratre, † 2
quoniam de ea non constitit, vt occurrendo consimili
obiecto responsum fuit *in Neapolitana, seu Capuana prædii* 27. *Iunii* 1670. *§. neque procedere versicul. vel quia in facto coram me*. Immo contrarium concludenter probatum, fuit per testes formiter examinatos, deponentes integrum prædium fuisse à Tullio possessum, ad Fiscum deinde deuolutum, & ab ipso Mariæ Felici per dictam sententiam relaxatum cum

acquie-

acquiescentia, & approbatione dicti Michaelis Angeli,
3 † qui proinde etiamsi possessionem habuisset, ab ea facto proprio decidendo, manutentionem modo consequi non posset, Posth. *de manut obseru. 57. num. 37.* Gratian. *discept 503. numero 28* Adeo. ad Buratt. *decis. 604. num. 24.* cum ibi concordan. ex vulgat.

Exceptiones verò nullitatis, & iniustitiæ contra di-
4 ctam sententiam oppositæ non fuerunt attentæ, † quia ob transitum in iudicatum, omnis præsumptio viget pro illius validitate, & iustitia, donec transportatis actis contrarium doceatur, Rota coram Buratt. *decis. 134. numer. 8. coram* Coccin. *decis. 1246. numero 5. in receut. decis. 358. num. 21. part. 13.*

Atque hæc omnia procedunt, quamuis Michael Angelus de tempore latæ sententiæ, ac subsequutæ acceptationis esset minor; Quoniam cum in præsenti iudicio de
5 sola possessione tractetur † potuit, licèt in minori ætate constitutus illam perdere, Bald. *in l. vnica C. si de moment. possess.* Posth. *de manut. obserа. 57. numero 37. cum duobus seqq.* Gratian. *discept. 501. numero 28. & disc. 704 numer. 18.* Rota *decis. 91. num. 4. part. 2. diuers.* Et licèt aliunde sua habeat remedia, quia tamen dependent à discussione requi-
6 rente altiorem indaginem, † manutentio interim conceditur contra minorem, Posth. *de manut. obsera 62. num. 11.* & plenè Rota post eundem *decis. 295. numero 16. & 17.*
7 Quemadmodum etiam requirit altiorem indaginem † quæsito in præsenti excitata, An Mariæ Felici viduæ stante interpellatione debeantur fructus dotales, & consequenter tamquam tales fecerit fructus suos perceptos ex dicto prædio, vel potius cesserint in satisfactionem sui crediti, prout prætendebat Michael Angelus, quam propterea, & alias similes quæstiones, tamquam alienas à præsenti iudicio, remiserunt Domini ad petitorium.

Et ita, vtraque parte informante, suit resolutum.

R. P. D. CALATAIV.

Tudertina Affictuum Prædij.

Lunæ 24. Februarii 1676.

ARGVMENTVM.

Fœneratitius allegabatur contractus, vel quia cum pacto redimendi concurrebat modicitas pretij, vel etiam quia venditor in possessio permanserat, sed pro illius realitate resoluitur, quia modicitas pretij non erat vltra dimidiam, vt ad hunc effectum requiritur, possessio verò venditoris referebatur ad causam locationis illi factæ, quæ cum permittatur à iure, non exinde resultabat aliqua coniectura sufficiens simulationis, vel fraudis.

SVMMARIVM.

1 *Emptio, & venditio facta cum pacto redimendi ab vtroque iure approbatur.*
2 *Venditio facta cum successiua locatione bonorum venditorum ad fauorem ipsius venditoris, est in iure valida.*
3 *Venditio facta cum pacto redimendi, attenta modicitate pretij, simulata, & fœneratitia præsumitur.*
4 *Pretium inter partes conuentum, præsumitur iustum.*
5 *Pretij non omnis modicitas facit contractum esse fœneratitium, sed requiritur læsio vltra dimidiam, & numero 12.*
6 *de Pretio vnius temporis non rectè infertur ad pretium alterius temporis.*
7 *Pretia rerum variantur in dies.*
8 *Ædificia in prædio rustico sola causa oblectationis constructa, non ad necessitatem fundi pro habitatione coloni, recollectione, seu conseruatione fructuum, non habentur in consideratione.*
9 *Æstimatio facta ratione diuisionis, quæ fieri potuit vel ad pompam, vel ex causa affectionis, non probat verum valorem.*
10 *Valor vbi plenè, & concludenter probari debet, non resultat ex diuisione inter fratres.*
11 *Testes etiam periti non probant valorem, si non affirmant rem tanti communiter emi, & vendi posse.*
12 *Læsio enormissima requiritur ad effectum præsumendi contractum fœneratitium, & supra num. 5.*
13 *Venditor, quod post venditionem in possessione permanserit tamquam conductor, nullam fraudis, aut simulationis suspicionem inducit, & num. 14.*
13 *Pactum appositum in successiua locatione, non influit in venditionem antecedenter contractam.*
15 *Onera rei semper illius valorem diminuunt.*
17 *Pactum redimendi minuit valorem plus, & minus secundum quod longius, vel breuius est conceptum.*
18 *Pactum redimendi ad nouennium detrahit de vero valore sextam partem ad minus*
19 *Contractus mulieris, pro qua interuenit Archidiaconus, vel alia persona similis, non præsumitur simulatus, aut fœneratitius, & num. 20.*
20 *Contractus gestus inter mulierem, & personam in dignitate Ecclesiastica constitutam, præsumitur verè, & solemniter gestus.*

DECISIO DCLVI.

PRÆVIIS duabus decisionibus coram R.P.D. meo Taia, lata fuit sententia Rotalis, in qua pronunciatum fuit, contractum venditionis prædij, de quo agitur sustineri, & hodie in gradu appellationis placuit DD. coram me sententiam tamquam validam, & iniustam confirmare.

Validitas apparet, quia processum fuit seruatis omnibus de iure seruandis, & iustitia resultat ex eo, quod tam contractus emptionis, & venditionis cum pacto de
retrouendendo † ab vtroque iure approbatur, iuxtà Text. 1
in cap. ad nostram de emptione, & venditione, & in l. 2. C. de pactis inter emptorem, & venditorem, quam alter loca-
tionis successiuè factæ venditori, † de quo loquitur Tex- 2
tus *in l. si sterilis §. si fundum ff. de act. empt. & in l. quædam mulier ff. de rei vindicat.* & post plures firmauit Rota *in Prænestina simulationis contractus 17. Iunii 1669. cor. R. P. D. meo Vicecomite, & in Ferrarien bonorum 31. Ianuarii proximè præteriti §. vtique enim coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Nec subsistit obiectum, quod quando cum pacto redi-
mendi concurrit modicitas pretij, † tunc contractus præ- 3
sumatur fœneratitius, & simulatus, iuxtà doctrinam Cagnoli *in l. 2 numero 59 C. de pactis inter emptorem, & venditorem,* quia præterquod pretium inter partes con-
uentum † præsumitur iustum, & non omnis modicitas 4
apta est ad effectum inducendi præsumptionem fœnoris,
† sed requiritur, quod superet dimidiam iusti pretij, vt 5
vltra Cagnol consuluit Honded. *consil 33. numero 62. lib. 2.* Gratian. *discept. 600. numero 2.* Rota coram Andr. *decis. 109. numero 7. & in Romana domus 1667. §. Iniustitia coram Reuerendiss. Patriarcha Alexandrino.*

Talis autem modicitas, quæ dimidiam iusti valoris excedat, in casu præsenti non probatur, nec ad illam ostendendum sufficit, quod anno 1637. occasione diuisionis secutæ inter fratres venditricium, hoc prædium fuerit valutatum in scutis 1614 quia cum id acciderit longè an-
te contractum venditionis stipulatum anno 1653. † non 6
licet de vno tempore ad aliud arguere, cum pretia rerum
† varientur in dies, *l. pretia rerum ff. ad l. Falcidiam,* Sur- 7
dus *cons. 151. numero 31.* Rota coram Dunoz *decis. 617. numero 2.* præsertim cum tunc fuerint æstimata ædificia existentia in prædio, quæ tamquam ad patrisfamiliam
oblectationem constructa, † non autem ad necessitatem 8
fundi pro habitatione colonorum, & recollectione, & conseruatione fructuum ædificata pretia rerum non augent, Pincl. *in l. 2. par. 1. 3 cap 4. numero 2 Cod. de rescind. vendit.* Rota coram Merlin. *decis. 695. numero 3. & in Imolen bonorum 6. Martii 1663. §. nec in proposito coram bon. mem. Verospio, & in Romana Vineæ 10. Iunii prox. præter. cor. Reuerendiss. Decano.*

Et vlterius talis æstimatio, vtpotè facta ratione diuisionis inter fratres, contingere potuit, vel ad
pompam ad effectum magnificandi patrimonium, † 9
vel ratione affectionis ipsorum diuidentium, † vn- 10
de nihil certi ex ea infertur in hac materia, vbi concludentes probationes requiruntur, Couarruu. *var. resol. lib. 2. cap. 3. numero 4.* Valasc *conclus. 41. nu. 11.*

13. Grat. *discept. 461. num. 13.* Rota *decis. 558 num. 7. & 8. par. 4. diuers.*

Nec minus attendenda est relatio peritorum, quia
siue considerentur tamquam periti, non percutiunt
tempus contractus, & habuerunt rationem omnium
ædificiorum, quæ vt dictum est, non habentur in consi-
deratione, siue accipiantur tamquam testes, & eorum
11 dicta non concludunt, † cum appareant non infor-
mati, nec affirment prædium quanti valere, & vendi
potuisset, Rot. coram Bratt. *dec. 538. numer. 8. & 11.*
& coram Bich. *dec. 199. num. 15.* & firmant *decisiones* huius
causæ, & præcipue vltima *sub die 24. Ianuar. 1634. coram
R. P. D. meo Taia.*

Quinimò ex depositione dd. Testium læsio excludi-
tur, concludunt enim ex informatione capta fructus
prædij ascendere ad annua scuta 140. quæ ad rationem
quinque pro centenario, constituunt valorem scuto-
rum 2800. ex his autem deducta saltem sexta parte
pro iure redimendi, & quarta pro oneribus, quæ ex-
cessiud supportantur in illo Territorio ex depositione
eorundem Testium, indubitanter cessat illa ænor-
12 missima læsio, † quæ requiritur ad effectum præ-
sumendi contractum fœneratitium, vt ponderatum
fuit *in d. a. dec. § & minus visa est coram R. P. D.
meo Taia.*

Prout ad simulationem inducendam non fuit ad-
missum, quod venditrices remanserint in possessione
prædij, quia licet prædium post venditionem detinne-
13 rint, id tamen egerunt non vti dominæ, † sed tam-
quam conductrices, quæ pernecesse in fruitione rema-
14 nere debebant ex titulo locationis, † ex qua nulla
fraudis, & simulationis coniectura elici potest, Rom.
cons. 304. *numer.* 3. & pluries respondit Rota, & si-
gnanter in dicta *Prænestina simulationis contractus §. il-
la namque coram R. P. D. meo Vicecomite, & in d.
Ferrarien. bonorum §. tales autem coram Reuerendiss.
Decano*, prout non obstat pactum, quod anno cepto
emptor deberet continuare in possessione, quia tam-
15 quam appositum in locatione, † non influit in ven-
ditionem antecedenter stipulatam, vt dixit allegata *de-
cisio* huius causæ 24. *Ianuarii* 1674. *§. neque obstare coram
R. P. D. meo Taia.*

Præterea excluditur læsio, non solum ex oneribus, &
16 Collectis, quibus Prædium subest, † quæ semper va-
lorem minuunt, vt dixit Rota *dec.* 1346. coram Coc-
cin. *& in dicta Romana Domus 29. Aprilis 1667. coram
Reuerendissimo Alexandrino, cum aliis in dicta decis.
huius causæ § & adbuc*, verum etiam ex pacto redi-
17 mendi, † quod semper plus, & minus detrahit de ve-
ro valore, secundum quod longius, aut breuius est Ci-
riac. *contr.* 261. *numer.* 55. Ciarl *contr.* 40 *nu.* 35. *& in An-
conitana Bonorum* 19. *Iunij* 1672. *§. fin. coram Reuerendissi-
mo Decano*, & in casu præsenti saltem sextam partem
18 detrahere debet, † cum sit ad nouennium, vt aduertit
sæpè citata *decisio huius causæ §. ex hoc autem coram R. P.
D. meo Taia.*

Et tandem remouetur omnis scrupulus, aduertendo
contractum fuisse palam gestū coram iudice interuenien-
19 te pro Venditricibus Archidiacono Tudertino, † vn-
de remanet sublata vmbra fœnoris, & simulationis Ca-
rena *resol.* 14 *num.* 20. & alij per Ciroc. *discept.* 76 *num.* 7.
20 & in puncto similis contractus inter mulierem, † & per-
sonam in dignitate Ecclesiastica constitutam firmatur *in
Romana Domus* 29 *Aprilis* 1667. *§. fin. coram Reuerendissi-
mo Alexandrino.*

Et ita resolutum fuit Sententiam Rotalem esse confir-
mandam.

Hæc decisio continet eandem materiam alterius decis. Ferrarien. Bonorum 31. Iannarij 1676. coram Reuerendissimo Decano impressæ sopra hoc eodem tomo dec. 641.

R. P. D. RONDININO.

Senogallien. Domus.

Lunæ 24. Februarii 1676.

ARGVMENTVM.

Aduersus contractum minoris nullum agere prætendebant fideicommissarii, qui erant simul hæredes alienantis, sed vtroque iure excluduntur, quia bona alienata sunt pro debito testatoris, & vlterius in eorum legitimam, & trebellianicam imputari poterant; Tanquam hæredes etiam fuerunt reiecti, quia licet alienatio prætenderetur nulla, fuit adhuc petita executio contractus, qui sicuti approbari poterat à minore alienante, ita etiam valuit acceptari ab illius hærede, qui proinde agens ad illius implementum, nullitatem amplius allegare non permittitur.

SVMMARIVM.

1 *Nullitatem contractus minoris allegare quatenus possint ab eo causam habentes, non secus ac si potuisset minor si viueret, & num. seqq.*

2 *Statutum si inducat nullitatem contractus minoris ipso iure, an illa possit à quocumque allegari.*

3 *Nullitas contractus pendens à sola voluntate minoris, vel alterius, non potest ab alio, quam ab ipso allegari.*

4 *Alienatio primo loco facta à filio imputatur in legitimam, & alias detractiones, in quibus censetur electa, & numero 6.*

5 *Alienatio bonorum fideicommissi fieri potest pro debito testatoris.*

7 *Fideicommissarij, & hæredes simul alienantis si vigore fideicommissi alienationem reuocare non possunt, illius tamen nullitatem allegare permittuntur, sed iudicio ordinario.*

8 *Hæres non agit ad immissionem bonorum, quæ de tempore obitus non erant in bonis defuncti, sed ab eo præcedenter fuerant distracta, & num. 9.*

10 *Remedium* l. finalis C. de ædict. diui Andr. tollen. *competit hæredi scripto, illud verò quorum bonorum; quibus etiam personis detur, & num. 11.*

12 *Possessio citra animum non amittitur, sed stante proprio consensu perditur, etiam ex actu nullo.*

13 *Emptor breui manu potest sibi retinere aliquod de summa promissa, si illam per antea ex eadem venditione persoluit.*

14 *Versio in vtilitatem minoris potest etiam aliunde, quam ex instrumento probari.*

15 *Fides de pretio haberi non potest in venditione bonorum pupillorum, minorum, & fiscalium.*

16 *Contractus, & alienatio bonorum minoris non remanent ipso iure nulla ob solam habitam fidem de pretio, & numero 15.*

17 *Dominij translatio impeditur ex alienatione bonorum minoris facta habita fide de pretio.*

18 *Minor potest cogere emptorem, qui sua bona emit habita fide de pretio ad obseruantiam contractus.*

19 *Contractus minoris nullus vales quantum ad producendam actionem, & obligationem personalem.*

20 *Minor, pupillus, & Ecclesia possunt volentes stare contractui nullo, & cogere secum contrahentes ad obseruantiam, vel potius ab illo recedere.*

21 *Hæres minoris postquam elegit obseruantiam contractus agendo ad illius implementum non potest amplius de illius nullitate excipere, sed illi stare tenetur.*

22 *Ad implementum, qui petit, contractui stare velle declarat.*

23 *Implementi defectus non potest opponi ab eo, qui fuit causa, quare illud non impleretur.*

DE-

DECISIO DCLVII.

ITERVM Domini denegarunt Immissionem Pas-
quinis, & litis Consortibus in domum Controuersam
à Francisco Maria Lemmo in Marchettos mediante ven-
ditione distractam, quam eisdem Rota denegauerat in de-
cisione 7. Maij 1674. coram Reuerendissimo Matthæio
Archiepiscopo Damasceno, & Apostolici Palatij Præfe-
cto.

Quamuis enim scribentes pro Pasquinis conarentur o-
stendere nullitatem venditionis istius domus ab initio, si-
ue quia non fuerit vtilis Francisco Mariæ minori, siue
quia pretium non fuerit erogatum, & versum in causam
expressam pro dissoluendo ære alieno, adeout à credito-
ribus postea vexati fuerint Pasquini, & litis consortes ab
eo causam habentes, quam venditionis nullitatem dice-
batur actores adducere posse impugnando factum defun-
1 cti nullum, † non secus ac posset ipse defunctus, si viue-
ret, etiamsi ab eo viuente nullitas opposita non fuerit,
intentando eadem remedia ipsis magis proficua ex Iure in
ipsos à defuncto transmisso ad text. *in l. quoties ff. qui satis
dar. cogun. & in l. 3. §. Tutor ff. de suspect. tut. & melius in
l. hæredee C. ad Velleian.* Gratian. *discept. 691. num. 2. & 3.
& num. 15. & 16.* Noal. *de transmis. quæst. 42. ex numero 9.*
Fenzon *ad stat. Vrb. libro primo cap. 131. numero 52.* Rota
*in diuers. part. 2. decis. 110. & in recent. part. prima decis.
385. ex numero 4. & decis. 116. numero 13. part. 10. recent.*
Peutiog. *decis. 240. numero 16. in Æsina Fideicommissi 15.
Iunij 1663 §. demum coram bon. mem. Priolo & in Vrbeueta-
na Pecuniaria 13. Iunii 1668. §. sed futuru eorum R.P D. Vi-
cecomite.*

In hoc potissimum, casu in quo Statutum Senogallien.
inducit nullitatem contractus non vtilis minori ipso iu-
2 re, † quo casu à quocumque nullitas adduci potest ad
distinctionem alterius casus, in quo nullitas pendet à vo-
3 luntate alicuius, † quia eo non declarante illa non indu-
citur cum contractus approbare potuerit, vt late probant
Gratian. *d. discept. 691. per tot. cum aliis per modern. Can-
tuaen. alleg. 4. ex numero 41.* Rota coram Dunozzetto Iun.
decis 591. numero 4. & coram Peutingerio *d decis. 240. nu-
moro 16. & 17. & in Romana Pecuniaria 14 Ianii 1669. § ne-
que obstat & sequen. coram Reuerendissimo Beuilacqua Pa-
triarcha Alexandrino.*

Adhuc tamen præterea, quæ pro validitate contra-
ctus deducta fuerunt in decisione huius causæ coram Re-
uerendissimo Damasceno, & in hac propositione per
Scribentes pro Marchettis domus possessoribus adhuc ta-
men, dicebant DD. actores obtinere non posse ex reme-
dijs possessorijs, siue agant tanquam fideicommissarij ex
persona propria, siue vti repræsentantes ipsum Francis-
cum Mariam grauatum domus venditore iuxta reme-
dium *l. fin. C. de edict. diu. Ad tollen.* siue ad domum veluti
hæreditariam agant ex remedio quorum bonorum de quo
in *l. prima & toto tit. ff quor. bon.* cum concord. quia quod-
cumque remedium est inexercibile contra Marchettos
emptores ex venditione facta pro dissoluendo ære alieno
testatoris à Francisco Maria hærede grauato, qui cum
4 non appareat alias alienationes fecisse, † censetur istam
domum in legitimam & alias detractiones sibi competen-
tes elegisse, ideoque cum exierit à fideicommisso hæc do-
5 mus stante alienatione † permissa tam pro debito Testa-
toris *ad text. in l. filias familias §. Diui ff. de leg. 2. in l. Pater
ff. de leg. 3. & in l alienationes ff. famil Ercifcund.* quam
6 etiam † ex detractionibus debitis hæredi ipsi grauato ad
*text. in l. Marcellus §. resque ff. ad Trebell. & in l. quoniam
in prioribus C. de inoff. test.* inapplicabile perinde est reme-
dium *d. l. fin. C. de ædict. diu. Adr. tollen.* & si nullitas vendi-
tionis prætenditur, tam non amplius vt fideicommissarij
ex propria persona, vel ex persona ipsius alienantis age-
re possunt, sed sola super est actio ipsis veluti hæredibus
7 ad nullitatem iudicio ordinario pro rescissione contractus,
non autem exequutiuè, & Summariæ ad immissionem,
vel recuperationem rei fideicommissariæ Oldrad. *consil.
139. sub numero 9.* Alex. *cons. 133. sub numero 6. vol. 2.* Soc-
cin. Iun *cons. 77. numero 167. vol primo* Menoch. *de adipisc.
remed 4 numero 183.* Argel *de legit. contrad. quæst 7. ex nu-
mero 39.* Mart. *de success. legal. part 4. quæst. 16. artic. 3. sub
numero 13.* Rota *recent. part. 3. decis. 361. sub numero 2. &
in Fauentina Primogenituræ 23 Iunii 1666. coram Reueren-
dissimo Beuilaqua Patriarcha Alexandrino.*

Neque etiam actores obtinere possunt ex remedio *l.
primæ & toto tit. ff. quorum bonorum* agendo ad domum
hæreditariam Francisci Mariæ tanquam ex eius hæredi-
tate veluti in detractiones sibi competentes electam, † 8
quia cum prædicta domus tempore obitus eiusdem Fran-
cisci non esset in illius bonis ob præcedentem venditionem
non possunt agere ad illam veluti hæreditariam, cum ad
hunc effectum requiratur vt res fuerit in bonis defuncti
tempore obitus, † vt illius hæreditaria, & in eius bo- 9
nis esse dicatur, siue ex causa intestati agatur prædicto re-
medio, quorum bonorum, siue ex causa testati agatur
remedio *d. l. fin. C. de ædict. diu. Adr. tollen.* quod datur † 10
cuicunque hæredi scripto, vt in priori casu concluduot ex
ratione text. *in l. regulariter ff. de petit. hæred. & in l. hæ-
reditatis C. illo eod tit.* Menoch. *de adipisc. remed. primo ex
numero 78. & remed. 4. sub numero 54.* Ridolphin. *in praxi
part. 2. cap. 10. numero 34.* Rota coram Buratt. *decis. 386.
numero 2. & coram* Coccino *decis. 1770. numero 3. repetit.
in recent. part. 5. decis. 173. & in recent. part. 14. decis. 371.
numero 19* atque in altero † casu probant scribentes *in d. 11
l. fin.* vbi præ cæteris Castr. *sub num. 6* Dec. *numero 17.* Zuc-
card. *numero 146. C. de ædict. diu. Adr. tollen.* Castrens *cons.
94. sub numero 2 part. 2.* Surd. *cons. 263. sub numero 7.* Argel.
de acquir. possess. quæst. 4. numero 157. Ridolphin. *in praxi
part. 2. cap. 10. numero 34* Rota coram Durano *decis. 358.
numero 2. & coram* Dunozetto Seniore *decis. 126. & co-
ram* Dunozetto Iuniore *decis. 837. vtrobique numero primo*
& post alios relatos *in Romana Fideicommissi 30. Aprilis
1674 in princip. coram R.P.D. meo Emerix, & in Romana
Fideicommissi Prosperi Senioris de Caffarellis 26. Februa-
rii 1674. coram bon. mem Priolo & 15. Martii 1675. part. in
princip. coram R.P.D. meo Bourlemont.*

Neque obstat, quod quando nullitas prouenit ex defe-
ctu consensus, veluti ex falsitate, vel defectu causæ
expressæ pro distrahendis bonis minorum competant ad-
huc remedia possessoria, cum citra animum, possessio
non amittatur ad differentiam nullitatis aliunde proue-
nientis, quam ex defecto consensus, † qua posito etiam 12
ex actu nullo transfertur possessio iuxta communem di-
stinctionem à Rota semper receptam atque desumptam
ex lit. *text. in l. prima §. si vir vxori vbi communiter scriben-
tes ff. de acquir. possess prout fauore hæredis ex nullitate
contractus à defuncto gesti Immissionem petentis* Rota res-
pondit coram Bichio *decis 349. & 380. per tot.*

Quia defectus consensus ex defectu causæ ob æs alie-
num extinguendum non benè deducitur ex eo, quod in-
tegrum pretium conuersum non fuerit in extinctionem
debitorum minoris alienantis, quam quoad scuta 614.
per Apostillam in Instrumento additam, benè soluta pro-
bantur etiam ex Testibus Apostillæ veritatem confir-
mantibus, prout latè probat *decisio huius causæ 7. Maii
1674. ex § vt etiam coram Reuerendissimo Damasceno,*
quamuis Emptor se obligauerit soluere scuta 114. Calca-
neo, quæ data veritate Apostillæ soluere non debuisset,
quia hæc obligatio præcessit, vel quia irrepserit error in
calculo, vel quia emptor breui manu sibi retinuerit dicta
scuta 114. ex scutis 600. † quæ soluebat iuxta casum de 13
quo Ciarlin. *controu 217. numero 11. vers. non obstat,* quasi
& in isto casu sufficiat aliundè docere de vera, & integra
solutione pecuniæ, etiam citra Apostillam, † vt versio 14
in vtilitatem minoris probata dicatur ad text. *in l. stipula-
tio ista § stipuler & §. si quis Insulam & in l. liber homo §. fin.
ff. de verb. oblig.* Mantic. *de tacit. lib. 14. tit. 28 numero 4 & 5.*
Rota coram Bichio *decis. 637. numero 20. & in decisione hu-
ius causæ 7 Maii 1674. §. Hinc autem coram Reuerendissimo
Damasceno.*

Qua verò ad collationem in summa scut. 2000. visum
est non ideò nullum esse contractum ipso iure ob habi-
tam fidem de pretio, † quod in rebus pupillaribus, & in 15
rebus minorum, quemadmodum & Fisci prohibetur ex
specialibus legibus *in l. magis puto §. nè tamen ff. de reb. eorum
& in l. si Curator 3. ff. de iur. fisc. vt notat* Bart. quem reliqui
sequuntur *in l à diuo Pio § sed si emptor numero 3 ff. de re
iudic.* sed potius impediri translationem Dominij † vsque 16
ad effectiuam pretij solutionem † minore volente, qui 17
quemadmodum potuit ex actione, & obligatione perso-
nali interim producta † cogere Marchettos emptores ad 18
obseruantiam contractus, & ad conuentam extinctionem
præstandi, vt in his terminis declarant Bald. *in l. iaciusle
numero 2. vers. non dico quod contractus sit nullus C. de rei
vindic.* Alex. *in d. l. à Diuo Pio §. sed si emptor numero 8.
vers. tamen,* contractus benè valebit † quantum ad pro- 19
ducen-

ducendam actionem, & obligationem personalem *ff. de ce iudic.* Gratian. *in contrariam adduct. disceptat. 329 numero 36.*
19 Posth. *de subbastat. inspec. 37. numero 88. & 89.* Rota *in Romana prætensi Spolij coram Verospio Seniore penes eundem* Posth. *de subbast. decis. 69. numero 24. cum duob. sequent.* quod est generale in omnibus nullitatibus fauore certarum personarum inductis, veluti minoris vel Ecclesiæ, in quarum electione est, vel stare contractui nullo, & cogere secum contrahentes ad illius ob-
20 seruantiam, vel potius ab illo recedere, vt notant scribentes *in l. non eamiaas C. de Procur.* Rol. *consi. 99. numero 36. vol. primo* Surd. *cons. 9. numero 13.* Adden. ad Gregor. XV. *decis. 467. numero 16.* Spereli. *decis. 554. numero 19.* Rota *recent. part. 5. decis. 179. numero 6. & coram* Gregor. XV. *decis. 574. numero 2. & in Bononien. Fideicommissi de Pepalis 30. Ianuarii 1668. & §. At similium coram R. P. D. Boarlemont, & in Romana Emphyteusis 14. Maii 1666. §. contrait coram Eminentissimo Carpinea Prodatario.*

Ita pariter actores illius hæredes, qui minorem repræsentare satagunt, postquam elegerunt viam obseruantiæ contractus agendo ad illius implementum contra Marchettos, qui statim ac intimati fuerunt citato creditore census disdictam fecerunt, & integram summam deposuerunt iuxta formam præcisam accollationis, non possunt hodie de nullitate contractus excipere sed illi stare
21 tenentur, † prout ad illius implementum agendo
22 † velle stare se declararunt per ea, quæ in fortioribus terminis ex *l. Iulianus §. si quis à colludente ff. de act. empt. in proposito* tradunt Pinell. *in l. prima ex numero 34. C. de bon. matern.* Sarment. *de reddit. Eccles. parte prima cap. 2. ex numero 20.* Surd. *decis. 69. numero 23. in fin.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 56. numero 93.* Garz. *de benefic. part. 2. cap. primo numero 75.* Adden. ad Gregor. XV. *d. decis. 487. numero 16. in fin.*

Solaque superest actio ad implementum, quatenus esset exercibilis, atque ipsi actores non fuissent in causa, quod census extinctio ex propriis ipsorum pecuniis non autem ex depositatis sequeretur sine vlla iudiciali disdicta, postquam biduo ante Marchetti disdictam legitime, & iudicialiter fecerunt eidem Census Creditori, illique depositum factum in Monte Pietatis intimauerant, vt in positione coram Reuerendissimo Matthæio Summario actorum *numero 2.* & Summario de Mar-
23 chettis *numero 7.* † quo casu non implementi exceptio opponi non potest ab illis, qui causa fuerunt ne impleretur ad text. *in l. si cum ipse cum ibi not. ff. de excus. tut.* Alex. *cons. 92. numero 3. vol. primo* Purpur. *cons. 90. numero 6.* Rota coram Gregor. XV. *decis. 34. sub numero 2. & coram* Buratt. *decis. 896. sub illo eodem numero & late prosequitur decisio huius causæ 7. Maii 1674. & §. non obstat vsque ad fin. coram Reuerendissimo Matthæio.*

Et ita, vtraque parte informante resolutum fuit.

Altera præsentis causæ decisio est impressa supra in alio præcedenti tomo primo istius decimæ octauæ partis recent. vbi est in ordine 289

R. P. D. VICECOMITE.

Romana Fideicommissi.

Veneris 28. Februarii 1676.

A R G V M E N T V M.

Pro deneganda transportatione actorum, eorum releuantia discutitur, quæ cum à donatione dependeret, an illa potius simulata, vel in fraudem creditorum facta sit, itaut egeat reuocatione, vel non, & à quibus illa impugnari possit, & debeat, tamen quia neutrum reo, & possessori suffragare poterat, ideo pro illorum denegata transportatione resoluitur.

S V M M A R I V M.

1 *Rescripta Signaturæ, & in specie facta cum clausula* transportatis integrè actis, *intelliguntur prout de iure.*

2 *Acta in prophanis illa solum transportari debent, quæ faciunt ad causam.*

3 *Subtractionis actorum præsumptio quatenus militet contra actorem.*

4 *Præsumptionem non sufficit allegare, nisi probetur factum, vnde illa resultat.*

5 *Subtractionis actorum præsumptio non procedit si non probatur acta deperdita detegere malum iat illius, qui eadem subtraxisse prætenditur.*

6 *Actorum subtractionis præsumptio cessat, si nullum commodum subtrahenti resultaret ex illis.*

7 *Donatio non dicitur simulata, sed in fraudem si posset præiudicare creditoribus.*

8 *Donatio facta in fraudem creditorum tenet, & valet, sed solum reuocari potest.*

9 *Donationem fraudolentam non omnes creditores reuocari possunt, sed tantum illi, qui fraudati sunt.*

10 *Fraus donationis legalibus præsumptionibus probari debet.*

11 *Donatio simulata, reuocatione non indiget.*

12 *Simulationem donationis potest quilibet allegare.*

13 *Donationem approbat, qui pro sua indemnitate requirit donatarii consensum.*

14 *Donatarii consensus non fuiss. t necessarius, si donatio nulla, & simulata extitisset*

15 *Hæres non potest impugnare legitimationem personæ à defuncto approbatam.*

16 *Fraus creditorum purgata remanet per solutionem illis factam.*

17 *Simulationis causa non probat æs alienum, quod post factam donationem contrahi debebat.*

18 *Simulatio donationis argui potest, si creditores, quamuis futuri aliquod detrimentum paterentur.*

19 *Acta irreleuantia transportari non debent.*

20 *Acta deperdita quis transportare non tenetur, si fecit diligentias de iis reperiendis contra Notarium.*

21 *Acta deperdita, quæ appellatum non iuuant, non præiudicant appellanti, quo minus causam prosequatur in negotio principali.*

DECISIO DCLVIII.

CORAM Reuerendissimo Domino meo Damasceno Sacri Palatii Præfecto respondit Rota sub die 8. Iunii 1674. sententiam rotalem, statuentem non constare de integra actorum transportatione, esse reuocandam, & successiue me illius locum subrogato in relationibus causarum ante Reges proponente expeditionem fuit dictum, vt pro effectu illius causa ageretur super negotio principali; Sed cum interim superuenisset Signaturæ rescriptum, quo demandabatur proposito transportatis integrè actis, quod Rota iuxta *l. rescriptam C. de precib. Imperat. offeren.* † intelligit prout de iure de iis scilicet 1
actis, quæ facerent ad causam prophanam, † & de iure 2
essent transportanda, sicut alias dixerat coram Bichio *decis. 468. numero 4.* & in aliis permultis; Et licet benè etiam dignosceret hæc de quibus loquimur non esse talia, nihilominus ad consulendum vtrique parti, ordinauit disputationem dubii super d. transportatione, & eodem contextu super meritis, cuius æquitatis temperamento reluctantibus adhuc Quintiliis Reis conuentis, qui in iudicio succubuerant, dum causa esset in limine propositionis, à Signatura rescribi denuo obtinuerunt, vt non procederetur in negotio principali, nisi examinato iterum articulo super toties inculcata actorum integra transportatione, quæ cum fuerit in d. decisione Reuerendissimi Domini mei Damasceni benè discussa; eius fundamenta approbantes DD. steterunt vnanimes in decisis.

Iterum

Iterum firmantes nullam horum actorum subtractio-
3 nis præsumptionem † contra Plautillam actricem vigere
de qua Bart. *in l fin. sub numero 5. vers. item quia res ff. de
quæst.* quia præsumptionem simpliciter allegare non suf-
4 ficit, † sed probari oportet factum, vnde resultare di-
5 citur, quod scilicet si acta deperdita extarent, † ma-
lum ius detegerent illius, contra quem allegatur præ-
sumptio, ita in his terminis bene explicat, & distin-
guit Henric. Boich. *in cap. peruenit il primo numero 2. de
testib. cogen.* quem ibi, & eodem numero sequuntur
Bellam. & nouissime Reuerendissimus Faguan. *numero
29.* quam distinctionem dicit æquam Boer. *decis. 292. nu-
mero 9.* in contrarium allegatus, & firmat nostra Rota
decis. pariter 292. numero 2. & 3. part. 9. recent. cum au-
tem Quintilii non doceant in actis deperditis teleuan-
tiam suorum iurium consistere, & ex ista deperditione
6 commodum aliquod resultare Plautillæ, † cessat con-
tra eam præsumptio Bart. *in præcit. l. fin.* & inde corruunt
etiam fundamenta decisionum 10. *Decembris* 1646. *co-
ram bon. memor. Ghislerio, & 2. Martii 1668. coram Re-
uerendissimo Domino meo Decano in vtraque §. non obstat*,
& quæcumque alia in contrarium modo allegata.

Releuantia nun probatur, quia acta, de quibus agi-
tur, consistebant in quibusdam computis per Quintilios
coram A.C. in prima instantia productis ad ostenden-
dum donationem Flaminii Iuguli, vigore cuius Plautil-
la agit ad immissionem domorum in Brutum Quintilium
à donatione non obstante distractarum fuisse simulatam,
quæ si modo extarent huiusmodi probationis effectus ex
iis non resultaret, sed ad summum deprehendi posset,
quod donatio facta fuisset in fraudem illorum credito-
rum, de quorum interesse in dd. computis agebatur iu-
7 xta tradita in toto titulo *ff. quæ in fraudem creditorum*, &
exemplificando tradunt Berous *consil. 170. numero 4. vers.
enim contractus libro primo* Fatin. *de falsit. & simul quæst.
162. sub numero 3. vers. prout est donatio in fraudem fisci, &
creditorum.*

Multum enim interest sub vna potius, quam sub al-
tera forma donationem fuisse conceptam, si enim in
8 fraudem tenet, & valet, † sed dantur tantum actio-
nes reuocatoriæ, vt toto titulo *C. de reuocand. iis, quæ
in fraudem credit.* Bart. *in l. post contractum numero 4 vers.
secus quando in fraudem ff. de donat.* Berous *mox cit. consil.
170. numero 4. in princip. libro primo* non quidem omni-
9 bus, † sed tantum fraudatis, *l. ait prætor §. primo* vbi
scribentes *ff. quæ in fraud. credit* Berous *consil. 147. numero
40. vers. quo verò lib. 2.* & legalibus præsumptionibus
10 fraude probata *l. 2 cum ibi notatis ff. quæ in fraud. credit.*
Bald. *consil. 21. numero 2. in fin. lib. 4.* cum concordan. per
Rota *decis. 26. numero 20. part. 5. recent* sin autem per si-
mulationem, tunc quia donatio est imaginaria, nec eo
11 modo quo fingitur, aut alio subsistenti contrahitur, †
reuocatione non indiget, quia nihil est, quod reuoce-
12 tur, † & quicumque potest illam allegare, vt magi-
straliter distinguendo materiam tradit Bart. *in præcit. l.
post contractum & consil. 65. fere per tot. libro primo* Iason.
consil. 170. numero 23. lib. 2. & pro vno quoque membro
pluribus allegatis Card. Mantica *de tacit. & ambig. libr.
13. tit. 37. à numero 2 vsque ad 7.* Fatin. *de falsit. d. qu. 162.
numero 3. & 10. & quæst. 164 numero 69.* Rota *decis. 108.
numero 17. vers. & in omnem casum & numero 18. parte 5.
recent.* cum concordantibus, quos dat decisio, quæ reui-
detur *§ de qua Domini.*

Cum autem Quintilii non sint creditores, dato etiam
quod ex dd. computis, probaretur fraus, adhuc illam
allegare non possent, aut agere actione rescissoria ex
mox deductis, & firmat eadem decisio *§. quamobrem*,
& non solum ex hoc capite repelluntur, sed etiam quia
Brutus Quintilius, à quo ipsi causam habent, domos,
de quibus agitur emit, cum scientia quod Flaminius eas-
dem prius donauerat præsenti *Summario numero primo* &
13 cum donationis approbatione † eo ipso, quod pro secu-
ritate emptionis requisiuit filiorum donatariorum con-
14 sensum, † qui non fuisset necessarius si donatio nulla
& simulata extitisset iuxta tradita per Rotam coram
Penia *decis. 225. numero 11.* vlterius agendo cum dd. filiis
idem Brutus occasione præfatæ emptionis, contraxit
15 cum eis, vti cum donatariis, † non possunt propterea
modo Quintilii contra approbationem sui auctoris asse-
rere non fuisse vere tales Dec. *consil. 665. numero 2.* Neuizz.
consil. 17 numero 8 Surd. *decis. 100. numero 10. & decis. 104.
numero 8. vbi* Hodiern. *numero 2. & 3.*

Sed verè neque fraus, neque simulatio probatur,
non prima † quia purgata remansit dd. creditorum sa- 16
tisfactione, quam ex pretio Casalis Turris Luparis per
eundem Flaminium venditi receperunt, vt habetur *in
decis. 46. & 186 part. 8. recent.* & comprobat decisio, quæ
reuidetur *§. verum*; Multo minus simulata donatio,
quia non probatur causa simulandi, & æs alienum, quod
ex dd. computis resultare dicitur, pro ea adductum,
non est sufficiens, vel enim agebatur de creditoribus an-
terioribus, & talis donatio eis abesse non poterat ex vul-
gatis, vel de futuris, & cum ex tunc esset incertum,
an & qui nam essent futuri, nec de necessitate illos sa-
tisfaciendi constaret, æs alienum quod ex post contrahi
debebat, † non poterat inseruire pro causa sufficienti, 17
nedum probabili simulationis, vt in puncto distinguit
Rota coram Bichio *decis. 166. numero 10. & 11.* & prius in
iisdem terminis *d. decis. 308. numero 17. & 18. part. 5. re-
cent.*

Hinc inapplicabilis omnino redditur theorica Baldi
*in rubr. C. de reuocand. iis, quæ in fraudem creditor. sub
numero 4.* quia ibi Doctor instituit quæstionem, quomo-
do succurri possit creditoribus futuris, † pro sua opi- 18
nione concludit argui posse simulationem donationis præ-
cedentis, ne dd. creditores ex ea detrimentum aliquod
patiantur; Nos autem longe ab his terminis distamus,
quandoquidem nulla fraus, nullaque simulatio inter-
fuit, debita omnia fuerunt soluta, neque Quintilii
vllo vmquam tempore creditores, aut præteriti, aut
futuri extiterunt, sed domorum male alienatarum tan-
tum detentores

Cum igitur ex his omnibus exclusa remaneat quæ-
cumque actorum deperditorum releuantia, † non te- 19
netur Plautilla ea transportare late Posth. *de manut. ob-
seru. 69. numero 24. cum seqq.* Rota coram Martin Andrea
decis. 72. in princip. cum aliis *in d. decis. Reuerendissimi D.
mei Damasceni*, quæ reuidetur *§. potissimum* comprobata
*in Romana Cessionis Ratæ Census 29. Nouembris anni pro-
ximi præteriti § quo verò coram me.*

Eoque minus, quia cum non teneretur, nihilomi-
nus per vltimas vsque diligentias, quantum ex se fuit 20
dd. computa deperdita reperiri sategit, adhibendo con-
tra Notarium subsidiaria remedia compulsorialium, &
grauatoriæ, prout dixerunt ipsæ contrariæ decisiones
bon. memor Ghislerii, & Reuerendissimi Decani; Be-
nè propterea hic congruit conclusio, † acta deperdita, 21
quæ non prosunt Quintiliis appellatis, præiudicare
non debere Plautillæ appellanti, quo minus prosequa-
tur causa super negotio principali, sicuti alias dixerat
Rota coram Seraphin. *decis. 1115 numero 5. coram* Buratt.
decis. 780. numero 4. coram Peuting. *decis. 193. numero
6.* & in ipsa contraria decisione bon. mem. Ghislerii *§. non
obstat*, quæ retorquetur.

Et ita vtraque parte audita fuit conclusum.

Altera præsentis causæ decisio coram R.P.D. Matthæio est impressa supra in alio præcedenti tomo primo istius decimæ octauæ Partis vbi est in ordine 309. sub die vero 19. Iunii eiusdem præsentis anni erit alia in eadem causa decisio coram eodem R.P.D. Vicecomite, prout etiam adest altera sub die 9. Iunii 1679. coram R.P.D. Boutlemont.

R. P. D. VICECOMITE.

Calaguritana Beneficii de Logrono.

Lunæ 2. Martii 1676.

ARGVMENTVM.

Agitur de sola prælatione Beneficij, eaque conceditur maiores qualitates habenti, quales reputatæ sunt seruitium Ecclesiæ, deputatio ad confessiones audiendas, senior ætas, & sacerdotii simul, nobilitas, & paupertas personæ, quæ in concursu etiam Baccalaureatus, & aduocationis simul maiores visæ sunt,

vt

vt proinde illi beneficium adiudicatum sit quamuis adhuc aliud, sed minus pro substentatione congtuum, ipse beneficium haberet.

SVMMARIVM

1 *Dignor pro obtinendo beneficio dicitur ille, qui maiores qualitates habet.*
2 *Qualitates Sacerdotis, Baccalaureatus, & Aduocationis maxime attenduntur ad effectum consecutionis Beneficij.*
3 *Sacerdotes duo si qui sunt, & ad Beneficium concurrant, præfertur antiquior.*
4 *Seruitium Ecclesiæ ad effectum assequutionis Beneficij, maximi ponderis esse reputatur.*
5 *Confessiones ad audiendas deputatio auget meritum pro consequendo Beneficio.*
6 *Senior præfertur iuniori in obtinendo aliquo gradu, vel Beneficio.*
7 *Nobilitatis qualitas, & ipsa etiam attenditur, & præualet in Beneficijs*
8 *Pauper cæteris qualitatibus paribus semper præfertur in assecutione Beneficij.*
9 *Beneficium habens postponitur Beneficio non habenti, limita vt num. 10.*
10 *Beneficium si non sufficiat pro substentatione beneficiati, perinde est, ac si quis illud non haberet.*
11 *Qualitates plures habens alteri præpollentes præfertur etiamsi aliud possideret Beneficium, minus congruum pro sui substentatione*
12 *ab Examinatoribus de partibus reprobatus, si fuit ab examinatoribus Curiæ renunciatus idoneus, nulliter dicitur reprobatus.*
13 *Approbatus semel, & habilis repertus, amplius reprobari non debet, & si reprobatur, nulliter reprobatur.*

DECISIO DCLIX.

RESPONDERVNT Domini, confirmandam esse sententiam Rotalem qua præuia decisione 28. *Iun. superioris Anni coram R. P. D. meo Emerix adiudicatum fuit controuersum Beneficium Emanueli in concursu cum Vrbano. Quia extra controuersiam est valida, & ista, ex eo quod maioribus qualitatibus præ-
1 ditus † Emanuel redditur dignior, prout exigit vndique nota Clementina Constitutio inter Calaguritanos lata, vt dixit Rota coram Dunozett. Iun. *decis.* 950. *coram* Celso *decis.* 174. *vtrobique numero primo & decis.* 262. *numero* 8. *parte* 10. *recent.* Et quotidie in alijs.

Licet enim non controuerteretur, quin Vrbanus, qui in iudicio succubuit sacerdotali dignitate insignitus, Baccalaureatus gradu munereque Aduocati decoratus exitte-
2 ret; † Qualitates omnes, quas in proposito magni facit Rota, vt de sacerdotio coram Zarat. *decis.* 18. *numero* 4. de Baccalaureatu coram Bichio *decis.* 601. *numero* 2. & de aduocatione coram eodem Bichio *decis.* 572. *numero* 4. & millies in alijs, Adhuc Emanuelem esse præferendum Domini censuerunt.

3 Quia est, & ipse Sacerdos; † Sed tamen antiquior *cap. primo de maior. & obed.* Rota coram Dunozett. Iun. *dicta decis.* 950. *& coram* Celso *decis.* 215. *vtrobique num.* 2. coram Eminentissimo Otthobon *decis.* 123. *numero* 9. cum alijs in vnaquaque præcollectis.

Vlterius per longum temporis spatium inseruiuit Ecclesiæ, in qua situm est Beneficium, tanquam Capella-
4 nus, & de gremio illius; † seruitium enim huiusmodi ad effectum, de quo agitur, est maximi ponderis, non solum in vim statutorum, huius Ecclesiæ, dictæque Clementinæ Constitutionis, sed etiam de Iure, vt pluribus allegatis dixit Rota coram Merlin. *decis.* 6. *numero primo &* 2. & in pluribus alijs *in decis. R. P. D. mei Emerix* in principio congestis.

Fuit insuper ab Ordinario in toto Calagurritano Epis-
5 copatu deputatus ad confessiones audiendas, † quod auget merita, Rota coram Celso *dicta decis.* 215. *numero* 4. *coram* Zarate *dicta decis.* 18. *numero* 3. & passim in alijs Calagurritanis.

6 Et tandem est ætate senior, nobilis, & pauper, † vt de seniori ætate, quod mereatur prælationem Bald. *cons.* 167. *in fin. libro* 4. & in his terminis Rota coram Otthobon. *dicta decis.* 123. *numero* 10. *& decis.* 264. *numero* 4. *& in alia Calaguritana de Logrono coram Roxas* 289. *numero* 4. de † 7
nobilitate *gloss. in capit. vltimo verbo nobilitati* de Poen. Tiraquellus *de nobilitate cap.* 20. *numero* 10. *&* 11. Rota coram Bichio *decis.* 639. *numero* 5. & de paupertate, † 8
quod data etiam paritate in cæteris qualitatibus præponderat coram eodem Bichio *decis.* 535. *numero* 16. & Fuscus *in dictæ causæ decisione R. P. D. mei Emerix*, in qua sigillatim prædictæ omnes qualitates ponderantur.

Non obstat, quod Emanuel habeat aliud Beneficium,
† & ideo postponendus veniat Vrbano non habenti per 9
Text. *in capit. Is cui de præbendis in Sexto*, quia cum non
sufficiat ad congruam illius sustentationem idem est ac si 10
non haberet, Rota coram Dunozett. Iun. *decis.* 932. *numero* 7. *coram* Bichio *decis.* 639. *in fin. coram* Celso *decis.*
169. *numero* 8. Maximè inspectis † tot præpollentibus il- 11
lius qualitatibus, vt ponderat *gloss. in cap. conquerente verbo sufficientia de Cler. non residen.* Rota *decis.* 61. *numero* 4. *parte* 3. coram Eminentissimo Otthobon *decis.* 267. *numero* 6. *&* 7. & aliis pluribus *coram bon. mem.* Cardinali Celso *dicta decis.* 169. *numero* 9.

Nec etiam obstat, quod ab examinatoribus synodalibus idem Emanuel fuerit reprobatus; Quia examinatus postmodum hic in Vrbe ab examinatoribus deputatis, &
ad curam animarum idoneus repertus, † talis reprobatio 12
detegitur iniusta, Rota coram Zarate *dicta decis.* 18. *numero* 15. Præcipuè cum fuisset antea ab iisdem Examina-
toribus † habilis repertus, coram Arguelles *decis.* 109. *nu-* 13
mero 3. *&* 4. & vtrique obiecto latè respondit dictæ causæ *decisio coram R. P. D. meo Emerix §. penultimo, & vltimo*, cum qua Domini transierunt. Emanuele tantum informante, &c.

Altera præsentis causæ decisio est impressa supra in hoc eodem tomo 2. vbi est in ordine decis. 584.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Auenionen. Restitutionis in Integrum.

Lunæ 2. Martii 1676.

ARGVMENTVM.

Conquerebatur filius magis acceptasse legitimam, quam annuam præstationem sibi in sententia alternatiuè concessam, & ideo restitutionem in Integrum habere prætendebat; quæ illi denegata est, quia de læsione non constabat, sine qua numquam datur maiori Restitutio in Integrum; Læsio vero excludebatur cum acceptatio æquè ad lucrum, ac damnum potuisset referri, quo in casu illa nequaquam atteudenda est.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in Integrum maioribus non datur nisi doceant se deceptos, circumuentos, aut alio modo læsos,*
2 *Læsio numquam consideratur, quando quis ex futuro contingenti, æquè potest pati damnum, sicuti etiam consequi lucrum.*
3 *Restitutio in Integrum non datur maioribus aduersus amissionem lucri.*
4 *in Legitimam imputat filius, quodcumque habuit ex substantia patris, vel matris, nisi probet illud sibi fuisse donatum.*
5 *Donatum, vt aliquod dicatur à patre filio, requiritur quod longo tempore sciente, & patiente patre fuerit ab eodem filio possessum.*
6 *Factum nudum attenditur in iudicio possessorio.*
7 *Titulus in petitorio concludenter probari debet.*
8 *Alimenta, omniaque pro illis assignata, cessant post assignationem legitimæ.*

D E.

DECISIO DCLX.

1 RESTITVTIONEM in Integrum non competere aduersus Sententiam Auditoris Generalis Auen. cuius vigore Marchus Antonius legitimam in bonis maternis sibi debitam potius, quam annuam præstationem librarum 400. donec viueret exigendam elegit persistendo in Decisis coram me quinta Maij 1672. * & sexta Aprilis 1674. iterum Domini existimarunt cum illa non detur Maioribus, † qui non docent se deceptos circumuentos, aut alio modo læsos ad Text. *in l. non enim ff. ex quibus Caus. maior. rest.* & firmant vtraque *Decisio huius Causæ coram me*.

Ex hæreditate enim materna non poterat Marcus Antonius vtrumque consequi, nempe legitimam & annuam præstationem, propterea cum esset in eius libera facultate vnum, vel alterum eligere dum sponte sciens, & prudens legitimam acceptauit, dici nequit læsus, aut deceptus quamuis annua præstatio tracto temporis valorem legitimæ potuisset superare, cum hoc esset in certum, vtpote pendens ab incerto tempore vitæ ipsius Marci Antonii, proinde nulla potuit interce-
2 dere læsio, † quæ nunquam consideratur, quando quis ex futuro contigenti potest pati damnum sicut, & consequi Lucrum *L. si iactum resit ff. de act. empt.* Odd. *de restit. in integr. part. 2. quæst. 57 art. 3. numer. 18.* Rota *in Romana, seù Albanen. Donationis Vineæ 20. Junii 1670. §. Incertitudo coram me, & prius in Romana Quarti Dotalis 16. Apr. 1668. §. fin. coram Reuerendissimo Domino meo Bevilaqua Patriarcha Alexandrino*.

Præterea cum præelectio legitimæ potius, quam annuæ præstationis competeret Marco Antonio, non de iure, sed ex gratuita oblatione Henrici fratris Summario primæ positionis *num.* 3. qui consensit ab Auditore generali in sententiam Marco Antonio impartiri beneficium dictæ electionis, sequitur per talem electionem fuisse amissum lucrum, non autem incursum
3 † damnum, quo casu maioribus aduersus lucri amissionem denegari Restitutionem in integrum tradit Odd. *de restit. in integr. par. prima quæst. 8. num. 84. & 85.* præsertim cum ex iudiciali monitione, de quà hodierno *Summ. num* 3 innotesceret Marco Antonio legitimam pro sua portione sc. 700. non excedere, & nihilominus prætermissa dicta annua præstatione legitimam consequi voluit.

Minus potest deduci læsio ex eo, quod sententia mandet imputari in Legitimam summam annuæ præstationis, quam Marcus Antonius mortua matre exegit, quia cum non subsistat in facto matrem hanc annuam præstationem eidem donasse; Sequitur quod ille teneatur di-
4 ctam quantitatem in legitimam accepto ferre, † cum percepta ex substantijs parentum imputentur in legitimam filiorum, quando non constat fuisse donata Bart. *in l. prima §. si parens ff. si à paren. quis fuer manum.* Peregr. *de fideic. art. 36. sub nu. 125. versic. intellige* Adden ad Gregor. *dec. 558. n. 13.* Rot. *dec. 568. sub nu. 3. & 4.* coram Card. Seraphin. *& dec. 1907. num. 5. & 23. coram Coccino, & firmat præterita Decisio §. non subsistente*.

Quod autem Ioanna Mater annuam præstationem non donauit satis superque apparet ex eo, quod nunquam donatio fuit iustificata, vt aduertunt præcedentes Decisiones huius Causæ, nec præsumptus titulus illius adduci potest, cum non probetur diutina solutio dictæ annuæ præstationis, ad hoc enim, vt interet præsum-
5 pta donatio ad fauorem filij requiritur, † quod ipse longo tempore Sciente, & patiente Patre possideat rem; quę donata prętenditur Menoch. *præsumpt. 30. numer. 53. lib. 3.* Rut. *decis. 84. numer. primo lib. 2. coram Puteo*.

Nec probant donationem mandata de manutenendo a Marco Antonio reportata contra matrem, quia cum
6 hodie non agatur in iudicio summariissimo possessorij, † in quo nudum factum possessionis attenditur, sed in pe-
7 titorio, † vbi titulus concludenter probari debet, & tantum abest, quod ex illis probetur donatio, vt imo ex altero ex illis liquet hanc annuam prestationem fuisse assi-
8 gnatam loco alimentorum, † quę cessant post assignationem legitimę Surd. *de aliment. qu. 31. n. 12. & qu. 35. nu. 15.* Michelor. *de fratr. lib. primo cap. 33. nu. 64. & dicit præcedens Decisio §. Quinimo*.

Et ita decisum fuit informante tantum la Ferrattiere Marco Antonio tamen pluries intimato.

Supra in alio præcedenti tomo primo istius Decimæ octauæ Partis adsunt aliæ duæ decisiones in hac causa, quæ sunt in ordine 95. & 257.

R. P. D. TAIA.

Hispalen. Decimarum.

Lunæ 2. Martij 1676.

ARGVMENTVM.

De quasi possessione, & iure decimandi tractatur, vtrumque ad Capitulum pertinere decisum, quia de illius quasi possessione constabat, eique etiam decimæ pertinebant, tamquam generalem administratorem ipsarum ex iure vniuersali Parochi totius Diœcesis, non obstantibus priuilegijs Militum S. Iacobi Hispalensis, quæ in iudicio manutentionis non obstare visa sunt, minusque etiam intrare poterant, quia in illos decimæ non fuerant translatæ.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ spectant ad Capitulum administratorem omnium decimarum ex persona vniuersalis Parochi totius Diœcesis.*
2 *Milites S. Iacobi Hispalen. sunt immunes à solutione decimarum.*
3 *Manutentio non retardatur dum disputatur de priuilegijs.*
4 *Manutentio nudum factum, & sic possessionem, non autem iustitiam facti desiderat.*
5 *Possessor lite pendente, neque de iure, neque de æquitate est sua possessione priuandus.*
6 *Decimæ de iure spectant ad Parochum, qui solus in illis habet iuris assistentiam, & dicenti contrarium incumbit onus probandi.*
7 *Episcopus vbi Parochiæ non sunt distinctæ, ipse dicitur vniuersalis Parochus, & ad eum solum spectant decimæ*
8 *Ecclesiæ, & alia plura beneficia in Regnis Hispaniarum sunt fundata super decimis.*
9 *Parochi non habent fundatam intentionem super decimis in Regnis Hispaniarum, & in illis locis, in quibus beneficia sunt fundata super decimis.*
10 *Hispaniarum Rex ex concessione Vrbani Secundi habet priuilegium retinendi decimas, & quales.*
11 *Decimæ etiam sine Parochia præscribi possunt, ita vt virtute præscriptionis aliquis illas exigat à Parochianis.*
12 *Præscriptio immemorabilis in omni materia suffragatur etiam decimarum. & num. seq.*
13 *Decimæ, & alia iura spiritualia non veniunt cum vniuersalitate bonorum.*
14 *Decimæ sine speciali mentione non veniunt sub donatione Villæ, vel Castri sub iuribus suis.*
15 *Decimæ non comprehenduntur sub communicatione priuilegiorum a quacumque exemptione.*
16 *Derogatio specialis requiritur ad* cap. nuper de decimis, *& alijs quibuscumque dispositionibus conciliaribus.*
17 *Laicus quatenus possit in alios laicos transferre ius decimandi de consensu Episcopi.*
18 *Possessio præcedens, & multo magis media præsumitur, non probata alia possessione antecedenti.*

DECISIO DCLXI.

IAMPRIDEM prima Ionij 1676. in hac ipsa Hispa-
len. Decimarum apud Posth. *de mand. de manut. dec.*
211. Capitulom Hispalen. obtinuerat maodatum tam
à Vicario Hispalen. quàm a Nuntio Hispaoiarum io
quasi possessione leuaodi decimas loci de Benazuza, &
Causa ad Rotam deuoluta cum clausula *sine prædicio*
mandati den mantenendo, *& non retardata solutione deci-*
marma arbitrio Rotæ, & arbitrium non intrare pro re-
tardatione fuit resolutum, quia possessio Capituli benè
probata fuit ex testibus, qui deponebant de exactiooi-
bus ab ipsis, vel Capituli Arrendatarijs factis, quibus
accessit assistentia Iuris, quod habet Capitulum super bo-
1 nis intra limites existentibus, † vti perpetuus Administra-
tor omnium decimarum ex persona voiuersalis Parochi
Ciuitatis, & totius Diœcesis, vt aliàs fuit firmatum in
Hispalen. *iuris nominandi 29. Aprilis 1613. coram Patriar-*
cha Pamphilio, *& est decisio 480. part. 1. recent.* & subinde
7. Aug. 1626. mandatum fuit expeditum.

Dudum indecisa, & illibata causa in Petitorio post Pos-
sessorium oouus Comes de Benazuza eam introduxit in
Regio Cousilio Ordioum Matriti, & multis intermedijs
attentatis, & super attentatis, de ipsis tandem manda-
tum fuit dari Dubium in causa principali, vnde Actor
proposuit articulos, & petijt Remissoriam, & Rota con-
cessit prima Iunij 1674. sed indè vltra sequi annum nullis
testimonijs deductis, & fortè nec inductis testibus, Acto-
re tandiu morante, mandarunt DD Dubium proponi:
An, & de cuius bono iure constet, & DD. vnanimes
responderuot constare de bono iure Capituli ex satis huc
vsque decisis, & præcipuè assistentia Iuris.

2 Nec obstitere Priuilegia Militiæ S. Iacobi † libata in *d.*
dec. coram Pirouano, & ibidem vitata, quia dum dispu-
tabatur an intrareot, & suffragarentur emptori bonorum,
3 † non fuit retardata manutentio, quæ factum, & sic pos-
4 sessionem, † non autem iustitiam facti desiderat, ibidem
cum allegatis, & abundè apud ipsum Posth *obseruat.* 42.
maximè ex *n.* 90. quia de facto, & non de iore possessionis
5 disputatur *nu* 94. & neque de iure, neque de æquitare †
possessor venit priuandus iure suo lite pendente, vt ait, &
probat quoque Rota *d. dec.* 211. *n.* 2.

Namque iuri possessionis ex mandato manutentio-
nis, robur triplex ex triplici capite adijciebatur ab in-
formantibus latè in longo restrictu, quem dicebant Iu-
ris quatuor Aduocatis vltra Patronum cuouenienti-
bus.

Primò decimam de iure ipso percipiendi post diuisio-
nem Parochialium adeò solis Parochis ius competit, vt
nullus alius illam habere possit, & iure commuoi habent
fundatam intentionem respectu omnium decimarum in-
tra suæ Parochiæ limites existentium, quæ quidem assi-
steotia prodest Parochis in Petitorio, vt non teneantur
6 aliter probare decimas sibi competere, † sed contrarium
asserenti incumbit onus probandi, cum habeant contra
se iuris assistentiam, sic etiam illis Diœcesibus, in quibus
Parochiæ non sunt distinctæ solus Episcopus dicitur totius
7 Diœcesis vniuersalis Parochus, † ac proinde ei debentur
decimæ, & in Regnis Hispaniarum Ecclesiæ Cathedra-
8 les, Dignitates, † & nonnulla alia Beneficia sunt funda
9 ta super decimis, † & ideò Parochi in illis Regnis non pos-
suot dici habere inteotionem fundatam &c. translata,
ac transportata ex Barbos. *iur. Eccles. vniu. cap. 26. §. 2. in*
totum n. 15. lib. 2. etiam conclusa eum Rota coram Ludoui-
sio *dec.* 439. *n.* 6. vbi & notum esse proponitur, & selegi
Barbosam multiplicem, vberemque Scriptorem, qui sa-
tisfecerit alijs desiderantibus, pro me fastidiente, farragi-
nem allegationum.

10 Secuodò, vt constat Vrbanus II. † concessisse Petro
Hispaniarum Regi, illiosque in Regno soccessoribus fa-
cultatem (suut verba Indulti) vt possent Ecclesias, quas
in Saracenorum Terris belli iure acquisierint, vel in
proprijs hæreditatibus fondauerint, sibi, suisque hære-
bus cum primitijs, & decimis &c relaxata *à Carillo initio*
dec. 75. ordine sua, & sæpè sæpiùs in alijs repetita, sic po-
stea Alphonsus Rex Archiepiscopo, & Capitolo Hispa-
len. donaoit 13. Septembris 1296.

Tertiò, sic absque Parochia Decimæ præscribi possunt,
11 † itaut virtute præscriptionis aliquis illas exigat à Paro-
chianis, ad Text. allegat à Barbos. *d. §. 2. n 48. vers. Con-*
trariam autem sententiam, Rota coram Coccin. *decis.* 245.
numer 4. & 6 & dec. 1887. num. 28. Iusque hoc decimarum
Episcopi, & Capituli plusquam centenaria quasi posses-
sione constaore ab anno 1561. ad anoum 1670. in libris
decimarijs restibus &c. in Summar. † roborat. sed & susti- 12
netur immemorabili præscriptione, ad celebre *caput. 1. de*
præscripe. in sexto, cum alijs ibi adnor. & super alleg. &
procul omni dubio noo aduersus, sed secundum Parochia-
lia iura.

Quæ planè constant tùm ex personis Episcopi, & Ca-
pituli, tùm etiam ex Diœcesi Hispalen. eui subest locus
Benazuza ex multis in Summario, vltra *dec.* 211.

Porrò quasi possessionem iam probatam in *d. dec. 1. Iunii*
1626. d. dec. 231. comprobatam adhue habemus quadragio-
ta quatuor pluribus annis, & inde Rotali Decreto legiti-
matam, & multis amplius probationibus io pleoo Sum-
mario adductis, ad quas referri quidem abundè, non au-
tem eas referre superfluè operæ pretium est.

Itaque non obstitere Priuilegia Militiæ S. Iacobi, qood
Carolus V. pro sua facultate concessa in literis Apostoli-
cis à Clemenre VII. Oppidi de Benazuza cum Oppido de
Mures eiosdem ordinis dismembrauerat ab ordine, & cum
omnibus iuribus, & pertinentijs, atque ita cum decimis
ad d. ordinem spectan. vendiderit Duci de Begar, qui re-
tento illo de Mures illud de Benazuza veodidit Ioannis
Almariza, à quo habuit Comes, vt bona, qua solet fi-
de, retulit causæ Patronus.

Siquidem Comes Actor debuisset in primis, & ante om-
nia probare decimas spectasse ad ordinem suprascriptum,
deinde, & venditores illas cessisse emptoribus, & adeò
non probauit, vt videatur contrariom defecto voluntatis
in Pontifice, & in Imperatore super venditione.

Voluntas Pontificis, & Imperatoris nulla fuisse visa
est, quia non expresserint ius decimandi, quia decimæ,
& alia iura merè spiritualia, † noo transeunt cum voi- 13
uersitate, & cum in nullo communicent temporalibus,
eis nec cum voiuersitate, nec sioe annecti possunt, etiam-
si quis donet Villam cum omnibus iuribus sois, & Vil-
lam, & omnia iura, quæ ibi habet, † itaut si decimas 14
vult donare, faciat expressam mentionem &c. *Innoc.*
ad cap. 2. de iurepatr. & nouissimè *D. Fagnan. ex num. 7.*
quæ breuius ex ipso Ionocentio compressit, Bald. *cons. 32.*
numer. 1. vers. si autem Episcopus concederet mihi Castrum
lib. 1. & ex Innocentio, *& Baldo* amplius omisso tam n
Priuilegio decimarum, & iurium merè spiritualium, Ro-
ta *dec. 234. num 7. & 8. part. 9.* & longiùs, ac latiùs de
necessaria speciali expressione, ad ioterpretationem cu-
iuidam Venetæ legis Menoch. *cons. 291. ex num. 12. & n.*
30. à vers. cæterum dicendum est, etiam pro veritate, ac
si Iudex esset, adeout neque ad exemptionem, ac libe-
rationem à solutione decimarum † in communicatione 15
priuilegiorum sit communicata exemptio, Barbos. *ad*
d. cap. nuper de decimis num. 4. cum alleg. & præcipuè Ro-
ta coram Coccino *decis 279. num. 3. & 4.* & ex alio capite,
quia non fuit derogatum *d. cap. nuper*, † quod cum sit con- 16
ciliare, censetur habere clausulam derogatoriam ad fu-
turas dispositiones, adeo vt sit propriè necessaria illius
derogatio expressa, Barbos. *ad d. cap. nuper num. 2. vers.*
ex alio capite, & Rota *decis. 122. & 123. part 1. diu.* cum
alijs, & ibidem *D. Fagnan. ex num. 33.* vbi & declarationes
Sacræ Congregationis Concilij; Vtrum autem Laicus
possit † in alios Laicos transferre ius decimarum etiam de 17
conseosu Episcopi *in cap prohibemus 19. de decimis inter*
gloss 2. & Abb. *nu. vltimo*, & alios apud Barbos. *nu. penult.*
& vltimo videre est.

Et licèt in dismembratione, & venditione Oppidi de
Mures in instrumeoto venditionis venditor fecerit spe-
cialem mentionem decimarum comprehendere eas vo-
lens, nullam fecit in venditione Oppidi de Benazuza
comprehendere, ideo nolens, & hæc diuersitas fuit
obseruata in adeptione possessionis illorum, & ita cum
Pontifex mandasset compeosationem eidem Ordini S.
Iacobi cum alijs bonis æquiualentibus dismenbratis
æstimandis iuxtà computationem in contractibus cum
Arrendatarijs, idem Carolus mandauit relaxationem
iusti valoris Oppidorum, & in ea demptæ fueruot
quidem decimæ Oppidi de Mures, secus Oppidi de
Benazuza, & deinde in assignationem bonorum Ordini
pro compensatione fuit expressus valor reddituum de
Mures vnà cum decimis expressis, de Baoazuza verò
absque mentione decimarum sic etiam sequuta vtraque
venditione Duci de Belgat, eoque declarante pro se Oppi-

dum

dum de Mures, Oppidum autem de Benazuza pro Ioanne, intendendo facere duo instrumenta, duo facta sunt, & alterum de Benazuza supressis decimis, alterum de Mures decimis expressis.

Ex quibus credere dignum est, & potiùs videre, quàm putare quadringentis annis ab Vrbano II. ad Carolum V. decimas Oppidi de Benazuza nunquam pertinuisse ad alios, quàm ad Archiepiscopum, & Capitulum iure Parochiali, siue nunquam occupatis decimis siue alijs non restitutis ab Ordine S. Iacobi.

Et proindè visum non est Ius hoc decimandi in Oppido de Benazuza, certè non translatum in emptorem, vt in Oppido de Mures indè mansisse apud Ordinem, quia nulla vnquam apparente Ordinis quasi possessione, immo immemoriali apparente Archiepiscopi, & Capituli, vt ex posteriori anteriore præsumpta, vt ex possessione præsente non probata alia possessione an-
18 tecedente, † præcedens, & multò magis media præsumitur, Bart. *ad l. Celsus ff. de vsucap. n. 21. & ibidem* Alex. ad Bart. Menoch. *præsum. 66. n. 1. lib. 6.* Rota coram Cocc. *dec. 1323. num. 3.* præclarum constat omne Archiepiscopi, & Capituli ius, & præclara est donatio Regis Alphonsi filij S. Ferdinandi, qua donauit Archiepiscopo, & Capitulo Hispalen. Ecclesiæ ab ipsis fundatæ, omnes decimas longè post Vrbanum II. 13. Sept. 1299. ex qua decimæ olim semper adhuc fuerunt Archiepiscopi, & Capituli nunquam dismembratæ, & fortè dismembrabiles cum Oppido de Benazuza, etiamsi, & quantum cum Oppido de Mures.

Et ita decisum pro informatione &c.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana legitimæ.

Veneris 6. Martij 1676.

ARGVMENTVM.

Filio ex persona matris legitimam deberi deciditur in bonis fratris, qui instituerat sibi hæredem vxorem, & hæc declaratur tertia totius hæreditatis, deducto legato eidem fratri relicto, nonobstante præsumptione dotis eiusdem vxoris in testamento ab illius viro confessata, quæ resoluitur in vim legati, prout nec minus attenta transactione cum eodem fratre sequuta, quia hoc nouum ius post transactionem superuentum, illa comprehendere non poterat.

SVMMARIVM.

1 *Legitima debetur parentibus in luctuosa filiorum hæreditate.*
2 *Ius petendi legitimam transmittitur in filios, siue agatur de hæreditate ascendentis, siue descendentis, & num. seqq.*
4 *Ratio eadem vbi viget, & disparitas assignari non potest, ibi etiam militat eadem legis dispositio.*
5 *Legitima an, & quatenus possit in vsufructu relinqui.*
6 *Legitima in vsufructu relicta consequi non potest, si statim vsufructuarius decedat.*
7 *Legitima matris est tertia totius assis hæreditarij, & quando. vid. num. seqq.*
8 *Legitima matris adhuc remanet tertia omnium bonorum, quæ supersunt deducto legato fratri relicto.*
9 *Vidua nubeat infra annum luctus, dotem in pecunia traditam secundo viro, ex bonis primi viri acquisiuisse præsumitur. amplia vt n. 11.*
10 *Mulier non dicitur mercatrix, si viuente viro ne-*

gotio illius apotecæ incubuit.
11 *Præsumptio* l. Quintus Mutius *eo magis insurgit in muliere, si illa incumbebat negotio apothecæ mariti. & vid. sup. num. 9.*
12 *Vxor tenetur præstare operas suas in quolibet negotio viri de iure licito.*
13 *Confessio dotis receptæ facta in testamento, resoluitur in vim legati, si aliunde de solutione non constat.*
14 *Legitimæ non præiudicat confessio debiti in testamento facta.*
15 *Legitima ante legata detrahenda est, & per ea non diminuitur.*
16 *Debitum verificatum per solam confessionem testatoris, nullum affert præiudicium legitimæ.*
17 *Transactio non comprehendit ius, quod tempore transactionis ad transigentem non spectabat.*
18 *Transactio restringitur ad ea, quæ ex propria persona partibus competebant, non autem ex persona alterius.*
19 *Transactio non extenditur ad ius de futuro à partibus non cogitatum.*
20 *Transactio non comprehendit ius superueniens, maximè si illud tempore transactionis non erat in lite.*
21 *Transactio, quæ enormissimam læsionem continet, tamquam nulla, & læsiua non substinetur.*
22 *Remedium* l. 2. C. de rescind. vendit. *habet etiam locum in transactione.*

DECISIO DCLXII.

IN testamento, cum quo decessit Venantius Antonius, relinquit vsumfructum nonnullorum bonorum Cæsariæ matri, & scuta decem Petro Thomæ fratri, & in reliquis hæredem scripsit Ioannam Felicem vxorem, contra quam, & Franciscum eius secundum virum egit Petrus Thomas tamquam filius, & hæres Cæsariæ pro legitima illi debita in bonis Testatoris, & quamuis eidem prætenderetur obstare transactionem, qua omnia sua iura remiserat receptis scutis 15. nihilominus sententiam fauorabilem ab A. C. reportauit, & in gradu appellationis hodie proposito dubio ad instantiam Ioannis Thomæ filij, & hæredis d. Petri Thomæ resolutum fuit non obstare transactionem, & legitimam deberi in summa inferius exprimenda.

Legitimam deberi parentibus in luctuosa filiorum hæ-
reditate † indubitati iuris est, iuxtà Textum *in l. nam* 1
etsi parentibus ff. de inoffic. testam. §. primo, Auth. de triente, & semisse, vnde vita functa Cæsaria post obitum fi-
lii, † ius illam petendi iure transmissionis transiuit in Pe- 2
trum Thomam alterum filium, & hæredem, Merlin. *de legitim. lib. 3 tit. 3. quæst. 9. num. 21.* Peregr. *consil. 30. num 7. & 8. lib. 3.* Rota *decis. 320. num. 27.* Et quamuis hæ auctori-
tates loquantur de legitima debita descendentibus, † vin- 3
dicant etiam sibi locum in legitima debita ascendentibus
in hæreditate † descendentium, cum nulla sit assignabi- 4
lis disparitas, Iason *in Authent. nouissima C. de inofficios. testam.* Rota *decis. 133 numero 15. coram Cardin. Seraphino.*

Necà consequutione legitimæ matrem, & successiuè eius hæredes repellere potuit legatum vsusfructus nonnullorum bonorum, adiecta prohibitione nihil vltra pe-
tendi, quia quidquid sit de quæstione † vtrum legitima 5
relinqui possit in vsufructu, quam magistraliter examinat Merlin. *de legitim. lib. 2. tit. 2. quæst. 32 numero* 38. Marescott. *variar. resolut. lib. 2. cap. 86. num. 9.* Rota coram Seraphin. *decis. 1365. numero 6 & 7. coram* Duran. *decis. 76.*
numero 48. obiectum cessat ex facto, † cum Cæsaria 6
obierit antequam fructus dictorum bonorum percipere potuerit, & bona quorum vsusfructus pro legitima legatus fuit, apparent ad instantiam creditorum defuncti filij subhastata.

Quantitas verò huius legitimæ fuit à Dominis taxata
in triente totius assis hæreditarij, † vt in indiuiduo de le- 7
gitima matris firmauit Rota *decis. 39. numero 15. post* Merlin *de legitim. & decis. 219. num. primo, & 6. & 732. numero 1. coram* Dunozetto, parum obstante legato relicto Petro
Thomæ, † quia adhuc legitima remanet tertia omnium 8

bonorum, quæ supersunt deducta legato, vt dixit Rota
dec.495. n.2. coram Peuringer. *& dec.308. n.7. & 17. & d.
dec.732. n.6. & 7. coram Dunozetto.*

Et ideo cum tota hæreditas ascendat ad scuta 3500. vt
liquet ex instrumento dotali confecto inter Ioannem fi-
lium, & Franciscum virum, cui præuia æstimatione bo-
na hæreditaria Venantij Antonij eadem Ioanna Felix in
dotem assignauit, sequitur, quod legitima calculari de-
beat in scutis 1166. 66. à quibus demi non debet rata scut.
166. 66 ex quo bona fuerunt assignata pro sc. 3000. dum-
taxat, & scuta 500. fuerunt soluta in contanti, quia cum
hæc vidua transierit ad secundas nuptias intra annum lu-
9 ctus, † censendum est, quod dd. scuta 500. acquisiuerit
ex bonis sui viri prædefuncti ad euitandam suspicionem
turpis quæstius, de qua in *lege Quintus Mutius ff. de dona-
tion. inter virum, & vxorem, & in l. etiam vxores C. eodem*,
cum alijs relatis in *Meleuitana bonorum 26. Ianuar. 1671. §.
secundo coram me.*

Quæ præsumptio in casu præsenti tolli nequit ex quo
Ioanna Felix asserebatur mercatrix, & proindè propria
industria dictam pecuniam acquisiuerit, nam mercatu-
10 ram exercuisse non constat, † etiamsi viuente viro illa ne-
11 gotio apothecæ † incumberet, quia inde magis augetur
præsumptio acquisitionis ex bonis viri, cum apotheca ad
illum spectaret, & vxor cum viro operas suas in negotio
12 per illum exercito solum præstabat, † prout præstare de
iure tenetur in quolibet licito negotio, Simon de Prætis
cons.149. sub n.8. Gargiar *cons.80. nu. primo lib. primo.*

Similiter diminui non debet quantitas legitimæ ex eo
quod ante illam veniant restituenda Ioanni Felici scuta
500. quæ in dotem fassus fuit habuisse Venantius primus
13 vir, † quia cum de consignatione, & solutione dotis non
constet aliundè, sed solum appareat ex confessione emissa
in eius testamento, & hæc resoluitur in simplex legatum,
vt dixit Rota *in Bonon. residui dotis 18. Maii 1665. & 14.
Decembris 1666. coram Illustrissimo Domino Præside Grana-
14 ten* † vnde per eam non fuit præiudicatum legitimæ, quæ
15 ante legata detrahi debet, † & per illa non diminuitur,
per Textum *in l. scimus autem, C. de inoffic. testam.* Merl.
de legitim. lib.2. tit. primo nu primo, & ibi Rota *dec.64. nu.
16 primo, & dec.86. num 1. & 6.* & debito † solum verificato
per confessionem Testatoris in specie dixit Rot. *dec.132. n.
12. coram Dunoz.*

Quibus positis non obstat transactio, in qua Petrus
Thomas iura sua remisit, & renunciauit, quia de tem-
pore stipulationis illius, adhuc viuebat Cæsaria, cui com-
17 petebat ius petendi legitimam, † vnde sequitur quod tran-
sactio non comprehendat hoc ius, quod Petro Thomæ non
competebat, sed solum eidem superuenit post obitum Cæ-
18 sariæ, † & sic restringatur ad ea, quæ tunc ipse ex propria
19 persona prætendere potuisset ex fraterna hæreditate, †
cum transactio non extendatur ad ius de futuro a partibus
non cogitatum, Surd *consil.418. nu.22.* Rot *dec.741. nu 2.
& 3.* & coram Coccino, *& dec.86.* coram Celso, *& decis.
860. n.5.* coram Dunozetto, & fortius in *Bonon. pecuniaria,
seu transactionis 24. Nouembris 1670. coram me*, maximè
quando vt hic, ius, quod postea transigentibus superuenit,
20 † non erat in lite, quia tunc super eo adaptari nequit, *l.
quoniam tutoribus ff. de transact.* Rota *d. dec.86. n.2.* coram
Cardin. Celso, *& in d. Bonon. coram me.*

Et in omnem casum quatenus per impossibile sub inuo-
lucro verborum transactio comprehendere posset hanc le-
gitimam, adhuc non suffragaretur, quia cum Petrus Tho-
mas receptis dumtaxat scutis 15 quorum decem fuerunt à
fratre ei legata, renunciasset pro solis quinque legitimam
ascendentem ad scuta 1166. 66. inde cum resultaret enor-
21 missima læsio, † transactio tamquam nulla, & læsiua
nullo modo sustineri potest, ad textum *in l.2. C. de rescind.
22 vendit.* quem habere locum in transactione dixit Rot. *dec.
289. n.2. coram Celso*, & prius *in Bonon. nullitatis concordiæ
12. Iunii 1645. coram Eminentiss. Cerro, & in Romana tran-
sactionis 16. Ianuarii 1670. & 15. Februarii 1672. coram Reu.
P. D. meo Calataia, & in Romana residui dotis 30. Maii
eiusdem anni §. ex qua coram R. P. D. meo Rondinino.*

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. TAIA.

Carpentoraten. Decimarum.

Veneris 6. Martii 1676.

ARGVMENTVM.

Crocus, & Olera seminabantur in terris, in quibus olim serebatur frumentum; cumque de his nouis fructibus decimas euitari prætenderetur ex antiquissimo laudo de certis tantummodò fructibus illas deberi declarante, contrarium deciditur, quia cum ageretur de decima iure vniuersali debita, neque per mutationem seminis, neque ex asserto laudo illi præiudicatum esse poterat.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo viget in toto Orbe Christiano, quod ex certis fructibus decima non soluatur.*

2 *Laudum contra Ecclesiam præsumitur promulgatum cum assensu apostolico ex spatio trium sæculorum.*

3 *Monasterium retinens iura Parochi, habet intentionem fundatam in iure vniuersali decimandi super omnibus terris suæ Parochiæ.*

4 *Sumptum de sumpto nihil probat, nec ius vniuersale decimandi restringit ad particulares species decimarum.*

5 *Scriptura à procuratore producta contra dominum producentem, plenè probat.*

6 *Producens scripturam non præsumitur illam habuisse ab alio, quàm à principali, seù ab illius domino.*

7 *Prior, & Abbas Monasterii eidem Monasterio non præiudicans super iure vniuersali decimandi, quod habet propter assistentiam iuris.*

8 *Procurator Monasterii producens scripturam, suo Monasterio non præiudicat.*

9 *Laudum regulariter nullam nouationem importat.*

10 *Nouatio nunquam intelligitur, nisi expressè de animo, & intentione nouandi appareat.*

11 *Decimæ debentur etiam ex nouis fructibus, qui in ingenti quantitate seminantur in terris decimalibus. & num. 13.*

12 *Laudum est reuocandum, si incipit esse læsiuum.*

13 *Decimas fraudandi via aperienda non est mediante plantatione noui seminis.*

DECISIO DCLXIII.

IN decisis 28. Iunij proximè præteriti, * & 14. Iunij anni 1674. DD. dixerunt decimas deberi de Croco, & Oleribus.

Et licèt aliquibus recedendum videretur, & ex con-
suetudine ab anno 1340. quæ passim in Orbe Christiano
viget, † vt ex certis fructibus nulla soluatur decima, ad 1
Couarr. *var. resol.17. n.8. vers.7. eodem iure lib.1.* Barbos.
iur. Eccles. vniu. cap 26. § 3. lib.3. ex laudo præsumendo
cum assensu † Apostolico (si necessarius sit) plusquam 2
tribus sæculis, de quo constat ex quodam sumpto à
Monasterio producto anno 1627. & reproducto postea
anno 1670.

Tamen communius placuit persistere in decisis. Ad-
misso enim irrefragabili eo fundamento, de quo in de-
cisione 20. Iunij præteriti §. quia decisiones, quod Mo-
nasterium habet fundatam intentionem contra suos Pa-
rochianos † in iure vniuersali decimandi super omni- 3
bus Terris Parochialibus, ad *cap.6. de Decimis*; Laudum
quod exhibetur, cum sit simplex sumptum de sumpto,
nullam valet † facere probationem, ex vulgar. nec ius 4
vniuersale restringere ad particulares species decima-
rum.

Non

Non obstante, quod huic obiecto respondeatur, sumptum hoc fuisse per Procuratorem Monasterij ad lites
5 constitutum ab Abbate iudicialiter productum, † & ideò plenè probet contra producentem, & illius dominum, etiamsi sit scriptura informis, cùm non sit verisimile,
6 † quod producens illam habere potuerit ab alio, quàm à Principali, seù à Domino, iuxtà Adden. *ad decis.* Greg. 321. *n.*20. *& ad dec.* Buratt. 249. *lit.B.* vbi concordantur decisiones Rotales, quæ super hoc articulo videbantur inter se contrariæ.

Nam his omnibus admissis in suis terminis, dicebant non applicari præsenti casui, in quo agitur de Ecclesia,
7 & Monasterio, cui si Prior ipse non potuisset, † neque per actum expressum præiudicare super hoc iure reali, & vniuersali decimandi terras, & fructus, de quibus agitur, super quibus habet iuris assistentiam, neque exaduerso controuertitur, vt in *dec.* 130. *numer.* 10. *part.* 7. Bich *decis.* 199. *num.* 11. & in terminis iuris decimandi *decis.* 30. *num.* 9. *part.* 6. multo minus præiudicare valuit Procurator ab ipso Priore constitutus per simpli-
8 cem productionem d. Scripturæ, † & ideo de tali productione non est habenda ratio saltem ad effectum à Communitate prætensum.

9 Et superaddebatur, quod in eo laudo, sic informi, † nulla apparet facta nouatio, quæ nunquam intelligitur
10 facta, † nisi expressè de animo renouandi appareat, ex *l. final. C. de nouat.* cum ibi notat.

Et data etiam subsistentia laudi, ex quo priuilegiata esset Communitas, & singuli de Communitate à solu-
11 tione controuersæ decimæ, † nihilominus cum nouissimis hisce temporibus fructus Croci feratur in ingenti quantitate in ijs terris, vbi olim serebatur triticum, & alij fructus decimabiles, ita attestantibus 69. Testibus apud Bellum scribentem in hoc præciso articulo *consil.* 46. & quinque alijs subsequentibus, & ex testimonijs pro Monasterio in præsenti causa adductis, visum est
12 Dominis laudum esse reuocandum, † quoniam incipit esse læsiuum, *ad cap.* 9. *de Decimis*, & ibi Abb. cum alijs, & nouissimè Barbos. *num.* 2. Vnde cum hodie diuerso modo, & in maiori quantitate terræ,
13 aliàs frumentum ferentes sint occupatæ à Croco, † ad euitandum hoc præiudicium Ecclesiæ, & ne aperiatur via fraudandi, mediante plantatione Croci, & Olerum, adeò excessiua, persistendum est in decisis non attento laudo, vti læsiuo.

Et ita vtraque &c.

Aliæ duæ decisiones in hac Causa factæ sunt, quarum altera est decis. 323. impressa in præcedenti tomo primo istius decimæ octauæ partis; alia verò habetur supra hoc eodem tomo 2. vbi est in ordine 582.

R. P. D. CALATAIV.

Vrbeuetana Legatorum.

Veneris 6. Martij 1676.

ARGVMENTVM.

Legata Vxori alimenta victus, & vestitus, ac certa pecuniarum summa, ei deberi declarantur, non obstante Statuto prohibente illi quidquam vltra dotem, victum, & vestitum relinqui, quia quantitas pecuniaria pro medicinalibus, & salarijs famulorum poterat dici legata, quæ omniæ debentur etiamsi mulier habeat vnde viuere possit, cum iure actionis petatur, neque ab illorum consecutione remouetur exceptione rerum amotarum, quæ probata non erat; prout nec minus quod non habitaret in domo mariti, quia per litem, & mortem hæredis, non tenebatur habitare cum illius filijs.

SVMMARIVM.

1 *Statuto mandante non posse vxori legare vltra dotem victum, & vestitum, & vitæ suæ necessaria*
Non contrariatur per legatum verificabile in medicinalibus, & salarijs famulorum. ibidem.
2 *Medicinalia non veniunt appellatione victus, & vestitus.*
3 *Salaria famulorum non continentur sub nomine victus, & vestitus.*
4 *Alimenta, quæ non petuntur officio iudicis, sed iure actionis, debentur etiamsi legatarius habeat vnde viuere possit.*
5 *Verba secundum necessitatem personæ apposita in Statuto permittente vxori alimenta relinqui, non stant taxatiuè.*
Sed demonstratiuè ad denotandum necessitatem illorum. ibidem.
6 *Alimenta sunt omnibus necessaria.*
7 *Mulier iussa habitare cum filiis, habitare non tenetur potest litem sibi motam super restitutione rerum amotarum, & num seqq.*
8 *Legatarius iussus habitare cum hærede, post illius mortem in domo Testatoris amplius habitare non tenetur.*
9 *Vxor iussa habitare cum filiis, non tenetur habitare cum nepotibus post mortem patrum.*
10 *Mulier non perdit legatum etiamsi dotem petierit, qua petente statutum vsumfructum amitti disponat, si non vsusfructus, sed victus, & vestitus ei legatus sit.*
11 *Statutum, de quo non loquitur, eius dispositio non intrat.*
12 *Testes patientes exceptiones, non probant in iudicio rerum amotarum.*
13 *Iudicium rerum amotarum dicitur criminosum, & ideo plenam & concludentem probationem requirit.*
14 *Alimentorum taxatio plurimum pendet à iudicantis arbitrio.*
15 *Alimenta vxoris legatariæ habitantis extra domum viri taxata sunt in annuis scutis 60.*

DECISIO DCLXIV.

GABRIEL Scarpa instituto hærede Marino filio, & dotatis Margarita, & Marta filiabus titulo legati reliquit Angelicæ Stagnettæ vxori annua scuta 20. soluen. annuatim donec vixerit, & vitam vidualem seruauerit, & vltra consecutionem d. legati, voluit, & mandauit, quod liceat d. Angelicæ donec vixerit, & vitam vidualem seruauerit manere in domo hæreditaria Testatoris, cum eorum communibus filijs, cum illis vitam communem ducere, & habere decentem victum, & vestitum.

Egit Angelica in partibus pro consecutione vtriusque legati, & contrariam sententiam reportauit, quæ tamen fuit ab A. C. reuocata; vnde commissa mihi causa appellationis, & bis proposito dubio, An legata debeantur, & pro qua summa, tandem Domini censuerunt legata deberi in quantitate inferius exprimenda.

Quod enim debeatur vtrumque legatum deducitur ex voluntate expressa eiusdem Testatoris, cui non resistit municipale Statutum Vrbeuetanum prohibens viro relinquere vxori vltra dotem, victum, & vestitum, & vitæ suæ necessaria secundum facultatem, *poteris.* Quia dum permittit vltra dotem, victum, & vestitum, posse legari aliquid pro vitæ suæ necessitate, non fuit contrauentum Statuto, † quoniam legatum scut. 20. verificari 1
poterit in medicinalibus, salarijs famulorum, & similibus, quæ sunt etiam necessaria pro substentatione vitæ mulieris, & quæ non veniunt sub nomine victus, & vestitus, † vt in specie de medicinalibus notat Bald. *in l. si* 2
cum dotem §. si maritus n. 4. *ff solut. matrim.* Surd. *de aliment. titul.* 2. *qu.* 2. *n.* 17. & de salarijs † famulorum *text. in l. lega-* 3
ta ff. de aliment. & cibar. legat.

Neque pro consequendis dd. legatis tenetur Angelica probare præcisam necessitatem, quasi debeantur in subsidium, quatenus scilicet fructus dotis, & aliorum bonorum sibi non sufficiant; ista namque non petuntur offi-
4 cio Iudicis, sed iure actionis, † ideoque debentur etiam si legataria habeat vnde viuere, Alex. *consil. 7. num* 10. *lib.* 2. Rol. *consil. 55. numer. 5. lib.* 2. Simon. de Prætt. *de interpr. vlt. volunt. dubit.* 11. *numer.* 15. Rota coram Seraphin. *dec.* 95. *numer.* 8. & coram Coccin. *decis.* 402. *num.* 12. & coram Cardinali Celso *dec.* 67 *num.* 6. Adden. ad Buratt. *dec.* 705. *num* 9. Idque etiam suadent verba eiusdem Statuti permittentis posse legari necessaria pro vita vxoris secundum facultatem, *poteris*; igitur non secundum necessitatem
5 mulieris, & verba illa, & vitæ suæ necessaria † non stant taxatiuè ad mensuram necessitatis, sed demonstratiuè ad
6 denotandum, quod alimenta sunt † omnibus ad viuendum necessaria, Calderin. *consil.* 21. *de testam.* Surd. *de aliment. tit.* 5. *q. prima n.* 41. Rota coram Dunozetto Iun. *decis.* 302. *nu* 1.

Non obstat, quod Angelica ceciderit a legato victus, & vestitus, dum non habitauit cum Marino filio in domo ipsius Testatoris; quia cum ipsa discesserit è domo
7 ex iusta causa, † nempè ex lite contra eam mota ab eodem Marino super prætensa restitutione rerum amotarum, non tenebatur cum eo amplius habitare, *l. Caio §. Imperator ff. de aliment. & cibar. leg.* Rot. *decis.* 119. *nu.*
8 6 *par* 4. *rec.* Multoque minus † postquam ipse Marinus decessit, *d. l. Caio § Imperator in princip. & l. Stichus §. fin ff. de aliment. & cibar. legat. l. prima C. de legatis*, Rota *in Firmana Codicillorum prima Martii, & 15. Nouembris* 1649. *coram Eminentiss Cerro*, nec tenetur habitare cum filijs d. Marini, dum Testator expressè legauit ha-
9 bitationem vxori cum communibus filijs, † vnde non potest extendi, vt teneatur habitare etiam cum nepotibus, Surd. *de aliment. tit.* 4. *q* 15. *n.* 67.

Minus releuat, quod eadem Angelica petierit suas dotes, vnde inferebatur priuatam remansisse dd. legatis, ex altero Statuto disponente, vt mulier cadat ab vsufructu,
10 & habitatione, si dotem petierit. † Quoniam in proposito non fuit relictus vsusfructus, nec habitatio, sed tan-
11 tum victus, vestitus, & summa scutorum 20. † de quibus sicut Statutum non loquitur, ita nec intrare potest eius dispositio, *l. seruum §. non dixit ff. de acquiren hæreditate l. 4. §. toties ff. de damn. infect.* Surd. *dec.* 122 *n.* 13.

Multoque minus subsistit alterum obiectum subtractionis bonorum, siue expilationis hæreditatis, quia testes desuper examinati sunt singulares, & patiuntur
12 plures defectus in persona, † ideoque non probant in hoc
13 casu, quo agitur de actu † criminoso, in quo requiritur plena, & concludens probatio, Vermigl. *cons* 153. *num* 1. & 2. Rota *in Romana hæreditatis 27. Aprilis 1644. coram Merlin.*

Quo verò ad secundam partem dubij circa taxationem
14 victus, & vestitus, cum sit materia, † quæ plurimum pendet ab arbitrio Iudicis, *l. 2. & 3 ff. vbi pupilli educari deb.* Menoch. *de arbitr. casu* 169. *num.* 1. *lib.* 2. Rot. coram Card. Celso *dec.* 67. *n.* 7. Domini considerantes, quod Angelica recuperauit dotem suam, illa taxarunt in annuis
15 scutis 60. vltra legatum scutorum 20. † quæ visa sunt congrua pro muliere habitante extra domum viri.

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. RONDININO.

Cracouien. Beneficij.

Veneris 6. Martii 1676.

ARGVMENTVM.

Ob non factam præsentationem in tempore, beneficium Academiæ Cracouiensis fuerat collatum à Papa, cuius literæ Apostolicæ exequutioni demandatæ sunt, quia de earum verificatione constabat, in nihilo releuante præsentatione per simplicem schedulam ab eadem Academia factam, quia vltra præsumptionem antidatæ, non fuerat exhibita Episcopo, neque penes illius acta dimissa; prout nec minus obstabat d. beneficium deberi certo generi personaru, quia etiam Prouisus Apostolicus de eodem genere visus est.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ob non interpositam appellationem transit in iudicatum, si de illius iniustitia, vel de inualiditate non docetur.*

2 *Literæ Apostolicæ iustificatæ exequutioni demandandæ sunt.*

3 *Verificatio narratorum probatur ex confessione partis, cuius nulla datur maior probatio.*

4 *Valoris expressio in ducatis 24. per non excessum in beneficijs Cracouiensibus communiter fieri consueuit.*

5 *Præsentatio beneficii facta per scripturam priuatam, & ipsa remanet suspecta de antidata, & num. seqq.*

6 *Beneficium præsentatum per solam scripturam priuatam, deuoluitur ad superiorem, & quando num. anteced. & seq.*

7 *Donatio, seu nominatio beneficij, vel huiusmodi factæ per simplicem schedulam, antidatæ suspicione non carent.*

8 *Præsentatio sola beneficij non sufficit, sed requiritur, quod intra legitima tempora exhibeatur superiori pro institutione, aliàs deuoluitur, nec ius præsentato acquiritur.*

9 *Clausula* dummodo alteri non sit ius quæsitum *non verificatur in præsentatione facta, quæ superiori non sit exhibita.*

10 *Præsentatio vt suffragetur, produci debet coram Notario Episcopi, quia perinde est ac si eidem Episcopo fuisset exhibita.*

11 *Episcopus si præsentatum instituere recusat, recurritur ad Superiores, & etiam ad Papam.*

12 *Conditio, quæ non sit contra ius, sed in augmentum, & honorem cultus diuini, & virtutis, in limine fundationis omissa, potest etiam postea suppleri.*

13 *Conditio post fundationem apposita si sit in augmentum virtutis, & honorem cultus diuini, non imponit seruitutem beneficio, sed auget illius libertatem.*

14 *Qualitates, quæ non sunt de natura beneficij, Pontifici exprimi non debent.*

15 *Papa non obseruat qualitates, quæ non sunt de natura beneficii.*

16 *Conditiones de natura beneficii solum dicuntur illæ, quæ in limine fundationis apponuntur, non quæ suppleantur ex postea.*

17 *Deuolutio beneficii, quæ fit ad Pontificem, semper remanet cum sua causa.*

18 *Beneficium debitum certo generi personarum si deuoluitur ad Papam, eidem quoque generi personarum debetur:*

19 *Beneficio Academiæ Cracouiensis debentur certo generi personarum, & quale illud sit n. seq.*

20 *Dictio*, siue, *potiùs stat ampliatiuè, quàm restrictiuè.*

DECISIO DCLXV.

LITERAS Apostolicas, in quibus Samuel Farmancois Moralis Theologiæ Professor in Academia Cracouien. controuersum Beneficium de iurepatronatus Academiæ obtinuit, exequendas esse A. C. pronunciauit, à qua Sententia ob non interpositam appellationem intra decendium, causa mihi commissa, dubitatum fuit, An constaret de re iudicata, & Literæ Apostolicæ sint exequendæ; cui Domini affirmatiuè responderunt.

Non

Non controuertebatur res iudicata, ob non interposi-
tam appellationem, neque docebatur de inualiditate, vel
1 iniustitia sententiæ, † quibus seclusis, quemadmodum
non impeditus transitus sententiæ in iudicatum, cessante
satione Teatus *in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic.* Ita
concurrente iustificatione narratorum à Samuele in im-
2 petratione gratiæ † literæ ipsius exequutioni demandan-
dæ sunt ex vulgata regula, desumpta ea litera Textus *in
cap. si quando 5. de rescript. & in cap. si capitulo 5. vbi glossa
verb. exequatur de concess. præben. in 6.*

Narrauit Samuel, Beneficium esse de iurepatronatus
Academiæ, vacasse per obitum Nicolai, & quidem à
multo tempore ad præsentandum elapso, & quod ipse
impetrans erat Professor, & ea numero eorundem Aca-
demicorum Cracouien. quæ omnia iustificauit ex confes-
sione Alberti collitigantis, ea eadem vacatione venien-
tis, qui ab Academia intra legitima tempora præsentatus
prætenditur, atque ex confessione eiusdem Academiæ,
quæ in causa pariter est, pro asserta præsentatione Alber-
3 ti sustinenda, vt in Summario eiusdem Samuelis, † cuius
confessionis non datur maior probatio, ex ratione Textus
in l. cum precum 9. vbi glossa, & Scribentes C. de liber. clauf.
& sunt celebres *decisiones Bellameræ 268. & 596* cum qui-
bus semper Rota processit, vt coram Crescent. *decis. 5. de
iurepatr. & in recent. part. 14. decis. 431. num. 1.* cum alijs
*in Conchen. beneficii 2. Decembris &c. 1671. §. Siquidem,
& §. quod autem coram me.*

Quo verò ad examen eiusdem Samuelis in ijsdem lite-
ris iniunctum, apparet ex eo, quod præuio examine,
eoque idoneo reperto Cracouien. Episcopus immissio-
nem in controuersum beneficium concessit, ab eadem
Academia productam: Et quoad expressionem, quod
beneficium impetratum, & alia quæ ipse possidebat,
non excederent ducat. 24. auri de Camera, iustificatio in-
4 surgit re ipsa, † cum in similibus casibus expressio valo-
ris per non excessum in hac summa fieri consueuit, Re-
buff. *in prax. benefic. par. 3. Signaturæ, vers. etiam in hac
Signatura num. 7* Lotther. *de re benef. lib. 2. qu. 15. num. 18.*
Modern. Venulin. *de benefic. discurs. 90 numer. 15. & 16.*
Rota coram Buratt. *decis. 255. num. 15. & decis. 303. nu. 4.
& seqq. & in recent. p. 4. decis. 202. nu. 8. eadem par. 4. tom.
3. decis. 576. n. 6.*

Neque ad euitandum lapsum temporis ad præsentan-
dum videbatur attendi posse præsentationem Alberti col-
litigantis ab Academia in tempore factam, & post literas
Samuelis solum exhibitam, quia quatenus extraiudicia-
5 lis hæc scriptura non sit suspecta de antidata, † veluti in
præiudicium Samuelis nuper confecta, & hucusque in-
cognita, ea ratione Teat. *in l. Scripturas C. qui potior in
pignor. habean. & ex doctrina* Alexandri Crauett. *de antiq.
tempor. lect. 1. §. Viso de verbis num. 9. & 10.* Surd. *cons. 82.
sub n. 21.* Bertrand. *cons. 219. n. 2.* prout ad hunc effectum
6 prætium † deuolutionis dicebat Innocentius III. *in cap. 1.
vt Ecclesiast. benef. sine diminut. conferan.* ibi: Porrò cum
7 donatio fuisset occulta, & ideo suspicione non careat; †
Et in nominatione facta in simili schedula Rota *rec. par.
1. decis. 694. sub num. 2.*

Certum tamen est Academicos defecisse, cum huc vs-
que retinuerunt occultam hanc præsentationem, quia
debet intra tempus à iure statutum præsentatus vna cum
præsentante, vel cum personis legitimis exhiberi oculis
Superioris habentis facultatem instituendi, vna cum pu-
blico documento nominationis ab Academia factæ, vt
8 illum instituat, † quibus non adimpletis, beneficium
deuoluitur ad Superiorem, neque ius aliquod præsenta-
to acquiritur iuxta celebre dictum Lap. *alleg. 75. nu. 3. &
seqq.* quem sequuntur communiter Mandos *ibid. in addit.
in fin.* Corn. *in cap. fin. vbi* Abbas *nu. 4. ex tex. in illo eodem tit.*
Lambert *de iurepatr. lib. 2. par. 2. qu. 1. art. 22. n. 1. & qu. 4.
art. 3. sub num. 1.* Viuian. *illo eod. tract. lib. 8. cap. 7. num. 4. &
5. & nu. 38. & 39.* Lotther. *de re benef. lib. 2. qu. 6. ex n. 35.*
Rot. *dec. 3. de iurep. in nou. &* cor. Pen *dec. 4. n. 8. & decis. 18.
n. 5. &* coram Dunoz. Iun. *dec. 956. num. 9.* & respondendo
clausulis, *dummodo non sit alteri ius quæsitum*, & alijs sup-
9 ponentibus ius aliquod † præexistens, quod non est in
hoc casu, latè in his terminis declarat eadem Rota *in Nul-
lius, seu Taurinen. Prioratus 3. Decembris 1666. & 4. Iulii
1668. §. præterea coram Eminentiss. Carpin. Prodat.*

Neque Academiam ab exhibitione præsentati oculis
Episcopi, vt mox dicebatur excusant Testes, & at-
testationes de litibus inter eundem Episcopum, &

Academiam, quia saltem poterant Academici dimit-
tere publicum documentum assertæ nominationis Alber-
ti, penes Acta Notarij Episcopalis, † quo casu præsen- 10
tatio recepta à Notario ad similia Acta deputato, habe-
tur ac si coram Episcopo facta fuisset, iuxta vnam opinio-
nem, de qua Afflict. *dec. 135. n. 5.* Mascard. *de prob. concl.
1100. n. 5.* Maran. *in prax. ar. 10. n. 30.* Campanil. *diuers. iur.
Canon. rubr. 12. cap. 13. num. 595.* Rot. *in Regien. benefic. 27.
Martii 1669. §. quod autem in fin. coram Illustriss. Ottalor.
Præsid. Granaten.*

Et tunc si Episcopus distulisset, aut renuisset institue-
re Albertum ab ipsis præsentatum, † poterant recurrere 11
ad Metropolitanum, ad Nuntium Apostolicum vel ad
Summum Pontificem pro assequenda institutione, ad
terminos Text. *in cap. nullus, & in cap. pastoralis de iure-
pat.* Abb. *cons. 28 par. 2* Rocch. de Cur. *de iur. verb. honorifi-
cum qu. 46.* latè Lambert. *illo eodem tr. lib. 2 par. 2. qu. 8. ar. 2.
& 16.* Viuian *pariter eod. tr. lib. 10. c. 5. per tot.* Barbos. *de po-
test. Episc. alleg. 72. n. 167.* Rot. *dec. 4. de iurepat. in nou.*

Non obstat subreptio aduersus gratiam Samuelis obie-
cta, ex eo quod Pontifici non narrauerit, quod benefi-
cium erat conferendum Theologo, vel Philosopho, ex
Magistris maioris, vel minoris Domus Academię Craco-
uien. ex quorum numero se esse non docuit Samuel, quia
cum hæc conditio apposita non fuerit limine fundationis
ipsius iurispatronatus, quamuis postea consentiente Or-
dinario, apponi potuerit, † cum non sit contra ius, sed iux- 12
ta iuris dispositionem, & in augumentum, & honorem
virtutis, & cultus Diuini, iuxta Concil. Trid. *sess. 25. de
reform. c. 5. & in can. Nullus distinct. 61.* quia tunc non di-
citur imposita seruitus beneficio, † sed aucta illius liber- 13
tas, Abb. *in cap. cum dilectus, vbi Canonistæ omnes de condit.
apposit.* Garz. *de benef. p. 7. c. 15. n. 4.* Lambert. *de iurepat. lib.
2. qu. 4. ar. 4.* Viuian. *illo eod. tr. lib. 3. c. 8. sub n. 10. & lib. 4. cap.
4. n. 11.* Rot. coram Seraph. *dec. 1414. n. 1. & dec. 1420. n. 2. &
in rec. p. 15. dec. 120. n. 8.*

Non ideo tamen hæc qualitas † necessario Pontifici ex- 14
primenda erat, quia incongruum videtur, quod Sum-
mus Pontifex obseruet qualitates, & conditiones, quæ
non sunt de natura beneficii, † quales reputantur illæ, 15
quæ apponuntur in solo limine fundationis, † non autem 16
quæ superueniunt etiam ex indultis Apostolicis, in quibus
conditionibus in ipsa fundatione appositis procedunt au-
ctoritates firmantes deuolutionem ad Summum Ponti-
ficem † fieri cum sua causa, de quibus in proposito benefi- 17
cij † conferendi certo generi personarum Rota coram Se- 18
raph. *d. dec. 1420. n. 2. & Tridentina Canonicatus* cor. Cocc.
dec. 2005. n. 9. repet. in rec. p. 6. dec. 553. vt benè concludunt
Abb. *in c. cum in cunctis §. inferiora num. 11. de elect.* Anton.
August. *in Epitom. iur. Can. in reg. 8. mens. n. 13.* Garz. *de be-
nef. p. 4. cap. 3. n. 75.* Lotther. *de re benef. lib. 2. q. 39. ex n. 8.* &
declarando prędictas auctoritates, & decisiones dixit Ro-
ta *in d. Trident. Decanatus* cor. Cocc. *dec. 2028. ex numer. 2.*
& prius *in recent. p. 4. dec. 375. nu. 5. & 6. & p. 9. dec. 127. n. 14.
& 15.* & latè *in Cæsaraug. beneficiorum 4. Iulii 1670. §. nec
placuit, & §. seq. coram R. P. D. meo Vicecomite.*

Præterea conditio hæc præsentandi certum genus per-
sonarum † apposita in donatione, quam fecit Sigismun- 19
dus Rex Poloniæ huic Academiæ iniungit præsentandũ
hominem probum, & doctum, siue ex Doctoribus, siue
ex Magistris maioris, aut minoris Domus, ita ut potuerit
nominari etiam Samuel veluti Doctor eiusdem Vniuer-
sitatis, & Moralis Theologiæ Lector, & ideo contentus
sub illis verbis mandantibus beneficium conferri viro pro-
bo, & docto, ex Doctoribus, quamuis non sit ex maiore,
vel minore Domo, quia qualitas hic stat ampliatiuè ad
Magistros maioris, vel minoris Domus, non autem restri-
ctiuè ad Doctores indefinitè, & simpliciter expressos per
separatum membrum alternatiuè ibi, siue ex Doctoribus
superaddita postea hac qualitate quoad Magistros ibi, si-
ue ex Magistris maioris, vel minoris Domus, prout est
natura illius disiunctiuæ, † siue quæ potius stat ampliati- 20
uè, quam restrictiuè, ad Text. *cum quis decedens §. fin. &
ibi Bart. ff. de legat. 3.* Bald. *in l. cum quidam sub num. 4. C. de
verb. signif.* Vital. *in Clem. si religiosus n. 7. de procur.* Rom.
cons. 363. numer. 2. cum alijs per Barbos. *de diction. diction.
375. ex n. 3.* Rot. cor. Greg. XV. *decis. 21. n. 2. & 3.*

Reliqua autem leuiora Dominis non obstiterunt, velu-
ti benè sublata per informantes pro Samuele, cuius lite-
ras exequendas esse responderunt, vtraque Parte infor-
mante &c.

V 4 R.P.D.

R. P. D. T A I A

Interamnen. Fideicommissi.

Mercur. 11. Martii 1676.

A R G V M E N T V M.

Quæstio erat super congruitate, vel incongruitate dotis, an scilicet illa per tutorem assignari potuisset vltra portionem legitimæ, ad *auth. res quæ C. Com. de legat.* vel potiuscum onere Fideicommissi constituta diceretur, quo in casu mulier, & maritus illius commoda, & incommoda substinent, sed ijs in medium adductis, pro admissionem articulorum est responsum, ad effectum probandi congruitatem eiusdem dotis, de iure probari permissam.

S V M M A R I V M.

1 *Tutor non solum potest, sed imo debet dare congruam dotem pupillæ, etiam si portio legitima non sufficiat.*
2 *Articuli ad probandam congruitatem dotis semper admittuntur.*
3 *Lex vbi adest, non debemus allegare glossam.*
4 *Doctores allegare turpe est, & erubescendum, si possumus allegare leges.*
5 *Articulorum pro admissione releuantia consideratur.*
6 *Tutor quatenus possit assignare dotem pupillæ in omnibus bonis illius.*
7 *de Dote valet argumentum ad legitimam.*
8 *Dos, & legitima ius vniuersale dicuntur.*
9 *Dos constitui non potest vltra modum honestati personarum congruum.*
10 *Dos in bonis Fideicommissi presumitur data sub ipso Fideicommisso, & cum oneribus suis.*
11 *Dote assignata cum onere Fideicommissi, vxor, & maritus debent substinere omnia illius commoda, & incommoda.*
12 *Præscriptionis exceptio dicitur piscatio anguillarum.*
13 *Probatio probationem non excludit.*

D E C I S I O DCLXVI.

A decisis 21. Ionij 1674. * recedendo 5. Decembris sequen. decisum erat contra Margaritam fideicommissariam Patris Patruum Tutorem, & Curatorem Thimotheæ Sororis Margaritæ grauatæ potuisse, imo
1 deboisse dare dotem congruam, † etiam si portio legitima non sufficiat ad dotis obligationem, vt dicit *textus auth. res quæ C. commun. de legat.* ex attestationibus apparente congrua dote similium familiarum in summa scut. 2000. & Thimothea nupta cum 1700. & prius Margarita cum 3426.

Hodie Margarita instans contra hæredes Thimotheæ ex Fideicommisso paterno, deducta congrua dote, quæcumque incongrua fuerit viuente, & gaudente ipsa Thimothea grauata, petijt admitti articulos de congruis dotibus similibus circa annum 1623. matrimonij Thimotheæ in summa scutt. 600. aut 700. & nunc 1000. in Ciuitate Interamnen. & in specie dotem Thimotheæ potius vltra congruam futuram fuisse scutorum mille, propo-
2 sito de more dubio de articulis admittendi, † admittendos Domio responderunt ad ipsum textum dicta *auth res quæ, & §. quamobrem auth. de restit. & ea quæ parit, s. ù cap. 1. Nouell.* 38. moderatorium dotium pro modo honestati personarum congruo clarum, adeoque solum præcopia etiam versiculatim allegatorum iu *decis.* 192. uu 36.
3 *p.* 10. & similibos, quod si male facioot, † qui allegaot glossam vbi habemus leges ex *gloss* ipsa, magis erube-
4 scendum est allegare auctoritates doctorum, † cum habemus legem monet Ias *ad l. illam meritò C. de collat. nu.* 7.
5 vnde releuantes articuli, videntur, † quæ est regula admissionum ad probationem *l. ad probationem seruitutis* 21. *& seqq. l. ad probationem Dominii C. de probat*

Non obstitere opposita, quod dos Thimotheæ fuerit à
Patruo, etiam substituto constituta, † tum quia consti- 6
tui potuit etiam in omnibus bonis, quandiu omnia erant
Thimotheæ etiam sub dubio bonorum Margaritæ Sororis, si ipsa præmortua similiter fuisset, & legitima consi-
deratur † sicuti de hæreditate, sic de dote, maximè si sit 7
Ius vniuersale, † vt communis est Sententia ex Bartholo 8
& pluribus controuersa tamen ex Baldo, & alijs nisi ex
testibus quoque apud Facchin. *controu.* 31. *lib.* 10. tum
etiam quia constitui non potuit † vltra modum honesta- 9
ti personarum congruum *d. text. auth.* nisi potius præsu-
matur data sub ipso Fideicommisso, † & cum oneribus 10
suis *l. mulier, 72. ff. de iur. dot.* etiam ad verba dotalia, *Quali pezzi, e denari sono per il suo terzo dell'heredità*, † quo 11
casu sicut iu *dicta l. mulier* ipsa mulier, & per eam maritus debet substinere commoda, & incommoda §. *Lucio l. cum filius 76. ff. de legat. 2. & ibidem* Bart. sic in præsenti casu, & ita neque nupsisse Margaritam cum illa dote 3426. quod, & controuertitur, visum fuit facere ad rem.

Et minus Margaritam soluisse centum Thimotheæ pro residuo dotis, quia tunc potuerunt esse dotalia voluntate Thimotheæ non autem nunc absque necessitate contra Fideicommissum purificatum facta forte fideicommissaria.

Exceptio præscriptionis † piscatio illa anguillarum ex 12
Aliciat. apud Costam *de facti Scien. distinct. 60. n. 19. cent. 2.* elapsa est per factum ipsum; Instituto Iudicio anno 1658. & de Iure. vti nunquam Instituto Iudicio de congruitate & congruitate dotis, sed solum nunc incidenter replicatione Margaritæ exceptioni hæredum Thimotheæ.

Denique nec valuere contrariæ attestationes, quia quantum valeant, visum est non esse tamen denegan-
dam admissionem articulorum, † cum probatio probatio- 13
nem non excludat, &c. Rota coram Ludouis. *decis.* 163. iu *fine cum ad notat. num.* 12.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Supra in alia præcedenti parte 17. adsunt aliæ duæ decisiones in hac causa coram eodem R. P. D. Taia vbi sunt in ordine 338. & 382.

R. P. D. R O N D I N I N O.

Alexandrina Archipresbyteratus.

Mercurii 11. Martii 1676.

A R G V M E N T V M

Pertinentia, & quasi possessio iurispatronatus in hac decisione tractatur: illa ex confessione vtriusque patroni probata; hæc autem ex vnica præsentatione desumpta, quamuis omissa expressione iurispatronatus, cum ad illud referenda sit agitur etiam de qualitate vocum, de eo residente penes duas familias, quatenus illæ considerari debeant, & demum de iurepatronatus gentilitio, & hæreditario, aliaque etiam plura ad hanc materiam, prout etiam beneficialem pertinentia.

S V M M A R I V M.

1 *Mors vltimi possessoris beneficij verificatur ex confessione vtriusque collitigantis, ex eadem vacatione venientium.*
2 *Iurispatronatus, illiusque pertinentia probatur ex confirmatione patronorum cum hac qualitate inuicem præsentatium.*
3 *Pertinentia iurispatronatus probatur ex enunciatiua Ordinarij siue de præsentatione constet, siue non, & num. seqq.*
4 *Patronus ex præsentatione facta constituitur in quasi possess-*

possessione præsentandi utiam non expresso iurepatronatus si illa ad aliud referri non potest.

5 *Actus quilibet refertur ad suam causam, & ius præexistens.*

6 *Iuspatronatus non transit de persona defuncti in hæredem sine noua apprehensione.*

7 *Pertinentiam iurispatronatus ad probandum sufficit verificare descendentiam ab vltimo præsentante ex familia.*

8 *Iuspatronatus si resideat in duabus familiis, qualiter computentur illius voces.*

9 *Fœmina licet nupta in alienam familia, quoasque viuit retinet agnationem, & est capax iurispatronatus gentilitii.*

10 *Ius accrescendi, vel non decrescendi fundatur in coniunctione reali, vel verbali.*

11 *Iuspatronatus gentilitium durante familia, ea defecta euadit hæreditarium.*

12 *Iuspatronatus, ad quod vocati sunt descendentes, illius defuncti, remanet penès hæredes.*

13 *Iuspatronatus residens in familia, qua repræsentat vnum corpus, non potest pro medietate gentilitiam.*

Secus verò si in diuersis familijs existat, distincta, & separata corpora constituentibus n. 14.

15 *Corpus vnum, & idem sicuti non potest habere diuersitatem membrorum, ita posita diuersitate corporum, non repugnat, imo congruit differentia membrorum.*

16 *Iuspatronatus Ecclesiasticum potest pro parte effici laicale.*

17 *Iuspatronatus ex hæredibus directis potest transire in fideicommissarios.*

18 *Clausula*, cuius litis statim, *sufficientem operatur mentionem litis.*

19 *Ius considerabile quæsitum non dicitur habenti solum medietatem vocum, quia tunc est locus gratificationis.*

20 *Pontifex cum dicatur Ordinarius Ordinariorum gratificationem spectantem Episcopo summo iure exercet simulatque concedit.*

21 *Sententia iudicis recusati, si est adeo iusta, vt noua exequutio decernenda sit attendenda venit.*

DECISIO DCLXVII.

ARCHIPRESBYTERATVM Sancti Andreæ ad quem Liuia Gambaruta Ioannem Mariam Buzzium probatum, & Doctum in Curia Causarum Patronum præsentauit, obtinuit ipse à Sanctissimo cum derogatione pro medietate vocum, literisque coram exequutore exhibitis, obtinuit citato Ioanne Baptista Cermelli à familia Cermella ad eundem Archipresbyteratum præsentato mandatum de immittendo. A quo commissa mihi à Signatura Causa appellationis cum clausula Posito literis arbitrio pro illarum retardatione arbitrium non intrare Domini dixerunt.

Posita enim regula ab vtrinque scribentibus admissa, quod arbitrium regulatur à iure, & quod literæ apostolicæ, quando sunt iustificatæ, exequutioni de iure demandandæ sint, ad ipsam iustificationem literarum quæstione redacta, visum est Dominis illam insurgere quoad Clericatum Prouisi ex literis patentibus Eminentissimi Carpinei Vrbis Vicarij, & Sanctissimi D. N. Prodatarij, & quoad valorem expressum in ducatis 24. ex simili expressione in pluribus prouisionibus huius Archipresbyteratus vsque ab anno 1501. & quoad iuspatronatus ex erectione istius Archipresbyteratus è curato in simplicem præbendam vna cum confirmatione exequutoris, ex adminiculis deductis ex prouisionibus antiquis, in quibus dicta Ecclesia Sancti Andreæ enunciatur de iurepatronatus, & denique ex confessione vtriusque collitigantis tanquam præsentatis à Patronis istius Archipresbyteratus, ex qua pariter confessione vtriusque iustificatur mors

5 † vltimi possessores, dum vterque præsentatus venit ex eadem vocatione ex ratione Text. *in l. cum Precum 9. vbi gloss. & scribentes C. de liberal. caus.* Iason. *in l. si quis §. quæsitum, ff. si quis caution.* Paris. *cons. 77. n num 37 vol. 3.* Rota coram Mantic. *decis. 132. num. 1. &* coram Buratt. *dec. 255. n. 10. & aliis relat. in Concien. Beneficii 2. Decemb. 1671. § Siquidem, & § quod autem coram me.*

Quo verò ad medietatem vocum spectan. ad Liuiam Gambarutam, quæ Buzzium præsentauit, ad quam tota Causæ difficultas restricta fuit, cum quo ad aliam medietatem Pontifex in suis literis derogauerit, vt solet, visum fuit pariter Dominis de illa constare ex Instrumento erectionis istius Archipresbyteratus ex curato in simplex Beneficium mihi etiam exhibito, in quo expresse dicitur iuspatronatus spectare pro medietate ad Hortentium Patrem, & Hieronymum eius filium de Gambarutis, illorumque descendentes in sempiternum, & pro altera medietate ad illos de Cermellis, † qua Patronorum confirmatione, nulla maior probatio afferri potest 2 ad comprobandam pertinentiam patronalem ex ratione Textus *in l. 1. C. de confess.* Reuerendissimus Roxas *decis. 346. n. 15. & ra.* optimè Merlin. *decis. 798. n. 8.*

Huic autem instrumento adstipulatur enunciatiua ordinarij anno 1607. asserentis in institutione præsentati, iuspatronatus pro medietate spectare ad Gambarutos, † 3 cui enunciatiuæ quamuis non constaret de præsentatione si detulit Rota *in recent. par. 4. tom. 2. decis. 332 num 6.* multo magis attendenda est in hoc casu, in quo constat de effectiua præsentatione in vltima præcedenti vacatione anni 1631. in qua prædictus Hieronymus de Gambarutis consentiendo præsentationi Laurentij Francisci Carmelli vltimi possessoris istius Archipresbyteratus, † 4 constitutus fuit in quasi possessione præsentandi pro medietate, quamuis de ista nulla facta fuerit expressa mentio, cum adhuc referat ad ius ipsum medietatis in præcedenti erectione Archipresbyteratus, vt mox dictum est è curato in simplex Beneficium familiæ de Gambarutis præsentatæ ex ea ratione, ex qua actus † quilibet refer- 5 tur ad ius præexistens ad terminos Textus *in leg. seruus communis, ff. de stipulat. seruorum, & in l. final. §. Quid enim C. per quas person. nob. acq.* Rot. *decis. 905. num. 5.* coram Buratt. & præcise in his terminis post Viuian. *de Iurepatronat. decis. 2 num. 3.*

Cum itaque vltima ex familia de Gambarutis superstes solum fuerit Liuia Hortentij filia, & Hieronymi fratris vltimo loco defuncti hæres, quod non controuertitur ex testibus atque ex Instrumento aditionis hæreditatis, consequens est, vt tota medietas patronalis spectans ad familiam de Gambarutis, in ipsamet Liuia consolidata fuerit, quia licet, quasi possessio præsentandi † 6 non transeat de persona defuncti in illam hæredis citra nouam apprehensionem ad terminos Textus *in l. cum hæredes in principio, ff. de acquir. possess. & reprobato* Lamberti in. *est huius Tribunalis sententia, de qua post alios* Lotther. *de re benef. lib. 2 quæst. 11. num. 14. & seqq.* Rota coram Duran. *decis. 62. per tot.*

Ad effectum tamen probandi pertinentiam iurispatronatus † sufficit probare descendentiam ab vltimo præ- 7 sentante ex familia iuxta deducta per Federic de Senior. *cons. 11. sub n. 9.* Lotther. *de re benefic. d. lib. 2. qu. 11. nu. 118. & sequen.* Dec. *cons. 126. sub num. 3.* Adden. ad Buratt. *decis. 832. num. 4.* Rota apud Garz. *de benefic. par. 5. cap. 5. num 142.* Coccin. *decis. 921. num. 2. & 3.* Greg XV. *decis. 349 per tot. & ibi* Adden. benè Merlin. *dicta decis. 798. n. 1.* Buratt. *decis. 832. num 4.* Bich. *decis. 388. num. 18. & in recent. part. 11. decis. 73. nu. 14. & in Adrien Beneficii 6. Febr. 1668 & in Aretina Capellaniæ 8. Iunii eiusdem anni §. finali coram Illustriss. Ottaborn Præside Granaten.*

Neque in hoc casu aliqua constitui potest differentia ob maiorem numerum illorum de Cermellis Compatronorum, qui Ioannem Baptistam præsentarunt, quia procedendu cum sensu scribentium pro Cermellis, quamuis iuspatronatus hoc fuisset simpliciter gentilitium, non ideo tamen intrat illatio, quod haberi debeat ratio maioris Partis Præsentantium in capita, quia & si hoc regulariter verum sit, quando agitur de vna, eademque familia contrarium tamen procedit, quando iuspatronatus residet æqualiter, vt in casu, in duabus familijs, non secus ac duo corpora diffinitis, quia tunc numerantur in capita voces respectu cuiusque familiæ, itaut maior pars illorum ex vna familia concurrat in capita ad efformandum vocem dictæ familiæ competentem, sed inter familiam, & familiam voces numerantur in stirpes, itaut non curata inæqualitate personarum, tantam partem Iurispatronatus habeant † qui sunt de vna familia minus nu- 8 merosa quantam habent alij de alia familia numerosissima ad terminos celebris Textus cum ibi notatis *in Clem. plures de Iurepat.* Abb. *in cap. scriptam ibique* Io. Andreas

drensnum. 11. *de elect.* Feiln. *in cap. pastoralis ante num.* 9. *de rescript.* Lamber. *de Iurepatronat. lib.* 1. *par.* 2. *qu.* 1. *artic.* 25. *sub num.* 17. Viu. *illo eod. tract. lib* 4. *cap.* 9. *num* 20. Gratian. *discept.* 521. *ex num.* 13. Ricc, *decis. Cur. Arch. Neap. par.* 2. *decis.* 120. *num.* 4 *cum alijs per* Modern. Venus. *Theat. Verit. & Iust. de Iurep. discurs.* 71. *num.* 13. Rota cor. Pen. *decis.* 32. *num.* 12. *& decis.* 763. *per tot. iuxta impress. Lugdanen. & in recent. par.* 7. *decis.* 2. *num.* 7. *& sequen.*

Qualitas autem sexus non resistit præsentationi, quia etiam si ab initio exclusæ fuissent fœminæ, quæ nunquam præsentasse dicuntur, adhuc talis exclusio intelligenda esset extantibus masculis de eadem familia, quibus deficientibus, Liuia etiam si sit fœmina in aliena fa-
9 milia nupta, † quousque tamen viuit retinet agnationem & est proinde capax iurispatronatus Gentilitij ad Text. *in l. pronunciatio, ff. de verb. signif. & in l. voluntas C. de fideicom.* Paris. *cons.* 51. *num.* 12. *vol.* 2. Gabriel. *cons.* 196. *nu.* 3. *lib.* 2. Lotther. *de re benef. lib.* 2. *dicta quæst.* 11. *num.* 72. Rota coram Pen. *decis.* 329. *num.* 7. *& coram* Merlin. *decis.* 573. *num.* 15. Eminentissimus Otthob. *decis.* 697. *num.* 2. *& 3. & par.* 11. *decis.* 162. *num.* 9. *& post* Viuian. *de Iurep. decis.* 69. *num.* 2.

Neque est locus Iuri accrescendi fauore alterius familiæ de Cermellis, quia nondicto de fundatione Beneficij, ex qua colligi possit, an vnus, vel plures fuerint fundatores, & quatenus vnus fuerit an istæ duæ familiæ fuerint re, aut verbis coniunctæ, dici nequit, an locus esse possit
10 Iuri accrescendi, vel non decrescendi, † quod fundatur in coniunctione reali, vel verbali ad terminos Text. *in l. re coniuncti, & ibi scribentes, ff. de legat.* 3. *& in l. vnic. §. sin autem C. de caduc. tollen. & in rubr. C. quand. à peten. p. & c.* Mantic. *de coniect. lib.* 10. *tit.* 3. Bellon. *de Iure accresc. cap.* 3. *quæst.* 1. *& sequ.* & in his terminis Rota *in Aretina Capellaniæ* 1. *Iunij* 1584. coram Bubalo, & coram Penia *decis.* 71. *num.* 14. *& decis.* 94. *num.* 2. *& 3.* coram Merlin. *dicta decis.* 798. *num.* 22.

Sed potius disiunctis familijs iuxta statum præsentem Liuia vltima ex familia Gambaruta transmittit hoc Iuspatronatus in hæredes, & ex gentilitio durante familia,
11 † euadit hæreditarium illa defecta iuxta celebre dictum Ancharani *cons.* 81. passim à Rota receptum, vt apud Gratian. in contrarium adductum apud Viuian. *de Iurepatr. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 38. Rota coram Seraphin. *decis.* 364. *& 378. & coram* Bichio *decis.* 533. *num.* 5. & in terminis
12 Iurispatronatus ad quod, † vt in casu vocantur descendentes Rota pariter in contrarium adducta cor. Buratt. *decis.* 583. *num.* 21.

Neque repugnat, quod hoc casu remaneret iuspatronatus gentilitium quoad familiam de Cermellis, & pro parte hæreditarium quoad successores Liuiæ vltimæ ex
13 familia de Gambarutis, † quia hoc absurdum videtur in vna, eademque familia, quæ repræsentet vnicum corpus, quo casu procedunt deducta per Rot. *in recent. par.* 9. *decis.* 336. *nu.* 4 *& par.* 11. *decis.* 374. *illo eodem numero* cum simili, non autem quando agitur de diuersis familijs, vt in
14 casu, quæ constituunt corpora distincta, & separata, vt alias distinxit Rota *in dicta Aretina Capellaniæ* 1 *Iunij* 1584. coram Bubalo Merlin. *dicta decis.* 798. *ex num.* 22. & declarando contraria Reuerendissimus Roxas *decis.* 446. *num.* 10.

Quemadmodum enim non videtur congruere vni, &
15 idem corpori diuersitas membrorum, † ita è conuerso posita diuersitate corporum, non repugnat differentia
16 membrorum, quemadmodum repugnare non solet, † quod iuspatronatus Ecclesiasticum efficiatur pro parte
17 Laicale, & quod ex hæredibus directis † transeat postea in fideicommissarios, iuxta deducta per Lotther. *de re benef. lib* 2. *qu.* 10. *num.* 62. *& 63. Reuerendissimus* Fagnan. *in cap. cum propter num.* 52. *& sequen. de Iurep. cum alijs per* Modern. Venus. *Theatr. verit. & iust. de Iurep. discur.* 35 *ex numer.* 10. Rota coram Bich. *decis.* 361. *num.* 10. *& decis.* 287. *num.* 7.

His positis corruunt reliqua, quæ dicebantur circa inefficaciam gratiæ Apostolicæ Ioannis Mariæ Buzzij ex clausula *dummodo tempore datæ non sit alteri Ius quæsitum* in literis apposita, & ex obiecta subreptione, ex eo, quod Pontifici narrata non fuerit litis pendentia, quia si
18 hæc lis iustificaretur in facto de tempore gratiæ † illius omissionem suppleret clausola cuius litis statum apposita in literis, quæ eiusdem sufficientem mentionem operatur iuxta plene cumulata *in decision.* 2. *coram Gregor.* *XV. vbi Adden. sub numer.* 16.

Prout etiam inefficax remanet alia clausula præseruans Ius alteri quæsitum, quia ius nullum præseruabile inuenit in præsentato à Cermellis, cum non doceatur ipsum maiorem partem vocum habuisse sed solam illarum medietatem, vt hucusque dictum est, quo casu, cum in paritate votorum locus sit gratificationi, † ius 19
considerabile quæsitum non dicitur, sed Pontifex ipse præelegit, quem vult in paritate votorum ipsius Episcopi assumpta gratificatione, cum sit Ordinarius Ordinariorum similes Apostolicas prouisiones in paritate vocum non sine ratione concedens, † vt in proposito huic 20
argumento satisfaciunt deducta per Adden. ad Buratt. *decis.* 651. *num.* 11. Rota coram Coccin. *decis.* 1882. *nu.* 3. *& seqq.*

Quo verò ad exequutionem literarum, & sententiam Immissionis nulliter obtentam ex eo, quod Prouicarius recusatus fuerit, vt suspectus, & ex alijs satisfaciebant Scribentes pro Buzzio Prouiso Apostolico, neque videbatur opus quæstionem assumere, quia posita etiam nullitate sententiæ Iudicis recusati, † est tamen adeo iusta 21
ob rationes superius adductas, vt noua exequutio semper decerni debeat per ea, quæ in fortioribus terminis sententiæ Iudicis recusati in proposito dixerunt post alios Lancellot. *de attent. cap.* 6. *num.* 53. Gratian. *discept.* 701. *num.* 24

Et ita vtraque &c.

R. P. D. TAIA.

Romana Læsionis.

Mercurii 11. *Martii* 1676.

ARGVMENTVM.

Iustum pretium pro inducenda Læsione subhastationis ex locationibus probari prætendebatur, vel quia fuissent plures, vel etiam quia in eadem quantitate factæ sunt; Sed non ideo recessum est à regula, quod locationes non probant valorem, quia plurimæ subhastatione distabant, aliæ verò factæ ab emptore minus concludenter iustificatæ fuerant, vt proinde contra Læsionem iudicatum sit.

SVMMARIVM.

1 *Locationes vbi sunt plures, quia sibi inuicem adminiculantur probant valorem, & videntur facere pretium commune.*

2 *Locationes si pro eadem summa etiam ab emptore factæ sunt, benè probant valorem rei locatæ.*

3 *de Pretio domus detrahuntur quinque pro centenario ratione reaptationum illius.*

4 *in Subhastatione non præsumitur interuenisse Læsionem.*

5 *Res regulariter tanti valet, quanti communiter vendi potest.*

6 *Pretium iustum plerumque ex subhastatione colligitur, cum subhastatio sit legitimus modus probandi æstimationem, & valorem, saltem præsumptiuè.*

7 *Probationes, & maximè super Læsione in arbitrio iudicis positæ sunt.*

8 *Locationes regulariter non probant valorem, amplius vt ibidem.*

9 *Læsio in subhastatione non probatur ex maiori oblatione vincolata, quæ non habuit effectum, & est de simulatione suspecta.*

10 *Læsionis iudicium contra tertium possessorem dicitur subsidiarium.*

11 *Læsionis remedium competit ad exemplum restitutionis in integrum.*

12 *Conuenit: si quis non potest ex persona sua minus etiam conueniatur ex persona sui auctoris.*

DE-

DECISIO DCLXVIII.

DOMINI communiter steterunt in decisis 27. * Iunii
1672. & 20. Aprilis 1674. & ad Læsionem iuxta sty-
lum redacta Causa responderunt, neque constare Læsio-
nem.

Licet esset, qui constare putaret ex locationibus mul-
tis, quæ & per multos annos ante, & post subhastatio-
nem, & fere vniformes propter pluralitatem sibi inuicem
1 censentur præbere adminiculum, & solent æstimari suffi-
cientes ad constituendam veram probationem valoris,
quasi tunc videantur facere pretium commune, vt pro-
bat, & comprobat Rota *decisione* 544. *numer.* 12. *&* 13.
recentiorum parte 5. *& decisione* 186. *num.* 9. *&* 11. *part.* 6.
& coram Caual. *decis.* 387. *in fin. vers. & cum Domus lo-
cetur.*

Addito, quod deliberatarius post deliberationem loca-
uit Domos, & horrea pro eadem summa scut. 400. empta
2 pro scut. 2500. Rota coram Bichio *decisione* 607. *numer.* 21.
quæ tamen locationes pro dicta summa à Iosepho negan-
tur.

3 Ex quibus etiamsi detrahantur † quinque pro centena-
rio ratione reaptationum, adhuc valor scut. 7600. respe-
4 cta celebri regula *gloss. vltim. Authen. perpetua quoque C. de
Sacr. Eccles.* & potius textus authentici ibi allegati §. *Quia
vero Leonis in fin. Auth. de non. alienan. & ibidem glos. com-
pasaei.*

His locationibus addontur adminicula vt etiam dice-
batur, testimonia Testiom, & alia in facto recensita qui-
bus adiicebantur opportuna de Iure.

Communiter contrarium visum est, nec hodie probari
5 prætensam Læsionem in subhastatione, † in qua non præ-
sumitur minusque in duabus subhastationibus pro scutis
2505. & secunda pro dictis scutis 2500. quia regulariter res
6 tanti valet quanti vendi potest, † & ex subhastatione, vt
plurimum colligitur iustum pretium, & est modus pro-
ban'æ æstimationis, & valoris, saltem præsumptiuè, &
7 hanc esse æquiorem rationem habendæ æstimationis con-
clusit Rota coram Buratt. *decis.* 96. *ex numer.* 11. *cum al-
leg. & cum plurib. abundè* Posthum. *de subhast. inspect.* 49.
ex nu. 16.

Atque, vt probationes, & hæc de Læsione enormissi-
8 ma in arbitrio Iudicis posita sunt, Fontanell. *dec.* 65. *ex nu.*
7. *ex nu.* 11. non probari quoque DD. arbitrati sunt ex pro-
bationibus allegatis.

9 Non ex locationibus, † quia non probant valorem Gra-
tian. *discept.* 606. *num.* 4. Rota coram Ludouis. *decis.* 519.
num 7. eom aliis, & plures sunt multò ante primam deli-
berationem fauore Desiderii Creditoris, pluresque dedu-
cuntur ex libro particulari Ioannis Vincentii in Causa
Criminali condemnati, qui in Instrumento Iurato cum
Congregatione Fabricæ ad longè minorem summam dd.
locationes ascendisse affirmauit, minusque de asserta
productione dicti libri coram dicta Congregatione con-
stat.

Non ex peritis, quia non fuerunt iudicialiter electi,
& licet postea fuerint examinati tanquam testes tamen
vnos non satisfecit interrogatoriis, & neuter agit de tem-
pore subhastationis, nec habuerunt rationem onerum
neque melioramentorum, vnusque testificatus est de au-
ditu à Ioanne Benedicto principali in causa.

Molto minus ex oblatione Ioannis Francisci alias offe-
rentis scut. 6000. quia obtulit pretium vinculatum, nec
habuit effectum, & suspecta est simulationis ratione con-
sanguinitatis cum debitore, vt filii sororis eius cui bona
subhastabantur.

Obstat etiam præscriptio sexdecim annorum statut. 158
de præscript. lib primo, cum actio fuerit intentata illis la-
psis, etiam vsque ad vigintiquatuor, quin etiam dicebant
aliqui obstare quadriennium, cum huiusmodi actio non
10 solum subsidiaria sit contra tertium possessorem, † sed
etiam sit ad exemplum restitutionis in integrum, Couar.
11 *var. resol.* 3. *nu. vlt. vers. secunda conclusio, & vers. Quo-
ties verò lib.* 2. eum aliis, & cum eo & iis Cancer. *var. re-
sol.* 13 *sub nu.* 31. *parte prima &* Rebell *de oblig. Iust. quæst.*
3. *num.* 14. *in fin. lib.* 4. neque videbantur illis allegati DD.
agere de *l.* 2 *C. de rescind. vend.* vel rigidi ad illam, & qua-
tenus redigerentur dixerunt considerandum esse subhasta-
tionem factam fuisse citra dolum emptoris, & citra sub-
hastationem considerandum quoque Iosephum esse ter-
tium bona fide, & iusto titulo possessorem, præsertim ex
noua secunda subhastatione, † & ipsum qui ex persona 12
sua non potest conueniri, minimè conuenien. est persona
auctoris argumento §. *Auctoris autem dolus l.* 4. *ff. de dol.
mal.* Bald. *ad l.* 2. *nu.* 41. *in fin.*

Cæterum referentes sese DD. ad alia fundamenta
in præcedentibus decisionibus cum iis etiam hodie transie-
runt.

Et ita vtraque, &c.

Altera præsentis causæ decisio est impressa in alio præce-
denti tomo primo illius Decimæ octauæ partis vbi est in
ordine 268.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Narnien. Pecuniaria.

Mercurii 11. Martii 1675.

ARGVMENTVM.

Ad impediendum Saluianum opponebatur defectus sententiæ, immissionem pro sorte principali censius, & illius fructibus concedentis, retentio competens possessori pro creditis anterioribus persolutis, exceptio non adimplementi, cum aliis etiam pluribus, vel exinde reiectis, quia tamquam turbida requirebant altiorem indaginem, vel quia sententia respectu sortis recipiebat interpretationem à libello, in quo capitale census fuerat petitum ad effectum deponendi, retentio verò non competebat, quia agebatur de debitis accollatis, & sic ex propria obligatione extinctis, & demum quia implementi defectus allegari non poterat ab hærede adimplere debentis.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum conceditur constito de credito cum hypotheca, cæterisque extremis in illius iudicio necessariis.*

2 *Sententia est nulla, si non fuerit conformis libello.*

3 *Sententia concedens immissionem in Saluiano fideiussori antequam soluerit, remanet iniusta, & vid. numer.* 8.

4 *Sententia concedens immissionem pro sorte census, & illius fructibus, intelligenda est singula singulis congruè referendo, & quomodo, vid. etiam num.* 10. *& seqq.*

5 *Sententia recipit interpretationem, & declarationem à libello.*

6 *Sententiæ verba impropriari debent, vt pro illius validitate omnis interpretatio facienda sit, amplia vt num. seq.*

7 *Clausula omni meliori modo præseruat, & substinet actum omni meliori iure, & modo, quo fieri potest, etiamsi non expresso.*

8 *Fideiussor licet non soluerit debitum, potest tamen agere ad liberationem, stantibus molestiis, & vid. sup num.* 3.

9 *Fideiussor, cui est promissa extinctio census, benè agit pro eadem extinctione obtinenda.*

10 *Sententia non potest recipere interpretationem à libello, neque saluari ex clausula omni meliori modo, si libellus sit ineptus, & numero quarto &* 11.

12 *Retentio possessori denegari non potest pro creditis ante-*

anterioribus ab eo persolutis. limita vt numeris sequentibus.

13 *Cessio donatario obtenta pro debitis in donatione accollatis, solam extinctionem, non autem iurium translationem importat.*

14 *Actio, & passio non dantur vno, & eodem tempore in vna, eademque persona, nec vnus, & idem potest simul sainet creditor, & debitor existere.*

15 *Accollatio vim solutionis habet, & debiti solutionem, ac illius nouationem importat, & numer. 20.*

16 *Resolutio contractus operatur reuiuiscentiam anteriorem iurium, & quando. vid. nu. 18.*

17 *Exceptio non adimplementi obstat illi, qui non impleuit solutionem debitorum, quæ sibi accollauit.*

18 *Rescissio voluntaria contractus non operatur reuiuiscentiam iurium in præiudicium creditorum, qui medio tempore contraxerunt, & vide numero 19.*

20 *Actio primæua per accollationem dicitur esse nouata.*

21 *Hæres non potest impugnare accollationem factam cum suo auctore defuncto, sed agere solum, vt à molestiis conseruetur immunis.*

22 *Accollatio remanet vsque à principio imperfecta, deficientibus qualitatibus in ea adiectis, sed vid. numer. seq.*

23 *Contractus sumit robur ab illius substantia, quæ sola attenditur, non autem à qualitatibus extrinsecis, quæ non habentur in consideratione.*

24 *Implementi defectum à suo auctore commissum hæres allegare prohibetur.*

25 *Præseruatio intelligitur de aliis iuribus, & diuersis ab acta, in quo præseruatur.*

26 *Repugnantia, & incompatibilitas eodem tempore induci non debet, sed est omnino vitanda.*

27 *Exceptiones turbidæ non admittuntur in iudicio Saluiani, nec illud impediunt.*

DECISIO DCLXIX.

PROPOSITA iterum hac Causa, Domini censuerunt standum in decisia coram bon. mem. Priolo sub
die 19. Ianuarii 1674. concludentes illos de Rubeis, & consortes bonum ius fouere; Constat enim de credito, hypotheca, cæterisque extremis in iudicio Saluiani interdicti
requisitis, quod intentarunt aduersus Marchionem Federicum possessorem bonorum Io. Baptistæ Montorii eorum
debitoris, prout ex legitimis probationibus nil apparet in
1 anterioribus instantiis adhibitis, † quibus concurrentibus,
immissio ex Saluiano interdicto est concedenda, Bart. *in l. 1. nu. 2. ff. de Salu. interd.* Cuiac. *in paralit. ad tit. ff. eodem in fin. & lib. 8. obseru. cap. 24* Fachin. *controu. iur. lib. 8. cap. 92. Maceraten. Saluiani 17. Maii 1667. §. cum adsint coram R. Patre Domino meo Bourlemont, & in eadem 1. Aprilis 1669. §. in donatione cor. Eminentiss. Cerro, & in Veliterna immissionis 4. Iulii 1674. §. constat enim cor. R.P.D. meo Vicecomite.*

Et licet obiiceretur denuo prætensa, eademque sæpius
repetita nullitas, iniustitia sententiæ immissionis, quæ
2 ex duplici capite arguitur: Altero, quod sententia † non
sit conformis libello, contra *text. in l. vt fundam ff comm. diuid. l. si ex testamento in fin. ff. de except. rei iud.* & tradit
Rota coram Coccino *decis. 2047. & dec. 2555.* Altero verò,
3 quod eadem sententia immissionem concedat pro sorte, †
quæ nec à Rubeis, nec ab eorum consortibus fuerat soluta, pariter contra *tex. in l. si pro ea C. mandat. iunct. l. Lucius ff. eodem & capit. peruenit de fideiuss.* Bichio *decisione 380.*

Approbarunt tamen Domini responsionem allatam in
decisionibus causæ, nam cum in libello fuerit petita immissio respectu sortis, non absolutè, sed ad effectum liberationis, quo verò ad fructus ad effectum liberè soluendi,
nil officit, quod Iudex lata sententia indeterminatè pro
totali satisfactione sortis, & fructuum immissionem concesserit, † quia singula singulis congruè referendo, senten- 4
tia respectu sortis intelligenda est ad effectum deponendi,
vt respondeat præcisæ obligationi Marchionis Ioannis Baptistæ debitoris, & libello, à quo sententia † recipit decla- 5
rationem, & interpretationem, Castr. *cons. 188. num. 1. lib 1.* Menoch. *cons. 501. num. 6.* Altograd. *cons. 95. num. 46. lib. 1.* Seraph. *dec. 1267. num. 1.* Rota *dec. 209. numer. 2. & 21. par. 10. rec. & dec. 325. num. 3. & 349. num. 10. par. 12. rec. & in Romana fideicommissi de Spinis 12. Ianuar. 1673. §. minus refragatur cor. bon. mem. Priolo.* Idque etiamsi verba sententiæ venirent impropriando, † cum potius pro va- 6
liditate quælibet interpretatio facienda sit, ad *text. in leg. edita C. de eden. & in l. in delictis §. fin. de noxal. action. gloss. ad l. puto verb. communicari ff. fam. ercisc.* Scacc. *de sent. & re iudic. gloss. 14. qu. 17. nu. 62.* Soccin. Sen. *cons. 37. num 12. lib. 4.* Corn. *cons. 33. lib 4.* Merlin. *dec. 611. nu. 6. & 9.* Bich. *dec. 345. num. 17.* Eoque rationabilius, quo in sententia adhibita est clausula *omni meliori modo* &c. † quæ actum præ- 7
seruat, & substinet omni meliori iure, & modo, quo fieri poterat, etiamsi non expresso, vt post Mart. *de clausul. clausul. 88. num. 1.* pluribus cumulatis firmat Rota *decis. 209. nu. 22. par. 10. rec.*

Imo quamuis ab illis de Rubeis sors non sit soluta, † 8
hoc tamen non impedit, quominus ad liberationem agere
possint † stantibus molestiis, & pacto in ipso fideiussionis 9
consensu expresso, vt intra triennium à Marchione Ioan.
Baptista census extinctio fieret, ad *gloss. in l. Lucius in verbo condemnetur, vers. quartus si hor ff. mandati,* Cenc. de Cens. *par. 2. c. 2. qu. 3. art. 4. nu. 1.* Rot. cor. Dunoz. Iun. *dec. 149. nu. 7. & cor.* Coccin. *dec. 509. nu. 5.*

Quibus stantibus casum non afficiunt decisiones 1247.
& 2255. coram Coccino, ibi siquidem sententia immissio
nis † concessa pro sorte census ad effectum satisfaciendi, 10
non poterat moderationem recipere à libello non continente restrictionem ad effectum deponendi; Vna enim, &
eadem structura verborum erat ibi conceptus libellus ad vtendum, & vsufructuandum, donec fuerint satisfacti, &
liberati à censibus in vim vtilis Saluiani, quæ verba æquè
respiciunt & satisfactionem pro censu, & fructibus, &
ideo cum libellus esset ineptè conceptus respectu liberationis à censu; non enim poterant verba ad vtendum, & vsufructuandum intelligi ad effectum deponendi, quam interpretationem desumere videbantur informantes ex sola
clausula *omni meliori modo* &c. † hinc est, quod ibi non po- 11
terat substineri sententia immissionis, quod non est in casu nostro, in quo verba libelli congruam interpretationem
recipere possunt, ex quo petita est immissio ad effectum
liberationis, iuxtà expressam obligationem Marchionis
Io. Baptistæ; vnde addita in sententia clausula *omni meliori modo* &c. substinetur libellus, & ab eo recipit ipsammet
sententia interpretationem, quod non erat in casu dd. decis. quæ opponebantur.

Nec magis vrget fundamentum, quod opponebat Marchio Constantius, quod scilicet extinctis duabus anterioribus societatibus officii, à Marchione Io Baptista contractis, & reportata iurium cessione ab illarum creditoribus
† non poterat ei denegari retentio, ad *text in l. 2. ff. qui pot. in pign. hab.* Mantic. *dec. 69. nu. 1.* Greg. *dec. 264.* Eminen- 12
tiss. Otthobon. *dec. 170. nu. 25.*

Nam primo Marchio Federicus ex singulari, & expresso pacto adiecto in stipulatione donationis sibi à Marchione Io. Baptista sactæ, easdem societates in se accollauit,
& existentibus adhuc bonis donatis in sua potestate, ac dominio, easdem extinxit, sicque solutio transiuit in satisfactionem proprii debiti, † ac proinde cessio facta à credi-
toribus non potuit operari iurium translationem, sed vim 13
extinctionis habere debuit, ne eodem tempore detur in
eadem persona actio, & passio; † Idemque sibi ipsi debi-
tor, & creditor esset, Bart. *in l. Modestinus sub num. 4 vers. aut soluens ff. de solut.* Peregr. *de fideic. art. 52. num. 34* Add. 14
ad Greg. *dec. 75. nu. 3. in fin.* Bich. *dec. 66. nu. 28. & decis. 329. nu. 19.*

Secundo, quia resoluta donatione, Marchio Io. Baptista certam quantitatem æris alieni, grauantem Marchionem Federicum, in se accollauit, & ex ea accollatione habente vim veræ, & effectiuæ solutionis † iura societatum 15
extincta, & penitus nouata remanserunt Grat. *discept. 864. nu. 4. & 876. nu. 23.* Mantic. *de tacit. & ambig. libr. 17. tit. 3. nu. 13.* Add. ad Greg. *dec. 386.* Rot. post Cenc. de Cens. *dec. 847. nu. 2. & dec. 559. nu. 26.*

Et

Et hisce responsionibus quamuis replicarent Informan-
tes pro Marchione Constantio, nihil tamen de ipsarum
pondere adimi DD. dixerunt; dicebant enim resolutio-
16 nem donationis † præseferre reuiuiscentiam anteriorum
iurium societatum Marchioni Federico competentium,
ex Merlin. Pignat. *contr. 27. per tot. lib. 1.* Altograd. *cons.*
16. Merlin. *de Pignor. qu. 150. num. 10.* & insuper addebant
Marchionem Io. Baptistam non impleuisse solutionem de-
17 bitorum, † quæ sibi accollauit, ad tradita per Dec. *in leg.*
cum proponas nu. 4. C. de pact. Rota *dec 77. nu. 4. & seqq. &*
dec. 145. n. 4. post Zacch. *de oblig. Cam* Coccin. *dec. 1495. n. 14*
Siquidem omisso quod rescissio donationis tamquam mu
18 tuo consensu facta, voluntaria dici debet, † & sic non ope-
ratur reuiuiscentiam iurium in præiudicium creditorum,
qui intermedio contraxerunt cum Marchione Io. Baptista
19 † quidquid sit contra illius hæreditatem, Iac. de Arena *in l.*
cum mulier 56. ff. solut. matr. vbi Bald. Faber. *lib. 4. tit. 10. de-*
fin. 9. gloss. 7. Grat. *disc. 152. nu 17.* Salgad. *in labyr. cred. par.*
2 cap. 14. nu. 2. & 16. & 23. Capic. Latr. *dec. 8. nu. 8.* Rota *in*
Bonon. separationis bonorum 26. Febr. 1674. § porrò cor. R. P.
D. meo Emerix; Certum est, quod subsequuta dicta accolla-
20 tione in vim solutionis † habente quælibet actio competens
Marchioni Federico nouata remansit, vt præter auctori-
tates superius adduct. firmant Mastrill. *dec. 47. nu. 7.* Giurb.
decis. 53. num. 10. Firmana fideic. 9. Ianuarii 1671. § minus di-
catur cor. Reuerendiss. Beuilaqua, & in Bonon. associationis
23. Martii 1671. §. siquidem vers. huiusmodi enim cor. Reue-
rendiss. D. meo Decano: Quapropter hodie Marchioni Con-
stantio illius hæredi præclusa remanet via impugnandi ac-
21 collationem, † sed tantum subueniri potest iuris remedio
agendi contra hæreditatem Ioannis Baptistæ, vt à mole-
stiis conseruetur indemnis, ad *text. in l. vindicantem ff. de*
euict. l. exceptione doli C. eod. Coccin. *decis. 329. num. 4. &*
667. nu. 3. & dec. 2160. nu. 5.
Denique nec vltimum ex eo desumptum quod cum Fe-
dericus dederit notulam debitorum longè excedentium
qualitatem, & quantitatem arbitrio Rotæ promissam ex-
22 tinqui à Marchione Io Baptista, † accollatio remansit vs-
que à principio imperfecta, deficientibus qualitatibus in ea
adiectis, Grat. *cons. 86 nu. 10. lib. 1.* Cyriac. *contr. 378 nu. 12*
quoniam verba illa accollationis: in se suscepit omnia de-
bita contenta in apocha inter ipsum, & D. Ferdinandum
de Montoriis, clarè demonstrant accollationem fuisse pu-
23 ram, & perfectam in substantia, † quæ sola attendi debet
cum ab ea assumat esse contractus, non verò à qualitati-
bus extrinsecis, Bald *in rubr. de emphyt.* Roman. *cons. 399*
in primo dub cum aliis per Bec. *cons. 35. nu 2* Surd. *cons. 456.*
nu. 34. lib. 4. Accedente maxime decreto Rotali, emanato
cor. bo. me. Sacrato firmante debita haberi pro accollatis,
vltra quod, cum Marchio Constantius sit hæres Marchio-
24 nis Federici, † non potest hodie opponere hanc exceptio-
nem resultantem ex defectu implementi ipsius Federici,
qui maiorem summam debitorum iniungere voluit Io Ba-
ptistæ, *l. cum proponas C. de pact. l. Iulianus §. offerri ff. de act.*
empt Posth *resol. 124. nu. 21.* Rot. post Zacch. *de oblig. Cam.*
decis. 81. nu. 5. Buratt. *dec. 896. nu. 1. co.* Caual. *dec. 605.* Ro-
ta *dec. 372. nu. 11. par. 14. rec.*
In nihilo refragante præseruatiua iurium ambarum par-
25 tium superaddita decreto Rotali, † quia illa intelligi debet
de aliis iuribus separatis ab actu accollationis, super quo
interpositum fuit decretum, ne eodem tempore inducere-
26 tur repugnantia, † & incompatibilitas omninò in iure e-
uitanda, iuxtà *gloss. in l. doli clausula ff. de verb. oblig.* &
tradit Bart. *in l. cum propter sub num 2. ff. de legat. præstan.*
Paris. *cons. 6. num. 20. lib. 1.* Oldrad. *cons. 320 in fin.* Seraph.
dec. 756. & in rec. dec. 155 nu. 2. par. 5. cum aliis relatis *in*
dec. 113. nu. 9. & 11. par. 11. recent.
Cæterum remouetur omnis difficultas cum exceptiones
antedictæ oppositæ à Marchione Constantio sint adeo tur-
27 bidæ, † vt nequeant retardare immissionem in hoc iudicio
Saluiani, in quo huiusmodi exceptiones non admittun-
tur, Pacif. de Salu. *cap. 2. nu. 42. &* Rota *apud eund. dec.*
52. nu 2. & 7. rec. dec. 35. par. 15.
Et ita, vtraque parte informante, fuit resolutum.

R. P. D. EMERIX.

Cracouien. Abbatiæ.

Veneris 13. Martii 1676.

ARGVMENTVM.

Praxim concedendi declaratoriam, antiquissimum vsum Curiæ Romanæ continet hæc decisio, Vt nempe soliti quattuor termini, qui seruantur in illa, licèt, necessarii non sint vbi de positiua resistentia constat, ij tamen non solum fuerint præmissi, sed alia maior dilatio ad parendum sit concessa, ne inobedientes excusari possint, quinimò propriam culpam agnoscentes, humili, celerique paritione se emendent, & mandatis Rotalibus obediant.

SVMMARIVM.

1 *Mandata Rotalia expediuntur cum comminatione censurarum aduersus parere recusantes.*

2 *Quatuor termini ad docendum de paritione seruari debeat antequam concedi possit declaratoria.*

3 *Declaratoria à Rota relaxatur postequam seruatis solitis quattuor terminis, de paritione non docetur.*

4 *Inobedientes gladio spirituali excommunicationis plectuntur.*

5 *Contumaces per viam excommunicationis plectendi, est antiquissimus vsus, & praxis Ecclesiæ Romanæ.*

6 *Declaratoria relaxatur etiam non seruatis solitis quatuor terminis, vbi de positiua resistentia constat, &*
num. 7.

7 *Quatuor termini ad effectum concedendi declaratoriam, inuenti sunt ad expectandam paritionem.*

8 *Inobedientes ideo declaratoria plectuntur, vt tandem propriam culpam agnoscentes, humili, celeriqur paritione protinus se emendent.*

9 *Declaratoria etiam post seruatos quatuor terminos quandoque à Rota conceditur cum maiori dilatione aliorum duorum mensium.*

DECISIO DCLXX.

INTRODVCTO Iudicio in Rota super adiudicatio-
ne Abbatiæ Andreouiensis Ordinis Cisterciensis inter
Reuerendissimum tunc Episcopum Culmensem, modò
Archiepiscopum Gnesnensem, & Reuerendum Patrem
Theodorum Abbatem electum eiusdem Monasterii, fuit
præuiis duabus decisionibus coram Reuerendo Patre Do-
mino meo Matthæio huic concessa adiudicatio, & datum
mandatum de † manutenendo, quo subinde expedito cum 1
comminatione censurarum aduersus parere recusantes,
illoque personaliter præsentato tam præfato Archiepisco-
po, quàm Colonis, & Arrendatariis dictæ Abbatiæ, Sum-
mario *numero secundo*, ac seruatis contra eos solitis qua-
tuor terminis † ad docendum de paritione, Summarii *nu-* 2
mero quarto, cum nemo de ea docuerit, ego in causa subro-
gationis præfato Domino meo Matthæio interim ad Præ-
fecturam Sacri Palatii Apostolici assumpto, proposui du-
bium: An esset relaxanda declaratoria, † quod fuit per 3
Dominos affirmatiuè resolutum, quia non solum adest
contumacia in parendo determinationibus Rotalibus, † 4
propter quam inobedientes spirituali hoc gladio plectuntur
iuxtà textum *in canone obsit 3. quæstion. 3. &* Sacrum Con-
cilium Tridentinum *in capitul. primo versic. quod si de re-*
formatione, Abbas *in capit. primo numer. 10. de iudiciis*,
& de tali praxi † testatur Vestrius *in praxi libr. 8 capit. 11.* 5
num.

nu. 19. Postius *de manutenend. obseruat.* 103. *n.* 5. *& sequentibus*, Achill. de Grassis *decis. prima de sent ent. excommunic. & in Kelnea. Decimarum prima Iulii* 1672. & postremò *in Meleuitana pensionis* 14. *Februarii proximè preteriti coram me*, & alibi passim.

Verum etiam concurrit actus inexcusabilis resistentiæ
positiuæ eidem mandato vi armata, & carcerationis mi-
6 nistrorum dicti Abbatis relatus in Summario † *numero ter-*
tio, propter quam etiam non seruatis dictis quatuor ter-
7 minis † inuentis ad expectandam paritionem, declarato-
ria conceditur, vt testatur idem Vestrius *eodem tractatu*
lib. 2. *capit.* 4. *numer.* 8. *versic. quod si ad executionem*, &
censuit Rota *in alia Cracouien. decisione* 103. *numer.* 13. *&*
decis. 376. *num.* 8. *par.* 11. *recent. & in Pampilonen. Archi-*
diaconatus prima Iul. 1671. *& in Palentina Beneficii* 28. *Iu-*
nii 1673. *coram me*, & optima quidem ratione, vt tandem
8 inobedientes † propriam culpam agnoscentes, humili ce-
lerique paritione protinus se emendent, ad textum *in ca-*
none si inimicus versic. vt vnusquisque 93. *distinctione*, *& in*
capitul. pia consideratione de exceptionib. in sexto, *gloss. in*
canone Episcopi verbo nimis 11. *quæst.* 3. & tradunt Docto-
res, & Rota in decisionibus mox relatis.

Et nihilominus Domini benigniorem sententiam erga
eundem Reuerendissimum Archiepiscopum amplecti vo-
lentes, meliusque in posterum de eius, atque aliorum suc-
9 cessiuè obsequio sperantes, præfatam declaratoriam †
concesserunt nisi infra duos menses cum effectu paruerint
mandato Rotali, & sinceræ in futurum tribuerint obe-
dientiæ testimonia, prout aliàs etiam ex singulari Domi-
norum benignitate practicatum fuit.

Et ita, pro Theodoro tantùm informante, resolutum fuit.

Confirmata fuit præsens decisio coram eodem R. P. Domino Emerix sub die prima Iulii eiusdem præsentis anni, quæ infra in hoc eodem tomo suo loco, & tempore apponetur.

R. P. D. CALATAIV.

Leodien. Plebaniæ.

Veneris 13. *Martii* 1676.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus ad dignitatem, non ad Capitulum spectare deciditur ex pluribus præsentationibus ab ea factis, ex quibus nedum consuetudo præsentandi resultabat, quæ in hac materia spectatur, verum etiam centenaria possessio, imò cum non constaret de initio, illa dicebatur immemorabilis, non obstante verbo *præsentare*, quod in institutionibus eiusdem Capituli exprimebatur quia illud est promiscuum cum eisdem institutionibus, & plerumque vnum vsurpatur pro altero.

SVMMARIVM.

1 *Ius conferendi, & instituendi ex quibus verbis appareat spectare ad Præpositum, vel aliam Dignitatem Capituli.*
2 *Collatio beneficii Ecclesiæ filialis probat similem collationem Ecclesiæ Matricis. & nu. seqq.*
3 *Obseruantia vnius Ecclesiæ probat ius, & obseruantiam alterius, & quando.*
4 *Præsentationes factæ præsente Capitulo, vel ab eo admissæ, illi præiudicant, si ius, seu quasi possessionem præsentandi habere prætendit.*
5 *Litteræ Apostolicæ quamuis admissæ cum præseruatiua iurium Capituli, adhuc præiudicant eidem Capitulo, & nu. seqq.*
6 *Præseruatiua generalis non refertur ad præiudicia expressa, vel aliter clara.*
7 *Præseruatio facta in verbis non includit præiudicium, quod prouenit ex facto.*
8 *Litteræ Apostolicæ quamuis admissæ ad effectum non retardandi illarum executionem, adhuc impugnari debent, ne alioquin admittenti præiudicent.*
9 *Obseruantia præbet fidem scripturæ, etiam non authenticæ.*
10 *Collatio beneficii an spectet ad Capitulum, vel Dignitatem, attenditur consuetudo.*
11 *Consuetudo non requiritur, quod sit præscripta, vbi non constat de præcedenti statu contrario.*
12 *Quasi possessio conferendi præsumitur continuata, maximè si cum illa postrema collatio concurrit.*
13 *Extremis probatis, media præsumuntur conformia.*
14 *Centenaria completa æquiparatur immemorabili amplia vt nu. seq.*
15 *Obseruantia, quæ non habet initium, idem operatur ac immemorabilis.*
16 *Immemorabilem si quis habet, potest allegare meliorem titulum de mundo.*
17 Præsentare *verbum sæpe vsurpatur pro verbo* conferre.
18 *Verbum* instituere, *quandoque accipitur, vt quis ad possessionem admittat.*
19 *Instituere, & ad possessionem admittere si quis dicitur, non ideo affirmari potest quod careat iure præsentandi.*
20 *Dictio, & quandoque ponitur inter verba idem prorsus significantia.*
21 *Verba copulata per dictionem, & si idem significant, non dicuntur geminata, sed resoluuntur in vnum.*
22 *Ius instituendi non tribuit institutionem collatiuum tituli, sed tantum in possessionem missiuam.*
23 *Conferendi, seu præsentandi quasi possessionem habens, si alium præsentare dixerit, intelligitur, quod conferat, non autem quod præsentet.*
24 *Correctio in incontinenti non præsumitur, sed euitari omninò debet.*
25 *Testes de Capitulo non sunt integræ fidei pro eodem Capitulo.*
26 *Testes deponentes de iure institutionis alicui, vt prætenditur spectante, non probant, & quare, & nu. seq.*
27 *Testes depositio de eo, quod est iuris, non attenditur.*
28 *Testes deponere debent solum de eo, quod est facti.*
29 *in Contractibus non attenditur, quod senserit vna pars cum vtriusque consensus sit necessarius.*
30 *Transactio requirit intentionem, & consensum ambarum partium, nec vnius tantummodo sufficit.*

DECISIO DCLXXI.

PRÆPOSITVS Ecclesiæ Collegiatæ Tongren. contulit Plebaniam, seù Vicariam perpetuam eiusdem Ecclesiæ Danieli Peters, Capitulum verò prætendens Præpositum non debuisse conferre, sed solum præsentare, noluit Danielem ad possessionem admittere, & elapsis sex mensibus, Iure deuolutionis, Plebaniam contulit Iacobo Vlechen, & per cessionem iuris d. Iacobi fuit auctoritate Apostolica prouisus Nicolaus Creyr; vnde orta desuper lite, eaque ad Rotam deuoluta, emanauit sententia in qua fuit pronunciatum, Plebaniam adiudicandam Danieli, & cum mihi fuerit commissa causa appellationis, dubitaui: An Sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda, & confirmandam esse censuerunt.

Etenim

Etenim validitas non fuit controuersa, & quoad iusti-
tiam, licèt pro parte Capituli, & Nicolai examinati fue-
rint Testes deponentes, librum Ecclesiæ, in quo expresse
continetur, quod Præpositus confert curam aoimarum
omnium manentium io Parochia Tongren, & in Villis
ad eam spectantibus, necnon in locis de Mall, & Sluse,
io quo factum fuit aliquod fundamentum in præcedenti
Instantia, non esse librum Statutorum Ecclesiæ, nec au-
thenticum, tamen fuit consideratum adesse obseruantiam
huius collationis, nam reperitur, quod vsque pe anno 1568.
cum Plebania vacasset, Præpositus illam contulit Lam-
berto à Valle, quem Capitulum ad possessionem admisit
cum clara expressione, quod Præpositus vti Ordinarius
Collator prædicto Lamberto Plebaoiam Tongren. contu-
lit, Summ. Daoielis *num.* 9 & de anno 1626. cum iterum
Plebaoia vacasset Præpositus pariter eam contulit, & quia
vacatio contigit io mense reseruato, Straccius impetrauit
nouam prouisionem à Sede Apostolica, in cuius litteris ex-
presse fuit dictum: Cuius dum pro tempore vacat Colla-
tio, prouisio, & omnimoda alia dispositio ad prædicto
tempore existentem dictæ Collegiatæ Ecclesiæ Præpositum
spectare, & pertinere, dignoscitur per obitum q. Theodo-
ri Decheuns dictæ Collegiatę Ecclesię perpetui Vicarii ex-
tra Romanam Curiam de mense Septembris proximè prę-
teriti concordatis Germaniæ ioibi vigentibus defuncti va-
can. d. Bartholomæo prædilectum filium moderoum ipsius
Collegiatæ Ecclesiæ Præpositum, ordinaria auctoritate
1 prouisum fuit &c. d. Summ. *num.* 10. † quæ verba apertè
indicant spectare ad Præpositum plenum ius conferendi,
& omne ius institutionis tituli collatiui à Capitulo prętensum respectiuè excludunt, vt io puncto firmauit Rot. co-
ram Bichio *decis.* 241. *numer.* 17. *& in recent. decisione* 39.
nu. 17. *par.* 3.

Accedente etiam collatione ab eodem Præposito facta
anno 1653. de Vicaria de Slusen. in qua pariter habetur
expressio similis: Illius antem collatio, seu prouisio ad
nos tamquam præpositum, & Pastorem primitiuom quo-
cumque mense pleno iure spectare, & pertinere dignosci-
tur d. Summ. *num.* 11. Quæ collatio licet noo sit de eadem
2 Plebania, seu Vicaria, de qua agitur, † tameo qoia Ec-
clesiæ Collegiatæ, & eius Collationem eodem modo, ac
Plebaniæ spectare deprehenditur ad Præpositum non so-
lum ex d. libro supra relato, sed etiam ex processu antiquo
anoi 1524. de quo io d. Summ. *nu.* 5. ae ex litteris prouisio-
nis, quæ fieri solet de ipsa Præpositura ab Episcopo Leod.
ibi: Dictæ Parochiæ Tongren. & appendicum in nomine
Domini tam Clericorum, quàm Laicorum curam com-
mittimus, prout ibi visum fuerit in personat capaces sub-
3 delegandam, d. Summ. *nu.* 6. Satis confert ad comproban-
dum ius, & obseruantiam, etiam respectu ipsius Pleba-
niæ, Rota *dec.* 615. *nu.* 3. *vers. confirmatur etiam par.* 4. *diu.*
& dec. 39. *nu.* 9. *par.* 13 *rec.*

Multumque auget vim dd. prouisionum quod vel fa-
ctæ fuerunt Capitulo præsente vel ipsi præsentatæ, & ab
eo admissæ, dando earum vigore possessionem Prouisis,
4 dicto Summ. *nu* 9. 10 *&* 11. † quibus actibus clarum est,
quod sibi præiudicasset, si aliquod ius, seu quasi possessio-
nem conferendi habuisset, vt io specie considerauit Rota
dec. 34. *nu.* 9. *par.* 3. *rec.*

In nihilo refragante, quod recipiendo præfatas litteras
Apostolicas nouæ prouisionis, eiusqoe executionem, dan-
do, dixerit: iuribus, & ioramento præstito saluis &c Sum-
mar. Capituli *nu* 9. Qnia cum apertissima sit admissio lit-
terarum, Beneficium spectare ad omnimodam dispositio-
5 nem Præpositi expresse continentium, † verba prædicta
referri non possunt ad præiudicium inde resulrans, cum
6 præseruatiua generalis † non referatur ad præiudicia ex-
pressa, vel aliter clara, Oldrad. *cons.* 330. *in fin* Paris *cons.*
70. *nu.* 12. *lib.* 1. Honded. *cons.* 86. *nu.* 47. *lib.* 2. maximè dum
7 præiudicium venit à facto executionis litterarum, † quod
præualet verbis præseruatiuis iurium, Seraph. *dec.* 746. *nu.*
2. Buratt. *dec.* 113. *nu.* 20. Merlio. *dec.* 313. *nu.* 3.

Vode reseruatio referenda est ad iura emolumentorum,
vel alia diuersa, maximè dum postea per annos 42. quibus
Prouisus superuixit, Capitulum nunquam illam prouisio-
nem, ae expressionem, qoam de facto admiserat, impu-
gnauit, prout si illam controuertere omisisset solum ad
effectum non retardaodi executionem litterarum Aposto
8 licatum, vt ex parte eius deducebatur, † impugnare po-
tuisset, ac debuisset, vt fuit etiam consideratum io decis.
huius causæ edita sub die 11. *Februarii* 1672. §. *nec refert.*
coram Reuerendo Patre Domino meo Emerix.

Stante autem prædicta obseruantia, parum visum est
releuare, an d. liber sit verè autheoticus, vel ne; Omisso
enim, quod obseruaotia † tribuit fidem scripturæ etiam 9
non aothenticæ, vt dictum fuit prędicta *dec.* §. *quia huius-*
modi, & cor. Cocc. *dec.* 958. *nu.* 8. *& dec.* 1049. *num.* 12. &
alibi passim; in hoc proposito; an collatio Beneficiorum
Ecclesiæ Collegiatę spectet ad Capitulum, † vel ad digni- 10
tatem, iura deserunt consuetudini, *cap. ex frequentibus*
de instit. cap. ex parte de concess. præb. cap. Cumana 50. *&*
ibi gloss. in vers. consuetudine de elect. Abbas *in cap. postula-*
stis nu. 2. *de concess. præben.* & aliis plenè addoct. Gonzal.
ad reg. 8. *Cancell. glos.* 45. *in princip. nu.* 70. Rota cor. Cau.
dec. 238. *nu.* 2.

Adeout sufficiat consuetudo simplex absque vlla neces-
sitate præscriptionis, † quando, prout hic, noo constat 11
de præcedeoti statu contrario, vt distinguendo probat Lot-
ter. *de re benef. lib.* 2. *qu.* 21. *num.* 42. *vers. infertur quarto, &*
seq. & Rota cor. Penia *dec.* 861. *nu.* 2. *vers. prædictis ita, &*
dec. 993. *num.* 3.

Et tamen nec videbatur deficere præscriptionem, &
quidem centenariam, quia dum dignitas erat in quasi pos-
sessione conferendi de anno 1568. vt coostat ex d. Collatio-
ne tunc temporis facta, & nullus datur actus contrarius
† continuatio prę sumitur, maximè dum cum d. Collatio 12
ne præcedenti concurrit etiam postrema anni 1626. ad fa-
uorem Strauii, quia probatis † extremis, media præsu- 13
muntur conformia, Rota *decis.* 545. *num...* *& decis.* 598.
nu. 9. *par.* 1. *diuers. dec.* 643. *num.* 3. *par.* 2. *rec.* Seraph. *decis.*
1141. *nu* 3. Buratt. *dec.* 875. *nu.* 3. *& dec.* 926. *nu.* 5. vode dum
Strauius superuixit vsque ad annum 1668. adest centeoa-
ria completa, † quæ in hac materia æquiparatur imme- 14
morabili, Rota cor. Dunoz Iun. *dec.* 809. *num* 4. maximè
dum in d. Collatione anni 1568 Præpositus dicit se ordina-
rium Collatorem, † itaut hæc obseruantia noo includat 15
initium, *dec.* 583. *nu.* 10. *part.* 4. *din.* † qua stante potest al- 16
legari melior titulus de mundo, *cap. super quibusdam* 26 §.
præterea, & ibi gloss. vers. non extat memoria de verb. si-
gnific. Penia *dec.* 1004. *nu* 8. *&* 10. Buratt. *dec.* 673. *nu.* 5.

Nec obstare visa est concordia aooi 1660. inter Præposi
tum, & Capitulum inita, in qua dicitur, quod Præpo-
situs præsentet, & Capitulum instituat, & ad possessio-
oem admittat.

Quia dum ex prædictis conuincitur Prępositum habere
ius conferendi clarum, quidquid sit, an poterit illud in
præiudiciom successorum dimittere, saltem ex prędictis
verbis non benè coouincitur, quod hoc facere voluerit,
vbi enim dicitur, quod Præpositus præsentet, potest io-
telligi, quod cooferat, cum sæpè verbum *præsentare* † 17
prędicto verbo *conferre*, vsurpetur, Imol. *in cap. fin. nu.*
2. *de concess. præben.* Rocc. *de iurepatr. in princ. sub nu.* 6.
circa med. vers. quinimò large, Rota cor. Gregor. *dec.* 66. *nu.*
3. *& rec. dec.* 567. *nu.* 10. *par.* 5. *& dec* 252. *nu.* 2. *part.* 10. &
vbi dicitur quod Capitulum instituat, potest intelligi,
quod ad possessionem admittat, prout passim accipitur
verbum *instituere*, † pro ad possessionem admittere, Io. 18
Aodr. *in cap.* 1. *num.* 1. *de instit. & ibidem* Fraoc. *nu.* 2. An-
char. *nu* 1. *ad med.* Monac. *nu.* 2. Gemin. *nu.* 5. *ad med.* Imol.
in rub. de instit. post med. vers. quædam est institutio, Lamber-
tin. *de iurepatr. lib.* 2. *qu.* 1. *art. vlt. nu.* 18. Barbos. *de potest.*
Episcopi par. 3. *alleg.* 72 *nu.* 173 etiamsi concordia, dicat, in-
stituat, † & ad possessionem admittat, quia non est no- 19
uum illam dictionem, & † quandoque poni inter verba 20
idem prorsus significantia, & tunc remota ipsa dictione,
verba illa, inter quæ posita est, in vnum resoluuotur,
Gonzal. *ad reg.* 8. *glos.* 3. *nu.* 13. Barb. *dict.* 100. *nu.* 12.

Et quod iste fuerit sensus transigentium comprobatur
non solum, quia in d. concordia consideratur ius instituen-
di ratione iuris Archidiaconatus, † ex quo non tribuitur 22
institutio collatiua tituli, sed tantum io possessionem mis-
siuam, Viuian. *de iurepatron. lib.* 13. *cap* 1. *nu.* 1. Barbos. *de*
potest. Episcopi allegat. 72. *nu.* 173. Bellamer. *dec* 69. *nu.* 4. &
fuit consideratum *in decis. huius causæ* 12. *Iunii* 1671. §. *tum*
denique ad fin. cor R. P. E. meo Emerix, sed etiam quia tran-
sigentes expresse dixeruot Præpositum manere debere io
sua quasi possessione, vnde dignoscitur noluisse alterare
statum, in quo res reperiebatur, & sic dum constat, quod
ipse erat in quasi possessione conferendi, vbi postea † dictum 23
fuit, quod præsentet, intelligi debet, quod conferat ad
enitandum subitaneam correctionem † quod scilicet dixe- 24
rint eum manere debere in sua quasi possessione, & subitò
alud

aliud conuenerint quod non debet credi, *dec. 366. num. 18. vers. nec adest ratio par. 1. diuers. dec. 261. nu. 3. par. 2. rec.* Coccino *dec. 2338. nu. 5.*

De Testibus autem non visa fuit habenda ratio, nam præ-
25 terquam quod in facto prætendebatur, eorum dicta † non
concludere, & quod vti de Capitulo non erant omninò
integræ fidei proeo, Coccin. *decis. 344. nu. 4.* dum volunt
26 deponere de qualitate institutionis ad Capitulum † perti-
nentis, hæc est depositio de eo quod iuris est, vt alias ani-
27 maduertit Rota *dec. 39. num. 3. par. 3.* & proinde † non ha-
28 benda in consideratione, † cum Testes deponere debeant
solum de eo, quod est facti, Alex. *cons. 159. nu. 5. ad fin. vol.*
& 6. lib. 6. Durao. *dec. 214 nu. 2.* & dum dicunt, quod Ca-
nonici transigendo intellexerunt de institutione tituli col-
latiua, nihil releuant, quia non satis est, quod ita sense-
29 rit pars, † nisi etiam doceatur de conformi mente alterius,
30 cum ab vtraque simul transactio procedat, † & vtriusque
consensus requiratur, nec vnus sufficiat, *l. si repetendi 7. ff. de condict. ob caus.* Alciat. *cons. 1. n. 16 lib. 7.* Decian. *cons. 21. nu. 1. & 2. lib. 2.* Rota *dec. 90. nu. 13. par. 13. rec.*

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISSIMO D.

ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Pecuniaria.

Veneris 13. Martii 1676.

ARGVMENTVM.

Occasione attentatorum vitari prætendebatur moderatio inhibitionis vigore appellationis obtentæ, sed quia attentata integrè visa sunt fuisse purgata, & ab eo die plusquam biennium effluxerat; ideo pro moderatione inhibitionis resoluitur; illorum verò purgatio resultabat à restitutione integræ summæ receptæ, quamuis maiorem quantitatem Signatura restitui mandauerit, quia huiusmodi rescripta recipiunt interpretationem à iure, si, & quatenus d. summa debeatur.

SVMMARIVM.

1 *Fatalia incipiunt currere posteaquam attentata in causa commissa, integrè purgata sunt.*

2 *Inhibitio vigore appellationis obtenta post lapsum fatalium, venit moderanda.*

3 *Clausula* purgatis attentatis quoad scuta puta 400. *non impedit, quod mediante minori solutione illa purgata non sint, si verè minor summa debebatur.*

4 *Attentata dicuntur purgata mediante restitutione summæ receptæ, etiamsi maiorem summam restitui Signatura mandauerit.*

5 *Rescripta Signaturæ Iustitiæ intelliguntur prout de iure.*

6 *Restituere nemo tenetur plusquam recepit.*

7 *Quietantia facta pro residuo indicat eiusquam summam fuisse solutam, & nihil amplius remanere soluendum aut aliter restituendum.*

8 *Expensæ factæ pro obtinenda commissione Signaturæ, & circa modum rescribendi in causa non dicuntur factæ occasione attentatorum.*

9 *Signatura si post decisionem, quod attentata sint purgata rescripsit nihil, & ad Rotam, approbat iudicium Rotæ, & declarat attentata non adesse.*

DECISIO DCLXXII.

EX quo lapsum non erat tempus ad prosequendam appellationem interpositam per Ioannem Baptistam Quarantam à Sententia declarante pretium officii Militis Lauretani emptum à fratribus de Sinibaldis spectare ad Creditores Antonii, Rota sub die 4 Iulii 1674. me proponente, noluit moderari inhibitionem vigore appellationis obtentam, verum cum ab inde citra tempus plusquam legitimum effluxerit, illam hodie moderandam esse respondit.

Siquidem fatalia lapsa fuisse liquet ex eo, quod atten-
tata fuerunt purgata sub die 9 Decembris 1673. † vnde 1
currere tunc inceperunt iuxtà doctrinam Felin *in cap. ex ratione in præterita decisione §. quamuis enim*, & cum à di-
cto tempore vsque in præsens intercesserit biennium, &
vltra, quo currente, acta transportata non apparent,
quamuis etiam terminus ad transportandum fuerit præfi-
xus, propterea causa remansit deserta, † & inhibitio ve- 2
nit moderanda, vt omissis generalibus ad rem nostram res-
pondit Rota *dec. 48. nu 4 vers. tamen subducta, post* Scacc. *de appellat.*

Nec subsistit attentata non fuisse integrè purgata, cum
ad formam rescripti Signaturæ Iustitiæ cum clausula *pur-*
gatis † attentatis quoad scuta 400. Creditores nonnisi scuta 3
396. & b. 90. reportauerint, & expensas non refecerint,
quia in ordine ad reportationem pecuniarum attentata suf-
ficienter purgata remanserunt, † dum fuit restituta sum- 4
ma ab ipsis recepta, per ea, quæ tradit Rota *dec. 315. nu. 3. coram Merlino*, nil vrgere, quod Signatura mandauerit
restitui scuta 400. quia huiusmodi rescripta † intelliguntur 5
prout de iure, *cap. causam de rescript.* Rota *decis. 43. num. 4. cor. bo. me. Card. Celso*, de iure autem nemo tenetur resti-
tuere † plusquam recepit, *cap. dilectis de appell. l. restitutæ ff. de verb. signif. gloss. in l. item veniunt §. præter, verb. factis ff. de petit. hæred.* iunctis præsertim quietantiis factis 6
fauore Attentantium per Sinibaldos pro residuo, Summa-
rio Creditorum *num 5.* † satis indicantibus summam debi- 7
tam fuisse integraliter restitutam, & nihil restituendum
amplius remanere, Munnoz. *de ratioc. administr. cap. 37. nu. 3.* Rota *dec. 52. nu. 11. & 12. & dec. 94. nu. 20 post* Merlin. *de pign. & hypoth.*

Quo verò ad expensas, licèt de iure plenè sint reficien-
dæ ab Attentante, tamen in proposito cum illæ factæ fue-
rint pro obtinenda commissione in Signatura, † & circa 8
modum rescribendi in causa non dicuntur factæ occasione
attentatorum, vnde illis sub isto prætextu hodie non est
quærendum, vt benè considerat Rota *decis. 835. sub nu 2. coram Dunoz. Iun.* præsertim quia eadem Signatura sub die
21. Iunii proximè præteriti prætendente Ioanne Baptista
attentata non fuisse integrè purgata, † rescripsit nihil, & 9
ad Rotam, quæ constare de integra purgatione etiam cen-
suit in præterita decisione.

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. RONDININO.

Bononien. Fideicommissi de Poetis.

Veneris 13. Martii 1676.

ARGVMENTVM.

Ægidianam Constitutionem non comprehendere Moniales, & legitimationem suffragari filio ad effectum excludendi substitutum in hac decisione deciduntur; Primum non solum ex regulis generalibus, sed etiam in casu quo cessionarius non ad sui commodum, sed veluti Procurator Monialium agebat; Alterum pluribus exornatum super facultate legitimandi, voluntate, præordinatione, seu non contraria mente testantis, de quibus omnibus non minus doctè, quàm eruditè hæc materia tractatur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Ægidiana non habet locum, si Monialet sunt in causa.*

2 *Cessionis natura est, vt omne commodum, & incommodum spectet ad cessionarium, & ideo cessio dicitur onerosa, si adhuc ex illa aliquid cessionaria debetur.*

3 *Priuilegium fori competens cedenti, competit etiam cessionario in cessione onerosa.*

4 *Ecclesiastici sunt exempti à statutis laicorum.*

5 *Priuilegium personale, quia extinguitur cum persona, non transit in cessionarium.*

6 *Cessionarii forus, non autem cedentis attenditur.*

7 *Laicus cessionarius Ecclesiæ, ad suumet vtilitatem agent, suum forum, non autem Ecclesiæ sortitur.*

8 *Filiatio ex pluribus actibus dicitur esse probata, & quæ illi sint.*

9 *DD. de Campegijs habent amplissimas facultates legitimandi sibi à Summis Pontificibus, ac etiam ab Imperatore concessis, & num. 11. & 13.*

10 *Legitimatio præiudicat substituto, quamuis obtenta post purificationem fideicommissi, dummodo tamen ante captam possessionem sit concessa.*

11 *Campegii Comites habent facultatem legitimandi vocatis, & non vocatis, de quorum præiudicio tractatur.*

12 *Citationis defectus interesse habentium non attenditur in legitimatione concessa à DD. de Campegiis, & num. 13.*

14 *Fideicommissi purificatio acquiri ius substituto, etiam sine agnitione, quod ideo transmittitur ad hæredes.*

15 *Legitimatio obtenta post purificatum fideicommissum, non præiudicat substitutis, quibus est ius quæsitum.*

16 *Legitimatio post purificatum fideicommissum concessa non attenditur in præiudicium substituti, si resistit, aut non assistit mens Testatoris*

17 *Hæreditas ab intestato etiam transmittitur, vel iure suitatis, vel iure sanguinis.*

18 *Restitutio fideicommissi puri fit ipso iure, conditionalis verò secus.*

19 *Legitimatio in fideicommissis attenditur, si Testator apposuit verba apta comprehendere etiam legitimatos.*

20 *Legitimandi tacita Testatoris præordinatio, & voluntas ex verbis testamenti resultat, quæ sufficit, si non sit adita hæreditas, vel capta possessio.*

21 *Legitimatio post captam possessionem non admittitur, nisi clara, & expressa Testatoris voluntas concurrat.*

22 *Legitimatio post captam possessionem admittitur, si plenè constat Testatorem hæreditatem voluisse deferri sub conditione resolubili, si illegitimus non legitimetur.*

23 *DD de Campegijs habent etiam facultatem legitimandi ad effectum auocandi bona à substituto, dummodo de voluntate Testatoris plenè constet.*

24 *Testator si in primo gradu substitutionis naturales non legitimari mandauit, idem non dicitur voluisse, si in alijs gradibus proximiores vocauit.*

25 *Filij naturales restituti ad natales dicuntur de agnatione, ipsamque conseruant.*

26 *Legitimatus licet in concursu verè legitimi non succedat, admittitur tamen, si illius successione defecta fideicommissum deueniret ad extraneos.*

27 *Legitimandi causa reputatur honesta conseruationis nobilis familiæ, ne illa extinguatur.*

28 *Honestatis ratio, quæ viget in proprijs filijs, non adest in filijs illegitimis futuris, & Testatori incognitis.*

29 *Comites Palatini habent facultatem legitimandi etiam adulterinos.*

30 *Legitimati à Comite Palatino comprehenduntur in dispositione, & conditione filiorum legitimorum, & naturalium.*

31 *Comites de Campegijs habent facultatem legitimandi spurios, & incestuosos.*

32 *Constitutio Pij IV. 86. & 45. respectiuè aufert facultatem legitimandi contra voluntatem Testantium.*

33 *Legitimans censetur voluisse vti omnimoda facultate, & plenitudine potestatis sibi concessa.*

34 *Campegij Comites habent facultatem legitimandi etiam filios Monialium, & Episcoporum.*

DECISIO DCLXXIII.

AD successionem Comitis Insephi Mariæ vltimi
ex familia de Poetis aspirantibus Comite Hercule eius filio ex præcepto Patris legitimato, atque hærede instituto, & Comite Ioseph Aloysin de Zambeccariis, post varios casus, A. C. immissionem concessit Com. Zambeccario; Ab hac autem sententia cum Signatura rescripserit, constito quod sit locus Ægidianæ, ad huius rescripti tenorem dubio proposito, locum illi non esse DD. responderunt.

Prior resolutionis ratio desumpta fuit ex interuentu in
causa Monialium de Zambeccariis, quæ iura cesseruot Com. Inseph Aloysio in hac causa, qui è conuerso, vt suot præcisa verba Instrumenti, se obligauit
partem bonorum ipsas tangentem eis communicare
postquam possessionem adeptus fuerit, itaut in altera
ex sententiis de partibus ipsæ quoque Moniales exprimantur, prout in productione processus illius, &
scripturarum in Curia illarum mentio facta est, atque
ipsarum quoque nomine facta productio, † quo casu 1
ob ioteruentum personæ Ecclesiasticæ cessat Ægidiana Constitutio, quæ illas vtpote laicalis non comprehendit, cum & ipsæ Moniales sint in causa, ad quas
omne commodum, & incommodum spectat contra † 2
naturam veræ cessionis onerosæ, per ea quæ tradunt
gloss. in l. per diuersas C. mand. Adden. ad decis. 1. numero 2. de alien. iudic. mutan. caus. in nou Carauit. ad Rit. magn. Cur. Rit. 228. num. 12. & in proposito priuilegiorum competentium cedenti quoad forum, † vt adhuc vigeant, 3
Dec. *cons 59. sub num 4.* Vrsill. ad Afflict. *decis. 74. num. 5.*
cum similibus in proposito congestis per Rota *in recent. part. 9. decis. 276. sub num. 3. & seqq.* & est de mente Rotæ *in Bononien. pecuniaria 28. Martis 1667. §. Denique coram Illustriss. Beuilaqua.*

Ratio autem est, quia in hoc casu agitur causa ipsarum Monialium, ad quarum commodum lis tendit, &
quibus restituenda est pars hæreditatis ad ipsas spectans,
quasi Comes Zambeccarius illarum respectu induat
potiùs personam Procuratoris, non autem cessionarii,
qualis diceretur, si soluta pecunia æquiualenti, vel simili modo cessionem iurium à Monialibus reportasset,
quæ amplius in lite se ingerere non deberent, neque
quid ex litis exitu sperare, quo casu benè procederet
conclusio deducta ab Informantibus pro Zambeccariis,
vt priuilegium eximens Ecclesiasticos à statuti † lai- 4
corum, de quo est celebris *text. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit.* veluti personale non transiret in cessionarium, † sed extingueretur in ipso transitu, & mu- 5
tatione personæ, ex reg *text. in cap. priuilegium de reg. iur. in 6.* Bald. *consil. 31. num. 2. versic. quia mutato volum 1.*
Grass. *de effect. Cleric. effect 2. num 361.* Olea *de cess. iur. tit. 6. quæst. 3. num. 13.* Galerat *de renunciat. lib. 1. cap. 4. num 52. vers. nam priuilegium,* Noal. *de transmiss cas. 22. num. 2. & seqq. & num. 26.* Rota post Cenc. de Cens. *decis. 480 num. 9. & 10. & in d. Bononien. pecuniaria 28. Martii 1667 §. fin. coram Illustriss. Beuilaqua Patriarcha Alexandrina,* quasi
cessionarii forum, † non autem cedentis attendatur, 6
Olea *de cess. iur. tit. 2. quæst 4. num. 49. & pluribus seqq.* Spadazz. Theatr. Viduil *inspect. 23. num. 14. & 15* & in his terminis Rota coram Buratt. *decis. 780. num. 9.* cum qua distinctione conueniunt auctoritates omnes pro Zambeccariis adductæ loquentes in casu, in quo laicus agit † vt 7
cessionarius Ecclesiæ ad suimet vtilitatem, Posth. *de manut. obseruat. 8 num 69.* Rota coram Buratto *d. decis. 780. sub num. 5. & seqq. & coram* Dunoz. Iun. *decis. 393 sub numer. 1. & interamnen. fideicommissi 7. Iunii 1669. coram Reuerendissimo Beuilaqua Patriarcha Alexandrino.*

Altera resolutionis causa fuit ex iniustitia sententiæ immissionem Com. Zambeccario concedentis, cum Comites de Zambeccariis in fideicommisso ab Equite Alexandro de Poetis instituto sint tantum vocati, deficientibus omnibus descendentibus de Poetis, qui casus non euenit, cum existat prædictus Comes Hercules filius Ioseph Mariæ de Poetis, vltimo loco defuncti, prout de illius filiatione deponunt quindecim Testes formiter examinati, aduersus Parochum Sancti Apollinaris, qui prætendebat deuolutionem vnius prædii emphyteutici ob lineam finitam, subsequuta etiam sententia eandem filiationem comprobante, enunciando Com. Herculem filium legitimatum olim

Ioseph Mariæ de Poetis, quod & comprobaot tractatus,
& educatio vtriusque Pareotis, & publica vox, & fa-
ma, de quibus testes ipsi depoount, vna cum mandato
procuræ ad capien. possessionem bonorum paternorum,
interueniente Iudicis decreto, consanguineorum præsen-
tia, & causa cognita, ob minorem ætatem Comitis Her-
culis, ac denique ex confessione ipsorum Comitum de
Zambeccariis, qui Com. Herculem filium Ioseph Ma-
riæ agnouerunt io iudicio Bononiæ agirato, describendo
ipsum in arbore per ipsos exhibito, veluti filium Iosephi
Mariæ, & vitimum ex Familia de Poetis, in qua cer-
tè Vrbe id videbatur uegari non posse, cùm tamquam
filius Ioseph Mariæ assumptus fuerit ad supremam di-
8 gnitatem Antianarus suæ Patriæ, † ex quibus omni-
bus visum fuit Dominis filiationem esse extra omnem
controuersiam, per ea, quæ genus istud singularum
probationum, explicando tradunt Merlin. Pignatell.
controu 84 lib. 2. Add ad Greg. XV. decis 349. in fine, Gio-
uagnon d. cons. 21. vol. 1. Rota Bonon. in subseq. decis. post d.
cons. Giouagnon. & Rota nostra coram Dunoz. Iun. decis.
981. & coram Reuerendissimo Royas decis. 159. & in re-
cent. part. 13. decis. 151. & decis. 310. cum alijs in Bonon. fi-
deicommissi de Noscentoriis 14. Martii 1668. coram Emi-
nentiss. Carpineo Prodatorio, & in Bonon. fideicommissorum
10. Iunii 1675. coram me, in quibus adsunt concordantes.

Restricta igitur difficultate ad legitimationem Com.
Herculis obtentam à DD. de Campegiis, visum est DD.
illam suffragari ad exclusionem Com. de Zambeccariis
substitutorum, quamuis post mortem Ioseph Mariæ Pa-
tris obtenta fuerit, quia cum non dubitetur de amplis-
9 sima facultate DD. de Campegiis, † quam illis indulse-
runt Summi Pontifices Leo X. Clemens VII. & Maxi-
milianus Imperator, vt ex priuilegio Imperiali, & Pon-
tificio impresso apud Lup. de illegitim. comment. 3. in præ-
fat. sub numero 33. ipsi veluti Comites Palatini, de pleni-
tudine potestatis ipsis attributa potuerunt legitimare
Com. Herculem antequam Com. Zambeccarii substituti
10 bonorum possessionem adepti fuerint, † quia hoc casu non
auferuntur bona substitutis nondum acquisita, sed remo-
tis obstaculis illegitimitatis quasi è postliminio reuersus
reponitur legitimatus in statu successibili, facta retrotra-
ctione per fictionem iuris ad ipsam diem mortis illius, per
quam purificatur conditio fideicommissi sublato indire-
ctè, & in consequentiam iure succedendi substitutis,
quod veluti ex iure ciuili introductum ex Principis po-
testate legum ipsarum moderatrice tolli potest, vt in
præcisis terminis distinguendo concludunt Barth. in l. Gal-
lus §. Et quid si tantum, vbi Castrens. sub numero 19. Alex.
qui de communi testatur numero 26. & 27. Ias. numero 122.
Galiaul numero 92 Bolognett. pariter de communi numero
244 ff. de liber. & Posthum. Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum
numero 49. & ibi Decius sub numero 121. de constit. & cons.
268 numero 7 & 8. atque deduxerunt plures Iurisconsulti
apud Bald cons. 16. 17. 18. & 19 vol. 4. Alex. cons. 2 numero
14. vol. 1. Ias. qui dicit neminem contradicere cons. 127 in
princip. vol. 4. Ruin. cons. 76 numero 10. vol. 3. Berou. consil.
177. numero 56. vol. 2. latè Paris. cons. 1. numero 58. et seqq.
vol. 1. Narta cons 619. per tot. atque in Com Palatino hanc
facultatem habente Peregr. de fid. art. 23. sub numero 68 et
art. 32. numero 151. in fine, et numero 153. & in præcisis ter-
minis legitimationis obtentæ à DD de Campegiis Dec.
cons. 698 Gozzadin. cons 85. ex numero 16 et cons. 92. ex nu-
mero 17 Bonacos. inter cons. Rimin Sen cons. 775. per tot.
Laurent. à Pinu cons. 53. ex numero 13. Maluas. cons. 18. sub
numero 47. Riminald Iun cons. 540 Peregr. cons. 112. vol. 3.
& præ cæteris Giouagnon. cons. 17 per tot. vol 2. Rota in
Bononien. fideicommiss. de Nascentoriis 14. Martii 1668. 16.
Ianuarii 1669. coram Eminentiss. Cardin. Carpineo Prodata-
rio, et 8. Iunii 1674. ac 28 Ianuarii 1675. coram Reuerendiss.
Domino meo Albergato Decano.

Neque ad infringendum legitimationem visæ fuerunt
DD obstare exceptiones à scribentibus pro Com de Zam-
beccariis substitutis adductæ.

Non prima quoad omissam citationem substitutorum,
vel aliorum, quibus secuta legitimatione hæreditas per-
11 uentura fuisset, quia Comites de Campegiis † habent fa-
cultatem legitimandi vocatis, & non vocatis iis, de quo-
12 rum præiudicio agitur, quo casu citationis defectus † non
habetur in consideratione, vt post alios Ruin. cons. 104. nu-
mero 12. vol. 3. Roland. cons. 67. numero 56. vol 3. Cyriac. con-
tr. 208. numero 44 47 et 52. Peregr. de fid. d. art. 23. numero 68.
atque in præcisis terminis facultatum † DD. de Campe- 13
giis Eugenius consil. 57. num 46 vol. 1. et cons. 29. numero 51.
vol. 2. Giouagnon. d. cons. 21. numero 37. vol. 1. Rota Bonon.
decis 30. sub numero 134. et Rota nostra coram Comitulo
decis. 74. ex numero 27. et coram Bich decis. 54. numero 15. et
seqq. repetit. in recent part. 9. decis. 33. et in d. Bononien fidei-
commissi de Nascentoriis 16. Iunii 1669. §. postremo coram
Eminentissimo Cerro Prodotario.

Non secunda exceptio deducta ex differentia, quam
constituebant Scribentes pro Zambeccariis inter succes-
sionem intestatam, & successionem ex testamento, quasi
in hoc posteriori casu ex sola morte grauati dicatur ius
quæsitum substitutis, quod operetur eundem effectum,
quem operatur possessio bonorum in successione intesta-
ta, † cum ex purificatione fideicommissi ius acquiratur 14
substituto sine agnitione ad hæredes quoque transmissibi-
le, ex deductis per Fusar de substit. quæst. 487. & per Peregr.
de fid art. 31. numero 1. et seqq. itaut legitimationem ob-
tentam post purificatum fideicommissum † non præiudi- 15
care substitutis, quibus fuit ius quæsitum, simpliciter di-
xerunt Cephal. cons 285. numero 19. Casanat. cons. 26. nume-
ro 14. Gabriel. cons. 103. ex numero 11. vol. 2 Marescott. var.
resol. lib. 3 cap. 20. numero 100. et 101. Gratian discept. 635.
numero 44 Rota recent. part. 1. decis. 667. numero 2. et part.
8. decis. 28. numero 37. et coram Vbaldo decis. 217. numero 9.
repetit. in recent. part. 3. decis. 600. et coram Cocc. decis. 878.
sub numero 10. et coram Dunoz. Iun. decis. 487 numero 37.

Etenim eatenus Doctores dixerunt post apertum fidei-
commissum non attendi legitimationem in præiudicium
substitutorum, quibus ius acquiritur, † quatenus volun- 16
tas Testatoris aduersetur, aut saltem non assistat, non au-
tem ex peculiari ratione successionis testati, cum & piures
hæreditates intestatæ transmittantur, † vel iure suita- 17
tis, vel iure sanguinis, de quibus Noal. de transmiss. cas 8. ex
numero 11. atque in successione testata citra aliquam con-
ditionem veluti in fideicommisso puro lex solum inducat
restitutionem ipso iure, † non autem in conditionali iuxtà 18
distinctionem gloss. in l. penult. §. cum autem C. ad Trebell.
Bartol. in l. cum filiofamil num. 12. ff. de legat. primo, atque
ideò quando, vt in casu non resistit voluntas Testatoris,
qui vocauerit filios legitimos, & naturales, aut apponendo
similia verba apta comprehendere legitimatos, † tunc ad 19
mittitur legitimatio etiam in successionibus fideicommis-
sariis, vt latè probant Doctores omnes supra relati, & præ
cæteris disputato ad partes articulo concludit Peregr. de fi-
deicomm. d. art. 23. num. 39. 46 et 68. et num 73 vbi distinguit
inter possessionem apprehensam, necne, et d. art. 52. numero
155. Cyriac. contron 207. num. 48 et per tot. et d. contr. 208.
Rota Bonon. in decis subsequenti post d. cons. Giouagnon.
sub num. 14. vers. nec putant obstare, et num. 16. et seq. volum.
1 Rot. in d. Bonon. fideicommiss. de Nascentoriis 14 Martii
1668. § hæc de filiatione, et seqq. et § per superuenientem, et
16 Ianuarii 1669 coram Eminentiss. Carpineo Prodatorio,
8 Iunii 1674. et 28. Ianuarii 1675. coram Reuerendiss. D. meo
Albergato Decano, & passim in aliis hanc ipsam conclu-
sionem in fideicommissaria successione æquè ac intestata
admittentibus.

In hoc enim casu sufficit, quod voluntas Testatoris ex-
presè non resistat, quia tunc ex verbis testamenti aptis
comprehendere legitimatos insurgit tacita præordinatio,
sive in consequentiam, † quæ sufficit, vt fiat legitimatio, 20
quando non est adita hæreditas, & capta possessio, iuxtà
doctrinam Aretin in l. ex facto nu. 12. ff. de vulgar. Ias in d. l.
Gallus, § et quid si tantum sub n. 140. et ibi Soccin. §. si eius sub
n. 5. ff. de liber. et posthum. et cons. 227 sub n. 7. vol. 2 Laderch.
cons. 23. num. 21. et 22. Menoch. cons. 59. n. 2. et seqq. et n 43. et
in tract. de præsumpt lib. 4 præsumpt. 59 sub n. 2. Fusar. de
substit q. 408. n. 136 Intrigl. illo eod. tract. centur. 3. q 65. nu 6.
Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 11. sub n. 7. Marescott. var. resol.
lib 3 cap. 20. sub n. 97. Lup. de illegitim. Comen. 3 § 2 sub nu 3.
Cyriac. d. controu. 207. n. 49 Giouagnon. d. consil. 21 num. 17.
vol. 1 Rot. rec. par. 1. decis. 388. n 8. et 9. et cor. Reuerendiss.
Ninos decis. 13. n. 18. et 19 et in d. Bonon. fideicomm. de Nas-
centoriis 14. Martii 1668 §. in casu, et 16 Ianuar. 1669. § sed
frustra, et seqq cor. Eminentiss. Carpineo Prodatario, et 8. Iun.
1674. §. minus, et seqq. cor Reuerendiss D. meo Albergato Dec.

Ad differentiam alterius casus, in quo agatur de iure
plenè quæsito per apprehensionem possessionis, quia
tunc cum dominium sit verè acquisitum, & hæreditas
desierit esse talis, sed effecta fuerit patrimonium ip-
sius hæredis, † non admittitur legitimatio sine causa, sine 21
qua

qua Princeps non aufert bona alicuius , Itaut hoc casu
ex claris verbis testameoti , vel aliunde doceri debeat
de voluotate Testatoris , quod voluerit admitti legi-
timatos , & ipsos legitimari , & sic præordinatio debet
esse expressa dispositiua ex ipsa positiua voluntate Te-
22 statoris † insorgens , quo casu admittitur legitimatio
etiam post apprehensam possessionem bonorum , quæ
censentur hæredi delata sub conditione resolubili , qua-
tenus illegitimus aliquis in gradu præcedens non legiti-
metur , ex notatis per Bartol. *in d. l. Gallus §. Et quid si
tantum sub numero* 14. *ff. de liber. & posthum.* Ruin. *consil.*
173. *ex num.* 13. *vol.* 2. *& cons.* 109. *sub numero* 25. *vol.* 3. Pere-
gr. *cons.* 62. *numero* 3. *vol.* 2. *& cons.* 23. *sub numero* 1. *vol.* 5.
Gargiar. *consil.* 52. *numero* 105. & in legitimatione simili
23 † DD. de Campegijs ex voluotate Testatoris expressa ,
Rota coram Coccin. *decis.* 2354. *numero* 9. *repetit. post* Mer-
lin. *de pignor. decis.* 147. *& in recentior. parte* 8 *decis.* 263.
Bich. *d. decis.* 54 *ex numero* 10. *repetit. in recent. parte* 9. *de-
cis.* 33. *& in d. Bononien. fideicomm. de Nascentoriis* 16 *Ia-
nuar.* 1669. *§ Pariter, & seqq. coram Eminentiss. Carpineo
Prodat. &* 8. *Ian.* 1674. *§. Et ratio , & seqq. &* 28. *Ianuar.*
1675 *§. fin. coram Reuerendissimo D. meo Albergato Decano.*

Neque tertia exceptio aduersus legitimationem obie-
cta obstare visa est ex resistentia voluotatis Testatoris eli-
cita , quia non ex eo , quod ipse in primo gradu succes-
sionis neglexerit filios naturales , quos habebat , neque
24 mandauerit ipsos legitimari , † insurgit illatio , quod
hoc ipsum voluerit io vltimo gradu vocationis , in quo
cum vocauerit proximiores de prole de Poetis , idcirco po-
tiùs voluit sub hac iodefinita vocatione comprehendere
25 etiam legitimatos per rescriptum Principis , † qui ad nata-
les restituti dicuntur de agnatione , ipsamque conseruant,
iuxtà plenè deducta in his terminis per Castren. *consil.* 34.
numero 3. *vers. nam legitimatus parte* 2. & seipsum corri-
gens notauit Iason quem post alios sequitur Crauet. *consil.*
138 *numero* 4. Berett *cons.* 18. *ex numero* 45. Mantic. *de co-
niect. lib.* 8. *tit.* 12 *numero* 22. Giouagnon. *d. cons.* 21. *numero* 8.
& seqq sub numero 36. *vol.* 1. Rota *Bonon. post idem cons. nu-
mero* 12. 16. *&* 17. & in spurijs , & adulterinis legitimatis
idem Mantica *de coniect. lib.* 11. *tit.* 10. *numero* 20 *&* 31. Ro-
ta coram Achill de Grass. *decis.* 5. *qui fil. sint legitim.* cum
alijs *in Bononien fideicommissorum* 1. *Aprilis* 1669. *in prin-
cip. coram Eminentissimo Capiaeo Prodatario , &* 10. *Iunii*
1675. *§. Etenim coram me*, quidquid sit in casu, in quo adul-
terini , & spurij non sunt legitimati , in quibus terminis
loquitur *decis.* 334 *coram Cardinali Celso* , vt ex antece-
denti *decis* 3 · 6. *numero* 7. *coram eodem* , in quo pariter casu
loquitur Rota *in Viterbien. fideicommissi* 18. *Martii* 1654.
coram Verospio , prout ad excludendam repetitionem legi-
timitatis requisitæ in priori gradu vocationis post Ancha-
ran. *cons.* 215. *in primo dub. &* Soccin. *consil.* 63. *sub numero*
19. *vol.* 3 huic argumento præcisè respondent Giouagnon.
d. cons. 21 *ex num.* 58. 63. *&* 73. *vol.* 1. Rota *Bononien. in sub-
sequen. decis. post d. cons. sub numero* 17. *vers.* 5. *&* Rota *no-
stra in d. Bononien. fideicommissi de Mascentoriis* 14. *Martii*
1668 *§. Parum obstante cor. Eminentiss. Carpineo Prodatario.*

Et ratio differentiæ esse potuit , quia in priori gradu
vocationis tempore conditi testamenti , fideicommittens
habebat Virgilium filium legitimum , per quem agnatio-
nem propriam rectò tramite conseroare poterat , ideoque
cogitare non oportuit admissionem naturalium , quibus
26 in concursu filij legitimi non est debita hæreditas , † secus
autem in hoc vltimo gradu omni prole legitima cessante ,
quo casu antèquam ad Com. de Zambeccariis extraneos
hæreditas perueniat , optimo iure Testator non abhor-
ruit à naturalibus , qui legitima prole cessante , ad suc-
cessionem admittuntur , excluso substituto extraneo ,
iuxtà commune votum parentum propriæ posteritati pro-
spiciens , de quo *in l. cum Auus ff. de condit. & demonstr. &
in l. cum acutissimi , C. de fideicomm.* Soccin. *d. consil.* 227. *sub
numero* 7. *vol.* 2. Mantic. *de coniectur lib.* 11. *tit.* 10. *numero* 20.
Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 89. *numero* 103. Ru-
stic. *in comment. ad d. l. cum Auus lib* 2. *cap.* 15. *numero* 82.
Decian. *cons.* 33. *sub numero* 22. *volum.* 5. Giouagnon. *d. cons.*
21. *numero* 11. 12 43. *&* 83. *volum.* 1. Rota *Bononien. in subse-
quenti decis. post d. cons. sub numero* 16. *&* 17. *&* Rota nostra
coram Dunozett. Iun. *decis.* 981. *numero* 9.

Adeout extinctione nobilis Familiæ causam honestam
27 legitimandi naturales † pro eiusdem Familiæ conserua-
tione ex mente testantium , ac iuris dispositione proba-
uerint , ex ratione Text. *in § Sit igitur licentia autentica*

quibus mod. natural. lib. efficiantur, Gozzad. *in cons.* 6. *nu-
mero* 83. Soccin. Iun. *cons.* 97. *sub numero* 34. *volum.* 2 Me-
noch. *cons.* 19 *numero* 21. Surd. *d. consil.* 1. *numero* 105. Cyriac.
d. contr. 208. *num.* 54. & ita concludit Modern. Veous. In
contrarium adductus Theatr. *verit. & iust. de fideic. disc.*
68. *sub n.* 23. *&* 24. Rota coram Comitulo *dec.* 74. *n.* 31. *&* 32.

Neque in descendentibus illegitimis futuris , & inco-
gnitis Testatori, viget illa ratio honestatis , † quæ adest in 28
propriis filiis , vt in propropofito animaduertunt Soccin.
d. cons. 63. *sub numero* 19. *volum.* 3. Giouagnon. *d. cons* 21.
numero 73. *volum.* 1.

Non quarta exceptio pariter aduersari , visa est ex eo ,
quod Comes Hercules natus fuerit ex coitu adulterino ,
cum Ioseph Maria eius Pater esset vxoratus tempore il-
lius conceptionis , † quia Comes Palatinus id habens in 29
facultatibus , in hoc qooque casu legitimat , & ex restitu-
tione plenaria ad oatales , & ad ius succedendi non dicitur
amplius simplex dispensatio, † sed vera legitimatio, Itaut 30
sic legitimati comprehendantur in dispositione , vel con-
ditione filiorum legitimorum , & naturalium , Castren.
d. cons. 432 *numero* 2. *parte* 2. Eugenius *cons.* 52. *numero* 48.
& 49. *& cons* 53. *per tot. vol.* 1. Cyriac *d. controu.* 208. *nume-
ro* 72. *& seqq.* Mantic. *de coniectur lib.* 11. *dicto tit.* 10. *nume-
ro* 20. *& sub numero* 31. Marescott *var. resol. lib.* 3. *cap.* 20.
numero 11. Rota coram Achill. de Grass. *d. decis.* 5. *qui fil.
sint legitim. & in diuers. part.* 1. *decis.* 661. *numero* 4. *& in re-
cent. parte* 1. *d. decis.* 388. *numero* 8. *& parte* 5. *decis.* 100. *nu-
mero* 5. *& seqq & coram* Vbaldo *d. decis.* 217. *numero* 8. *re-
petit in recent. parte* 3. *decis.* 600. atque in spuriis , & ince-
stuosis legitimatis † à DD. de Campegiis præ cæteris ex- 31
plicant Giouagnon. *d. cons* 21. *numero* 82. *vol.* 1. Rota *Bono-
niea in subsequenti decis. post d. cons.* 21. *sub numero* 14. , &
discusso ad partes articulo magistraliter firmauit Rota co-
ram Comitulo *decis.* 37 66. *&* 74. *& coram* Merlino *decis.*
832. *numero* 20. & io filio vxorato legitimato à DD. de
Campegiis coram Dunozett. Iun. *decis.* 981. *numero* 6.

Non etiam quinta exceptio Dominis obstitit *ex Con-
stitutione* 86. *Pii IV. in Bullario antiq. & in ordine* 45. *Bullar.
non impress. Lugdun. tom.* 2. quia Constitutio hæc resistit
naturalibus legitimatis in præiudicium † substitutorum , 32
quando legitimatio facta fuit contra voluntatem Testa-
toris, vt post alios latè consuluit Giouagnon. *d. cons.* 21. *ex
numero* 16. *vol* 1. Merlin. in contrarium adduct. *de legitim.
lib.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 8 *sub num.* 27. Rota *recent. part.* 1. *d. decis.*
388. *num* 1. *& per tot. & part.* 5. *d. decis.* 100. *num.* 55. *&* 56.
& decis. 319. *num.* 17. *&* 18. Vbald. *d. decis.* 217. *num.* 13. *repet.
in recent. part.* 3. *decis.* 600 Dunoz. Iun. *d. decis* 981. *numero*
14. Reuerendissimus Ninot *d. decis.* 13. *numero* 20. *& seqq.
& in Bononien. fideicommissi de Nascentoriis* 14. *Martii*
1668. *§. Et cum hac intelligentia , &* 16. *Ianuarii* 1669. *§.
Supposito , coram Eminentissimo Carpineo Prodatario.*

Noo denique sexta exceptio aduersari visa est circa de-
fectum volunratis in Dominis de Campegiis legitimanti-
bus ob non expressum præiudicium, quod ex legitimatio-
ne insurgebat Com Zambeccariis substitutis , quia legiti-
mantes hæc omnia præuiderunt , & cogitarunt, cùm eis ex-
positum fuerit, vt sunt verba legitimationis , quemadmo-
dum Ioseph Maria erat vxoratus , ex muliere soluta sus-
cepit Herculem , quem cùm postea legitimauerint illum
habilitando ad successionem in omnibus bonis , ac etiam
cuicumque fideicommisso purificato subiectis, vt sunt pa-
riter verba legitimationis, consequens est, vt pernecessè vti
voluerint ea plenitudine potestatis sibi à Pontificibus , at-
que ab Imperatoribus, vt superiùs dicebatur concessa, quæ
necessaria erat pro substinenda successione ad fideicom-
missa etiam purificata , vt erat istud , de quo agitur , ad
quem effectum apposuerunt clausulam, *non obstan. &c.* ex
qua non secus ac ex alia ratione , ne actus reddatur eluso-
rius censetur legitimans , † voluisse vti plenitudine pote- 33
statis, vt concludunt Gaulial. *in l. centurio numero* 35. *ff. de
vulgar.* Menoch. *lib.* 2 *præsumpt.* 12. *numero* 3. *& seqq.* Ro-
dulph *de potest. Principum c.* 3 *per tot.* & qui in contrarium
adducebantur Monetæ *de commutat. vltim. volunt cap.* 7.
numero 117. *et* 118 Barbos. *tract. var. claus.* 41. *numero* 6. *&*
7. ac distinguendo inter apprehensam possessionem , vel
non in simili casu, Surd. *cons.* 203. *sub numero* 39. *et* 40. atque
in his terminis Peregrin. *de fideicomm. d. art.* 23. *numero* 73.
Rota semper admisit nunquam de voluntate dubitans in
iisdem legitimationibus DD. de Campegiis occasione fi-
liorum , † qui ex coitu longè damnabiliori suscepti fue- 34
rant , vt io oatis ex Episcopo , & Moniali professa *coram*

Comitulo dd. decis. 37. 66. *&* 74 & de alijs Spurijs Merlin. *d. decis.* 832. *numero* 20. *&* 21. & de filio vxorati Dunozett. Iun. *d. decis.* 981. *numero* 6. & suppositum fuit in sæpiùs adductis *Bononien. de Nascentoriis coram Eminentissimo Gurpineo Prodatario, & coram Reuerendissimo D. meo Albergato Decano.*

Et ita vtraque parte pro grauitate articuli subtiliter, & totis viribus informante.

Confirmata fuit hæc decisio 29. Iunij immediatè sequentis coram eodem R. P. D. Rondinino infrà in hoc eodem tomo suis locis, & tempore apponenda.

R. P. D. VICECOMITE.

Perusina Manutentionis.

Mercurii 13. Martij 1676.

ARGVMENTVM.

Regressum ad euitandum in bonis permutatis, in casu molestiarum promissum, opponebantur melioramenta, quæ probata non erant, & poterant mediante cautione succurri. Rursùs etiam retentio pro summa soluta; de qua tamen non apparebat, nisi per simplicem apocham, non recognitam, & vlteriùs tanquam minus legitima sine credito, & mandato ad exigendum, attendi non poterat, vt proinde manutentio, & associatio sint concessa, etiam pro damnis, & interesse; quæ adhuc in iudicio euictionis debentur.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio, ac etiam associatio ad rem permutatam datur vigore pacti reuersiui.*
2 *Regressus ad bona permutata conceditur stante pacto, perinde ac si permutatio facta non esset.*
3 *Melioramenta non iustificata, non habentur in consideratione.*
4 *Melioramentorum generica probatione facta, occurritur melioranti per cautionem de illa reficiendu, postquam fuerint legitimè liquidata.*
5 *Quietantia non recognita nullam facit probationem.*
6 *Solutio deficiente credito, & mandato ad exigendum non dicitur legitimè facta.*
7 *Solutio minus legitimè facta non parit liberationem soluenti.*
8 *Solutio pro rata summæ præscriptæ bonificari non debet.*
9 *Euictionis in iudicio veniunt etiam damna, & interesse.*

DECISIO DCLXXIV.

EVICTIS Anselmo Beltrammo prædijs de Gatti, quæ in permutatione facta cum Anastasio receperat manutentionem, & quatenùs opus esset, associationem, ad Prædia di Ronca, & Monte Scorso, permutata ab Auditore Cam. reportauit; Commissa autem mihi causa in gradu appellationis, cum clausula *si quid exequendum*, hodie proposito dubio, Domini responderunt mandatum Auditoris Cam. esse exequendum.

Moti ex illius validitate, resultante ex actis, nec
1 non ex iustitia, † quæ deducitur ex pacto reuersiuo ad rem permutatam in casu molestiarum; Cùm itaque non solùm fuerunt illatæ molestiæ, sed Prædia penitùs euicta, & ex iudiciali mandato ablata, vtique competit
2 regressus ad bona permutata, non secus; † ac si contractus permutationis initus non fuisset, per clarum Text. *in l. cum præcibus, vers. sed si fecaudum fidem, C. de rerum permutatione*, Mangil. *de euict. quæst.* 140. *numeris* 5. *&* 6. Rota *decis.* 142. *numero* 7. *parte* 14 *recentior. & in Firmana Bonorum* 30. *Aprilis* 1674. *§. Euque coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno.*

Non subsistente, quod, & ipse Anastasius passus fuerit molestias in prædijs sibi ab Anselmo in permutatione traditis, adeout pro eorum liberatione fuerit coactus soluere scuta 351. Et insuper Prædia ipsa meliorauerit, expendendo centum quinquaginta circiter, pro quibus omnibus ei competitura sit retentio; Quandoquidem quoad melioramenta, † cùm nulla de eis est habenda ratio, ex late, & cum distinctionibus huius materiæ deductis per Rotam coram Bichio *decis.* 304. *à numero* 11. *cum decem seqq. & signanter numero* 18. *&* 19. *& in Firmana fideicommissi de Natinguerra* 30 *Ianuarii* 1671. *§. finali coram me*; Et in omnem casum, vbi exhiberetur aliqua generica probatio, † satis esse præstare cautionem de illis reficiendis, Menoch. *de recuper. remed.* 15. *numero* 569. & distinguit Rota coram Bich. *mox cit decis.* 304 *numero* 16. *& etiam* Caual. *decis.* 52. *&* 543. *cum aliis in Romana Domus* 1. *Februarii* 1666. *§. sed furtiùs coram Domino meo Beuilaqua Archiepiscopo Alexandrino.* 3 4

Quo verò ad asserta debita soluta pro liberatione Prædiorum ab Anselmo retractorum, responsum fuit ea quoque non esse attendenda; Etenim de scutis ducentum duobus 30. quæ dicuntur soluta Marabouino nulla datur alia iustificatio, quàm simplex receputa, † non recognita, quæ nihil probat, sunt Textus *clar. in l. Instrumenta, l. rationes, l. exempla, C. de probat.* Innoc. *in cap.* 2 *numero* 1. *de fid instrument.* cum concordantibus per Rota coram Dunozett. Iun. *decis.* 626. *numero* 5. *& in rec. decis.* 21. *numero* 14 *parte* 12. 5

Et hæc eadem exceptio percutit etiam solutionem scutorum 69. factam Bonello præter aliam fortiorem, quæ illi obstat deficientia scilicèt crediti, & mandati ad exigendum, † itaut solutio dici non possit legitimè facta, 6
† & eo minus liberatio inducta, *l. qui hominem, §. si nullo, ff. de solutionibus*, cum concordantibus, quos dat Surd. *decis.* 229. *numero* 1. *& per tot* Rota *decis.* 511. *numero* 6. *parte* 10 *& in Fauentina Census* 30. *Ianuarii* 1672. *§. Primo coram R. P. D. meo Calataiu.* 7

Reliqua verò scuta octoginta soluta Cinciæ pro fructibus Census ab anno 1624. in posterum decursis, non venit in totum bonificanda, pro ea scilicèt rata, quæ præscriptione triginta annorum à die, quo cessatum est in † solutione decursa, fuit perempta, iuxtà tradita per Cenc. de Cens. *quæst.* 118. *numero* 18. *vers. Licet autem*, Add ad Buratt. *decis.* 643. *numera* 28. cum ibi concordantibus. Quo verò ad aliam ratam non præscriptam consistentem in scut. quadraginta quinque circiter, intrat compensatio cum alio credito Beltrammi maioris summæ scutorum scilicèt 140. per Peritum liquidata, Summ. *num.* 5. Cui vlteriùs debentur damna, & interesse † occasione euictionis passæ, vt pluribus cumulatis, tradit Mangil. *de euict. q.* 140. *num.* 2. 8 9

Et ità Beltrammo tantùm Informante resolutum fuit.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Pecuniaria.

Veneris 13. Martii 1676.

ARGVMENTVM.

Summam, quam vir, & vxor receperant ab alia muliere, restituere recusabant, sub prætextu implicationis in negotium, quod adhuc durabat, quodque mulier dans, admissa fuisset in sociam, & demum quod ageretur inter mulieres æqualiter priuilegiatas, sed pro restitutione deciditur, quia nullum tempus fuerat restitutioni adiectum, nec aliqua dilatio fuerat concessa; De admissione in sociam non constabat, eaque fieri non poterat post deterioratum negotium; Priuilegiatus verò suo priuilegio non vtitur contra similiter priuilegiatum; damnum præsertim euitare procurantem.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Testibus, qui vendiderunt loca Montium, & pretium alteri consignarunt, vti de facto proprio deponentibus, & ministris plurimum est deferendum.*
2 *Libri Mercatoris contra scribentem plenè probant.*
3 *Locupletari nemo debet cum iactura aliena, idque contro iustitiam, & æquitatem est.*
4 *Pecuniam qui dedit ad effectum illam implicandi in negotio, potest quandocumque illam repetere, si nulla dilatio, aut temporis restitutioni sit concessum.*
5 *Societas si ex coniecturis probari prætenditur afferri debent actus, qui citro ius, & nomen societatis fieri nequiuerint.*
6 *in Socium, qui à principio non fuit admissus, non potest contra sui voluntatem postea recipi ad iacturam, cùm ab initio æqui ad lucrum, & damnum deberet admitti.*
7 *Mulier ex Statuto Vrbis tenetur seruare solemnitates in omnibus contractibus, in quibus ledi potest, etiam in contrahenda societate.*
8 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum, vbi non est par causa priuilegiorum.*
9 *Mulier agens de damno vitando, defectum solemnitatum opponit contra mulierem lucrum captare quærentem.*
10 *Mulier esset in notabili damno, si notabilem summam amitteret contra aliam mulierem illam superlucrari prætendentem.*

DECISIO DCLXXV.

PRO restiturione scut. 2119. egit Constantla contra Annam, & Alexandrum, qui illa receperant ad effectum erogandi in negotium Mensæ nummolariæ ab ipsis apertæ, & sententiam fanorabilem cum mandati relaxatione, obtinuit ab A. C. sed interposita appellatione, & Causa mihi commissa, dubitaoi, An ad restitutionem dictarum pecuniarum Anna, & Alexander tenerentur, & affirmatiua prodijt resolutio.

Siquidem de credito Constantiæ constat, tùm ea depositione duorum Testium affirmantium illam vendidisse loca Monrium, & pretium per eorum maous ad dictum effectum fuisse exactum, & consignatum Alexan-
1 dro, & Anoæ Mariæ, † quibus Testibus tanquam de facto proprio depooentibus, & tanquam Ministris negotij plurimum est doferendum, Rota *decis. 57. numero 21 parte 12. recentior.* tùm ex confessione eorundem Annæ Mariæ, & Alexandri, quæ superat omne genus pro-
2 bationis, † tùm demum ex libris negotij, qui contra Scribentem plenè probant *l. quædam sunt §. fin. ff. de eden. cum aliis in decis. 639 & 654. vtrobique numero 1. coram* Dunozetto. Vndè restitutio euitari non potest, nè aliàs Alexander, & Anna, qui pecuniam habuerunt con-
3 tra omnem † iustitiam, & æquitatem locupletentur cum aliena iactura, *l. plenè, ff. de petit. hæred. l. si quis mancipiis §. fin. ff. de instit.* & plures congerit Coccin. *decis. 978. numero 17. & sequen.*

Nec refert negotium adhuc non apparere dissolutum,
4 † quia cùm nullum tempus adiectum fuerit restitutinoi, nec alio modo dilatio concessa non impedit Constantia creditria, quin ad sui libitum pecunias repetere possit à debitoribus, noo subsistente respoosione allata pro Anna Maria, & Alexandro, nempè, quod Constantia admissa fuerit io coosociam, propterea societate adhuc durante non licere repetere capirale pecuoiarum io ea collatum, quia cùm nulli dentur actus, qui societatem inferaot, dici non potest de ea constare, quando enim societatem fuisse contractam expressè non apparet, sed
5 probari vult ex coniecturis, & præsumprionibus, † afferri debent actus, qui citrà ius, & oomeo socij fieri nequiuerint, Dec. *cons. 548. numero 5.* Castren. *cons. 73. numero 3. & sequen. libro 2.* Ruin. *cons. 91. numero 9. & 10. libro 1.* Rota *decis. 251. numero 10. coram* Merlino, & *decis. 94. numero 7. coram* Eminentiss. Otthobon. & *decis. 56. numero 9. part. 14. recens.*

Verùm in præsenti non solùm desunt isti actus sociales, sed maoifestè constat Constantiam ounquam fuisse admissam in sociam, cùm ex lectura Capitulorum super contractu societatis initorum, liqueat societatem fuisse dumtaxat cootractam inter Aonam Mariam Alexandrum, & Petrum Piscatorem, nullo facto verbo
6 de Constantia, † quæ proinde contra propriam voluntatem non debet hodie, quo negotium est deterioratum ad libitum Annæ Mariæ, & Alexaodri amplius admitti ad certam iacturam, dum non fuit admissa ab initio, seù in tempore, quo incertum esset negotium ad damnum, seù ad lucrum se potuisse haberi, Paris. *cons. 90. numero 44. lib 1.* Scacc. *de commerc. & camb. §. 3. glos. 3. numero 5.*

Nec ex quærela à Constaotia porrecta infertur ipsam quoque fuisse sociam, cùm ad summum ex ea resultet pecuniam ab eius maoibus fuisse exttactam sub specioso prætextu illam admittendi ad participationem, non autem quod realirer fuerit admissam, etiamsi ipsa ralem voluntatem habuerit, quinimò ipsa tanquam mulier societatem contrahere nequibat absque solemnitatibus sta-
tutarijs, † quæ requiruntur, & seruandæ sunt in quo- 7
libet contractu, vbi mulier lædi potest, vt de societate Alex. *cons. 154. numero 7. lib. 2.* Pic. *ad Statut. Vrb. glos. 7. numero 291.* Maotic. *de tacit. lib. 6. tit. 26. in fin.* Rot. *decis. 467. numero 2. coram* Buratt. *& decis. 295. in fine, apud* Posth. *de manut. & decis. 345. numero 11. coram bon. mem. Cardin. Celso.*

Non obstat, quod priuilegia concoassentur ea eo, quod agatur inter mulieres æquè priuilegiatas; Vndè inferebatur opus non fuisse solemnitatibus, quia præter quod
io societate aderat Alexander vir, † hoc non procedit 8
quando non est par causa vtriusque priuilegiati, sed alter eorum agit de lucro captando, & alter de damno euitan-
do, † quia tunc potior est causa faragentis damnum eui- 9
tare, qui rectè opponere potest de defectu solemnirarum Statuti Rota coram Gregor. *decis. 164. numero 6. ad d. numero 12. & decis. 175. numero 29. coram* Merlino, vt io præsenti contingit, vbi Anna Maria tractat de lucro captan-
do, dum recusat pecunias receptas † restituere. Con- 10
stantia verò quærit euitare damnum, quod nimis certum subiret, si hanc summam scutorum 2119. amitteret, Scacc. *de commerc. & camb. §. 1. quæst. 7 parte 2. ampliat. 8. numero 272. & 290.*

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Transactionis.

Lunæ 16. Martii 1676.

ARGVMENTVM.

Quia per transactionem fuerat conuentum restitui certam pecuniarum summam ad tempus in ea limitatum, & deinde fructus, eodem tempore durante, qui vlterius postea per plures annos soluti sunt, & exacti; Illos ideò pro tempore in transactione præfixo licitos esse deciditur; alios verò tanquam vsurarios in sortem imputari mandatur, & quod vltrà solutum est, fore restituendum, plura ideò etiam de lucro dotis, & intellectu duorum capit. Statuti Vrbis *lib. 1. cap. 131. & 137.* in eadem Decisione deducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Fructus soluti durante tempore in transactione conuento ad soluendam sortem, tanquam pars contractus eiusdem transactionis non possunt de vsura redargui.*
2 *Annua præstatio in transactione promissa durante tempore præfixo solutioni sortis, si licitè non deberetur, pro tanto minus diceretur transactum.*
3 *Soluit minus, qui tardiùs soluit.*
4 *Fructus soluti post tempus in transactione præfixum ad soluendam sortem, dicuntur vsurarij.*
5 *Fructus indebitè soluti ministerio legis computantur in sortem, & extinguunt debitum, & quod vltra solutum est, restituitur.*
6 *Fructus indebitè soluti, nec etiam inter mercatores ab vsuris soluantur sine requisitis* Castrensis.
7 *Lucrum dotis debitum vig. Statuti Vrbis* lib. 1. cap. 131. extan-

extantibus filijs debetur quoad solum vsufructum, etiam quod filij coniugi superstiti prædecedant.

8 *Lucrum dotis debitum coniugi superuiuenti quoad vsumfructum vig. Statuti Vrb.* lib. 1. cap. 131. *remanet in hæreditate coniugis prædefuncti, si filij postea decedant.*

9 *Fructus dotis debiti ex Statuti Vrb.* lib. 1. cap. 137. *concurrentibus requisitis, etiam de lucro dotis debentur.*

10 *Fructus alioquin etiam pro lucro dotis vxori debiti, non amplius debentur, si mulier secundo nubens dictum lucrum non dedit in dotem, sed sibi vti paraphrenale retinuit.*

11 *Fructus dotis mulieri ex Statuto Vrbis pro alimentis debentur.*

12 *Fructus dotis non amplius debentur mulieri secundo nubenti, si illa secundo viro amplam dotem constituit.*

13 *Paraphrenum est quid distinctum, & separatum à dote, & ideò non gaudet priuilegijs eiusdem dotis*

14 *Fructus indebitè soluti computantur in sortem, quacumque obseruantia, aut præscriptione contraria non obstante*

15 *Obseruantia, & præscriptio non possunt reddere licitos fructus, qui de iure non debentur.*

16 *Exactum semel iterum exigi bona fides non patitur.*

DECISIO DCLXXVI.

INTER cætera deducta in transactione stipulata anno 1622 inter clar. mem. Cardin. Angelum Celsum olim huius Sacri Tribunalis Auditorem, & Angelam Gabrielliam conuentum fuit huic solui debere sc. 1500. intra quadriennium, & interim fructus ad rationem septem pro centenario, & anno; Verùm quia non solùm per quatriennium, sed successiuè fructus diù soluti fuerunt; Hinc post Eminentiss. fratris obitum D. Fabius Celsus prætendens, conuentionem illicitam, & fructuum exactionem indebitam, obtinuit ab A. C. sententiam declarantem illos non deberi, & solutos in sortem imputandos, à qua cùm hæredes Angelæ appellauerint, proposui dubium, An fructus debeantur, itaut creditum non sit extinctum, & fuit resolutum, fructus non deberi, nisi pro quatuor annis, & creditum esse extinctum.

Durante enim quadriennio conuentio soluendi fructus de vsura redargui non valet, quia cùm interim Angela summam promissam petere non posset, fuerunt constituti fructus non ratione moræ in soluendo, sed tanquam pars contractus limitati ad certum tempus, quo currente,
1 † talis annua præstatio, vti correspectiua, & in recompensationem, seù potiùs in executionem transactionis, siuè contractus innominati facio, vt des vsuraria dici non potest, Bald. *in l. 1. numero 33. C. de summ. Trinit. & f. d. catholic.* Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. lib. 8. tit. 18. numero 29.* Gratian. *discept. 679. numero 36.* Leotard. *de vsur. quæst. 18. numero 23* Rota *decis. 163. numero 3. & 193. numero 11. coram* Vbald. *& 221. numero 3. post 2. vol. cons.* Farin. *& decis. 330. per tot. parte 13. & 74. numero 1. & 14. parte 14. recent.* maximè quia si talem annuam præsta-
2 tionem, durante quadriennio Angela exigere non † potuisset vtique non diceretur vigore transactionis consequuta scutor. 1500. sed summam longè minorem, ex quo Cardinalis aliàs soluere obligatus statim vt liquet ex verbis transactionis, ibi, *doucrebbe pagare di presente*: soluendo post quatuor annos, non soluisset solidum, sed minus
3 solido, † cùm minus soluere dicatur, qui tardiùs soluit, *l. solidum, vbi glos.* & Castren. *ff. de solut. l. prima, §. edit ores vers. nam & dies, ff. de eder.* Soccin. Sen. *cons. 151. numero 2 lib. 1.* Surd. *decis. 114. numero 7.* tempus enim pars summæ dicitur, *d. l. 1. §. d. eum ff. de eden. d. l. solidum, ff de solut.* Pyrr. Maur. *de solution. cap 41. numero 1. & 2.*

Quadriennio autem elapso nulla fuit apud DD. difficultas exactionem fructuum fuisse illicitam, quia cùm tunc esset in libera facultate Angelæ, & successiuè eius
4 hæredum petere dicta scuta 1500. † interusuria nullo titulo soluta fuerunt, nisi ad protrahen. sortis solutionem, & exactionem, Abb. *in cap. consuluit numero 7. de vsur.* Alex. *consil. 80. numero 6. & seqq. lib 3.* Rota *decis. 94. numero 12. post* Merl. *de pignor. & decis. 16 per tot. coram* Bichio quo casu legis ministerio fructus computantur in sor-
5 tem, † & creditum extinguunt, & quod fuerit vltra solutum, restitui debet soluenti, *ad l. indebitos, Cod. de vsur.* Rota *decis. 289. numero 8. parte 4 & in Saonen. Pecuniaria in recent. decis. 420. & 516. vtrobique numero 2. parte 14.* vbi ampliatur etiamsi agatur inter mercatores, & solitos
6 negotiari, † quando non concurrunt requisita, de quibus Castren. *in l. 3. §. fin. ff. de eo quod cert. loc.* & latissime *in eodem Saonen. 13. Martii 1669. & 17. Aprilis 1671. coram R. P. D. meo Vicecomite.*

Nec fructus post quatuor annos licitè percipi potuerunt sub prætextu, quod Angela per obitum Mariæ Virginiæ filiæ acquisiuisset etiam quoad proprietatem in bonis stabilibus quartum dotale superlucratum per prædecessum viri ad formam Statuti Vrbis *lib. 1. cap. 131.* † quia statu- 7
tum quando, vt hic supersunt filij non defert lucrum vxori relictæ, nisi quoad vsumfructum cum dictione taxatiua *tantum*, quæ operatur, vt nunquam vidua lucrari possit proprietatem etiamsi filij prædecedant, vt sentit glossator Fenzon. *ad idem cap. 131. numero 35. vers. non tamen mortuis*, sed illa remanet in hæreditate coniugis præ-
defuncti, † vel in fideicommisso, quatenùs bona illi su- 8
biecta reperiantur, vt contra viduam familiæ Celsæ respondit Rota *decis. 74. § fundamentum vers. vel in fideicommisso & decis. 80. per tot. post* Fenzon. *repetita in recentior. decis. 117 part. 6.* Coccin. *decis. 1981. per tot. & decis. 178. numero 6. coram Eminentiss. Otthobono.*

Pariter ad effectum, de quo agitur non suffragatur lucrum dotis esse regulandum eodem iure, quo ipsa dos, & quemadmodum fructus dotis post interpellationem de-
bentur, iuxtà alterum *cap. 137.* eiusdem statuti, † ita 9
quoque pro lucro dotali debeantur, vt allegatis pluribus decisionibus huius Sacri Tribunalis probat Fenzon. *ad d. cap. 137 numero 37.* obiectum enim remouetur aduertendo Angelam iterum nupsisse, & secundo viro in dotem non assignasse hoc lucrum dotale, sed illud vel paraphre-
nale sibi retinuisse, † vnde fit, quod fructus consequi non 10
valeret, Rota *decis. 94. numero 8 & 9. apud* Merl. *de pi-
gnor.* nam statutum illos decernit viduæ pro alimentis, † 11
vt in *rubr. & nigro dicti cap. 137.* illis non amplius Angela Indigebat, cùm onus alendi transiuisset in virum, nec vir
petere poterat ratione onerum matrimonialium, † cùm 12
habuisset dotem scutorum 40. mil. quæ ad illa sustinenda inseruiebant, Rota *decis. 80. per tot coram* Gregor. *& d. decis 94. numero 8. & 9. post* Merlin. *de pignor.* & certum
est, quod paraphrenum tanquam à iure dotali distinctum,
† & separatum non gaudet priuilegijs dotis, iuxtà Text 13
in l. si ego, §. dotis, & notat ibi *glos. in verbo sed conditi, ff. de iur. dot.* Innoc. *in cap ex literis numero primo de pignor.* Dec *consil. 521. numero 3.* Rota *dicta decis. 80 coram* Gregor. *& d. decis. 94. num. 9. apud* Merlin. *de pignor.*

Postremò non obstat, quod fructus conuenti diù fue-
rint soluti, † ideò enim imputandi sint in sortem, cùm 14
† nec obseruantia, nec præscriptio reddere potuerit illos 15
licitos, Bald. *consil. 322. numero 3. in fin. lib. 1.* Lupus *de vsur. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. comment. 1. §. 3. numero 102.* Viu. *decis. 36. numero 20.* & præcipuè respondit Rota *decis. 16 numero 21. coram* Bichio prout quod illi recipi potuerint pro alimentis præstitis ab Angela Mariæ Virginiæ filiæ non habet subsistentiam, dum de illis iam fuerat satisfacta ante transactionem, ideò pro illis nihil amplius consequi debebat, cùm bona fides non pa-
tiatur, † quod semel exactum iterum exigatur, *l. bona* 16
fides, ff. de reg. iur.

Et ita vtraque &c.

Supra parte 16. recentior. adest altera præsentis causæ decisio coram bon. mem. Vbago, quæ est ibi in ordine 419.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana, seù Ianuen Laudi.

Lunæ 16. Martii 1676.

ARGVMENTVM.

Sola quæstio legati filio cum adiectione temporis relicti in hac Decisione deciditur, an ea scilicet solutioni potiùs, vel substantiæ eiusdem legati censeatur iniuncta, itaut faciat conditionem, vel nè, ad hoc vt illud ad hæredes transmitti potuerit; & quidquid sit in ex-

tranco,

traneo, communis receptum est, in filio illam conditionem non importare, adeout legatum transmitti potuerit, maximè, quando, prout hic, illud honorabili titulo institutionis fuit relictum.

S V M M A R I V M.

1 *Tempus adiectum legato à patre filio relictum, facit diem, non autem conditionem importat, & quando vide nu. seqq. ne per totam.*

2 *Legatum remanet purum, non conditionale, si tempus fuit adiectum illius executioni, & solutioni non autem substantiæ legati.*

3 *Legatum purum est transmissibile, & transmittitur ad hæredes.*

4 *Tempus adiectum legato relicto filiis titulo institutionis dicitur respicere solutionem, non autem substantiam legati.*

5 *Tempus certæ ætatis adiectum legato relicta filiis census appositum in gratiam eorum, ne ob defectum eiusdem ætatis ipsi subiiciantur periculo amissionis, & dissipationis illius.*

6 *Conditionem non importat tempus adiectum legato in gratiam filiorum.*

7 *Legatum factum filiis per viam institutionis eo modo iudicatur, ac si de successione vniuersali tractaretur.*

9 *Legatum relictum filiis per temporis adiectionem non redditur conditionale, & supra à numer. 1. & per totam.*

10 *Verba clara non admittunt dubietatem.*

11 *Conditio potestatiua negatiuè concepta, dicitur impleta eo ipso, quod legatarius obierit conditione non adimpleta.*

12 *Voluntas Testatoris facit transmissibile id, quod de iure tale non est.*

13 *Legitima non recipit grauamen, & libere filiis debetur*

14 *Legitima sicut transmissibilis est, ita etiam transmissibile est legatum filio relictum pro legitima.*

15 *Legatum relictum pro legitima etiamsi illa maior sit, adhuc dicitur purum, & transmissibile ex voluntate patris.*

16 *Testator si filio legatario substituit filium superuiuentem, intelligitur substituisse in ipso legato, non autem in alimentis.*

17 *Alimenta morte legatarii expirant.*

18 *Pater si filios simpliciter in conditione positos, non vocauit expressè, successionem ab intestato eis saltem dicitur præseruasse.*

DECISIO DCLXXVII.

LEGATVM ducatorum 25. mil. quod vnicuique ex
suis secundogenitis reliquerat Marchio Andreas Im-
perialis esse transmissibile, quamuis duo eorum morte
præuenti non peruenerint ad ætatem annorum triginta,
infirmando decretum Rotale R. P. D. mei Rondinini fir-
mauit Rota coram me die 10. Iunij * proximè præteriti, &
cum hodie dubitauerim, An esset standum in decisis, pla-
cuit Dominis quoad articulum transmissionis affirmatiuè
respondere, & reliqua particulari discussioni reseruare.

Nam iterum in hac parte visum est Laudum non susti-
neri, dum arbitratur legatum esse conditionale, & con-
sequenter Augustinum, & Iosephum è viuis ereptos non-
dum exacto anno trigesimo, & sic ante purificatam con-
ditionem, illud non transmisisse ad fratres superstites, quod
non subsistit, cùm tempus adiectum huic legato relicto à
1 patre filijs, quidquid sit in extraneo, faciat diem, † non
autem conditionem importet, ex quo appositum est exe-
2 cutioni, & solutioni, † non autem substantiæ legati, quod
3 † propterea remanet purum, & transmissibile, & præter
relatos in præterita *decis. §. sed his*, comprobant Mantic.
de coniect. vlt. vol lib. 11 tit. 23. num. 15. & 16. nu. 22. & seqq.
Giouagn. *resp 40. nu. 16.* in puncto Rot. *decis. 959. nu. 2. & 3.*
coram Card. Seraphin.

Quod autem tempus non sit adiectum substantiæ, sed
dumtaxat executioni colligitur ex eo, quod Pater legatis
alimentis, & quam annua præstatione certis modo, tem-
pore, & quantitate præstanda suis secundogenitis donec
dictam ætatem triginta annorum expleuerint, mandauit
primogenito vniuersaliter scripto solutionem dicti legati,
ibi. *A ciascheduno delli miei figli compita l'età d'anni 30. sia*
obligato il mio herede vniuersale di pagare ducati 25. mil. per
legitima, vita militia &c. † ex quibus verbis liquet tempus 4
respicere solutionem, quam temporis dilatione Testator
qualificauit, non autem substantiam legati relicti honora-
bili titulo institutionis, quàm purè absque temporis præfi-
xione ordinauit, quinimò tempus certæ ætatis triginta † 5
annorum censetur, appositum in gratiam filiorum, ne
propter imbecillitatem ætatis subijcerentur periculo amis-
sionis, & dissipationis, ideò conditionem importare non
valet iuxta Text *in l. Seius Saturninus, ff. ad Trebell.* An-
tonell. *de tempore legali lib. 4. cap. 4. sub n. 17.* & firmant alij
adducti in præterita *decis. §. sed his*.

Et benè congruit præsenti hypothesi dispositio allegati
Text. *in l. Seius Saturninus*, tum quia agitur de legato fa-
cto per viam institutionis, † quod operatur, quod de eo iu- 7
dicetur, sicuti de successione vniuersali, Corn. *consil. 105.*
nu 4. lib. 4. Curt. Iun. *cons. 13. nu. 3. & 4. lib. 1* Menoch. *præ-*
sumpt 194. n. 50. lib. 4. Fusar. *de substit. qu. 650. nu. 88.* Tondut.
resolut. Ciuil. cap. 85. n. 10. & 12. lib. 1. Tum etiam quia dict.
Textus tunc requirit agi de tota hæreditate quando præ-
tenditur fiducialitas, † non autem quando inducitur ad 8
transmissionem inducendam, quæ cum sit fauorabilis filio,
& vtilis, non refert quod agatur de tota hæreditate, aut
de legato, vt notat Barri *de success. lib. 12. tit. 3. nu. 17. vers.*
idem obtinet, & in hac materia, quod tempus non faciat † 9
conditionale legatum relictum filijs passim allegatur dict.
Textus, prout allegant Castren. *cons. 123. num. 2. lib. 1.* Cy-
riac. *controu. 72. num. 47.* Laderch. *cons. 23. sub n. 4. vers. Ter-*
tia est.

Nec subsistit Testatorem adiecisse tempus tàm solutio-
ni, quàm substantiæ, dum vnica oratione vtrumque com-
plectitur, quia ex lectura constat duas esse orationes distin-
ctas, & rectas à suo proprio verbo, cum prima dirigatur
pro solutione ad hæredem, & proprio verbo regatur, ibi.
Il mio herede sia obligato pagare &c. Altera ad legatarium
pro institutione, quæ pariter independenter regulatur, &
regitur à suo verbo, ibi. *Nelli quali l'instituisco &c.* † quod 10
cùm per se sit clarum non admittit dubietatem, vt post
Text. *in l. ex his, ff. quando dies legati cedat*, tradunt in spe-
cie Ancharano *cons. 232 nu. 1.* Giouagn. *resp. 64 n. 14. lib. 1. ad*
fin. vers. quibus lib. 1.

Minus releuat, quod legatum relictum sit etiam sub
conditione negatiua, ibi. *Non facendosi Caualiere di Malta*
nè Prete regolare, nè Monaco &c. Vnde inferebant Infor-
mantes pro Marchione conditionem impletam non fuisse,
quia dupliciter visum fuit Dominis obiectum remoueri.
Primò, quod hæc non est conditio, sed ademptio legati in
casum ingressus religionis, aut vitæ regularis. Secundò,
quia etiam si dici posset conditio, † hæc tanquam protesta- 11
tiua negatiuè concepta pendens à voluntate legatarij
impleta remansit eo ipso, quod filij legatarij obierunt reli-
gionem non ingressi, & militia regulari non assumpta, iux-
ta Text. *in l. non si, ff. de cond. indebit. & in §. si quis ita instit.*
de verb. oblig. vbi latè Oinotom. & alij scribentes.

Rursus Domini ad transmissionem inducendam ponde-
rarunt Testatoris voluntatem, † quæ facit transmissibile 12
id, quod de iure tale non est, Peregrin. *cons 69. nu. 20. lib 3.*
Censal. *ad eundem de fideic. art. 31. vers. Ex his tamen*, & ad-
mittit præterita *decisio, §. Et quamuis*, & hæc disponentis
intentio eliciebatur ex pluribus. Primò, quia tale lega-
tum fuit relictum secundogenitis, etiam pro legitima, quæ
† nullum grauamen recipit, & liberè filijs debetur, iuxta 13
Textum *in l. quoniam in prioribus C. de inoff. test.* & quem-
admodum illa est transmissibilis, † ita quoque debet esse 14
legatum eius nomine relictum, Merlin. *de legit. lib. 3. tit 3.*
qu. 9. num. 5. Rot. coram Bichio *decis. 320. num. 27.* quæ con-
clusio procedit etiamsi dictum legatum posset dici, aut es-
set maius legitima, † quia nihilominus censetur purè reli- 15
ctum, & transmissibile ex voluntate patris ex doctrina
Bartoli *in leg. Titio Centum §. Titio genero numer. 4 ff. de con-*
dition. & demonstration. quam egregiè defendit Fontanell.
de pact. nuptial. claus. 6. glos. 3 part. 1. num 4. & seqq. & num.
11. & seqq. & n. 17. & pluribus seqq. Secundò, quia Testa-
tor ijsdem secundogenitis decedentibus in pupillari ætate
vel alias ab intestato quandocumque sine filijs, substituit

16 superstites in portione defuncti , quæ portio secundùm
sensum , & opinionem substituentis esse non poterat , ni-
si ipsum legatum , siue decessissent ante , siue post annum
17 trigesimum, cum verificari non posset in alimentis , † quę
morte legatariorum expirabant , *l. Dominus §. final. ff. de vsufruct.* Noal. *de transmiss. cas. 66. num.* 17. in puncto Rot. *d. dec. 959. num. 2. & 3. coram Card. Seraph.*

Tertiò accedit , quod filij horum filiorum morientium
ante etatem triginta annorum nihil prorsus habuissent ex
hæreditate Aui , quod esset magnum absurdum , non so-
lùm contra præsumptam , sed etiam expressam illius vo-
luntatem , qui dum nepotes in conditione posuit de illis
18 cogitauit , † etsi illos expresse non vocauit , saltem eis-
dem præsumitur præseruasse successionem ab intestato,
vt post *glos. in l. Lucius , ff de hæred. instit.* Alex. *& alios* firmat præterita decisio.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Altera præsentis causæ Decisio est impressa supra in hoc eodem tomo secundo , & ibi est in ordine 534.

REVERENDISSIMO DOMINO ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Montis Falisci Cambij.

Lunę 16. Martij 1676.

A R G V M E N T V M.

Contra minores vti hæredes debitoris fuerat relaxatum mandatum in eorum proprijs bonis , & persona , quod ideò reuocandum deciditur , quia de qualitate hæreditaria non constabat , nec suffragabatur aditio facta à Procuratore constituto per tutorem antequam impleret solemnia , prout nec minus altera ipsius tutoris , quia pupilli erant maiores septennio , & ideò etiam ipsi , non solus tutor in ea interuenire debuisset ; Actus verò facti ab ijsdem minoribus , tamquam sine solemnitatibus , eisdem nocere non poterant.

S V M M A R I V M.

1 *Mandatum relaxatum contra personam, & bona propria illius , qui non iustificatur esse hæredem debitoris , reuocari debet.*
2 *Fideicommissum , quod literaliter legitur in testamento , maiori probationi non eget.*
3 *Identitas bonorum fideicommissi probatur ex testibus de ea deponentibus , iunctis etiam adminiculis.*
4 *Tempus annorum centum , & vltrà , antiquissimum reputatur.*
5 *Identitas in antiquis probatur etiam præsumptionibus, & coniecturis.*
6 *Qualitas hæreditaria concludenter iustificari debet.*
7 *Aditio hæreditatis facta à Procuratore constituto per tutorem , antequam adimpleuerit solemnia , non suffragatur.*
8 *Tutor si pupilli sunt maiores septennio , non potest per se ipsum adire hæreditatem , cum etiam eorum interuentus requiratur.*
9 *Aditio hæreditatis non probatur ex actibus gestis à minoribus sine solemnitatibus , & supra sub numero 6.*
10 *Actus gesti à minoribus sine solemnitatibus illis præiudicare non valet.*

D E C I S I O DCLXXVIII.

RESolutum fuit sub die 21. * Iunii præteriti executionem mandati ab Auditore Cameræ relaxati,
contra bona hæreditaria Petri , cum exequatur contra bo-
na propria Hortentij , & fratrum de Ciottis esse reuocan-
dam , † quia illi non sunt hæredes Petri debitoris , & Possi- 1
dent Vineam , super qua fuit facta executio , non vti hæ-
reditariam Petri , sed vti propriam tanquam vocati ad fidei-
commissum quondam Sfortiæ senioris de Ciottis , in cuius
bonis illa fuit , vt in Decisione tunc extensa , cuius funda-
menta , hodie causa reproposita Dominis placuerunt.

Fideicommissum enim dicti Sfortiæ cum substitutione
reciproca inter omnes eius descendentes in infinitum , † & 2
perpetua prohibitione alienationis , literaliter continetur
in illius testamento ; Vocatio autem dictorum fratrum
non fuit reuocata in dubium , & identitas vineæ abundè
iustificatur ex depositionibus Testium , † suffultis varijs 3
adminiculis , cum tamen in re † antiquissima centum , & 4
vltra annorum † sufficerent etiam præsumptiones , & co- 5
niecturæ , ex Text. *in capitulo cum causam de probat.* prout
latè ea omnia comprobantur in alia Decisione , in qua
etiam plenè remouentur obiecta alias adducta , tam circa
detractiones competentes Petro debitori , quam circa præ-
tensa melioramenta.

Nec executio super dicta Vinea substineri potest ex eo,
quod fratres Rei conuenti sint hæredes Petri debitoris ,
quia talis qualitas nunquam fuit legitimè iustificata , † nec 6
induci valet ex aditione hæreditatis dicti Petri facta per
Procuratorem ad id constitutum à Christophoro eorum
Tutore , neque ex alijs actibus tali nomine ab ipsis gestis ;
Aditio enim fuit nulla tanquam facta à Procuratore † con- 7
stituto à Tutore , antequam adimpleuisset solemnia , &
tempore quo ijdem fratres erant maiores septennio , pro-
pter quod ipse non poterat ex se hæreditatem adire , † sed re- 8
quirebatur præsentia pupillorum , vt sunt Textus *in l. potuit C. de iure deliber. & in l. Pupillus si fari , ff de acquir. hæredit. ibique Glossa* , & firmauit Rota *decis. 64. num. 8 &*
9. part 8. recent. † alij verò actus recensiti in præceptis po- 9
sitionibus , vti facti à minoribus absque vlla solemnitate
statutaria , † non potuerunt illis præiudicium inferre , vt 10
plenè dictum fuit in alia *decisione §. quod enim , & sequenti* , cum qua propterea vti in omnibus subsistente Domini transierunt.

Et ita fratribus de Ciottis tantum informantibus , Ventorello verò informante non curante resolutum fuit.

Altera præsentis causæ decisio coram dicto R. P. D. Emerix est impressa supra in hoc eodem tomo secundo huius decimæ octauæ partis rec. vbi est in ordine 554.

R. P. D. V B A G O.

Mediolanen. Prioratus.

Veneris 20. Martii 1676.

A R G V M E N T V M.

Probatio qualitatis iurispatronatus principaliter in hac decisione deducitur ; Illud nempe esse gentilitium , & agnatitium ex enunciatiuis , inscriptionibus in Ecclesia , ex verbis posteris , & successoribus per lineam masculinam , ex historijs , & demum ex obseruantia desumpta , quæ omnia probata illius existentia , plusquam exuberant ad hunc effectum , reiecta interpretatione , quod quibusdam in locis denominentur , etiam posteri , & successores , quia dd. verba sunt verificabilia , etiam verificabilia in descendentibus à fœmina , vel adsit restrictiua ipsis , & nonnullis , quia habita probatione illius qualitatis , hæc , & similia nihil , aut parum concludunt.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus à Sacra Rota declaratum, maiori declaratione non eget.*

2 *Iuspatronatus qualitas, posita illius substantia leuioribus probationibus probatur.*

3 *Iuspatronatus esse gentilitium ex quibus remaneat iustificatum, & n. seqq.*

4 *Enunciatiuæ antiquæ plenè probant.*

5 *Iuspatronatus esse agnatitium resultat ex verbis posteris, & successoribus per lineam masculinam descendentibus.*

6 *Iuspatronatus si dicatur esse alicuius nobilis familiæ, eo ipso remanet probata qualitas gentilitia, & agnatitia.*

7 *Agnati sunt, qui retinent nomen familiæ, non autem filii, & descendentes à fœminis.*

8 *Inscriptiones factæ in Ecclesia plurimum attenduntur ad probationem iurispatronatus, & qualitatis illius.*

9 *Historicis etiam maximè circa probationem defertur.*

10 *Iuspatronatus esse gentilitium, & agnatitium ex historicis remanet probatum.*

11 *Iuspatronatus, cuius initii memoria non extat ex historiis probatur.*

12 *Iurispatronatus qualitas, ex illius obseruantia remanet iustificata.*

13 *Probatio, quæ ex obseruantia resultat, dicitur concludentissima probatio, etiam qualitatis iurispatronatus.*

14 *Obseruantia etiam sola sufficit ad probandam qualitatem iurispatronatus.*

15 *Obseruantia probat iuspatronatus pertinere ad solos masculos, quamuis verificatum non sit adstitisse fœminas, easque præsentare volentes fuisse exclusas.*

16 *Iuspatronatus etiamsi dicatur spectare ad aliquos de familia, non inde excluditur tota familia, si nulla dictio taxatiua sit expressa.*

17 *Ratio declarationis magis attenditur, quam ipsa declaratio.*

18 *Verba* posteri, & successores, *quamuis comprehendant descendentes à fœminis, tamen secundum subiectam materiam restringuntur ad solos descendentes masculos.*

19 *Hæredum nomen restringitur ad hæredes sanguinis, & non comprehendit descendentes fœminarum, vbi aliunde dignoscitur iuspatronatus esse gentilitium.*

20 *Iuspatronatus etiamsi dicatur spectare ad nonnullos de familia, non ideo excluduntur omnes de eadem familia.*

21 *Verbum,* nonnulli, *siue* aliqui, *accipitur etiam in sensu vniuersali, & omnes significat.*

22 *Dictio relatiua, & restrictiua,* ipsis, *adhuc refertur ad omnes, si aliunde probatur aliquid ad omnes spectare.*

23 *Probatio aliunde resultans, excludit vim restrictiuæ, quæ ex dictionibus* nonnullis ipsis, *& huiusmodi forsitan resultaret.*

24 *Præsentatus à familia, ad quam spectat ius præsentandi, in concursu præfertur præsentato ab alia familia, quæ vel nullum ius habet, vel minus habere cenenscitur.*

25 *Præsentatus à descendentibus personarum, quæ alias præsentarant instituendus est, etiamsi non probetur descendentia eorum à fundatoribus.*

DECISIO DCLXXIX.

VACANTE Prioratu Ecclesiæ S. Mariæ de Campo Mortuo, Secretarius Angelus, & Petrus fratres ac alij plerique de nobili familia Mantegatia Canonicum, Ioannem Baptistam Mantegatiam, alij verò asserentes se de eadem familia, vel per fœminas ab ea descendente Abbatem Constantium Galeratum præsentarunt. Orta propterea controuersia cui deberetur institutio Io: Baptista primo ab Ordinario, & deinde à Rota sententiam fauorabilem reportauit, à qua cum mihi fuerit commissa causa appellationis dubitaui, An sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda, & Domini confirmandam esse censuerunt.

Etenim validitas non fuit controuersa, & iustitia visa est satis clara, quia, quod Prioratus sit de iurepatronatus, fuit dubitatum, nec dubitari potuit, non solum quia ab vtraque parte asserebatur, † sed etiam quia fuit alias in 1
hoc Sacro Tribunali plenissimè firmatum *in Mediolanen. Prioratus 14. Martii 1646. coram bo. me. Card. Corrado*, ac etiam ex infra dicendis sufficienter dignoscitur.

Quo autem ad qualitatem ipsius Patronatus, quæ supposita eius substantia, † leuioribus probationibus solet esse contenta *decis. 675. numer. 3. propè fin. part. prima recent.* 2
Visum est eam dignosci familiarem, itaut ad solos de nobili familia Mantegatia existentes pertineat ex pluribus. Et primò, ex præsentatione de anno 1490. effectum fortita, in qua expressè habetur Prioratum esse de iurepatronatus illorum de agnatione de Mantegatijs, ibi, *qui Prioratus de iurepatronatus infrascriptorum de agnatione de Mantegatiis existit*, Summar. num. 29. † quæ verba qualitatem gentilitiam apertè præseferunt Rocc *de iurepatronat. in ver. competens num. 10. in fin vers. hanc tamen conclusionem*, 3
Rot. *decis.* 395 *num. 2. par. 1. recent.* Et propter magnam † 4
antiquitatem, etiamsi enunciatiuè tantum fuit prolata attenduntur, & probant Dec. *cons. 42. num. 11. vers hinc est*, Peregr. *cons* 33 *n. 19 lib. 1.* & in hoc proposito Rota *dec. 482. n. 3 par. 1. recent.*

Secundò, ex Bulla san. mem. Innocentij Octaui de anno 1492. in qua idem Summus Pontifex ait, quod cùm sibi plenè informatu non solum per instrumentum antiquæ sententiæ, sed etiam voce, & fama, & quam pluribus alijs liquidè constiterit illos de Domo, & familia de Mantegatijs fuisse, & esse fundatores, & dotatores, & veros Patronos dicti Prioratus, sicut Sixtus Quartus suus Prædecessor decreuerat, & declarauerat, illud pertinere ad certos quosdam alios de eadem familia existentas, & expressè addit, *& eorum ipsorumque cuiuslibet eorum posteris, & successoribus per lineam masculinam descendentibus*, *Summ num.* 30. † 5
quæ pariter verba apertè important iuspatronatus esse familiare, & agnatitium Lambertin. *de iurepatr lib. 1 par. 1. qu. 2. art. 8 num. 1 & seqq.* Lotther. *de Benefic. lib. 2 quæst 11. num 3. vers gentilitius*, Rota coram Bich. *decis. 206 numer. 3.*

Tertiò, ex Bulla sa. mem. Pij IV. in qua habetur iuspatronatus esse Laicorum nobilium familiæ de Montegatijs Summ. *num. 31. in princip* † quod pariter probat iuspatronatus esse gentilitium, vt per Lotther. *d. qu 11. nu. 3.* Rot. 6
decis. 374. num. 11. part. 11. recent. & coram Vbaldo *dec. 117. num. 4. tom. 3.*

Quartò, ex inscriptionibus antiquis, quarum vna in Ecclesia existens, dicit, *Mantegatia Domus Templum hoc struxit agro pingui, multoque reddita Patronatus titulo donauit*, alia verò existens in Campanili, *Patronatus de Mantegatijs*, quæ præsertim vltima qualitatem agnatitiam apertè conuincit, cum agnati sint illi, qui retinent nomen familiæ, & de Mantegatijs vocantur, † non autem filij, & 7
descendentes fœminarum *l. familiæ 196. ff. de verb. signif.* Bald. *in l. 1. num 7. & 8. C. quan. non peten. part* Et non est dubium similes inscriptiones † multum attendendas esse 8
gloss. in cap cum causam verb. per libros antiquos vers. item si reperiatur de probat Ripa *in cap. cum Ecclesia Sutrina num. 97. vers similiter literæ de caus. poss. & propriet.* Bald *consil. 310. vers in contrarium lib. 5.* Rocc. *de iurepatr. in verb. honorificum num. 83. in fin vers an autem iuspatronatus*, Rota *decis. 482. num. 4.* vbi quod sæpius fuit firmatum in Rota *part. 1. & decis. 374. numer. 7. vers. quibus accedit part. 2. recent.* Et præcisè de inscriptionibus præfatis alias firmauit Rot. *in dicta Mediolanen. Prioratus 14. Martii 1646. §. Huiusmodi enim*, vbi aliæ plures Decisiones, & auctoritates cumulantur *coram Cardinali Corrado.*

Quintò, ex historijs antiquis, Pennoti, & Bugati in quibus eodem modo refertur iuspatronatus Ecclesiæ prædictæ fundatum fuisse à nobili familia Mantegatia, & ad eam pertinere, † quibus historijs pariter deferendum esse, 9
aliàs censuit Rota *in hoc proposito* coram Dunozett. Iunior. *decis. 502. num. 2.* † Et præcise ad probandum iuspatronatus 10
esse gentilitium *in recent. decis. 237. num. 9. part. 13.* vbi quod hoc maximè procedit, quando prout hic, agitur de iurepatronatu, † cuius initij memoria non extat, & valdè ho- 11
norifico.

Sextò denique, ex continuata obseruantia admittendi omnes de eadem familia nobili Mantegatia, eosque solos, cui obseruantiæ † multum semper detulit Rota in hac ma- 12
teria probandi qualitatem iurispatronatus, vt coram Merlino *decis. 798. numer. 13. & in recent. decis. 237 numer. 11.*

par.

13 part.13. adeout eam dixerit † concludentissimam proba-
14 tionem *in decis. 220. num. 53. part. 11. recent.* Et de se sola †
sufficientem ad istum effectum *in decis. 482. numer. 6 part. prima recent. & decis. 446. numer. 7. coram Reuerendissimo Royas.*

Neque obstare visum est, quod opponebatur contra hanc probationem ab obseruantia deductam non fuisse ostensum aliquando extitisse descendentes fœminarum, seu alios hæredes extraneos volentes præsentare, & fuisse reiectos, quia maxima verisimilitudo, quod in diuturnissimo tempore plurium sæculorum, & familia numerosissima similes hæredes extiterunt, ac propter conspicuam qualitatem iurispatronatus illud non neglexerint, & spre-
15 uerint, operatur, † vt absque alia probatione eorum existentiæ ac petitionis obseruantia vim faciat, prout alias considerauit Rota *in decis. 41. n. 20. vers. 5. quia post* Vinian. *de iurepatr.*

Nec releuat, quod fa. me. Sixtus Quartus per suas literas declarauerit iuspatronatus spectare ad quinque viros
16 de eadem familia, non autem ad totam † familiam, quia
17 dum nullam addidit taxatiuam, † visa est magis consideranda ratio declarationis, quam ipsa declaratio, iuxta tradita per Mantic. *de tacit lib. 9. tit. 15. num. 5.* Rota coram Merlin. *decis. 471. num. 12. & in recent. decis. 159. num. primo par. 10. & decis. 538. num. 90. par. 13.* Quæ ratio non alia fuit quam, quia iuspatronatus esset fundatus ab ipsa familia, & ad eam pertineret, vt deprehenditur ex lectura literarum, & apertè declarauit Innocentius Octauus in sua Bulla supra relata, dum propterea dixit, quod sicut ipse Sixtus Quartus decreuerat, spectare ad illos quinque ita non immeritò etiam decernere potuisset, seu forsan etiam debuisset, ad alios quosdam, prout decernit ipse Innocentius, ex quo sibi innotuerat eos quoque de ipsa familia existere, d. Summ. num. 30.

Prout neque releuat aliud obiectum, quod deducebatur ex eisdem literis Sixti Quarti, dum dicunt, iuspatronatus spectare ad illos quinque, eorumque posteros, & successores. Nam licèt hæc verba, *posteri*, & *successores*, apta sint comprehendere etiam descendentes feminarum, aliosque de familia non existentes, † tamen secus est vbi subie-
18
cta materia hoc non patitur, quia tunc ab ea restringuntur ad solos descendentes masculos, vt firmatur per Buratt. *decis. 206. num. 9.* Et hic est casus noster, dum Sixtus loquebatur de iurepatronatus familiari, & sui natura ad solos descendentes per lineam masculinam transitorio vt expressè declarauit Innocentius Octauus in præfata sua Bulla. Et in terminis, imò in fortioribus de nomine hæredum
19 † quod restringatur ad hæredes sanguinis, & non comprehendat descendentes fœminarum, si aliunde dignoscitur iuspatronatus gentilitium, Rota coram Vbaldo *decis. 127. num. 8 vers. non obstat tom 3. &* coram Card Celso *decis. 106. num. 11. & in recent. decis. 503. num. 15. & decis. 237. num 16. part. 13.*

Nec pariter releuat, quod tam in literis Sixti Quarti, quam etiam in literis Innocentij Octaui non dicatur iuspatronatus fuisse fundatum ab omnibus de familia, sed à nonnullis. Quia illud verbum *nonnulli*, appositum est respectiuè ad verbum Ciues Mediolani, dicunt enim Bullæ, *Dudum nonnulli Ciues Mediolani de Domo, & familia de*
20 *Mantegatijs fundauerunt &c.* † Et sic non excludit fuisse omnes de eadem familia fundatores, maximè cum non sit
21 nouum simile verbum *nonnulli*, † siue *aliqui*, accipi in sensu vniuersali, & omnes significare, vt per Gemin. *cons. 29. num. 2.* Crauett. *cons. 294. num 4. & cons. 563. num. 3.* Cephal. *cons. 347. num. 14.* Menoch. *cons. 609. num. 18.* Surd. *cons. 33 n. 20. & seqq.*

Et sic nihil facit, quod in eisdem literis subiungatur iuspatronatus fuisse reseruatum ipsis fundatoribus, eorumque posteris, quia non propterea conuincitur restricta reseruatio ad aliquos de familia tantum per dictionem illam rela-
22 tiuam, & restrictiuam, *ipsis*, † dum verba, ad quæ referuntur intelligi possunt de omnibus, & quod de omnibus intelligi debeant aliunde probatur, nempe ex Inscriptionibus in Ecclesia, & Campanili existentibus, ex historijs, alijsque supra consideratis iuspatronatus toti familiæ nobili Man-
23 tegatiæ pertinere demonstrantibus, † quæ de se apta essent elidere vim restrictiuæ deduci solitæ ea præfatis dictionibus, *nonnullis*, & *ipsis*, iuxta tradita per Menoch. *consil. 249. numer. 19.* Roland. *consil. 55. numer. 54. & seqq. lib. 3.* Becc. *cons. 88. num. 38. & 39.* Rota coram Coccin *dec. 507. num. 5.*

Firmata autem qualitate iurispatronatus gentilitia, sequitur iustè fuisse pronunciatum institutionem deberi Ioannis Baptistæ ab illis de nobili familia Mantegatia præsentato, non autem Constantio, qui à prætendentibus se descendere ab ea per fœminas, aliosque sese de illa esse non
probantibus præsentationes reportauit, † cùm ad eos de di- 24
cta familia nobili tantum ius præsentandi ex patronatu gentilitio pertineat, Paris. *cons. 48. n. 8. & seqq. lib. 4.* Rocc. *de iurepat. in vers. ipse, vel is num. 73.* Rota *dec. 254. num. 18. & decis. 374. n. 9. par. 11. recent.*

Quod autem qui præsentarunt Ioannem Baptistam sint de illis, ad quos pertinet iuspatronatus, satis constare visum est, *ex tradit. in eius Summ. à num. 5. ad 23.* dum probant eos descendere ab illis, qui alias præsentarunt, vel præsen-
tationibus, † alijsue prouisionibus de Prioratu factis con- 25
senserunt, quod sufficit, absque eo quod probent descendentiam ab illis, qui Iuspatronatus fundarunt, vel alias se Patronos declarari obtinuerunt præcipuè ad hunc effectum, vt præsentatus ab eis debeat institui, Gregor. *decis. 349. num 6.* Arguel. *decis. 58. num 20. in recent. decis. 224. nu. 9 in fine par. 1. decis. 446. num. 25. par. 9 recent.*

Et ita &c. vtraque &c.

R. P. D. CALATAIV.

Fauentina Pensionis.

Veneris 20. Martii 1676.

ARGVMENTVM.

Nulla declaratur pensio super Parochiali reseruata, quia à Titulari illius valor per ascensum probatus non erat nedum de tempore gratiæ; sed nec etiam, quod de præsenti remaneant centum pro rectore; Quinimò constante de contrario ex testibus ipsius Rectoris deponentibus Ecclesiæ redditus vix ascendere ad annua scuta 70. prorsus insufficientia, nedum pro pensione, sed etiam pro congrua.

SVMMARIVM.

1 *Pensionarius in iudicio petitorio tenetur probare valorem beneficii per ascensum de tempore reseruationis pensionis, & n. seqq.*

2 *Clausula*, dummodo remaneant centum pro Rectore, *in reseruatione pensionis, requirit illius probationem, vt pensio sustineri possit.*

3 *Clausula*, dummodo remanent centum pro Rectore, *habet tractum successiuum, & requirit verificationem de omni tempore.*

4 *Testes examinati super statu beneficij, non faciunt ius quoad omnes, & in alia causa validitatis, vel nullitatis pensionis.*

5 *Testes, vt probent valorem beneficii, deponere debent, quæ bona possideat Ecclesia, quos fructus reddant, & quibus oneribus grauata sit.*

6 *Testes illi præferuntur super valore beneficii, qui præcisè deponunt, quæ bona, & redditus de præsenti Ecclesia possideat, itaut illius onera detrahi possint.*

7 *Onera necessaria detrahenda sunt ex valore beneficii.*

8 *Pensio parochiali imposita non substinetur, si illius redditus sint reducti ad annua scuta 70. vix sufficientia, non pro pensione, sed pro sola congrua Rectoris.*

DECISIO DCLXXX.

SVPER Parochiali Ecclesia S. Stephani de Caroleto, de qua anno 1636. prouisus fuit per Sedem Apostolicam Matthæus Burgus reseruata fuit ad fauorem Ferdinandi Cennini annua pensio ducatorum vigintiseptem auri de Camera super fructibus, quos idem Titularis asseruit ascendere ad ducatos 180. similes, adiecta tamen in literis Apostolicis solita clausula, *dummodo centum remaneat*

pro

pro Rectore, successor Burgi fuit Pirrus Seuerolus, & per istius obitum fuit de dicta Parochiali prouisus Hieronymus Gotius, qui reproducto monitorio in Iudicio petitorin coram A. C. super nullitate dictæ pensionis sententiam reportauit, vndè causa mihi commissa, & bis disputato dubio, An pensio substineatur, tandem hodie negatiuè resolutum fuit.

Quidquid enim sit, An Pensionarius, qui per triginta annos pensionem exegisse prætendit, teneatur iustificare valorem narratum per ascensum ad effectum obtinendi in petitorio, maximè quando huiusmodi narratiua facta fuit à primo Titulari, qui onus probandi valorem in se, & successores suos assumpsit, & quidquid sit, an tale onus transeat in quoscumque successores, in quibus Dominorum suffragia discordabant. Ratio potissima resolutionis fuit, Pensionarius non solùm tenetur pro-
1 bare valorem † per ascensum de tempore reseruationis, quando agitur in petitorio, sed etiam probare debet,
2 quod scuta centum remaneant pro Rectore † stante clausula *dummodò* in literis apposita, quæ habet tractum suc-
3 cessiuum, † & requirit iustificationem omni tempore, vt dixit Rota *in Hyporigen. pensionis coram* Meltio apud Tondut. *de pens. cap. 55. numero 15. & 19. & coram* Caualerio *decis. 383. & coram* Bichio *decis. 225. numero 12. & in recent. decis. 306. numero 21. parte 10. & decis. 187. numero 23. parte 11. & in Imolen. Pensionis 13. Maii 1675 coràm R. P. D meo Bourlemont.*

Talis autem probatio non resultat ex quatuor testibus examinatis vsque de anno 1670. super statu beneficiorum
4 Diœcesis Fauentinæ, † tùm quia sunt examinati inter alios, & in alia causa, nec percutiunt tempus præsens; tùm quia nullus eorum dicit, quæ bona possideat Eccle-
5 sia, quos fructus reddant, & quibus oneribus grauata sit, † prout requiritur ad probandum valorem, Rota coram Caualetio *decis. 383. & coram* Merlino *decis. 716. numero 1. & in recent. decis. 286. numero 8. parte 11. & decis. 178. numero 20. part. 12.*

Imò ex octo testibus vltimo loco formiter examinatis ad instantiam ipsius Pensionarij probatur contrarium; Isti enim præcisè deponunt, quæ bona, & redditus Ec-
6 clesia de præsenti possideat; † Itaut deductis oneribus ne-
7 cessarijs, † prout detrahi debent, Adden. ad Buratt. *decis. 418. in fine, & decis. 300. numero 21. parte 4. tom. 2. recentior.* vix remaneant pro Titulari scuta septuaginta annua Summ. Hieronymi *numero 9.* & sic insufficientia
8 nedum pro pensione, † sed etiam pro eius congrua.

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

Confirmata fuit hæc decisio sub die 17. Decembris 1676. coràm eodem R. P. D. Calataiu, quæ inferius suis locis, & tempore apponetur.

R. P. D. VBAGO.

Brundusina Pecuniaria.

Veneris 20. Martij 1676.

ARGVMENTVM.

Ad impediendam immissionem in Saluiano, de cuius requisitis constabat, opponebatur exceptio cambiorum minus legitimè solutorum, sed ea non obstare visa est ex publico instrumento solidationis, itaut vel illud impugnans hanc qualitatem, licèt in negatiua consistentem; tanquam fundamentum suæ intentionis probare teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Immissio in Saluiano docto de suis requisitis conceditur, quæ sunt creditum, & hypothecn, possessio debitoris, & rei conuenti.*
2 *Hypothecn ex obligatione in forma quarentigiæ resultat.*
3 *Cambia non debentur si non constat de transmissione literarum ad nundinas.*
4 *Solidatio computorum facit præsumere cambia fuisse licitè soluta, earumque literas transmissas ad nundinas.*
5 *Debitor in solidatione computorum non præsumitur, se debitorem constituisse, nisi omnia pro iustitia contractus necessaria interuenissent.*
6 *Contractus solidationis computorum impugnans, ex quo non interuenerint requisita necessaria pro iustitia validitatis illius, hoc ipse probare tenetur.*
7 *Negatiuam probare tenetur, qui contractum impugnat.*
8 *Executio contractus impediri non debet, si illius exceptiones non fuerint probatæ, maximè si sit iuramento, & obligatione quarentigiæ vallatus.*
9 *Instrumentum, & propriam confessionem impugnans, cùm sit actor in exceptione, fundamentum eiusdem exceptionis probare tenetur.*
10 *Cambij executio non retardatur per exceptionem non transmissionis literarum ad nundinas, si illa petatur pro sorte, vel minori summa, quàm sors, & num seq.*
11 *Sortis cambij executio, vt non retardetur per exceptionem cambiorum illegitimè debitorum, sufficit illam esse dubiam, an debeatur, vel non.*
12 *Exequutio instrumenti quarentigiati non retardatur, si clarum non est summam in illo contentam non deberi, cùm alioquin in dubio semper concedenda sit.*
13 *Creditor in forma quarentigiæ non prohibetur plura intentare iudicia, donec satisfactionem obtineat.*
14 *pro Obligatione in forma Cameræ plura possunt introduci iudicia, etiam vsque ad integram satisfactionem crediti.*
15 *Præscriptio decennalis vt impediat immissionem in Saluiano, requirit scientiam creditoris de alienatione facta in tertium.*
16 *Creditor, vt ab exercitio suæ hypothecæ excludatur præscriptione decennali requiritur, quod fuerit præsens.*
17 *Saluianum ad impediendum requiruntur triginta anni, si in instrumento adest constitutum, & precarium, vel pactum capiendi possessionem propria auctoritate.*

DECISIO DCLXXXI.

A Decisione coram Reuerendissimo Domino meo Matthæi in prima * Nouembris 1673. immissionem denegante, fuit coram eodem recessum 13. * Maij 1675. & causa hodie à me reproposita, pro secundo loco decisis prodijt resolutio sub fundamento, quod concurrant tria necessaria requisita ad immissionem in Saluiano, nempè creditum cum hypotheca possessio debitoris tempore contracti debiti, & rei conuenti tempore motæ litis, † 1
quibus stantibus non posse Immissionem denegari, fuit sæpissimè resolutum, vt coram Seraphin. *decis. 685 numero 5. & decis. 828. numero 3. coram* Buratto *decis. 822. numero primo coram* Gregorio *decis. 491. numero 6. coram* Dutan. *decis. 401. num. 1. & in recent. decis. 347. num. 1. & decis. 318. num. 2. part. 6.*

Possessiones siquidem debitoris, & rei conuenti non fuerunt per partes positæ in controuersiam; Creditum verò cum hypotheca deducitur ex instrumento publico, aliàs dato die 13. Maii præteriti, Summario *numero primo* in quo Panara se constituit debitorem in ducatis 5448. & pro illorum solutione obligauit in forma quarantigiæ se, & omnia bona sua, & ex ista obligatione hypothe- 2
cam in bonis inducit, dixit Rota *decis. 26 numero 5.* post Pacif. de Saluiano, & Surd. *decis. 32. numero* 10.

Nec creditum dici potest illiquidum, & insubsistens, eo quia prædictum instrumentum, ex quo deducitur, contineat solidationem computorum, in qua comprehensi dicantur fructus cambiorum, & recambiorum, qui non debebantur tanquam illiciti, & vsurarii, † 3
dum non constat de transmissione literarum ad nundinas, iuxtà *decis. Bichii 74 numero* 14.

Quoniam licet satis visum fuerit Dominis responsum ex præcedenti *decisione coram dicto Reuerendissimo Matthæio §. Et ex his patet, cum duobus sequen.* attamen addebant, quod *decisio Bichii* 74. non habet locum in præsenti hypothesi, in qua non versamur in sola, & mera solutione fructuum cambii, sed in confessione debiti facta per debitorem, ac in Instrumento emissa in certa summa, computatis omnibus prætentionibus;
† qua stante solidatione computorum intrat præsum- 4
ptio, vel quod non sint computati; siuè quatenùs computati, quod spaccia, seù literæ sint transmissæ ad nundinas, & computatio fructuum subsistat, Nam veri-

5 verisimile non est, quod Panara se debitorem fecisset, †
sine præcedenti inspectione, & discussione; An literæ
fuissent transmissæ, nec quod solidasset, nisi sibi om-
nia pro iustitia contractus necessaria præcessisse constitis-
set, Abb. *cons. 523. numero* 6, Rota Ianuen. *decis. 36. sub*
numero 4. vers. sub quibus omnibus, *& Rota Romana decis.*
130. numero 17. parte 5. ac decis. 89 numero 19. parte 10. re-
centior. Itaut saltem transfundatur onus impugnanti con-
6 tractum † contrarium probandi, Gratian. *discept.* 920.
numero 14. Gregor. *decis. 269. numero* 8. *& in Romana pe-*
cuniaria, seù iustificationi creditorum 31. Martii 1674. co-
7 *ram Cardinali Verospio*, quamuis probatio consistat † in
negatiua, Gratian. *discept. 569. numero 6. & 7. parte pri-*
ma, *& decis. 27. numero 23. parte 5.* alias eiusdem con-
8 tractus exequutio impediri non debet, † maximè cùm
sit vallatus iuramento, & habeat obligationem quaran-
tigiæ, iuxtà ritum Magnæ Curiæ Neapolis, & consi-
derauit Rota *decis. 540. numero 10. parte 2. & decis.* 166.
numero 10. parte 10. recentior. excipiens enim contra iura-
tum instrumentum, & contra propriam debiti confes-
9 sionem, † cùm fiat actor in exceptione, fundamentum
exceptionis suæ plenè probare tenetur, Couar. *variar.*
resolut. lib. secundo cap. 6. numero 4. & 5.

Tantò magis, quod summa residualis contenta in In-
strumento solidationis, pro qua petitur immissio, non
est maior, sed valdè minor, quàm prima sors principa-
10 lis data ad cambium, † adeout dubitari non potest, ad
terminos *dictæ decisionis 74. Bichii*, recepisse incremen-
tum à fructibus, vel cambiis decursis, nàm prima sors
est ducatorum 8639. & summa residualis solidata, & con-
fessata est ducatorum 5448. & proinde actio dirigitur ad
11 immissionem pro residuo sortis principalis iam ab initio †
datæ, & ad illius concessionem sufficit esse dubium, an
12 sit debita, vel indebita, † itaut retardanda non veniat
exequutio instrumenti quarentigiati, Rota *decis. 74. nu-*
mero 29. parte 10. recentior.

Neque tollitur creditum ex compensatione per Mar-
chionissam in alio iudicio penes dictam Magnam Cu-
riam Neapolis opposita, quia non constat, quod fuerit
per Iudices admissa, imò adhuc pendet lis indecisa, vt
ex fide Notarii ipsius Magnæ Curiæ, Summ. Principis
numero vnico, non enim ex eo, quod creditor suum iu-
dicium intentat quando habet pacta, & clausulas exe-
quutiuas, vt importat obligatio in forma quarantigiæ,
13 † prohibetur alia iudicia intentare, donec obtineat satis-
14 factionem effectiuam sui crediti, prout de † obligatione
in forma Cameræ, sensit Rota *decis. 163. & decis.* 197.
num. 4. post Zacch. de oblig. Cam.

Subsistente igitur credito, subsistit pariter hypotheca,
ad quam tollendam non releuat obiectum præscriptionis
sublatum in facto, ex præcedenti *decisione coram dicto*
Reuerendissimo Matthæio, *§. Quo verò*, cùm ad perfe-
ctionem decennii deficiat decem menses, & vltrà præter
quam quod animaduerterunt Domini hanc exceptionem
decennalis præscriptionis non potuisse afficere Marchio-
nissam, dum vt ipsam afficeret, duo copulatiuè requi-
15 rebantur, † scientia scilicet alienationis bonorum in
reum conuentum, tanquam principale requisitum ad
præscriptionem inducendam, Rota *decis.* 108. *numero* 6.
et 5 parte 14. recent. et in Perusina Saluiani 28. *Iunii 1675.*
§. pro censu, *et §. non prima*, *coram R. P. D. meo Rondi-*
16 *nino*, nec non præsentia † ipsius Marchionissæ creditri-
cis ad formam Text. *et l. fin. C. de long. temp. præscript.*
Merlin. *decis. 811. numero 4. et 5. et seq. et decis.* 108. *nume-*
ro 1. parte 14. recent. Quorum neutrum iustificatum ap-
paret; Immo consideratum etiam fuit, quod instru-
mentum solidationis prædictæ, continet clausulam con-
17 stituti precarii, & pactum de capienda possessione, †
& ideò ad illius actionem præscribendam non sufficere de-
cennalem lapsum, sed trigenarium requiri, vt sensit
Pacific. de Saluiano *inspect. 3. cap. 2. numero* 1029. *et* Rota
decis. 185. numero 9. parte 10. recent.

Et ita vtraque parte informante, resolutum fuit.

Aliæ duæ decisiones in hac causa emanarunt, quarum al-
tera est supra in hoc eodem tomo secundo huius decimæ
octauæ partis recent. vbi est in ordine 318. cuius in cal-
ce etiam aliam concordantem inuenies.

R. P. D. RONDININO.

Romana lucri Dotis.

Veneris 20. Martii 1676.

ARGVMENTVM.

Quomodo accipiatur in iure verbum illud *pars* plerumque complectitur hæc decisio, quod scilicet regulariter medietatem importet, maximè quando fuit in abstracto prolatum, & aliquid non habeamus, quod illud ad minorem partem coarctet, secus verò si idem ex verbis adiunctis restringitur iuxtà subiectam materiam, iudicantis arbitrio ex coniecturis voluntatis contrahentium efformato.

SVMMARIVM.

1 *Bona in constitutione dotis filiæ per matrem sibi reseruata veniunt sub fideicommisso ab eadem matre postea constituto.*

2 *Dos per matrem filiæ tradita remanet in hæreditate eiusdem filiæ.*

3 *Verbum pars intelligitur de medietate si profertur in abstracto, secus si ab aliis verbis adiunctis restringitur, & num. seqq.*

4 *Verba etiam vltra eorum naturam, interpretantur iuxta subiectam materiam, iudicantis arbitrio ex coniecturis voluntatis contrahentium efformato.*

5 *Verbum pars interpretatur pro dimidia, dum nihil habemus, quod illud ad minorem partem coarctet.*

6 *Alienatio bonorum mobilium facta à matre, præsumitur in fraudem* l. hac edictali C. de secundis nuptiis, *& quando.*

7 *Alienatio voluntaria, & grauita facta à matre binuba, non præiudicat filiis.*

8 *Æqualitas seruanda est inter filios prioris matrimonii, & Vitricum.*

9 *de Bonis, quæ solum extabant de tempore mortis coniugis prædefuncti, lucrum dotis debetur in materia* l. hac edictali C. de secundis nuptiis.

DECISIO DCLXXXII.

REASSVMPTA disputatione super bonis conferendis ex hæreditate Constantiæ Zoilæ ad effectum deducendi lucrum dotale Gaspari Grisciano Viro, siue illius hæredibus debitum, ob eiusdem Constantiæ prædecessum sine filiis illius matrimonii, Domini hunc in modum permanserunt in decisis 11. Decembris 1675. coram me.

Dicebant itaque Domini Domum Gaspari Grisciano à Constantia Zoila in dotem traditam fuisse in eiusdem Constantiæ bonis exceptis Apotheca, parte, quæ separatim locabatur cum mansione, Cortiletto, & Cantina contiguis, quæ membra Domus Hortentia eiusdem Constantiæ mater, cùm à principio illam filiæ tradidit in dotem sibi reseruauit, vt sunt clara verba capitulorum matrimonialium in ipso instrumento dotis mihi originaliter exhibito, hunc in modum explicatorum, ibi: Per dote promettono dare vna casa, eccetto la Bottega, e parte, che si appigiona separatamente, & in particolare hoggi hà il Tessitore, quale s'intenda eccettuata, e resti propria della Signora Hortentia, e non s'includa altrimente in detta dote, & declarando hæc verba capitulorum in subsequenti instrumento dotali, ibi: Infradicenda declaratione capitulis addita, videlicet, quod Apotheca, & pars, quæ separatim locatur, intelligatur cum Mansione, Cortiletto à tergo, & Cantina contiguis, & ad præsens per Textorem in locationem retentis, & non aliàs, aliter, nec alio modo, quæ membra Domus Hortentiæ reseruata † remanent in subsequenti fideicommisso ab 1
eadem Hortentia posteà condito, alia parte Domus in
dotis causam liberè distracta, † atque ideò in heredi- 2
tate

tate Constantiæ filiæ dotatæ adhuc permanente, ad literam Text. *in l. si ex toto fundo ff. de legat. 1.*

Quæ autem, & quanta esset hæc pars exceptuata, quæ Textori locabatur, & quæ non remanet in hæreditate Constantiæ, Domini noluerunt determinare quousque non afferantur meliores demonstrationes, vt videri possit, an pars Domus exceptuata, quæ separatim erat locata Textori, consisteret non in medietate Domus vltra mansionem, Cortilettum, & Cantinam, sed in ipsa mansione, Cortiletto, & Cantina conti-
3 guis, quasi verbum illud *pars* † intelligatur de medietate, quando profertur in abstracto, secus autem quando est restricta ab adiunctis quasi intentio contrahentium fuerit excipere Apothecam, & pars, quæ separatim locabatur Textori intelligatur illa cum mansione, Cortiletto, & Cantina contiguis hoc est in mansione, Cortiletto, & Cantina contiguis hunc in mo-
4 dum verbum illud *pars*, † quod ex sui natura medietatem integram denotat, declarando iuxtà subiectam materiam iudicantis arbitrio ex coniecturis voluntatis efformato iuxtà mentem contrahentium, prout est adiectum, inquit Vulpianus *in l. nomen filiarum 164. §. portionis*, vbi præcæteris declarat Rebuff. *col. 6. vers. notandam cum seqq. ff. de verb. significat.* Schard. *in Lexicon. iur. V. pars, & verbo portio*, Rota in Neapolitana, *seu Ianaen. Lunæ 18. Martii 1672. sub §. sed nihil coram me.*

An verò pars hæc exceptuata, quæ separatim locabatur Textori esset integra medietas ipsius Domus non coarctata ad mansionem, Apothecam; Cortilettum, & Cantinam consistens in vna ex duabus partibus, ex quibus Domus constituebatur, quæ in duo, vt inquiunt appartamenta diuiditur, neque vna mansio ab altera scindi potest, cùm vna alteri inseruiat, & ex vna ad aliam aditus detur, vt deponunt Architecti in eorum attestatione exhibita, itaut pars Domus intelligatur in vno ex duobus appartamentis, ex quibus Domus prædicta constituitur, quemadmodum ius ipsum
5 nomen illud partis interpretatur pro dimidia, † dum nil habemus, quod illud ad minorem partem coarctet, ad terminos Textus *in d. l. nomen 164. §. portionis ff. de verb. signific. gloss. in l. plane §. & si quis verò pro par. ff. de legat. 1.* & latè Rota *in recent. parte 6. decis. 180. numer. 4.*

Dicebant pariter Domini scuta 1000. conferenda non esse ab hæredibus Gasparis Grisciani Virici ad effectum lucri deducendi, quia Gaspar illa non exegit, ac ideò conferre non tenetur, atque è conuerso conferenda esse mobilia in dotem tradita; quamuis durante matrimonio, cum consensu Coostantiæ distracta, quia hæc alienatio, quatenus effectum habuerit, cùm potiùs ineffectuata videatur, cùm mobilia eadem Griscianis postea Constantia legauerit, ex cuius legati
6 causa Grisciani retinere velle declararunt, † suspecta tamen præsumebatur, & veluti in fraudem, *l. hac e-*
7 *dictali C. de secundis nuptiis* distractio hæc voluntaria, † & gratuita filijs non præiudicat, & quoad expensas, quæ factæ prætenduntur in restaurationem Domus, bonificandas esse suis locis, & tempore in restitutione pensionis ipsius Domus, quæ Maria Constantia Cappellina restituere debet Griscianis pro portione ipsos tangente ex persona Gasparis cui lucrum debetur, atque saluua remanere sua iura eidem Gaspari, seu Griscianis illius hæredibus contra bona extradotalia Constantiæ, si quæ adsunt, pro supradicta parte Domus per Mariam Constantiam Cappellinam, excepto fideicommisso Hortentiæ, euictam, & pro quarta parte scut. 1000. promissorum, & non solutorum, si tamen ipsa Constantia reliquerit tot bona extradotalia, quæ sufficiant ad hoc, vt super illis actiones illæ exerceri possint, abs-
8 que eo, quod violetur æqualitas † seruanda ex dispositione Text. *in d. l. hac edictali C. de secundis nuptiis* aduersus quæ iura in suo particulari iudicio Maria Constantia Cappellina suas exceptiones opponere poterit pro suis prætensis creditis in his quoque bonis extradotalibus aduersus Griscianos, qui illa indebitè occupare intendunt, cùm iudicium hoc sit restrictum ad
9 inspectionem bonorum ipsius Constantiæ † de tempore obitus, ad terminos Text. *in §. quia verò, Auth. de nupt. vbi gloss. & DD. & in d. l. hac edictali, vbi gloss. verbo donata, C. de secund. nupt.* & latè prosequitur, & comprobat *decisio* huius Causæ 11. *Decembris 1675. coram me*, cum qua DD. transierunt, vtraque parte informante &c.

Altera præsentis causæ decisio est impressa supra in hoc eodem 2. tomo istius decimæ octauæ partis recent. vbi est in ordine 605.

R. P. D. TAIA.

Cusentina Abbatiæ.

Veneris 20. Martii 1676.

ARGVMENTVM.

Agitur de compulsoria speciali, quæ ex sola suspicione calumniæ euitari prætendebatur, sed ea non obstante, est concessa, quia data existentia scripturæ compulsandæ; interesse partis, & releuantia probationum, vel non attenditur eadem suspicio calumniæ, vel illa ex solo fumo remouetur, quod probatio possit esse profutura.

SVMMARIVM.

1 *Compulsoria speciali ubi petitur, signum est scripturam esse in rerum natura, nec illam peti calumniosè.*
2 *Præsentationes immemorabiles excludunt libertatem beneficii, etiam contra vsurpationem præsumptam à Concilio.*
3 *Existentia scripturæ, quæ petitur compulsari, tollit præsumptionem calumniæ.*
4 *Calumniæ suspicio remouetur à releuantia scripturæ.*
5 *Compulsoria specialis retardat processum, & expeditionem causæ, saltim vsque ad illius decisionem, numero 5. & seq.*
7 *Calumniæ suspicio non attenditur in concedenda compulsoria speciali.*
8 *Compulsoria specialis conceditur data existentia iurium, interesse partis, & releuantia probationum*
9 *Calumniæ suspicio vt cesset in petitione compulsoriæ specialis, sufficit simplex fumus.*
10 *Compulsoria etiam specialis conceditur cum retardatione, vel sine arbitrio Rotæ.*

DECISIO DCLXXXIII.

DIVERSIS prouisionibus Parochialis Abbatiæ sequutis, altera Apostolica pro Carolo, etiam cum Breui de capienda possessione nomine Cameræ, & altera ordinaria ad præsentationem Patroni, seù Patronatum prætendentis pro Hiacyntho, propositum fuit dubium 17. Iunij proximi, An literæ Apostolicæ sint exequendæ, & petente Hiacyntho dilationem, ad Calendas dilatum fuit, eodemque identidem repetente, cum esset proponendum, conquerente ipso Hiacyntho præsentato, Præsentantem non potuisse deducere processus, & alia Instrumenta occasione aliarum præsentationum ex Cancellaria Archiepiscopali Cusentiæ præcipuè absentem, ac seruientem Catholicę Maiestati in Belgio, cùm Partes essent discordes de compulsoria speciali, propositum est hodie de more dubium; An sit danda Compulsoria specialis, & Domini dandam responderunt, respectis respiciendis, scripturas, pro quibus petitur compulsoria specialis esse profuturas, † indicium esse ipsas esse in re- 1
rum natura, nec peti calumniosè &c. apud Scacc. *de Iud. cap. 11 num. 840. & 841. lib. 2* & cum aliis Rota coram Bich. *dec. 15. 4. 5. num. 1.*

De profuturis constitit Dominis ex eo, quod verè edatur talis processus, & alia continentia continuatas pręsentationes, immo immemorabilem, † quę erunt apta 2
excludere libertatem Beneficii etiam contra vsurpationem pręsumptam à Concilio Tridentino, *cap. 9. vers. nec immemorabilis de reformat. sess. vlt. & ibi* Barbos. *ex numero 55* Rota coram Cardin. Celso *decis. 193. numero penultimo, & vltimo.*

De indicio ipsarum, immo de loco, & locatis, ex attestatio-

testatione Cancellarii Archiepiscopalis, aliorumque Ministrorum Curiæ illius, aliisque modestiùs omittendis.

De calumnia, nec suspicioquidem fuit ad differendum, contraria suspicione præualente retentarum scripturarum ad maturandum, & præcurrendum ex dedu-
3 ctis; quamquam calumniæ suspicio facilè † vacat, maximè ex aliis suprascriptis de scripturis profuturis, & existentibus, non solum in retum natura, sed in Cancellaria, & ferè penes alteram partem, ad ipsum Scacc. *dicto cap.* 11. *numero* 842. & ad tationem, qua releuantia
4 excludit calumniam † etiam apud Ridolph. *prax. cap.* 12. *numero* 117. *parte prima*, Capuc. *prax. cap. primo nume-*
5 *ro* 42. *et* 43 *parte* 2. & ideò compulsoria specialis † retardat processum, & expeditionem Causæ, Ridolph, *dicto cap.* 12. *numero* 181. Capuc. *dicto cap. primo numero* 40. *et*
6 Scacc. *dicto cap.* 11. *numero* 839. (vbi saltem quoad † decisionem causæ) Rota *decis.* 90 *in fine parte* 10. Ex quibus,
7 & huiusmodi proindè, nec meminere † quidem de hoc requisito non petendi calumniosè, Rota coram Coccin. *decis.* 2180. *numero primo*, vbi solum docto de existentia
8 Iurium, & interesse partis, † ac releuantia probationum, & coram Cardinali Celso *decis.* 299. *ex numero* 1. cum allegatis, & allegandis; Et viderit Scaccia, quod tertium requirat hoc ne compulsoria specialis petatur calumniosè, postquam videri voluit scripturam esse profuturam, & esse in rerum natura, cum etiam Vestrio al-
9 legato à Scacc. † sofficiat solum indicium, quod Scriptura in rerum natura sit, & disiunctim, vel aliàs tantus detur fumus, qui satis sit ad diluendam omnem calumniæ suspicionem &c. apud Vestr. *Introduct. cap. primo sub numero* 12. *lib.* 6.

Et adhuc Domini prudentes, prouidentesque super-
10 addiderunt Compulsoriæ specialis concessioni † moderationem cum retardatione, vel fine ad arbitrium Rotæ.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. RONDININO

Cæsenaten. Fideicommissi.

Veneris 20. *Martii* 1676.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum expirasse dicebatur per mortem cum filijs, quasi illorum positio in conditione ad tempus mortis diceretur restricta ad vulg. *consil. Oldradi* 21. sed pro duratione deciditur, quia positio in conditione facta erat per verbum *quandocumque*, omne tempus complectens, & vlteriùs constabat de voluntate testatoris conseruandi agnationem, & constituendi fideicommissum reale, quo in casu idem est esse vocatum, ac etiam in conditione positum.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta* si sine filijs *dicitur restricta ad tempus mortis hæredis, & ideo si eo tempore extant filij, deficit conditio.*
2 *Substitutio facta* si sine filijs *per verbum* quandocumque, *non expirat per mortem cum filijs, sed purificatur etiamsi filij postea decedant sine filijs.*
3 *Conditio* si sine filijs *ad conseruandum votum pietatis erga filios, censetur semper adiecta in quacunque dispositione ascendentis.*
4 *Fideicommissum à Testatore ordinatum non excluditur ex sola præsumptione legis, quod ascendens catenus illud constituerit, quatenus filius decederet sine filijs.*
5 *Fideicommissum regulatur à sola mente Testantis.*
6 *Extraneum propriè sobo'i non præferri iura præsumunt, simulatque disponunt.*
7 *Conditio* si sine filijs *in prima substitutione adiecta, quatenus censeatur in secunda repetita, vel potiùs consultò omissa, & num* 8.
9 *Agnationis conseruandæ votum locum habere non potest, si fideicommissum in primo hærede expirare debuisset.*
10 *Agnationis conseruatio per modum rationis expressa, inducit fideicommissum fauore masculorum, & agnationis, exclusis perpetuò fœminis.*
11 *Verba,* tutta, ò l'intiera mia heredità, *tamquam directa in rem operatur fideicommissum, & grauamen de vno in alterum, donec perueniat ad vltimum.*
12 *in Fideicommisso reali non est differentia inter grauatum, & positum in conditione.*

DECISIO DCLXXXIV.

IN supremis tabulis Io. Baptista Bertoccius Georgium filium hæredem Institutum, aliosque masculos nascituros ex ipso Testatore grauauit, vt inuicem superstiti decedentes sine filijs, hæreditatem restituerent; E mancando tutti li figliuoli maschi di detto Testatore in pupillari etate, vel aliàs quandocumq;, sostituisce, e vuole, che tutta l'intiera heredità peruenga à Luca fratello di d. Testatore, se viuerà, e non viuendo lui, alli suoi figli maschi legitimi, e naturali, ò suoi descendenti maschi vsque in infinitum, volgarmente, pupillarmente, & per fideicommisso.

Cùm antem ex Testatore nullus alius filius natus sit, præter Georgium, & ex isto tantummodo duo masculi, qui sine filijs post mortem Georgij Patris defecerunt, orta est controuersia inter Camillam; & Gentilem Istorum sorores, & hæredes prætendentes expirasse fideicommissum, & Lucam Bertoccium alterius Lucæ in defectum masculorum superius vocati ex fratre nepotem, aduersus quem, & si Iudex de partibus immissionem denegasset, cuius sententia A. C. Panciaticus confirmauit, illam tamen hodie Domini concesserunt.

Prætermissis enim duobus alijs extremis non controuersis quoad descendentiam Lucæ Actoris alteriùs Lucæ expressè substituti ex fratre nepotis, & quoad bonorum identitatem, restricta difficultate quoad aliud extremum purificationis conditionis fideicommissi ad fauorem Actoris, dicebant Domini substitutionem Lucæ Senioris, eiusque filiorum, & descendentium non fuisse conceptam sub conditione, si Georgius, & alii filij Testatoris decessetint
sine filijs, † quo casu qualitas deficientiæ filiorum adducta, & restricta ad tempus mortis hæredis, operatur regu- 1
lariter, seclusis coniecturis contrariæ voluntatis, vt si de eo tempore extant filij deficiat conditio, iuxtà *consil. Oldradi* 21. cum concordan.

Sed potius conditionem vocationis Lucæ, & omnium descendentium masculorum conceptam fuisse sub indefinito tempore deficientiæ nullam temporis determinationem continente: E mancando tutti li figliuoli maschi di
d. Testatore in pupillare età, vel aliàs quandocumque, † 2
quo casu cum Testator absque vlla temporis determinatione Lucam, & descendentes substituerit filijs quandocumque deficientibus, tunc etiamsi filij primo loco instituti decedant cum filijs, satis est, quod isti postea decedant sine filijs ad hoc, vt substitutus admittatur ob remotissimum tempus, in quo collata est substitutio, itaut incertum fuerit Testatori, an tunc extituri essent filii primi gradus, an verò nepotes, iuxtà theoricam Imolæ *in l. Gallus* §. *instituens numero* 48 *ff. de lib. & posth.* Alexand. *cons.* 9 *sub numero* 2. *et* 4. *vol* 1. Dec. *cons.* 480 *ex numero* 6. Ruin. *cons.* 9. *numero* 8. *et cons.* 126. *numero* 12. *vol.* 1. *et cons.* 115. *numero* 1. *et cons.* 132. *numero* 5. *vol.* 3. Marescott. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 45. *sub numero* 1. *numero* 5. *et ex nu* 11. Mantic. *de coniectur. lib.* 11. *tit.* 8. *numero* 7. Rustic. *ad* §. *cum auus lib* 6. *cap.* 12. *numero* 4. *et* 13. Fusar. *de substit qu.* 480. *ex numero* 90. cum aliis per Modern. Cantianen. *alleg* 13. *per tot.* Rot. cor. Butatt. *decis.* 689. *numero* 1. *et coram* Coccin. *decis.* 212. *numero* 74. & melius coram Bichio *decis.* 4. *sub numero* 2 *et seqq. et sub numero* 1. *et decis.* 650. *numero* 4.

Quamuis vnaqueque dispositio ascendentium ad vo-
tum pietatis erga filios † semper contineat tacitam lega- 3
lem conditionem deficientiæ filiorum, quia ex hac præsumpta legali conditione, de qua in *l. cum Auus*, *ff. de con-
dit. et demonstr. et in l. cum acutissimi C. de fideicommissis* † 4
non potest oriri alia præsumptio contra iuris regulam, vt hæc conditio tacita, quam lex supplet censeatur adiecta cum determinatione temporis ad euertendum successiuum fideicommissum ab Ipso Testatore dispositum, &
sic contra mentem † Testatoris, à qua solum regulatur ne 5
† extraneus propriæ soboli præferatur, vt iuxtà literam 6
Text. *in d. l. cum Auus* notant ibi Scribentes, & in *d. l. cum acutis-*

acutissimi, vbi gloss. V vitam suam, Grass. *de success. §. fidei-*
commissum quæst. 21. *sub numero* 20. & latè in his terminis
Paitell. *decis. vlt. voluntat.* 51. *per tot.* quasi & Testator id
ipsum declarauerit, cùm in prima substitutione reciproca
7 hanc conditionem *si sine filiis* apposuit, † quam postea non
repetendi in hoc casu videtur illam consultò omisisse, &
ideò admittere voluisse Agnatos transuersales in euen-
tum deficientiæ filiorum, & extinctionis lineæ directæ, per
ea, quæ in proposito considerat Rota coram Coccin. *decis.*
480. *sub numero* 5. atque examinato ad partes articulo pro
8 excludenda repetitione † huius conditionis, *si sine filiis* latè
dictum fuit in *Romana fideicommissi de Conis* 18. *Iunii* 1671.
coram R.P.D. meo Calataiu, & 10. Maii 1673. *coram R.P. D.*
meo Bourlemont, & 27. Ianuar. proximè præteriti coram me.

Cæterùm si essemus in casu *Oldradi*, & in conditione *si*
sine filiis ad certum tempus coarctatura adhuc ex conie-
cturis fideicommissum ad hunc casum extendi videbatur,
quasi plus dictum, & minus scriptum fuerit, quarum co-
niecturarum potior est illa, quæ deducitur ex conseruatio-
ne agnationis, ibi: Di maniera che tutta l'heredità, e beni
si conseruino sempre nell'agnatione maschia di d. Testato-
9 re, e questo acciò detta famiglia, & agnatione si conserui. †
Quod certè votum Testatoris quoad conseruationem ag-
nationis propriæ in perpetuum, & quoad integritatem bo-
norum pariter conseruandam effectum sortiri non potest,
si fideicommissum expiraret in primo hærede cum filijs de-
cedente, per ea, quæ in proposito deducunt Cyriac. *controu.*
96 per tot Fusar. *de substitut. q.* 480. *num* 20. Peregr. *de fidei-*
commiss. art. 29 *num.* 30. & 31. Marescott. *var. resol. lib.* 1. *cap.*
45. *ex num* 9. Rot. *in recent. part.* 2. *decis.* 44. *num* 2. & *decis.*
47. *num.* 1. & *decis* 486. *num.* 2. & *part.* 9. *decis.* 142. *num* 54. &
per tot. & *part.* 10. *decis.* 142. *pariter per tot.* & *coram* Ca-
rill. *decis.* 2. *num.* 1. *coram* Eminentiss. Otthobon. *decis.* 138.
num 3 *decis.* 177 *num* 15.

Neque videbatur agnationis considerationem fuisse
consecutiuam, & per modum simplicis illationis restri-
ctam ad casus superiùs expressos, & ab ipso obitu grauato-
que sine filijs dependens, ex natura illorum verborum con-
sequentium, & primum illationis, ibi: Di maniera che &c.
quia ex ijs solis non colligitur conseruatio agnationis, sed
ex alijs independentibus, & per modum causæ, ibi: E que-
sto acciò detta famiglia, & agnatione mascolina si conser-
10 ui. † Quemadmodum hoc quoque deducebatur ex vocatio-
ne masculorum in quacumque substitutione, exclusis per-
petuò fœminis, per ea quæ in proposito de contemplata
agnatione per modum rationis, & ex fœminarum exclu-
sione in infinitum deducunt Capyc. *decis.* 108. *num.* 6 Fusar
de substitut. d. qu. 480. *num.* 21 Peregr *cons* 11. *num* 12. & *seqq.*
& *consil.* 157. *num.* 8 *vol.* 5 Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præ-*
sumpt. 69. *ex num.* 9. Rot. *d. rec. part.* 1. *decis* 51. *sub num.* 2. &
decis 568. *num.* 5. & 7. & *in recent. part.* 4. *tom* 2. *decis.* 4. *num.*
9. & *part.* 7. & *decis.* 183. *num.* 10. & *coram* Coccin. *decis.* 564.
ex num. 11. & *decis.* 83. *ex num.* 9. & *coram* Eminentiss. Ot-
thobon *decis* 177 *num.* 15. & 16

Accedit consideratio deducta ex onere bonis ipsis adie-
cto, ibi: Tutta l'heredità, e beni si conseruino sempre, & ibi:
Vuole, che tutta l'intiera heredità senza diminutione, per-
uenga à Luca suo fratello. Quæ verba in rem ipsam dire-
11 cta † operantur grauamen reale afficiens omnes personas,
& quoscumque possessores ad restitutionem fauore agna-
12 torum, † ad quos perueniri non possunt bona integraliter,
& sine diminutione, nisi supposito fideicommisso, ex quo
alter alteri restituat, donec extat aliquis de famil Bartol. *in*
l peto §. fratre ff. de leg. 2 Mantic *de coniect. lib.* 8. *tit.* 2. *num.*
18. Simon de Præt. *de interpretat. vltim. volunt. pag.* 285. *sub*
num. 45. Adden. ad Rot. *in recent. part.* 3. *decis.* 26. *ex num.* 41.
atque eadem Rot. *in recent. part* 2. *decis.* 139. *sub numer.* 6. &
part. 2. *decis* 231 *per tot.* & *part.* 5. *decis.* 216 *ex numer.* 15. &
part 8 *decis.* 32. *ex num.* 31 & *part.* 10. *decis.* 43. *num* 4. & *in*
Romana Palatii de Capranica 6. *Martii* 1665. *coram Reue-*
rendiss. Cerro, & *in Bononien. prædii, seù fideicommissi* 9. *Iunii*
1671. § *hinc passim coram Reuerendiss. D. meo Albergata De-*
cano, quasi in hoc casu fideicommissi realis non sit differen-
tia inter grauatum, & positum in conditione, vt dicebat
Rota coram Gregorio XV. *decis.* 315. *num.* 13. & *coram* Bi-
ch. *decis* 129. *num.* 10.

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. TAIA.

Eugubina Attentatorum.

Veneris 20. *Martii* 1676.

ARGVMENTVM.

Causa erat commissa cum clausula sine
præiudicio quoad bona hæreditaria, in
reliquis verò, si quid exequendum, cum-
que exorta controuersia super qualitate
bonorum in vno, vel altero rescripto
comprehensorum, illius cognitionem vel
Rotæ, vel Signaturæ spectare decidi-
tur, vt proindè quæcumque ante de-
clarationem huiusmodi innouata sint co-
ram iudice à quo, attentata dici de-
beant.

SVMMARIVM.

1 *Clausula sine præiudicio præseruat iurisdictionem Iudici à*
quo, vt absque vitio attentatorum suam exequatur sen-
tentiam, vel mandatum.
2 *Clausula si quid exequendum exequutionem, eiusque effe-*
ctum suspendit.
3 *Probatio incumbit actori, maximè affirmanti, & num.* 4.
5 *Negatione facti iuxtà consuetudinem rerum, probatio acto-*
ris nulla est
6 *Actore non probante, Reus absoluitur, cùm illi sufficiat vin-*
cere per non ius Actoris.
7 *Inhibitio, quæ comprehendat bona, vel non declarari debet à*
Signatura, & interim inhibitio seruari.
8 *Inhibitio etiam minus legitima causat attentata, & quare.*
9 *Signaturam facilè est adire pro moderatione inhibitionis.*
10 *Inhibitiones Rotales non debent ab aliis Iudicibus cognosci,*
sed afficiunt donec certum sit emanasse à Iudice carente
iurisdictione.
11 *Iudices inferiores non debent sibi arrogare auctoritatem co-*
gnoscendi de viribus Inhibitionum Rotalium.

DECISIO DCLXXXV.

MVTIVS emerat annuum censum scutorum se-
xaginta pretio scutorum mille anno 1618 ab alio
Mutio, & Annibale, qui continuò recognouit se principa-
lem debitorem, & commodum, incommodumque susce-
pit; Mortuo Mutio debitore, successit Franciscus filius;
& mortuo deindè Annibale, pariter successit Franciscus
filius fratris, patrui hæres cum inuentario, etiam per sen-
tentiam confirmato.

Hæredes Mutii creditores agentes contra Franciscum
vtriusque debitoris hæredem, obtinuerunt ab A. C. primò
mandatum executiuum contra bona hæreditaria, deindè
vt non reddita legitima ratione (prout supponitur) contra
personam, & propria bona; Vnde adita Signatura, rescri-
psit sine præiudicio quoad bona hæreditaria debitorum, in
reliquis si quid exequendum 28. Iulii 1674. ex quibus com-
missa mihi causa, expediui inhibitionem in forma, descri-
ptis quoque bonis prætensis à Francisco suis proprio iure,
& præcipuè Prædio di Castelletto; & tamen creditores
executi sunt super eo vsque ad subhastationem, & adiudi-
cationem pro scutis 768. Vnde orta controuersia de at-
tentatis, de iis proposito hodie dubio, Domini constare
dixerunt.

Et omissis generalibus, & regularibus, quæstio fuit
propemodum facti, cuiusmodi Prædium esset, & esse
constaret, hæreditarium ne, adeoque extra Inhibitionem,
vti sub clausula, *sine præiudicio*, † quæ planè iurisdictio- 1
nem præseruat Iudici à quo, ita vt ipse absque vitio atten-
tatorum exequi possit, apud Barbos. *claus.* 189 aut pro-
prium Francisci, adeoque intra inhibitionem, vti sub clau-
sula *si quid exequendum* † (cuius effectus est, vt exequu- 2
tionem suspendat idem Barbos. *claus.* 169. *numero* 2.) & cùm
probatio † incumbat actori *l.* 8. & *l. actor* 23. *C. de probat.* 3
maximè † affirmanti *l.* 2. *ff. eodem*, & *d. l. actor*, cum per re- 4
rum naturam factum negantis † probatio nulla sit, *d. l.* 5
actor, non sunt visi actores probare hæreditarium, quod
sufficit

6 sufficit etiam , vt reus vinceret, † & actoribus non probantibus reus absolueretur *d. l. actor* cum alijs axiomaticis apud Barbos. *axiom.* 10 *num* *n. & 6.*

Quinimò constitit Prædium emphyteuticum ab auctoribus Francisci, proindè non descriptum in inuentarijs, & apparens ex instrumento , etiam ab altera parte producto.

Ex quibus inhibitio legitima visa est, præsertim de comprehensione, An scilicet hæc , vel illa bona comprehendat inhibitio, recurrendum enim est ad Rotam , vel ad Signaturam pro declaratione comprehensorum in in-
7 hibitione, † & interim inhibitio seruanda , Rota coram Bichio *decis.* 515. *numero* 8. & inhibitionem Rotalem, licèt
8 non legitimam † indistinctè causare attentata , fuit aliàs
9 resolutum , quia in Curia facilè est adire Signaturam †
pro moderatione , & ne aperiatur via iudicandi super in-
10 hibitionibus Rotalibus, † cum afficiant donec sit certum emanasse à Iudice non habente Iurisdictionem , etiamsi non sit verum, dummodò non constet de contrario, Rota coram Buratto *decis.* 652. *numero* 6. & 7. & millies dixit Rota *adnotat. ibidem numero nono* , & *coram* Coccino *decis.* 1792. *ex numero* 13. cum allegatis , & Rota non solet admittere , quod inhibitio non afficiat ; Iudex enim debet abstinere, nec suum est cognoscere de viribus inhibitio-
11 nis, † & sibi arrogare illius contemptum sub clipeo iniustitiæ, coram Coccino *decis.* 2043. *numero* 3. & 4. & *coram* Dunozetto Iuniore *decis.* 464. *etiam numero* 3. & 4. & paucis quippe bonis coram Manzanedo *decis.* 836 *numero* 5.

Et sic superuacuæ fuerunt aliæ quæstiones in concordia inter Clerum , & Populum , & confirmatoria Constitutione Gregorij Decimi Secundi , & in qualitate huius emphyteusis, & specialibus pactis , in quibus Domini ad dictas decisiones commodissimè superséderunt.

Et ita , vtraque parte informante , resolutum fuit.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Anconitana Pecuniaria.

Veneris 17. Aprilis 1676.

ARGVMENTVM.

Ingentem pecuniarum summam in negotiatione Equorum superlucrasse prætendebat filiusfamil. eamque patri consignasse, pro qua ideò contra successorem eiusdem patris agebat , sed eius creditum , probatum non esse deciditur ex testibus singularibus , & ex confessione eiusdem patris , etiam in testamento emissa , & pro exoneratione suæ conscientiæ , quia transactione postea inter ipsum , & patrem sequuta , cum qua omnis prætensio remanebat extincta , non solùm de credito in genere , sed etiam in quantitate , plenè , & concludenter probandum erat.

SVMMARIVM.

1 *Confessio extraiudicialis ad effectum obligandi , de iure Canonico probatur duobus testibus, sed contestibus , non autem singularibus, & de sola credulitate testantibus.*

2 *Adolescens modico tempore , & in ministerio non adhuc lucroso, non præsumitur magnam pecuniarum summam acquisiuisse.*

3 *Epistola importans confessionem debiti per viam simplicis enunciatiuæ, non autem animo se obligandi , scribenti non præiudicat.*

4 *Declaratio in testamento facta pro exoneratione conscientiæ ad alium effectum, quam sibi præiudicandi, non nocet.*

5 *Transactio , & renunciatio generalis transigenti præiudicat, etiamsi aliqua prætensio in ea expressa non sit, si constat transigentes illam in ea comprehendere voluisse , & numero 6. & 7.*

7 *Verba generalissima transactionis omnia comprehendunt.*

8 *Transactio , & renunciatio non possunt redargui de læsione , si constat de credito , non autem de quantitate , & num. 9.*

10 *Contractus pro iustitia stat omnis iuris præsumptio.*

11 *Læsio contractus plenè , & concludenter probari debet ab allegante, cum habeat præsumptionem contrariam .*

12 *Ætas minor non potest dici probata sine fide baptismatis , aut alio legitimo modo.*

13 *Cathechismus potest differri post natiuitatem , & traditum sacrum Baptismum.*

14 *Ætas non probatur ex Cathechismo , sed aliundè probari debet .*

15 *Ætas minor eo magis plenè , & concludenter probari debet , si quis in contractu cum iuramento dixerit se esse maiorem.*

DECISIO DCLXXXVI.

RATIONES, quibus inniixa Rota coram Reuerendissimo Domino Alexandrino 11. Maij 1668. & 8. Aprilis 1674. coram me , in hac causa respondit contra Comitem Laurentium , iterum fuerunt hodie approbatæ , cùm adhuc ex parte illius non detur sufficiens probatio crediti, & obstet transactio inita cum Comite Fabritio eius patre.

De credito visum fuit non constare , cùm non appareat quid , & quantum Com. Laurentius patri tradiderit , & quamuis adsint nonnullæ confessiones eiusdem Fabritii , tamen cùm sint extraiudiciales, & emissæ parte absente , absque expressione certæ , & determinatæ summæ præiudicare non potuerunt confitenti, præsertim quando , vt in proposito probatio illarum nititur testibus in dicto singularibus de propria credulitate testantibus , & non contesti-
bus de loco, & tempore, & verbis † prout requiritur ad hoc, 1
vt confessio extraiudicialis tendens ad obligandum, probet etiam de æquitate canonica, Rot. cor. Buratt. *dec.* 249. *nu.* 8. & *cor.* Merlin. *decis.* 90. *n.* 5. Fario. *de testibus q.* 64 *num.* 37. & probat prima *decisio* huius causæ §. *alii autem* , & *secunda* §. & *quamuis*, & § *nihil* , vbi prætensæ depositiones testium recensentur , in quam sententiam denuò facilius descenderunt Domini , animaduertendo esse valdè inuerisimile ,
quod Comes Laurentius adhuc adolescens † spatio qua- 2
driennij , quo in Gallia permansit , adhibitus per paucas vices in ministerio comparandi equos pro seruitio Regis Christianissimi , ingentem summam scutorum duodecim millium coaceruare sibi potuerit, vt præter firmata in alijs decisionibus tenuit Rota *decis.* 38. *num.* 4. *coram* Buratto , nec potest fieri vis in prætensa epistola Comitis Fabritii , quia vltra defectum legitimæ recognitionis , non continet
confessionem obligatoriam , † sed dumtaxat per viam 3
enunciatiuæ exprimit quantitatem prætensam à Comite Laurentio, non autem tamquam illi verè debitam præiudicat, Salic. *in l prima num* 24. *C. de confess. Seff. decis.* 250. *nu.* 8. & 9. prout nec Fabritio attulit præiudicium confessio emissa in testamento , quia ipsa quoque laborat vitio incertitudinis , dum nullam certam quantitatem explicat , licèt emanauerit ad exonerationem conscientiæ , cùm potiùs ad colorandam declarationem dicti Laurentii in eius filium , & eiusdem adscriptionem in familia Ferretta , ac donationem ingentis , partis suorum bonorum , quam ei facere destinauerat Comes eius
pater , id † asseruerit , quam animo verè sibi per talem 4
confessionem præiudicandi , vt latè huic repetitio obiecto respondet *decisio coram Reuerendissimo Domino Alexandrino* §. *in præsenti autem* & § *prout nec refragatur.*

Et in omnem euentum quatenus de aliquali credito Comitis Laurentii in genere , & in substantia constare posset , semper illi obstabit transactio , & generalis renunciatio ab eo facta de omnibus iuribus sibi quomodolibet competentibus , cum pacto nihil amplius pe-
tendi , † ex qua sublata remansit omnis eius prætensio 5
dictorum lucrorum , quamuis de illis in ea explicita
mentio facta non fuerit , † tùm quia hanc fuisse ipso- 6
rum contrahentium intentionem demonstrant actus antea , & postea subsequuti , & recensiti in *dicta deci-*
sione Reuerendiss. D. Alexandrini , tùm etiam quia id † 7
important generalissima verba d. transactionis , vt præter relatos in præteritis decisionibus causæ , firmant Castill. *controuers. cap.* 43. *num.* 25. *lib.* 4. Menoch. *cons.* 496. *num.* 62.

Sutd.

Surd. *decis.217. nu.74.* Rota coram Dunozet. Iun. *dec.* 703. *nu.4. & in Romana Casalis* 20. *Martii* 1673. *§. iniustitia enim cor. R.P.D. meo Rondinino.*

Posita igitur incertitudine crediti, illiusque quantitatis, non potest transactio, & renunciatio redargui de læ-
8 sione, † quia cum agatur de rescindendo contractu, non solùm debet constare de realitate crediti renunciati, & con-
9 donati, † verum etiam concludenter probari debet illius quantitas, vt cognosci possit quid, & quantum datum, & respectiuè remissum sit, cùm semper militet præsum-
10 ptio † pro iustitia contractus, & contra læsionem, quæ
11 † concludenter probanda venit ab allegante, *gloss. & Doctores in l.2. C. de rescind. vendit.* Rota *in Assisien. oblationum* 15. *Ian.* 1663. *§. nec respectu quantitatis, cum aliis in prima decis. §. hanc fuisse, & §. neque huius &c.*

Quod autem transactio, & renunciatio nulla extiterit ob defectum solemnitatum Constitutionis Marchię in contractibus minorum, qualis asseritur tunc temporis Comes Laurentius, cessat hoc repetitum obiectum, cum deficiat probatio minoris ætatis, dum non exhibetur fides
12 baptismatis, nec alio modo de ea doceatur, † & fides cathechismi non probat ætatem, cùm sit actus, qui fieri, &
13 differri possit † post natiuitatem, & traditum sacrum ba-
14 ptisma, † Vnde ex eo non insurgit probatio punctum tunc in lucem prodiisse, & ob id ætas aliunde probari debet, Menoch. *præsumpt. 57. nu. 56. libr. 2.* Maximè cum Lau-
15 rentius in transactione † se maiorem annorum 26 iurauit, Rota coram Caualer. *decis.* 206. *num.* 1. & confirmant decisiones præteritæ, quas Domini stando in decisis iterum approbarunt, causa ab omnibus visa, & vtraque parte audita.

Supra in alia præcedenti parte 15. adest altera huius causæ decisio 241. & alia 263. est in primo tomo istius decimæ octauæ partis recent.

R. P. D. CALATAIV.

Ariminen. Successionis.

Lunæ 17. Aprilis 1676.

ARGVMENTVM.

Ad hæreditatem non aditam concurrebant simul Testatoris proximiores, & hæres hæredis, ille ab intestato, hic ex capite transmissionis, aut etiam restitutionis in integrum succedere prætendentes, sed pro proximiore deciditur, quia hæreditate non adita, fit locus successioni ab intestato, nec transmissio, aut restitutio in integrum competere poterant sine scientia testamenti, & in præiudicium eiusdem proximioris nepotis, & legatarii, maximè quia de repudiatione constabat, quæ licèt post aditam hæreditatem facta esset, adhuc tamen repudianti præiudicat, & habenti causam ab eo.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditate ex testamento non adita, fit locus successioni ab intestato.*

2 *Successio spectat ad proximiorem, si alius magis proximior non appareat, qui ad illam petat admitti.*

3 *Hæreditas non adita non transmittitur, nisi qui non adiuit, sciuerit sibi delatam hæreditatem, & hæc scientia est concludenter probanda, & num. 4. cum seqq.*

4 *Testes plures exceptiones patientes non probant scientiam ad effectum transmittendi hæreditatem non aditam.*

5 *Scientia non solùm obitus, sed etiam testamenti probari debet, vbi transmitti prætenditur hæreditas ex testamento delata.*

6 *Hæreditas etiam non adita, ab ignorante per viam restitutionis in integrum transmittitur ex æquitate, l. Pantonius, ff. de acquir. hæreditate.*

7 *Restitutio in integrum pro transmittenda hæreditate non adita, non conceditur, vbi adest persona magis coniuncta, & dilecta, qualis est nepos, & legatarius testatoris.*

8 *Repudiatio licet facta post aditam hæreditatem, adhuc tamen præiudicat repudianti, & habenti causam ab eo.*

9 *Transmissio hæreditatis non aditæ nullo iure dari potest, si illa ab hærede, vel etiam ab hærede hæredis repudiata sit.*

DECISIO DCLXXXVII.

DECESSIT Arimini Canonicus Ioannes Gualdus instituto hærede Equite Francisco fratre in Vrbe degente, qui antequam fratris hæreditatem sibi delatam agnosceret, paulò post obiit, condito testamento, in quo hæredem scripsit Iulium Posthumum, cui deinde successit Palma Victoria Posthuma, inter quam, & Iosephum Galdarinum de Gualdis orto controuersia super successione in bonis Canonici Ioannis, fuit ab A.C. fauore Palmæ pronunciatum, sed causa ad Rotam delata, mihique commissa, proposui dubium, cui sit adiudicanda hæreditas dicti Canonici Ioannis, & Domini Iosepho adiudicandam esse responderunt.

Cùm enim hæres à Canonico Ioanne institutus non adi-
uerit hęreditatem, † factus fuit locus successioni ab inte- 1
stato, *l. intestatus, ff. de verb. signific. §. posteriore institut. quib. mod. testam. infirm.* & hæreditas spectat ad Iosephum
nepotem Ioanni defuncto, † cum nullus alius compareat 2
proximior, *Auth. cessante C. de leg. hæred.* cum concordantibus.

Non attenta responsione, quod Franciscus hęres institutus potuerit transmittere hæreditatem licèt non aditam ex capite iuris deliberandi, cùm & illam Iulius intra annum adiuerit, quoniam præ cæteris, quæ ad istum effe-
ctum requiruntur, vnum est, quod † hæres, qui non adi- 3
uit, sciuerit sibi delatam hæreditatem, & hæc scientia debet concludenter probari, Noal. *de transmiss. cons.8 nu.119. & seqq.* Andreol. *contr.170 nu.23.*

In præsenti autem talis scientia Dominis non visa fuit probata; testes enim inducti plures patiuntur exceptiones
† in eorum dictis, & examine, vt latè ostendebant Infor- 4
mantes pro Iosepho, & vlterius cùm vnus dumtaxat deponat de scientia obitus, vltra inuerisimilitudinem illius dicti, animaduersum fuit, quod ipse nihil deponit circa scientiam delatæ hæreditatis, & tamen cùm defunctus non obierit ab intestato, sed cum testamento, debuisset
non solùm probari scientia obitus, † sed etiam testamenti 5
vt latè distinguendo inter casum, quo succedatur ab intestato, & ex testamento, tradit Bart. *in l. qui duos num.12. ff. de reb. dub.*

Nec prætendi potest transmissio † ex capite restitutionis 6
in integrum, iuxtà æquitatem *l. Panton. ff. de hæred.* cuius beneficio hęreditas etiam non adita ab ignorante transmit-
titur quoniam illud non conceditur, † vbi adest persona ma- 7
gis coniuncta, & dilecta personæ defunctæ, de cuius hæreditate agitur, & quæ ab intestato in concursu transmissarii succederet, qualis profectò hic est nepos, & legatarius ipsius Canonici Ioannis, Altograd. *cons.69. nu.36.* Bursatt. *cons.61. per tot.* Bellon. *de iur. accrescen. ca.7. qu 41. nu.53.* Andreol. *contr.163. n 24.* Rot. *in Auenionen. Successionis 17. Maii 1669 §. beneficium cor. Eminentiss. Cerro, & 20. Iunii 1670. §. & quoniam cor. R.P.D. Bourlemont, & in Firmana fideicommissi 28. Aprilis 1673. §. minus coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Et visa fuit Dominis tolli quælibet difficultas ex eo, quod Iulius Auctor Palmæ hæreditatem Canonici Ioannis, de qua agitur solemniter repudiauit, & hæc repu-
diatio licet facta post aditam † hæreditatem, in præiudi- 8
cium repudiantis & ab eo causam habentium attendi debet
quidquid secus dici posset in præiudicium creditorum, † & 9

per consequens quamcumque transmissionem impedit, & excludit, iuxtà doctrinam Baldi *in l. sicut num. 5. vers. solue autem, C. de repud. hæredit.* & distinguendo firmauit Rota *dec. 65. nu. 3. cum seqq. par. 14. rec. & cor.* Merl. *decis. 280. nu. 4. & 5.*

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. EMERIX.

Conchen. Decimarum.

Veneris 17. Aprilis 1676.

ARGVMENTVM.

Ius decimandi vniuersale, & particulare distinguitur in eo casu, quo Beneficiatus ex nouis fructibus decimas habere prætendebat, sicuti consequutus fuerat antiquas; Illas tamen non deberi deciditur, quia solum ius particulare illi competebat, quo in casu subrogatio non datur, sed si probatum foret per huiusmodi mutationem fructuum, beneficium adeo adesse diminutum, vt ferè sine dote remaneret, illi succurrendum esse declaratur, iuxtà *Textus in cap. suggestum 9. de decimis*.

SVMMARIVM.

1 *Decimandi ius habere prætendens, illud probare tenetur.*

2 *Parochus de iure communi habet intentionem fundatam super omnibus decimis suæ Parochiæ.*

3 *Decimandi ius reale, & vniuersale comprehendit omnes decimas tàm grossas, quàm minutas.*

4 *IOANNES PRIMVS Episcopus Conchen. vig. facultatis sibi concessæ à Papa donauit Capitulo suæ Diœcesis quamplures decimas.*

5 *Decimarum donatio particularis non comprehendit alias decimas in dicta donatione non comprehensas.*

6 *Decimarum antiqua exactio de aliquibus fructibus non extendit ad alias species fructuum ab illis diuersos.*

7 *Præscriptum tantùm dicitur, quantùm possessum, & non amplius.*

8 *Decimæ etiam de fructibus subrogatis debentur, & quando vid. nu. seqq.*

9 *Decimator vniuersalis exigit decimas, etiam de fructibus subrogatis.*

10 *Decimator particularis non exigit decimas de nouis fructibus, qui loco antiquorum subrogati sunt, & num. 12.*

11 *Subrogatio, vel extentio de re ad rem, vel de specie ad speciem in particularibus non datur, sed solùm in vniuersalibus, sup. d. nu. 9.*

13 *Episcopus habens ius coæquale decimandi exigit decimas etiam de nouis fructibus.*

14 *Ius coæquale decimandi haberi potest vigore donationum, & sup. nu. 4.*

15 *Decimæ, si vni tantùm soluuntur ex omnibus fructibus, debentur etiam de fructibus subrogatis.*

16 *Beneficium fundatum super decimis, si mutatione fructuum adeò diminutum sit, vt ferè sine dote remaneat, illi succurrendum est, & quomodo.*

DECISIO DCLXXXVIII.

EX duplici fundamento resolutum fuit coram bo. me. Manzanedo sub die 31. Maii 1617. Cantorem Ecclesiæ Conchensis participare debere insimul cum Parocho loci de Guasquenæ de decimis Croci, & Olei, primò videlicet quia ipsa ratione Præstimonii Ecclesiæ de Guasquena eius Cantoriæ annexi, habet ius reale, & vniuersale decimandi, & altero quia eius antecessores ab immemorabili tempore participarunt de decimis grossis, sub quorum nomine prætendit etiam exigere decimas croci, & olei, tanquam tales successo temporis effectas, vt videre est, ex *decis. 502. in quarta parte recent.* quæ fuit extensa in hac causa, sed post tot annos reassumpta controuersia, & ter reproposito dubio, Domini illam hodie ab omnibus maturè discussa, recesserunt à decisis, quia neutrum ex supradictis fundamentorum visum fuit subsistere.

Non primum, quia Cantor non probat habere hoc ius
reale super terris decimandis, † prout ipse probare tene- 1
tur, iuxtà *Text. in cap. in præsentia de probat.* & dixit
Rota *decis. 208. numer. 1. par. 3. recent. in Subinen. decimarum 3. Iunii 1602. coram Pamphilio in fine, & in Toletana prætensarum decimarum 19. Nouembris 1584. coram Aldobrandino §. primo in fine*, quæ sunt impressæ penès Marchesan *de commiss. fol. 682. & 683. parte prima*, maximè
contra Parochum, † qui de iure communi habet intentio- 2
nem fundatam super omnibus decimis prædiorum existentium intra limites suæ Parochiæ, *cap. cum contingat. & c. quoniam* cum concordantibus *de decim. cap. fin. de restitut. spoliat. in 6.* Rota *decis. 333. num. 2. par. 5. recent* & in his terminis in alia *Conchen. decimarum de Belmonte 20. Iunii 1616. §. primo coram Verospio*. Imò contrarium resultat ex ipsamet Cantoris instantia, eatenùs petentis decimas croci, & olei, quatenùs istæ successu temporis effe-
ctæ sunt grossæ, ius enim reale, & vniuersale † indistin- 3
ctè comprehendit tàm minutas, quàm grossas, vt ex *Text. in cap. cum in tua 30. de decim.* in specie ponderauit Rota *in dicta Subinen. decimarum penès* Maschesan. *§. non obstat*.

Nec huiusmodi ius deduci potest ex donationibus factis à Ioanne primo Episcopo Conchensi, qui vigore facultatis sibi concessæ à Lucio Papa Tertio, donauit Capitulo
medietatem decimarum, † quia in vim dictarum dona- 4
tionum in Capitulum translata fuit medietas decimarum Ciuitatis Conchensis, & medietas decimarum, quæ sunt in Alarcon, vt ex eisdem donationibus Summario Curati *num. 1.* & firmat Rota *in Conchen. decimarum de Villanoua 5. Maii 1600. §. habet enim coram Pamphilio*, & in citata *Conchen. decimarum de Belmonte §. non obstat coram Verospio*, & ideò ex iisdem donationibus, in quibus nulla legitur facta mentio decimarum loci de Guasquena, vbi est fundatum præstimonium vnitum cantoriæ, de qua agitur
† nullum ius decimandi deduci potest ad fauorem Canto- 5
ris super terris existentibus in notato loco de Guasquena, vt in præcisis terminis respondit Rota *in dicta Conchen. decimarum de Belmonte §. non obstat cor. Verospio*.

Non etiam secundum constitutum in immemorabili, quia testes examinati pro parte Parochi probant tantùm Cantorem exegisse decimas grossas frumenti, vini, & agnorum, vt in Summario Parochi dato sub die 19. Ianuarii 1674. *num. 4.* reliquis fructibus, & signanter croco & oleo pertinentibus ad Parochum, seù ad pedem Altaris, vt dicitur in pluribus visitationibus datis in eodem Summ
num. 8. † ac per consequens eadem exactio antiqua extendi 6
non potest ad alias diuersas species fructuum croci scilicet, & olei *cap. tua 25. in fine, & in cap. cum contingat 29. pariter in fine de decim.* Rota *decis. 333. num. 15 part. 5 recent.* & in sepè citata *Conchen. decimarum de Belmonte §. hac autem, in Corduben. decimarum Molendin 20. Iunii 1672. §. exclusa coram R. P. D. meo Bourlemont*. In materia namque
decimarum, † sicuti in quauis alia tantùm dicitur præscri- 7
ptum, quantùm fuit possessum, & non amplius *l. quod meo §. fin. ff. de acquir. poss. glos. in cap. auditis 15. in verbo interruptionem in fine de præscript.* Giouagnon *respons. 28. nu. 1. lib. 2.* Gutierez. *canon. quæst. lib. 2. cap. 2. num. 83.* Rota *d. dec. 333. nu 16. par. 5. rec.* & in citatis *Subinen. decimarum §. non obstat in fine, & in Toletana prætensarum decimarum §. idque tanto magis penès* Marchesan. *dicta par. 1. fol. 682. & 683.*

Non

Non obstat, quod crocus, & oleum nunc recolligatur
in illis tertis, de quibus prius soluebantur decimæ glossæ
8 vini, & frumenti, ac † proinde decimæ croci, & olei de-
beantur vti subrogatæ in locum decimarum vini, & fru-
menti, *ad Tex. in cap. commissum 4. de decim.* Guttierez *d.
capit. 21. numer. 94. & seq. &* Rota *d. decisione* 333. *num.* 8.
par. 5. recent.

Quia respondetur, quod tunc tantùm debentur deci-
9 mæ ex nouis fructibus subrogatis, † quando Decimator
est vniuersalis, habens assistentiam in iure, seù causa vni-
10 uersali decimandi de omnibus † fructibus, secùs verò quan-
do Decimator est particularis, qui non habet assistentiam
iuris in causa vniuersali, sed solùm Ius decimandi deducit
11 ex priuilegio, vel antiqua possessione decimandi, † nam
tunc non datur extentio, neque subrogatio de re ad rem,
nec de specie ad speciem, vt vtrumque casum distinguen-
do notat Barbos *de iur. Eccles. vniu. lib. 3. cap. 26. §. 2. num.*
61. Bichio *decis. 322. numer. 6. & 9.* Rota *in citata decis. 333.
num. 9. cum pluribus seqq. par. 5. recent. & in Carpentoraten.
decimarum 28. Iunii 1675. §. quia beat coram R. P. Domino
meo Taia*, vnde cùm in præsenti Cantor non habeat iuris
assistentiam contra Parochum, nec minus probet habere
Ius decimandi reale super prædiis controuersis, de quibus
tantùm habuit aliquas decimas de citatis particularibus
12 fructibus, † non est fundatis In petitione, seù prætentio-
ne decimandi crocum, & oleum, quæ recolliguntur nunc
in prædictis prædiis, *cap. cum contingat 29. vbi* Io: Anania
nu. 6. de decim. Rota *dec. 484. nu. 3. par. 3. rec.*

Et hinc non applicantur contrariæ decisiones In simili-
bus causis Conchen. Decimarum, in quibus fuit dictum,
13 quod decimæ soluuntur, etiam in nouis † fructibus, quia
vel loquuntur ad fauorem Episcopi habentis ius coæquale
decimandi, vt sunt *dec. in Conchen. decimarum de Villano-
ua de Xara* 12. *Decembris* 1608. *coram* Iusto *decis. 442. 485.
520. parte prima, & decis. 666. par. 3. recent.* vel loquun-
tur ad fauorem Capituli in illis prædiis, in quibus habet
14 ius coæquale decimandi † vigore donationum illi factarum
à Ioanne primo Episcopo Conchen, vt sunt *Conchen. De-
cimarum de Villanoua 5. Maii* 1600. *& 27 Iunii* 1601. *coram
Pamphilio, & dec. 289. coram Dunozetto Sen.* Vel denique
15 loquuntur quando fuit probatum, † quod vni tantùm
soluebantur decimæ ex omnibus fructibus, vt est *decis.
1203. cor. Seraph.*

Cæterum si Cantor probaret, quod ob mutationem cul
turæ, ipsius præstimonium esset taliter damnificatum, vt
ferè remaneret sine dote, † Domini facilè inclinarent,
16 vt illi succurreretur, iuxta *Text. in cap. suggestum 9. de de-
cim.*

Et Ita, vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. VBAGO.

Ariminen. Census.

Lunæ 20. Aprilis 1676.

ARGVMENTVM.

Plura continet hæc decisio in perficienda exequutione iam facta, quod Monasterium suo religioso succedat, qualiter, & quomodo filiatio, & obitus patris remaneant probata, & demum quod hæres, quamuis beneficiatus, non gaudeat beneficio inuentarii, si rationem non reddat, sed creditoribus hæreditariis etiam de proprio sit obnoxius.

SVMMARIVM.

1 *Exequutio ritè, & rectè facta mediante processu ad vlteriora terminari debet, ad hoc vt debitus finis litibus imponatur.*

2 *Monasterium representat personam sui Monachi.*

3 *Monachus quidquid acquirit, acquirit Monasterium.*

4 *Mors in longinquis partibus probatur per famam illius loci, in quo aliquis dicitur esse defunctus.*

5 *Filij sunt parentum suorum necessarii hæredes, quia teste* Paulo Apostolo, *filius, ergo hæres.*

6 *Filiatio probatur ex fide baptismatis iuncta cum depositionibus testium.*

7 *Filius vti talis dicitur recognitus à debitore paterno illi debitum patris persoluendo.*

8 *Hæres non potest impugnare, quod suus auctor defunctus approbauit.*

9 *Mors patris probatur ex instrumento, in quo aliquis dicitur filius olim, vel quondam N. quia tales dictiones mortem patris demonstrant.*

10 *Hæres beneficiatus non iuuatur beneficio inuentarij, nisi etiam rationem reddat.*

11 *Hæres sine inuentario, vel rationem non reddens tenetur de proprio.*

DECISIO DCLXXXIX.

MANDATVM contra bona hæreditaria Cæsaris,
& exequatur contra bona propria Eleonoræ, alio-
rumque ipsius Eleonoræ auctorum, ac hæredum dicti q.
Cæsaris pro fructibus census ab A. C. relaxatum, Rota
præuiis duabus decisionibus coram Reuerendo Patre Do-
mino meo Taia mandauit exequi, & ab his deuoluta mi-
hi causa in gradu appellationis cum clausula *sine præiudi-
cio*, quoad bona hæreditaria, & qui ad legitimam vlte-
riorem exequutionem procedat quoad bona propria Eleo-
noræ, & ad formam commissionis dato dubio, An sit
procedendum ad vlteriora, affirmatiuè fuit responsum,
quia exequutio ritè, & rectè facta, præuio ad vlteriora
processu terminari debet † adhoc vt debitus finis litibus 1
imponatur, iuxtà *Text. in leg. quidam existimarunt ff. de
rebus creditis*, Rota *decisione 40. numero primo parte 11.
recent.*

In præsenti verò, quod ritè, & rectè dicta exequutio
demandata fuerit, satis considerarunt Domini patere ex
decisionibus prædictis Reuerendi Patris Domini mei Taiæ
6. Martii 1671. & 5. Decembris 1672. maximè quod credi-
tum non fuit deductum in controuersiam, vt patet ex in-
strumento publico census, Summario positionis 6. Mar-
tii 1671. *num.* 1. & sola difficultas visa fuit restringi ad legi-
timationem personarum ex parte actoris, & rei conuen-
ti, quæ exceptio tolli pariter existimarunt Domini, dum
conuentus actor habet causam à Calagiono creditore cen-
sus ex persona Patris Seraphini Religiosi in Conuentu
Sancti Euangelistæ Ordinis S. Augustini professi, vt ex
fide professionis, Summario *numero sexto* †, & ideò vti 2
repræsentans ipsum Patrem Seraphinum per generalem
regulam, quod quidquid acquirit Monachus, † acquirit 3
Monasterio, Bichio *decis* 81. *numer.* 1. Celsus *decis.* 292.
numer. 67. iura Patris Seraphini retinet; Ad Patrem verò
Seraphinum census peruenit ex hæreditate Antonij Patris
ad quem spectabat vigore donationis insolutum ipsi An
tonio factæ per Angelinum, Summario *num.* 1. prout pa
riter Angelinum acquisiuisse, ostenditur à Raynerio de
Nigris, Summ *nu.* 3. cui fuit venditus à Galleonibus cre-
ditoribus, Summ. *nu.* 20.

Obiectum autem deductum, quod non iustificetur d. P.
Seraphinum successisse Antonio patri, imò quod nec An-
tonius obierit, tollitur ex depositionibus testium, Sum *nu.*
20. qui de obitu Antonii præcedente ad illum prædicti P.
Seraphini testantur & licèt non deponant de vera scientia,
nempè de visu, vel simili, sed solùm ex fama, attamen cùm
depositio tendat ad ostendendam mortem in partibus lon-
ginquis, & remotis Regionibus, vt sunt partes S. Iacobi ad
Galitiam, ad quas testes deponunt se vertisse Antonium
vsque ab anno 1610. circiter, & ibidem obijsse, eod. Sum. *nu.*
20. † sufficit, quod per famam illius loci, in quo dicitur esse 4
mortuus, mors illa probetur, Men. *de adipisc. remed. 4. nu.
672.* cum alijs adductis *in dec. d. R. P. D. mei Taiæ 6. Martii
1671. § Sed Dominis visum est*; Data igitur morte dicti An-
tonij præcedente ad illam Patris Seraphini, non est du-
bium, quod iste remanserit hæres, † quia filii sunt pa- 5
rentum suorum necessarii hæredes *l. in suis 11. ff. de liber. &
posth. & ibi Doctores*, imò teste Paulo Apostolo filius ergo

6 hæres; filiatio † veró iustificata remanet ex fide baptis-
matis cum depositione testium, de quibus in Sum. *num.8.*
9. *&* 10. & animaduerterunt Domini, quod fuit in filium
7 Antonii recognitus, & habitus † Laura Gambora me-
diante solutione fructuum census, vt contestantur prædi-
cti examinati testes, Summar. *num.* 11. quæ approbatio fi-
8 liorum facta per Lauram † impugnari non potest ab Eleo-
nora hærede, vulg. *l. cum à matre C. de rei vindicat.* & vl-
terius Pater Seraphinus se immiscuit in hæreditate pater-
na, dum non solùm in prædictis fructus census exegit, sed
illos assignauit Francisco Bondino creditori in computum
sui debiti, Summ. *num.* 7. & in instrumento assignationis
Antonium patrem tamquam mortuum expressit, vt de-
9 monstrant dictiones *olim*, † & *quondam* positæ ante nomen
d. Antonii Barbos. *var. diction.* 431. *num.*3. Gratian *discept.*
897. *nu.*75.

Alteram veró legitimationem personæ ex parte rei clarioribus demonstrationibus patere DD cognouerunt, dum Cæsari debitori successisse Lauram ostenditur ex ipsiusmet Lauræ confessione, emissa in mandato procuræ per ipsam facto, Summario *num.* 14. vbi constituit tamquam hæres Cæsaris procuratorem ad agendum, Lauræ veró hæreditatem fuisse acquisitam à Io. Baptista Solodio, hic idem Io. Baptista declarat in quadam declaratione iudiciali, Summ. *numer.* 13. Eleonora tandem quod fuerit hæres Io. Baptistæ Solodii patris, constat ex instrumento aditionis, Summ. *nu.*12.

Nihil releuat, quod prædictas omnes hæreditates præ-
tendatur fuisse adeptas cum beneficio legis, & inuentarii,
quia cum fuerit præfixus terminus ad reddendam ratio-
10 nem, illaque non reddita fuerit, † hæredes vti non pos-
sunt ipso beneficio inuentarii, saltem donec rationem non
reddant, Ridolphio. *in praxi parte prima cap.* 9. *numer.* 2.
Rota *decis.* 147. *num.* 26. *part.* 11. *rec.* & tamquam repræ-
11 sentantes personam defuncti † tenentur ad solutionem de-
bitorum illius, etiam ex propriis bonis, *l. vltima §. etsi præ-
fatam C. de iure deliber. et ibi* Bald. *nu.*3. *et §. hæres quoque
instit. de oblig. quæ ex quas contract. nascuntur.*

Quibus omnibus præmissis eo magis inclinarunt Domini pro vlteriori processu, quia executio ostenditur facta in bonis hæreditariis Cæsaris principalis debitoris, vt ex Summar. nouo dato *nu. vnico*.

Et ita, vna parte informante, altera pluries citata, & renuente, resolutum fuit.

R. P. D. CALATAIV.

Maceraten. Fideicommissi.

Lunæ 20. *Aprilis* 1676.

ARGVMENTVM.

Agitur de filiis in conditione positis, iique dicuntur ex coniecturis vocati, quarum plurimæ hic concurrentes enumerantur; Cumque ageretur de cyppo domus, & linea vltimo loco vocatis, eo magis pro vocatione filiorum, & descendentium in conditione positorum resoluitur, præcipuè quia de fideicommisso ascendentis tractatur, in quo leuiores coniecturæ sufficiunt.

SVMMARIVM.

1 *Filii in conditione positi concurrentibus coniecturis, dicuntur dispositiuè vocati, & nu. seqq. & per tot.*

2 *Digressus ad plures gradus substitutionum est maxima coniectura pro inducenda vocatione filiorum in conditione positorum.*

3 *Substitutiones multiplicatæ essent superfluæ, si filii in conditione positi non fuissent vocati.*

5 *Legitimitatis, & naturalitatis qualitas est vna ex coniecturis pro inducenda vocatione filiorum in conditione positorum.*

6 *Reciproca à Testatore ordinata institutos, & substitutos, est coniectura valdè vrgens, & efficax ad hoc, vt filii in conditione positi dicantur vocati.*

7 *Cyppi domus, & lineæ vocatio facta per verba collectiua, tractum habet successiuum, & comprehendit omnes in infinitum per fideicommissum.*

8 *Cyppi, lineæ, & Ecclesiæ vocatio non posset succedere, si filiorum filii, & alii in conditione positi non essent vocati*

9 *Cyppus, & Ecclesia remotiores non debent esse magis dilecti, quàm proprii descendentes, & proximiores.*

10 *Remotiores esse magis dilectos proximioribus, & descendentibus, præsumendum non est.*

11 *Filii, & alii descendentes in conditione positi si non essent vocati, neque ex testamento, neque ab intestato succederent.*

12 *Vocationis filiorum, & descendentium in conditione positorum maxima coniectura est, si illi neque ab intestato, neque ex testamento succedant.*

13 *Clausula* codicillaris, *& clausula* omni meliori modo *plurimum operatur pro inducenda vocatione filiorum in conditione positorum.*

14 *Confessio hæredis grauati super existentia fideicommissi, impugnari non potest ab illius hærede*

15 *Coniecturæ plures simul iunctæ, eo magis sufficiunt pro inducenda vocatione filiorum in conditione positorum, vbi agitur de fideicommisso ascendentis.*

16 *Cyppi appellatione veniunt omnes descendentes Testatoris per lineam masculinam.*

17 *Cyppi sub vocatione continentur etiam fœminæ, earumque descendentes, si in defectum masculorum illæ fuerint per Testatorem admissæ.*

18 *Linea in conditione posita, existentibus coniecturis, adhuc dicitur esse vocata.*

19 *Linea post cyppum domus vocata, non intelligitur de descendentibus, quibus fuit à Testatore prouisum, sed solum de transuersalibus, & vid. num. seqq.*

20 *Lineæ nomine veniunt propriè omnes descendentes.*

21 *Lineæ appellatione, sine præcedenti prouisione facta descendentibus, venire nequeunt transuersales.*

22 *Transuersales non debent esse melioris conditionis, quàm descendentes.*

DECISIO DCXC.

CENSVERVNT Domini sub die decima Maii 1673
fideicommissum à Blasio Maiorana institutum,
fuisse reuocatum in suis posterioribus Codicillis; sed ab hu-
iusmodi resolutione recessum fuit sub die 24 Ianuarii sub-
sequentis; Vnde reproposita causa sub die 10. Iunii 1675.
Rota censuit extare fideicommissum, sed in eo non fuisse
vocatos illos de Nigris tamquam in conditione positos;
Causa tandem pro quarta vice reproposita, Domini ab vl-
timo decisis recedendum esse dixerunt.

Certum est enim, quod filiorum filii, quales sunt illi
de Nigris fuerunt à Testatore in conditione positi, vt ad-
mittit etiam postrema decisio, † Vnde concurrentibus con- 1
iecturis, dicuntur dispositiuè vocati, Peregr. *cons.*91.*nu.*30.
*lib.*1. Honded. *cons.*73. *nu.*28. *lib.*1. Surd. *cons.*434. *nu.*19. Ro-
ta *dec.*266. *nu.*3. *par.*1. *rec.*

Coniecturæ autem plurimæ sunt, & primò Testator di-
gressus fuit ad plures gradus substitutionum, † institutis 2
namque propriis filiis masculis legitimis, & naturalibus,
iisque inuicem substitutis in casu obitus alterius sine
filiis substituit fœminas, quas pariter inuicem substi-
tuit quatenus sine filiis decederent, & deinde vocauit
Flaminiam vxorem, cui substituit Cyppum suæ domus,
& demum deficiente linea masculina, & fœminina
domus ipsius Testatoris, vocauit Ecclesiam Beatæ Ma-
riæ de Pace, † istæ enim multiplicatæ substitutiones 3
fuissent superfluæ, nisi Testator vocare voluisset quos
posuit in conditione, vt aduertunt Fusat. *de substitut.*
qu 437.

qu. 437. nu. 9. Thomat. *decis. 23. nu. 14.* Rota cor. Seraphin. *dec. 1329. nu. 10. & cor.* Card. Celso *dec. 181. nu. 14. & cor.* Eminentiss. Otthobono *dec. 1. num. 26. & in Romana fideicommissi de Incoronatis 28. Nouembris 1668. coram bo. mem. Prialo.*

Secundò plures filios posuit in conditione, † & ex tali
4 geminatione inducitur etiam coniectura eorum vocationis
Honded. *cons. 54 nu. 11. lib. 2.* Capic. Latr. *decis. 1. num. 22.* Rota cor. Eminentiss. Celso *d. decis. 181. num. 11. & coram* Dunoz. Iun. *dec. 487. nu. 14. & in Rauennaten. fideicommissi 22. Martii proximè præteriti cor. R. P. D. meo Emerix:* Eo-
5 que magis, quia in istis voluit qualitatem † naturalitatis,
& legitimitatis, vt ponderat Capic. Latr. *d. dec. 1. num. 15.* Adden. ad Buratt. *dec. 385. nu. 10.* Rota cor. Arguell. *decis. 32. nu. 3. & cor.* Coccin. *dec. 1399. nu. 4. & dec. 526. num. 15. pa. 13. rec. & in d. Rauennaten. fideic. cor. R. P. D. meo Emerix §. imò non solum.*

Tertio ordinauit reciprocam tam inter institutos, quàm
6 substitutos, † quam coniecturam esse valdè vrgentem, &
efficacem tradunt Fusar. *cons. 38 nu. 8.* Menoch. *præsumpt. 76. nu. 52. lib. 8.* Thomat. *dec. 23. nu. 18.* Rota *dec 355. nu. 5. & dec. 389. nu. 6. par. 3. tom. 2. rec. & cor.* Merlin. *dec. 447. nu. 3. & cor.* Card. Celso *d. dec. 181. nu. 15.*

Quartò vocauit Cyppum, & lineam verbis collectiuis,
7 quæ habent in se tractum successiuum, † & apta sunt com-
prehendere omnes in infinitum per fideicommissum ordine successiuo, Rota *in rec. dec. 266. nu 10. & dec. 300. nu. 3. par. 1. & dec. 326. nu. 10. par. 14.*

Quintò in defectu Cyppi, & lineæ vocauit Ecclesiam,
8 † quæ non posset succedere, si filiorum filii, & alii vlte-
riores in conditione positi non essent vocati, vt considerauit Rota cor. Cardinali Celso *in d. dec. 181. nu. 17. & coram* Durano *dec. 296. nu 2. & cor.* Merlino *dec. 360. nu. 1. & co.* Eminentiss. Otthobon. *d. dec 1. nu. 32. & in rec. dec. 97. nu. 4. par. 7. & dec. 32. nu. 29. par. 8. & in* Imolen. *bonorum, seu fideicommissi 15. Iunii 1672 cor. R. P. D. Emerix*, aliàs Cyp-
9 pus, & Ecclesia † remotiores essent magis dilecti, quam
10 proprii descendentes, & proximiores, † quod non est præ-
sumendum, Fusar. *subst. qu. 437. nu. 176.* Fontanell. *de pact. nupt. claus. 4 glos. 24. nu. 7.* Rota cor Greg *dec. 316. num. 7.* & cor Dunoz Iun. *dec 487. num. 17. & in d Rauennaten fideicommissi 22. Martii proximè præteriti coram R. P. D. meo Emerix.*

Quia alia filiorum filii, & alii vlteriores descendentes
11 ob præmorientiam parentum, vt in hoc casu non † succe-
derent neque ex testamento, neque ab intestato, quæ est
12 ratio *glos. in l. Lucius in secundo ff. de hæred. instit.* vt pro †
vehementi coniectura eorum vocationis tradit Peregr. *cons. 131. lib. 5.* & pluries admisit Rota, nempè *decis. 322. in fin. & decis. 326. nu. 7. par. 1. diu. & cor.* Penia *dec. 1297. nu. 8. & dec. 1358. nu. 9.* cum aliis cumulatis *in Bononien. fideic. de Gozzadinis 27. Aprilis 1674. coram me.*

13 Septimò concurrunt clausula *codicillaris*, & clausula †
omni meliori modo, quas pariter adhunc effectum pluries ponderauit Rota, *vt in dec. 355. nu. 6 par. 4. tom. 2. & dec. 28. nu. 19. par. 8. rec. & in d. Rauennaten. fideicommissi §. accedit denique cor. R. P. D. meo Emerix:* Ac demum circa existentiam fideicommissi fauore illorum de Nigris adest con-
14 fessio hæredis grauati, à quo causam habet Clara, † quæ
proinde non potest illum impugnare, *l. cum à matre Cod. de rei vindic.* Buratt. *dec. 925. num. 4. & in Falginaten. Fideic. 4. Iunii 1668. cor. R. P. D Bourlemont.*

Quæ coniecturæ simul iunctæ procul dubio sufficiunt in
15 proposito, † quo agitur de fideicommisso ascendentis, vt
tenent Altograd. *cons. 45. nu. 12. lib. 1.* Capyc. Latr. *d. decis. 1. nu. 12.* Rota cor. Greg *dec. 315. nu. 5. & in d Bonon. fideic. de Gozzadinis cor. me § 1.*

Præterea prædicti de Nigris comprehensi dicuntur sub
16 nomine Cyppi expresse vocati, † cuius appellatione ve-
niunt omnes descendentes ipsius Testatoris per rectam lineam, Corn. *cons. 41. nu. 4. lib. 4.* Fusar. *cons. 107. num. 4. & de subst. qu. 348 nu. 4.* Peregr. *de fideic. art. 32. nu. 33.* Barb. *appell. 50. nu. 4.* Rota *dec. 14. nu. 3. par. 8. rec. & cor.* Bichio *dec. 337. nu. 17.* nihil obstante, quod isti descendant ex fœmina, quia cum Testator in defectu filiorum masculorum
17 sine filiis, fœminas admiserit, † etiam illæ, earumque
descendentes censentur comprehensi sub vocatione cyppi, Cutt. Ion. *cons 132. nu. 3. lib. 2.* Paris. *cons. 47. num. 51. libr. 3.* Rota *dec. 113. nu. 3. par. 3. dec. 518. nu. 6. & 7. par. 4. & dec. 159. nu. 2. par. 9. rec.*

Ac demum vocati sunt sub nomine lineæ masculinæ, &
fœmininæ, quę licèt sit posita in conditione, † tamen con- 18
currentibus omnibus coniecturis supra relatis, dicendum est fuisse dispositiuè vocatam, ex auctoritatibus superius adductis.

Nec subsistit fundamentum vltimæ decisionis, quod Testator vocando lineam masculinam, & fœmininam post cyppum domus suæ, non intellexerit de descendenti-
bus, quibus antea prouiderat, sed de transuersalibus, ne 19
detur ordo retrogradus, quia nomine lineæ † veniunt pro- 20
priè omnes descendentes, latè Fusar. *qu. 345 nu. 1.* & dum Testator præcedenter istos non vocauit, sed tantùm posuit in conditione, non potest dici fuisse eis prouisum, & sine
præcedenti prouisione sub nomine lineæ † venire neque- 21
unt transuersales, quia isti essent melioris conditionis,
quam descendentes, † quod non est dicendum, vt aduer- 22
tit Rota cor. Merl. *dec. 66. nu. 8. & dec. 83. nu. 18. & in rec. dec. 67. nu. 6. & 7. par. 9. & dec. 123. nu. 9. & 24 par. 14.*

Reliqua vero obiecta super Codicillis, attentatis, & detractionibus ab Informantibus repetita, sublata fuerunt in penultima decisione, cuius fundamenta iterum Dominis placuerunt, vtraque &c.

De plurimis decisionibus in hac causa emanatis aliæ sunt impressæ in alio præced. tom. 1 quę sunt ibidem dec 100 & 222. altera verò habetur supra in hoc eodem tomo, quæ est in ordine 535.

R. P. D. VICECOMITE.

Perusina Pecuniaria.

Lunæ 20. Aprilis 1676.

ARGVMENTVM.

Ad impediendam restitutionem dotis maternæ adducebatur Statutum Perusinum exclusiuum fœminarum propter masculos, sed illud requirere dotationem de tempore delatæ successionis, & ideò sine ea obstare non posse deciditur; Rursus prætendebatur deberi legitimam patri in bonis filii professi, sed illam per transitum ad secunda vota in proprietate fuisse amissam declaratur, eamque in solo vsufructu deberi; Cumque adduceretur vlterius defectus processus executiui, ille non obstare visus est, ex commissione facta causæ cum clausula; Alteri qui ad vlteriorem legitimam, quæ facultatem exequendi concedit.

SVMMARIVM.

1 *Filia succedit matri pro sua portione.*
2 *Filia succedit æqualiter cum patre fratri, vel sorori defunctæ.*
3 *Mandatum pro summa debita ritè, & rectè relaxatur.*
4 *Statutum Perusinum excludens fœminas propter masculos, non simpliciter, sed cum qualitate dotationis procedit, & nu. 5.*
6 *Filia exclusa à Statuto sub qualitate dotationis, debet esse dotata de tempore delatæ successionis.*
7 *Statutum exclusiuum fœminarum, si est consecutiuum ad præcedentia, qualitatem dotationis supra expressam dicitur requisiuisse, & nu. 9.*
8 *Dictio vt supra recepit qualitates, & modos supra expressos.*
10 *Legitima debetur patri in bonis filii professi statim professione emissa, sed vid. nu. seqq.*
11 *Pater transiens ad secunda vota amittit legitimam*

filii quoad proprietatem, & eam consequitur in solo vsufructu, & nu. 13.

12 *Pœna secundo nubentium tam in matre, quàm in patre procedunt.*

13 *Legitima filii professi non debetur patri binubo, nisi quoad solum vsumfructum, non autem in proprietate, & nu. 11.*

14 *Dos in pecunia non conuertitur in fundum, nisi copulatiuè accedentibus consensu, & vtilitate mulieris.*

15 *Validitas processus executiui discuti non debet, si causa est commissa cum clausula* alteri, qui ad ulteriorem legitimam.

16 *Clausula* alteri, qui ad vlteriorem legitimam *Iudici ad quem facultatem, exequendi concedit.*

D E C I S I O DCXCI.

POSTEAQVAM Sac. Rota coram R. P. D. Emerix decreuerat procedendum esse ad vlteriorem executionem mandati relaxati, ab A. C. fauore Monasterii Sanctæ Mariæ Magdalenæ Perusiæ, ex persona Barbaræ, pro scutis 5400. debitis ab hæreditate Darii pro restitutione dotis ab ipso receptæ in scutis 9. mil. commissa mihi denuo fuit causa appellationis cum clausula, *Qui ad vlteriorem legitimam*, ad cuius tenorem cùm hodie dubium proposuissem, fuit pro executione mandati resolutum.

Ex quinquem namque filiis, Petro videlicet, Barbara, Victoria, Europa, & Cinthia susceptis ex primo matrimonio inter Camillam, & Darium, cum sola Barbara
1 superstes fuerit, vltra scuta 1800. † ei pro sua quinta parte
obuenta, per *Textum in §. si igitur auth. de hæred. ab intest.*
2 *venien.* eidem debetur etiam successio † in residuo, vna cum
Dario patre, *Auth. defuncto C. ad Senat. Cons. Tertill.* itaut consequi debeat medietatem consistentem in scutis 3600
quæ iuncta cum prædictis scutis 1800. constituunt præfa-
3 tam summam scutorum 5600. † pro quibus ritè, & rectè
fuit relaxatum mandatum, & prout latiùs *in decisione 23. Iunii 1673. cor. R. P. D. meo Emerix*, & in illius confirmatoria 26. *Febr. 1674. cor. eodem.*

Hæc autem successio debita ex dispositione iuris communis sublata dici non potest per ius municipale dictæ Ciui-
4 tatis *libr. 2. cap. 48.* † excludens à successione fœminas pro-
pter masculos, quoniam cum exclusio non sit absoluta,
5 † sed modificata propter dotem, vt latè discusso articulo
firmatum fuit *in decis. 326. nu. 5. & decis. 351. num. 8. & 11. cor. Dunoz. Iun.* consequens est Barbaram, quæ de tempore delatæ hæreditatis non erat dotata, non remansisse ex-
6 clusam, † quia ad istum effectum attenditur qualitas, quæ
inest tempore, quo defertur hæreditas, vt in præcitatis causæ decisionibus, & consuluerunt Corn *cons. 74. num 7. lib. 1.* Eugen. *cons. 4. nu. 35* Rota post Merlin. *de legit. decis. 306. nu. 3. & in rec. dec. 399. nu. 35. cum plurib. seqq.*

Non obstat, quod vbi agitur de successione transuersa-
7 lium, Statutum non repetat qualitatem dotationis, †
quoniam cum stet consecutiuè ad præcedentia, & fuerit
8 adiecta dictio *vt supra*, † quæ omnes qualitates, & modos
superius expressos repetit Rota *decis. 456. nu. 21. & 22 par. 4. tom. 2. rec.* quemadmodum supra fuerat ordinatum quod fœminæ sint dotatæ ad hoc, vt excludantur à successione,
9 † pari modo censendum est infra fuisse dispositum, Eugen.
dicto cons. 4. nu. 56. Rota *in præcit. decis. 351. num. 1. cor. Dunoz. Iun.* & latè firmant decisiones causæ, cum quibus Domini transierunt.

Eoque minus visus fuit obstare allegatus excessus ab eo desumptus, quod ex portione delata Barbaræ non fuit de-
10 tracta legitima debita Dario patri, † statim ac filia profes-
sionem emisit, ad tradita per Rota *dec. 267. & dec. 903. pa. 3. rec.* quia quidquid sit de hac quæstione placuit Dominis eadem responsio in decisionibus data, quod nempè cùm de tempore professionis d. filiæ Darius ad secunda vota con-
11 uolasset, † legitimam acquirere non potuit, nisi quoad
proprietatem, propter pœnam secundò nubentibus infli-
ctam in *lege fœmina C. de secundis nupt.* quam indistinctè
12 procedere tam in matre, † quàm in patre firmat Rota *de-
cis. 82. nu. 2. & 3. & ibi Addentes*, qui dat concordantes,
13 & limitando contrariam opinionem † fauore filii professi
in Religione capaci plenè firmauit Rota coram Dunozetto Iuniore *decisione 676. numer. 2. & 3.*

Tandem non releuat, quod mandatum fuerit relaxatum pro quantitate, contra posteriorem conuentionem restituendi dotem in corporibus, quoniam cùm dos fuerit
à principio constituta in pecunia, † non potuit ex postea 14
per quamcumque conuentionem mutari in fundum, non accedentibus copulatiuè consensu, & vtilitate mulieris, de quibus in præsenti non constat, vt præter allegatos in decisionibus causæ nuper firmauit Rota *in Romana cessionis ratæ coasus 29. Nouembris anni proximè præteriti 1675. §. non aduertente*, quæ hodie confirmata cor. me.

Stante igitur ex prædictis, & aliis decisionibus R.P.D. mei Emerix firmatis, iustitia d mandati, superfluum visum est assumere disputationem circa validitatem proces-
sus executiui, † quia cùm causa reperiatur commissa cum 15
clausula, *Alteri, qui ad vlteriorem legitimam executionem
procedat*, † censetur attributa Iudici ad quem facultas 16
exequendi, Maresc. *var. resol. lib. 1. cap. 86. nu. 7. & seqq.* Rota cor. Dunoz. Iun. *dec. 642. nu. 2. & cor.* Eminentissimo Otthob. *dec. 56. nu 28.*

Et ita, altera tantum parte informante, resolutum fuit.

Aliæ duæ decisiones in hac causa emanatæ sunt impressæ in præcedenti Tomo primo istius decimæ octauæ partis, vbi sunt in ordine 144. & 241.

R E V E R E N D I S S I M O D.

A L B E R G A T O

Sacræ Rotæ Decano.

Fauentina hæreditatis.

Lunæ 20. Aprilis 1676.

A R G V M E N T V M.

Testamentum fiduciarium esse prætendebatur, sed quia de nulla causa fiduciæ apparebat, imò illi, ad quos hæreditas peruenire debuisset, etiam directo hæredes institui poterant, ideò pro exclusione fiduciæ resoluitur; Cumque allegaretur adhuc mala distributio bonorum contra mentem Testatoris sequuta, illam nequaquam suffragari deciditur, quia liberum, & effrænatum arbitrium est concessum, itaut etiamsi hæres nihil distribuisset, quod tamen plurimum fecerat, adhuc à nemine molestari poterat.

S V M M A R I V M.

1 *Fiduciaria vt sit dispositio requirit causam, vnde Testator motus fuerit ad sic fiducialiter disponendum, quodque etiam verba concurrant, & nu. 4.*

2 *Fiduciaria non dicitur dispositio, si persona, ad quam peruenire debuerat hæreditas, non erat incapax, sed capax successionis, & hæres institui poterat.*

3 *Incapacitas hæredis à Testatore contemplati plurimum esse solet causa fiduciæ.*

4 *Causa fiduciæ omninò requiritur ad hoc, vt testamentum fiduciarium dici possit, & numero primo.*

5 *Voluntas Testatoris clara, est omninò seruanda.*

6 *Causa fiduciæ non est sola occultatio voluntatis defuncti quæ potest aliundè remoueri, sed alia certa, & indubitata esse debet.*

7 *Fiducia quælibet excluditur, si hæres liberè institua-*

stituatur, & dominus absolutus totius hæreditatis esse debet.

8 *Hæres verè, & propriè ille instituitur, qui dominus hæreditatis esse debet.*

9 *Hæres dicitur ab hæro, idest domino.*

10 *CARDINALIS GASTALDVS Legatum Bononiæ meritissimus, non minus Purpura, quam virtute, Eminentissimus nuncupatur.*

11 *Distributio alicui iniuncta per verba*, quello che gli hà detto à bocca, *in quacumque traditione verificatur.*

12 *Distributionem, vel summam maiorem fuisse relictam, quam illa, quæ à distribuente tradita est, probare tenetur, qui hoc allegat, & quando.*

13 *Arbitrio totale distribuendi relicto, si distribuens adhuc nihil egisset, molestari tamen exinde non potest, & num. 19.*

14 *Epistolæ à Testatore conscriptæ quatenus concilientur cum illius testamento, si in vtrisque habetur mentio distributionis ab hærede faciendæ.*

15 *Testamentum, & in eis disposita, nec reuocari, nec contrariari possunt per simplicem epistolam, sed noua dispositione opus est, & quomodo n. seqq.*

16 *Testes septem requiruntur contestes, & rogati esse debet ad probandum Testatoris voluntatem à verbis testamenti diuersam.*

17 *Relatio, quæ fieri potest ad totam dispositionem, & illius partem, si verificari potest in parte, non dicitur comprehensiua totius.*

18 *Relatio semper fit ad magis proxima, non autem remota.*

19 *Arbitrium effrænatum, & totale concessum operatur, vt quis possit plus dare vni, quam alteri, & supr. num. 13.*

DECISIO DCXCII.

SVB prætextu, quod Euangelista Mussius lo testamento, cum quo decessit, fiducialiter iniunxisset Flaminio Morolo hæredi vniuersaliter instituto distributionem hæreditatis inter coniunctos, amicos, & pauperes, egerunt consanguinei Testatoris coram Eminentissimo Casanatta, & per sententiam absolutoriam reiecti obtinuerunt committi causam appellationis Eminentissimo Columnæ cum voto huius Sac. Tribunalis; sed interim vita functo Flaminio scriptis hæredibus Eminentiss. DD. Otthob. & Gaspare Carpineo cum conditione erogandi hæreditatem deductis & legatis in reparationem Ecclesiæ S. Eustachij, vbi Canonicatum viuens obtinebat; quamobrem sub die 4. Februarij proximè præteriti proposui dubium, quod tamen non fuit resolutum, sed reassumpta hodie disputatione, DD. responderunt non constare de onere Flaminij distribuendi hæreditatem.

Siquidem, vt dispositio Testatoris possit dici fiduciaria duo inter cætera copulatiuè requiruntur, nempè causa, vnde Testator motus ad consanguineum, seu alium non
recta via, sed per interpositam personam hæredi fiducia-
1 rij ad hæreditatem suam peruenire voluerit, † verba,
quæ indicent fuisse à Testatore commissam fidei hæredis scripti in testamento restitutione hæreditatis ad fauorem illius, quem ipse Testator realiter, & cum effectu hæredem esse voluit, vt desumitur ex Text. *in l. in fideicommissi §. cum Polidius*, *vbi* Bald. *ff. de vsu*, *& in l. quidem cum filium*, *ff. de hæred. institut. & in l. Seius Saturninus*, *ff. ad Trebell.* Peregrin. *de fideicomm. art. 3. num. 19.* Hondedon. *conf. 51. num. 88.* Pasqualig. *qu. moral. iurisdict. 149. numer. 2.* & alios refert Torres *de pact. futur. success. lib. 3 cap. 7. nu. 7. & per tot.* Rota coram Cauaier. *decis. 481. num. 2. & dec. 377 n. 1.* coram Bich. *& dec. 226. n. 4. p. 12. rec.*

Neutrum in præsenti visum ei concurrere; deest enim
2 clausula fiducialiter testandi † cum coniuncti, amici, &
pauperes non essent incapaces successionis, aut aliomo-
3 do probibiti institui hæredes, quæ incapacitas † vt plurimum solet esse causa fiduciæ, Argel. *de acquir. possess. q. 5. art. 6. num. 67.* Torres *vbi proximè num. 12. & seqq.* & admittit Rota *in Romana Census 23 Febr. 1674. §. siquidem coram R. P. D. meo Calataiu*; Ideò cum nulla assignari pos-
4 sit ratio cur Actores non potuerint publicè, & palàm institui, & distributio hæreditatis apertè demandari, cessat
causa, † quæ omnino requiritur, & seruanda est volun- 4
tas Testatoris, † quæ clara in testamento legitur ad fauo- 5
rem Flaminij, iuxta *text. in §. disponat*, *Authent. de nupt.*

Nec pro causa fiduciæ potest afferri, quod Euangelista sic testatus fuerit, ne eius voluntas patefieret, id colligendo ex binis Epistolis, quas post testamentum exarauit, quia cum fiducia non sit nisi occultatio voluntatis alicuius fidei remissæ, idem est fiducialiter testari, quam
secretè testari, † & ob id DD. causam fiduciæ, seu secre- 6
tæ dispositionis reponunt in aliqua alia ratione, seu causa, vnde moueri potuerit Testator, quæ certa, & indubitata esse debet Mandell. *conf. 9. num. 1. & 8.* Natt. *consil. 628. num. 17.* Honded. *conf. 46. n. 3. & 4. lib. 1.* Farinac. *cons. 40. sub n. 60. lib. 1.* & in terminis Rot. *d. decis. 317. nu. 125.* coram Bich. *& d. dec. 226. n. 6. par. 12. recent.*

Deficiunt quoque verba fiduciam importantia, immo illam lectura testamenti totaliter excludit, ibi: Instituisce, e nomina suo herede vniuersale Flaminio Moroli &c. quale vuole, che sia libero, & assoluto padrone di totta la sua heredità, e che resti in sua assoluta libertà di fare l'elemosine di dare, e non dare alli suoi particolari parenti padroni, & amici, e seruitori quello, che gli hà detto à bocca, e che da alcuno per qualsivoglia tempo non possa essere astretto à fare cosa alcuna, perche vuole, che il tutto dipenda dal suo libero arbitrio, e dalla sua libera volontà, e non altrimente, &c. Ex quibus liquet nullam adesse fiduciam, & Flaminium esse dominum
absolutum † cum verba Testamenti mox relati impor- 7
tent plenum dominium, & consequenter plenariam, & liberam institutionem, vt ponderat Ramon. *conf. 62. sub nu. 27.* & firmauit Rot. *d. decis. 317. nu. 4. coram Bich.* & notat Torres *d. cap. 7. nu. 4.* plures allegat. *& decis. 354. nu 4. coram eodem*, *& d. decis. 226. nu. 5. par. 12. recent.* est enim
verus, & proprius hæres † ille, qui à Testatore consti- 8
tuitur dominus hæreditatis, cum hæres dicatur ab hæro,
† idest domino, *§. final. instit. de hæred. qualit. & diff. vers.* 9
pro hærede, ibique gloss. in verb. pro domino, Tondut. *qu. ciuil. 77. num. 26. lib. 1.* & in his terminis egregiè explicat
D. CARD. GASTALDVS † non minus purpura, quam 10
virtute Eminentissimus in celebri voto, quod tempore sui Thesaurariatus edidit *in Causa Romana Incamerationis impress. inter rec. decis. 536. n. 63 p. 14.*

Nec argui potest onus fuisse iniunctum distribuendi totam hæreditatem ex illis verbis: Quello che gli hà detto à bocca, quia cum Flaminius certam summam pecuniarum, & quasdam res particulariter consanguineis,
amicis, & pauperibus † tradiderit, vtique quodcumque 11
onus, & quæcumque distributio, quæ posset prætendi
commissa illius fidei adimpleta remansit, † & asserenti 12
contrarium incumbit onus concludenter probandi Testatorem grauasse Flaminium onere distribuendi summam, & quantitatem maiorem potissimum cum esset in eius libera, & absoluta facultate, ibi: Il dare, e non da-
re. Ita & taliter, quod si nihil distribuisset † adhuc id tu- 13
tè egisset, nec molestari, aut compelli potuisset, cum omnia eius totali arbitrio fuissent remissa, vt probat Text. *in l. fideicommissu §. si fideicommissum de legatis tertio* Peregr. d Patau. 106 *n. 2. & 3.* Surd. *conf 29. num. 18.* Rot. *in recent. decis. 203. & 314 p. 9 in vtraque per tot.*

Non obstant Epistolæ scriptæ ab Euangelista, quæ ad declarandum eius voluntatem à consanguineis afferebantur, nam vltra quod directæ sunt personæ aspiranti ad aliquod legatum; prima vbi dicitur Flaminium esse di-
stributorem, † debet intelligi de distributione, quam fe- 14
cit post obitum Testatoris, prout etiam secunda, vbi Euangelista loquens de testamento condito dixit: Stà tutto sopra la fede di vno: eodem modo debet interpretari de relictis postea à Flaminio adimpletis, & hoc pacto præfatæ Epistolæ: Et il resto per elemosina. Et secundæ: Voglio lasciar chiaro alli miei amici, e padroni il puco, che hò. Nam, vltra quod in hac secunda nihil dicitur de consanguineis, si verbum *resto*, & verba secundæ Epistolæ importarent distributionem totalem residui hæreditatis, vt prætendunt consanguinei sequeretur, quod Epistolæ non seruirent pro declaranda voluntate Testatoris, sed inducerent nouam dispositionem contrariam à testamento, nam auferretur per eas tota hæreditas à Flaminio, cui tot amplissimis verbis relictis fue-
rat, † quod vtique per simplicem Epistolam fieri nequi- 15
bat, sed vel alio contrario testamento opus erat, per ea,

quæ tradit Surd. *cons.* 373. *nu.* 23. Gratian. *discept.* 538. *per tot.* & Rot *in Rauennat testamenti* 5. *Iulii* 1661. § *Et quamuis coram R. P. D. mea Vicecomite*, vel per septem testes,
16 contestes, & rogatos † probari debet huiusmodi dispositiua voluntas diuersa à verbis testamenti, vt præcisè notat Gratian. *discept.* 620. *num.* 29. cum alijs in *d. decis.* 317. *nu.* 23. *coram Bich*, & in allegata *decis.* 226. *numer.* 11. *par.* 12. *recent.*

Atque etiam eiusdem rationibus visa fuit non releuante altera Epistola à consanguineis nuper producta, in qua Flaminius se promptum exhibuit assignare Nicolao Massio iuxta ordinem sibi datum ab Euangelista: cinque luoghi de Monti, e cinque cocchiari, e cinque forchette d'argento, & altrettanti à ciascheduna delle sue sorelle. Vnde inferebatur, quod sicuti Nicolao loca quinque Montium tradita fuerunt, ita quoque sororibus, quæ dumtaxat loca quatuor pro qualibet receperunt, saltem esse supplendum per traditionem alterius loci pro qualibet.

Nam ad elidendam huiusmodi considerationem, vltra quod relatio potius fieri debet ad numerum coclearium
17 & furcularum tamquam quid magis proximum, † quam
18 ad loca montium magis remota, cum relatio † semper fiat ad proxima, iuxta *gloss. in l.* 1. *ff. de legat. præstan. relat. per* Rotam *decis.* 996. *num.* 11. *coram. Dunozett.* & patet ex obseruantia, dum ipsis sororibus eundem numerum coclearum, & furcularum non autem locorum montium Flaminius tradidit satis est respondere effrenatum arbitrium dandi, & non dandi à Testatore illi tributum constituisse eundem Dominum, & arbitrum absolutum ad
19 sui libitum dandi plus vni, quam alteri, † absque eo, quod nemo conqueri, aut alias grauatum se existimare posset, dum cuncta ab eius arbitrio pendebat, & quod sibi libebat facere poterat, vt probant Peregrin *alleg. decis.* 106. *nu.* 2. & 3. Surd. *cons.* 29. *n.* 18. Rot. *decis.* 205. & 314. *p.* 9. *rec. per tot.*

Quæ demum dicebantur de recursu ad Tribunal Reuerendæ Fabricæ S. Petri, & de compositione facta cum ea, id potius fuit cautela Flaminij, ne ab ea molestaretur actione mentionis factæ in testamento, & quod plus est d. compositio inferre non potest ab interesse consanguineorum, cum facta fuerit, habito recursu ad solas eleemosynas pro pauperibus testamento enunciatas.

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. CALATAIV.

Fanen. Successionis.

Lunæ 20. Aprilis 1676.

ARGVMENTVM.

Statutum Ciuitatis Fani *cap.* 66. *de success. ab intestato* plurimum in hac Decisione declaratur ad eum casum, quo illud propter fratres patruos, & patrueles, vel alias similes personas excludit matrem à successione sui filij, quatenus nempè existente Auo, adhuc ipsa censeatur exclusa, ea ratione quia Auus est caput agnationis, & cyppi domus & ideò quamuis à Statuto non nominatus, tamen censetur inclusus, & comprehensus inter personas, quæ eandem matrem excludere debent.

SVMMARIVM.

1 *Repudiare dicitur hæreditatem ille, qui potest esse hæredes, & ab alio petit, quod sibi à defuncto erat debitum.*
2 *Repudiatio hæreditatis facta à muliere in iudicio, substinetur etiam sine solemnitatibus.*
3 *Statutum Fani c.* 66 de success. ab intest. *plurimum declaratur, & n. seqq. ac per totam.*
4 *Mater exclusa à patruo, & patruele remotioribus, multò magis excludi debet ab Auo proximiore, à quo descendunt patrues, & patrueles.*
5 *In Causa potentius est ius, quam in suo consorto, & nu.* 11. 15. *& seqq. vbi vide.*
6 *Exclusia matris non debet fieri à personis, de quibus Statutum non loquitur.*
7 *Statutum extendi non potest, si ab eo fuit prohibita extensio ad casus non expressos.*
8 *Extentionis prohibitio in Statutis intelligi debet de irrationabili, non autem de iusta, & rationabili.*
9 *Extensio iusta, & rationabilis semper admittitur, licet quælibet alia fuisset prohibita.*
10 *extensione quamuis prohibita iusta tamen, & rationabilis censetur permissa, si Statutum mandat procedi de similibus ad similia, & æquum, ac iuridicum intellectum admitti.*
12 *Pater licet non nominatus à Statuto excludente matrem propter fratres, patruos, & alios similes, adhuc admittitur, & excludit matrem, & n. seqq.*
13 *Patruum, & Patruelem, si Statutum tanquam casum magis dubitabilem admisit, eo magis dicitur vocasse patrem.*
15 *Reipublicæ interest cyppum domus conseruari, ne diuidantur patrimonia, & domus reducantur ad egestatem, & num. seqq*
18 *Diuitiis deperditis sordescit dignitas familiarum.*
19 *Auus continetur, & venit appellatione cyppi domus, tanquam fundamentum, & stabilimentum illius.*

DECISIO DCXCIII.

AD hæreditatem Io: Andreę in infantili ætate defuncti, consistentem præcipuè in dote Lauiniæ eius Auiæ, Rota per tres conformes prætulit in successione Annam Bartolellam illius matrem in concursu Francisci eius Aui paterni, non obstante Statuto Fani excludente matrem propter Agnatos defuncti: Verum quia Reuerendiss. D. meus Decanus Iudex tertię instantiæ loco mandati de immittendo in alijs sententijs decreti, pronunciauit esse relaxandum mandatum executiuum in scutis 2500. contra bona hæreditaria Francisci pro dote Lauiniæ eius vxoris loco fundorum dotalium per ipsum alienatorum, ideò postremò dictum fuit dictas sententias in hac parte non esse conformes Commissa mihi causa in quarta instantia dubitaui, An sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda, itaut sit relaxandum mandatum, & Domini censuerunt, sententiam esse infirmandam ex duplici capite.

Primò, quia dicta Anna pro suo credito dotali, & alijs suis prætentionibus iudicialiter institit contra Alexandrum Mariottum vel hæredem Francisci, & dicti Io: Andreæ, quem etiam soluentem vti hæredem vtriusque quietauit, hodierno Summ. Alexandri num: 3. & 4. Vnde illius hæreditatem repudiasse censetur; quando enim quis potest esse hæres alicuius, † & ab alio petit, quod 1
sibi à defuncto erat debitum, ex tali instantia inducitur repudiatio hæreditatis, nisi protestetur, quod non intendit repudiare, Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 12. *tit.* 14. *num.* 24. Menoch. *de præs. l.* 4. *præs.* 102. *n.* 17. cum alijs adductis *in Bononien. Bonorum, seu Successionis de Sig. necellis* 2. *Martii* 1663. *coram Illustriss. D. Ottalora*; Nihil obstante, quod ipsa vti mulier non potuerit repudiare hæreditatem filij sine solemnitatibus Constitutionis Ægidianæ, vel Carpensis, quia cum repudiatio facta fuerit mediantibus actibus publicis, & iudicialibus, † substinetur etiam sine so- 2
lemnitatibus, quidquid sit in actibus priuatis, in quibus fraus interuenire potest, vt respondit Rot. *in Perusina Terrarum decis.* 54. *nu.* 13. *post* Giliam *ad Statut. Perusin.* & *in Romana retrouenditionis Domus* 9. *Iunii* 1660. *coram bon. me. Priolo.*

Secundò, quia nimis rigida visa est interpretatio data in præcedentibus decisionibus Statuto Fani † *cap.* 66. *de* 3
success. ab intestato, & *intestabil.* vbi disponitur, quod mater, & coniuncti ex latere materno tantum, non possit ab intestato venire ad successionem filij, vel filiæ, & eorum descendentium, si remanserit filius frater, vel soror personæ mortuæ, aut filius fratris, vel filius sororis, aut Patruus, vel frater patruelis, vnus, vel plures ex latere paterno personæ defunctæ &c. sub qua dispositione licet Auus non sit nominatus, nihilominus dum Patruus, & patruelis remotiores excludunt † matrem, multò magis 4
illa excludi debet ab Auo proximiore, & à quo descendunt

5 dunt Patruoa, & Patruelis, cùm potentloa sit lusin † causa, quam in causato, Castr. *cons. 175. num. 3. lib. 1.* Abb. *cons. 73. num 6. lib. 5.* Dec. *cons. 332. num. 3.* Roman. *cons. 32. num 9* Socein. Iun. *cons. 10. num 16. lib. 4.* Gabr. *cons. 14. n. 32. & cons. 15 num. 2. lib 1.* Brun. *de Statut. art. 42. qu. 15. n. 198. & qu. 16. nu 216.* Phanuc. *de Statut nu. 183.* Mart. Medic. *decis. Senen. 77. num. 25.*

Neque vrgere visa sunt fundamenta præcedentium de-
6 cisionum, quod mater non debeat excludi à personis, † de quibus Statutum non loquitur, neque illud extendi va-
7 leat, † quando fuit prohibita extensio ad casus non expressos, sed in his seruari debeat ius commune, vt in proposito, quodque Abbas, & Castrensis consuluerint super Statuto Senensi excludente verbis generalibus, nempè propter ascendentes, & descendentes, tum quia prohibi-
8 tio extensionis † io statutis intelligi debet de irrationabili
9 non autem de iusta, & rationabili † interpretatione, quæ regulariter semper admittitur Bart. *in l. omnes populi num. 65. ff. de iust. & iur.* Dec. *cons. 64. in fin.* Casanat. *cons. 60. nu. 56. & 18.* Rota coram Seraphin *decis. 496. nu. 12. &* coram Coccino *decis. 111. num. 21.* Idque fortius dicendum est de
10 Statuto Fani, quod sub allo cap. 163. † expressè disponit vt in casibus io volumine Statutorum non dispositis procedatur de similibus ad similia, & debeant intelligi ad sanum, & æquum, ac iuridicum intellectum; Non est igitur interpretatio iuridica, vt potentius ius habeat causa-
11 tum, † quam causa, ea sola ratione, quod nulla eius mentio facta sit, quandoquidem nec etiam Pater est in dicto
12 Statuto nominatus, † & tamen non est dubitandum, quin si existeret, succederet ad hæreditatem filij, exclusa matre, & sanè statuentes nominarunt Patruum, & Patrue-
13 lem tanquam casum magis dubitabilem, † cum eis non sit debita hæreditas sicuti est debita ascendentibus, & descendentibus, vt dicant Castr *d. cons. 175. n. 4* Gabr. *cons. 14. n. 35 lib. 1. & cons. 15 n. 19. lib. 2.* Tum quia verbis Statuti be-
14 nè perpensis, prohibitio extensionis † refertur ad personas exclusas, non autem ad personas excludentes, vt patet, ibi, *Mater, & Coniuncti ex latere materno tantum non possint ab intestato venire ad successionem filii, vel filiæ &c.* vt aduertit Gabr. *d. cons. 14. num. 39. lib. 5.* Tum demum, quia Castrensis, & Abbas, qui scripserunt super Statuto Senensi non faciunt fundamentum super verbis generalibus
15 sed sup seo, quod potentior sit causa, † quam causatum & tamen nec in Statuto Fani deficiunt verba generalia apta Auum comprehendere inspectis verbis d. Rubricæ
16 66. ibi. Quia Reipublicæ interest, † vt Cyppus Domus conseruetur, ne omnis masculorum labor inter extraneos lares diuidatur, Domusque destruator, & plerumque ho-
17 mines deueniant ad inopiam, † diuitiasque amittant, qui-
18 bus deperditis † sordescit dignitas familiarum Idcirco &c.
19 appellatione igitur Cyppi Domus, † procul dubio comprehenditur Auus, qui est fundamentum, & stabilimentum domus ipsius defuncti, ex deductis per Barbos. *appellat. 50. num. 30.*

Ex quibus rationibus cum sententia visa fuerit iniusta, meritò Domini aliam partem dubij super relaxatione mandari tanquam superfluam examinare prætermiserunt. Vtraque parte informante, &c.

R. P. D. VICECOMITE.

Romana Cessionis Ratæ Census.

Lunæ 20. Aprilis 1676.

ARGVMENTVM.

Cesserat maritus censum ab ipso cum pecunijs vxoris creatum, qui licet fundus dotalis prætenderetur, tamen quia neque de consensu, neque de vtilitate vxoris constabat, ab eo cedi potuisset deciditur; Cumque etiam ageretur de præiudicio alterius ex alieno facto incurrendo, negatiuè resolutum est quia non debet alteri per alterum sinistra, & iniqua conditio inferri.

SVMMARIVM.

1 *Cedens rem, in qua quis solam partem habet censetur portionem sibi tantum tangentem cedere.*

2 *Maritus, salua vxoris actione, potest disponere de dote sibi in pecunia promissa, quamuis postea ab ipso inuestita sit.*

3 *Dos in pecunia non potest transire in fundum, nisi consensus, & vtilitas mulieris copulatiuè concurrant.*

4 *Solutio per exhibitionem quietantiæ remanet plenè iustificata.*

5 *Factum alicuius in sui damnum, non autem alterius cedere debet.*

6 *Culpa nocet quidem culposo, non autem potest alteri damnum, seu præiudicium inferre.*

7 *Exceptiones sufficienter sublatæ, amplius attendendæ non sunt.*

DECISIO DCXCIV.

EXAMINATO in duabus Decisionibus 23. Aprilis 1672. & 10 Maij 1673. coram R. P. D. meo Calaraiù, & in alijs duabus 9. Februarij 1674. & 28. Ianuarij 1675. coram R. P. D. Bouriemont, & in vtriusque sententia iuxtà verum, & legalem sensum, declarato pacto concordiæ inter bon. me. D. Duce Caffarellum, & Ioannem Raynaldum Monaldensem inito, iterum coram me cui commissa extat causa super dubio, An constet de duabus, sub die 29. Nouembris superioris anni pro constanti fuit admissum, verba illa pacti. *Et in caso, che detto Sig. Duca fosse astretto à restituire in tutto, ò in qualsiuoglia parte del detto denaro hauuto in tal caso la sudetta assegnatione s'intenda nulla, e di niun valore, come non fatta per la Rata restituita, &c.* non importare omnimodam resolutionem concordiæ, sed habita proportione, tantum ad ratam creditoribus anterioribus restitutam, itaut assignatio sc. 4000. inter dictos contrahentes concordata nullatenus dici debeat in totum perempta, sed proportionabiliter extenuata quantum, scilicet, importat proportio numeri quaternarij cum numero duodcuicenario, in quo iustificatum est hodie ascendere d. restitutionem.

Cuius articuli resolutio, cum in hodierna propositione absque vlla difficultate pariter transiuerit ex rationibus in præmissis decisionibus perpensis, quas non fuit opus repetere, totum conatum ponebant scribentes pro Duce in probando, vel quod integra summa, ex qua fuerunt assignata dicta scuta 4000. fuit creditoribus restituta, & sic ex hoc capite in totum resoluta concordia. Vel saltem maior pars, & ita cum maiori proportione, etiam dicta assignatio diminuenda.

Primam partem alternatiuæ, iterum conabantur hoc medio probare, quod videlicet census scut. 4. mil. cum Marchione Raymundo creatus, ex quo deinmpta fuit dicta assignatio erat dotalis vxori pro rata sc. 30 mil. Cumque proinde esset in alienabilis præfatam assignationem censeri factam de residuo ad Ducem spectante, ratione fructuum, & alimentorum. Quia cedens rem, in qua quis partem habet, † censetur portionem sibi tantum tangentem cedere, per Text. *in l. Tabernas, ff. de contrahen. empt.* cùm autem totam propriam portionem Dux soluerit creditoribus succedere propterea de plano d. concordiæ resolutionem. 1

Sed fuit denuò responsum, quod licet dictus census esset constitutus de pecunia vxoris non erat tamen fundus dotalis rigorosè sumptus, qui non potuerit alienari Quoniam, cum dos fuerit à principio in pecunia constituta, naturale, & liberum illius dominium transiuit in virum, qui salua actione vxoris erga ipsum repetendi tantundem † potuit de illa disponere, vt præter allegatos in Decisionibus citatæ habetur *in Neapolitana, seu Capuana Prædii 27. Iunii 1670. § Et in hoc casu coram me.* 2

Et licet replicetur naturam, & qualitatem fundi dotalis acquisiuisse ex post, dum nomine etiam vxoris dicta pecunia fuit inuestita in prænarrato censu tamen satisfecit vetus responsio, quod scilicet, nec de consensu, nec de vtilitate mulieris copulatiuè requisitis, † ad hoc, vt valida inducatur transmigratio dotis de quantitate in fundum dotalem, constat, vt in *Perusina Pecuniaria 23. Iunii 1673. & 26 Febr. 1674 coram R. P. D. meo Emerix, vt in eadem in hodierna Rota resoluta coram me.* 3

Secun-

Secuodæ verò alternatiuæ partis probationem desumebaot ex solutonibus ipsis factia creditoribus io maiori qoantitate, quam exponaot decisiones. Cardinali, scilicet, Roberto scut. 8000. Iilis de Tassis scut. 6000. Comiti de Carpineo scut. 5112. & Marchioni Theodulo scut. 3300. quæ simul iuncta constituunt summa scutor. 22412. ad quam portionis rationem habendam esse dicebaot in di-
3 minuenda dicta rata census scut. 4000. assignata, non autem ad scut. 15065. prout firmant decisiones.

Sed quemadmodum in duabus vltimis partitis nulla amplius suberat difficultas, quandoquidem illa Comitis de Carpineo semper fuit admissa, altera verò Marchionis
4 Theoduli antea controuersa, † hodie per exhibitionem quietaotiæ fuit iostificata, ad notata *in l. solutam, ff. de solut. cum aliis per* Rota coram Coccin. *decis. 1547. num. 5.* Ita ratio tota dubitandi restricta denuò fuit in duabus prioribus. Etenim verè constat alteri fuisse soluta dicta scu. 8000. alteri verò 6000. Cùm tamen primus esset dumtaxat creditor io scut. 5321. 50. alter scut. 4625. 50. Nec solutionem hoc pacto excessiuam potuisse euitari, quia cum de pecunijs d. census vincularl solueretur ijs, qui eraut creditores io pecunia libera, huiusmodi excessus cedere debebat in pretium vinculi, vt completa redderetur solutio non autem in dannum soluentis.

Quibus tameo omnibus ex facto ab origine sua repetito responsum fuit, duplex pactum obstare Duci, quo minus in detrimentum Ioannis Rayoaldi, siue Ghislerij in illius iuribus successit, cedere debebat præmissum augumentum. Alterum quod eo modo, quo in contanti receperat à Congregatione Baronum dicta sc. 40. mil. seù aliam veriorem summam ex eiusdem decreto restituere similiter tenebatur creditoribus prioribus, & cum loco cautionis, quam aliunde tenebatur præstare pro huiusmodi restitutione, pecuoiam ipsam vinculauerit, & successiuè ab eisdem Creditoribus pulsatus, in pecunia libera soluere recusauerit, subhastatio deinde nomine creditorum facta de certa rata dict. census habito respectu ad vinculom
5 † cedere debet, non alterius, sed damno sui, quia ex facto suo processit, iuxta regulam *l. non debet ulteri, ff. de reg. iur. l. cohæredi C. famil. hercifcund. cum similibus.*

Alterum, quod io apocha concordiæ inter Ducem, & Ioannem Raynaldum conuentum extitit, vt iste in casu restitutionis teneretur pro dicta sua rata scut. 4000. concurrere, cum deinde casus solutionis euenerit, & non fuerit interpellatus, quod solutio fieri debebat cum tali augumento, non pro sua rata ad euitandum grauamen, concurrere potuisset cum pecunia libera, omissio ista inter-
6 pellatioois auget ipsius Ducis culpam, † ex qua Ghislerius sentire detrimentum non debet, ad tradita per Rota coram Coccin. *decis. 978. num. 16. & in mea decisione, quæ reuidetur §. non etiam.*

Recollectis cum hoc moderamioe rationibus firmum remanet Ghislerium, non teneri pro restitutione facta dictis pro creditoribus concurrere, nisi habita proportione ad scut. 18165. verè debita.

Quæ demum dicebantur non fuisse in sententia R. P. D. mei Calataiu, & io illius confirmaroria Reu. P. D. mei Bourlemont de hac proportione habitam rationem, sed pro rata summa, & de proprio fuisse condemnatum Ducem, satisfecit responsum io dicta mea decisione, quæ reuidetur §. *Nam prima.* Quemadmodum supplet etiam responsio data §. *final.* ad obiectum expensarum, pro quibus concurrere debet Ghislerius, adimpleta ex parte Ducis conditione, quæ omnia cum fuerint adæquatè sublata
7 † superfluum est io isdem amplius insistere, iuxtà *decis. 1620. num. 4. coram Coccin.*

Et ita persistendo io decisis vtraque parte informante DD. respooderunt &c.

Supra in alio præcedenti tomo primo istius decimæ octauæ partis recent. adest altera præsentis causæ decisio, quæ ibi est io ordine 103. cuius in calce etiam alias concordantes inuenies &c.

R. P. D. EMERIX.

Regien. Consortij.

Lunæ 20. Aprilis 1676.

ARGVMENTVM.

Pluries in hac causa reiectus, ac etiam respectiuè admissus ad Consortium, denuò tandem reijcitur, quia benè ponderatis verbis Constitutionis receptionem demandantis, ille non habere qualitates requisitas visus est, quæ principaliter in vera, & reali habitatione, ac origine consistebant, vtraque solum accidentaliter, & vt vocant fictam, verificata, quæ non sufficit, cùm naturalis esse debuerit, non resistentibus verbis *recipiatur, & admittatur*, quia præterquam quod, & ipsa etiam qualitates requirebant, non necessitatem, sed voluntatem in eligentibus importare visa sunt.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata excluditur stante iniustitia sententiæ.*
2 *Iniustitia sententiæ inducit læsionem, quæ præbet causam restitutionis in integrum.*
3 *ad Collegium, vel consortium quis admitti non potest non concurrentibus in eo requisitis, amplia vt n. 4.*
4 *Clausula* non aliter, nec alio modo, *inducit formam, & præcisam obligationem seruandi omnia in dispositione contenta.*
5 *Constitutio loquens in numero plurali de Patribus, comprehendit etiam matrem.*
6 *Habitatio à constitutione requisita debet esse continua, nec interpellata suffragatur.*
7 *Testes deponentes super negatiua coarctata, & adminiculati etiam, præferuntur testibus de affirmatiua contestantibus.*
8 *Habitatio in aliquo loco requisita excluditur, dum probatur illa in alio loco sequuta.*
9 *Habitatio ficta dicitur illa, quæ solo animo detinetur, & qualiter non suffragetur, nam anteced. & seq.*
10 *Habitatio in aliquo loco demandata, ibique etiam educatio filiorum, non potest adimpleri nisi per corporalem existentiam, & moram in eodem loco contractam.*
11 *Domicilium ab habitatione distinguitur, & quale vtrumque sit n. anteced. & seqq.*
12 *Habitare ille propriè dicitur, qui in aliquo loco moratur, comedit, & bibit.*
13 *Terra, & Territorium confunduntur in iure, vnumque pro alio sæpius à DD. vsurpatur, & vid. n. 14.*
14 *Territorium, & Terra si fuerint habita pro diuersis, non possunt inuicem confundi, & vnum pro altero reputari, & vid. n. 13.*
15 *Origo vbi requiritur, non sufficit accidentalis, sed naturalis esse debet.*
16 *Vxor licèt sequatur originem viri, ea tamen dicitur accidentalis, non naturalis.*
17 *Obseruantia semper declarat germanum intellectum Constitutionis, & Statutorum.*
18 *Collegiales, & Consortiales non tenentur inuiti aliquem in consortium admittere.*
19 *Admissio, & receptio in Collegium non potest dici coacta, si fit per vota secreta, per bussolam, seù fabas albas, & nigras.*
20 *Verbum*, recipiatur, *negatiuè appositum, probat quidem sine requisitis, vel modo ordinato recipi non posse, non autem coarctet recipi cum illis.*
21 *Verbum*, admittatur, *intelligitur conditionaliter, concurrentibus scilicet requisitis, & volentibus illis, ad quos spectat admitti.*
22 *in Consortium, & Collegium de iure nemo admitti debet inuitis socii.*

DECISIO DCXCV.

POSTQVAM Signatura Iustitiæ mihi commisit causam restitutionis in integrum aduersus sententiam fauore Mauritij vltimo loco per R. P. D. meum Vicecomitem prolatam, dedi dubium ad formam commissionis: An constet de re iudicata, vel potiùs de causis restitutionis, quod cùm sub die 24. Februarij præteriti non fuerit resolutum, hodie reproposui, & Domini negatiuè ad primam partem, affirmatiuè verò ad secundam res-
1 ponderunt attenta iniustitia sententiæ, † per quam res iudicata excluditur *l.4. §. Condemnatum ff. de re iudic.* &
2 inducitur læsio, † quæ præbet causam restitutioni in integrum, Rota penès Posth. *de manut. dec.*330. & coram bo. me Card Celso *dec.*123. *vtrobique n.*1.

Iniustitia desumpta fuit ex defectu qualitatum in Mauritio à Constitutione Consortiali requisitarum in ijs, qui
3 petunt admitti in consortium, † quibus non concurrentibus admitti non debet, ad notata per Abb. *in cap. cùm in cunctis § Inferiora nu* 10. *cum seq. de elect.* Garz. *de benef. quæst.*7. *cap.*15. *n.*6. Rota coram Duran. *dec.* 8. *n.*3. *& dec.* 19. *per tot. & in recent. dec.*229. *n.*3. *par.*2. *& dec.*197. *nu.*1. *part.*11. *& in Cremonen. Beneficij, seù Iurispatronatus* 1. *Aprilis* 1672. *§. Verùm præmissa coram R. P. D. meo Cerlatinù.*

Imò huiusmodi eius admissio aliter facta esset pro Iure nulla, vt eadem Constitutio disponit, ibi: Et electio facta absque requisitis prædictis, ipso iure sit nulla, Rota coram Millino *dec.*20. *num.*1. 2. *&* 6. Et eo magis attenta altera clausula, *& non aliter, nec alio modo recipiatur,*
4 † quæ inducit formam, & præcisam obligationem seruandi omnia à Constitutione demandata, Bertaz. *de clausul.* 54. *gloss* 6. *n.*1. Cancer. *variar. resolut. par.*3. *cap.*2. *n.*100. *& seq* Parif. *conf.*19. *n.*20. *lib.*2. Add ad Burait. *dec.*374 *n.*17. Rot. *dec.*100. *n.*4. coram Celsu, *& decis.*619 *num.*2. *par.* 1. *recent.*

Constitutio enim prædicta in cap 12. disponens, (Quod in Terra, seù Oppido Herberiæ natus, & de Patribus, qui per decennium saltèm ante &c. & eum ibi educauerint, & non aliter, nec alio modo recipiatur; In Territorio autem nati &c. & de Patribus Originarijs Herbariæ, ciuiliter tamen educati in consortium admittantur, & electio aliter facta absque requisitis prædictis ipso iure sit nulla,) duos distinguit casus, & in vtroque diuersa requisita exposcit; In primo scilicet in nato in Oppido decennalem habitationem Parentum; in secundo autem videlicet in nato in Territorio originem eorumdem Patentum ex ipso Oppido.

Atque ità cùm versamur in primo casu attento, quod Mauritius natus est in Oppido Herberiæ, Summ. Consortialium *num.*3. probare deberet qualitatem decennalis habitationis Patris, & Matris in ipso Oppido ante ip-
5 sius natiuitatem ad normam dictæ Constitutionis, † quæ loquendo in plurali de Patribus comprehendit etiam Matrem, Robles. *de represent. lib.*2. *cap.*14. *nu n.* 19. *& seq* Rota coram Duran *decis.*19. *num.*1. & firmauit in hac causa 23. *Ianuarii* 1668 *§ fin. coram Reuerendissimo Ottalora Præside Granaten. & 20 Iunii* 1670. *§. Nec euitatur, & 15. Decembris eiusdem anni §. Hinc deficiente, & 10. Apr.* 1671. *§. Firmum enim coram Reuerendiss Beuilaqua Patriarcha Alexandrino, & 5. Martij* 1674. *§. fin. coram R. P. D. meo Vicecomite,* & quidem continuam, &
6 immediatam ante ipsius natiuitatem, ; adeò vt non sufficeret interpolata Felin. *in cap. dilectus il secondo, nu.* 12 *post med. vers. limitata dupliciter de rescript.* Gratian. *discept.* 824. *n.*4. Rot. coram Buratt. *dec.*244 *nu* 6. vbi concordantes, ibique etiam Add. *in fin.*

Hanc verò decennalem habitationem Patris, & Matris in Oppido Herbariæ ante illius natiuitatem non adstruunt testes per eundem Mauritium inducti, quia præter exceptiones, quas patiuntur, redarguuntur de contrario ab alijs per Consortiales examinatis super negatiua habitationis, qui cùm illam rectè coarctent,
7 † & adminiculentur, etiam sunt præferendi, *cap. licet causam de probat.* Alex. *conf* 91. *num.*8 *in fin. vers. Et eo magis credendum lib.*4. Rota coram Merlino *decis.* 70. *n.*13. coram bo. me. Card. Cels. *dec.*284. *n.*2. coram Eminentiss. Otthob. *dec.* 200. *nu.*5. *& in recent. dec.*140. *num.* 7. *par.*14.

Quinimò eadem decennalis habitatio remanet exclusa ex depositionibus dictorum testium, & ex alijs scripturis datis in hodierno Summ. Consortialium *à nu.*3. *ad* 15. ex quibus constat Marium Patrem Mauritij natum esse in Territorio dicti Oppidi, & baptizatum in Ecclesia Parochiali SS. Faustini, & Iouitæ; Helenam verò Matrem esse Parmensem, & Parmæ per Marium in vxorem ductam de anno 1609. in eademque Ciuitate continuò habitasse vsque ad annum 1617. & ab illo vsque de annum 1632. in varijs alijs locis, in quibus Marius gubernia, & munera exercuit, ac per consequens, dum probatur Marium, & Helenam alibi habitasse, † ipsorum 8
decennalis habitatio in Terra Herberiæ ante natiuitatem Mauritij naturaliter remanet impossibilis, Ruin. *conf.*200. *n.*6. *lib.*2. Riminald. iun. *conf.* 17. *sub nu.* 13. *lib.*1. Ioan. de Amic. *conf.*82. *in princ & n.*1.

Non obstat, quod Marius tenuerit in dicta Terra Herberiæ Domum apertam, ibique possederit bona, ac pro illis collectas soluerit, ideòque videatur non amisisse domicilium, & habitationem saltem animo retinuisse, quoniam neque domicilium, neque ficta habitatio, † qualis est animo detenta, satisfacit menti di- 9
ctæ Constitutionis, quæ requirit veram, & naturalem habitationem, prout indicant illa verba: *habitauerint, & cum ibi educauerint*, quæquè solùm haberi po- 10
test per corporalem existentiam, seu moram in ipsa Terra, ad Text. *in l. prima §. Habitare, ff. de ijs, qui deiecerunt, vel effuderunt*, & ità distinguendo domicilium † ab 11
habitatione, notant Barbos. *de offic. & potest. Episc. par.*2. *alleg.*4. *num.*24. Tiraq. *de contract. lignag. §. nono gloss.*2. *nu.* 26. Galgan. *ad Stat. Vrb. cap.*51. *lib.*1. *n.*50. *in fin.* Menoch. *de præsumpt. præsumpt.*42. *n.*2. *lib* 9. *& conf.* 329. *n* 33. Dec, *conf.*37. *n.*9 *propè med. vers. Et dicitur habitare*, ibi: Et dicitur habitare, † quando ibi moratur, comedit, & bi- 12
bit, Aloys. Mans. *consult.*60. *n.* 9. *cum duobus seqq.* Grammat *dec.*82. *n.*2.

Minus in Mauritio concurrunt qualitates per Constitutionem requisitæ in secundo casu, ipse enim non est natus in Territorio, sed in Oppido, & Marius Pater non ducit originem ex Oppido, sed ex Villa SS. Faustini, & Iouitæ ab eodem distante per duo milliaria, & Helena Mater ex Ciuitate Parmensi, Summ. *d. n.*3. 4. 5. *&* 6.

Parùm obstante, quod Mauritius dici possit natus in Territorio, & Marius Pater oriundus ex Terra Herbariæ, ex eo quia Terra, & Territorium ad inuicem confundantur, vnumque † pro alio sæpiùs in iure, & à DD. 13
vsurpetur, vt firmant *decisiones R. P. D. mei Vicecomitis sub die* 1. *Februarii, &* 21. *Iunii* 1675.

Quoniam quidquid sit de iure communi hoc non videtur procedere in terminis dictæ Constitutionis, quæ discretiuè loquendo distinguit Terram à Territorio, & natum in Terra à nato in Territorio ibi: *In Terra, seù Oppido Herberiæ natus &c.* & ibi: *In Territorio autem nati &c.* † ideòque pro diuersis reputari debent, 14
& non confundi, ad tradita per Surd. *conf.*554. *n.*7. *cum seqq.* Spad. *conf.*296. *nu.*4. *lib.*3. Add. ad Gregor. *dec.* 301. *num.*15.

Et vlteriùs semper deficeret qualitas originis Matris, licèt enim vxor efficiatur Ciuis illius loci, vbi nupsit, tamen ad satisfaciendum dictæ Constitutionis requirenti originem vtriusque parentis, non sufficit origo accidentalis contracta per nuptias, † sed requiritur naturalis, 15
cùm aliàs superfluè Constitutio requisisset illam qualitatem in vxore, † quæ semper adest, vt firmant de- 16
cisio *R. P. D. mei Vicecomitis* 5. *Martii* 1674. *§. Non obstat.*

Et hoc etiam comprobauit factum subsecutum cum fratre Mauritij, qui dum petebat admitti in consortium similiter fuit reiectus ex eodem defectu qualitatum à Constitutione requisitarum, & postea non aliter receptus, quam mediante recursu ad Dominum Card. tunc Episcopum, & derogatione Constitutioni, ac absolutione Consortialium à iuramento, vt constat ex epistola Vicarij Generalis, dicto Sum. *n.*16 huiusmodi enim † obseruantia optimè ostendit germanum intelle- 17
ctum huiusmodi Constitutionis *l. si de interpret.* 37. *ff. de leg.* Anton. Cost. *conf.*4. *n.*64. *& seqq. & conf.*23. *nu.*91. *& conf.*50. *n.*10 Rot. *dec.*71. *nu.*13. *part.*7. *rec.* & coram Eminentiss Otthob. *dec.*161. *n.*11.

Præterea Domini dixerunt, quod etiamsi Mauritius ha-

haberet qualitates requisitas adhuc posset reijci per Con-
18 sortiales, † qui inuiti neminem in consortium admit-
tere tenentur, Lap. *alleg. 31. num.2. cum seqq.* Nauar. *coaf.1. sub nu.1a vt lit, pend.* Tondut. *resolut. beaef.24. n.1. cum seq.*

Et eo minus, dum ad admissionem proceditur per
scrutinium per vota secreta mediantibus fabis albis, &
19 nigris præuia informatione de vita, & moribus, † alijs-
que qualitatibus, & facta propositione per Massarium,
vt respondit Moron, *respons.72 num 44.* Rota *in his terminis decis.180. nam.23. & seqq. par.9. recent.* & latè comprobant *decisiones causæ 20. Iunii 1670. §. Et in omnem casum cum seq. & 15. Decembris eiusdem anni §. Vlterius vsque ad fin. & 10. Aprilis 1671. §. fin. coram Reuerendiss. Beuilaqua.*

Non aduersantibus verbis, *recipiatur, & admittatur*,
quæ videntur importare præceptum, & necessitatem
20 admittendi habentes requisita, † quia verbum *recipiatur*, stat negatiuè, & prohibitiuè, ibi: *Et non aliter, nec alio modo recipiatur*, prohibendo scilicet quem recipi sine dictis requisitis, non autem coarctando recipi
cum illis, Rota *d. decis.180. num 25. part. 9 recent.* ver-
21 bum autem *admittatur*, † intelligi debet conditionali-
ter, vt scilicet habentes requisita admittantur volenti-
bus Consortialibus ità suadente ipsa natura Consortij,
22 † ad quod de iure nemo admitti debet inuitis socijs *l. qui admittitur ff. pro soc.* Oldrad. *cons.97. sub n.1.* Add. ad Buratt. *dec.809. n.16.*

Et ità resolutum fuit causa ab omnibus Dominis visa, & vtraque parte informante sub die 24. Februarij præteriti, hodie verò Consortialibus tantùm informantibus, & Mauritio sæpiùs citato, & liti renunciante.

R. P. D. TAIA.

Perusina Census.

Veneris 24. Aprilis 1676.

ARGVMENTVM.

Duplici distinctione discutitur obligatio hæredum, & bonorum insolidum, quatenùs nempè illi actione personali, vel hypothecaria conueniantur, vt primo casu eorum obligatio nulla sit; altero verò contra ipsos legitimè agatur; hinc cùm tractaretur de obligatione ad factum renouandi fideiussorem, & pro fructibus census, illam indiuiduam, horum autem diuisibilem esse deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio hæredum, & bonorum insolidum de iure nulla est.*

2 *Obligare extraneum si non possum, ita nec possum hæredem pro illis portionibus, pro quibus non est hæres.*

3 *Successores suos in solidum nec etiam pacto debitor obligare permittitur.*

4 *Hæredes, & successores si in solidum à debitore obligari potuissent, hoc vtique inter priuilegia fisci adnotatum esset.*

5 *Obligatio renouandi fideiussorem est indiuidua.*

6 *Fideiussoris renouatio, eiusque obligatio ad defendendam censum, & illius creditorem dicitur ad factum.*

7 *Interesse aliud est, quod petatur per viam obligationis ad factum, aliud verò, vt ipsum interesse præstetur, & nu.8.*

8 *Agere ad factum, & agere ad petitionem interesse duplex, & diuersa agendi formula est.*

9 *Mandatum ad factum positum ad effectum deponendi, dicitur quædam pignoratio ad coercendum debitorem ad aliquid impleadum.*

10 *Obligatio insolidum contra bona debitoris, etiam inter plures hæredes diuisa exerceri potest.*

11 *Hæredes plures onera hæreditaria, pro hæreditariis portionibus subire teneatur, nisi intercedat pignus, vel hypotheca.*

12 *Fructus census vtpotè diuidui, sicuti est pecunia ipsa, diuersimodè contra plures hæredes petuntur, vel actione reali, vel personali.*

DECISIO DCXCVI.

DARIVS imposuit annuum censum scut. 115. & vendidit Pompilio, & Sebastiano, promisitque renouare, & subrogare fideiussorem fide, & facultatibus idoneum, & ad contentamentum dictorum fratrum, pro quibus obseruan. Darius obligauit se ipsum, & hæredes, & successores insolidum, & eorum bona præsentia, & futura insolidum in instrumento 30. Augusti 1649.

Ipsi Pompilius, & Sebastianus cesserunt censum Curtio in forma in instrumento 12 Iulij 1674. Vndè Cessionarius curauit citari, & A. C. citauit Io: & Paulum filios, & hæredes Darij ad renouandum, seù renouasse docendum fideiussorem idoneum in instrumento census promissum ad formam iurium in Actis, aliàs videndum contra bona hæreditaria Darij decerni, & relaxari mandatum ad factum, & in executionem dicti mandati ad factum relaxari mandatum pro scutis 1500. ad effectum deponendi in Sacro Monte Pietatis Perusiæ, donec, & quousque fuerit renouatus fideiussor, necnon soluendum, seù soluisse docen. illius fructus, alias videndum contra bona hæreditaria Darij pariter decerni, & relaxari mandatum executiuum, & sic decretum, & relaxatum fuit 24. Iulij 1675. & deindè executioni demandatum super certis fundis hæreditarijs Darij apud Ioannem 17. Augusti sequentis, & Iudex aditus à Ioanne vti possessore prædictorum bonorum iam cum Paulo fratre diuisorum semel 27. Septembris, & rursus 10 Decembris sequentis mandauit ad vlteriora procedi contra Ioannem possessorem.

Delata causa ad Rotam propositum est dubium, An, & pro qua summa sustineatur executio, & DD responderunt sustineri in scutis 1500. pro renouatione fideiussoris, & ad fructus pro rata.

Inopportuna prætermiserunt de obligatione hæredum,
eorumque bonorum insolidum, tùm quia de facto agi-
tur de bonis defuncti, tùm quia de iure † nulla est 1
obligatio hæredum, & bonorum insolidum, *§. Te, & Titium, l. cum qui 56. & §. vltimo, l. continuus actus 137. ff. de verb. obligat.* quia si non possum obligare extraneum,
† ità nec possum hæredem pro illis portionibus, pro qui- 2
bus non est hæres, apud Bart. *ad d. §. vltimum numer. 9.*
sicque neque pacto † successorum debitoris fieri potest, *l.* 3
pacto successorum 26. C. de pact. nec potuit esse † (fuisset 4
enim) inter priuilegia fisci *l. a. C. de hæred. act. vbi, & glos. vnic.* inter quasdam limitationes non potuit numerari huiusmodi conuentio exagitata coram Arguelles *longa, lataque dec 20.* laudata in hac parte coram Zarate *dec. 6 nu. 20.* ex quibus obligatio hæredum, & bonorum hæredum insolidum, aut satisfuit ex facto, & facti obligatione, aut nulla fuit ex pacto.

Placuit itaque ratio ex causa, & forma obligationis fa-
cti, vt indiuidui, † renouandi fideiussorem, & satisda- 5
tionis, *§. quibus Constitutionibus instit. de satisdat. tut. & curat. l. prima, ff. qui satisd. cog. §. satis acceptio, l. 5. ff. de verb. oblig.* & hoc magis, quod non solùm renouatio fide-
iussoris, sed, & postea obligatio ipsius fideiussoris ad de-
fendendum censum, & creditorem, est ad factum, † & 6
ex forma quoque petitionis creditoris, ad distinctionem
Bartoli de actione contra vnum hæredum formata ad
factum, in qua subsequitur solùm interesse, † & for- 7
mata ad interesse, in qua ipsum interesse diuisum est,
ex Bart *ad §. ex his igitur l. 2. ff. de verb. obligat. nu. 9. & 10.* cum alijs apud Gratian. *disc. 323 num. 7 & 8.* & cum
ijsdem Rota coram Bichio *dec. 468. ex num. 22. & decis. 50. num. 12. & 13. par. 11.* & coram Zarat *dec. 6. numer. 10.* &
sensit *d. dec. 20. num. 120. vers. quibus omnibus*, & de hac
distinctione, † & duplici agendi forma ad practicam ma- 8
teriæ, Bart. *ad l. stipulationes non diuiduntur ff. de verb. oblig.*

*oblig. ex n.*40. & paucioribus, & quod accidit sæpè, clarioribus, Iaſ. *in fin.*

Et abundè, vt ſentiebat aliquis, quia creditor nec agit ad intereſſe, ſed ad durum factum, & petijt mandatum ad factum, & in executionem mandati ad factum, mandatum pro ſcutis 1500. non ad effectum intereſſe, ſed ad effectum deponendi donec, & quouſque fuerit renoua-
9 tus fideiuſſor, † quod videtur magis pignoratio ad coercendum in huiuſmodi obligationibus, *d. §. quibus Conſtitutionibus, & §. ſi intra diem, l.*4. *ff. de damno infect.* & coram Bich. *dec.*266. *ex n.*16 *& dicta deciſ.* 468. *nu.* 21. prudentèr ad pecuniam pignore, depoſitoque redacto, vti redigendo minori incommodo obligatur, & maiori commodo creditores.

Abundè quoque quia directa fuit actio non in perſonas, ſed in bona debitoris, planè in ſolidum obligata,
10 † contra quem peti ſolidum quoque intereſſe potuiſſet,
11 vt pro hæredi atijs quidem partibus, onera † hæreditaria agnoſcuntur, ſed niſi intercedat pignus, vel hypotheca, *d. l.*2. *C. de hæred. act. et ibi dicta gloſſ. vnic. in fin.* Rota coram Zarate *d. dec.*6. *num.*18. *à verſ. Nam hoc procedit*,
12 & quando alter hæres poſſidet omnia bona, † vel tot ſpectantia ad alium cohæredem, Rota *deciſ.*71. *nu.* 2. *par.*1. *diuerſ.*

De fructibus cenſus vti diuiduis, & pecunia ipſa iam ſatis conſtat diſtinctio perſonalis, & hypothecariæ actionis *d. l.*2. & ſic executio regulanda.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. EMERIX.

Vrbeuetana Iuriſpatronatus.

Veneris 24. Aprilis 1676.

ARGVMENTVM.

De pertinentia iuriſpatronatus tractatur, quæ etiam ſtante clauſula *verificato priùs* &c. dicitur concludenter probata ex præſentationibus per ſæculum, & vltra ſequutis, quando, prout hic, Ordinarius non eſt in cauſa, & coram eod. Ordinario per legitimas probationes illud per antea fuerit concludenter probatum, etiam ad mentem Sac. Conc. Tridentini, quatenus aliàs ex fundatione, vel dotatione illud probari contenderetur.

SVMMARIVM

1 *Literæ Apoſtolicæ vbi ſunt iuſtificatæ, veniunt exequendæ.*

2 *Iuſpatronatus probatur ex confeſſione Partium, quoties ordinarius non eſt in cauſa.*

3 *Conſenſus Patronorum habet vim formalis præſentationis.*

4 *Pertinentia iuriſpatronatus probatur ex quaſi poſſeſſione præſentandi.*

5 *Narratiua Gratiæ exequutioni demandata, præſumitur in omnibus iuſtificata.*

6 *Valor beneficii probatur ex narratiua vltimi poſſeſſoris ſi illa exequutioni demandata ſit.*

7 *Iuſpatronatus ſemel coram Ordinario legitimè verificatum, amplius verificari non debet, etiam ſtante clauſula Literarum Apoſtolicarum* verificato *&c.*

8 *Præſentationes, & inſtitutiones vltra ſæculum continuatæ probant pertinentiam iuriſpatronatus; etiam ex donatione, & fundatione ad mentem Concilii.*

9 *Auditores Rotæ ſuccedunt loco Ordinarii inſtituere recuſantis, tam in cognoſcendo, quam in exequendo iuſpatronatus.*

10 *Teſtes contra publicum inſtrumentum debent eſſe omni exceptione maiores, & plenè concludere.*

11 *Mandatum procuræ ad præſentandum factum viuente primo poſſeſſore beneficii, remanet nullum, & vid. num. ſeq.*

12 *Mandatum procuræ ad præſentandam certam perſonam fieri nequit adhuc viuente primo poſſeſſore beneficii, ſecus ſi generaliter factum ſit.*

DECISIO DCXCVII.

AD ſimplex beneficium SS. Petri, & Pauli, & Annæ in Cathedrali Eccleſia Vrbis Veteris de iurepatronatus familiæ Vaſchien vacans per obitum Pompei vltimi illius poſſeſſoris, præſentati fuerunt à Franciſca, & Maria Thereſia Monialibus Leuita Vgolinus, à Hieronyma verò nomine proprio, & ab eadem, & à Petro eius viro Procuratoribus Catherinæ alterius Monialis omnibus Compatronis de eadem familia Antonius Felix, qui tamquam præſentatus à medietate Patronorum poſtmodum etiam expediuit literas Apoſtolicas cum derogatione alterius medietatis, & cum clauſula *verificato priùs* iurepatronatus coram Ordinario ex fundatione, vel dotatione, inſtetitque coram eodem pro illarum executione.

Verùm quia Ordinarius, qui Vgolinum iam ante inſtituerat, & in poſſeſſionem immiſerat, illas indebitè exequi recuſauit, idcircò interpoſita per Antonium appellatione, cauſaque mihi commiſſa, dedi dubium, An literæ Apoſtolicæ eſſent exequendæ, quod DD. hodie affirmatiuè reſoluerunt, quia iuſtificata ſunt om-
nia † in eiſdem narrata, & conſequenter intrat regu- 1
la pro illarum executione, de qua in *cap. ſuper literis de reſcript. & in cap. ſi capitulo, vbi gloſſ. in verb. exequatur*, & vtrobique communiter *DD. de conceſſ. præben. in* 6. Rota coram Mohed. *dec.*13. *vt lit. pend. deciſ.*477. *nu.*2. *par* 14. *rec.* ac alibi paſſim.

Vacatio namque beneficij, & habilitas Antonij, illiuſque præſentatio intra legitima tempora non fuerunt dubium reuocata, & iuſpatronatus nec etiam controuerti poterat, dum vterque venit vti præſentatis ab illis de familia Vaſchien. & Ordinarius, exhibitis antiquis inſtitutionibus, & ſententijs ſuorum prædeceſſorum, in quibus declaratum fuit conſtitiſſe, & conſtare vſque de anno 1567. hoc beneficium eſſe legitimi iuriſ-
patronatus familiæ Vaſchien. vt in Summario *num.*2. † 2
Leuitam Vgolinum inſtituit, & in poſſeſſionem immiſit; ſola enim confeſſio partium, vbi Ordinarius non eſt in cauſa, ad hunc effectum ſufficit Rota *in dec. relat. per* Garz. *de benef. par.*12. *cap.*2. *n.*276. *cum ſeqq. in d. dec.* 477. *n.*3. *par.*15. & coram Celſo. *dec.*144. *n.*2. *& in Piſana Beneficii* 7. *Iunii* 1666. *§. literas autem coram bo. me. Aunaculo meo.*

Pertinentia autem ad familiam Vaſchien. & nominatim ad Hieronymam, & Catherinam, quæ præſentarunt Antonium filium benè probatur tùm ex eiſdem antiquis ſententijs, & iuſtificationibus, tùm etiam ex quaſi poſſeſſione, in qua exiſtunt, ex quo in reſignatione facta de an. 1650 per Georgium Vaſchien. ad fauorem Pompei vltimi poſſeſſoris, & per Papam admiſſam cum clauſola, *dummodo Patronorum accederat conſenſus*, ipſæ vti Patronæ conſenſum præſtiterunt, Sum.
*n.*6. † huiuſmodi enim conſenſus habet vim formalis præ- 3
ſentationis, iuxtà doctrinam Abb. *in conſ.*54. *n.*1. *& ſeqq. lib.*1. ſæpiùs per Rotam approbatum, & ſignanter coram Bichio *dec.*118 *num.*5. coram Merlin. *dec.*407. *num.*7. & in alijs relatis *in Barchinonen. Parochialis* 28. *Iulii anni præte-*
riti coram R. P. D. meo Vicecomite, † & eadem quaſi poſ- 4
ſeſſio in caſu, de qua agitur ſufficit ad probandum pertinentiam, ſecundum Text. *in cap. querelam de elect. & in cap. conſultationibus de iure patronatus*, vt dixit Rota *d. dec* 477. *nu.*4. *part.*14. *& in Praten. Capellaniæ* 29. *Martii* 1666. *§ tunc etiam coram recol. me. Auunculo meo.*

Valor denique expreſſus in ſcutis 34. per non exceſſum abundè iuſtificatur ex ſimili narratiua facta ab vltimo poſſeſſore in eius literis Apoſtolicis, Summ.
*numer.*5. quæ cùm fuerint executioni demandata, † 5
& per conſequens præſumantur in omnibus iuſtificata Rota *deciſ.*71. *num* 6. *&* 7 *par.*6. *recent. & in Leodien. Parochialis coram Cerro* 4. *Iulii* 1663. illum ſufficienter probant.

Non

Noo obſtat, quod verificatio iuriſpatronatus ad formam clauſulæ in literis Antonij Felicis appoſitæ; debuiſſet fieri coram Ordinario, & quidem per legitimas, & concludentes probationes, quod eſſet ex fundatione vel dotatione, quia placuit reſponſio, quod talis veri-
6 ficatio in † præſenti noo deſideratur, dum coram Ordinario iam productæ eraot antiquæ ſeotentiæ, & præſentationes, ac inſtitutiones vltra ſæculum continuata, ex quibus reſultat hoc iuſpatronatus ad præſentan-
7 tes ſpectare, † & pertioere ex dotatinne, vel ſuodatiooe etiam ex mente Sacri Concilij Trideotioi *ſeſſ. 25. cap. 9. de reform.* vt dixit Rota coram Buratt. *dec. 172. n. 6. ibique* Add. *litera A.* & coram Peuting. *dec. 540. num. 4* vbi concordantes, & Ordinarius ad hunc effectum per Antonium Felicem aditus indebitè recuſauit exequi illius
8 † literas, & ipſe ab hac recuſatione obtinuit mihi committi cauſam appellationis cum clauſula *quam, & quas inciden. emergen. ac toto negocio principali*; iſto enim caſu Rota vigore Clem. auditot *de reſcript.* ſucceſſit loco Ordinarij tam in cognoſcendo, quàm io exequendo, vt in his terminis reſponſum fuit *in Placentina Parochialis 2. Decembris 1659. §. non obſtat coram Emineatiſſ. Cerro*, & nouiſſimè *in Meleuitana Commendæ 27. Martii anni prox. præt. coram R.P.D. meo Bourlemont.*

Minus ſubſiſtit, quod Catherina, & Moniales, quæ eius nomine conſtituerunt Procuratores Hieronymam, & Petrum eius virum, illos conſtitueriot ad præſentandum Philippum eorum nepotem, ideoque præſentatio Antonij Felicis tamquam facta contra formam mandati non ſuſtineatur, quia contrarium literaliter reſultat ex eodemmet mandato, in quo illis data fuit facultas præſentandi quemcumque Clericum ſibi beneuiſum, & teſtes ad hoc probandum ſuper inducti ſunt varij, & contrarij, nihilque concludunt, & propterea non
9 ſunt attendendi ex vulgatis, † maximè contra ioſtrumentum publicum ex omni parte perfectum, contra quod non admittuotur teſtes niſi omni exceptione maiores, & plenè concludentes, iuxtà *text. in l. cum de indebito §. vltimo ff. de probat. l. ſi alterius C. ſi minor ſe maiorem l. fin. §. ſin autem C. arbitrium tutelæ, gloſſ. in cap. 3. loco, verb. teſtium de probat.* Couat. *var. reſol. cap. 13. n. 2. lib. 2.*

Demum nec etiam ſubſiſtit, quod idem mandatum fue-
10 rit oullum, † tamquam datum viuente adhuc vltimo poſſeſſore, ex *text. in cap. 2. & cap. fin. de conceſſ. præben.*
11 quia regula procedit in mandato † præſentandi certam perionam, non autem in generali, vt diſtinguendo ex mente Rotæ tradunt Mareſcott. *var. reſol. lib. 2. cap. 33. nu. 2.* Adden. ad Greg. *deciſ. 420. n. 9.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. EMERIX.

Romana Traoſactionis.

Veneris 24. Aprilis 1676.

ARGVMENTVM.

Pro ſolis ſcutis duobus millibus tranſactum erat ſuper domo valoris ſcutorum quinque millium, & ideò cum læſionem adeſſe vltra dimidiam iuſti pretij prætenderetur, ad euitandum obiectum, opponebatur tranſactum eſſe ſuper iuribus, non ſuper domo; Attamen pro nullitate deciditur, quia ſolutio dilata erat ad tempus, quo dicta iura canonizata fuiſſent, & ideò perinde eſt ac ſi ſuper ipſamet domo fuiſſet tranſactum, quo in caſu læſio vltra dimidiam euitari non poterat.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata reſultat ex tribus ſententiis conformibus in ea parte, qua illæ ſunt inter ſe conformes.*
2 *Reſtitutio in integrum ſine læſione non datur.*
3 *Validitas ſententiarum apparet ex reuolatione actorum, ſi in eis ſunt ſeruata ſolita requiſita vulgata* dec. Caputaquenſis.
4 *Iuſtitia ſententiarum probatur ex deciſionibus in cauſa emanatis.*
5 *Læſio enormiſſima reſultat, ſi quis pro ſolis ſcutis duobus millibus, renunciauit iuribus ſuper domo valoris ſcutorum quinque millium.*
6 *Læſio vltra tertiam partem veri valoris ſufficit vigore ſtatuti Vrbis.*
7 *Læſio vltra dimidiam de iure communi requiritur pro reſciſſione contractus.*
8 *Remedium* l. 2. C. de reſcind. vendit. *habet etiam locum in Tranſactione.*
9 *Iura ceſſa licet tempore tranſactionis eſſent dubia, ſi tamen quando in ceſſionarium peruenire debebant, erant clara, illorum valor de tempore executionis attenditur, & num. ſeqq.*
10 *Tempus dilatæ ſolutionis, & exequutionis tranſactionis ſpectatur ad effectum æſtimandi pretium in eadem tranſactione promiſſum.*
11 *Læſio enormiſſima dicitur eo ipſo quod eſt vltra dimidiam iuſti pretii.*
12 *Fideicommiſſum clarum, & à Rota canonizatum modicas expenſas requirit.*

DECISIO DCXCVIII.

DVM bonæ memoriæ R.P.D. Ioannes Baptiſta Honoratus moleſtabatur à creditoribus Canonici Lucilli Petrucci ſuper poſſeſſione domus à dicto Petruccio ei venditæ pretio ſcutorum quioque millium, iudicium introduxerunt contra illum Ioannes Baptiſta Lutius filius Fuluiæ Pacificæ, & Angela Coccaoaria petentes vti vocati ad fideicommiſſum quondam Tiburtij Pacifici immiſſionem ſuper eadem domo, ex *remedio l. finalis C. de edicto Diui Adriao. toll.* cumque ab vtriuſque immineotem expulſionem à poſſeſſione timeret, ambos repellere ſtuduit per tranſactionem cum eodem Lutio, & Angela initam, per quam iſti ratificantes venditionem ad eius fauorem factam, renunciarunt omnibus iuribus ſibi competeotibus ſuper eadem domo ex cauſa dicti fideicommiſſi, mediaote promiſſione ſcutorum duorum millium, de quibus quatoor centum, licetio Inſtrumento dicantur incontinenti ſoluta, tamen contrarium apparet ex confeſſione per eundem R. P. D. Honoratum facta in articulo mortis pro exoneratione ſuæ conſcientiæ, reliqua verò ſcuta 1600. depoſitata fuerunt in Sacro Monte Pietatis ſoluenda ſolùm poſtquam terminatum fuiſſet iudicium inſtitutum ſuper purificatione fideicommiſſi ad fauorem eorundem renunciantium, & deinde iouestienda ad contentamentum ejuſdem ſoluentis, & pro euictione domus.

Dubitantes propterea hæredes ſæpedicti Honorati de viribus huius tranſactionis, committi obtinoerunt cauſam ſuper iactationibus, & moleſtationibus contra dictam Angelam, & Ioannem Baptiſtam Lutium in Rota, io qua per duas ſententias latas à bonæ memoriæ Meltio, & Priolo, reſciſſa fuit dicta tranſactio, cum reintegratione ad iura renunciata, & immiſſione in domo, quæ deindè reformatæ fuerunt coram bonæ memoriæ Veroſpio io ea parte, quæ concernebat immiſſionem ad domum, & reſtitutionem fructuum, & confirmatæ io alia, in qua concedebaot reſciſſionem tranſactionis, & reiotegrationem ad iura ceſſa.

Cùm autem ex reſcripto Signaturæ commiſſa fuerit cauſa appellationis, & reſtitutionis io iotegrum aduerſus iſtas ſententias cum clauſula *ſine præiudicio trium conformium* in eo; in quo ſuot conformes, & poſtmodum etiam per alias tres ſimili reſcripto canonizatas conceſſa immiſſio ſuper domo, dubium hodie propoſui, An conſtet de re iudicata, vel potiùs de cauſis reſtitutionis in integrum, & de illa, non autem de iſtis conſtare Domioi reſponderunt.

Res enim iudicata reſultat ex primo dd. tribus ſententijs rotalibus, quæ io eo, quod reſpicit reiotegrationem ad iura ceſſa, & reſciſſionem tranſactionis ſunt vndique cooformes *Clement. 1. ibique gloſ. verbo alicuius ex eis de*

ſen-

sentent. & re iudicat. l. vnica C. ne liceat tertio prouocare, Rota *in recent. dec.98. n.3. ad medium par.1. & dec.165. n.1.*
2 *par.12.* & coram Bich. *dec.28. nu.2.* Restitutio autem † in integrum, quæ sine læsione non datur, *l. verum 12. §. sciendum, ibique* Bart. *ff. de minor.* Rota *dec.1. de restit. in integr. in nouis*, & coram Eminentiss. Otthobon *dec.148. n.2.* excluditur à validitate, & iustitia sententiarum.

Validitas non controuertitur, & apparet ex reuolutione
3 actorum, ex † quibus constat obseruata fuisse omnia requisita in notissima, & approbatissima *decis. Veralli 260. parte 2.* Iustitia verò satis comprobatur ea luculenter de-
4 ductis in præteritis † decisionibus, & præsertim coram bonæ memoriæ Merlino, & Priolo, quæ vna est impressa in parte duodecima recentior. *dec.326.* & alia in parte decimatertia *dec.72.* in quibus pleniùs ostenditur, quod
5 transigentes, qui pro solis scutis duobus millibus † renunciauerant iuribus sibi competentibus super domo valoris scutorum quinque millium, enormissimam læsionem passi sunt, non solùm vltra tertiam partem veri valoris,
6 † quod ex Statuto Vrbis sufficeret, sed etiam vltra dimi-
7 diam, † prout de iure communi requiritur pro contractus rescissione ex remedio *leg. 2. C. de rescind. vendit.* cu-
8 ius † dispositionem ad transactiones etiam extendi tenet Bart. *ad eandem legem n.7.* Cagnol. *num.80. vers. ex quibus apparet*, Decius *cons.202. n.4. in fine*, Soccin. senior *consil. 83. nu.3.* & Iuniore *cons.129. n.48. n.1.* istique opinioni vti communiori semper adhæsit Rota, vt testatur *in dec.102. n.2. par.1. diuers. dec.539 num 2. parte prim. recent.* coram Carillo *dec.191. n.6.* & coram Eminentissim. Otthobono *dec.25. n.4.*

Non obstat repetitum obiectum, quod transactio inita non fuerit super domo, sed super iuribus in illa competentibus Ioanni Baptistæ, & Angelæ, quæ iura cùm essent dubia, litigiosa; & incerta, æstimari non possunt in scutis quinque millibus, sed multò minoris, & sic excludatur læsio, tantò magis dum idem Reuerendus Pater Dominus Honoratus vltra scuta duo millia promisit proprijs sumptibus procurare canonizationem dictorum iurium cessorum, & recuperationem Horrei cum domuncula ad fauorem transigentium.

Iterum enim responderunt Domini, quod licèt de tempore transactionis iura cessa dici potuissent aliqualiter du-
9 bia, † quando tamen ad Honoratum peruenire debebant, scilicet postquam canonizatum fuisset fideicommissum, tunc erant vndique clara, indubitata, & valoris scutorum quinque millium, attento tempore, ad quod
10 executio transactionis, & solutio pretij dilata † fuit, prout illud attendendum esse ad nostrum propositum firmat Abbas *in capit. in Ciuitat. 6. n.3. de vsur.* Prinell. *in l 2. C. de rescind. vendit. par.3. cap.4. n.16.* Surd. *cons.52. n.49.* & ad alium effectum Rota coram Bich. *dec.291. n.15 & dec. 314. n 5.*

Expensæ verò pro recuperatione Horrei, & canonizatione fideicommissi, vltra quod ab Honorato faciendæ erant, non de proprio, sed cum scutis 91 ab ipso debitis, occasione fructuum recompensatiuorum, ad hunc effectum rei remissis, etiamsi aliqualiter diminuere potuissent scuta quinque millia, tamen cum ad læsionem enor-
11 missimam vltra dimidiam † satis esset, quod pretium domus excederet scuta quatuor millia, saluare non possunt excessum huius transactionis, immò dum fideicommissum, super quo lis vertebatur, erat vndique clarum pro vocatione transigentium, & præcedenter approbatum
12 à Rota coram Coccino, † modicas requirebat expensas, vt consideratum fuit in prædictis decisionibus huius causæ 326. n.5 *par.12. recen. & 72. n.3. par.13*

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

Plurimæ decisiones factæ sunt in hac causa, quas pluries etiam in altero, & primo tomo istius decimæ octauæ partis adnorauimus, recurre igitur ad decis. 391. eiusdem tomi primi, quæ tibi alias concordantes indicabit.

R. P. D. CALATAIV.

Romana Census.

Veneris 24. Aprilis 1676.

ARGVMENTVM.

De materia cessionis tractatur, eaque pro censu extincto suffragari non posse declaratur, aut saltem pro sola sorte competere, non autem pro fructibus; Rursùs quatenus recuperet totum, qui partem persoluit, & pro toto cessionem obtinuit, vt hæc licèt regulariter aduersus creditores non prosit, nisi pro summa soluta, suffragetur tamen pro toto, vel ad effectum retinendi rem emptam, & contra creditores posteriore excipiendi, vel quando creditum est certum, & debitor cessioni consensit.

SVMMARIVM

1 *Cessio census extincti non suffragatur nisi ad effectum excipiendi, & defendendi fundum, non autem ad effectum agendi*
2 *Cessio census extincti suffragari non potest nisi pro sorte, non autem pro fructibus.*
3 *Fructus non debentur ratione census extincti, benè autem pro alio censu nouiter creato, à quo illi producuntur.*
4 *Debitor restituendo pecunias illi, cum quo contraxit, remanet liberatus, non obstante cessione alteri facta deficientibus requisitis* l. 3. C. de nouat.
5 *Emptor in præiudicium creditorum non potest ponere in calcula nisi summam ab ipso verè solutam.*
6 *Emptor potest reportare cessionem pro tota summa, quamuis minus soluerit, ad effectum tamen retinendi rem emptam, & excipiendi aduersus possessores creditores.*
7 *Cessio quando creditum est certum, & debitor cessioni consensit, suffragatur etiam pro summa non soluta, quia tunc nemini præiudicium infertur.*
8 *Hæres non confundit actiones, si creditum superueniat post aditam hæreditatem.*
9 *Confine assignatum demonstrat illud fuisse exclusum à confinato*

DECISIO DCXCIX.

POSTQVAM R. P. D. meus Vicecomes præuijs duabus * decisionibus Sententiam protulit declarantem Collegium PP. Societatis Iesu, qui emerunt à Pellicanis Tenutam della Petaccia cum onere ex pretio extinguendi quamplura eorum debita data in lista, non teneri soluere Patribus S. Pauli fructus census impositi super Prædio della Cimarella vsque de anno 1613. ad fauorem Victoriæ Cosciaræ vti posterioris cæteris omnibus, commissa mihi causa appellationis ter dubium proposui: An Sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda, nempè sub die 26. Iunij, qua fuit dilata resolutio, & 4. Decembris 1675. qua dictum fuit; vt scribatur strictè super tribus infrascriptis partitis: & hodie, quo DD. Sententiam confirmandam esse dixerunt.

Moti sunt ex rationibus adductis in decisionibus R. P. D. mei Vicecomitis penitùs remouentibus obiecta, quæ contra Iustitiam Sententiæ iterum repetebantur; Nam quod census Cosciaræ non debeat sumere anterioritatem ab anno 1613 ex quo eius pecuniæ cesserunt in extinctionem alterius census ab eisdem Pellicanis impositi de anno 1592 ad fauorem Pandolphini, reportata per eam amplissima cessione iurium anterioritatis, & potioritatis, nullam habet subsistentiam, tùm quia dum primus census fuit extinctus ab eisdem Pellicanis debitoribus cum

1 cum pecunijs secundi census, † cessio iurium non potuit reportari nisi extinctiuè, & ad effectum excipiendi, & defendendi fundum della Cimarella, super quo fuerat impositus census aduersus posteriores creditores, non autem ad effectum agendi, Giurb. *obseruat.11. num.29.* Anton. de Amat. *resolut.11. num.32. & 39.* Rota post Cenc. de Censibus *decis.559 numer.20.* & coram Merlino *decis.666. num.2 & in recent. decis. 135. num.19. par.6.* & coram Bichio *decis.406. num.34.* vel ad sommum anterioritas, & potiorias suffragari potest tantùm pro sorte, de qua
2 modò non agitur, cùm sit irrepetibilis, † non autem pro fructibus, qui non debentur vigore primi census iam
3 extincti, † sed vigore secundi, à quo producuntur, Anton. de Amat. *resolut. 7. numero 32.* Carleual. *de Iudic to. 2. disp.35. num.37. & seqq.* Capic. Latr. *decis.26. num. 37.* Capic. Galeot. *controu.16. num.32. part.1.* Donat. Anton. de Marin. *var. resol. tom.1. cap.76. num.10.* Giurb. *dicta obseru 11. num.5. & 9.* Rota coram Card. Celso *dec. 302. num.15. & in Romana Salaiani 14. Febr. 1667. coram R. P. D. meo Ottalora*.

Tùm quia Pandolphinus ante factam cessionem priùs cesserat suum censum Montemillino pro dote Catherinæ suæ filiæ, vnde non potuit eundum censum, nec quoad fructus, nec quoad sortem iterom cedere, cùm non esset ampliùs in eius dominio, & prima cessio sit præferenda, vt latè comprobat decisio edita 30. Ianuarij 1671. coram R. P D. meo Vicecomite.

Nec valuit responsio, quod saltem Cosciaræ competere potuisset actio vtilis negotiorum gestorum, dum cum eius pecunijs fuit liberatus fundus censitus, & dimissus anterior creditor, quia præterquam etiam ista actio esset posterior, cùm sumat anterioritatem solùm à die, quo negotium vtile gestum est, & sic ab anno 1613. adhuc non potest dici liberatus fundus, dum Pellicani extinxerunt censum cum Pandolphino, qui non erat amplius creditor, ex quo antecedenter illum cesserat Montemillino, & iste cessit Collegio, in quod proindè transierunt iura dicti census, non autem in Cosciaram, quæ habuit cessionem à Pandolphino non Domino, vt benè aduertit dicta decisio coram R. P. D. meo Vicecomite, in qua etiam remouetur obiectum, quod Pellicani debitores restituendo pecunias Pandolphino,
4 cum quo contraxerunt, † remanserint liberati, non obstante cessione facta Montemillino deficientibus requisitis *l.3. Cod. de nouat.* nempè quod aliud est, quod rectè soluerint: aliud est quod potuerint reportare cessionem translatiuam iurium, quæ cedens amplius non habebat.

In vanum etiam repetitum fuit obiectum, quod etiam cessante anterioritate teneatur Collegium ad formam pacti in Instrumento emptionis conuenti soluere dictum censum datum in lista, dum indebitè, vel non integrè soluit alia debita, quæ non erant soluenda; & præcipuè tres partitas data in calculo, nempè censum Montemillini, dotem Cynthiæ Caetanæ, & fructus solutos Pellicanis, quia facta particulari discussione dictarum partitarum, compertum fuit ipsas quoque esse Collegio bonificandas.

Nam quoad creditum Montemillini scutorum 4600. non obstat, quod Collegium non soluerit nisi scuta 4000.
5 † ideoque in præiudicium aliorum creditorum non potuerit ponere in calculo nisi summam effectiuè solutam per *text. in l. eum, qui à debitore 18. ff. qui pot. in pign. hab.*
6 quoniam dicta † lex primò non procedit quando quis reportauit cessionem pro tota summa ad effectum retinendi rem emptam, & excipiendi aduersus posteriores creditores, Manen. *cons.123. num.9.* Franc. à Pont. *cons.64. num. vlt. & cons.76. num.16. & cons.77 per tot* Sanfelic. *dec.120. num.1.2. & 9.* Rota *diuers. decis.148. num.2. part.2. & in Romana Plateatiei 27. Maii 1651. coram Meltio*. Secundò non procedit, quia prædictæ cessioni expressè consenserunt Pellicani debitores: quando enim creditum est cer-
7 tum, & debitor cessioni consensit, † cessio suffragatur etiam pro summa non soluta, quia tunc nemini infertur præiudicium, Soccin. *cons.170. num.3.* Gabr. *cons. 67. numer.7. vol.1.* Menoch. *de præsumpt. lib.4. cap.129. num. 16.* Cancer. *var. resol. lib.3. cap.1. de act. & oblig. numer. 164.* Giurb. *obseru.58. num.25. & decis.117. numer 4.* Rota post Oleam *de cess. iur. decis.46. num.3. & dec.47. num. 5. & seqq. & in rec. decis.274 numer.2. part.3.* Tertiò demum, quia tale creditum non erat facilis exactionis, sed intricatum, & litigiosum; nam licèt Montemillinus obtinuisset mandata, numquam tamen potuit fructus exigere; tali enim casu cessio pariter suffragatur pro tota summa, vt pluribus comprobat *secunda decisio coram R. P. D. meo Vicecomite*.

Quoad dotem Cynthiæ scutorum 4500. dicebatur fuisse à Collegio malè soluta Iulio Cæsari, & Ferdinando filijs, & hæredibus dictæ Cynthiæ, ex quo isti fuerunt quoque hæredes patris debitoris dotis, & sic actiones erant confusæ. Verùm huiusmodi obiectum sublatum remanet ex facto, nam debitum matris superuenit longè post aditam hæreditatem patris, † quo casu non in- 8
trat actionum confusio, *l. si ei, cui §.1. ff de eunct.* Giouagn. *respons.73. num 60. lib.1.* Caren. *resol. 97. num. 3.* Merlin. *de pign. lib.1. quæst.14. n.40.* Rota coram Caualer. *dec.367. nu.2. & in rec. dec.432. n.10. par.4. tom.1. & decis. 329. n.24. par.10. dec.199. n.7. & 8. part.11. dec.517. num.5. part.14.*

Quo verò ad fructus solutos Pellicanis, placuit Dominis responsio, quod isti erant fructus bonorum primogenituræ, super quibus nec Cosciara, nec Patres S Pauli eius singulares successores habebant hypothecam, cùm census, de quo agitur, fuerit impositus super prædio Cimarellæ, quod non probatur fuisse comprehensum in venditione Tenutæ della Peraccia, immo datum fuit pro confine, † quod demonstrat fuisse exclusum à confinato, *l.* 9
cum seruo 63. ff de contrah. empt. Bald. *in l. finem, C. de euict.* Rota *dec.229. n.13. & dec.520. n.74. par 14. recent.* fortiùs dum constat Cimarellam tempore venditionis fuisse possessam a Compagnonis, Summario Collegij *num. 4.* prout quoque Pellicani fassi fuerunt, protestando fuisse ab ipsis spoliatos, *vt n.5.*

Quamuis autem informantes pro Patribus S Pauli nonnullas alias partitas datas in calculo Collegij controuerterint, tamen visæ sunt subsistentes responsiones singulariter datæ in secunda decisione coram R. P. D. meo Vicecomite; & quatenus aliquæ ipsarum non essent plenè iustificatæ venirent compensandæ cum sc. 11304. quod Collegium vltrà iustum pretium persoluit, cùm non teneatur satisfacere creditoribus, nisi de pretio, quod in eius manibus supersit, vt concludit etiam dicta decisio coram R. P. D. meo Vicecomite.

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

Altera ex decis. præsentis causæ est impressa supra in alio præcedenti tomo primo istius decimæ octauæ partis, vbi est in ordine dec. 96.

R. P. D. RONDININO.

Eugubina Saluiani.

Veneris 24. Aprilis 1676.

A R G V M E N T V M.

Duplici ratione denegatum est Saluianum, prima; quia bona exierant e dominio debitoris ante contractam hypothecam; altera, quia debitor non erat dominus, neque possessor; Non erat dominus, quia bona obtinuerat iure pignoris, non in solutum, eodemque iure etiam possessor esse non poterat, quia non possidebat sibi, sed domino.

S V M M A R I V M.

1 *Bona antecedenter à debitore alienata, non cadunt sub hypotheca posteà ab illo contracta.*
2 *Immissus ex primo decreto dicitur possidere pro illo, aduersus quem immissionem obtinuit.*
3 *Venditio non concludit dominium, neque possessionem.*
4 *Res aliena etiam vendi potest.*
5 *Emptor non fatetur venditorem esse dominum, & possessorem. & n.15.*

6 *Clau-*

6 *Clausula* constituti *supponit possessionem constituentis eo modo quo illam habet.*

7 *Venditor si nudam habet detentationem, & constituat se possidere pro emptore, non ideò dicitur se constituere, & possidere vti dominus.*

8 *Clausula* constituti *famulatur actui, cui apponitur, eiusque naturam assumit.*

9 *Pactum redeundi ad primæua iura sub conditione conuentum, exerceri non potest, & nihil operatur conditione non adimpleta.*

10 *Pactum* l. commissoriæ *exerceri non potest ab eo, qui non rei vindicationem elegit, sed vsurarum petitionem sequi maluit.*

11 *Datio in solutum non dicitur facta, etiamsi nulla sit spes luitionis, si bona sint assignata à Iudice in causam pignoris, non autem à partibus.*

12 *Creditor bona recipiens à Iudice in causam pignoris, non potest illa sibi appropriare iure dominij.*

13 *Exceptio dominij impedit Saluianum, & quando, num. seqq.*

14 *Dominium illius, à quo bona recepit, quatenus quis impugnare possit, vel non.*

16 *Possessor ad repellendum debitorem in Saluiano potest opponere defectum dominii debitoris.*

DECISIO DCC.

IN Decisione edita die 22. Iunij 1668. coram Eminentiss. Cerro in recent. parte 15. decis. 302. hodie Domini steteruot coram me, qui in locum eiusdem Eminentissimi Cerri successi, denegando immissionem Comiti Gabriellio io controuersum Prædium della Casella aduersus Andreolos illius possessores, & à Maggis d. Comitis Gabriellij debitoribus causam habentes, quia cùm Prædium hoc alienatum fuerit à Maggis anno 1630. non
1 potuit † cadere sub hypotheca Comitis de Gabriellis,
qui euasit creditor solum anno 1631. & 1635. Pacific. de Salu. *inspect. prima cap. 6. nu. 1. & seqq* Rot. *rec. par. 9. dec.* 328. *n. 7.* & coram Reuerendiss. Ninot *dec. 45. num. 6. & in Brundusina pecuniar. seu Saluiani* 20. *Martii prox. coram R. P. D. meo Vbago.*

Nulla habita ratione, quod Ioannes Carolus de Maggis post contractum debitum fuerit immissus in possessionem Prædij controuersi, illudque successiuè vendiderit Aodreolis Reis conuentis, quia placuit responsio decisionis, quod nempè cùm ille obtinuerit immissionem in contumaciam partis pro liberatione a molestijs, neque doceatur deuentum fuisse ad Prædij subhastationem, & deliberationem, non potest dici in eum translatum neque dominium, oeque possessinnem, sed solum censetur Prædium obtinuisse quoad simplicem detentationem, & custodiam iuxtà naturam primi de-
2 creti, ex quo Maggius immissus fuit, † qui dicitur possidere pro illo, aduersum quem immissionem obtinuit, ex ratione Text. *in l. possidere 3. §. final. ff. de acquir. possess.* Alex. *in l. 1. per seruum corporaliter ff. illo eodem tit. & in l. à Diuo Pio §. in venditione nu. 10. ff. de re iudic.* Merlin. *de pignor. lib. 1. qu. 17. ex num. 6. & qu. 20. ex num. 1. & quæst.* 23. *num. 1. & 11.* Posth. *de subhast. inspect. 13. n. 24. & seqq.* Rot. *rec. par. 5. dec. 172. num* 8. & coram Durano *decis. 10. nu. 5 & in Firmana census 26. Aprilis 1675. & 13. Ianuarii prox. in princip. coram me.*

Posito autem hoc titulo simplicis detentationis, ex quo Prædium hoc in Maggios deuenit, non videtur admittenda possibilitas alterius tituli stante initio possessionis ex dicto primo decreto, nisi concludenter superueniens titulus dominium tribuens probetur, qualis profectò non est ille deductus in venditione istius Prædij à Maggio facta Baldo Andreolo etiam cum claosu-
3 la *constituti*, qoia ex sola venditione † non concluditur
dominium, minusque possessio, cùm etiam res aliena
4 † vendi possit, atque ideò emptor † non fatetur vendi-
5 torem esse dominum, & possessorem, ex ratione Textus
in l. rem alienam 28. vbi communiter Scribentes *ff. de contrahend. empt* Alex. *cons. 43. num 9. vol. 4* Mascard. *de probat. conclus. 150. n. 2.* Posth. *resol. 43. ex n. 8.* Cyriac. *controu.* 300. *ex n. 25.* Nognerol. *allegat. 20. n. 10* & post alios adductos Rota *in Romana Castri Orciani 23. Ianuar. 1668. §. huiusmodi autem probationes coram Reuerendiss. Domino meo Albergato Decano.*

Et clausula *constituti*, quamuis regulariter supponat
possessionem, † illam tamen supponit eo modo, quo re- 6
peritur io venditore, & consequenter in hoc casu † regu- 7
latur iuxtà naturam simplicis deteotationis, quam habebant Maggi venditores immissi ex primo decreto; † 8
cùm illa famuletur actui, cui apponitur eiusque naturam sequatur, ex ratione Textus *in l. qui absenti §. 1. ff. de acquir. possessione, & in l. quoties,* vbi Barbos. *num. 26. C. de rei vindicat.* Rot. apud Posth. *de manuten. dec.* 300. *n.* 19. *& in rec. par 9. dec. 121. nu. 3.* & meliùs *in Romana vineæ 5. Martii* 1674. *§. non suffragante coram R. P. D. meo Emerix.*

Neque superueniens titulus dominium plenum tribuens deduci potest, ex eo quod Maggi immissi in primo decreto pro liberatione à molestijs, haberent facultatem regrediendi ad primæua iura, io casu, in quo debita illorum de Brunis, à quibus diuersa stabilia pro scutis 18. mil. emeraot; summam istam excederent, quia facultas redeundi ad primæua iura, & consequen-
ter iure domioij, Prædium hoc retineodi, † purificata 9
non fuerat, ex quo debita illorum de Brunis scutorum 18. mil. oon excedebant, vt contra eosdem Maggios firmauit Rota *in recent. part. 10. decis. 324. sub num. 13. & parte 11. decis. 14. numero* 8.

Quinimmo cùm Maggi vsi oon fuerint facultate regrediendi ad primæua iura iuxtà pactum commissoriæ legis resolutiuum contractus, continuando semper possessiooem bonorum emptorum à Brunis, & petendo liberationem à molestijs, quas à creditoribus venditorum sibi inferri putabunt, non possunt hodie de resolutione contractus excipere, quia commissoriæ venditionis legem exercere non potest, qui non rei vindicatio-
nem elegit, † sed vsurarum petitionem sequi maluit, 10
vt Iuliano Alex. Cæsar ipsis verbis rescripsit *in l. commissoriæ Cod. de pact. inter emptor. & venditor.* Crauett. *cons. 151. num. 8. in fin.* Surd. *de alim. tit. 9. quæst. 26. ex num.* 126. Gratian. *discept. 246. num. 23. & 24* Rota coram Buratt. *decis.* 640. cum alijs latè deductis in *Senogallien. domus* 24. *Februar. prox. § ita pariter coram me.*

Neque Prædium hoc præsumi potest datum in solutum Maggijs, ex eo quod molestiæ excedebant super Prædio illius valorem, quia Maggij curarunt exequi mandatum pro liberatione à prædictis molestijs, non solùm super d. Prædio, sed super omnibus aliis boois, quæ ipsi Maggii emptores assignauerant Brunis venditoribus in computum pretii stabilium, quæ ab ipsis emeraot, & quod magis est, Maggii non habuerunt Prædium à Bruois loco pignoris, sed à Iudice vigore mandati ad effectum deponendi, donec, & quousque molestiæ essent sublatæ; ideoque non intrat conclusio, quod data æquiualentia crediti cum debito, quinimmo illios excessu censeatur res debitoris creditori assignata, cuius valor correspondet credito, & multò magis si ab isto absorbetur datio in solutum iure dominii, cùm nulla sit spes luitionis, & consequenter bona
pro derelictis habeaotur, † quia conclusio non procedit 11
quando res debitoris peruenit ad creditorem, vt io casu ex facto Iudicis illis assignantur in præcisam causam
pigooris, † quia tunc staote facto Iudicis, & pri- 12
mæua partium declaratione in pignoris causam debitoris res accipientium, non licet ampliùs creditori iure domini rem ipsam sibi appropriare, per ea, quæ in proprijs terminis distinguendo determinat ex ratione Textus *in l. qui habebat in princip. ff. de legat. 3.* Rota coram Buratt. *decis. 160. numero 15. & 16.* & discusso ad partes articulo, plenè dictum fuit *in Meleuitana bonorum 26. Ianuarii* 1674. *§. ex pluribus coram me.*

Hanc autem exceptionem defectus domioii, & possessionis aduersus Maggios venditores opponere possunt ipsi Andreoli emptores ad tuendam propriam pos-
sessionem, atque incontineoti probata hæc † exceptio, 13
repellit ab immissione Comitem Gabriellum ex remedio Saluiani, hodie agentem, qui nec ab ipsis Maggis causam habet, Cyriac. *controu. 300 num. 27.* Pacific. de Saluian. *inspect 2 cap. 1. num. 38. & cap. 2. ex num. 115.* Posth. *d. resol 43 ex num.* 8. Rota post eundem Pacific. de Saluian. *decis. 1. in fin. & decis. 69. num. 2. & in recent. part. 14. decis.* 210 *ex num. 8 & decis. 441. ex num. 1.*

Hoc enim casu oon procedit dispositio Textus *in l. si*

quis conductionis C. locat. vt non possit aliquis impugnare
14 dominium illius, à quo bona recepit, † quia conclusio
procedit in conductione, in qua Textus ille loquitur,
vel in alio simili contractu, in quo ille, qui bona de-
dit, & tradidit sub conditione, vt sibi restituantur, il-
laque repetere curat; secus autem in emptione, & ven-
15 ditione, in qua, vt superiùs dicebatur † emens non fa-
tetur dominium venditoris, qui nec etiam hoc casu agit,
16 sed de hoc opponit vti Tertiùs † qualis est Comes Gabriel-
lus, nullam à Maggis causam habens, per ea, quæ in
proposito deducit Rota *in rec. part. 4. tom. 2. dec. 420. ex nu. 98. & par. 8. dec. 222. n. 8.*

His positis superfluum visum est Domini disputare, An Andreolis reis conuentis competat ius retinendi ob credita anteriora soluta, cuius articuli prætermissa discussione in decisis vtraque parte audita Domini permanserunt.

R. P. D. V B A G O.

Perusina Hæreditatis.

Lunæ 27. Aprilis 1676.

A R G V M E N T V M.

Practicabilis est Decisio tàm super moderatione inhibitionis vigore appellationis obtentæ, quàm super transportatione actorum, vt nempè illa concedatur post præfixionem termini, & actis non transportatis; hæc autem licèt etiam ab appellato facienda, quando ipse petit confirmationem suæ sententiæ, regulariter tamen ab appellante fieri debet, quem non sufficit transportasse processum minus integrum, etiam deperditis actis, quia non ideò releuatur ab onere integræ transportationis mediante grauatoria contra Notarium, vel pro reperiendis scripturis, vel pro subministrandis expensis nouæ extractionis earum.

S V M M A R I V M.

1 *Inhibitio vigore appellationis obtenta moderari debet, si post terminum præfixum acta transportata non sint, & num. 6.*

2 *Transportatio actorum est facienda ab illo, qui vult in causa procedere.*

3 *Appellatus si petit confirmationem sententiæ; acta transportare tenetur, secus verò si causam, & appellationem prætendit fuisse desertam.*

4 *Res iudicata, & desertio causæ oriuntur ex non transportatione actorum.*

5 *Appellans si prætendit euitare rem iudicatam, & desertionem causæ, sententiamque Iudicis, à quo redarguere de nullitate, vel iniustitia, acta transportare tenetur.*

7 *Iurisdictio Iudicis à quo cessat per non transportationem actorum, sicuti per eam consolidatur in illo.*

8 *Acta non integrè transportata perinde est, ac si transportata non essent, quia integrè transportari debeat, & num. 9.*

10 *Acta illa transportanda sunt, quæ tendunt ad detegendam iustitiam, vel iniustitiam sententiæ.*

11 *Notario attestanti super integritate actorum creditur, tanquam de re ad eius officium spectante, limita vt num. seq.*

12 *Extractus si apparet minus integer, vel defectuosus, non creditur Notario illum integrum attestanti.*

13 *Extractus detegitur minus integer, si in eo deficiant iura in actis producta.*

14 *Productio facta cum clausula tenoris, actualem consignationem scripturæ penès Notarium demonstrat.*

15 *Transportatio integra actorum non euitatur ex attestatione Notarij, quod iura non reperiantur.*

16 *Transportare debens acta, tenetur facere omnem diligentiam pro reperiendis scripturis, etiam mediante noua extractione earum.*

17 *Notarius iura sibi consignata, & producta custodire debet, aliàs parti ad interesse tenetur.*

18 *Grauatoria relaxatur contra Notarium, vel pro reperiendis scripturis in illius officio productis, vel pro subministrandis expensis nouæ extractionis, & transportationis earum.*

19 *Notarius non solùm ipse, sed etiam illius successores tenentur inuenire scripturas in actis productas, aliàs interesse præstare coguntur.*

D E C I S I O DCCI.

NON constare de integra trasportatione acto-
rum, & ità moderandam esse inhibitionem vigo-
re appellationis hodie coram me resolutum fuit, quia
Lelij appellati obtinuerunt à Sanctissimo Commissio-
nem moderationis inhibitionis præuia termini præfixio-
ne ad transportanda † acta, itaque termino præfixo, & 1
actis non transportatis, est locus moderationi, vt aliàs
per Rotam firmatum fuit in *Ildesimen. executionis 5. Iunii
1602. coram Lancellotto impress. penès* Marches. *de commiss.
par. 2. fol. 587.*

Non obstat, quod Gramaccius nullam instantiam fa-
ciat, sed Lelij, & ideò isti debeant acta transportare,
quia transportatio actorum † facienda est ab illo, qui 2
vult in causa procedere Scacc. *de appell. lib. 3. cap. 2. quæst.
20. num. 9 & 10.* Coccin. *decis. 424. numer. 1. & 4.* Thomat.
decis. 9 num. 1. & Rot. *in rec. dec. 311. num. 3 part. 3.* Nam
conconclusio haberet locum, si Lelij, qui sententiam fa-
uorabilem obtinuerunt in prima instantia † peterent illius 3
confirmationem, sed cùm ipsi solummodò quærant indu-
cere rem iudicatam, & desertionem causæ, † quæ ori- 4
tur ex non transportatione actorum, Marches. *de com-
miss. super desertion. part 1. §. 1. num. 16. fol 70.* Ridolphin.
in prax. part 1. cap. 13. n. 640. Gramaccius, qui appellauit
si ipsam rem iudicatam, seu causæ desertionem intendit
euitare, & sententiam Iudicis, à quo redarguere, † te- 5
netur omnia acta facta coram Iudice antecedentis instan-
tiæ transportare, Pen *dec. 644. n. 3. & 4.* Buratt *dec. 313.
nu. 2. & 3* Caualer. *decis. 43. num. 2.* Rota *in rec dec. 33. n.
5. par. 11.* aliàs cùm elapsum biennium sit, & fuerit signa-
ta commissio, præfixo termino actis non transportatis,
† consideratum fuit per Dominos non posse iuxtà stylum 6
Curiæ denegari moderationem inhibitionis, Posth. *de
manut. obser 69. num. 31. in fine,* Ridolphin. *in prax. part.
3. cap. 5. num. 51. & 52. & par 1. cap. 13. num. 642 cum pluribus seqq.* Nam tunc cessat iurisdictio Iudicis ad quem, † 7
quæ solùm per actorum, & processus transportationem
consolidatur, Vestr. *in prax. lib. 8. cap. 2. nu primo,* Grat.
discept. 121. per tot. & disc. 691. n. 28. Caualer. *dec. 77. nu. 1.*
Buratt. *dec. 405 n. 10. & 17.*

Nec dicatur, quod acta sunt iam transportata, quia
dum deficiunt quamplura essentialia, & signanter Te-
stamentum Dotalicis, cuius vigore agitur, & immissio
ad possessionem bonorum hæreditariorum eiusdem pe-
titur, apertè patet, quod extractus non sit integer,
sed defectuosus, † & ideò habetur, ac si non esset trans- 8
portatus; Acta enim † debent esse integra, vt testatur 9
Ridolphin. *in prax. d. 90 cap. 13. part 1. numer. 641. in fine*
Rota *decis 70. num. 6. par. 10. recent.* Et tantò magis trans-
portanda sunt illa acta, † quæ tendunt ad detegendam 10
iustitiam, vel iniustitiam sententiæ, à qua fuit inducta
appellatio, Gregor. *decis. 320. num. 1. & decis. 241. in secunda num. 8. & 9. post* Posth. *de manut. &* Rot. *in rec. dec.
561. n. 12. par. 1.*

Neque releuat attestatio Notarij in ipso extractu fa-
cta, ibi: Extractus omnium, & singulorum, † 11
cui semper credendum est, tanquam testanti de re
ad ipsius officium spectante, vt firmauit Rota penès
Fati-

Farinac. *post secundum lib. cons. decis.* 144. *nu.* 5. & fuit di-
ctum in vna *Bracaren. Parochialis* 29. *Ianuarii* 1610. *co-
ram Sacrato*, quia fallit, quando contrarium ex ipso ex-
12 tractu † apparet, vel aliundè iustificatur, Gratian. *disc.*
121. *n.* 29. Rot. *dec.* 43. *nu.* 3. *par.* 2. *diuers.* & coram Coccin.
dec. 115. *n.* 3. *& in recent. dec.* 58. *in fine*, *& dec.* 658. *in fine*
13 *part.* 4 prout est in præsenti casu, † in quo ex eodemmet
extractu habentur reales productiones dictorum iurium,
14 quæ deficiunt † cum clausula *tenoris &c.* quæ iurium
actualem consignationem penès Notarium inducit. Coc-
cin. *dec.* 1197. *n.* 9. Greg *dec.* 59. *n.* 13 Buratt. *dec.* 780. *n.* 3. *&
in Terracinen. bonorum* 9. *Maii* 1594 *coram Blanchetto*, &
tamen in extractu non leguntur registrata.

Tandèm non obstat, quod Notarius A. C. fidem
15 faciat ipsa iura in Officio non reperiri; † Nam hoc Do-
mini dixeruot non sufficere ad releuandum Gramac-
cium appellantem ab onere trasportandi, cùm tene-
16 batur facere omnes possibiles diligentias, etiam † me-
diante extractione nouarum copiarum in forma publi-
ca, maximè dum originalia non iustificantur deperdi-
ta, & circa expensas requisitas pro ipsa noua extra-
ctione habet in releuatorem Notarium A. C. cui fuerunt
17 iura consignata, † & qui tenebatur custodire, aliàs ad in-
teresse Buratt. *decis.* 692. *numer.* 4. agendo pro vlteriori
grauamine contra ipsum, vel ad effectum, vt red-
18 dat rationem ipsorum iurium, † vel ad effectum, vt
subministret expensas pro nouis illorum extractione, &
asportatione ad Vrbem, Bart. *in l. si quis ex Argentariis
§ Hæredi n* 4. *ff. de eden. & ibi* Bald. *in §. Prætor ait* Castr.
num. 5. *&* Angel. *num.* 7. prout etiam pluries firmauit Rota
19 tàm contra Notarios, † quàm successores in officio, &
signanter *in Romana Depositi* 9. *Iunii* 1595. *&* 5. *Iunii* 1596.
coram Cardinali Pamphilio, & coram Buratto *d. dec.* 692.
num 4.

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. E M E R I X.

Bononien. fideicommissi Caroli de
Pepulis.

Lunæ 27. *Aprilis* 1676.

A R G V M E N T V M.

Repræsentationis materia tractatur ad eum casum, quo illa etiam, quod de iure non deberetur, ex voluntate tamen Testatoris admittitur ex eadem prædilectione, qua vocati sunt filii, nepotes, & pronepotes, quos si æqualiter Testator ad successionem vocauit, ita pariter filium patrem repræsentare voluisse dicendum sit, plura igitur etiam de eadem materia prædilectionis in hac ipsa Decisione deducuntur.

S V M M A R I V M.

1 *Ægidiana non intrat si vna sententia reuocat alteram, quia continet mixturam, & ideò datur appellatio.*

2 *Sententiæ reuocatio licèt facta per caput separatum, non euitat mixturam, quia agitur de re connexa, & indiuisibili.*

3 *Proximitas grauantis non grauati in fideicommissis attendit ur.*

4 *Filius iuuatur repræsentatione patris, & concurrit cum patruo in fideicommisso, etiam à transuersali instituto.*

5 *Proximitas à Testatore vocata, etiam cum verbo sua, non ad testatorem, sed ad eius agnationem refertur.*

6 *Repræsentatio in fideicommisso particulari non datur, & vide num. seqq.*

7 *Repræsentatio ex voluntate Testatoris admittitur etiam in casibus, in quibus illa de iure non datur, & num.* 9. 15. *& seqq.*

8 *Testator potest remotiorem cum proximiore ad successionem vocare, vel eum etiam penitus excludere.*

10 *Repræsentatio ex Testatoris voluntate resultat, si æqualiter dilexit filios, & nepotes, seù nepotes, ac pronepotes, & nu.* 11. *&* 12.

11 *Dilectio, quæ deducitur ex vocatione facta in successione vniuersali, eadem etiam in legato resultat.*

12 *Repræsentationi locus esse debet, vt ea mediante æqualis sit successio à Testatore volita.*

13 *Substituens non debet esse melioris conditionis, quam institutus.*

14 *Repræsentari non potest ille, qui non est vocatus. limita vt nu.* 7. 9. *& seqq.*

16 *Repræsentationis in materia non attenditur prædecessus patris.*

17 *Filius succedens iure repræsentationis succedit ex propria persona, eo modo, quo succederet illius pater.*

18 *Repræsentatus gradus non corrumpitur.*

D E C I S I O DCCII.

CONCESSA per sententiam Rotalem prolatam à R. P. D. meo Calataiù, vti suffecto in locum bon: mem: Prioli, Marchioni Guido immissione ad Palatium, quod Carolus Testator legauit Francisco, & post eius obitum proximioribus agnationis suæ, fuit in gradu appellationis coram me dubitatum, An esset locus Ægidianæ, seù potiùs sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda, & post secundam propositionem hodie responsum fuit pro confirmatione.

Quo enim ad Ægidianam visum fuit eam intrare non
posse, ex quo in sententia Rotali fuit reuocata contra-
ria sententia lata ab A. C. ideoque † cùm contineat mix- 1
turam ab ea datur appellatio, Posth. *resol.* 33. *n.* 12. *&* 28.
Rota *dec.* 144. *n.* 6. post Pacif. de Saluian. quamuis reuoca-
tio fuerit per caput separatum, † quoniam agitur de re 2
connexa, & indiuisibili, & vnum Capitulum ab alio de-
pendet, Scacc. *de appellat. qu.* 17. *limit.* 6. *membr.* 9. *n.* 36. Rot.
dec. 536. *n* 6 *par.* 1. *dec.* 214. *n.* 3 *par.* 4. *diuers. & dec.* 198. *n.*
1. *eam seqq. par.* 13. *rec.*

Verùm quia sententia Rotalis est valida, & iusta DD.
dixerunt illam esse confirmandam. Siquidem Marchio
Guidus licèt sit vno gradu remotior à Carolo Testatore,
quam Marchio Camillus, tamen quia iam apud Nos
recepta est sententia, quod in fideicommissis † attendi de- 3
beat proximitas grauantis, & non grauati, iuxtà cele-
bres *decisiones* 21. *&* 35. *coram Eminentiss. Ottbobono*,
Marchio Guidus, qui est nepotes Francisci vltimo lo-
co defuncti iuuatur repræsentatione paterni gradus, † & 4
sit æqualis Marchioni Camillo eiusdem Francisci, &
cum eo ad successionem æqualitèr concurrit, non obstan-
te quod agatur de fideicommisso instituto à transuersali
vltra secundum gradum, vt notat Peregr. *de fideic. art.*
21. *n.* 8. Vrc. ol. *consult.* 12. *nu.* 16. & latè discusso articulo
fuit dictum in *Eugubina fideicommissi coram* 23. *Februarii*,
& 28. *Iunii* 1674. *&* 4. *Maii* 1675. *coram R. P. D. meo Bour-
lemont*, & firmant tres decisiones huius causæ editæ in præ-
cedenti instantia.

Nec visum fuit obstare, quod Testator vocauerit *li
più prossimi dell' agnatione di esso Testatore*, quoniam cùm
proximitas non referatur ad ipsum Testatorem, † sed ad 5
eius agnationem nihil exindè valet in contrarium inferri,
Gamma *dec. Lusitan* 7. *n.* 3. *&* 7. cum aliis in omnibus de-
cisionibus huius causæ allegatis.

Sed quia hæc, & alia sublata fuerunt in præfatis huius
causæ decisionibus, tota difficultas in vltima propositio-
ne restricta fuit, ad hoc quod hic versamur in legato
Palatij & sic in fideicommisso † particulari, in quo non 6
dari repræsentationem contendebant Scribentes pro Ca-
millo, quare collatis ad inuicem auctoritatibus, quæ
hinc inde efferebantur, licèt videretur in puncto iuris
præualere opinio negatiua, in quam etiam DD. incli-
nabant, & quam contra Molin. *& alios in decis. R. P. D.
mei Calataiù sub die* 18. *Martii* 1675. allegatos tenent Ci-
riac. *contr.* 8. *num.* 140 Fusar. *de substit. quæst.* 387. *sub num.*
52. *vers. Limitatur* 10. *& quæst.* 485. *sub numer.* 105. *vers.* 15.
Capon. *contr.* 69. *n.* 12. *cum seqq.* apud quos concordantes,

nihilominus omissa quæstione in abstracto, amplexi fuerunt affirmatiuam respondentes admittendam esse repræ-
7 sentationem † in hoc casu propter voluntatem Testatoris,
qui sicut poterat nepotes, & pronepotes, aliosque
8 transuersales remotiores in concursu cum † Patruo, vel
9 etiam eo excluso ad sui successionem admittere, † ità
& potuit facere vt sit locus repræsentationi, vbi ea aliàs non admitteretur, Peralta *in l. cum ita §. in fideicommisso, ff. de legat. 2.* Dec. *cons. 79. num. 2. vers. concludendum est*, Menoch. *cons. 124. nu. 36.* Altograd *cons. 67. num. 14. & 37. lib. 1.* Bobl. *f. de repræs. lib. 1. cap. 5. n. 16. & cap. 13. n. 12.* Couar. *pract. quæst. cap. 38. n. 8.* Valasch. *de iur. emphyt. quæst. 50. num 41.*

Huiusmodi verò voluntatem Testatoris desumebant ex pluribus, & signanter ex quo in vniuersali institutione æquè dilexit Guidum pronepotem, ac Franciscum, & Camillum nepotes æqualiter omnes ad suc-
10 cessionem vocando. † Vndè cùm benè inferatur ad simi-
11 lem dilectionem, † vtique admitti debet repræsentatio, Decian. *cons. 9. num. 5. & cons. 26. num. 78. lib. 2.* Menoch. *cons. 124. num. 16. & cons. 357. num. 11. & in tract. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 95. n. 37.* Altograd *cons. 67. n. 15. lib. 1.* Petra *de fide. comm. qu. 11. n 37.* Fusar *de subsit. q 386. nu. 111.*

Eoque magis quia Testator talem dilectionem præcisè, & clarè ostendit etiam in legato præcipiendo Francisco nepoti, quod in recompensationem legati Palatij, quod ipsi soli relinquebat teneretur retribuere Camillo alteri nepoti, & Guido ex Hieronymo alio nepote iam præmortuo, pronepoti tertiam partem pro quolibet alterius domus propriæ ipsius Francisci, declarando, quod id faciebat, vt omnes haberent commodam habitationem, subdens inferius. *E questo in cambio della parte, ch' à ciascheduno di quelli douerebbe toccare nella Casa, che hà lasciata detto Testatore al Signor Conte Francesco, se non l'hauesse lasciata.* Ex quibus
patet Testatorem æqualiter dilexisse pronepotem, ac nepotes illos, vt potuit, in omnibus æquiparando, & in legato solùm respexisse ad commoditatem illorum,
12 vndè faciliùs debet esse locus repræsentationi, † vt illa mediante semper æqualis sit successio à Testatore volita, Menoch. *cons. 352. n. 12. & dicta præsumpt. 95. nu. 34.* Altograd. *cons. 67. nu. 17. & 35.* Fusar. *de substit. dicta quæst. 485. num. 111.*

Et fortiùs quia si modo admitteretur Camillus excluso Guido, ille esset melioris conditionis, quàm Franciscus, cui primo loco Palatium legatum fuit, ipse enim retineret integrum Palatium vnà cum parte alterius Domus sibi à Francisco assignata, & nullum haberet onus, quidquam retribuendi Guido, contra regulam,
13 quod substituturs † non debet esse melioris conditionis, quàm instituturs, de qua Bart. *in l. 4. ff. de aliment. & cib. leg.* Grat. *respons. 5. n. 32. lib. 2.* Valasch. *consult. 132. nu. 26.* & in his terminis obseruarunt Fusar. *de substit. q. 485. n. 110.* Altograd. *cons. 67. n. 35. lib. 1.*

Nec pro excludenda repræsentatione releuat, quod Pater Guidi obierit ante Testatorem, & propterea vti
14 non vocatus, † non possit repræsentari, tùm quia quando etiam alias de iure tali casu repræsentationi locus
15 non esset, † admitti tamen deberet in præsenti ex enixa voluntate testatoris elicita ex multis supra ponde-
16 ratis; tùm etiam quia in materia repræsentationis † prædecessus patris non attenditur, dum filius succedit ex
17 persona propria † eo modo quo pater succedendo in il-
18 lius locum, cuius gradu propterea repræsentatus, † non corrumpitur, Bart *in l. 2. vers. Nota ex hac lege C. de lib. pret.* Honded. *cons. 70. numer. 49. lib 2.* Rot. *dec. 100. nu. 8 part. 1. & dec. 27. num. 21. part. 11.* & coram Cels. *dec. 176. n 26. & seq.*

Et ita vtraque &c.

Supra in hoc eodem tomo 2. adest altera præsentis causæ decis. quæ est ibi in ordine 478.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Anconitana Bonorum.

Veneris 27. Aprilis 1676.

ARGVMENTVM.

Ad inducendam dationem in solutum, & excludendum, pignus agitur de valore bonorum, qui ex pluribus resultare visus est, & præsertim ex Catastro confecto auctoritate publica, cum qualitate, designatione, & æstimatione illorum, similitèr ex testibus de eo deponentibus, ac etiam ex fructibus, qua igitur posita, bona pro toto credito assignata præsumuntur, saltim donec contrarium ab altera parte probetur; Hinc plura etiam de oneribus rei emptæ, & venditæ, quatenus nempè illa dicantur cum eis ab emptore acceptata, vel non, in eadem decisione adducuntur.

SVMMARIVM

1 *Catastrum confectum auctoritate publica, præuia distinctione, qualitate, & æstimatione bonorum, probat valorem ipsarum. & num. seqq.*

2 *Valor semel probatus intra decennium præsumitur idem, nisi doceatur de aliquo euidenti extrinseco, propter quod variatio contigerit.*

3 *Bona pro certo pretio in Catastro descripta, tanti valere præsumuntur, quanti ibi æstimata sunt.*

4 *Æstimatio facta à Magistratu in Catastro, & Peritis publicè electis, habet præsumptionem pro se.*

5 *Testes probant valorem, si deponunt rem tanti communiter emi, & vendi posse, quia tot fructus reddit.*

6 *Testis fides non diminuitur, licèt ille fuerit admissus ad beneficium* capit. Odoardus, *& quare, num. seq.*

7 *Beneficium* cap. Odoardus *pauperibus Clericis conceditur, ne in opprobrium clericatus mendicare cogantur, & ideò non irrogat infamiam.*

8 *Testis licèt solius ætatis annorum 17. potest tamen probare valorem, & quando.*

9 *Valoris probatio desumitur ex quantitate fructuum perceptorum.*

10 *Scriptura producta dicitur per productionem approbata.*

11 *Scriptura approbata semel, amplius impugnari non valet.*

12 *Fructus ad constituendum capitale bonorum reperiri debent ad rationem scutorum quinque pro centenario.*

13 *Stabilia calculantur in scutis quinque pro quolibet centenario.*

14 *Valor fructuum probatur ex libris publicis Communitatis. & nu. 18.*

15 *Extractio scripturæ facta non citata parte, attenditur, si posteà fuit producta præsente Procuratore partis*

16 *Præsentia supplet defectum citationis.*

17 *Admissione iurium per Iudicem facta, si ab ea appellatum non sit, omnis exceptio dicitur reiecta.*

18 *Partitæ formitèr extracta ex libris publicis Ciuitatis plenè probant.*

19 *Fin-*

19 *Fructuum perceptio, licèt non decennio probata, sed pro tribus tantummodò annis, adhuc infert ad cæteros annos. amplia vt num. seq.*

20 *Contractus si non infringi prætenditur, sola triennalis perceptio fructuum attenditur, vt indè etiam præsumatur in futurum.*

21 *Extremis probatis valor medii temporis idem censetur esse cum illis.*

22 *Valor maximè in antiquis probatur præsumptionibus, & coniecturis.*

23 *Singula, quæ non prosunt, simul vnita iuuant in materia probationis etiam valoris attenditur.*

24 *de Euictione passa si quis remanet satisfactus, nulla ei amplius competit actio.*

25 *Creditor non præsumitur voluisse à suo debitore acceptare bona in pignus, ad effectum sibi satisfaciendi ex fructibus.*

26 *Solutio minutatim recepta, damnum, & incommodum affert.*

27 *Creditor non præsumitur diù distulisse consequutionem sui crediti, nisi pro certò sciuisset bona sibi assignata fuisse in solutum tradita.*

28 *Datio in solutum si de iure præsumitur, ita etiam præsumitur facta pro toto credito. & num. 30.*

29 *Bona in solutum data, non æquare creditum probare tenetur, qui hoc allegat.*

31 *Emens cum pacto redimendi, omne commodum, & incommodum, quod ex retrouenditione sequerentur, habere dicitur.*

32 *Vtilitatem, quam quis modico tempore consecutus erat, nemini sine causa cedere voluisse præsumitur. & num. seq.*

33 *Bona, quæ aliquis gratificationis gratia recepit pro paruo pretio, in alium non præsumitur transferre voluisse pro eodem pretio.*

34 *Bona vt quis dicatur acceptasse cum suo onere, debuit habere notitiam eiusdem oneris.*

35 *Scientia onerum non probata, illorum ignorantia præsumitur.*

36 *Onus rei non manifestans, dicitur decipere emptorem.*

37 *Emptor si non habuit scientiam oneris, potest agere de euictione pro integro pretio.*

38 *Emens bona subiecta oneribus, non agit de euictione, si illorum habuit notitiam, aliàs secus.*

39 *Bona præsumuntur in solutum data pro integro pretio, si in casum euictionis integrum pretium restitui debuisset.*

47 *Inæqualitas inter emptorem, & venditorem esse non debet.*

41 *Fructus pignoris de iure computantur in sortem.*

DECISIO DCCIII.

DONINI recedentes ab vltima resolutione, redierunt ad primò decisa pro Tauroleonibus 4. Maij 1671. coram me, in quibus standum esse decreuerunt, cùm ex nouis iuribus multipliciter constet Prædia Montalis, & Buranici sita in Agro Camerani, & tradita anno 1597. à Cardinale Cinthio Aldobraodino Antonio Triumpho occasione euictionis salmarum 42. cuparum 7 cann. 13. Prædij de Marina eidem venditi a Patre Cardinalis tunc temporis valuisse scuta 5000. non autem 2475 vt in vltima decisione firmatum fuerat.

Probatur enim primò dicta Prædia fuisse valoris scut. 5000. & vltrà ex Catastro, seu libro æstimi Ciuitatis Anconæ, † ex eo enim probari valorem, quando, vt in ca- 1
su præsenti, confectum fuit auctoritate publica cum descriptione, & distinctione qualitatum bonorum, & valorem eorundem à Peritis æstimato, iuxtà *text. in l. fin. C. de præd. & al. reb. nauic. lib. 11.* Alex. *cons. 99. n. 6 lib. 6.* Mascard. *de probat. conclus. 655. n. 7.* Niger *de subhast. cap. 55 §. 21. n 1. & 4.* latè Genua *de script. priu. lib. 5. tit. de lib. æstim. q. 4. n. 5. & seqq.*

Quamobrem cùm in d. Catastro nonnulla bona appretientur sc. 40 pro salma, quædam sc. 20. quædam sc. 10. & quædam sc. 5. pro salma, & cùm talis æstimatio sit octaua pars veri valoris eorundem bonorum, vt testantur publici Officiales Anconæ deputati super huiusmodi Catastris, necnon scripturæ super eodem emanatæ, & testes tam exaduerso, quàm pro parte DD. de Tauroleonibus formiter examinati sequitur bona Montalis, & Buranici, vtpotè reposita in secundo ordine valutata sc. 20. pro salma, realiter valere sc. 160. pro salma, vt ex facili calculo aritmetico resultat, & hic valor non præsumitur mutatus de tempore traditionis, quia cùm Catastrum confectum fuerit anno 1589 & traditio bonorum sit facta de anno 1579. † & sic intra decennium intrat præ- 2
sumptio eiusdem valoris, nisi doceatur de aliquo extrinseco accidenti, propter quod variatio contingere potuerit, *ad text. in l. pretia rerum ff. ad l. Falcid.* & probat Gen. *dicta q. 4. num. 6. & 7.* Nigr. *d. §. 21. n. 3. & 5.* Rot. *decis. 1993. n. 4. & 5.* coram Coccin. *& decis. 48. n. 13. apud* Merlin. *de pignor.*

Non obstat, quod Catastrum fiat tantummodò ad effectum suppositationis duplici census, & oneris pro rata quemlibet tangente, & quod non attendatur inter priuatos, quorum contractus legem accipiunt ab ipsarum partium conuentione, vt deponunt Testes, quia licèt Catastrum primariò, & directè fiat propter repartitionem onerum, nihilominus secundariò, & indirectè inseruit etiam ad probationem valoris, vltrà quod dictum Catastrum non solùm taxat bona pro dicta repartitione, sed etiam pro deducendo iustum, & verum valorem bonorum, qui est octaua pars valoris æstimati, † cùm ex illo oria- 3
tur saltem concludens præsumptio, quod fundus in eo descriptus tanti valeat, quanti ibi æstimatur, vt respondit Gen. *vbi supra numer. 13.* & quod attendantur conuentiones partium, procedit, vt ipsimet Testes firmant, quando instrumentum, aut scriptura intercessit, quod cùm hic factum fuisse non doceatur, † sequitur, quod præsumi debeat pro æstimatione Catastri vtpotè facta à Magistratibus, & peritis publice ad id constitutis, Mascard. *de probat conclus. 655. nu. 7.* quem in terminis refert, & sequitur Gen. *sæpè citat. q. 4. n. vlt.*

Præterea valor probatur ex Testibus ritè examinatis, quorum duo concorditer deponunt de anno 1597. salmam quamlibet Prædij Montalis esse valoris sc. 150. & Prædii Buranici esse valoris sc. 130. vndè calculato valore prædicto, habita ratione ad quantitatem Prædij Montalis capacitatis salmarum 34. & ad Buranicum capacitatis salmarum vndecim, valor semper ascendit ad sc. 5000. quibus Testibus omninò credendum est, dum reddunt optimam rationem, † quia tanti communiter vendita, & empta 5.
fuissent, & quia tot fructus illa reddebant, Natt. *cons. 322. num. 2.* cum alijs *in decisione*, quæ hodie confirmatur §. *absque eo quod.*

Nec fides istorum Testium labefactatur, ex quo vnus eorum fuerit admissus ad beneficium cap. Odoardus *de solut.* † quia cùm id sit inductum in fauorem pauperum 6
Clericorum, ne ipsi in opprobrium ordinis Clericalis mendicare cogantur, † non irrogat infamiam, vt per *text. in l.* 7
debitores C. ex quibus caus. infam. irrog. probat Leoncill. *de priuil. paup. par. 2. priuil. 49.* & clariùs tradit R.P.D Fagnan. *in d. cap. Odoardus num 63.* nil faciente, quod hic Testis dicat se esse versatum in æstimandis bonis Romæ, & aliarum Regionum, quia cùm hoc dicat ampliatiuè ad ostendendam eius peritiam, non indè infertur, quod careat notitia bonorum Camerani, vbi natus est, imò maior habilitas in æstimando consurgit, Prout non releuat, quod alter eorum tunc temporis esset annorum 17. † quia cùm in eo- 8
dem loco continuò habitauerit, & Prædia viderit, talis continuata inspectio arguit peritiam suo tempore superuentam ad iudicandum valorem illius temporis, Palm. *cons. 27. num. 13. & 14.* Rot. *decis. 53. num. 5.* apud Posth. *de subhast.*

His accedit altera probatio desumpta ex quantitate † 9
fructuum perceptorum, iuxtà *text. in l. si fundum ff. de legat. 1* Rot. *decis. 695. n. 3. cor.* Merl. nam Testes super hoc examinati affirmant Prædia, de quibus agitur reddere pro portione dominicali, deducto semine, & omnibus expensis tot salmas tritici, quot sunt salmæ terreni, vltrà ordeum, legumina, & alias fruges, quod roboratur etiam ex attestatione Administratorum tunc temporis, quæ cùm fuerit producta † pro parte hæredum Triumphi, dicitur ab eis appro- 10
bata, Rot. *dec 545. n. 6. cor.* Dunoz. Buratt *dec. 934. n. 4.* Cels. *decis. 3 nu. 4. & decis. 134 num. 15.* nec possunt amplius † im- 11
pugnare

pugnare Rota coram Eminentiss. Otthobono *dec.178.*
num 2. & 3. atque ideò calculato frumento ad rationem
scutorum quinque pro salma, & alijs frugibus saltem
in scutis 25 annuis, redditus ascendit ad sc.250. quæ,
repartita ad rationem scutorum quinque pro centenario,
12 † efficiunt capitale scut. 5000. iuxtà *vulgat. glos. in auth.*
perpetua C. de Sacros. Eccles cum qua ad formandum ve-
13 rum † valorem transiuit Rota *in Ferrarien. Bonorum 31.*
Ianuarij proximi coram me, qui fructuum valor remanet
probatus ex libris publicis Officialium Communitatis,
14 † quibus fuit assignatus de mandato Gubernatoris, Ro-
ta coram Dunozetto *decis.603. n.3. & 668. nu.10. & decis.*
309. *num 6* coram Card. Celso Caual *decis. 361 nu.1. re-*
cent. part.5. decis.272. num.18 quas particas parum refert
15 fuisse extractas non citata parte, † dum fuerunt pro-
ductæ in processu de partibus præsente procuratore par-
16 tis aduersæ, quæ præsentia † supplet defectum citatio-
nis, Rota *recent. part.12. dec.108. n.15.* & cùm Iudex ad-
17 miserit, † & ab hac admissione non fuerit appellatum,
omnis exceptio dicitur reiecta, Cancer. *var. resol. part.1.*
cap.18. n.39.
18 Pretium verò fructuum probatur † ex libris Ciuita-
tis Anconæ formitèr extractis, Rota coram Dunozetto
Iun. *dec.603 num.3. dec.868. num.*10. coram Celso *dec.309*
num.6. rec. part.11. dec.223 num 8. & licèt non integri de-
19 cennij æqualis perceptio fructuum probetur, † sed pro
tribus annis dumtaxat adhuc insertur ad cæteros annos,
Pinell. *de rescind. vendit. part.3. cap. vlt. num.* 30. Lotter.
de re benefic. lib.3. quæst 20. num. 62. cum duobus seqq. Rot.
coram Mantic. *dec.81. n.2. recent. part.1. decis. 542 num.3.*
coram Merlin. *dec.662 n.2. & dec.766. nu.5.* quod nullam
20 patitur controuersiam, dum non † agitur de infringendo
contractu, Rot. *rec. par.10. dec.62. nu.13.* coram Arguell.
dec.53. n.20.

Minus obstat, quod probatio fructuum sit ab anno
1585. vsque ad annum 1590 ante prædictam assignatio-
nem; Et posteà ab anno 1603. vsque ad annum integrum
1609 quia cum assignatio fuerit facta de an.1597. vtrum-
que tempus, tam anterius, quàm posterius est intra de-
cennium, quo non præsumitur mutatus valor, vt su-
21 perius probatum fuit; Ideoque cum habeamus † extre-
ma habilia, valor medij temporis censetur idem cum ex-
tremis, Altograd. *cons.24 n.18. lib.1.* Rot. coram Buratt.
dec.775. nu.3. dec.903. num.10. dec.926. nu.5. recent. par.10.
dec.151. nu.4. & ferè in his terminis coram Mantic. *decis.*
23. n.3. Pinell. *in l.2. par.3. & cap.4. num 30. C. de rescind.*
vend. Rot coram Merlin. *dec.662. n.3.* & firmat *decisio hu-*
ius causæ 4. Maij 1671. §. quoad secundum, & in omnem
22 euentum, cum valor, maximè in antiquis, † probetur
præsumptionibus, & coniecturis, Alciat *cons.116. nu.3.*
lib.5. Rot. *dec 695. nu 5. coram Merlin.* ea, quæ hic dedu-
cuntur, si de per se sumpta aliquam paterentur difficulta-
23 tem, † simul vnita plenam probationem faciunt, iuxtà
regul. singula, quæ non prosunt, simul vnita iuuant,
Soccin sen. *cons.187 n.17. lib.2* Barbat. *cons.6. n.28. & seqq.*
lib.2. Boccac. *ad constit. Marcb. gloss. 8. n.295.*

Firmato igitur valore prædiorum de tempore assigna-
tionis, ineuitabile insurgit dilemma, aut illa fuerunt tra-
dita in solutum, vt admittit prima decisio, aut data fue-
runt in pignus, & quoquo modo sit, Triumphus sem-
24 per dicitur satisfactus de euictione passa, † & consequen-
ter nulla amplius competit actio contra hæredes Passari
venditoris, iuxtà *text. in §.1. inst t. quib. mod. sol. oblig.*

Quod autem assignatio importet in casu præsenti da-
tionem in solutum, iterum Domini dixerunt resulta-
25 re, tùm ex verisimili mente creditoris, † qui non præ-
sumitur bona in pignus acceptasse, vt extingueret ex
fructibus Prædiorum suum creditum, cum notabili
26 damno, & incommodo, † quod affert solutio minutatim
recepta, vt inquit Rota *in hac causa dec.266. num.18. co-*
ram Roias, tùm quia longo tempore quieuit post factam
assignationem Prædiorum, & nonnisi pulsatus à dona-
27 tarijs Cardinalis, talem prætensionem excitauit, † quod
vtique verisimilitèr facere non distulisset, nisi certò sci-
uisset bona sibi in solutum data fuisse, vt relatis alijs co-
niecturis probat prima decisio, ex quibus sicuti datio in
28 solutum remanet probata, † ita quoque præsumitur il-
lam fuisse factam pro toto credito, vt firmat ead. decisio
29 §. *bis positis*, quæ præsumptio † transfert onus probandi
contrarium in asserentem bona non ascendere ad valorem
æquautem debitum, pro quo datio in solutum facta dici-
tur, Rota coram Seraph. *dec.1005. n.2.* Mangil. *de subhast.*
q.147. n.5. & 6.

Vltrà quod si pretium Prædiorum non æquasset to-
tum creditum Triumphi, dicta Prædia non recepisset
sine receputa ad bonum computum eius crediti, sed
cùm ab eodem fuerint recepta nulla confecta scriptu-
ra, deducitur pernecesse, illa recepisse pro toto ejus
credito.

Id ipsum videtur comprobari ex eo quod inter Cardina-
lem, & Triumphum nulla intercessit scriptura, & men-
suratio bonorum, signum euidens, quod Prædia data, &
accepta respectiuè fuerunt in totalem extinctionem debi-
ti; nam aliàs si illa non fuissent valoris correspondentis
credito Triumphi, vtique ipse curasset mensurari, & fuis-
set facta inter ipsos contrahentes aliqua scriptura, vt in-
dè probari posset, quod bona assignabantur pro certa sum-
ma in computum crediti, quod cùm factum non † ap- 30
pareat, certè donec contrarium probetur præsumi debet
dationem factam fuisse pro toto, & integro debito, vt pro-
bat prima dec. § *bis positis*.

Nec ad excludendam dationem in solutum suffraga-
tur, quod Cardinalis acquisiuerit prædia, de quibus agi-
tur à Todino cum pacto retrouendendi, vndè infere-
bant informantes pro hæredibus Triumphi, eidem da-
ta fuisse pro eodem pretio, & cum eodem pacto facien-
di retrouenditionem casu, quo venditor redimere voluis-
set, quia cum adesset pactum prædictum, pretium non
erat iustum, vt supra probatum fuit, † ideò cùm omne 31
commodum, & incommodum spectaret ad Cardinalem
emptorem; vt ponctualitèr dixit Natt. *cons.601. nu 4.* &
intra, ad quem se refert Cancer. *var. resol. par.2. cap 1. n.*
187. in fin., & multò magis dum tempus ferè lapsum tunc
erat, non est credendum, quod Cardinalis augumentum,
quod ipse iam iam lucraturus erat, † voluisset alteri sine 32
causa cedere, vt in decisione, quæ confirmatur §. *amplius*
vers. absque eo quod, & in omnem casum, dum prædia
realitèr plus donare valebant, si Todinus voluit illud
plus donare Cardinali tunc nepoti Pontificis regnantis
ad captandam illius beneuolentiam, † non propterea cre- 33
dendum est, Cardinalem gratificationem, quam ipse
receperat, voluisse cedere Triumpho, tradendo prædia
pro eodem pretio, vt notat *dicta decisio 4. Maij 1671. §. &*
conferentibus coram me.

Responsio, quod Pars acquisiuit cum hoc onere fa-
ciendi retrouenditionem, ideòque etiam eodem pretio,
non esset bona, quia procederet, si Triumphus habuis-
set notitiam pacti, † cùm tunc posset dici acceptasse cum 34
onere suo, Cyriac. *contron.27. n 6.* & in punctu huiusmodi
pacti Coll *de scient. & ignorant. dist.67. n.3 4 post* Crauett.
cons.12 n.8. vers. Quæ opinio.

Scientia hæc non fuit probata, † & ignorantia one- 35
rum præsumitur, Cyriac. *contr.272. nu. 53. & contr.372.*
num 57.

Potuisset proindè Trimphus dicere se deceptum; † 36
quia Cardinalis non manifestauerat onus, *l. qui liberta-*
tis 69. § sed si quis ff. de euict. Rot coram Roias *decis. 153*
numer.28. Adden *ad decis.10. num.18. part.3. rec* & con-
sequentèr agere contra eundem Cardinalem ad integrum
pretium, † quo bona valuissent de tempore euictionis, 37
Rot. post Add. Posth. *de subhastat. dec.162. n 20. rec. part.*
10. dec 26. n.25.

Nec Cardinalis potuisset replicare, quod Triumphus
non poterat agere pro euictione, quia emerat bona huic
oneri subiecta, conclusio enim tunc solum procedit, † 38
quando fuit habita scientia onerum, textus sunt aperti *in*
l. fundum sciens 27. C. de euict. & in l. fin. § Emptor sciens C.
commun. de legat.

Dum igitur Cardinalis tenebatur restituere in casu
euictionis ea hoc pacto integrum pretium, quo bona tunc
fuissent æstimata, † est etiam de necessitate dicendum, 39
quod pro integro dederit pretio, nam aliàs plus reddidis-
set, quàm accepisset, & resultasset magna inæqualitas
inter emptorem, & venditorem, † quod nullatenus 40
dici debet, vt di ait Rota *in hac causa* coram Roias *decis.*
266 nu.5.

Si verò hæc scientia vellet educi ex quadam Episto-
la Cardinalis, prætensio non subsisteret, quia non fuit
scripta ipsi Triumpho, sed Io. Baptistæ Passero de Tauro-
leonibus, nec docetur, quod fuerit à Passato ostensa
Triumpho, sed si vnquam posset per impossibile pars ad-
uersa vti eadem Epistola, res reducitur in clarum, cùm in
eadem

eadem Epistola Cardinalis dicat, quod prædia dedisset in affictum, & pignus Triumpho, vt similiter videntur inouere verba Epistolæ Auditoris Cardinalis, ibi: *accið so*
41 *le godesse*. Et hoc casu cùm de iure fructus pignoris † im-
putentur in sortem *l.2. C. de pignor.* hæredes Triumphi essent plusquam satisfacti ex tam diuturna retentione bonorum; Vndè Domini steterunt in primo loco decisis, Vtraque Parte informante &c.

Supra in alia præcedenti parte 17. adest altera decisio præsentis causæ, quæ est ibi in ordine 114.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Vineæ.

Lunæ 4. Maii 1676.

ARGVMENTVM.

Concessa immissionem emphyteusis Domino directo ob non solutionem canonis, pluribusque ab eo factis melioramentis in illa, datur emphyteutæ facultas, vel soluendi canones, eademque melioramenta reficere, vel repetere à Domino directo pretium aliorum melioramentorum, quæ ipse emphyteuta fecerat in eadem re emphyteutica, quorum aliqua, quia erant tantummodò in genere probata, ideò præfigitur terminus ad ea liquidandum in specie.

SVMMARIVM.

1 *Vineam excassare quatenus, dicatur melioramentum necessarium. & num. 8. cum seqq.*
2 *Facultas conceditur emphyteutæ priuato ob non solutionem canonis, vel reficiendi melioramenta facta à Domino directo, vel ab eo recipiendi pretium factorum melioramentorum. & num. 12.*
3 *Status antiqui probatio dicitur incontrouertibilis in emphyteusi recepta ad meliorandum, si nulla melioratio facta sit.*
4 *Immissus in Saluiano an possit meliorare rem, super qua fuit immissus.*
5 *Ædificans in solo alieno, amittit ædificium.*
6 *Possidens donec sibi satisfiat, potest facere melioramenta vtilia, & necessaria.*
7 *Dominus directus meliorans rem à se in emphyteusim concessam, non dicitur fecisse melioramenta in solo alieno, sed in suo.*
8 *Melioramenta dicuntur necessaria ex parte illius, qui ea facere tenebatur.*
9 *Adimplens obligationem alterius, vtile negotium dicitur gessisse pro illo, & num. seq.*
10 *Melioramenta veniunt ex natura contractus emphyteutici, cuius finis melioratio est.*
11 *Melioranti, qui solùm in genere melioramenta probauit, præfigitur terminus ad illa liquidandum in specie.*

DECISIO DCCIV.

FVIT hodie iterum decisum iuxtà modum inferius exprimendum esse in facultate illorum de Marinis,* vel reficere vtilia, & necessaria melioramenta
1 quæ fecit Marchio Theodulus in excassando, † & reducendo ad vineam terrenum concessum in emphyteusim anno 1640. ac in constructione domus rutalis cum vascha, tinello, alijsque ædificijs, & officiois ad col-
2 ligen. & conseruandos fructus destinatis, † vel quatenus id ipsis non expediat Marchionem teneri eisdem soluere pretium sex petiarum cum dimidia; quas de tempore adeptæ possessionis excassatas inuenit vnà cum fructibus à die motæ litis coram R. P. D. Barloccin, retentis tamen sibi canonibus singulis annis decursis, tam pro dictis sex petijs, cum dimidia, quàm pro alijs, ac etiam expensis in cultura, & recollectione fructuum erogatis, vt latè firmat postrema decisio 10. * Ianuarij proximè præteriti edita coram me.

Nec potuit ab hac sententia retrahere Dominos allegatus à Marinis defectus probationis antiqui status
rei melioratæ, † cum incontrouertibile sit terrenum 3
concessum in emphyteusim anno 1640. nunquam fuisse à Marinis excassatum, prout in instrumento promiserant, & domum cum alijs officinis ad vsum vineæ fuisse à fundamentis proprio Marchionis ære constructam, prout non subsistit, quod Marchio non po-
tuerit meliorare † tamquam immissus in possessionem, 4
donec satisfieret de canonibus, & quod tamquam ædifi-
cans in † solo alieno ædificium amiserit, iuxtà *textum in* 5
l.1. C. de rei vindic.

Nam fuit responsum etiam possidentem, donec satis-
fiat † posse melioramenta vtilia, & necessaria facere, vt 6
probat Pacif. de Saluian. *insp.2. cap.2. num. 190.* Rot. *dec. 116. num.35. parte 6. & decis. 223. numer. 10. & seqq. parte 10. recent.* & Marchionem non fecisse meliora-
menta in solo alieno, † sed in suo, dùm erat Do- 7
minus directus, & cùm Marini tenerentur ex pacto
illa facere, † ex parte ipsorum erant necessaria, 8
† vndè Marchio gessit pro illis negocium vtile, adim- 9
plendo illorum necessariam obligationem resultantem ex præciso pacto, ac ex natura contractus emphy-
teusis, † cuius finis, & effectus est rem emphyteu- 10
ticam meliorare, vt tradit Specul. *in §. nunc aliqua de locat.* Bertaz. *de clauf. clausula 14. gloss. 1.* & alij relati per Fulgin. *de emphyt. in prælud. quæst. 2. per tot.*

Fuit tamen in hodierna propositione ostensum, quod Marchio melioramenta à se facta, licèt in genere probet, non tamen in specie circa impensum, & melioratum satis illa iustificat, vtpotè innixus discordi Peritorum relationi, & dictis Testium formiter non
examinatorum, † proindè dixerunt Domini eidem es- 11
se præfigendum terminum ad liquidandum magis præcisè melioramenta, vt indè innotescat quid, & quantum Marini reficere teneantur, quatenus eligant recipere totam vineam iuxtà eligendi facultatem illis attributam in præterita decisione, quam Domini hodie confirmarunt modo, quo supra, vtraque Parte audita, &c.

Aliæ binæ decisiones sunt in hac causa, quæ supra in hoc eodem tomo secundo sunt impressæ, altera 611. altera verò 612.

R. P. D. TAIA.

Romana Fideicommissi Cardinalis Bartholomæi de Ferratinis.

Lunæ 4. Maii 1676.

ARGVMENTVM.

Rursùs in controuersiam deductum est in hac causa, quatenus teneatur fideicommissarius agens ad immissionem bonorum defuncti, illius possessionem probare, & non esse necessariam præcisam probationem de tempore mortis deciditur, quoties, vt hic; illius possessio semel verificata, interuersa non apparet, & ita intelligendam esse declaratur opinionem DD. tenentium requiri probationem de tempore obitus.

SVMMARIVM

1 *Res inter alios acta, vel iudicata, alijs nocere non potest.*

2 *Scriptura in actis non producta iuxtà formulam Curialem, dicitur esse extrà mandatam.*

3 *Hæres, & Fideicommissarius probare teneatur possessionem defuncti, tamquam fundamentum suæ intentionis, etiam de tempore mortis.*

4 *Possessio defuncti contra tertium possessorem non probatur ex solo instrumento acquisitionis, nisi etiam probetur de tempore mortis suæ, aut suorum hæredum.*

5 *Fideicommissarius si est actor, probare debet rem in bonis fideicommittentis fuisse.*

6 Peregrinus *dicitur quasi Prætor fideicommissarius.*

7 *Possessio defuncti non est necessarium, quod adamussim probetur etiam de tempore mortis. & num. 13.*

8 *Possessio Testatoris vbi dicitur probanda etiam de tempore mortis, intelligitur quando dubitatur an defunctus possederit vsque ad obitum. & num. seqq.*

9 *Possidere aliud est, aliud verò in possessione esse.*

10 *Possessio semel probata, præsumitur continuata vsque ad obitum, quoties non est offuscata præsumptio legis.*

11 *Probatio licèt requiratur pro forma certo tempore, tamen sufficit præsumptiua.*

12 *Præsumptio, & æquitas præsumptionis non admittitur, si contraria probatio sit, aut alia efficacior præsumptio adducatur.*

14 *Possessio Testatoris ideò non probatur ex instrumento acquisitionis, quia potest esse, quod Testator ex eo possessionem non sit adeptus.*

15 *Possessio Testatoris contra tertium probari debet, etiam de tempore mortis, si ille non habeat causam à grauato, aut saltem non appareat.*

DECISIO DCCV.

IN hoc fideicommisso primùm vnanimes DD. steterunt
in decisis * 24. Ianuar. proximi, nec obstitere opposita
ex *dec. 248. & 274.* coram Peutinger. *& dec. 228. par. 12. coram Meltio*, vt potè neque contra Carolum Actorem, neque contra Simonem patrem, sed contra Ioannem Senio-
1 reum, re inter alios acta, † quæ neque iudicata alijs noceret,
rbrica, & leges seqq. C. res inter alios act. (quod opportunè de quadam transactione Ioannis iunioris, cum Io. Ba-
2 ptista visum est, & extrà acta, † atque adeò extrà mundum ad formulam Curialem) satis superque concluso postea fideicommisso, & iure Caroli cor. *R. P. D. Bourlemont 17. Aprilis* 1671 *& 29. Ianuar.* 1672. etiam sententia subsequuta reuocatoria sententiæ coram Meltio, si, & quatenus Simonem interuenientem soli disputationi coram Meltio decisio, ac sententia deindè tetigissent.

Minus obstitit quasi minus probata à Carolo fideicommissario Possessio Cardinalis fideicommittentis, ad verba relata ex Bart. *ad §. si autem aliquis, L. vlt. C. de edict. D. Hadr. n. 21. vers. si verò probat titulum, & possessionem, ibi*, quia hæres non probat illud, quod est causa suæ intentio-
3 nis, † scilicet defunctum possedisse tempore mortis, quod requiritur à lege, & ex Pereg. *de fideic. ar. 44. n. 6. vers. aut verò*, vbi nec etiam sufficeret exhibere Instrumentum acquisitionis illius Testatoris ad conuincendum tertium
4 possessorem, † nisi probetur de possessione defuncti tempore mortis suæ, aut suorum hæredum, & cum alijs Fusar *de substit. qu. 618. n. 31.* collatis quoque decisionibus, & præcipuè coram Meltio *d. dec. 318. ab initio*.

Veruntamen in controuersijs super bonis in bonis fideicommittentis iam ab an. 1595. cum 15. Nouembris Cardinalis Seraphinus tunc Rotæ Decanus, & Iudex Commissarius post latam sententiam expediuit mandatum de manutenendo in his bonis pro duabus tertijs partibus Ioannem Ferratinum, & præcipua possessione Cardinalis vsque ad obitum testibus comprobata, vt in decisione *§. sed in primis* ex Facto iuxtà Summarium responsionis illius possessionis, & rursus præsentis repetitum ampliùs, quod etiam deductum est instrumentum, in quo Liuia; & Franciscus Parentes Io. Baptistæ per concordiam bona hæc receperunt, & deindè appellantes a sententia A. C. in commissione causæ coram Peutingerio eadem bona descripserunt; vndè coram ipso Peutingerio fuit disputata quidem, & vtcumque decisa substitutio in disputatis, & indubitatis bonis antea disputandis, & testibus his coram Meltio vsus est Io. Baptista ad excludendos Ioannem iuniorem, & alios Fabritij filios.

Et adhuc ad quæstionem Iuris DD persliterunt in decisis, obseruando requisitum, & requisiti formam generaliùs rem in bonis fideicommittentis † fideicommissarium 5
agentem probare oportere, Peregr. *d. artic. 44. n. 1.* & cum alijs Fusar. *qu. 616. & n. 1.* vbi vno ore omnes, cum autem multi DD. addiderint tempus mortis strictè ratione, & in-
terpretatione, vt Iurisconsulti antiqui loquebantur † Pe- 6
regrinus quasi Prætor fideicommissarius, æquiùs declara-
uit † non esse necessarium, quod adamussim probetur 7
Testatorem possedisse tempore suæ mortis *dicto artic. 44. n. 16. & cum alijs* Fusar. *d. qu. 616. n. 6.* & præ omnibus Rot. *dec. 80. ab initio par. 2. diuers. & tot. dec.* & additæ sunt aliæ decisiones in causa ipsa, & illa 2 *Decemb.* 1667 nunc est *dec.* 136. *par.* 15. & Rota in puncto est, si agatur contra tertios possessores, ex Adnot. ad Buratt. *dec. 263. n. 10.* quæ fuit confirmata in *dec 204. d. par. 15.* & punctim præsumendo possessionem continuatam vsque ad obitum nisi contrarium probetur in dd. decisionibus.

Et si præclara vt profusa est illa *decisio* 80. & Rota in hoc etiam declarans oppositum sibi Bartolum loco supra-
dicto, quia doctrina Bartoli debet intelligi † quando du- 8
bitatur an defunctus possederit tempore mortis, quia alius fuerit in possessione, cautè dixit, fuerit in possessione,
non autem possederit, cùm aliud sit possidere, † aliud in 9
possessione esse, *idem Pompon. in l. 10. ff. de acquir. possess. & §. possidere autem instit. de interd. & ibi glos. 1.*, vel aliter offuscata sit præsumptio legis, aliàs hæres probans autho-
rem suum semel possedisse, † habet intentionem funda- 10
tam, quamuis enim lex requirat probationem pro forma
certo tempore, † tamen sufficit probatio præsumptiua. 11
Hæc & sic Rota *d. dec. 80. n. 2. d. vers. & in primis non obstat doctrina Bartoli*, etiam alia obiecta remouendo, aut resoluendo, adeò veritati omnia consonant, & sensus, & ferè verba grauiorum Authorum, vt videre est apud Peregr. & Rota tempore, locoque ràm dissitos.

Eaque magis præsumptio, & æquitas præsumptionis apparens assumpta à Menoch. *in tota præsumpt. 64 lib. 6.*
† declaratur vt locum non habeat, non solùm quando 12
contraria probatio, sed etiam quando alia efficacior præsumptio esset Menoch. *ipsa præsumpt. 64. num. 45. & 46. & dicta dec. 80. sub dicto n. 2. vbi supra*

Et probata semper, † & comprobata est sententia, & do- 13
ctrina Pereg. *d. ar. 44 d. n. 56.* cor. Dunoz sen. *dec. 290. n 9* coram Merlino *dec. 294. nu. 1.* vbi sæpissimè conclusum confirmata *in dec. 415. sub init. d. vers. de identitate, & dec. 245. num 4. par 13* cum alijs supra, & in dictis decisionibus, & apud Informantem in iure, quorum me turba fatigat.

Contrarijs itaque allegatis non est opus, aut operæ pretium respondere, eoque minus postquam Rota respondit Bartolo, & Bartolum declarauit vt supra, & adhuc minus Peregr. *d. art. 44. sub d. n. 6. d. vers. aut vero*, qui nondum agens de præsumenda continuatione possessoris, agebat de non præsumenda ex instrumento acquisitionis Testatoris ad conuincendum tertium possessorem, nisi probetur de
possessione defuncti tempore mortis suæ, aut suorum † 14
hæredum, quia posset esse, quod Testator ex eo Instrumento non sit assecutus possessionem, atque ita recipiendus videtur Fusar ali, que, ac *decisiones*, nè sit necessarium, quod adamussim &c apud Peregr & amplius Rot. *d. dec.* 80. nec prætereundo Peregrinum, & Fusarium op-
positis locis, † agere de Possessore non habente causam à 15
grauato, seù non apparente &c.

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

Supra in hoc eodem tomo secundo adsunt aliæ duæ decisiones in hac causa de plurimis, quæ in diuersis partibus sunt impressæ, & sunt dec. 630. & 631. in ordine.

R. P. D.

R. P. D. T A I A.

Romana Fideicommissi Ioannis Podiati de Ferratinis.

Lunæ 4. Maij 1676.

A R G V M E N T V M.

Ad repellendum Actorem opponebatur primam sententiam non fuisse ab altera reuocatam, & commissionem causæ ad vnum tantùm fideicommissum fuisse restrictam, sed neutrum attenditur, quia clausula *quam, & quas, cum omnibus &c.* vtrumque defectum sanauit, cùm operetur, quod Iudex possit agere prout in prima; & quod commissio vnius causæ operetur etiam commissionem alterius, dum vtraque simul vnico monitorio fuit introducta, vnicaque sententia in omnibus pronunciatum est.

S V M M A R I V M.

1 *Clausula* quam, & quas, *licèt vulgo dicatur secum trahere currum, & boues, intelligitur tamen de bobus currui alligatus.*

2 *Sententia contraria debet ab alia sententia posteriori reuocari, aliàs hæc vltima remanet nulla.*

3 *Res inter alios acta, alteri in ea non vocato non nocet.*

4 *Sententia secunda non remanet nulla, licèt non reuocet primam, si de ea in actis non fuit oppositum.*

5 *Sententia secunda non remanet nulla, licet non reuocet primam, si in commissione adsit clausula* quam, & quas.

6 *Sententia secunda, quod debeat reuocare primam pertinet ad ipsam sententiam, & rem iudicatam, non autem ad iudicium appellationis.*

7 *Appellatio reponit omnia in eo statu, in quo erant tempore eiusdem appellationis.*

8 *Appellatio tollit effectum sententiæ, itaut non censeatur acquisitum ius parti.*

9 *Appellatio reportat appellatum ad eum statum, in quo erat tempore litis contestatæ.*

10 *Verba subsequentia declarant antecedentia, non obstantibus dictionibus aduersatiuis, etiam in contractibus.*

11 *Commissio causæ cum clausula* quam, & quas *non potest dici restricta ad vnam tantùm causam, sed omnes causas comprehendit, & nu. seqq*

12 *Clausula cum omnibus annexis, & connexis, toto que negotio principali, in commissione quid operetur.*

13 *Causæ plures, si ab initio vnico monitorio introductæ sunt, vnicaque sententia super eis pronunciatum sit, tunc commissio vnius comprehendit etiam commissionem alterius.*

D E C I S I O DCCVI.

IN hoc quoque fideicommisso DD. similiter steterunt in decisis * 20. Ianuarii proximè præteriti ferè ad aliam decisionem hodiernam in fideicommisso Cardin. Bartholomæi

Nec obstitere ampliùs repetita de nullitate sententiæ coram R. P. D. Calataiù, quod in commissione obtenta à Simone Authore Caroli fuerit expressa restrictio ad fideicommissum Cardinalis Bartholomæi, ibi quod cùm per obitum Fuluii Ferratini eius germani fratris sine filiis, fuerit ad fauorem ipsius Oratoris purificatum fideicommissum bonæ memoriæ Bartholomæi Cardinalis Ferratini, & Orator de prædicto fideicommisso (notando hæc verba non solùm pro relatiuis, sed etiam pro restrictiuis) agere intendat ad immissionem in possessionem bonorum, & domorum contra Franciscum Landum & alios &c & de clausula *quam, & quas*, licet vulgo dici soleat tradere Currum, & Boues, † tamen intelligenda 1
de Bobus currui alligatis, hoc est ad personas, & res expressas, & specificatas, aut Barbosa in hac ipsa *clausula* 121. *numer.* 29. cum allegatis, & decisione apud Informantem.

Et de alia nullitate etiam iuxtà factum expressum in decisione, quod à sententia A C. fuerit appellatum, & sententia reuocata coram Peutingerio, ibi specialis mentio fuerit huius fideicommissi Ioannis Podiani, & appellationem postea ab hac sententia reuocatoria, nec tamen hæc sententia fuerit reuocata coram D. Calataiù † reuocanda 2
ad *G. oss. vlt. capit. inter Monasterium de sent. & re iudicat. &* Abb. *num.* 16. & præcipuè *decis.* 223. *num.* 1. *par.* 7. cum aliis, & amplius *cor. Pæain Lugdun. edit. dec.* 904. *n.* 4 cum ibi allegatis, & adnotatis.

Deducendo etiam dilemma aut Carolus, siuè Simon Pater obtinuit primam commissionem coram Peutingerio tanquam tertius, & contra ambas partes antea litigantes, & in hac noua actione, nouoque iudicio intendit ad immissionem solùm pro fideicommisso Cardinalis, nec trahitur ad aliud vt supra, aut tanquam pars, & vetere actione, veterique iudicio, & coram D. Calataiù erat reuocanda sententia cor. Peutingerio, vt coram Peutingerio reuocata præcedens sententia cor. A C.

Nam ordine resolutiuo nulla oportere visa est reuocatio quia nulla præcesserat sententia negans immissionem petitam à Simone, vel Carolo filio, quæ vix petita erat à Ioanne Iuniore, & aliis Fabritii filiis, neque citato Simone vel Carolo, atque ita nulla contrarietas, & si magna diuersitas, † & res inter alios acta, *ad rub. cum legibus* 3
seqq. C. hoc titulo ipso.

Præterea bona fuit responsio non constare in actis fuisse oppositum de † sententia, vt bona fuit, & dixit Rota co- 4
ram Caualet. *decis.* 31 *nu.* 2. *& coram* Seraphin. *dec.* 1392. *sub num.* 3. *ex præcedente coram Puteo, & ipsa decis.* 223. *num.* 4.

Ea denique succurrere † clausulam *quam, & quas*, Rot. 5
decis. 354 *ex numer.* 10. cum allegatis *parte* 9. & pluribus apud Barbosa *d. claus.* 121. *numer.* 9. procedendo prout in prima.

Et vltra dicebat aliquis ex ipso *Textu d. capit. inter Monasterium, & dicta Glos. vltima, &* Abb. *d. num.* 16 *vers. prima est*, doctrinam esse de præcedente sententia, & re
† iudicata, adeoque de sententia contra sententiam, vt 6
apud Abb. agitur *de exceptione rei iudicatæ, & in d. decis.* 223. *& d. decis.* 904. de sententia contra sententiam, quæ non attinet ad Iudicem appellationis, siè enim per appellationem in eo statu omnia esse, † quæ tempore appella- 7
tionis fuerunt sæpè constitutum est, *l.* 3. *C. de appellat.* Rota coram Coccino *decis.* 1110 *numer* 3. vbi appellatio tollit effectum sententiæ, † itàut non censeatur acquisitum ius 8
Parti *numer.* 10. quin etiam appellationis effectus est, vt reportat appellantem † in statu, in quo erat tempore litis 9
contestatæ, Scacc. *de appell. quæst.* 3. *numer.* 84 cum allegatis.

Et de commissione, licèt in ea à Simone præsentata enuncietur solùm fideicommissum Cardinalis Bartholomei & quidem relatiuè, non autem restrictiuè, aut restrictiuè in referente, quantùm in relato, atque adeò enuncia- 10
tiuè, † nec excludendo ex sequentibus verbis collectam contrariam voluntatem aduersantem simili dictioni, etiam in contractibus, Rota *decis.* 431. *numer.* 14. *&* 15. *parte* 9. nihilominùs cum adiecta sit † clausula *quam, & quas, su-* 11
per præmissis Orator habet, & monet, habereque, & monere vult, & intendit contra Aduersarios, omnesque alios præmissorum occasione sua communiter, vel diuisim interesse putantes in executionem præsentium nominan. & cognominan. &c. apud Barbos. *dicta claus.* 121. *num.* 2. & successiuè exprimitur etiam causa inter alios pendens indecisa coram Meltio, ad quem erat deuoluta causa primum, & postea introducta coram D. Calataiù super vtroque fideicommisfu,

12 so, † talis admissio non est visa restricta ad fideicommissum Cardioalis Bartholomæi, cùm ex clausula supradicta ceoseantur deductæ omnes causę deductę iam ad Meltium & magis ex clausulis voà cum suis *inciden. dependen. annexis, & connexis, ac tota negotia principali*, & cùm in primo iudicio fuerit vnico monitorio deductum vnumque fideicommissum, vnicaque sententia super vnoque pro-
13 nunciatum, † dixerunt DD. negandam non esse vnam causam alteri connexam esse ad Meltium deductam, (coram quo super hoc quoque fideicommisso fuit ioter illos disputatum *d. decis.* 308. & deinde io commissione contentam, ex relatis *in decisione §. ex facta*, & adhuc Rota cor. Durano *dec. 240. in fin. & coram* Dunozett. Iun. *dec. 733. nu. 2.* & amplius *decis. 504. num 3. par. 14.* cum aliis allegatis & allegandis, ex quibus visum est DD. etiam contrario dilemmate responderi

Cæterum ad congruam responsionem, vel saltem concludentem possessionem Ioannis Iuoioris, cùm Testes loquantur de Cardinali Bartholomæo, & frustrà allegentur decisiones, cùm in appellatione debeat verificari factum, satis responsum quoque visum est ex informatione & informationibus contioentibus reminiscendo, aut rememorando bona à Fuluio possessa, & acceptata pro portione in transactione fuisse probata in bonis Cardinalis Bartholomæi, & Ioannis Iunioris, pro ratis portionibus ad formam sententiæ Cardinalis Seraphini, & subsequentis executionis, & vt in alia decisione hodierna in fideicommisso Cardinalis ipsius.

Et ita vtraque &c.

Concordantes Decisiones in hac causa, vide supra in calce decis. præcedentis, in hac pariter causa similiter emanatas.

R. P. D. VBAGO.

Pampilonen. Abbatiæ.

Lunæ 4. Maii 1676.

ARGVMENTVM.

Aduersus transactionem confirmatam à Papa deueniri prætendebatur, propter quod oris aperitio petita, & arbitrio Rotæ remissa, in hac Decisione denegatur, quia iusta causa visa non est asserta læsio, quæ ex dimissione duorum beneficiorum hinc inde sequuta, alterum maioris, aliud verò minoris præeminentiæ esset, tùm quia & hæc inæqualitas fuerat Papæ narrata, tùm etiam quia aliud beneficium liberæ collationis erat, vbi verò alterum sub limitata facultate fuerat concessum, & demum quia cùm propter dubium litis euentum fuisset transactum; hoc solùm sufficit ne transactio læsiua dici possit.

SVMMARIVM.

1 *Aperitio oris non conceditur sine legitima causa.*
2 *Concessum à Principe sine iusta, & magna causa in dubium reuocari non debet, & nu. 6.*
3 *Aperitio oris denegatur, si agitur de suscitandis nouis litibus.*
4 *Lites quàm citiùs finiri, Reipublicæ interest.*
5 *Familiæ ne consumantur in expensis, & iurgii Iudicis quoad fieri possunt, operare debeat.*
6 *Concessum, & terminatum, quod semel fuit, amplius discutiendum non est, vel in dubium reuocandum.*
7 *Confirmatio Papæ facta ad instantiam vtriusque partis cum expressione omnium, quæ erant necessaria, à quacumque obreptione, & subreptione saluatur.*
8 *Supplicans censetur approbasse tanquam vera omnia in sua supplicatione contenta.*
9 *Audientes, & tacentes consentire, & ratificare præsumuntur.*
10 *Litis renunciatio resultat ex taciturnitate decennii.*
11 *Obseruantia longi temporis æquiparatur præscriptioni iuris.*
12 *Pertinentia iuspatronatus inter compatronos præscribitur spatio annorum quadraginta.*
13 *Læsio ex dispari assignatione resultat, & qualis illa sit.*
14 *Princeps non intelligitur voluisse aliquem lædere, & ius tertii tollere.*
15 *Confirmatio Papæ facta de transactione, vel lauda inæquali, & læsiuo, sustinetur, si illi æquè læsio, ac inæqualitas innotuit.*
16 *Læsia ex inæqualitate non resultat, si adest confirmatio Pontificis, qui scientiam habuit de vtraque.*
17 *Læsio maior requiritur in iis, quæ fuerunt confirmata à Pontifice, quam in aliis.*
18 *Læsio enormissima esse debet in confirmatis à Papa.*
19 *Læsio non datur in qualitate præeminentiori, si illi limitata facultas est contraposita, quæ in aliis est libera, & nu. seqq.*
20 *Parochialem ad Ecclesiam præsentandus, quas qualitates habere debeat*
21 *Libertas præsentandi ad beneficium simplex præfertur præsentationi beneficii Parochialis, etiam maioris.*
22 *Læsia ratione inæqualitatis gradus, & valoris cessat ex libertate concessa, vbi verò alteri fuit data limitata facultas.*
23 *Transactio non solùm respicit datum, & receptum, sed etiam dubium litis euentum.*
24 *Læsionem tollit, & remouet dubius litis euentus*
25 *Oris aperitionem, ac etiam læsionem ad tollendam consideratur causa finalis, ex qua motus fuerit Pontifex ad sic concedendum*
26 *Causa finalis concessionis ex narratiua Breuis Pontificis semper resultat.*
27 *Læsionem transactionis ad euitandam, sufficit quid modicum datum, vel remissum.*
28 *à Lite recessus excludit læsionem in transactione.*
29 *Læsionem non potest deducere, qui litem suam petiit extingui.*
30 *Læsionem transactionis, vel laudi à seipso acceptati, si quis adducere velit, probare debet, quod si litem prosequutus fuisset vsque victoriam reportasset.*
31 *Litis dubius euentus remoueri debet, vt transactio dicatur esse læsiua.*
32 *Restitutio in integrum, sine læsione non datur.*
33 *Læsio, vt in beneficialibus restitutionem in integrum operetur, requiritur quod fuerit dolosa.*
34 *Dolus à transactione excluditur, si illa præcessit laudum, & quare.*
35 *Dolus in lauda considerari non potest.*
36 *Restitutio in integrum in beneficialibus post lapsum quadriennii non datur.*
37 *Clausula,* arbitrio, *temperat iuris rigorem, & facit seruari æquitatem, & concedit impeditis facultatem deducendi ius suum non obstante Breue Pontificis.*
38 *Oris aperitio non denegatur ex clausula* arbitrio, *stante iusta causa, & læsione probata, aliàs secus, & nu. seqq.*
40 *Gratia Principis non debet esse inanis, bene autem perpetua.*

DE-

DECISIO DCCVII.

ADVERSUS Breue Apostolicum fel. memor. Pauli V. munitum clausula sublata, & decreto irritante, per quod præuia omnium litium auocatione, illarumque extinctione, ac suppressione, confirmatur transactio inita inter Dominum Palatii, & Incolas loci Eccharesi super emologatione, seù acceptatione laudi determinantis, vt præsentatio ad Parochialem Ecclesiam S. Romani dicti loci Eccharesi, aliàs spectans pro medietate ad ipsum Dominum Palatii, & pro altera medietate ad Incolas prædictos, futuris temporibus spectaret ad solum Dominum Palatii, & præsentatio ad simplex Beneficium seruitorium ex fructibus eiusdem Parochialis erectum pariter spectans ad eosdem pro medietate, vt supra futuris temporibus ad solos Incolas pariter spectaret, iidem Incolæ à Sanctissimo Domino Nostro Clemente Decimo in Signatura Gratiæ obtinuerunt oris aperitionem arbitrio Rotæ, & proposito dubio, An intret arbitrium, Do-
1 mini negatiuè responderunt; cùm oris aperitio † non debeat concedi sine iusta causa nè illud, quod Princeps se(mel)
2 concessit, † sit sine ipsa iusta, & magna causa in dubium reuocandum, *cap. docet de reg. iur. & cap. si nulla de præbend. in 6.* Bartol. *in l. conficerentur §. Codicilli ff. de iur. codicill.* Decian. *consil. 469. numer. 26.* Verall. *decision 128.*
3 *numero 3. parte prima*, Coccino *decisione 2148. numero 3.* †
4 Maximè, vbi agitur de suscitandis nouis litibus, † quas
5 interest Reipublicæ, quàm citiùs finiri, † nè familiæ consumantur in expensis, & iurgiis *l. cum ratio, § penultim ff. de bon. damnat. leg. 2. Cod. de vid. toll. leg. 2. in fine, ff. de pæn.* Et eo minus concedendam esse, consideratum fuit in præsenti, dum expressa, & finalis consideratio habita à Papa in confirmatione transactionis, fuit extinctio litis pendentis spatio triginta annorum, & vltrà, ex qua grauia nedùm damna, & dispendia, sed etiam inter Partes odia, & inimicitias resultasse expertum fuit, vt habetur ex lectura Breuis, Summario *numero primo*. Ideò cùm lis iam sit extincta à Papa, qui voluit, & potuit
6 omnia supplere † non videntur concessa ampliùs discutienda, vel in dubium refricanda *leg. omnium, vbi Doct. de Testament.* Card. *in Clem. 2. numer. 8. de re iudic.* Valenz *cons. 85. numer 19.* Marchesan. *de commission par. 2 § vnico fol.*
7 *417. numer. 65.* Tantò magis, quia confirmatio † fuit impetrata ad instantiam vtriusque partis collitigantium, nempè Domini Palatii, & Incolarum, cum specifica expressione omnium contentorum in transactione, itavt nullum vitium subreptionis, aut obreptionis de facili du-
8 bitari contingat, supplicans † enim censetur approbasse tanquam vera, & fide digna ea omnia, quæ in sua supplicatione continentur, *Text. in leg. cùm precum 9. Cod. de liberal. caus.* Rota *decisione 489. numero secondo parte 3. recent.*

Accedit, quod Breue habuit statim executionem suam ab ordinario Executore per sententiam publicatam anno 1613. inter Missarum solemnia, nemine ex Incolis reclamante; Imò neque reclamantibus, licèt præsentibus, & audientibus Ioanne de Aznariz, & Ioanne de Elizalde qui solùm antecedenter ante confirmationem Apostolicam à laudo acceptato per transactionem ab vniuersitate loci tanquam particulares causam appellationis interposuerunt in Rota coram Caualeriu, vt ex decis 118. cui decisioni acquieuerunt, Summario *numer 4.* Sententes enim,
9 & tacentes † consensisse, & ratificasse præsumuntur *leg. si Seruus communis, ff. de donat. inter vir. & vxor. §. si Seruus Auth de Sanctiss. Episcop. cap. Seruus sciente distinct. 20.* Menoch. *præsumption. 99. libr. 6. numer. 15 cum tribus seqq.*

Et hæc tacita ratificatio, seù acceptatio Breuis, & sententia tolli non potest ex protestatione facta sub die 10. Octobris 1613. per Michaelem de Ollo, in qua persistens in prioribus appellationibus, iterùm ab omnibus præiudicialibus appellauit, quoniam dictus Michael deuenit adhunc actum procuratorio nomine dictorum Ioannis Aznariz, & Ioannis de Elizalde, sed absque speciali mandato procuræ, vt requirebatur; Imò dignoscitur, quod non fuerit dicta protestatio facta de eorum consensu, & mandato, dum postea ipsemmet Principales die prima Nouembris subsequentis præfatæ publicationi acquieuerunt, & non reclamarunt, neque protestarunt de nullitate, seù inualiditate publicationis, & sententiæ, sicuti pariter, dum per spatium tanti temporis, nempè annorum quinquaginta, nihil fuit innouatum, nec prosequuta appellatio, & tamen ex taciturnitate per spatium decennii † resultat tacita litis re- 10
nunciatio, Cassador. *decis. 5. vt lit. pend.* Adden. ad Buratt *decis 37. num. 10.*

Vlteriùs ratificatio transactionis, & acceptatio Breuis inductæ fuerunt ex obseruantia tanti temporis, nempè quinquaginta annorum, & vltrà, dum ab anno 1613. vsque ad præsentem, non solùm Dominus Palatii pluries solus præsentauit ad ipsam Parochialem S. Romani, suæque præsentationes fuerunt effectum sortitæ, Summ *numero 5. vsque ad 12.* Imò vltimo loco præsentatus ab ipso D. Palatii institutionem obtinuit à Rota, præuiis duabus decisionibus coram Reuerendissimo Domino meo Decano, & secunda coram me; Sed etiam versa vice Incolæ semper soli præsentarunt ad Beneficium simpl. ex ipsis in laudo per Arbitratores assignatum, & eorum præsentati semper ab Ordinario instituti fuerunt, Summ. *à numero 13. vsque ad 16.* qua stante obseruantia, tam longi tem-
poris inducta † pariter est præscriptio iuris, dum in- 11
ter Compatronos pertinentia † solo spatio quadragin- 12
ta annorum præscribatur, vt firmauit Rota in hac eadem causa super dicta institutione Præsentati à D. Palatii 13. *Iunii 1674. §. secundo ex obseruantia coram Reuerendissimo Domino meo Albergato Decano*, & *4. Martii 1675. §. Accedit coram me.*

Nec dicatur, quod Communitati loci Eccharesi competat restitutio in integrum, attenta euidenti læsione, quæ resultare prætenditur ex inæquali diuisione facta per Arbitratores, dum vtraque pars, nempè tam D. Palatij, quàm Incolæ antecedenter iure præsentandi pro medietate in vtroque beneficio fruebatur, & in laudo assignatur soli Domino Palatii ius præsentandi ad Parochialem, quæ tam respectu valoris, quàm respectu qualitatis honorificæ, maior est simplici beneficio assignato Incolis, itavt cadat in
hac dispari assignatione enormis læsio, † & ex læ- 13
sione resultet etiam nullitas Breuis per defectum intentionis Papæ; Nàm si Papa sciuisset hanc inęqualitatem, & lęsionem, non confirmasset transactio-
nem, ex regula, quod Princeps † nunquam intel- 14
ligitur voluisse aliquem lędere, & ius tertij tollere, *l. 2. §. meritò, & §. si quis à Principe, ff ne quid in loc. public.* cum alijs deductis in *decis. 2148. numero 4. coram Coccino.*

Pro responsione etenim molta in facto, & in iure animaduertenda esse existimarunt Domini, & primò cessat ex facto defectus intentionis Papę deductus, ex eo, quod non sciuerit inęqualitatem Beneficiorum in redditu, & quoad gradum honorificum, nàm ex ipsa lectura Breuis contrarium apparet, & precipuè ex verbis, ibi: Rectoris Abbatis nuncupati Parochialis Ecclesię Abbatię nuncupatę S. Romani loci de Eccharesi, & inferiùs, ibi, existat vnum perpetuum simplex Beneficium Ecclesiasticum pro vno Clerico, seù Presbytero sęculari &c. erexerat &c. & pro sua dote &c. quartam partem omnium, & singulorum fructuum d. Abbatię &c. applicauerat. Ex quibus clarissimo sermone patet, Papam non solùm sciuisse distinctionem inter Beneficium Parochiale curatum cum titulo Abbatię, & Beneficium simplex seruitorium, sed etiam fructus Abbatię, & Parochialis excedere in duplo fructus Beneficij simplicis; quarè de intentione Papę, & scientia qualitatum dubitari non potest. Et proindè ex his oritur, quod diuisio iuris pręsentandi in be-
neficijs, licèt inęqualis sit, † adhuc sustinetur, 15
quando Papę inęqualitas innotescit, nec potest ex
ipsa † inęqualitate lęsio deduci, vt firmarunt in ter- 16
minis permutationis beneficiorum Franc. *in cap primo numero 12. in fin. de rer. permut.* Dec. *cons. 141. numero 3. & cons. 210. numero 5.* Paris. *de resignat. lib. 6. quæst. 2. numero 18.* Lotter. *de re benefic. quæst. 31. numero 23. & seq. &* Rota coram Merlino *decis. 329. numero 11. §. Nec ipsorum.*

Secundò, ponderatum fuit, quod licèt existimabiliùs esset, & magis honorificum ius pręsentandi ad Ecclesiam Parochialem, tùm ratione ipsius honorificentię, tùm maioris pinguedinis in fructu, quàm
ad be-

ad beneficium simplex, attamen in hoc cadere non
potest læsio sufficiens ad prosternendam transactionem à
17 Sede Apostolica confirmatam, † ad quod requiritur ma-
ior læsio, quàm in aliis materiis, Decian. *cons. 531. nu. 6.*
Corn. *cons. 116. numer. 5. libr. 1.* Crauett. *cons. 131. numer.*
26. Gramat. *decisione 66. numero 47.* & quod requiratur læ-
18 sio † enormissima, fuit resolutum coram Vbaldo *decisio-*
ne 320. numer. 6. Tantò magis, quod ipsis qualitatibus ho-
19 norificentioribus † contraposita est limitata facultas præ-
sentandi, dum ad ipsam Parochialem, non solum præ-
sentari minimè potest, nisi Sacerdos actu, vel habitu an-
20 norum tamen 25 sed etiam Sacerdos, qui sit idoneus †
scientia, itaut curam exercere valeat, & possit residere,
necnon alia requisita teneat, de quibus in *cap. cum in Cu-*
ratis, & capit. licet Canon. de elect. in 6. vt explicat Barb.
de offic. & potest. Paroch. par. 1. cap. 2. numer. 1. vsque ad
21 *7.* Incolis autem ad beneficium simplex † remansit libera
facultas præsentandi quoscumque Clericos Sacerdotes, vel
non Sacerdotes idoneos, vel non, quæ libertas in præsen
tando ità prætiosior, & existimabilior per DD. iudicata
22 fuit, † vt tollat quamcumque læsionem ob ipsas inæqua-
litates ratione gradus, & valoris, præcipuè, quod in
transactionibus, non solùm respiciendum est, quid da-
23 tum, & quid receptum, † sed etiam dubius litis euen-
24 tus, † qui pariter læsionem tollit Bartol. *in l. Lucius §.*
fin. numero 3 ff. ad Trebell. Seraph. *decis. 638. num. 9.* Vbald.
d. decis. 320. num. 8.

Tertiò, ad tollendam læsionem, & oris aperitionem
25 † consideranda venit causa finalis, ex qua motus fuit
Pontifex ad confirmandum laudum, & transactionem,
26 & vt dignoscitur ex narratiua Breuis, † à qua semper
recipitur finalis causa concessionis, *l. fin. & ibi* Doctor.
ff. de hæred. inst. Coccin. *decis. 1680. numero 37.* principale
enim motiuum confirmationis fuit eximere Communita-
tem, & Incolas à lite, & inimicitijs, in quibus stetit
cum magnis expensis spatio annorum 30. & cum ad eui-
27 tandam læsionem † sufficiat quid modicum datum, &
quod remissum, Merlin. *decis. 163. numero 14.* sola vti-
28 litas recepta ex recessu à lite læsionem excludit, † dum
valdè lucrari dicatur, quoties partes à lite recedunt Emi-
nentiss. Otthobon *decis. 23. numero 32. & in recentior. de-*
cis. 86 numero 20. & 21. parte 6 Maximè quod Papa in suo
Breui lites extinxit, & suppressit ad petitionem ipsius
Communitatis, & ideò intrat regula, quod ille, qui pe-
29 tijt litem suam extingui † non possit deinde læsionem de-
ducere, vt considerat Gomez *de iur. quæsit. non tollen.*
quæst 7. §. Tamen prædictis lit. D. & §. Sed pro prima lit.
E. Itaut saltem ad effectum etiam inducendi læsionem in
30 hoc quoque suo proprio facto necessè sit, † vt clarè pa-
teret, quod si litem fuissent Incolæ persecuti, vtique
victoriam habuissent Abb. *cons. 64. numero 3. parte 1.* Cra-
uet *cons 131 numero 27.* Vbald. *d. decis. 320. numero 8. & 9.*
31 Nam † sic tolleretur dubius litis euentus.

His stantibus cessat obiectum restitutionis in integrum,
32 tùm quia non constat de læsione, † sine qua non datur,
leg. vltima C. si aduers. rem iudic. capit. 1. de integr. restitut.
33 Caualer. *decisione 194. numer. 3.* & maximè in † beneficia-
libus, in quibus præter læsionem requiritur, quod sit do-
losa Paris *de resignat. lib. 3 num. 14. & 25. §. His non obstan-*
tibus; Et dolus in præsenti excluditur, dum transactioni
34 præcessit laudum, † quod habet iuris assistentiam pro se
Vbald. *decisione 229. nu. 5.* Eminentissimo Otthobono *dec.*
35 *242. numer 33.* Itàut in eo dolus † considerari non possit,
Puteo *decisione 59. numer. 5. & seq. libr. primo.* Tum pari-
36 ter quia in † beneficialibus restitutio in integrum ex causa
læsionis non admittitur post lapsum quatriennii, Paris. *de*
resignat. lib. 3. quæst. 7. numer. 83. cum pluribus seqq. Puteo
dec. 370. lib 2.

Nihil releuat, quod aperitio oris commissa sit cum
37 clausula *arbitrio*, quæ iuris rigorem temperat, † & facit,
vt attendatur æquitas, & non denegetur partibus, aliàs
impeditis facultas deducendi iura sua, vt firmauit Rota
coram Celso *decisione 270. numer. 2. & 3.* Quoniam eadem-
38 met *decisio sub num. 4* secum fert responsionem, † quod
scilicèt procedat, quando adest iusta causa, & sufficienter
sit probata læsio; Cùm itaque ex prædictis supra deductis,
39 nec læsio probetur, nec de iusta causa constet, † clausula
arbitrio, parùm operatur pro oris aperitione, vt in termi-
nis terminantibus decisum fuit à Rota coram Coccino *de-*
cis. 1434. d. numer. 7. vsque ad 14. & in recentiorum decisio-
ne 471. numero 5. parte prima ex fundamento ne gratia
Principis debeat esse inanis, † sed potiùs debeat perpetua- 40
ri, *cap. si cui nulla de præb. in 6.* Coccino *decisione 2148.*
num. 3.

Et ita, vtraque parte informante resolutum fuit.

Supra in alio præcedenti tomo primo istius decimæ octa-
uæ partis adest altera præsentis causæ decisio, quæ est
ibi in ordine 315. alia verò in hoc eodem tomo secun-
do 459.

R. P. D. V B A G O.

Mediolanen. Prioratus.

Mercurij 13. Maii 1676.

ARGVMENTVM.

De duobus præsentatis ad beneficium iurispatronatus admittitur ille, qui à maiori parte patronorum fuit electus, maximè quia de eorum descendentia à veris patronis constabat, & de aliorum iure non apparebat, qui vlterius nec erant in quasi possessione præsentandi, & descendebant fœminis, sicque ad iuspatronatus familiare admitti non poterant.

SVMMARIVM.

1 *Verba indefinitè loquentia non possunt ad aliquas tantùm personas restringi.*
2 *Indefinita loquatio æquipollet vniuersali.*
3 *Ratio declarationis magis attenditur, quam ipsa declaratio.*
4 *Præsentatus ab existente in quasi possessione præsentandi, institui debet.*
5 *Descendentia à veris patronis probatur, si illi erant in quasi possessione præsentandi.*
6 *Dubitari non potest amplius de eo, quod aliàs in Rota decisum, & nu. 9.*
7 *Quasi possessionem ad acquirendam sufficit vnicus actus.*
8 *Patronus per consensum præstitum resignationi beneficii, dicitur præsentasse.*
10 *Decretum Iudicis habet præsumptionem pro se.*
11 *Taciturnitas inducit consensum, & quando.*
12 *Resignationem impugnare non potest, qui venit ex vacatione per obitum resignatorii sequutam.*
13 *Titulum illius, ex cuius vacatione qui venit, impugnare nemo potest, quia illum dicitur approbasse.*
14 *Descendentes ex fœminis non succedunt in iurepatronatus familiari.*
15 *Præsentatus à pluribus, patronus est instituendus non autem ille, qui à minori numero præsentatus est.*

DECISIO DCCVIII.

PROPOSITA hac Causa sub die 20. Martii proximi præteriti fuit resolutum confirmandam esse sententiam Rotalem, in qua fuit pronunciatum Ioannem Baptistam Mantegatiam vti præsentatum ab illis de familia nobili Mantegatia debere institui, & eadem hodie reproposita DD. standum esse in decisis responderunt.

Etenim Iuspatronatus esse familiare fuit plenè firmatum in decisione dicta die edita cuius fundamenta etiam hodie Dominis placuerunt. Et licèt informantes pro Constantio Gallarato prætenderent illud esse familiare respectu

respectu familiæ effectiuæ certarum personarum tantùm, nempè nominatorum in Bullis Sixti IV. & Innocentii VIII Summorum Pontificum, non autem totius familiæ nobilis de Mantegatiis, tamen omisso, quod nec constat eos, qui Constantium præsentarunt ab illis descendere, cum adducta pro eo satis confusa, & elisa remaneant, ex datis in Summario additionali præteritæ positionis pro Ioanne Baptista *numero 1. 2. & 3. ac 4* ac Summario addit. præsenti *numer. primo*. Visum est probationes ponderatas in præfata decisione id commodè non pari, ex verbis, ibi: *Liquidò constiterit, & constet illos de familia, & Domo de Mantegatiis fuisse, & esse fundatores, & donatores, ac veros Patronos dicti Patronatus*, quæ tanquam indefinitè de illis de familia loquentia, non possunt ad aliquos de
1 ea tantùm restringi, † sed de omnibus intelligi debent,
2 quia indefinita loquutio † æquipollet vniuersali, Menoch. *cons. 4. nu. 28.* Decian. *cons. 17. numer. 20. lib. 1.* Surd. *decis. 210. numer. 8.* Bichio *decis. 470 numer. 20. & decis. 378. numer. 10.* & tanquam rationem declarandi iurispatronatus
3 pertinentiam continentia magis attendi debent, † quam ipsa declaratio ad fauorem certarum personarum tantùm facta Bald. *in l. si quis serao numer. 10. C. de furt.* Mantic. *de tacit. libr. 5. tit. 15. numero 5.* Merlin. *dec. 471. nu. 12.* Rota *in rec. decis. 154. nu. 1. par. 10.*

Et nihilominus dato etiam, quod prædicti à Sixto, & Innocentio nominati tantùm essent veri Patroni, & Iurispatronatus ad eorum descendentes solos pertineret, adhuc dum docetur illos, qui præsentarunt Ioannem Baptistam esse in quasi possessione præsentandi, vel descendere ab
4 eis, qui in quasi possessione præsentandi existebant, † hoc sufficit ad effectum, vt ipse institui debeat, Lotter. *de re benef. lib. 2. quæst. 11. nu. 118. & 119* Add. ad Gregor. *decis. 417. numer. 18. vers nihilominus*, Vbald *decis. 27. numer 2* Arguell *dec. 58. numer.* 20 ex ipsa enim sola qua-
5 si possessione † sufficienter arguitur descendentia à veris Patronis, Gonzal. *gloss. 118. numer. 510. versic. prout etiam.*

Ista autem descendentia ab existentibus in quasi possessione probata fuit tàm sumendo quasi possessionem à præ-
6 sentatione facta de anno 1587. † quam habuisse effectum fuit aliàs agnitum in hoc Sacro Tribunali *in alia causa Mediolanea. Prioratus 14. Martii 1646. coram Cardin. Corrado §. præsentationes*, vt ex arbore data per Ioannem Baptistam, & plenè iustificata in eius Summario impresso *à numer. 9. vsque ad* 24. quam, & magis sumendo eam à consensu præstito resignationi anni 1650. quia tres ex præsen-
7 tantibus ipsimmet illum præstiterunt, quod sufficit, † quia ad acquirendam quasi possessionem vnicus actus satis est Ripa *in cap. cum Ecclesia Sutrina numer. 91. de caus. poss. & propriet.* Rota coram Celso *decis. 199. numer. primo*
8 & in puncto, quod sufficiat † dedisse consensum resignationi, Rota coram Comite *decis. 146. numer. 2. & in decis. 16. in 2. post* Viuian. *de Iurepatron. numer. 8* vbi quod de
9 hoc amplius dubitari non potest, † quia fuit resolutum in pluribus decisionibus, quæ ibi referuntur.

Nec subsistere visum fuit obiectum, quod præfata resignatio, & consensus ei præstitus non possit suffragari in præsenti, ex quo litteræ Apostolicæ fauore resignatarii emanatæ legitimè executioni demandatæ non fuerint, & proindè consensus prædictus aliis prætensis veris patronis non innotuerit, & sic clandestinus reputari debeat, ac ad acquirendam quasi possessionem non aptus. Etenim contrarium satis iustificatum apparuit, ex Summario Ioannis Baptistæ *numer. 2.* dum in eo datum fuit decretum Vicarii Papien in executionem litterarum Apostolicarum emanatum, in quo habetur verificatum fuisse coram eo iuspatronatus Prioratus, & quod accedebat renunciationi assensus medietatis patronorum ad formam earundem
10 litterarum, † quod decretum habet præsumptionem pro se, Seraphin. *decisione 1415. numer. 5.* Buratt. *decis. 538. numer. 3. & in recent. decis. 641. numer. 1. versic. maximè prima.*

Vltrà quod ponderatum etiam fuit agi de iurepatronatus valdè pingui, & conspicuo, & resignationem illam habuisse effectum, ac resignatarium diuturno tempore possedisse, ac proinde reddi adeò inuerisimile quod Patroni, si adsunt eam non resciuerint, vt hoc sufficiat ad ar-
11 guendum ex eorum taciturnitate † consensum, vt in puncto habetur *in decisione 213. numer. 3. 4. & 9. parte 6. recentiorum.*

Accedente etiam, quod Constantius veniens ex vacatione per obitum illius resignatarii, non facilè admitti potest ad impugnandam ipsam resignationem, † quia hoc 12
esset redarguere eius titulum, quem veniendo ex vacatione per eius † obitum approbasse censetur, Rota cor. Bich. 13
decisione 312. numer. 20. versic. & quia agitur, & decisione 351. nu. 25.

È contra verò illi, à quibus præsentationem reportauit Constantius, nec habent quasi possessionem præsentandi, nec sunt de familia nobili Mantegatia, & quatenus aliqui per fœminas ab illa † descendant, adhuc in hoc iurepa- 14
tronatu familiari non succedunt, Rota coram Royas *decisione 446. numero 6.* coram Celso *decisione 106. numer. 6. & coram* Eminentissimo Otthobono *decisione 230. numero 22.*

Et licèt adsit inter eos Magdalena Mantegatia, præterquam quod controuertebatur eius descendentia ab aliquo ex veris patronis, & vltra descendentiam, controuertebatur etiam eius capacitas ad succedendum in iurepatronatu, in omnem casum dato etiam quod ei competeret ius præsentandi, nihil releuaret, quia adhuc non ipse,
sed Ioannes Baptista, † tanquam præsentatus à pluribus 15
esset instituendus, Rota coram Merlino *decisione 453 numer. 20. & in recent. decis. 416. numer. 9. par. 9. & decisione 188. num. 1. par. 1.*

Et ita vtraque &c.

Altera præsentis causæ decisio est supra in ordine 679. in hoc eodem tomo secundo.

R. P D. PAVLVCCIO.

Bononien. Bonorum.

Mercurii 13. Maij 1676.

ARGVMENTVM.

Valida declaratur venditio bonorum Communitatis facta seruatis seruandis, non obstante opposito defectu solemnitatum, quia de illis attestabatur Notarius, cui in hoc plena fides dicitur adhibenda, & concurrebat vlterius centenaria præscriptio, quæ quia affert meliorem titulum de mundo, & omnia solemniter gesta præsumit, transfert onus probandi contrarium in opponentem, etiamsi in instrumento solemnitates non appareant adhibitæ, reiecta adhuc exceptione versionis, & quod creditores non vrgerent, quia illa à creditore probari non debuerat, hæc autem ab executione, & pignoratione facta concludenter verificata remansit.

SVMMARIVM.

1 *Licentia Trolegati in contractibus Communitatis succedit loco decreti Iudicis.*
2 *Venditio bonorum Communitatis facta secundum dispositionem iuris, & consuetudinis remanet valida, & transfert dominium in emptorem, & vid. nu. seqq.*
3 *Notario attestanti in contractu Communitatis interuenisse illius requisita necessaria plena fides adhibenda est, & nu. 13.*
4 *Centenaria præscribit non solum contra Ciuitates, & loca publica, sed etiam contra Ecclesias.*
5 *Dominia rerum semper in incerto esse non debent.*
6 *Quies, & tranquillitas publica procurari debet, & iura procurant.*

7 *Præ-*

7 *Præscriptio in gratiam publicæ vtilitatis est inducta.*

8 *Præscriptio Patrona generis humani à Cassiodoro appellatur.*

9 *Centenaria præscriptio omnes solemnitates præsumit, itaut nullus defectus imputari possit, amplia vt nu. seq.*

10 *Solemnitates etiamsi in instrumento non fuerint enunciatæ, adhuc ex præscriptione centenaria præsumuntur.*

11 *Centenaria tribuit facultatem allegandi omnem meliorem titulum de mundo.*

12 *Centenaria omnem affert probationem, & releuat ab onere probandi, illudque transfert in opponentem, & nu. 14.*

15 *Modus non conditio dicitur demandatus ex clausula, seu verbis,* Acciòche.

16 *Dictio*, vt, *inducit modum, non autem conditionem importat.*

17 *Erogatio pretij in venditione bonorum Communitatis remanet transfusa in illius officiales, quibus ex tenore licentiæ d. pretium erat soluendum.*

18 *Versionis non secutæ defectus, an annullet contractum, inspiciendum est an illa modaliter solum vel potius conditionaliter demandata sit.*

19 *Fundamentum suæ intentionis vnusquisque, etiam Communitas probare debet.*

20 *Versio concludenter probatur ex lapsu temporis pacifica possessione emptoris, & non reclamatione creditorum, & amplia vt nu. seq.*

21 *Venditio bonorum Communitatis dicitur legitimè facta, & in causam expressam sequuta, stante attestatione officialium ab eadem Communitate deputatorum.*

22 *Vrgentia creditorum probatur si pignoratio, & executio facta sit, eaque etiam in depositum tradita.*

23 *Restitutio in integrum quatenus detur aduersus præscriptionem longi, vel longissimi temporis.*

24 *Centenaria præscriptio non admittit restitutionem in integrum.*

25 *Restitutio in integrum, quæ aduersus contractum non datur, eo minus conceditur aduersus instrumentum ratificationis illius.*

DECISIO DCCIX.

ANNO 1563. Communitas Villæ Fontanæ districtus Bononien. præmisso solito sono Campanæ, ac seruatis aliis de iure, & secundùm formam Constitutionis, seù inueteratæ illius consuetudinis ab immemorabili tempore seruari solitæ, congregata, & totum corpus dictæ Vniuersitatis, perinde ac si tota Vniuersitas, & illius homines interuenissent, ac repræsentantes, prætia matura discussione deliberauit, vt peteretur licentia ab Illustrissimo tunc Prolegato Bononiæ alienandi nonnulla bona communalia valliua, adhoc vt ex illorum pretio posset pluribus illius creditoribus satisfacere, aliisque indigentiis pro defendendo Commune prouidere, & nonnulla bona affrancate, deputatisque adhunc effectum cum facultatibus opportunis Massario, aliisque hominibus, & impetrata ad venditionem eorundem bonorum cum Comite Ioanne Senatore de Pepulis, deuenerunt, receptis in actu stipulationis libr. 4. mil. reliquum verò conuenerunt soluendum facta mensuratione, qua peracta, & comperto quod totum pretium ascendebat ad summam lib. 11932. ba. 15. dictus Comes Ioannes residuum persoluit Massario eiusdem Communitatis, qui postmodum vnà cum aliis hominibus legitimè vocati, & coadunati asserentes prædicta omnia fuisse, & esse vera, rata habuerunt, & quietantiam, seù absolutionem finalem fecerunt cum solitis renunciationibus, & promissionibus, & cum pacto, quod pro istorum, & aliorum bonorum tuitione ab aquis tenerentur reficere aquæ ductum in loco commodiori, & minus damnoso emptori sumptibus, & impensis dd. Massarii, Communis, & eorum Successorum pro exitu aquarum, aliàs ad omnia damna, & interesse, addito insuper iuramento, ipsos nullo vnquam tempore fore contrauenturos in iudicio, vel extrà ex quacumque causa, occasione, prætextu, vel alia quauis ratione tam de iure, quàm de facto.

Anno 1673. cùm modernus Comes Ioannes de Pepulis reportasset fauorabilem sententiam contra Comitem Villæ Fontanæ pro aquæductus constructione, & refectione damnorum super dictis bonis passis ab aquis, eadem Communitatis intentauit iudicium coram Vice-Legato Bononiæ super reintegratione ad possessionem bonorum venditorum de dicto anno 1563. & sententiam fauorabilem reportauit pro rata lib. 4. mil. tanquam solutarum contra formam licentiæ tunc à Vice-Legato obtentæ; At ea à R. P. D. Altouito ab A. C de consensu partium in gradu appellationis deputato reuocata, commissa mihi fuit causa ad instantiam dictæ Communitatis, propositoque dubio, An, & de cuius bono iure constet, DD. censuerunt constare de bono iure Comitis Ioannis.

Nititur enim ipse contractu valido solemniter stipulato de Mandato Consilii generalis cum licentia Prolegati, † 1
quæ succedit loco decreti Iudicis, *l. omnia de test.* Abb. *cons. 41. numer. 4.* Decian. *cons. 341. nu. 2 vers. quando concessio*, Rot *dec 316. nu. 16. in fin. par. 2. diu.* Manent. *dec. 64. nu 8. & 9. & in Romana aperitionis oris cor. Sacrato apud Marches. de commiss. par. 2 fol. 439. §. vltimo*, cum aliis relatis *in dec. 14. nu. 8.* Carili. Cohel. *ad Bul. boni regiminis cap 32. num. 22. & 23.* & successiuè ab eodem consilio approbato seruatis, vt testatur Notarius omnibus de iure, & de consuetudine seruandis, † quod sufficit pro validitate contractus, & ad 2
acquirendum ius, & dominium ex venditione Vniuersitatis, *l. maior pars, ff. ad Munic. l. nulli, & l. planè, ff. quod cuiusque Vniuers. nomin.* Rota *decisione 461.* in terminis eiusdem Vniuersitatis *numer. 4. & 5. parte 14. recentiorum.*

- Titulo sufficienti, & efficaci accedit, vltra attestationem Notarii, † cui de his attestanti est plena fides adhibenda, Bart. *ad l. fin. nu. 4. C. de præd. rustic.* Rolan. à Valle *cons. 90. nu. 7. lib. 1.* Alex. *cons 195. num. 4. lib. 7.* Add. ad Buratt. *dec. 95. in fine* Rota apud Viuian. *de iurepatr. dec. 26. nu. 20. & in rec. decis. 187. nu. 19 par. 12. & dicta dec. 461. num. 5 par. 14.* Spatium annorum centum, & vltrà, quo quidem non solùm actiones omnes, & iura quamtumuis impræscriptibilia præscribuntur, & extinguntur † nedum 4
aduersus Ciuitatem, sed etiam Ecclesiam *cap. super quibusdam de verb. signif.* Sic etiam priuatum interesse, nè scilicèt rerum dominia † semper sint incerta, & commu- 5
nis quies, & † tranquillitas, in cuius gratiam inducta est 6
† præscriptio, exigere visa est, *l. 1. ff. de vsucap. §. 1. in-* 7
stit. tit. eod. l. cùm notissimi, C. de præscript. 30. ann. vndè præscriptionem † patronam generis humani appellauit e- 8
leganter Cassiod. *lib. 4. variar. cap. 37.* Sed omnia solemniter acta, & gesta præsumuntur, † itàut nullus defectus 9
imputari possit, *glos. ad cap. peruenit de empt. & vend.* Bald. & Ang *in l. qui aliena, ff. de acquir. hæredit.* Grat. *d scept. 967. nu. 30.* Buratt. *dec. 873. num. 7 & 1706. num. 15. & decis. 2817. num. 1. & seqq. & in rec. decis. 29. nu. 2. & seqq. part. 7. dec. 253. nu. 5. par. 13. & dec. 115. num. 7. par. 14.* etiamsi solemnitas † non fuerit enunciata in instrumento Thesaur. 10
Iun. *quæst. foren 27 nu. 18. lib. 2* Cyriac. *contr. 11. num. 11.* cum aliis allegatis *in dicta dec. 46. nu. 6. vers. licet solemnitas par. 14.* Et insuper, vltra quod tribuit facultatem † alle- 11
gandi meliorem titulum de mundo, omnem affert probationem, & ab † onere cuiusuis alterius probationis exi- 12
mit, illudque in opponentem transfert, Merlin. *dec. 795. nu. 14.* Coccin. *d dec. 1817. nu. 2. & seqq.* Rota *dec. 22. nu 4. par 8. recent.*

Proindè in vanum allegatur defectus solemnitatum requisitarum, ex dispositione *l. fin. C. de vendit. rerum Ciuit.* † quia cùm Notarii attestatio faciat præsumere concur- 13
sum omnium solemnitatum requisitarum, & centenaria releuat ab onere cuiusuis probationis, † itaut transferat 14
onus probandi contrarium in opponentem simplex oppositio defectus solemnitatum est prorsus irreleuans, ex supra allegatis.

Prout in vanum quoque opponitur, quod non fuerit seruata forma in licentia à Prolegato præscripta, quodque non constet de versione in commodum Communitatis; Extinctio siquidem debitorum in eadem licentia iniuncta non est in vim conditionis, sed in vim modi, vt

indi

15 indicant verba, *uecidche del prezzo possino sodisfare à suoi creditori*, quæ non conditionem sed modum expressum per
16 dictionem, † *vt*, inducunt *l. demonstratio §. fin. ff. de cond. & demonstr.* Cuiac. *ad l. eum eo 41. ff. de contr. empt. & consult. 2.* Franc. Sarmient. *select. interp. lib. 2. cap. 3. nu. 1.* Cùmque
17 demandatum fuerat Officialibus Communitatis † quibus pretium ex tenore licentiæ erat soluendum, Greg. *dec. 58. num 3. & seqq.* sicut emptor non remansit obligatus ad procurandum inuestimentum, ità nec ob illius defectum
18 alienatio † annullatur, sicuti distinguendo inter contractum conditionalem, & modalem, sub quo inuestimentum fuisset demandatum, tradunt Bardellon. *cons. 141. n. 2. & seq.* Vermigliol. *cons. 357. nu. 8.* Andreol. *contr. 240. n. 58. & seq.* Rota cor. Greg. *dec. 511. nu. 9.* Merlin. *dec. 459 nu. 18. & seq.*

Et quod magis est, non probatur, quod forma licentiæ seruata non fuerit, ex eo, quod successores hæredum Blanchini reperiantur in possessione bonorum eis per Communitatem venditorum &c. quia hæredes Blanchini tàm in licentia, quàm in congressibus, & instrumento venditionis enunciantur inter creditores, vndè ex moderna possessione bonorum non benè infertur, quod ipsi, & alii fuerint de eorum credito pro concurrenti rata pretij satisfacti; In nihilo releuante, quod venditio facta etiam fuerit pro francandis bonis præcedentèr venditis, quia instrumentum Com. Ioannis non comprehendit bona alienata ad Com. Blanchinum, nec constat, quod bona possessa à successoribus hæredum Blanchini fuerint vendita cum pacto francandi, minusque quod omnibus creditoribus primo loco expressi superfuisset sufficiens pretium pro francatione bonorum, quæ duo probare vtique debet Com-
19 munitas † tamquam fundamentum suæ intentionis, Rota *decis. 231. nu. 3. par. 15. recent.*

De versione verò non potest dubitari, quia stante lapsu
20 † tanti temporis, cum subsecuta obseruantia contractus, & pacifica possessione emptoris, & non reclamatione creditorum, versio concludentèr probata præsumitur, Bald. *cons. 21. nu. 19. lib 2.* Millin. *decis. 235. nu. 2.* Seraph. *dec. 264. nu. 12.* Add. ad Greg *dec. 431. nu. 13.* Rota cor Dunoz. Iun. *dec. 397. num. 10.* præsertim dum de anno 1571. huiusmodi venditio fuit à Regimine Bononiæ confirmata ad relationem trium Senatorum ab ipso Regimine deputatorum,
21 † qui præuia causæ cognitione retulerunt in pleno Consilio alienationem in vtilitatem Communitatis cessisse, Soccin. Sen. *cons. 80. nu 28 & seq. lib. 4.* Rota *dec. 509. num. 3. par. 1. rec.* Merlin. *dec. 564. nu. 8.*

Ceterùm quod expressio causæ facta in licentia sit vaga, incerta, & generalis, est insubsistens, quia immo est specifica, & præcisa cum expressa debitorum enumeratione, prout quoque legitur in instrumento, ex quo etiam apparet, quod creditores pro satisfactione vrgebant, Summ. *num 1* vbi refertur Communitatem ad eorum instantiam
22 fuisse pignoratam, † & animalia executata data in depositum, *l. magis puto §. non passim Cod. de Sacros. Eccles.* & tradunt Dec. *cons. 60. nu. 2 libr. 1.* Menoch. *de arbitr. libr. 2. cas. 171 nu. 6. cum seqq.* Rota cor Seraph. *dec. 1004. nu. 3. & cor.* Merl. *dec. 444. nu. 5. & 6.*

Quibus stantibus non meretur allegari ass. titulus vitiosus, & infectus ad excludendum ass. præscriptionem, quia de titulo subsistenti, & valido satis ex prædictis apparet, & quamuis aduersus præscriptionem longi,
23 aut longissimi temporis, de qua loquitur Menoch. *consil. 726.* daretur restitutio in integrum, certè aduersus cente-
24 nariam † sperari non potest, Ias. *cons. 209. nu. 2. lib. 2.* Bellon. *cons. 64. in fin.* Thesaur. *quæst. foren. 49. nu. 10. lib. 4.* Castill. *controu. iur. lib. 6 cap. 25. numer 5.* Et licèt ex prædictis non detur restitutio aduersus principale instrumentum vendi-
25 tionis, † ita nec etiam potest dari aduersus instrumentum ratificationis, ex regula *accessorium de regul. iur. in 6.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. V B A G O.

Romana Saluiani.

Mercurii 13. Maij 1676.

A R G V M E N T V M.

Mulieri petenti restitutionem suæ dotis opponebatur retentio bonorum viri, quæ in solutum tradita dicebantur; sed cùm neque à Iudice, neque à parte illa assignata sint, dationem in solutum non intrare deciditur, ideoque ei restitutio conceditur super bonis fideicommissi vigore *auth. res quæ*, etiam ad præiudicium creditorum vltimi grauati, quibus ipsa erat anterior, cùm suam hypothecam deduceret à die instituti fideicommissi.

S V M M A R I V M.

1 *Ægidiana quoad omnes non intrat, si in causa adsint personæ ecclesiasticæ, vel loca pia.*
2 *Ægidiana non intrat stante iniustitia sententiæ.*
3 *Mulier vigore auth res quæ suam anterioritatem desumit à die obitus fideicommittentis.*
4 *Mulier pro dote vigore auth. res quæ præfertur cuicumque intermedio creditori, etiam vltimi grauati, & num. 5.*
5 *Fideicommissarius vltimus, licèt remaneat dominus bonorum fideicommissi, non ideò potest euitare solutionem dotis vig. auth. res quæ, etiam in præiudicium suorum creditorum.*
6 *Datio in solutum non potest in creditore prætendi, nisi illa facta sit à Iudice, vel parte.*
7 *Creditor potest quidem retinere bona sui debitoris in pignus, non autem sibi illorum applicare dominium.*
8 *Retentio bonorum debitoris à creditore facta præsumitur in pignus, non autem in datione in solutum.*
9 *Creditor si bona sui debitoris in solutum recipere non potuit, parum releuat, quod illa postmodum alienauerit.*
10 *Creditor potest vendere bona sui debitoris in pignus recepta, si illa erant tempore peritura, & venditio vtilis sit.*
31 *Cautela Angeli allegata etiam pro bonis in pignus retentis, intelligitur ratione iurium, & hypothecæ, quæ competebant in illis.*
12 *Ius proprium potest etiam ad hypothecam referri, quæ adhuc dicitur propria, non autem ad verum, & proprium dominium.*
13 *Potestatis defectus si adest, parum attenduntur actus postea subsecuti.*
14 *Dationem in solutum non fuisse à principio secutam declarat obseruantia, si postmodum illa facta sit.*
15 *Sequentia declarant quid in antecedentibus actum sit.*
16 *Solutio, & receptio priùs cedit in causam fructuum, & postea in sortem.*
17 *Mater si soluit dotem filiæ, quam eius maritus soluere tenebatur, ab hæredibus viri releuari debet indemnis.*
18 *Mulier recipiens restitutionem dotis filiæ quam soluerat in causam releuationis sibi à marito debitæ illam recepisse dicendum est.*

DE-

DECISIO DCCX.

EX duplici capite resolutum fuit non intrare Ægidia-
nam, Primò, quia adsunt in causa loca pia, ac per-
1 sonæ ecclesiasticæ, † quo casu quoad omnes illas non in-
trat, Eminentissimo Otthobono *decis.* 155. *numer.* 9. Se-
2 cundo, quia concurrit iniustitia, † quæ eandem pariter
excludit, Rota *decisione* 276 *numero* 10. *par.* 9.
Iniustitia resultat, quia Hortentia declaratur creditrix
in solis scutis 606. cùm tamen eius creditum dotale ascen-
dat ad longè maiorem summam, nam in tribus illud con-
sistit; Primò in rata scutorum 500. sortis principalis, se-
cundò in scutis 2250. lucri dotalis, ac tertiò in interusuriis
vtriusque summæ decursis à die interpellationis, qui hodie
non solùm semel, sed reiterare ostenditur facta, quo cir-
cà cùm agatur de domo fideicommissaria, mulier in vim
3 † *auth. res quæ* suam anterioritatem dimetitur à die obitus
fideicommittentis, Rota *decisione* 199. *numero primo*, *&*
4 *seqq. parte* 8. *recentiorum* † & præfertur cuicumque inter-
medio creditori, Rota coram Seraphino *decis.* 693. *numero
primo & 2. & in recent. decis.* 312. *num.* 16. *& seqq. part.* 6.
decis. 199. *parte* 8 *per tot. &* 40. *numer.* 51. *parte* 9. *& post*
Zacch *de oblig. Camer. decis* 189. *num.* 7. & vltimi grauati
quia licèt quoad illum cesset vinculum fideicommissi, ac
5 proindè bona incipiant esse obnoxia eius creditoribus, †
tamen non per hoc resoluitur hypotheca dotalis, quæ pen-
dente fideicommissi casu fauore mulieris orta fuit, vt fir-
matum fuit in antecedenti *decis. coram Reuerendo Patre
Domino meo Taia edita sub die* 10. *Maii* 1675. *§. quoad primam
partem*.
Viceuersa ipsa in sui crediti satisfactionem non recepit,
nisi mobilia, ac quasdam alias pecunias, vt in calculo pro
eius parte dato, quæ cùm ad adimplen. in dicta quantita-
te satisfactionem non sufficiant, negari non potest eius
creditum in longè maiori summa remanere
Nec solutio interusuriorum dotalium euitari poterit ex
eo, quod statim post obitum viri dicta mobilia retinuerit,
6 nam cùm retentio non prouenerit à Iudice, vel parte, †
vt est necesse pro datione in solutum, *Contr. discept.* 91.
numer. 15. Rota coram Duran. *decis.* 26 *num.* 23. *& coram*
Royas *decis.* 362. *num.* 15. *& in recent. decis.* 182. *numer.* 18.
7 *& seqq. par.* 10. sed fuerint occupata ab ipsa muliere, †
quæ poterat quidem pro maiori securitate sui crediti pigno-
ri incumbere, sed non eius dominium sibi appropriare,
8 † retentio non fuit in solutum, sed pignus, iuxtà doctri-
nam Cuman. *in l. res obligata* 60. *num* 5. *ante fin. vers. &
hæc procedunt ff. de leg.* 1. & stante defectu potestatis ca-
9 piendi bona in solutum, † parum releuat, quod ipsa quæ-
dam ex dd. mobilibus alienauerit, vel quod in allegatione
cautelæ Angeli enunciauerit illa ad se iure proprio specta-
re, quia vltrà quod vtraque coniectura est valdè remota,
10 & æquiuoca, cùm vtilis venditio rerum periturarum †
creditori pignus possidenti non denegetur, iuxta *text. in l.
si conuenerit* 4. *ff. de pignor. act.* Merlin. *de pignor. lib.* 4. *qu.*
11 95. *numero primo*, & enunciatio † referibilis sit ad simpli-
12 cem hypothecam, quæ etiam dicitur ius proprium, †
non autem ad verum & proprium dominium, Rota *decis.*
582. *numer.* 11. *&* 12. *par.* 10. *& decis.* 330. *num.* 13. *&* 14.
parte 11. *recent.* in omnem casum nunquam ex dd. actibus
13 † suppleri poterit defectus potestatis, Rota *dec.* 182. *num.*
58. *& seqq. par.* 10.
Et consonat etiam subsequens obseruantia, nam dicta
14 mobilia fuerunt postmodum de anno 1672. † effectiuè in
solutum tradita mulieri, signum, quod anteà non aderat
15 alia retentio, nisi in pignus, † cùm ex subsecutis
declaretur quid actum fuerit ab initio, *vulg. Iuri-
bus*.
Ex hoc autem quod retentio fuerit in pignus, & non
in solutum duo sequuntur; Primò, quod valor dd. mobi-
lium non est calculandus iuxtà tempus obitus viri, sed iu-
xtà tempus effectiuæ traditionis, & sic non in scutis 5035.
sed in scutis 4115. quibus tamen addenda sunt duo cambia
in totum scutorum 350. per mulierem exacta, & si quid
per eundem docebitur alienatum, & bonificatum. Se-
cundò, quod interusuria dotalia vsque ad d. diem integra-
litèr decurrerunt, & deindè posteà pro intranti quantitate
crediti non satisfacti, cùm dicta receptio priùs cedere de-
16 beat in causam fructuum, † & deindè sortis principalis,
Eminentiss. Otthob. *dec.* 242. *nu.* 28. *& in rec. dec.* 229. *nu.* 2.
& 5. *par.* 9.

Quod verò Hortentia exegit à Bonadies pro restitutione
dotis Portiæ filiæ, dixerunt Domini non esse ponendum
in Calculo, nam cum ipsa pro viro de proprio dotem sol-
uerit, vt constat ex assertione ipsius Bonadies, ac ex atte-
statione Reuerendo Patre Domino Buratti, ac aliorum,
Summario Hortentiæ *numer.* 7. *&* 8. & quoad scuta 892.
ex partita Montis Pietatis, d. Summario *numer.* 9. † ei- 17
dem per virum, eiusque hæredes debita erat releuatio, † 18
& in hanc causam poterat dictæ dotis restitutionem recipe-
re, Mastrill. *dec.* 186. *nu.* 8. *&* 9. Castrill. *decis.* 203. *num.* 3.
& 4. Antonius de Amato *resol.* 23. *nu.* 52. Rota cor. Dun.
Iun. *dec.* 637. *nu.* 23.
Assertum anterius creditum dotale Portiæ de Maximis
cuius vigore prætendebatur posse Hortentiam excludi,
non fuit habitum in consideratione, tùm quia non est in
actis, tùm quia in maiori parte loquitur per confessionem
de recepto, & patitur alias exceptiones consumptionis,
& satisfactionis, de quibus per Informantes.
Et ita, altera tantùm parte informante resolutum
fuit.

Sub diebus 11. Ianuarii 1677. adest altera decis. in hac cau-
sa coram eodem bon. mem. Vbago, & sub die 4. Februa-
rii 1678. alia similiter coram R. P. D Calataiu, prout
etiam altera sub die 13. Iunii 1678. Reuerendiss. D. Da-
masceno.

R. P. D. RONDININO.

Romana Donationis.

Mercurij 13. *Maii* 1676.

ARGVMENTVM.

Rursùs in hac causa deciditur, quod in donatione facta contemplatione certi matrimonii, in qua vocantur filii, & descendentes, cum relatione ad fideicommissum factum, vel faciendum, nouum fideicommissum factum non sit, sed solùm primum præseruatum, in quo si vocati sunt masculi, non potest ideo illud comprehendere fœminas.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissarius, vel donatarius vltimus potest de bonis fideicommissi liberè disponere, nemine superextante, qui se vocatum esse prætendat.*

2 *Filiorum, & descendentium appellatione in actibus nuptialibus fœminæ etiam comprehenduntur, sed vide nu. seqq.*

3 *Donatio facta relatiuè ad fideicommissum factum, vel faciendum, de per se non importat fideicommissum, sed illud tantummodò supponit.*

4 *Donatio facta contemplatione matrimonii non comprehendit nisi masculos, si est relatiua ad fideicommissum, in quo soli masculi vocantur.*

5 *Donatio restricta ad certas personas, quamuis relatiua ad aliam dispositionem factam, vel faciendam, non potest tamen excedere personas in eo contemplatas.*

6 *Fideicommissum nouum non dicitur factum in donatione in qua licèt illud exprimatur, relatiuè tamen, & suppositiuè fuit expressum.*

7 *Fideicommissum factum præseruare, & aliud nouum in eadem dispositione instituere, inuicem contraria sunt.*

8 *Contrarietatem ad euitandam omnis interpretatio fieri debet.*

DECISIO DCCXI.

CONFIRMARVNT hodie Domini decisio-
nem 10. Ianuarii proximè præteriti coram me editam
in qua dictum fuit constare de tribus sententiis conformi-
bus, vtpotè validis, & iustis, cùm Iacobus Ceua vnicus
masculus ex quatuor filiis Pontii Ceuæ donatarii poue-
rit Agatham vxorem, cui successit Ioannes Aloysius, hæ-
1 redem scribere super bonis donatis, † veluti vltimus, &
vnicus ex masculis vocatis, nullo superextante, qui ad
fideicommissum super illis institutum se vocatum probet,
l. 2. C. quando dies legati cedat, *l. cum pater 76. §. Libertis in fine*, *& l qui solidum* 80. *§. prælium*, *ff. de legat.* 2. cum
concordantibus *in decisione* relatis, Rota *decis.* 323 *num.* 5.
para. 12. recent.

Nec obstat, quod superextent fœminæ Iacobi sorores,
quia donatio hæc scutorum viginti millium facta fuit à
Pontio Ceua Seniore intuitu certi matrimonii, fauore qui-
dem filiorum, & descendentium; non tamen indefinitè,
2 & absolutè, † quo casu in actibus istis nuptialibus fœminæ
quoque comprehensæ fuissent, iuxta auctoritates à Scri-
bentibus contra decisiones adductas, sed cum expressa con-
ditione, vt bona donata remaneant supposita fideicom-
misso facto, vel faciendo, quam donationem (vt sunt
ipsius verba) cum supradicta qualitate suum effectum sor-
3 tiri voluit, † quo casu verba donationis non faciunt fidei-
commissum de per se, sed suppositiuum ad factum, seù
faciendum, ideòque cùm in vtroque fideicommisso vocen-
4 tur masculi, exclusis fœminis, nomen illud filiorum, †
& descendentium declaratur in masculis, cùm non sit ad-
hibitum ad includendum omnes, sed illos tantum, qui
denominati fuerunt in fideicommisso facto, vel faciendo,
vt in præcisis terminis examinato ad partes articulo, con-
cludunt Decian. *cons. 7. num. 99. & seqq. vol.* 1. Molin. *de ritu nupt lib. 2. quæst. 24. num.* 295. *&* 296. Cutell. *de donat. com. 2. tract. 2. special. 7. ex num.* 27. Fontanell. *decis.* 172.
ex num. 6. 9. *&* 23. Meierez *de maiorat. part. 1. quæst* 44. *nu.*
16. & comprobant ea, quæ deducit Rota coram Merlin.
decis. 802. *num.* 3. *& in recent. part.* 12. *decis.* 316. *num.* 15.
& 16. *& part.* 13. *decis.* 11. *num.* 7. *& seqq.* cum alijs in de-
cisionibus huius causæ coram Reuerendissimo Castrillo E-
piscopo Cadicen. coram Reuerendiss. D. meo Albergato
Decano, & coram me.

Ea autem, quæ in contrarium repetebantur hodie à Scri-
bentibus pro sororibus de Ceuis procedere possent in casu,
in quo modificatio personarum contrariaretur conuentio-
5 ni restrictæ ad certas personas particulariter expressas, † vel
quando adiecta est dictio nominationi æquiualens, & in-
dubitabiliter comprehensiua, cum quo sensu admitti pos-
sunt quæ deducit Azeued. *disquisit.* 40. prout in personis
nominatim vocatis, atque in personis prænominatis lo-
quuntur decisiones in contrarium adductæ coram Seraph.
874. *ex num.* 2. *& in Senogallien. fideicommissi* 15. *Decembris*
1628. *ex §. exceptiones coram bonæ memoriæ Ghislerio*, &
prosequuntur decisiones huius causæ 3. *Decembr.* 1674. *ex § Nam vltra coram Reuerend. D. meo Decano*, *&* 10. *Ian. proximè præteriti §. coram me.*

Quod autem in donatione factum non fuerit fideicom-
missum particulare, & independens super bonis donatis,
deducebatur ex eo, quod donator in donatione apposuit
6 verba præseruatiua, & suppositiua † fideicommissi antece-
denter in testamento facti demandando bona donata sub
illo remanere non secus ac si eadem verba, ipsumque illius
tenorem in donatione transcripsisset, limitatiuè tamen ex-
cludendo, & voluntariè omittendo subsequens fideicom-
missum, ac substitutiones extraneorum in testamento
contentas, ideò nouum, & diuersum fideicommissum
non condidit, ex deductis per Decium *consil.* 283. Paris.
cons. 13. *num.* 12. *vol.* 1. Rota coram Dunozett. Senior. *decis.*
162. *num.* 7. *&* coram Greg. XV. *decis.* 208 *num.* 2. *& ibi*
•Adden *num.* 7. *&* coram Bich. *decis.* 396. *num.* 3. *& in rec. part.* 10. *decis.* 281. *nu.* 11 *& par.* 13. *decis.* 54. *num.* 36. quasi
manifesta sit contrarietas præseruandi fideicommissum fa-
7 ctum, † & instituendi aliud fideicommissum nouum,
8 & independens, ad quam euitandam † omnis interpre-
tatio assumi debet, Becc. *cons.* 34 *num.* 24. *volum.* 1. Cyriac.
controu. 283. *num.* 57. Rota *recent. part.* 14. *decis.* 135. *nu.* 16.
& pro vocatione masculorum in proposito Dunozett. Iun.
decis. 233. *num* 4.

Reliquis verò, quæ iterum repetebantur aduersus deci-
sionem, satisfaciebant responsiones in ipsa deductæ, quam
ideò causa ab omnibus, quemadmodum in aliis proposi-
tionibus, visa, Domini confirmarunt, vtraque parte
informante.

Altera præsentis causæ decisio, quæ hic confirmatur est impressa supra in hoc eod. tomo 2. vbi est in ordine 614. infra verò sub die 20. Nouembris istius præsentis anni erit altera in hac causa decisio infra suo loco, & tempore apponenda.

REVERENDISSIMO DOMINO ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Ferrarien. Tenutæ Diamantinæ.

Mercurii 13. *Maii* 1676.

ARGVMENTVM.

A contractu fuerat sub conditione recessum, sed posteà sine vlla conditione fuit petita, ac etiam obtenta executio eiusdem contractus rescissi, mediante datione in solutum, quæ licèt impugnaretur & temporalis esse prætenderetur, illa tamen plenaria, & perpetua visa est, tum ex totali absolutione, & finali liberatione creditoris, tum etiam ex obseruantia inter partes sequuta, & demum, quia de bonis in solutum receptis, tamquam proprijs liberè fuerat dispositum.

SVMMARIVM.

1 *Actio omnis, quæ competit ex contractu per illius rescissionem, & dationem in solutum, rescinditur.*
2 *Nouatio contractus inducitur per voluntariam dationem in solutum, & assignationem aliorum bonorum à partibus factam.*
3 *Nouatio extinguit præcedentem contractum, & pacta in eo apposita.*
4 *Emptor si elegit viam rehabendi pretium emptioni dicitur renunciasse.*
5 *Verba*, quieto di tutti li crediti, e pretensioni, *inducunt liberationem finalem, & important voluntatem nihil amplius petendi.*
6 *Quietantia finalis non potest importare regressum, & præseruare conditionem resolutiuam, alioquin competentem.*
7 *Liberatio non fuisset perpetua, si creditor ad iura renunciata redire potuisset.*
8 *Creditor quod voluerit à contractu recedere, & bona in solutum recipere, patet, si de bonis assignatis vti proprijs disposuit.*
9 *Renunciare conditioni, vel alteri dispositioni dicitur, qui gerit actus cum eis incompatibiles.*
10 *Nouatio contractus ex incompatibilitate resultat, etiamsi de ea expressè actum non sit.*
11 *Relationem non important verba, quæ narrant simpliciter factum, quamuis illius referant instrumentum.*
12 *Enunciatio simplex sine clausulis, aut verbis, quæ relationem importent, nihil commune habent cum illa.*
13 *Obseruantia est optima interpres intentionis agentium, & ideò declarat resolutionem contractus, & num. anteced. & seqq.*
14 *Contractum posse resolui, & interim effectuari, simul stare non possunt.*
15 *Contractu secundus si habuit effectum, non potest peti adimplementum primi.*
16 *Incompatibiles si sunt contractus, & vnus tendit ad destructionem alterius, non possunt vnà simul effectuari.*

DECISIO DCCXII.

INSIGNEM Tenutam in Agro Ferrariensi sitam, Diamantinæ nuncupatam vendidit anno 1649. glor me. Franciscus Dux Mutinæ Carolo Mariæ Frescobaldo pretio scutorum 185. mil. sed cùm paulò post superuenisset Constitutio san. mem. Innocentij X. prohibens distractionem bonorum stabilium Status Ecclesiastici in forenses, & alienigenas cum præfixione termini trium mensium ad rescindendum contractus contra illius formam stipulatos; ideò de communi consensu fuit à contractu recessum, apposita pro parte emptoris in præcedenti mandato procuræ ad rescindendum declaratione se ad huiusmodi distractum deuenire: solamente nel caso, che le Constitutioni lo comprendino: Et licèt ipse Carolus Maria ferè post annum à die retrocessionis supplicasset pro restitutione pretij, illamque 18. Mart. 1651. à Duce certis modis, & in quibusdam effectibus obtinuisset; nihilominus eo vita functo, Canonicus Nicolaus illius frater, & hæres prætendens d. Pontificiam sanctionem non comprehendere venditionem; Institit pro exetutione instrumenti coram R. P. D. Thomaro Iudice deputato ab A. C. cui cum Sanctissimus commiserit specialiter, quod in causa procederet de voto Rotæ, Dominos consului, An, & quomodo instrumentum venditionis esset exequendum, & responsum fuit nullatenus esse exequendum.

Ratio resolutionis fuit, quia contrahentes ab emptione mutuo consensu discesserunt per publicum instrumentum in, quo retrocessa fuit Tenuta D. Duci, qui viceuersa pretium restituere promisit; & Frescobaldo post plures menses petente pro satisfactione suorum creditorum, & effectuum tradit in solutum sub die 18 Martii 1651. bona in Territorio Gualterii valoris scut. 67. mil. & assignauit redditus Oppidi finalis scut. 3100. annuatim exigendos pro annis sexdecim, vt in instrumento Summar. D. Ducis num. 4. per quam rescissionem, & successiuam dationem in solutum, & assignationem 5 † omnis actio, quæ ex priori contractu poterat Frescobaldo competere, sublata fuit, & penitùs extincta remansit, Bartol. *in l. eleganter numer. 1. vers. sed ante, ff. de pignorat. act. ibique* Castren. *numer.* 9. Guzman. *de euict. quæst. 28 nu.* 18. Nouar. *de dation. in solut: sect. 1. quæst. 11. num. primo* Hordiern. ad Surd. *decis. 266. num. primo, & 6. in fin.* Rota 2 coram Peuting. *decis. 70. num. primo* † Nam per huiusmodi voluntariam dationem in solutum; & assignationem inducta fuit nouatio, 3 † quæ omnes præcedentes contractus, & pacta extinguit; & abrogat, Nouar. *vbi supra num.* 10. Amat. *resolut.* 50. *num.* 5. Gratian. *decis. Marches.* 107. *num.* 20. Rota *in recent. decis.* 160. *num.* 19. *part.* 14. *& in Auenionen. Pecuniaria* 16. *Iunii* 1664. *§. Nouatio autem coram me.*

Non obstat vnicum obiectum, quod prædictum mandatum procuræ habeat in ventre dictam conditionem ad fauorem Frescobaldi, si & quatenus Constitutio Innocentiana contractum comprehenderet, quia etiam ab ista per d. dationem in solutum, & assignationem aliosque actus incompatibiles postmodum gestos fuit recessum; nam Frescobaldus post instrumentum rescissionis sponte, & simpliciter petiit à D. Duce satisfieri, & sibi assignari effectus, & bona: di sua sodisfatione, & obtinuit sibi tradi dict. bona Gualterii, & redditus Finalis, & in actu receptionis plenissima, finalem, ac perpetuam quietantiam fecit, cum pacto amplius non petendi, & cassationem omnium scripturarum ibi: Assolue, libera, e quieta, fà finale assolutione, e liberatione in amplissima forma di ragione il prefato Sign Duca di tutti li crediti, e pretensioni, che hà, ò possa hauere d. Sig. Frescobaldi dall'A. S. per la retrocessiune del possesso della Diamantina, tanto per la sua propria persona, quanto &c. cassando perciò, & annullando qualsiuoglia scrittura publica, ò priuata &c promettendo non domandar più, nè consentire sia domandata cosa alcuna per dette cause, & occasioni all'A. S. eod. Summario *numero primo lit. E.* ex quibus patet à conditione fuisse recessum, & rescissionem euasisse puram, & irreuocabilem, vt eo ipso, quo Frescobaldus tam amplè quietauit, & elegit viam rehabendi pretium, 4 † dicitur renunciasse Tenutæ, & pacto, ex quo poterat resolui illius retrocessio, iuxtà Text *in l. de lege §. finali, & l. post diem, ff. de leg. commiss. gloss. in leg commissione, in verb. non vindicationem, C. de pact. inter empt. & vendition.* Alexand. *cons. 206. numero primo circa fin. lib. 7.* Socc. Iun. *cons. 122. numer. 10. lib. primo* Manent. *cons. 129. num. 14.* Gratian. *discept. 302. numer. primo* bene Rota *decis.* 1966. *num. 2. & 3* coram Coccin. *& decis. 467 numer. 7 coram Dunozett. Iun.*

Quod clarius redditur, tùm quia D. Dux fuit expressè à Frescobaldo quietatus: di tutti li crediti, e pretensioni che hà, ò possa hauere per la retrocessione del possesso della Diamantina: 5 † Quæ verba manifestè concludunt liberationem D. Ducis; & voluntatem Frescobaldi nil amplius quærendi de Diamantina, vt in specie de similibus verbis Menoch. *cons. 496. numer.* 62. Surd. *decis.* 217. *numer.* 14. Rota *decis.* 703. *numer.* 4. *coram Dunozett. Iun. & in Anconitana pecuniaria 11. Maij 1668. §. & redditur, coram Reuerendiss. Alexandrino, & in Romana Cambii 11. Martii 1673. §. iniustitia enim coram Reuerend. P. D. meo Rondinino*, tùm etiam quia cassatæ fuerunt omnes scripturæ tam publicæ, quàm priuatæ cum pacto expresso nihil amplius petendi, & tum finali, & perpetua quietantia, implicaret enim cassatio scripturarum, & finalis, & perpetua quietantia, si ex conditione resolutiua sibi voluisset Frescobaldus reseruare regressum ad Tenutam, 6 † quia tali casu, nec cassatio, nec pactum de non petendo suum sortiretur effectum si quietans iterum petere potuisset Diamantinam, & vti scripturis id concernentibus, iuxta notata per Surd. *d. cons. 230. numer.* 12. Rota *decis. 177. num. 14. coram Bich.* nec liberatio fuisset finalis, 7 † & perpetua ab omnibus creditis, Surd. *cons. 73. n. 63. in princip.* Rota *decis.* 157. *num. 19. & 20. part. 6. & decis 33. num 19. part. 9 recent.* & considerat in proposito Corn. *consil. 19. numer. primo & per tot. lib. 1.* Barbat. *cons. 14. num. 5. & 6. lib. 4.* Rota *decis. 480. num. 3. part. 3 diuers.*

Quinimò bona tradita fuerunt cum facultate de illia ad libitum disponendi, eodem Summar. *num. 4. lit. G.* & certè hoc modo illa Frescobaldus non recepisset, sed dumtaxar acceptasset retinenda quousque declaratum esset; An Constitutio locum haberet, necnè, & quod plus est, ac magis enixè ostendit Frescobaldum totaliter acquieuisse, est dispositio de ipsis bonis facta ab eodem in fauorem Marchionis Calcagnini eius creditoris in extinctionem proprij debiti, 8 † quam quidem assignationem certè ipse facere non potuisset, si bona recepisset animo, & intentione, non recedendi à conditione prædicta, propterea censetur voluisse persistere in contractu rescissionis; nam aliis disponere non potuisset de bonis assignatis, quæ restituere tenebatur casu, quo alienatio Tenutæ ad sui fauorem substineretur Rota *decis. 169. numer.* 5. coram Millin. *& decis. 200. numer.* 4. coram Caualer *& decis. 291. numer. 8. & 10. decis. 253. numer. 43. & 44. part. 9. recent. & decis. 616. num 11. coram Bich.*

Hinc patet non subsistere dict. conditionem influere in actus successiuè gestos à Frescebaldo, quasi quod omnes facti fuerint, retenta eadem conditione: *Quatenus Constitutioni Apostolicæ obstarent*, quia ad summum talis conditio durare fortè potuisset, quousque idem Frescobaldus illi renunciauit, 9 † prout renunciasse dicitur gerendo actus cum ea incompatibiles, quales sunt petitio assignationis aliorum bonorum, & effectuum: di sua sodisfatione, pro omnibus eius creditis, assignatio, & respectiuè receptio illorum in solutum absque vlla declaratione, aut protestatione, Summ. num. 4. expressa quietantia pro omnibus iuribus sibi competentibus pro receptione Diamantinæ, & alii superius recensiti, & mox recensendi. Ideò nullo modo potest d. conditio influere in actu subsequentes, qui induxerunt nouationem, quamuis de ea partes non egerint 10 † cum ex ipsa incompatibilitate resultet, Bero *cons. 205. nu. 13. lib. 2.* Gabr. *cons. 81. n. 3. lib. 1.* Androl. *cons. 73. n. 6.* Mantic. *de tacit. lib. 17. tit. 3. num.* 13. Rota coram Seraphin. *dec.* 1063. *num 2 &* cor. Cocc. *dec. 329. num. 1 & 8. & dec. 252. nu. 12. p. 8. recent.*

Prout minus subsistit dationem in solutum, & assignationem factam fuisse relatiuè ad instrumentum rescissionis ex quo inferebant informantes pro Canonico, ex vi relationis relatum in referente cum omnibus suis qualitatibus, & sic cum eadem conditione, quia fuit animaduersum in instrumento dationis in solutum fuisse tantũ enunciatũ instrumentũ venditionis Diamantinæ non habuisse effectum: & ab eo fuisse recessum per instrumentum rogatũ Ferrariæ 4.

Maii

11 Maij 1630. † quæ verba narrant simpliciter factum, cuius occasione denentum fuit ad dationem in solutum, non autem important relationem, cùm nec adsit clausula *ad quod* &c. minusque alia, quæ relationem præsefe-
12 rat; Enunciatiuenim † nihil habet commune cum relatione, vt benè distinguit Rota coram Bichio *decis. 664. num. 1 & sequentib.*

Quæ omnia redduntur clariora, & comprobantur ab
13 obseruantia, † quæ est optima interpres intentionis Agentium; nam Carolus Maria diù vsque ad obitum tacuit, & dum vixit booa possedit, fructus percepit, & de illis, vt supra dictum fuit, disposnit, propria debita extingueodo; Quinimmo ipsemet Canonicus actor post obitum fratris, oon solùm continuauit in possessione, & perceptione fructuum eorundem bonorum, Summ. *numero 11.* tamquam hæres fratris, verùm etiam in Curia Mutinæ produxit idem instrumentum assignationis ad effectum consequendi residuum, & obtinendi obseruantiam pacti in eo contenti, scilicet quod superueniente lite, oun molestaretur in perceptione fructuum dd. bonorum, & plura iura, & Epistolas in eisdem actis produxit, addoceodu Carolum Mariam eius Auctorem impleuisse obligationem in eodem instrumento assumptam releuandi Ducalem Cameram obligatam fauore nobilis fioi, d. Summ. *numero 12.* & in transactione cum istius hærede stipulata, ipsa Camera approbante, bonificatæ fueruot solutiones, eodem Summ. *numero 13.* Ista enim taciturnitas, & actus tam Caroli Mariæ, quàm Canonici iuncti cum alijs supra ponderatis, conuincunt vtrumque fratrem habuisse contractum venditioois pro resoluto, cùm non possit stare
14 † simul contractum posse resolui, & ioterim effectuari, Aretin. *cons. 149. in fin.* Gratian. *discept. 301. numero 51. & 57.* Rota *decis. 631. numero 4. parte 1. diuers.* & dum
15 secuodus contractus habuit effectum, † non potest peti
16 implementum primi, quando, vt hic, sunt † incompatibiles, & vnus tendit ad destructionem alterius Surd. *cons. 145. numero 25.* Amat. *resol. 30. numero 17. & seq.*

Cùm igitur ex prædictis constet de totali recesso, & annullatiune contractus, opus non fuit inquirere, an Constitutiones Apostolicæ illum comprehenderent; Proptereà resolutum fuit, instrumentum non esse exequendum, vtraque parte informante &c.

Pluresio hac causa decis. factæ sunt sub diebus 9. Maii 1678. 30. Ianuar. 1679. & 19. Iunij 1680.

R. P. D. EMERIX.

Romana Assecurationis.

Mercurii 13. Maii 1676.

ARGVMENTVM.

Pro assecuratione nauis pretium conuentum, ac etiam præuentiuè solutum restitui mandatur, quia destinatum iter illa non fecerat, vel si quod fecit, fuit adeò modicum, & per aquas tantummodò placidas, vt non visum sit condignum præmium totius itineris pro eadem assecuratione promissum, quod proindè ad medium scutum pro centenario fuit redactum.

SVMMARIVM.

1 *Assecurationis pretium præuentiuè solutum restitui debet, si nauis iter destinatum non fecerit, & quomodo, num. 3. cum seqq. & per totam.*
2 *Validitas sententiæ resultat ex reuolutione actorum.*
3 *Assecurationis causa vnicè consistit in periculo itineris.*
4 *Assecurationis pretium datur correspectiuè ad periculum itineris.*
5 *Causa contractus assecurationis deficiente sine culpa partium, ipse contractus, eademque assecuratio deficit.*
6 *Solutum ex causa contractus, qui posteà resolutus est, venit restituendus.*
7 *Assecurationis periculum non incipit à sola oneratione nauis, vel eo ipso quod illa arripuit iter, si vlteriùs progressa non fuit.*
8 *Nauis non consideratur periculum, vel saltem rarum ex breui itinere facto per placidas aquas.*
9 *Pretium assecurationis promissum, vel etiam solutum, proportionabiliter solùm debetur, si nauis non totum distinctum iter perfecerit, & reliquum restituitur.*
10 *Pretium non deberi magis facto, quàm verbis declarat Correus, qui illud restituit.*
11 *Restituens quod sibi non debebatur, iustè dicitur restituisse, cùm non præsumatur voluisse iactare suum.*
12 *Mercatorum ingenuitati, & peritiæ, maximè retrò pecunias restituentibus, plurimùm Rota deferre consueuit.*

DECISIO DCCXIII.

VALIDA, & iusta visa fuit Dominis Sententia Rotalis, quia aliqui ex assecuratoribus duarum nauium, quæ Amsteiodami frumento oneratæ, & in Siciliam soluturæ, Canalem placidum adhue non prætergressæ, & ad eandem Ciuitatem regressæ, imperiu Magistratuum destinatum iter prosequi impeditæ fuerunt, condemnantut ad restitueodum præmium assecurationis præuentiuè solutum, † retento medio scuto pro quolibet centenario. 1
Validitas enim resultat ex reuolutione actorum, † ex 2
qua constat seruata fuisse omnia de iure, & styio seruanda, iuxtà famigeratam *decis.* Caputaq. 260. *part. 2.*

Iustitia verò ex defectu causæ assecurationis † vnicè 3
consistentis in periculo itineris, † ad quod correspectiuè 4
promissum fuit præmium, & quo deficiente sine culpa partium † contractus resoluitur, itaut præmium non debea- 5
tur, † & si quid in eam causam solutum fuerit veniat resti- 6
tuendum, vt omissis generalibus tradunt Saoterna *de assecurationis parte 3. numero 22. Stracca eodem tractatu glossa 6. numero 15. &* Rota Iaouensis *decis. 63. numero 21. cum sequentibus,* ac vltrà alios relatos *in decisione 15.* * *Februarii 1675. coram R. P. D. meo Calataiu, Ioannes de Eiria de commercio naual. libro 3. capite 14. Riccius Collectan. decis. 2124. versic. assecurationes autem.*

Neque releuare visa fuit replicata exceptio, quod periculum inceperit à die onerationis frumenti, & magis eo ipso quo Nautæ iter præscriptum iam † arripuerant, quia 7
cùm naues adhuc non peruenissent ad Portum Texelæ, sed tantùm breuiter per Canalem placidum confecissent, † vbi Nautæ practici nuoquam, vel raro periculum so- 8
beunt, satis consultum iterum existimaruot Domini esse Assecuratoribus, † mediante retentione medij scuti pro 9
quulibet centenario, quod esse præmium pruportionatum tam modico periculo non solùm attestati sunt, sed ipso facto † comprobarunt, restituendo præmium ab eis re- 10
ceptum quamplures mercatores Belgæ, ac etiam Itali, vt in Summario *num. 4. & 5.* † de quibus non est præsumen- 11
dum, quod vuluerint iactare suum, ex regula Textus *in l. cum de indebito ff. de probationib.* & quorum ingeouitati, & peritiæ † Domini plurimùm censuerunt deferendum, 12
vt aliàs practicauit Rota *decis. 126. numero primo coram sanctæ memor.* Gregor. XV & *decis 597. num. 4. coram Merlino.*

Et ita pro confirmatione seotentiæ responderuot, vtraque parte informante.

Supra in hac eadem parte, eademque tomo secundo adest altera præsentis causæ decisio coram Reuerendo Patre Domino Calataiu, quæ est in ordine.

R. P. D. TAIA.

Bononien. Legati.

Veneris 15. Maii 1676.

ARGVMENTVM.

Duplex traditur differentia transactionis, altera generalis, quæ sine lite contrahitur, quando à præcedenti conuentione receditur; Alia verò specialis, qua liti finis imponitur, & hæc si bona fide facta sit, non rescinditur prætextu instrumentorum, iurium,

iurium, & specierum posteà repertorum, secus si in ea dolus malus interuenerit, quia tunc nedum rescissioni locus est, sed illa etiam vsque & à principio nulla remansit.

S V M M A R I V M.

1 *Commodum reportare nemo debet ex actu, quem per ante a impugnauit.*

2 *Impugnans actum ad hoc vt vtilitatem ex eo reportare non possit, requiritur quod altera pars impugnationem acceptet.*

3 *Agnationis nomen quos comprehendat, & qui sint potiores in illa.*

4 *Agnatorum, & Consanguinearum qualis sit differentia.*

5 *Fideicommissum relictum agnatis vsque ad quos gradus extendatur.*

6 *Legitimationis probatio, quæ resultat ex admissione ad fideicommissum facta inter easdem partes, dicitur omninò concludens.*

7 *Transactia dicitur exceptio litis finitæ, nec minus ex rescripto Principis restaurandæ.*

8 *Transactio non rescinditur sub prætextu instrumentorum, iurium, & specierum postea repertorum, declara vt num. 14 & seqq.*

9 *Transactio, & contractus alias innominatus si non seruetur, in id quod interest agitur.*

10 *Defendere se quis non potest ex eo, quod non seruauit.*

11 *Fides seruari non debet illi, qui eam non seruauit.*

12 *Transactionis nomen duobus modis intelligitur, primò generaliter cum fine lite, à præcedenti conuentione receditur.*
Secundo specialiter per quamlibet conuentionem, ex qua à lite receditur itidem.

13 *in Transactione qualiter potius agatur ad interesse, quàm ad restitutionem rei acceptæ.*

14 *Transactio bona fide facta non rescinditur ex iuribus postea repertis, secus si ex falsa causa.*

15 *Transactio facta ex falsa causa præsumitur dolo malo facta, & ideo rescindenda est.*

16 *Transactia facta inter senem, & iuuenem in quo alter agit de commodo vero, alter de commodo ficto, circumuentio potius, quam transactio est.*

17 *Transactio est nulla data falsitate causæ finalis expressæ, & num. 18. vbi de ratione.*

18 *Transactio inita ex falsa causa, dolo malo extorta præsumitur, & ideo remanet inefficax.*

DECISIO DCCXIV.

ALEXANDER Senior suo Testamento longa dispositione, breui epitome conclusit, suam intentionem esse, bona prædicta esse, & remanere in Agnatione sua, & ad eum de Agnatione spectare, qui Doctor erit, & legerit, & habitauerit Domum prædictam, vt supra; Prohibuitque quamcumque alienationem bonorum, & quamcumque detractionem cuiusuis portionis &c. d. Testamento 23. Februar. 1591. confirmato Codicillis 14. Septembris 1593. breuiori compendio, quàm alias coram Card. Celso *decis.* 358.

Nunc diem functo Francisco iuniore testato Ioannes Carolus Philosophiæ, & Medicinæ Doctor, & Lector in alma Vniuersitate Bononiæ docentis, & Matris Studiorum, adeòque Sapientum, petiit immissionem in ea certa bona, cùm autem obstarent hæredes Francisci possessores præcipuè ex quadam conuentione inter d. Franciscum, & d. Ioannem Carolum 27 Maii 1648. propositum est dubium, An sit danda immissio, vel potiùs obstet transactio, & DD responderunt dandam immissionem, nec obstare transactionem.

Quia pro immissione ex Testamento, & Legato solùm controuersum fuit in Partes, An Io. Carolus sit Agnatus Testatoris, & talis Agnatus, qui sit in suprascripta dispositione comprehensus.

Et quidem Ioann Carolum fuisse pro Agnato ad hanc ipsam successionem agnitum, vltrà alias contestationes, & probationes constitit DD ex ipsa conuentione propemodum inter partes, non obstante impugnatione præsenti, quodque ex eo non debet quis fructus consequi,
1 † ex eo quod visus est impugnare *reg.* 38 *in sexto*, quia nec dubitatum fuit de agnatione, quin etiam super successione indubitata, Sicque aspirante Ioann Carolo ad dd. bona, dum ipso viuente post Alexandrum, & Franciscum eius fratrem, certè non aderit Doctor de Agnatione d. Testatoris, qui ante fuit laureatus &c qui promiserunt ipse Franciscus, & Ioannes Carolus; & proindè proposuit Franciscus Ioanni Carolo bona quatenus emphyteutica, & quatenus meliorata, de quibus processit conuentio, nunc nominata transactio.

Deindè ad regulam oppositam non sufficit, vt quis simpliciter actum impugnet ad hoc, vt ex illo sic impugnato non possit commodum percipere, † cùm etiam re- 2
quiratur, vt Pars aduersa acceptaret impugnationem, vt par est, & præclarè probauit Gratian. *disc.* 279. *numer.* 35. *à vers. Ita tamen, vbi maximè* Rota, & comprobauit *disc.* 967. *numero* 28. *à vers. cum etiam*, & adnotatur ad Buratt. *decis.* 46. *numero* 20.

Successerunt aliæ confessiones, professionesque Partium in Positionibus Ioannis Caroli, & responsionibus Francisci negantis quidem Ioann Carolum sibi coniunctum quinto gradu, de eadem tamen Familia Mathesilana, sed fatentis, *ch'è della Famiglia, &c.* & deindè, *come dell'Agnatione d'Alessandro Testatore*, & demum, *chiamato dopo di me, &c.* Inquit ipse Franciscus.

Et præcipuè est confessio Cæsaris hæredis Francisci in alio Instrumento illius conuentionis, in qua Ioannes Carolus inter alios asseritur descendens à Ioanne Stephano, & Cæsar viam veritatis agnoscendo se obtulit paratum dimittere bona, quæ Franciscus frater Alexandri alius Testator conseruanda, & manutenenda in Domo, & Familia de Mathesilanis, iam disposuerat 14. Martii 1582. vt in Instrumento 5. Octob. 1675.

Ex quibus plusquàm visum est DD. non esse quærendum vltrà de Agnatione descendente, necne, an etiam
de laterali, † qui etiam potior intelligatur in ipso nomi- 3
ne Agnationis apud Fusar. *de substit. tot. quæst.* 162. Barbos. *verb. vir. appell.* 13. *numero* 2. *vers. Verum quod magis propriè transuersales*, & priùs *numero prima* generalius est nomen agnatorum, quam consanguineorum, quia con-
sanguinei sunt inter se sanguine connexi, † Agnati sunt 4
per viriles sexus coniuncti, etiamsi non sint consanguinei, atque ita minùs quærendum de gradibus ipsius Ag-
nationis vltra decimum inducto † perpetuò fideicommis- 5
so inter Agnatos huiusmodi Doctores, & Lectores, Fusar. *quæst.* 381. *num* 7. & 8 Rota *decis* 490. *num.* 10 *part.* 4. *diuers.*

Et præclarè orsus est genesim, propaginemque Mathesilanæ Familiæ, saltem à nobilissimo Laurentio Mathesilano, ex anno 1383. D. Horatius Battaglia, non minor Cronista, præsertim Patriæ suę Bononiæ, quàm Iurista, & in vtroque Horatius in Ponte.

Et de legitimatione præter alia ex Matrimoniis, & Testimoniis, & Collegio Doctorum, & Instrumentis suprascriptis, placuit DD. admissio suprascripta ad fidei-
commissum Alexandri inter has ipsas Partes, † vt omnia 6
omninò concludens, & priùs iam iudicatum inter Franciscum, & Ioannem Carolum tamquam de Agnatione, & Doctorem, & Lectorem substitutum, licèt præmaturè petentem, viuente adhuc Francisco Doctore, & Lectore, sed legere impotente, iuxtà Sententiam Bononiæ, & mox Rota coram Card. Celso tota *decis.* 358.

Constante ita legato cum aliis necessariis ad immissionem, adeoque dandam, visum quoque est non obstare transactionem, si transactione, in quo proposito casu ab Alexandro fratre Francisci futuræ successionis post ipsum Franciscum opposuit ipse plurima, & notabilia melioramenta fecisse in domibus cum impensa libr. 6000 vel circa, & in dies illas instaurando, & meliorando expendere non cessare, vltra quod maiorem partem ex ipsis domibus spectare iure dominii ad Ecclesiam, & propterea ante omnia opus esse pecunias expensas in dd. melioramentis soluere, & exbursare heredibus Alexandri, & bona ab emphyteusi prędicta liberare, &c. alioquin licèt euenisset casus successionis ipsius Ioan Caroli, ipse teneretur ad refectionem expensarum factarum, & à dicta parte emphyteutica excluderetur, propterea volens prospicere etiam vtilitati d Io. Caroli eorum Agnati, proposuit eidem Io. Carolo compositionem infrascriptam pro bono pacis illius familię, & agnationis, cùmque d Io. Carolus eisdem rationibus motus adhęserit, d. Francisco dedit, cessitque d Francisco præsenti omnia iura, ponẽdo d. Frãciscũ stipulantẽ & c. & èconuersò Franciscũ ex causa dictę cessionis, quatenus Io. Carolus superui-

peruiuat in fine decem annorum proximorum, siue tunc euenerit casus successionis eiusdem Io. Caroli, siue non, assignare &c. promisit eidem Io. Carolo vnam domum in instrumeoto controuersæ transactionis 27. Maij 1648.

Etenim talem transactionem, & tale instrumentum, nec nominari quidem à Francisco fuit obseruatum, siue in iudicio Bononiæ, siue in Rota addictam decisionem, cùm tamen exceptio transactionis fuisset causæ, litisque
7 finitæ, † nec rescriptis Principis resuscitandæ, *l. Causas,*
8 *& lites* 16. *C. de transact.* neque sub prætextu † specierum
post repertarum, *l. sub prætextu* 29. *C. eod.*

Deindè ad melioramenta in primis Franciscus Auctor Aduersariorum Ioan. Caroli confessus professusque est etiam ea alio instrumento constare nulla extare melioramenta, sed adesse superfluas expensas voluptuarias, & non vtiles, & necessarias, neque melioratiuas, sed potiùs damnificatiuas Actis Iudiciarijs 27. Iunij 1667. prout iudicatum fuit ab Auditore Cameræ, & planè in ipso instrumento: Il Sig. Francesco Mattesilani patrone di detta Casa asserisce dette spese esser superflue, voluptuarie, e non vtili, e necessarie, nè meno meglioratiue, ma più tosto dannificatiue: in d. instrumento 17. Maij 1652.

Et ad emphyteusim inuenta est à Ioanne Carolo permutatio huius domus cum alia, & extincta proindè emphyteusis ab Aleaandro fratre Francisci Testatoris in instrumento 18. Iulij 1590.

Ex quibus cum suis falsis causis corruit transactio, & potiùs quæcumque compositio, quam Franciscus, & Alexander contrahendo cum Ioanne Carolo nominarunt, vt per se constat, & infra respondendo probabitur.

Sed & domum in compositione designatam, assignatamque suo tempori post decennium, Franciscus ipse dedit in solutum pro credito dotali, in d. instrumeoto 17. Maij 1652.

Et licèt speciali iure transactionis contractus aliàs no-
9 minati, † si fides placitis præstita non est, in id, quod
interest, agatur, *l. 6. C. de transact.* Card. Manr. *de tacit. & ambig. conu. tit. 1. ex num. 3. maximè num 7. & tit. 7. nu. 2. lib. 26.* Rota coram Bichio *dec. 500. n. 16 & 17.* non extendendo, & minùs protrahendo deducta cum causa finali, *d. dec. 500. nu. 23. & 24.* & magis coram Verospio *dec. 519. n. 23. par. 14.* quas viderint alij, respondetur, quod non
10 potest Franciscus, & multò minus hæredes † se defendere
ex eo, quod non seruarunt, per notata in *l. cum proponas 21. C. de pact. secundum l. qui fidem 16. ff. de transact.* inquit paucis Socc. Sen *cons. 21. ad fin lib. 1.* ampliùs Surd. *cons. 385. n. 21. a vers. Postremo Pecchius*, Rota coram Bich. *d. dec. 500. num. 23.* & meliùs in eadem Causa *seq. dec. 541. nu. 23. a vers. Obesse igitur*, & coram Peuting. *dec. 125. n. 3. & 4.* & paucis, & claris sic notando non esse seruandam fi-
11 dem † non seruanti in transactione, *gloss. vlt. d. l. cum proponas*, respondendo *ad l. 6. C. de transact.* iuxtà ea, quæ
ibi eadem *glos.* responderit.

Et superaddebatur transactionem si conuentam, si ex-
12 pressam, duobus modis accipi, † primò in genere, quia congruit cuilibet conuentioni, per quam ab obligatione receditur, vndè etiam sine lite, quæ hic nulla erat, generale nomen transactionis potest intelligi; secundò, & in specie quamlibet conuentionem, per quam à lite receditur &c. apud Card. Mantic. *d. tit. 1. numero 1. et 2* cum alijs, & hic nulla præcedente, vel præsagita lite agi de transactione in genere, immo de simplici compositione ea facto, compositoque facto, & planè de permutatione de iuribus cessis à Io. Carolo pro domo subrogata, & de ipsa domo subrogata pro iuribus à Ioanne Carolo cessis, & in hac compositione, adeoque permutatione ex altera parte traditione facta iuribus cessis, si alter rem nolit tradere, multoque
13 magis si neque possit iam alienatam † non in hoc agimus,
vt intersit nostra illam rem accepisse, de qua conuenit, sed vt res contra nobis reddatur, conditioni locus est, quasi re non sequuta concludit Paul. *l. 1 ff. de rer. permut.* consentiuntque *l. 4 et l. 5 C. eod.* cum alijs notatis.

Non obstitit itaque *d. l. sub prætextu*, quæ in transa-
14 ctione procedit; cùm bona fide transactio facta fuit, †
15 secùs si ex falsa causa, † quia tunc præsumitur dolo
malo facta, & ideo rescinditur Rota coram Pæn. Lugdun. *edit. decis. 70. num. 8.* & hoc magis præsumitur hoc, quod & senea cum iuuene, & vero commodo proprio,

alieno commodo ficto transigebat, † itaut Ioannes Caro- 16
lus non tam pacisceretur, quàm deciperetur, ad literam Text. *l. 9 ff. de transact.* atque ita fortè, non ignorata permutatione, nisi à Ioanne Carolo, & simulata melioratione, locus visus non est, *d. l. sub prætextu*, sed certo,
claroque iuri, quo nulla est transactio † falsitate causæ 17
finalis expressæ, quod sensit *l. si maiores 25. C. de transact. & ibi* Bart. & cum alijs Rota *d. decis. 519 numero 23 parte 14. & decis. 271 numero 1. parte 15.* & punctim ratiocinando coram Card. Celso *decis. 79. ex numero 3.* Quin etiam
transactio ex falsa causa, † dolo malo extorta præsumi- 18
tur, proindè remanet prorsus nulla, & inefficax, ait Rota *decis. 36. numero 15. parte 14.*

Nec placuit exhibitus quidam liber Memorialis Alexandri de melioramenti, & expensis contra propriam confessionem, & sententiam, & rem iudicatam, vt supra.

Et minùs instrumentum 11. Decembr. 1613. etiam cum eius relatione in instrumento transactionis de solo pacto regressus Ecclesiæ in casu euictionis, non obstans permutationi, immo constans cum permutatione ex suprascriptis.

Nec demum oblatio interesse vice domus, etiamsi transactio, seù potiùs compositio suarum causarum veritate constaret, & ageretur de proposito interesse ex transactione, non autem de condicenda re data, cum qua domus voluntariè alienata fuit à Francisco, cùm etiam qua Ioannes Carolus transegit pro domo, de domo, non transactionis pro interesse.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. V B A G O.

Romana hæreditatis de Lanuulis.

Veneris 28. Maii 1676.

A R G V M E N T V M.

Solitam Commissionem admissionis ad causam quis obtinuerat, eamque etiam Iudici præsentauerat, cumque deindè non tantum admissionem prætenderet, sed transactionem posteà inter partes sequutam rescindere. Hoc vltimum sibi denegatur, & sola admissio conceditur, quia sicuti sibi hæc ipsa debetur, ita inanis fuit prætensio velle transactionem rescindere, quam partes inuicem contrahere potuerunt.

V M M A R I V M.

1 *Interesse quandocumque probare potest, qui vult ad causam admitti, nec aliquem habet terminum præfixum ad docendum de illo.*
2 *Transactio extinguit litem respectu transigentium, non autem præiudicat tertio, qui ante illam obtinuit ad causam admitti, & vid. num. 3 & seqq.*
3 *Admissus ad causam in statu, & terminis facit acta præcedentia sua, non autem illa, quæ postea sine eo facta sunt, nec etiam transactionem.*
4 *Admissio ad causam post transactionem, & sic post litem, ea mediante finitam, non amplius conceditur.*
5 *Commissio admissionis ad causam cum clausula constito de interesse, dicitur conditionalis, & ideo nihil operatur conditione non adimpleta, & num. 9 cum seqq.*
6 *Admissio ad causam non resultat ex sola præsentatione illius commissionis, sed postquam fuit doctum de interesse.*
7 *Commissio sola, & decretum admissionis ad causam sine probatione interesse non inducunt malam fidem.*
8 *Admissus ad causam non gaudet effectibus litis pendentiæ, nisi postea quam de suo interesse docuerit.*
9 *Commissio admissionis ad causam cum clausula docto de interesse habet conditionem potestatiuam.*
10 *Conditio potestatiua non retrotrahitur.*

DECISIO DCCXV.

MONIALES S.Scholasticæ Reatis vsque de anno 1665 Impetrata Commissione admissionis ad Causam, quæ tunc agebatur, super hæreditate q. R.P.D. Lanuuii inter Moniales S. Annæ de Vrbe, & Euangelistam, & Theodonarium, cum solita clausula, *consito de eorum interesse*, atque in Rota præsentata, ac citatis præfatis Collitigantibus, decretum procedi iuxtà formam Commissionis reportarunt, ac posteà omninò quieuerunt.

Anno autem præterito 1675. productis quibusdam probationibus, ex quibus de eorum interesse constare prætendunt pro dicta admissione ad Causam institerunt.

Verùm quia Causa inter præfatos Collitigantes fuerat interim mediantibus duabus transactionibus terminata, dubitaui: An, & quomodo essent admittendæ; & sub die a. * Decembris proximè præteriti fuit decisum eas esse admittendas in statu, & terminis, in quibus Causa reperiebatur de tempore supradicti decreti: Hodie verò cùm quærerem, An esset standum, vel recedendum à decisis, Domini reformandam esse præfatam decisionem modo infrascripto responderunt.

Fuit enim consideratum, quod duo possunt esse effectus præsentis disputationis, vnus, an admissus ad Causam, quam petunt hodie Moniales S. Scholasticæ debeat, & possit fieri in statu, & terminis, in quibus Causa de tempore illo Commissionis reperiebatur, itaut acta vsque tunc facta eas actiuè, & passiuè afficiant; Alius, an eadem admissio operari debeat suos effectus, & signanter malam fidem in præfatis Collitigantibus à tempore præfato, perindè ac si de illo iura fuissent producta, & purificata esset conditio probationis earum interesse in Commissione, quam impetrarunt, existens.

Et respectu primi, Domini considerarunt decisionem subsistere, & applicari eius motiua, quia cùm Moniales S. Scholasticæ veniant ad Causam, non assistendo alteri ex Collitigantibus, sed excludendo, seù æqualiter concurrendo ad successionem in præfata hæreditate, non habent
1 præfixum tempus ad docendum de interesse, † sed possunt illud probare quandocumque, vt tradit Marchesan. *de commis.part.2.fol 261 num.65.* Menoch. *de arbitrar.lib.2.cas. 18.num.17.& seqq.*

Nec obstare possunt transactiones interim factæ per præfatos Collitigantes, quia licèt eis mediantibus lis re-
2 manserit extincta quoad ipsos transigentes, † tamen præiudicium non valuerunt inferre Monialibus non transi-
3 gentibus, quo minus docendo postea de suo interesse, † admittantur in statu, & terminis, in quibus lis reperiebatur de tempore decreti, & faciant acta sua vsque tunc non tamen deinde facta, ac si transactiones factæ non fuissent *l.à Sentia 5. §. idem rescripsit ff. de appellat. & ibidem* Bartol. *numero 2.* Bald. *in authentic. hodie numero 6. vers. & nota quod omnis C. de appellat.* Abbas *in cap. cum super numero 27. de re iudicata, & ibidem* Felin. *numero 11. post princip. vers. ampliat hoc*, Baldus, Gaillus *practic. obseru. lib.1. obseru. 7. numero 9.* idque optima ratione, quia non debet esse in potestate litigantium, data opera transigendo, tollere ius tertij per commissionem admissionis ad Causam in actis præsentatam, & subsecutum decretum procedi, iuxtà eius formam quæsitum, docendi quandocumque de interesse, & litem prosequendi, quidquid sit si ante transactionem commissio non fuisset iam præsentata, nec obtentum decretum procedi iuxta eius formam, in
4 † quibus terminis procedere potest, quod transactio extinguat litem etiam respectu tertij, itaut post eam non possit velle ad litem admitti, quæ amplius non extat, vt sensit Rota coram Gregor. *decis. 354 num. 7. & 8. & in recent. decis. 204. num. 5. & 6. part. 6*

Respectu autem secundi effectus supra considerati, visum est militare diuersam rationem, & propterea in hoc reformandam esse decisionem, quia Moniales S. Scholasticæ licèt ad causam sint admittendæ, vt supra, tamen clarum est, quod vsque adhuc non fuerunt admissæ, cùm
5 Commissio contineat conditionem docto de interesse, † quæ non fuit purificata, vt benè in terminis probant Paris. *cons 94. numero 5 & seq. lib. 4* Gratian *discept 869 num. 25. & 26.* Rota *decis 48 num. 6. part. 7. & decis. 425. numero 6. & seq part. 12. recent.*

Et proinde dum vsque adhuc admissio verè non adfuit,
6 † consequens est clarum, quod nec possit operari suos effectus, & inducere malam fidem in præfatis Collitigantibus, cùm non entis † nullæ sint qualitates, nullique effe- 7
ctus; Et in specie, quod non possit quis gaudere effectibus litis pendentiæ, antequam † fuerit ad eam admissus vltra 8
præcitatas authoritates, dixit Rota coram Caualer. *decis. 305. numero 40.*

Videturque præfatam distinctionem elici etiam ex verbis ipsius Commissionis, & esse eius sensui omninò conformem; vult enim Moniales admitti ad causam in statu, & terminis, in quibus reperitur, & sic admissionem fieri in statu, & terminis illis, in quibus causa tunc erat, vt patet ex verbo illo, præsentis temporis *reperitur*, & tamen non vult admissionem fieri tunc, sed in futurum, postquam constiterit de interesse petentium vt patet ex verbis, tàm in corpore, quàm in Signatura existentibus,
Consito de interesse admittat, † quæ cùm contineant con- 9
ditionem potestatiuam, si petentes de eorum interesse docuerint, important admissionem faciendam esse in futurum, cùm conditio adimpleta fuerit, & ex tunc operari
debere non antea, cùm conditio potestatiua † non retro- 10
trahatur, Alex. *cons. 25. numero 5. lib. 3.* Paris. *cons. 71. numero 69. & seq. lib. 1.* Gomez. *variar. tom. 2. cap. 71. numero 30. in tertio effectu, vers. limita tamen*, Coccin. *decis. 5652 numero 3.*

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

Supra in hoc eodem tomo secundo adest altera præsentis causæ decisio, quæ est ibi in ordine 601.

R. P. D. CALATAIV.

Narnien Legati super manutentione.

Lunæ 1. Iunii 1676.

ARGVMENTVM.

Solidissimam praxim Rotæ; & aliorum Tribunalium Vrbis in materia legatorum, prout etiam alia practicabilia continet hæc Decisio, vt nempè sicuti pro consecutione illorum in cæteris Tribunalibus exequutiuè procedatur, ità etiam sola via ordinaria in Rota agendum sit, modò tamen ad executionem non fuerit deuentum, quo in casu etiam Rota se conformat cum stylo aliorum Tribunalium, hinc plura de defectu citationis, illius termini, quem coram A. C. vocant, *decerni*, alijsque nullitatibus, prout etiam quando fideicommissum immissionem, vel manutentionem non impediat, in eadem Decisione deducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio conceditur illi, qui possidet auctore prætore.*

2 *Via executiua competit pro legatis in omnibus Tribunalibus Vrbis excepta Rota, siuè illa in mobilibus, siuè in stabilibus consistant.*

3 *Legata habeat viam executiuam in Tribunali A. C. quidquid per modum cautelæ dixerit Ridolfinus in sua praxi.*

4 *Procuratoribus de Collegio testantibus de stylo Curiæ, creditur.*

5 *Rota procedit executiuè in causis legatorum, pro quibus etiam ab A.C. iam fuerit relaxatum, & exequutum mandatum, & vide num. anteced. & seqq. ac num. 25.*

6 *Rota non redarguit de nullitate ea, quæ facta sunt iuxta stylum aliorum Tribunalium, quamuis in suo Tribunali practicaretur contrarium.*

7 *pro Legato conceditur mandatum de immittendo.*

8 *Terminus ad videndum decerni mandatum in Tribunali A. C. seruatur solùm in obligatione Camerali, & quare, non autem in alijs iudicijs, num. seqq.*

9 *Censuræ nimis propriè relaxandæ non sunt, & ideò coram A.C. seruatur terminus, quem vocant decerni.*

10 *Ter-*

10 *Terminus ad videndum* decerni *mandatum suppleri potest per æquipollens, & dicitur suppletus per clausulam citationis, & decretum oportunum fieri.*

11 *Terminus ad videndum decerni mandatum continet solam dilationem trium dierum.*

12 *Tempus, seu dilatio, quæ assignari debeat, nihil refert, an præcedant, vel subsequatur.*

13 *Effectum dum habemus, non curamus de modo citationis.*

14 *Terminus ad videndum* decerni mandatum, *dicitur simplex, & inutilis.*

15 *Citationis præcedentis defectus suppletur per decretum vltimo loco factum, & parti intimatum.*

16 *Nullitates ex reformatione* sa. me. Pauli V. *non attendatur in aliquo Tribunali, nisi fiat de tribus.*

17 *Nullitas non causatur si citatio non deficit, sed simplex tantummodò terminus, vel potius formalitas illius.*

18 *Nullitates circa telam iudiciariam non attenduntur in Rota, si nec fraus, nec læsio interuenerit.*

19 *Inuentarium impugnare non potest, qui habet causam à consiciente.*

20 *Fideicommissum, quod resultat ex coniecturis, quæ altiorem re requirunt indaginem, non retardat legatario immissionem, quia illarum discussio ad aliud iudicium reiicitur.*

21 *Bona, vel summa à donatario sibi reseruata ad effectum testandi, non comprehenduntur in donatione, sed spectant ad hæredes donantis.*

22 *Fideicommissum nunquam retardat immissionem, seù manutentionem, nisi sit literale, & liquidum, nihil etiam detrahendum sit, & constet de clara identitate bonorum.*

23 *Testator potest etiam alteri legare bona, quæ alio iure, quàm hæreditario spectant ad hæredem.*

24 *Legatum bonorum, & iurium, iura complectitur ampliatiuè.*

25 *Legatum non habet viam exequutiuam in Rota quamuis pro illo sit relaxatum mandatum ab A. C. modo tamen non fuerit exequutum, & vide sup. n. 5.*

26 *Legatario inter alias actiones competit remedium Saluiani interdicti.*

DECISIO DCCXVI.

OBIIT Andreas Cardolus instituto sibi hærede ex Honuphrio, & Cardulo germanis fratribus, illo, qui prius vxorem duxisset, alteri verò legatum reliquit scutorum decem menstruorum; Hinc cum Cardolus nupsisset cum Elisabetha pariterde Cardolis, ipse hæreditatem fuit assecutus, vt inter partes non fuit controuersum, cùm verò idem Cardolus in eius testamento instituisset hæredem Honuphrium fratrem, & Elisabethæ vxori legasset præ cæteris totum id, quod sibi ex hæreditate Andreæ prouenerat, Elisabetha iudicium executiuum introduxit coram A. C. pro consecutione legati, à quo loco mandati executiui, reportauit mandatum de immittendo in bonis legatis cuius vigore etiam fuit deuentum ad executionem super maiori parte eorundem bonorum; Cumque interim idem A. C. mandatum reuocasset, & manutentionem Honuphrio concessisset super bonis executatis, ad prouocationem Elisabethæ fuit commissa mihi causa cum facultate manutenen. quem de iure, ideòque proposui dubium, An, & cui sit danda manutentio in bonis executatis, & in reliquis, An mandatum A. C sit exequendum, quod fuit resolutum, prout infra.

Et primò quoad manutentionem in bonis executatis
1 non dubitaruut DD. quin ea competeret Elisabethæ, †
cum ipsa Authore Prætore possideat, ad Text. *in l. iustè possidet, ff. de acquir. poss.* Posth. *de manut. obseru.* 12. *num.* 1. vbi concordantes.

Quod verò pro consecutione legati non potuerit agi coram A. C. via executiua nullam apud DD. mereri potuit animaduersionem, quidquid enim sit in hoc Supremo
2 Tribunali, † certè in alijs passim datur via executiua siue
legatum consistat in mobilibus, siue in stabilibus, vt hic, vt latè discusso articulo tradit Ludouicus *decis. Perus.* 23 *à num.* 9. *vsque ad* 31. & signanter coram A. C. cuius stylus
3 † est nimis notorius procedendi executiuè pro quocumque
legato, non obstante quod Ridolphin. *in prax par.* 2. *cap.* 11. *num.* 45. dicat ad cautelam posse agi ordinariè, vbi dubitari potest, quod causa per appellationem deuoluit possit ad Rotam, quia non ideò excludit stylum procedendi executiuè, de quo positiuè testatur num. 54. & concordat attestatio Curialium de Collegio, † quibus deferendum es- 4
se, firmauit Rot. *decis.* 690. *num* 16 *& decis.* 70. *num* 20. *par* 8. *recent.* vt mandat Constitutio sa. me. Pauli V. super eodem Collegio.

Ideò parum profuit, quod Rotæ stylus sit in contrarium, iuxtà decisiones allegatas, quoniam in præsenti non agitur de relaxatione mandati, quo casu esset seruandus stylus
huius Tribunalis, † sed mandatum iam fuit relaxatum 5
ab A. C. in quo seruatur opinio Angeli *in §. illud auth. de hæred. & falcid.* tribuentis viam executiuam, & Sacra
Rota nunquam redarguit † de nullitate ea, quæ sunt facta 6
iuxta stylum aliorum Tribunalium, vt in his Terminis firmauit coram Dunozett. Iunior. *decis.* 597. *num.* 7. itaut proinde dubitatum non fuerit de validitate immissionis,
† cum in hisce casibus concedi soleat mandatum de im- 7
mittendo, Andreol. *controu.* 225. *num.* 1. Gratian. *discept.* 62. *num.* 22.

Minorem difficultatem tulit exceptio alterius nullitatis ductæ, ex eo quod in citatione ad videndum relaxari mandatum, non fuerit seruatus solitus terminus ad videndū illud decerni, quoniam vltra quod iste terminus seruari solet
dumtaxat vbi proceditur in vim obligationis † Cameralis, 8
ne nimis properè ad censuras procedatur, in quibus terminis loquitur *dec.* 103. *post* Zacch. *de oblig. Camer.* secus autem in
diuersis † iudicijs, vt hic, Rot. *decis.* 395. *num.* 11. *vers. atta-* 9
men par. 5. *recent.* adhuc aduerterunt DD. quod iste termi-
nus seruatus fuit per æquipollens † dum in eadem citatio- 10
ne apposita fuit alia clausula, & decretum quodcumque opportunum fieri, & Iudex relaxauit mandatum cum ter-
mino † decerni concedantur solùm tres dies, dum Honu- 11
phrius obtinuit eandem, immo maiorem dilationem con-
queri non potest, nihil enim refert, † an tempus præcedat, 12
vel subsequatur, Grauett. *in respons. pro Genera num.* 263. &
dum habetur effectum † non est attendendus modus cita- 13
tionis, Gratian. *disceptat.* 797. *num.* 6. Rota coram Buratt. *decis.* 518. *num.* 1.

Accedit, quod Honuphrius spatio ferè integri quadrimestris fuit auditus ab A. C. & coram eo pluries, atque pluries citatus iura sua deduxit, imò in vna ex citationibus specificè fuit seruatus iste terminus, & deinde decretum in alia citatione interpositum, fuit intimatum, vtique remansit suppletus quilibet defectus non solum istius
simplicis, † & inutilis termini, sed etiam principalis cita- 14
tionis † si adfuisset Rota coram Manzanedo *decis.* 55. *num.* 15
6. *& seqq* Peuting. *decis.* 288. *num.* 8. *in rec. decis.* 521. *nu.* 9. *& 10 par* 4. *tom.* 3. *& decis.* 64. *n* 15. *par.* 21.

Et substulit omnem difficultatem Reformatio san. me. Pauli V. in qua mandatur non attendi nullitates in quo-
cumque † Tribunali, nisi sint de tribus, qualis profectò 16
ista dici non potest; non enim deficit citatio, sed simplex
terminus, vel potius formalitas illius, † cuius omissio non 17
potest causare nullitatem, Rot. cor. Eminentiss. Otthob. *decis.* 29. *num.* 19. *& seqq.* Imò generaliter hoc Supremum Tribunal non attendit nullitates circa telam iudiciariam,
† quando nec fraus, nec læsio interuenerunt, vt fuit di- 18
ctum *in Meleuitana Viridarii* 26. *Iunii* 1671. *§. fin. coram R. P. D. meo Emerix*, confirmata 22. *Iunii* 1672. *§. quia omnia, & 27. Ianuar.* 1673. *coram R. P. D. meo Taia.*

Reiectis nullitatibus clara visa fuit iustitia mandati; cùm de legato constet ex Testamento Carduli, qui inter alia legauit Elisabethæ bona sibi relicta ab Andrea fratre præmortuo, consistentia in quarta parte stabilium pro indiuiso possessorum à quatuor fratribus de Cardulis, vt constat ex inuentario eorum bonorum facto ab eodemmet Cardulo, ibi. *Per la quarta parte spettante alla bon. mem. del Sig. Andrea*, ex quo etiam resultat identitas bonorum, super quibus fuit executum mandatum de immittendo, illudque Honuphrius impugnare non valet, tum quia fuit confectum cum eius mandato procuræ, & ab eo in actis
A. C. exhibitum, & originaliter mihi † ostensum, tum 19
quia habet causam à Cardulo conficiente, estque illius hæres Rota coram Merlin. *decisione* 34. *numero primo* ac etiam in executione facta in eisdem bonis pro dicta quarta parte.

Non attento allegato excessu ducto, ex quo plura ex bonis executatis sint subiecta fideicommissis antiquioribus à Quintiliano, & Iustiniano de Cardulis, vt prætenditur institutis, nam DD. omissa disputatione circa illo-

illorum exiſtentiam, hoc vnum in præſenti ſufficere exiſtimarunt, quod nempè illa non ſunt adeò liquida, vt valeant
20 immiſſionem retardare, † cùm deducantur ex pluribus coniecturis, quæ altiorem requirunt indaginem ad aliud iudicium reiicienda, vt in terminis legati Cephal. *conſ.* 645. *num.* 18. & firmauit Rota coram Bichio *deciſ.* 61 a. *nu.* 15. *deciſ.* 520. *nu.* 1. *verſ. & tamen par.* 1. *diuerſ. deciſ.* 35. *nu.* 1. *circa med. par.* 1. *deciſ.* 225. *n.* 3. *par.* 12. *recens.* & latiſſimè *in Bononien. dotis ſucceſſionis, & legati* 12. *Maii* 1669. *§. reſponſio, coram R. P. D. meo Emerix.* Vlterius plures ex dictis fideicommiſſis competunt detractiones, ex illo enim Quintiliani detrahenda eſt legitima, creditum dotale Matris, & Auiæ, aliaque debita ſoluta de proprio ab hæredibus grauatis, ex illo verò Iuſtiniani vltra Trebellianicam ſunt detrahenda ſcuta quinquaginta, quæ ſibi reſeruauit ad ef-
21 fectum teſtandi, & liberè diſponendi, † iſta enim eo defuncto non potuerunt in donationem comprehendi, ſed hæredibus debentur, Rota *deciſ.* 510. *num* 23. coram Bich. *deciſ.* 476. *nu* 6. *par.* 13. *& deciſ.* 13. *num.* 1. *& ſeqq. part.* 14. *recent.* & tandem deficit probatio identitatis bonorum, quæ iuſtificata non dicitur ex ſimplicibus fidibus lite pendente, & ſine citatione partis ex adtortis, in quibus nec quidquam ſpecificè concluditur, potiſſimum cum demonſtrationes confinium non concordent, imò ex eiſdem finibus magis excluditur identitas clara, quæ in præſenti requireretur, cum generale ſit, quod niſi fideicommiſſa ſint literalia, & liquida, nihilque ſit detrahendum, & conſtet
22 de clara identitate bonorum † nunquam retardatur immiſſio, vel denegatur manutentio, Rota coram Dunozetto Iun. *deciſ.* 767. *nu* 3. *& ſeqq.* coram Eminentiſſ. Otthob. *deciſ.* 198. *nu.* 3. *&* 4. & alibi paſſim.

Inſuper ex abundanti animaduerterunt DD. Cardolum Teſtatorem voluiſſe, quod Eliſabetha conſequeretur legata ſine vllo onere, immò expreſsè legauit omnem partem, quæ ad Andream ſpectabat, etiam ratione hæreditatis, & donationis Iuſtiniani, & Quintiliani, quare etiam ſi tractu temporis poſſet iuſtificari exiſtentia, fideicommiſſi, & bonorum identitas, tamen non ideò poſſet Honuphrius hæres Cardoli ſub hoc prætextu controuertere conſignationem legati, aut illam iam factam
23 retractare, cum Teſtator benè potuerit legare ipſa bona, † quæ & alio iure ſpectarent ad hæredem, *l. vnum ex familia* 69. *§ ſi rem, ff. de legat.* 2. Rot. *deciſ.* 407. *per tot. cor. Pen. & in Romana Primogenituræ de* Bubalo 23. *Ianuarii* 1672. *§. tertio demum coram R. P. D. meo Emerix, confirmata* 6. *Februar.* 1673. *§. quia denuò verſ. præterquam quod coram R. P. D. meo Vicecomite;* Non attenta reſponſione, quod idem Teſtator reliquerit ſolùm iura ſpectantia in bonis legatis Andreæ, quodque noluerit hæredes teneri ad manutentionem legati, quoniam primum obiectum clarè tollitur, ex quo teſtator expreſsè reliquit partem, & iura ſpectantia ad Andream in dictis bonis, & propterea iura ſtant ampliatiuè, vt ex ſe patet; Secundum verò pariter tollitur, quia diſpoſitio relata ab informantibus pro Honuphrio loquitur de legato quadraginta locorum Montium facto fauore Patrum S. Franciſci Narniæ, pro cuius manutentione, nec bona legata Eliſabethæ, nec alia Teſtator voluit teneri, vt clarè legitur in particula teſtamenti fideliter relata à Scribentibus pro Eliſabetha.

Quo verò ad alia bona, ſuper quibus adhuc mandatum A. C. non fuit executum, DD. noluerunt illius executio-
24 nem decernere † ſequentes inconcuſſum ſtylum huius Tribunalis non procedendi executiuè in cauſis legatorum, vt coram Buratt *deciſ.* 208. *num.* 3. *& in Fauentina legati* 2. *Martii* 1665. *coram R. P. D. meo Taia*, cùm tamen ex prædictis conſtet de bono iure Eliſabethæ, illi ad dicta bona decreuerunt immiſſionem, prout ſolet ex remedio
25 Saluiani interdicti † inter alias actiones legatario competenti, Dunozett. *deciſ.* 792. *n.* 10 *& ſeq. & deciſ.* 192. *n.* 1. *& ſeqq. p.* 15. *rec.* vbi concordantes.

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit.

Hæc, & altera immediata deciſio ambæ emanarunt in cauſa, licèt diuerſis articulis.

R. P. D. CALATAIV.

Narnien. Legati ſuper creditis.

Lunę 1. *Iunii* 1676.

ARGVMENTVM.

Plura ab hac Deciſione complecti patet ex eodem titulo cauſæ, quæ quia in aditione hæreditatis conſiſtunt, in illius inuentario, præſcriptione, ſeu magis præſumpta à Statuto ſolutione hærede impugnante factum ſui auctoris defuncti, & demum ſuper alimentis alteri præſtitis quatenus nempè illa cenſeantur donata, vel ſubminiſtrata animo repetendi, ac etiam de taxatione eorum, ideò hæc omnia ab eadem Deciſione, & ſequenti Summario videnda ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Iura legata etiam ſine alia ceſſione tranſeunt in legatarium itant ſtatim ipſe agere poſſit.*

2 *Fratres acquirens cenſum paſſiuum pro ſe, & fratribus habet repetitionem tàm ſortis, quam fructuum pro eis ſolutarum.*

3 *Inuentarium confectum à fratre non ſuffragatur alteri fratri, niſi illud ratificet infra tempus à lege præſcriptum.*

4 *Inuentarium non impedit relaxationem mandati contra bona hæreditaria.*

5 *Hereditaria qualitas probatur, ſi quis ſe nominauit hæredem in monitorio, vel alio acta iudiciario.*

6 *Enunciatiua Notarii non valet inducere qualitatem hæreditariam.*

7 *Enunciatiua ſi fuerit iuſtificata, plenè probat.*

8 *Aditio hæreditatis probatur ex poſſeſſione bonorum hæreditariorum, ſi de alio titulo non docetur.*

9 *Fratres poſſidens bona fratris illius hæres eſſe præſumitur.*

10 *Poſſidens bona hæreditaria, præſumitur hæres, etiamſi fideicommiſſarium ſe eſſe prætendat, dum non docet illa de manu hæredis, vel Iudicis accepiſſe.*

11 *Præſcriptio non completa contra creditorem, non currit contra illius hæredem non informatum.*

12 *Cenſus cum iuramento contractus non præſcribitur triginta annis, ſed quadraginta ſunt neceſſarii.*

13 *Præſcriptio in præſumpta ſolutione fundata, non habet locum in eo, qui negat debitum, vel illud non deberi prætendit.*

14 *Reſtitutio in integrum datur aduerſus præſcriptionem in præſumpta ſolutione à Statuto fundatam.*

15 *Enunciatiua, & confeſſio à Teſtatore in eius teſtamento facta, non poteſt impugnari ab illius hærede.*

16 *Heres ſicuti impugnare non poteſt confeſſionem, vel enunciatiuam defuncti, ita, & nec minus facere poteſt, qui ab eo cauſam habet.*

17 *in Alimentis præſtitis perſona diuiti ſemper præſumitur animus repetendi, non autem donandi.*

18 *Alimenta ſemper repeti poſſunt, vbi conſtat de animo repetendi, & reſpectiuè illa reſtituendi.*

19 *Alimenta fuiſſe præſtita animo repetendi, & reſtituendi ex enunciatiua Teſtatoris probatur*

20 *Alimenta vt repeti poſſint, quatenus à principio ſit neceſſaria ſuper eis proteſtatio, & n. anteced. & ſeqq.*

21 *Alimenta fuiſſe donata probare tenetur, qui hoc allegat, & prætendit.*

23 *Alimenta perſonarum nobilium ſimul conuiuentium taxata ſunt ad rationem ſcutorum octo pro quolibet menſe.*

24 *Alimentorum taxatio arbitrio iudicantium relinquitur, qui tamen illorum circumſtantias conſiderare debent.*

25 *Dictio*, circiter, *ſolet aliquid addere, vel minuere, & num. ſeqq.*

26 *Alimenta expreſſa per decem, & octo annos cum dictione*, circiter, *redacta ſunt ad ſexdecim annos.*

DECISIO DCCXVII.

LEGAVIT Cardolns de Cardolis Elisabethæ pariter
de Cardolis vxori vniuersam hæreditatem Andreæ
fratris sibi delatam, cumque illa pro consecutione legati
mandatum de immittendo ad bona stabilia obtinuerit, &
qnoad iura in dicto legatu comprehensa idem A. C man-
dauerit ea haberi processis, quamuis etiam de iure absque
1 cessione recta via transeat in legatarium, † itaut statim ip-
se agere possit, Olea *de cessione iur. tr. tit.* 4. Mascel. *n.* 8. & fir-
matum fuit *in Romana legati* 10. *Februar. proximè præteriti
coram me*. Hinc deuoluta per appellationem causa ad Ro-
tam, mihique commissa, dedi dubium, An constaret de
creditis, & pro qua summa contra Honuphrium tam no-
mine proprio, quàm hæreditario, quod iuxta modum in-
fra exprimendum DD. resoluerunt.

Et sanè tria proponebantur credita citra præiudicium
aliorum, quorum liquidationem DD. Elisabethæ reser-
uarunt, nempè tres census impositi per Quintilianum au-
thorem Honuphrij, Andreæ, Hiacynthi, & Cardoli fra-
trum, quos omnes ipse Andreas de proprijs pecunijs rede-
mit, vel acquisiuit, secundò, dos scutorum trium mil-
lium, quam integram persoluit Andreas Franciscæ Ma-
riæ communi sorori, quamuis ab omnibus fratribus pro-
missa fuisset, & tertiò, alimenta, quæ spatio 18. annorum
circiter Andreas præstitit Hiacyntho in Vrbe.

Quoad census DD. responderunt constare de credito
Elisabethæ pro duabus ex quatuor ratis spectantibus ad
ipsum Honuphrium, & Hiacynthum, cuius ille est hæ-
res, quoad ios exigendi fructus duorum ex illis, altero in
sorte scutorum 300. altero scutorum 200. non autem quo-
ad sortem, quæ irrepetibilis est, cum constet de solutione
facta ab Andrea, & de cessione ab ipsa reportata translati-
uè, & non extinctiuè, quo verò ad alterum scutorum 50.
in sorte, cùm fuerit acquisitas b eodem Andrea pro se, &
2 fratribus † competit pro eisdem ratis repetitio fructuum
per ipsum solutorum, & sortis vtili actione negotiorum
gestorum *tot. tit. ff. & C. de negot. gest.*

Non obstante, quod Honuphrius sit Hæres Quintilia-
ni cum beneficio legis, & inuentarij, & ideò pro quarta
parte non teneatur de proprio, quo verò ad aliam quartam
partem Hiacynthi, ipse nec ad alia credita, de quibus in-
fra teneatur, cùm non sit illius hæres. Siquidem respectu
portionis ad Honuphrium spectantis aduerterunt DD. il-
lum non iustificare se adiuisse hæreditatem cum beneficio
legis, & inuentarij, & illud, quod fuit exhibitum tan-
quam factum à Cardulo, vti procuratore Vrsulæ sororis
pro 20. annos ab obitu dicti Quintiliani prodesse non potest
3 Honuphrio, † qui non docet illud intra tempus à lege
præscriptum ratificasse, Escobar *de ratiocin. cap.* 9. *nu.* 22.
& in his terminis præcisis Rota *decis* 120 *num* 21. *&* 22. *par.*
25. *recent.* Et in omnem casum cùm hodie Elisabetha non
instet pro mandato contra personam, & bona propria di-
4 cti Honuphrij, † vtique beneficium inuentarij excludere
non potest credita contra hæreditatem debitoris.

Respectu verò portionis ex persona Hiacynthi iustifica-
5 tum fuit in facto Honuphrium esse illius hæredem, † cum
talem se professus fuerit in monitorio cum inhibitione,
quod suscepit ab A. C. in puncto Rot. *decis.* 169. *num.* 1. §.
non obstat, *vers. quia de aditione par.* 15. *recent.* & quamuis
pro parte Honuphrij opponeretur dictum monitorium
6 continere simplicem enunciatiuam Notarij, † quæ non va-
let inducere, qualitatem hæreditariam, iuxta *decisionem*
Buratt. *decis.* 145. & alias allegatas, nihilominus aduerte-
runt DD. nos versari in casu diuerso, non solum enim Ho-
nuphrius enunciauit se hæredem in monitorio præfato, sed
etiam allegauit possidere omnia illius bona, quod certè
non fuit enunciatiua Notarij, potissimum quia Honu-
phrius illo vsus fuit, cum fecerit præsentare Bernardo Pla-
necto marito Elisabethæ.

Et remouetur omnis difficultas ex eo, quod talis enun-
7 ciatiua iustificatur, cùm re vera Honuphrius possideat bo-
na hæreditaria Hiacynthi eius fratris, vt deponunt testes
ad instantiam ipsius Honuphrij producti ibi. *Quali posses-
sioni sono sempre state de Signori Cardoli, & hoggi del Sig. Ho-
nofrio*, & magis specificè Ioannes q. Gentilis alter ex di-
ctis testibus, à quo alij declarantur, ibi. *Hò veduto più volte
esso Sig. Honofrio, e quelli de Cardoli in dette possessioni, &
essi erano tenuti per veri Padroni, e di presente è tenuto detto
Sig. Onofrio*, ex tali enim possessione benè probatur aditio
† dum non docetur de alio titulo, latè Mantic. *de coniect.* 8
vlt. vol. lib. 22. *tit.* 12. *num.* 8. Greg. *decis* 98. *num.* 5. Millin. *de-
cis.* 44. *&* 231. *vtrobique num.* 1. maximè cum vti frater sit
in gradu successibili ab intestato, † ex quo etiam censetur 9
possidere titulo hæreditario, vt in terminis firmauit Rota
decision. 839. *num.* 6. *&* 7. *coram Dunoz. Iun.*

Neque pro alio titulo possessionis dictorum bonorum ei-
dem Honuphrio suffragari valent prætensa fideicommissa
Quintiliani, & Iustiniani, quia vltra alias responsiones da-
tas in altera decisione super manutentione, constat est,
quod fideicommissarius non potest ingredi possessionem
propria authoritate, nec pro parte Honuphrij iustificatur
illam habuisse vel de manu hæredis, vel authoritate Iudi-
cis, † vtique remanet firma præsumptio, quod possideat 10
vti hæres, vt in his terminis notarunt Roman. *cons.* 247. *n.*
4. *vers. est igitur videndum*, *ibique* Add. *lit.* *D.* plures cumu-
lat, Adden. ad Greg. *decis.* 98 *num.* 7. *in fin.* & latè Rota co-
ram Millin. *dd. decis.* 44 *num.* 6. *& seqq. decis* 231 *num.* 2. *&
seqq. & decis.* 405. *num.* 4. præcipuè stante dicta confessione
emissa in monitorio, quæ de per se probat vt supra.

Istosque fructus deberi dixerunt DD. non solum à 29.
annis infra, sed vsque ab initio acquisitionis factæ ab An-
drea de anno 1638. tum quia hæc præscriptio viuente An-
drea non fuit completa, † & post eius obitum contra hære- 11
dem non informatum incurrere non potuit Rota *decis.* 242.
num. 15 *coram Eminentiss. Otthobono*, *& in Vrbeuetana Rele-
uationis Indemnitatis* 30. *Ianuar.* 1673. §. *Altera coram Reue-
rendiss. D. meo Decano*, tùm quia sumus in contractibus iu-
ratis, † in quibus requiritur præscriptio quadraginta anno- 12
rum, vt in his terminis pluribus relatis dixit, Rota *decis.*
725. *num.* 21. *coram Dunozet. Iun.* vt in *recent. decis.* 373. *n.* 11.
part. 9.

Dixerunt pariter pro eisdem ratis constare de credito do-
tis, cum illa iustificetur integrè soluta ab Andrea, cuius
personam modò repræsentat Elisabetha, quæ solutio non
fuit controuersa ab Honuphrio, sed ipse solum allegabat,
quod idem Andreas post exegit non modicam illius par-
tem post obitum Franciscæ ab eius debitoribus, quod ta-
men non obstat, quia vltra quod talis exceptio non fuit iu-
stificata ex copijs simplicibus, & alijs extraiudicialibus at-
testationibus, adhuc tolli visa fuit difficultas, cum illa non
exegerit vti creditor dotis solutæ, & sic in extinctionem
ipsius crediti, sed vti hæres eiusdem Franciscæ, cuius hæ-
reditatem reliqui Fratres, vel repudiarunt, vel simplici-
ter renunciarunt, Sum. responsionis Elisabethæ num. 2. &
ideò hac exactione non obstante adhuc remansit creditor
dotis eodem modo, quo si alter extraneus fuisset institu-
tus hæres, qui si dotem recuperasset, non ideò exclusus re-
mansisset Andreas à repetitione dotis contra fratres pro
eorum rata.

Nec visa fuit obstare quoad hoc creditum, & aliud ali-
mentorum, de quo infra, allegata præscriptio Statuti Vr-
bis 16. annorum, quia talis annorum lapsus non probatur,
& probatus non releuaret, dum Honuphrius allegando
exactionem dotis, quæ tamen non obstat, vt supra, & ali-
menta non esse restituenda, prout pariter infra, † excludi- 13
tur præsumpta solutio, in qua se fundat Statutum, itaut
illo iuuari non possit, vt in his terminis Rota *decis.* 50. *nu.*
10. *& seqq coram Bichio* Et in omnem casum aduersus
talem præsumptam solutionem, & præscriptionem † da- 14
retur restitutio in integrum, Adden. ad Buratt. *decis.* 98.
num. 7. Rota coram Greg. *decis.* 425. *num.* 10. *&* 11. & alibi
passim.

Tandem dixerunt constare de credito, quoad alimenta,
quorum præstatio, nec ab informantibus pro Honuphrio
negatur, & probata remanet ex enunciatiua ipsius Andreæ
emissa in testamento, quam Honuphrius impugnare non
valet, † tum quia est illius legatarius, Natta *cons.* 330. 15
num. 2. Curr. Iun. *cons.* 55. *num.* 11. Cephal. *cons.* 386. *num.* 31.
Rota *in Romana de Gabriellis* 12. *Nouembris* 1603. *in princi-
pio coram Orano*, tum, & fortius, quia ipse est hæres Car-
doli, qui fuit hæres Andreæ, quare sicuti hanc confessio-
nem impugnare non valuisset Cardolus, † ita nec Honu- 16
phrius, qui ab eo causam habet Rota *decis.* 265 *num.* 3. *part.*
1. *rec.* coram Dunozetto Senior. *decis.* 124. *num.* 18. *& decis.*
135. *num.* 8. Coccin. *decis.* 1409 *num.* 2. & latè *in Romana Pri-
mogenituræ de Bubalo* 6. *Februarij* 1676. §. *quia de aud vers.
& cùm. coram R. P. D. meo Vicecomite.*

Et quamuis disputent DD. an alimenta præstita à fra-
tre fratri præsumantur donata, tamen Domini agnouerunt
hanc quæstionem dirimi ex facto, & primo, quia regula
proce-

procederet si frater alitus esset pauper, dum tunc intraret
consideratio pietatis, cuius intuitu DD. dicunt alimenta
præsumi donata; secus autem quando alitus est diues,
prout hic, vt iustificatur ex pingue inuentario bonorum
17 possessorum à Hiacyntho cum alijs eius fratribus, † tunc
enim quia frater non tenetur alere fratrem, si alit gerendo
vtile illius negotium, semper in dubio præsumitur animus
repetendi, & non donandi, vt eruditè, & benè in his terminis,
Matth. Coierus *de alimeat.lib.3 cap.5. num.34.* Petr.
de Vbald. *de duobus fratr. part.6.in quarta fallentia circa
med.numer. 24 inter tractat.generales tom.6. par. prima fol.
mihi 152.*

Secundò, quia semper alimenta repeti possunt, vbi con-
18 stat de animo † repetendi in præstante, & restituendi in re-
cipiente, vt ex *l.Her sonnius, ff de neg.gest.* Surd. *de alim tit.
6 qu. 12.num.27* De his autem benè constat ex testamento
Andreæ, qui expressè declarauit habuisse animum repe-
19 tendi, & Hiacynthum obtulisse illorum refectionem, †
& hanc enunciatiuam impugnare non potest Honuphrius
hæres Cardoli hæredis ipsius Andreæ ex supra allegatis;
Et quamuis replicetur, quod protestatio repetendi debet
20 vsque ab initio fieri, † nihilominus aduerterunt DD. quod
in hoc casu non fuit necessè talem protestationem, huius-
modi enim enunciatiuam ab Andrea factam controuertere
non potest Honuphrius ex prædictis. Et vlterius cum præ-
21 sumptio sit pro exclusione donationis, † qui contrarium
prætendit, debet id concludenter probare, vt in specie res-
pondendo huic obiecto aduertit Petr. de Vbald. *vbi supra*
22 *vers. vnde in dubio*, † vbi in specie, quod non est necesse,
quod fiat protestatio à principio, sed qui contrarium præ-
tendit, probare tenetur.

Hæc autem alimenta taxarunt DD. ad menstrua scuta
23 octo, sic ipsis suadente qualitate personarum, licèt † nobi-
lium, tamen simul conuiuentium, alijsque circumstantijs
24 † iuxta quas in hac materia solet moueri animus iudican-
tium, à quorum religione, & arbitrio pendet, ad firmata
per Rot. *decis. 52. num 1. coram Reuerendiss. Ninot.* Cum-
25 que Andreas † in testamento expresserit tempus decem,
& octo annorum *circiter*, DD. attenta hac dictione, quæ
solet aliquid addere, vel minuere, iuxta iudicantium ar-
bitrium, ex latè traditis per Menoch. *de arbitr.lib.2.cas 46.*
26 *num 3 & seqq.* † benignè agendo dictum tempus ad sexde-
cim annos reduxerunt.

Et ita, vtraque parte informante resolutum fuit.

Hæc, & altera immediata decisio ambæ emanarunt in eadem causa, licet diuersis articulis.

R. P. D. EMERIX.

Barchinonen. Parochialis.

Lunæ 1. Iunii 1676.

ARGVMENTVM.

Probatio iurispatronatus in hac Decisione tractatur, eamque in Decano Capituli, quia non dicitur de vsurpatione suspectus, verificari deciditur, vel per centenariam, vel quadragenariam cum fama, quamuis præsentationes intermediæ non adducerentur, quia probatis extremis illæ tanquam mediæ præsumuntur, quoties, vt hic, non apparet de statu inter ipsas contrario.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ resultat ex reuolutione actorum, iuxta vulgatam* decis. Capotaquensis.

2 *Beneficium de iurepatronatus adiudicatur legitimè præsentato, de cuius requisitis plenè constat.*

3 *Ius præsentandi probatur tam ex præsentationibus, quàm ex consensu patronorum.*

4 *Iuspatronatus inter personas non suspectas, æquè probatur centenaria, ac quadragenaria cum fama.*

5 *Ius præsentandi non probatur ex libro Capituli, maximè de alteratione suspecto, & quando sic num. seqq.*

6 *Adminiculum facit liber Capituli, etiamsi sit de alteratione suspectus.*

7 *Institutio beneficii cùm pernecessè præsentationem supponat, plenè probat iuspatronatus.*

8 *Extremis probatis media præsumuntur, dum non apparet de statu intermedio contrario.*

9 *Vacationes beneficii successiuæ in mensibus reseruatis, vel per resignationem in Curia Patrono non præiudicant.*

DECISIO DCCXVIII.

PLACVT Dominis confirmare sententiam Rotalem,
qua pronunciatum fuit Parochialem, de qua agitur
adiudicandam esse Iosepho, vti legitimè præsentato à De-
cano Ecclesiæ Barchinonensis, ad quem ius præsentandi,
vt infra pertinere dignoscitur, quia illius validitas † resul- 1
tat ex reuolutione actorum, ex qua apparet seruata fuisse
omnia de iure, & stylo seruanda, iuxta vulgatam *decisio-
nem Caputaquensis 260. part. 2.* & iustitiam in reliquis benè
adstruunt vacatio, identitas Iosephi, illiusque præsenta-
tio intra legitima tempora, † quibus concurrentibus 2
de plano intrat adiudicatio, ad Textum in *canon. Monaste-
rium, & canon. decernimus 16. quæst. 7. & in capit.* Bertol-
dus vbi Abbas *numer. 12. de sentent. & re iudicat* Rota *de-
cis. 337. num.1.par.2.* cum alijs adductis *in decis.330.n.3.par.
9.tom 2.recent.*

De iure autem præsentandi rursus sufficienter constare
existimabant Domini, ex quampluribus institutionibus,
† modo ad præsentationem, modo de consensu dicti De- 3
cani factis ab anno 1307. vsque ad annum 1619. per Ordi-
narios pro tempore, quæ fuerunt relatæ particulariter in
Summarijs, & in decisione coram Reuerendo Patre Do-
mino meo Vicecomite, & ex quibusdum non agitur inter
personas suspectas exuberans habetur probatio † iurispa- 4
tronatus, pro qua vel centenaria series præsentationum,
& institutionum, vel quadragenaria cum fama sufficit,
vt præter Gonzalez, Viuianum, & alios in dicta decisio-
ne Reuerendi Patris Domini mei Vicecomitis sub die 28.
Iunij anni proximè præteriti adductos, dixit Rota coram
Merlino *decis. 407. numer 8. cum sequentibus, & decis. 850.
per totam*, coram Manzanedo *decis. 658 num. 1. & 4. & de-
cis. 737. num. 1. & 2.* coram Peutingerio *decis. 146. nu. 1. cum
sequentibus, &* coram bo. me. Bichio *decis. 558. n. 1. & 2. &
decis 382.* aliasque sæpissimè.

Non obstantibus, quæ aduersus huiusmodi probatio-
nem replicata fuerunt, quia omnibus satisfecit mox lau-
data decisio Reuerendi Patris Domini mei Vicecomitis, &
plenius etiam informantes pro Iosepho; Quatenus enim
iterum opponebatur præsentationes non iustificari ex no-
tulis extractis ex libro Capituli, † & in parte etiam suspe- 5
ctis de alteratione, ad notata per Alexandrum *in auth. si
quis in aliquo C. de edend.* cum alijs relatis *in Tarraconen.
Prioratus sub die 16. Februarii 1674 coram me.* Responsum
fuit istas notulas non iam adduci pro probatione, † quam 6
adminiculo illamque plenè desumi ex publicis instrumen-
tis institutionum, † quæ cum pernecessè ante se præsenta- 7
tionem exposcant, sufficientem inducunt illius præsum-
ptionem, Felin. *in cap post cessionem n.13 vers. quid autem de
probat. & in cap. sicut numer. 26. de sentent. & re iudicat.*
Menoch *de præsumpt. lib.3 præsumpt. 36. num 4.* Rot. *decis.
545. num. 2 par. 1 diuersor.* Buratt. *decis. 172. num. 2. & 3.* cum
alijs in sæpè dicta decisione Reuerendi Patris Domini mei
Vicecomitis allegatis.

Quatenus verò addebatur non ostendi omnes institutio-
nes fuisse effectum sortitas, denuò replicabatur probatis
extremis primarum, & postremarum, de quibus benè con-
stat † media præsumi, dum non apparet de vllo statu con- 8
trario intermedio, vt pluries firmauit Rota, & signanter
coram Dunozetto Iunior. *decis 809. num. 2* coram Zarate
decis. 23. num. 15. & decis. 509. n 19. & 38. part. 14 rec.

Neque releuare, quod non afferantur præsentationes ab
anno 1619. vsque ad vltimam vacationem, quia cum ab
inde citra vacationes contingerint vel in mensibus reserua-
tis, vel per resignationem in Curia, prouisiones † ex huius- 9
modi causa factæ Patrono non præiudicant, Rota coram
Bichio *dicta decis. 118. num. 24. & in recentior. decis. 245. n.
35 & sequen. par 9. & in Bononien. Beneficii 23. Ianuar. 1675.
coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Deni-

Denique non subsistit, quod præsentatio Iosephi fuerit facta à Procuratore Decani absque mandato procuræ exhibito coram Ordinario, quia contrarium constat ex instrumentis publicis relatis in Summatio sob die 15. Maij proximè præteriti *num* 4. *&* 5.

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

Altera præsentis causæ decisio habetur impressa supra in hoc eodem tomo secundo, vbi est in ordine 576.

R. P. D. RONDININO

Dertusen. Canonicatus, & Camerariæ.

Lunæ 1. Iunij 1676.

ARGVMENTVM.

Impetratum erat beneficium viuentis, & adhuc subrogatio gratiosa fuerat in illo concessa, cuius tamen executio denegatur, non solùm quia probatus non erat valor expressus, verum etiam quia eadem subrogatio sine particulari, derogatione regulæ Cancell. 29. substineri non poterat; Plura igitur de multiplici subrogationum genere in præsenti Decisione deducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatio gratiosa si principaliter conceditur de per se, de per se pariter expediantur literæ particulares.*
2 *Gratiosè subrogatus, quæ iustificare teneatur, vt immissionem obtineat triplici distinctione resoluitur, & numero seqq.*
3 *Beneficium litigiosum reseruatum, vel affectum à nemine præter Papa prouideri potest.*
4 *Ordinarius, & alij inferiores collatores lite, reseruatione, vel accessione cessantibus, possunt beneficia conferre.*
5 *Subrogatio gratiosa quando assumat naturam alterius ordinariæ prouisionis, vel non, & num. seqq.*
6 *Subrogatio gratiosa si ex corpore, vel ex clausulis generalibus supplicationis gratiæ principalis desumitur, literæ expediuntur postea de per se, & ad partes.*
8 *Gratiosæ subrogationis literæ vbicumque non agitur de concursu prouisi ab Ordinario, non requirunt veræ collationis iustificationem.*
9 *Subrogatio gratiosa expedita ex solis clausulis generalibus gratiæ principalis, sine alijs literis ipsius subrogationis, requirit iustificationem narratorum in gratia, & numero 11.*
10 *Gratia subrogationis ad partes non expeditæ, tanquam accessoria ad gratiam principalem, illius sortitur naturam.*
11 *Exequutio subrogationis gratiosæ, cuius nouæ non expediuntur literæ non conceditur, nisi prius iustificatis narratis in gratia principali.*
12 *Rescripta omnia habeat in ventre tacitam conditionem, si preces veritati nitantur.*
13 *Exequutia literarum Apostolicarum subrogationis gratiosæ nullam aliam narratiuam vltra gratiam principalem continentis, nullam pariter iustificationem requirit.*
14 *Subrogationes gratiosæ cùm multipliciter concedi, & expediri consueuerint, quam habeant proinde distinctionem inter se, & supr. num. 1 & per tot.*
15 *Subrogatio gratiosa obtenta ob non residentiam alterius prouisi, indiget verificationem valoris, aliorumque narratorum, sine quibus exequutioni non demandatur, & num. seqq.*
16 *Beneficia Hispalensia si fuerunt collata à Papa, exinde resultat, quod excedant ducatos vigintiquatuor, & quare num. seqq.*
17 *Nuntius Hispaniarum confert beneficia non excedentia ducatas vigintiquatuor.*
18 *Impetratio beneficij viuentis est omni iure probibita.*
19 *Subrogatia gratiosa beneficij viuentis obtineri non potest, nec etiam per delictum, & quando supr. num. 18.*

DECISIO DCCXIX.

GRATIOSA subrogatio ad Beneficium litigiosum reseruatum, vel affectum, in qua Papa vtitur verbo *subrogamus*, neque mandat exequutori, vt subroget, quo casu rigorosa subrogatio dicitur, tripliciter concedi consueuit.

Primò scilicèt, quando conceditur de per se in particu-
lari supplicatione, † & pariter de per se, & principaliter 1
expeditur per literas particulares, & tunc subrogato da-
tur immissio † tribus dumtaxat iustificatis, Clericatu 2
nempè proprio, possessione Prædecessoris de tempore
mortis, & lite, si de litigioso, reseruatione autem, vel
affectione, si de litigioso, vel affecto subrogatio facta sit,
quia hoc casu nulli fit iniuria, cùm de litigioso, reserua-
to, vel affecto † beneficio, nemo præter Papam proui- 3
dere possit, quod non est, lite, reseruatione, vel affe-
ctione, cessantibus quia istis † seclusis, cùm non prohi- 4
beantur Ordinarij, vel alij inferiores Collatores benefi-
cia conferre, debet proinde subrogatus omnia narrata
iustificare, non secus ac narrata in alia † prouisione, 5
cuius naturam in isto casu subrogatio assumeret per ea,
quæ in proposito deducunt Vitalin. *in Clementin. 1. num.
41. vt lit. pendent.* Gonzal *ad Reg. 8. Cancell. § 7. probem
sub num. 210. & seqq.* Marescott. *variar. resolut. lib. 2. cap.
1. numero 54. & seqq.* Lotter. *de re benefic lib. 2. quæst. 20.
numero 189. & 212. & lib. 3. quæst. 13. numera 31.* Argel.
de legitim. contradict. quæst. 15. ex numera 113. Molphes.
in summa tract 6. cap. 10. numero 36. & articulo magistraliter discusso, explicauit Rota *in illa Burgen. de Pancoruo
coram Gyptio*, quæ habetur impressa apud Marchesan.
*de commiss. parte 1. pag. 346. & 381. Pænia decis. 836. per
totam impress. Lugdunen.* Buratt. *decis. 769. num. 1.* Bich *decis 405. num. 1. & seqq.*

Secundo modo gratiosa subrogatio expeditur, quando
ex corpore, vel clausulis generalibus supplicationis si-
gnatæ super gratia principali desumitur, † atque illius 6
literæ expediuntur postea de per se, & ad partes, siuè tem-
pore expeditionis literarum gratiæ principalis, siuè longè
post, & tunc pariter iustificatis ijsdem tribus requisitis,
quemadmodum in superiori casu † dictum est, subroga- 7
to datur immissio, cùm in hoc quoque casu agatur de exe-
quutione literarum particularium solius † subrogatio- 8
nis, quæ vbicumque non agitur de concursu prouisi ab
Ordinario, vt dictum est, non requirunt veræ collationis iustificationem, cùm constet de voluntate Papæ, qui
voluit prouidere, dummodò ad se prouisio spectaret, prout loquuntur Marescott. *variar. resolut. lib. 2. d. cap 1. sub
numera 56. & iuxtà decisiones* Coccini, Lancellotti, &
Pæniæ, quas allegat Argel *de legitim. contradict. d. qu.
15. numero 124.* Marchesan. *de commiss. part. 2. pag. 335. numera 191. iuxtà decisionem Astaricea. coram eadem Lancellotta*, de qua apud eundem Marchesan. *part. 1. pag 375.
numero 1. & 3.* Modern. Venusinus *de benef. d. scurs. 73.
numero 53. & 54.* Rota coram Pænia *dicta decis. 836. numero 7.* & in eius confirmatoria *decis. 901. in princip. coram eadem Pænia impress. Lugdunen. repetita apud* Garz.
de benef part 6. cap 4. ex numera 33 Buratt. *decis 36. in
princip.* Bich. *d. decis. 405. ex numera 1 & in recent. part. 13.
decis. 322. sub numero 14.*

Tertio modo eadem subrogatio expeditur ex solis clau-
sulis generalibus gratiæ principalis, in qua continetur,
† nullis alijs literis ipsius subrogationis expeditis, & tunc 9
iustificatio narratorum in gratia principali requiritur,
quia gratia subrogationis ad partes non expedita, † sed 10
ad principalem gratiam consequens reputatur pro accessoria, illiusque naturam sortitur, ex regula Textus *in
cap. Accessorium de reg. iur. in 6.* † ad cuius proindè exe- 11
quutionem procedi non potest, non iustificatis narratis
in gratia principali, cui subrogatio adijcitur, & quæ ex
natura omnium rescriptorum † habet in ventre tacitam 12
conditionem, si narrata veritati nitantur, de qua *in
cap. 2. de rescript.* quod non est in alijs duobus casibus, in
quibus cùm agatur de exequutione literarum particula-
rium ipsius † subrogationis, nullam aliam narratiuam 13
continentium, nulla alia iustificatio proinde requiritur,
vt articulo ad partes examinato, concludunt Adden. ad
Gregor. XV. *decis. 103 lit. A.* Lotter. *de re benef. lib. 2. d.
quæst. 20. ex numero 202. et lib. 3. dicta quæst. 13. ex numera
35.* Spad. *cons. 58. numera 5. vol. 2.* cum alijs latè deductis
per Reuerendiss. Cauen. *de execut. liter. Apostolic. cap. 16.
num.*

num. 20. et seqq. Rota coram Pænla *decis. 806. numero 2. et 3. impress. Lugdanen. et in recent. parte* 10. *decis.* 109. *numero* 13.

Et tunc demùm quando est facta Iustificatio omnium narratorum, subrogatio in articulo exequutionis suam prærogatiuam retinebit, perinde ac si ad partes forent literæ expeditæ, quo casu procedunt authoritates adductæ à Scribentibus pro Iosepho impetrante, vt nullum sit discrimen inter subrogationem independenter expeditam, aut desumptam ex clausulis generalibus principalis
14 gratiæ, & ad partes postea expeditam, † & inter illam, quæ in ipsa gratia principali continentur, iuxtà *decis. 401. numero 3. part. 2. recent.* cum concordan. prout in præcisis terminis distinguendo explicant post alios Lotter. *de re benef. lib. 2. d. quæst. 20. numero 205. et 206. et lib. 3. et d. quæst. 13. numero* 36 Reuerendiss. Cauen. *de execut. liter. Apostolic. dicto cap. 16. numero* 22.

His positis, cùm Ioseph Miralpeix Camerariam controuersam obtinuerit à Sanctissimo, tanquam deuolutam ob non residentiam Saluatoris Prugnonosæ, atque non expediuerit literas ad partes suæ subrogationis, quam solùm desumit à gratia principali, cui inest, illam proinde exequutioni demandandam non esse Domini dixe-
15 runt, † quia non iustificauit valorem Camerariæ expressum per ascensum, & trium beneficiorum obtentorum narratum per non excessum, imò potius respectu istorum obtentorum excluditur iustificatio, quia cùm Io-
16 seph illa obtinuerit † à Dataria, vtique quodlibet ex eis, & multò magis improbabile est, quod omnia simul iuncta non excedant narratum valorem ducatorum 24.
17 † quia aliàs fuissent collata à Reuerendissimo Nuntio Hispaniarum, qui confert beneficia non excedentia talem valorem iuxta suas facultates, de quibus apud Garz. *de benef. part. 5. cap. 3. lib. 1. numero 83. et seqq.* Rota *recent. part. 3. decis. 51 à numero 2. et part. 8. decis. 44 numero 28. et in Concben. Beneficij 27. Nouembris 1671. coram me.*

Cæterùm fuit animaduersum, quod, licèt subrogatio fuisset expedita ad partes iuxtà primum, & secundum membrum distinctionis, adhuc non releuaret, quia non agitur de illa, quæ conceditur per obitum possessoris de-
18 functi; † sed concessa ob crimen, & ad possessionem viuentis, cuius impetratio cum omni iure prohibeatur, ad Text. *in l. fin. C. de pact. et in canon. non furem, et canon. si cui alterius 7. quæst. 1. et in cap. 1. et 2. de concess. Præben.* Intrat proindè vltima pars hodiernæ Regulæ 29. Cancella-
19 riæ de subrogandis Collitigantibus, † prohibentis subrogationem obtineri, atque obtentam irritantis in impetrationibus beneficiorum per priuationem, & amotionem ex quibusuis criminibus, & excessibus, etiamsi vsque ad definitiuam sententiam, quæ tamen in rem iudicatam
20 non transierit, processum foret, cui regulæ nisi † derogatum fuerit, subrogatio non valet, vt aduertunt Rebuff. *in praxi benef. super eadem reg.* Glos. *in princip.* Cochier. *ad reg. Cancellar. dicta reg. 29. de subrogan. numero* 32. Amayden. *de styl. Datar. lib. 1. cap. 24. §. 1. ex numero* 11. cum alijs per Modern. Venusinum *de benef. discurs.* 50. *numero* 10. *disc.* 51. *numero* 9. *et discurs.* 53. *numero* 2. & per Reuerendiss. Cauen *de execut. literar. Apostolicar. dicto cap 16 ex numero* 182. Rota *diuers. part. 2. decis. 42. ex numero 1.* Gregor. XV. *decis. 426 ex numero 9* repetita *in recent. part. 2 decis. 261.* Coccin *decis.* 1215. *sub numero* 19. repetita *in recent. part. 4. tom. 2. decis.* 167.

Et ita vtraque parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. V B A G O.

Praten. Parochialis.

Lunæ 1. Iunii 1676.

A R G V M E N T V M.

Iuspatronatus æquè Canonicis, ac Beneficiatis spectare prætendebatur; verùm quia de sola quasi possessione præsentandi Canonicorum apparebat, ideò præsentatum ab illis instituendum esse deciditur, eo magis quia etiam de ipsorum pertinentia constiterat ex sententia in iudicatum transacta, cui non obstare visæ sunt Constitutiones capitulares in pluribus parificantes Canonicos cum Beneficiatis, quia cum de comprehensione huiusmodi casus non doceretur, vel illas ad alia referri posse intelligitur, vel super hoc clara, & aperta probatio afferri debuisset.

S V M M A R I V M.

1 *Institutio Beneficij præsentato debetur docto de illius idoneitate, & vacatione.*
2 *Vacatio beneficij per obitum probatur, si vtraque pars ex eadem vacatione venit.*
3 *Præsentatio facta à Procuratore vigore mandati specialis plenè probat.*
4 *Ordinarius pronuncians aliquem instituendum, vtique quod illum idoneum esse declarat.*
5 *Ordinarius præsumitur informatus de vita, moribus, doctrina, & alijs requisitis suorum Diœcesanorum.*
6 *Pertinentia iurispatronatus probatur ex sententia in iudicatum transacta.*
7 *Res iudicata pro veritate habetur.*
8 *Dictio, hactenùs, stat conditionaliter, & idem sonat, ac dictio* quatenùs, *non autem causatiuè, prout est dictio* quia.
9 *Constitutiones capitulares se ad antiquam obseruantiam referentes, secundum illam intelligi debent.*
10 *Sententiam, quæ clarè loquitur, si aliud includere, vel includere posse prætenditur, hoc plenè, & concludenter probari debet.*
11 *Statutum pro se adducens probare tenetur, quod illius verba in suo casu verificentur.*
12 *Præsentationes plures factæ priuatiuè quoad alios iuspatronatus ad solos præsentantes pertinere declarant, & num. seqq.*
13 *Obseruantia est optima interpres cuiuscumque dispositionis, & num. anteced.*
14 *Præsentationem non solùm fuisse vltimam, sed etiam effectum esse so t tam fatetur qui ex illius vacatione venit.*
15 *Status vltimus, & quasi possessio præsentandi in beneficialibus attenduntur.*

D E C I S I O DCCXX.

VACANTE Parochiali Ecclesia S. Iacobi Ciuitatis Praten Dignitates, & Canonici Cathedralis Praten. præsentarunt Laurentium Ciccogninum, & nonnulli ex Capellanis eiusdem Cathedralis præsentarunt Iosephum Orlandum orta propterea inter istos compræsentatos lite, Ciccogninus sententiam primum ab Ordinario, & deinde à Metropolitano reportauit, quibus non acquiescentibus Ordinario, & causa mihi in tertia iustitia commissa, dubitaui, An, & quis esset instituendus, & DD. instituendum esse Ciccogninum informantem responderunt; quia satis eum docuisse visum est de vacatione Parochialis, quod ipse fuerit præsentatus, & idoneus repertus, ac etiam, quia illi, à quibus præsentationem reportauit, sint veri Patroni, † quibus concurrentibus institutio de- 1
negari non potest, vt pluries fuit dictum, & signanter *decis.* 337. *numero 1. parte 2. decis.* 87. *numero 1. parte 7. & decis.* 240. *numero primo parte* 10. *recent. & coram* Bichio *decis. 444. numero 1.*

De vacatione enim non fuit dubitatum, quia vtraque pars eam fatetur, & ex eam venit, quod satis † reputa- 2
tur pro eius iustificatione ad hunc effectum, Seraph. *decis. 1296. numero* 6. Buratt. *decis. 255. numero* 10. Bich. *decis. 444. numero 2.*

Præsentatio probata remansit ex publicis documentis actualis præsentationis factæ à Procuratore, † ac manda- 3
ti procuræ specialiter dati ad præsentandum, prout dari valet, præsentatione iam sequuta, Lambertin. *de iurepatr. lib. 2. parte 1. quæst. 4 art. 2. numero 2.*

Quoad idoneitatem Dominis visum est deferri posse iudicio Ordinarij, qui dum illum instituendum esse † pro- 4
nunciauit, idoneum etiam esse censuit; Præsumitur enim Ordinarius † instructus de vita, & moribus, & alijs 5
vltra doctrinam requisitis suorum Diœcesanorum, Innocent. *in cap. innotuit in principio de eo, qui ordin. fortiu. suscept.* Gonzal. *ad regul. 8. glos. 4. numero* 117. & 125. Rota
coram

coram Buratto *decif. 22. numero 30. & ibi Addea.* Vnde
satis est, quod ipse cum iostituendum censuerit,
Rota coram Dunozett. Iun. *decis. 897 numero 5. vers.
Clericus, & idoneitas, & in recent. decis. 162. num.
3. parte 7. & decis. 31. numero 3. parte 11.*
Iuspatronatus verò pertinere ad Digoitates, & Ca-
nonicos, exclusis Capellanis iustificatum remansit ex
6 antiqua sententia anni 1585. † in qua Vicarius Flo-
rentinus tanquam Iudex deputatus à clar. mem. Car-
din. Ferdinando Mediceo tunc Praten. Præposito, pro-
nunciauit Capellanos præsentationibus Beneficiorum,
exceptis quibusdam, inter quæ controuersum non ad-
7 est, interesse non debere, † quæ senteotia tanquam
in iudicatum transacta benè probat cùm pro veritate
res iudicata habeatur *l. res iudicata 207. ff. de regul.
iur. decis. 210. numero 1. parte 5. recent.*
In nihilo refragantibus Constitutionibus Capitula-
ribus anno 1532. conditis in rubrica 2. & 5. quam-
uis faciant Capellanos de Capitulo, & eos vocari ad
præsentationes in specie mandent; Etenim sub rubri-
ca 2. non mandatur id absolutè, sed cum clausula,
8 *vt hactenus obseruatum est*, † quæ stat conditionali-
ter, scilicet quatenus obseruatum est, non autem
causatiuè, scilicet quia seruatum est, *decis. 243 nu-
me. parte 2. recent.* vndè non potest conuinci iniu-
stitia sententiæ, quà magis apertè declarat, ad quas
9 præsentationes vocari debeant, † cùm possit esse con-
formis antiquæ obseruantiæ, ad quam se referunt ibi
Constitutiones, prout io specie considerasse videtur Ro-
ta in *Praten. Iuris conferendi 7. Maii 1674. §. non erant co-
ram bon. mem. Priolo.*
Et sub rubrica 5. periter apertè supponnnt adesse ne-
gocia ad Dignitates, & Canonicos solùm pertinentia,
Summ. *numero 5. ad fin.* vndè benè potuit inter illa esse
præsentatio ad hanc Parochialem, & dum quod ita
10 esset, deducitur ex prædicta † sententia, si Orlandus
hoc impugoat, magis concludentem probationem af-
ferri debet, Mantic. *decis. 111. numero 7* Seraph *de-
cis. 404. numero 7. decis. 346. numero 4.* Posth *de manut.*
& in specie, quod ei, qui se fundat in Statuto, incum-
11 bat onus probandi, † quod in casu suo verificentur ver-
ba Statuti, Corn. *cons. 138. numero 1. propè fin. vers. nam
statutam lib. 1.*
Quod eò faciliùs admittendum est, ex quo adest ob-
seruantia subseqnuta, eaque diuturna vltrà centum
12 annos explendi diuersos actus, † & præcipuè plures
præsentationes ad beneficia per solos Canonicos, &
Dignitates, vt dictum fuit io *d. Praten. iuris conferen-
di eod. §. non erant*, Indèenim sumitur optima decla-
ratio Constitutionnm, vt non sint referendæ ad ea, sed
restringendæ ad alia, quæ ab eisdem Canonicis, & Di-
13 gnitatibus vnà cum Beneficiatis fieri seruatum est; † cum
obseruantia sit optima cuiuscumque dispositionis inter-
pres, Cuman. *cons. 101. numero 3.* Buratt. *decis. 85. num.
4. & 379. num. 3. & 9.*
Verùm visa est tolli omnis difficultas, ex quo da-
ta fuit præseotatio facta de ann. 1621. per clar. me.
Cardinalem Carnlum Mediceum tamqnam Procura-
torem Dignitatum, & Canonicorum, Summ. *nu-
mero 7. lit. C. & D.* & dum ad præsens Beneficium va-
14 cat per mortem eiusdem, vt vtraque pars fatetur, †
non solùm patet eam fuisse vltimam præsentatio-
nem, sed etiam effectum fuisse sortitam, satis iu-
stificatum remanet, iuxtà *con. Oldrad. 229.* sæpissimè
à Rota canonizatum, teste Gregor *decis. 215. nume-
ro 1.* & sic adest quasi possessio ipsarum Dignitatum,
& Canonicorum præseotandi etiam per Procurato-
15 rem, ac vltimus status, † qui atteoditur, & suf-
ficit in hoc proposito, ad vulg. textum *in cap con-
sultationibus de iurepatr.* Adden. ad Buratt. *decis. 776.
numero 11.* Rota coram Bich. *decis. 361. numero 26.*
Et ita &c.

R E V E R E N D I S S I M O
D. A L B E R G A T O.

Sacræ Rotæ Decano.

Cornetana Saluiani.

Mercurii 3. Iunij 1676.

A R G V M E N T V M.

Post commissam causam appellationis Iudici ad quem, eo sub prætextu, quod elapsum sit septennium, seruati sunt quatuor termini coram Iudice à quo, & in contumaciam appellantis obtentum est mandatum, illudque etiam exequutum, quod ideò reuocatum fuit, & pro purgatione attentatorum manutentio appellanti concessa, quia per commissionem causæ appellationis, desertio cognoscenda erat coram Iudice ad quem, præuia solita commissione præfixionis termini ad transportandum acta, quo præfixo, & iisdem actis non transportatis, illius inhibitio moderanda erat.

S V M M A R I V M.

1 *Quatuor termini ad docendum de appellatione seruari non possunt coram iudice à quo, post interpositam appellationem, & inhibitum à iudice ad quem.*
2 *Sententiæ cognitio, illiusque exequutio per appellationem fieri debet coram iudice ad quem.*
3 *A.C tamquam iudex ordinarius non indiget noua commissione pro exequutione suæ sententiæ.*
3 *Iudex delegatus vt suam exequatur sententiam, noua commissione opus habet.*
5 *Quatuor termini tunc solum seruantur coram iudice à quo, quando vel non fuit appellatum, vel nihil in causa actum sit, & num. 6.*
7 *Appellatio an sit deserta, vel ne quatenus declarari potius debeat à iudice à quo, vel à iudice ad quem & vid. num. anteced. & seqq.*
8 *Appellationis causa commissa vt possit ad vlteriora procedi, necessaria est noua commissio præfixionis termini ad transportandum acta.*
9 *Actis non transportatis, post terminum parti præfixum, iudex ad quem suam moderare debet inhibitionem.*
10 *Appellans si post appellationem citatur coram iudice à quo, comparere non tenetur.*
11 *Iurisdictio omnis abdicatur à iudice à quo post commissam causam appellationis.*
12 *Citationes exequutæ in domo in qua quis amplius non habitabat, non possunt deuenire ad notitiam citati, & ideo remanent nullæ.*
13 *Mandatum de manutenendo datur pro reuocatione attentatorum.*
14 *Manutentio est vnum de remediis purgationis attentatorum.*

D E C I S I O DCCXXI.

FVIT resolutum constare de attentatis commissis à
Vincentio Tagliauia, quia cùm à sententia A. C.
Bulgarini concedente immissionem in Saluiaoo, fratres
de Callimacis appellassent, & ad formam commissio-
nis à me inhiberi obtinuissent, † non poterat Vincen- 1
tius coram Iudice à quo seruatis quatuor terminis ser-
uari solitis ad docendum de appellatione, eiusque legi-
tima prosequutione, citra vitium attentati expedire
mandatum de immittendo vigore sententiæ, † cuius 2
cognitio per appellationem deuoluta erat ad Rotam,
Scacc. *de appellat. quæst. 11. numero 158.* cum alijs rela-
tis *in Fauen. attentatorum 27. Ianuarii 1672. coram Reue-
rendissimo Castrillo Episcopo Cæsaraugustano.*
Nec ad excusanda attentata suffragatur lapsus septen-
nij à die commissionis causæ, licèt enim A. C. tam-
quam

quam Iudex ordinarius; & vigore suarum facultatum
3 † non egeat noua commissione pro exequutione suæ sen-
4 tentiæ, quod siue speciali commissione † facere nequit
Iudex delegatus, vt distinguit Cassadot. *decis. 13. nume-
ro 4. de rescript.* Ridolph. *in prax. parte prima cap. 13. nu-
mero 592.* Tamen ad exequutionem in proposito deueni-
re non valuit, etiam seruatis quatuor terminis, quia
cùm Callimaci appellauerint; & appellationem fuerint
5 prosequuti, post Inhibitionem Rotalem † non erat lo-
cus seruationi dd. terminorum, quia tunc seruandi sunt
6 pro obtinenda exequutione sententiæ A.C. † quando ab
illa vel non fuit interposita appellatio, vel si fuit appel-
latum, causa non fuit alteri commissa, & nihil am-
pliùs in causa actum, in quibus terminis loquuntur au-
ctoritates allegatæ pro Tagliauia.

Secùs autem quando, vt hic, apparet appellationem
fuisse interpositam, & causam commissam Iudici com-
7 missario, qui vigore commissionis Inhibuit, † tunc
enim non iudex à quo, sed Iudex ad quem pro declara-
tione desertionis causæ debet adiri, Scacc. *de appellat.
quæst. 11 numero 157. vers. aut appellans*, & de stylo
Curię impetratur ab appellato ad hunc effectum com-
8 missio noua († quam vocant præfixionis termini) dire-
cta Iudici commissario, qui vigore illius præfigit bre-
uem, & competentem terminum appellanti ad trans-
portandum acta prioris instantiæ, quo elapso, & actis
9 non transportatis † suam moderatur Inhibitionem, iu-
xtà praxim, quam docet Marches. *de commiss. super de-
sert. caus. part. 2. §. primo numero 21. fol. 71.* Ridolph. *in
prax. parte prima cap. 17. numero 640. cum tribus seqq.*
Scacc. *de appellat quæst. 20. art 1. numero 22.* Rota in *An-
conitana fideicommissi 28. Iunii anni præteriti §. nec ad ex-
cludend. coram Reuerendo Patre Domino Emerix.*

Hinc non obstat, quod Callimaci citati coram A. C.
ad docendum de appellatione, illiusque prosequutione,
10 non compatuerint, † nam comparere non tenebantur,
cùm citationes post interpositam appellationem,
& Inhibitionem Rotalem, illiusque vigore emanatæ
essent nullæ, & attentatæ tamquam factæ coram Iu-
11 dice † à quo, cui per appellationem omnis iurisdictio
in hac causa fuerat abdicata, *cap. si duobus de appellat.*
Vbert. *de citat. cap. 9. numero 27. lib. 2.* Scacc. *de iudic. cap.
45. numero 11. lib. primo*, eò magis cùm de illis nec noti-
12 tiam habuerint † ex quo exequutæ fuerant in domo, vbi
Callimaci ampliùs non habitabant, Vbert. *de citat. cap.
11. numero 357. lib. 2. & cap. 12. numero 182. lib. 3* Rot. *decis.
74. numero 2. coram Coccin.*

Cùm igitur constet de attentatis pro illorum reuoca-
13 tione concedenda est Callimacis † manutentio in posses-
sionem bonorum, in quibus se intrusit Tagliauia, vt pas-
sim in Rota practicatur, vt in *Colonien. Præpositaræ 19.
Nouembris 1668. § hinc oritur coram Reuerendissimo Do-
mino meo Beuilaqua Patriarcha Alexandrino*, vbi quod
14 manutentio † est vnum de remediis purgationis attenta-
torum, & priùs in *decis. 548. numero 2. & 3. apud* Posth. *de
manutent.* & passim in aliis.

Et ita, vtraque parte informante, fuit resolutum.

R. P. D. EMERIX.

Anconitana fructuum Census.

Mercurii 3. Iunij 1676.

ARGVMENTVM.

De qualitate hæreditaria tractatur, quæ ex possessione bonorum defuncti desumitur, si de alio titulo non docetur, ex datione in solutum ab hærede facta, quamuis illa posteà insubsistens declarata sit; Rursus quod fructus census iuramento contracti, minori tempore quadraginta annorum minimè præscribantur, & tandem quod hæres debitor defuncti non confundat actiones pro eo tempore, quo hæreditas iure fideicommissi ad alios peruentura est.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum validè, & iustè relaxatum venit exequendum.*

2 *Qualitas hæreditaria arguitur ex possessione bonorum hæreditariorum eo ipso, quod de alio titulo non docetur.*

3 *Datio in solutum facta ab hærede licet postea insubsistens declarata sit, probat illum esse hæredem.*

4 *Hæreditaria qualitas probatur quoquomodo voluntatem suam quis declaret.*

5 *Voluntas declaratur etiam ex actu nullo, & inualido.*

6 *Præscriptio quadragenaria requiritur in contractu iurato.*

7 *Actiones confunduntur in debitore, qui euasit hæres sui creditoris, & vid. num. seq.*

8 *Hæres debitor sui creditoris non confundit actiones pro eo tempore, quo hæreditas iure fideicommissi ad alios peruenire debet.*

DECISIO DCCXXII.

ROTA censuit exequendum esse mandatum rela-
xatum ab A. C. contra Andream hæredem Gui-
dobaldi heredis Francisci pro fructibus decursis, & non
solutis vnius census scutorum quingentorum in sorte
ab eo impositi de anno 1600. ad commodum Camillæ
sororis vsque ad diem obitus d. Camillę sequuti de
anno 1631. & aliud relaxandum pro aliis fructibus de-
cursis à die obitus dicti Guidobaldi vsque ad pręsens;
Ratio resolutionis primę partis fuit constituta in va-
liditate, & iustitia mandati A. C. quę respectiuè re-
sultaut tùm ex Instrumento census iuramento, & obli-
gatione Camerali vallato, vt in Summario *numero pri-
mo* tùm ex obseruantia eorum omnium, quę in iudicio
executiuo in Tribunali A. C. obseruari solent, † qui- 1
bus stantibus, de plano venit exequendum mandatum,
ad tradita per Rota *decis. 513. numero primo coram* Duno-
zetto Iuniore, & alibi passim.

Neque subsistere videbatur, quod Guidobaldus Au-
ctor Andreę non fuerit hęres Francisci, quia qualitas hę-
reditaria satis desumitur, tùm ex possessione bonorum
Francisci, de qua deponunt testes formiter examinati
cum interrogatoriis Partis, Summario *numero 3.* † & 2
ex qua ista qualitas benè arguitur, non docto de alio ti-
tulo, iuxtà theoricam Barr. *in l. pro hærede in princip.
ff. de acquiren. hæredit.* latè Mantic. *de coniect. vltimar.
volunt. lib. 12. titul. 12. numero 8.* & dixit Rota *decis. 1.
per totam parte 4. diuers. decis. 231. coram Millin. & co-
ram sanctæ memoriæ* Gregor. *decis. 98. vtrobique numero
primo, & ibi addentes numero 7. & in Interamnen. bono-
rum 14. Martii 1672. §. aditio coram me.* Tùm ex da-
tione in solutum nonnullorum bonorum pręcisè facta Ca-
millę pro sorte, & fructibus huius Census anno 1629. à
Guidobaldo hęrede Francisci ad euitandam subhastatio-
nem, & deliberationem bonorum illius hęreditatis vigo-
re mandati ab A.C. anno 1628. relaxati pro fructibus tunc
decursis, † Summario *numero 2.* quę tametsi posteà fuerit 3
declarata insubsistens, non ideò tamen minus ex ea pro-
batur qualitas hęreditaria, † quę desumitur quoquomo- 4
do voluntatem suam quis declaret, ad Textum *in §. finali
institution. de hæredum qualitat. & different.* voluntas au-
tem benè desumitur, † & declaratur etiam ex actu nul- 5
lo, & inualido, *l. final. ff. de rebus eorum*, & dixit Ro-
ta coram Coccin. *decis. 2223. numero 24. & coram* Merlin.
decis. 447 numero 16 & decis. 537. numero 6. & in his termi-
nis Mascardus *de probationib. conclusion. 42. num. 2.*

Prout nec suffragatur pretensa pręscriptio, quia à die
Impositionis Census vsquequo Guidobaldus per supra-
dictam dationem in solutum agnouit suum debitum,
effluxerunt tantummodo viginti nouem anni, & ab-
indè citrà vsque ad obitum Camillę, solùm duo alii an-
ni, atque ita non aderat bona fides, neque tempus
triginta annorum, & tamen cùm ageretur de contra-
ctu † iurato requirebatur pręscriptio quadragenaria, 6
Cephal. *consil. 724. numero 35. & sequent. libro primo*,
Roland à Valle *concl. 25. numero 19. & sequenti libro se-
cundo*, aliisque relatis in his terminis dixit Rota *decis.
725. numero 21. coram* Dunozetto Iuniore, & *in recentior.
decis. 373. numero 11. part. 9*

Ratio verò secundę partis fuit, quia licèt Guidobal-
dus

7 dus extiterit etiam heres Camille, † & sic pro tempore quo vixit fructus Census confusi, seù eidemmet
8 debiti fuerint, † nihilominus dum posteà per eius obitum hereditas Camille per fideicommissum deuenit ad Petrum, abindè citrà illi, eiusque successoribus rursùs debiti sunt fructus.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CALATAIV.

Lauretana Iurispatronatus.

Mercurii 3. Iunij 1676.

ARGVMENTVM.

Quamuis præsentatus ad beneficium iurispatronatus possit simpliciter institui, tamen si iudicialiter fuit processum per sententiam, vel decretum, datur appellatio, & proindè possessio capta die immediatè sequenti pronunciatæ sententiæ, & vel decreti attentata declaratur, ac ideò sequestranda, eò magis concurrente recusatione iudicis ob nimiam amicitiam cum parte, prout illum hac de causa recusari posse deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Institutio beneficij dicitur facta iudicialiter, si comparitiones factæ sunt coram iudice, & ab eo decretum, & sententia emanarunt, & num. 2.*
2 *Iudicialiter dicitur processum si coram iudice sit comparitum, qui deinde pronunciauit per sententiam, vel decretum, & num. 1.*
3 *Sententia habens vim diffinitiuæ & inferens grauamen, remanet appellabilis quoad vtrumque effectum.*
4 *Possessio capta die immediatè sequenti post latam sententiam appellabilem, efficitur attentata.*
5 *Innouata post recusationem iudicis, & appellationem interpositam ab eius vlteriori processu, dicuntur attentata.*
6 *Iudex potest allegari suspectus ob nimiam amicitiam cum parte.*
7 *Possessio attentata in beneficialibus sequestratur.*
8 *Attentans suæ attentatæ possessionis commodo frui non debet.*

DECISIO DCCXXIII.

CVM postremò vacasset simplex Beneficium sub inuocatione Sancti Ægidij in terra Montis Cassiani de iurepatronatus Laicorum, Carolus, & Innocentia de Scaramucciis intra tempus à iure præfixum præsentarunt Nicolaum Philippum Pacinum, & viceuersa Iulius Antonellus præsentauit Octauium Talianum; Dum autem inter istos præsentatos lis pendebat coram Vicario Lauretano super institutione, Ioseph Antolinus reportata à dictis de Scaramucciis donatione vocum, præsentauit vti Donatarius Paulum eius filium, qui admissus ad Causam, obtinuit ab eodem Vicario, licèt præcedenter suspecto allegato institutionem, & possessionem se immisit; Vndè interposita infra decem dies appellatione à dicto Pacino, & Causa mihi commissa, dubitaui: An constet de attentatis, & sic apponendum sequestrum, & Domini affirmatiuè responderunt.

Eo enim ipso quod ad institutionem processum fuit iu-
1 dicialiter, † vt constat ex comparitionibus præsentatorum coram dicto Vicario, ex decretis desuper emanatis,
2 & ex tenore sententiæ, † quæ omnia iudicialem processum faciunt, *capital. forus de verbor. significat.* Lambertin. *de iurepatron. libr. 2. parte 2. quæst. 11. articul. 4. numero 1. & 4.* Cassador *decis. 18. in fine de præbendis, & decis. 306. numero 2. parte 9. recent.* absque dubio dicta sententia, ha-
3 bens vim diffinitiuæ, † & inferens grauamen competitori
4 erat appellabilis ad vtrumque effectum, † itaut possessio capta die immediatò post illius promulgationem, ab attentatis excusari non possit, Rota *decis. 268. numero 4. parte 8. decis. 306. numero 7. parte 9. recent. & in Vasionen. Vicariæ 28. Iunii 1660. coram Eminentissimo Domino Cardinali Cerro.*

Eoque magis in proposito casu, quo Vicarius tamquam Pauli amicissimus fuerat ante sententiam suspectus allegatus, cum appellatione ab vlteriori processu, † 5
tali enim casu omnia ex post gesta dicuntur etiam attentata, Rota coram Eminentissimo Otthobon. *decis. 52. & coram* Bichio *decis. 246. vtrobique numero primo* & nimium
amicitiam † esse causam legitimam pro recusatione Iudi- 6
cis, tradit Fontanella *decis. 15. numero 1.*

Hinc dictum fuit † esse apponendum sequestrum, ne 7
attentans fruatur commodo suæ † attentatæ possessio- 8
nis, Rota coram Cardinali Seraphin. *decis. 598. & coram* Buratto *decis. 695. numero 3. & dicta decis. 306. numero 10. parte 9. recentior.*

Et ita, vna tantùm informante, altera pluries intimata, & informare non curante, resolutum fuit.

R. P. D. RONDININO.

Bononien. Fideicommissi de Gozadinis.

Lunæ 8. Iunii 1676.

ARGVMENTVM.

Pro vocatione filiorum in conditione positorum resoluitur ex plurimis coniecturis, latiùs in alijs decisionibus huius Causæ deductis, & hic per modum summarij repetitis, sublata interpretatione resultante ex vocatione, seù magis stipulatione pro hæredibus, quia illi secundùm subiectam materiam intelliguntur de hæredibus sanguinis; Cumque ageretur de fideicommisso in duabus donationibus constituto, primam donationem, alteri inesse declaratur, itaut per acceptationem secundæ censeatur etiam approbata prima.

SVMMARIVM.

1 *Grauatus restituere filijs non potest nouo fideicommisso grauari ad restituendum in fauorem alterius.*
2 *Coniecturæ plurimæ referuntur pro vocatione filiorum in conditione positorum.*
3 *Medium ad aliquid, illius terminus esse non potest.*
4 *Filij in conditione positi ex coniecturis censentur vocati, quia tunc receditur ab opinione glossæ, & supr. num. 2. cum seqq.*
5 *Coniecturæ leuiores sufficiunt pro inducenda vocatione filiorum in conditione positorum, vbi agitur de portione patris, non autem patrui.*
6 *Clausula* pro hæredibus, *quæ in donationibus importat libertatem bonorum, modificatur à subsequentibus verbis*, hac tamen lege, conditione, & pacto &c.
7 *Verba* hac tamen lege, conditione, & pacto *restringunt, & modificant verba antecedentia iuxta subiectam materiam.*
8 *Verba* pro hæredibus *iuxta naturam dispositionis, & mentionem agnationis intelliguntur de hæredibus sanguinis.*
9 *Disposita facta de bonis suis, non comprehendit bona fideicommissaria.*
10 *Bona fideicommissaria non dicuntur esse hæredis grauati.*
11 *Donatio prima dicitur contenta, & inserta in secunda, & ideo per acceptationem, vel possessionem captam vigore secundæ remanet acceptata prima, & quando.*
12 *Mens, & intentio alicuius etiam ex actu nullo deducitur.*
13 *Voluntas ex nudo facto declaratur.*

DE-

DECISIO DCCXXIV.

COMES Vincentius de Gozzadinis anno 1552. donauit bona sua Ludouico eius filio cum conditione, quod si decederet sine filijs masculis legitimis, & naturalibus, & eis non extantibus, sine filij naturalibus masculis, & eis non extantibus absque aliquo alio filio adoptiuo, quem eidem Ludouico quandocumque liceat adoptare, quod tunc, & eo casu in præsenti donatione succedat, quidam Scipio d. Com: Vincentij filius naturalis tantùm omni meliori modo, quo de iure fieri potest, & pro effectuali obseruatione, & conditione contentorum in præsenti instrumento prohibuit donatarium posse vendere, vel alienare bona donata in præiudicium, vt supra ordinatorum, vt sunt eadem instrumenti verba.

Cùm autem sine præcedentis donationis præiudicio, aliam Comes Vincentius eidem Ludouico filio fecerit donationem anno 1554. atque ex vtraque donatione Comes Ludouicus Donatarius bonorum possessionem apprehendisset, testamentum posteà conditi fauore Ioannis Antonij, & Scipionis suorum filiorum legitimorum, & naturalium, à quibus Marchio Vincentius Magnanus, & Marchio Æneas Luparus de Magnanis bonorum istorum possessores causam habent; à quibus cùm Com. Marcus Antonius de Gozzadinis bona donata auocari prætendere tamquam ad illa vocatus, succubuit in partibus per sententiam Auditoris Generalis Bonon. & successiuè in Curia præuijs decisionibus 17 Martij 1659. coram Reuerendissimo Beuilaqua Patriarcha Alexandrino, & 26. Aprilis 1675. coram R. P. D. meo Calataiu; quam Rotalem Sententiam Causa ab omnibus DD. visa, quemadmodum in posterioribus illius propositionibus, DD. confirmarunt.

Ratio resolutionis fuit, quia admissa etiam vocatione Com. de Gozzadinis ad nouum fideicommissum à prædicto Ludouico donatario constitutum, super quo quemadmodum in alijs Causæ propositionibus DD. non institerunt, visum fuit Ludouicum donatarium fuisse graua-
1 tum de restituendo bona donata eius filijs masculis, †
Ideoque in illorum præiudicium non potuisse nouo onere fideicommissi ea grauare in commodum Comitis, & aliorum de Gozzadinis, ex regula Text. *in l. vnum ex familia 64. §. sed et si fundum*, vbi communiter Scribentes *ff. de leg. 2.* cum concordan.

Quod autem Ludouicus donatarius grauatus fuerit restituere filijs masculis, & in illorum defectum naturalibus, & adoptiuis in conditione positis, constitit ex coniecturis voluntatis donatoris, inter quas præsertim in deci-
2 sionibus huius causæ consideratæ fuerunt, † quo filij fuerunt positi in conditione cum qualitate masculinitatis, & legitimitatis, & quod fuerunt positi in conditione etiam naturales, quibus cùm dici nequeat præseruata successio ab intestato illis indebita, censentur vocati, nè aliàs positio in conditione remaneat superflua, quibus vocatis, multò magis legitimi vocati censentur, cùm & adoptiui non solùm in conditione positi fuerint, sed & Ludouicus concesserit facultatem adoptandi aliquem filium, quæ facultas propter commodum successionis concessa in adoptandis incognitis donatori, multò magis successionem legitimorum designat iuxtà ordinem succedendi, quem ipse donator designauit masculos legitimos, & deindè naturales, & postmodum adoptiuos in conditione ponendo, ex quo gradus succedendi potiùs quàm conditio importatur, ad quem effectum prohibuit enixè alienationem omnium bonorum pro adimplemento eorum, quæ disposuit, atque satis declarauit in precibus porrectis pro facienda secunda donatione, quæ vnà cum alijs considerari debet tamquam vnum integrale constituens, in quibus hanc apposuit rationem: Cupiens bona eo mediante (hoc est donatario) nomen, & antiquam dignitatem eius domus, & familiæ conseruari post mortem ipsius donatoris; Quæ verba non percutiunt solam personam donatarii, sed vlterius progrediuntur, quia cum mediante aliquo conseruanda est dignitas domus, ille non est terminus desiderii, cùm medium
3 ad † aliquid, illius terminus esse non possit, prout ex his, & aliis in decisionibus ponderatis, iterum visum est extra dubium, quod filii in conditione positi censerentur vocati
4 ex coniecturis, † ex quibus receditur ab opinione glossæ *in l. Lucius ff. de hæred. instit.* & quæ longè leuiores suffi-
5 ciunt quando agitur de descendentibus, † qui velint succedere ad portione proprii parentis, iuxtà distinctionem, de qua Rusticuccius *de liber. in condit. posit. lib. 2. cap. 1. numero 11.* Corn. *cons. 97 numero 8. vol. 1.* Honded. *cons. 65. numero 31. vol. 1.* Spad. *cons. 341. numero 24. lib. 2.* Capyc. Latr. *decis. 1. numero 4.* Sperell. *decis. 151. numero 16.* Rota coram Seraph. *decis. 1329 numero 13. & recent. part. 13. decis. 326. numero 5 & parte 14. decis. 16 numero 9. & 10 & in Rauennaten fideicommissi 22. Martii 1675.* confirmata sub die 10. Ianuarii currentis anni coram *R. P. D. meo Emerix*, cum aliis in decisionibus huius Causæ.

Non attentis quæ in contrarium adducebantur ex aliis coniecturis pro libertate bonorum deductis à Scribentibus pro Gozzadinis, & præsertim ex illa clausula, seu stipulatione, *pro hæredibus*, † quia cum illa modifica- 6
ta fuerit ab ipso donante in subsequentibus verbis: Hac tamen lege, conditione, & pacto, quod si, & casu, in quo decederet sine filiis masculis legitimis, † & naturalibus, 7
quæ modificant, & restringunt verba illa ad filios in conditione positos iuxta subiectam materiam, quæ ex mentione agnationis, & ex natura fideicommissi † verba illa 8
intelligi vult de hæredibus sanguinis, Peregr. *de fideicomm. art. 32. sub numero 9.* Giouagnon. *cons. 36. numero 18. vol. 2.* Castill. *lib. 5. contr. 96. numero 9.* Rota *recent. part. 9. decis. 290. numero 6. & part. 10. decis. 13. numero 17. & seq. & decis. 160 ex numero 9. part. 12. decis. 33. ex numero 14.* cum aliis in decisionibus huius Causæ.

Neque pariter, quod Ludouicus in testamento disposuerit de bonis donatis tamquam de bonis liberis, quia ipse non disposuit nisi generaliter de bonis suis, † sub qua ge- 9
neralitate ipsius bona propria, non autem fideicommissaria, † quæ sua non dicuntur solùm continentur, ad Text. *in* 10
l. in fideicommissis, & in l. ex facto ff. ad Trebell. Bald. *in l. 1. numero 2. ibique* Castren. *numero 3. C. qui testam fac. pot.* Mantic. *de coniect. lib. 9. tit. 1. numero 12.* Rota coram Duran. *decis. 93. per tot.*

Nec denique aduersari visum est, quod prima donatio fuerit nulla, ex eo quod donatarius, veluti relegatus esset acquisitionis bonorum incapax, atque etiam acceptata non fuerit, quia cùm Vincentius donator supplicauerit pro reiteranda donatione, & obtinuerit à Legato Bononiæ, secunda donatio cum expressa præseruatione, & relatione ad primam præseruauit illam, vel potiùs ipsam vberiùs reiterauit; ideoque possessio posteà à donatario
capta fuit ex vtraque donatione, † quo casu per accepta- 11
tionem secundæ dicitur acceptata prima, siue tamquam inserta, & repetita in secunda, iuxtà doctrinam Baldi *in l. si litteras sub numero 5. C. mandat.* Rota Genu. *decis. 180. numero 2.* siue tamquam sufficiens ad declarandam mentem donatarij, † quæ etiam ex actu nullo deducitur, cùm 12
voluntas † ex nudo facto declaretur, ex ratione Text *in l.* 13
fin. ff. de rebus eorum in l. in testam. ff. de fideicomm. libert. & in l. 2. C. de confirman. tut. Iason. *in l. Dominus sub numero 2. ff. de condit. indebit.* Alex. *cons. 45. post numero 2. vol. 1.* Rota coram Greg XV. *decis. 76. sub numero 3.* cum similibus.

Et ita, Marchione Ænea Luparo informante, & Com. Marco Antonio Gozzadino pluries intimato, DD. responderunt.

R. P. D. EMERIX.

Iauuen. Abbatiæ.

Lunæ 8. Iunij 1676.

ARGVMENTVM.

Nulla declaratur resignatio beneficij de iurepatronatus facta sine consensu patroni, licèt cum derogatione Apostolica, quod illud ex priuilegio competeret, quia non fuerat narratum priuilegium fuisse concessum causæ ædificationis vnius Turris iuxtà Mare ob necessariam defensionem Ecclesiæ à Piratarum incursu, quæ cùm præponderare visa sit restaurationi; & dotationi eiusdem Ecclesiæ, solam concessionem ex simplici priuilegio narratam, pro derogatione, non sufficere fuit decisum.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Resignatio beneficii de iurepatronatus requirit consensum patroni, alioquin est nulla, vel eo volente venit annullanda.*

2 *Papam non præsumitur derogare voluisse iurispatronatus, si non habuit notitiam qualitatis, quod illi derogari non poterat.*

3 *Gratia ex defectu intentionis concedentis non sustinetur.*

4 *Iuspatronatus ex priuilegio præponderante restaurationi reputatur quoad omnes effectus ac si competeret ex vera, & effectiua fundatione, vel dotatione.*

5 *Iuspatronatus ex priuilegio quod æquipolleat restaurationi, non comprehenditur sub simplici derogatione, reseruationibus, vel affectionibus.*

6 *Iuspatronatus ex priuilegio concessum ex causa restaurationis præponderante, probationem eiusdem præponderantiæ requirit, & nu. seq.*

7 *Præsumptio stat pro adæquatione oneris iniuncti, vel suscepti.*

8 *Conseruatio, & manutentio iurispatronatus dicitur plusquam illius dotatio, & fundatio, & ideo eas æquare præsumitur.*

9 *Acquirere non minus est virtus, quam pacta seruare.*

DECISIO DCCXXV.

CLAR. memor. Princeps Andreas Doria exposuit felici rec. Iulio Papæ III. quod Monasterium S. Fructuosi de Capite Montis Ordinis S. Benedicti Ianuen. Diœcesis, situm in litore Maris Mediterranei, propter viciniatem Maris retrò actis temporibus per Pyratas, & Infideles pluriès fuerit deprædatum, ac per diuersas incursiones, & insultus ob loci debilitatem diuersa ei damna illata, & indies verisimiliter inferri formidabiliter, & ita, vt vix reperiretur, qui eius curam suscipere, & illud tegere vellet in diuini cultus diminutionem, & habitantium pro tempore in d. Monasterio, ac ipsius fructuum redditiuum, & prouentuum detrimentum, quodque si in eodem Monasterio, siue illic propè vna Turris, seù Fortalitium ad Pyratarum, & Infidelium temerarios ausus, incursiones, & insultus huiusmodi repellendos, ac ipsum Monasterium, & pro tempore inibi degentes, illiusque bona defenden & tuen. construeretur Reipublicæ & Monasterii habitantium, & bonorum huiusmodi indemnitati, & commodo non parùm consuleretur; Quapropter Pontifex huiusmodi malis proindè occurrere desiderans, eidem Principi Andreæ, eiusque hæredibus, & successoribus masculis de dicta familia existentibus, & istis deficientibus, familiæ huiusmodi, si & postquam ipse, vel eius hæredes, & successores, aut familia præfati Turrim, seù fortalitium huiusmodi in dicto Monasterio, seù propè illud construi fecerint, iuspatronatus, & præsentandi pro tempore personam idoneam, secularem, vel d. Ordinis regularem de domo, & familia prædicta, si reperiatur, sin minùs quamuis aliam sibi beneuisam ad d. Monasterium quoties illud deinceps per cessum, vel decessum vacare contigerit, concessit, & assignauit, ac iuspatronatus huiusmodi robur idem obtinere, eiusdemque naturæ existere voluit; ac si Princeps Andreas suique Monasterium ex bonis suis patrimonialibus fundassent, & dotassent, & ex vera fundatione, seù dotatione eisdem competeret, illudque in toto, seù in parte nullatenus per Sedem Apostolicam annullari, & inualidari, vel illi etiam ratione vacationis apud Sedem prædictam derogari posse, nec sub quibusuis derogationibus iurispatronatus ex quauis causa factis comprehendit &c. cum clausula sublata, & decreto irritanti, prout latiùs continetur in litteris Apostolicis desuper expeditis, & per Ordinarium Ianuen. præuia Iustificatione omnium narratorum, & adimplemento onerum iniunctorum exequutioni demandatis, Summ. *nu.* 1. & 4.

Vigore concessionis huiusmodi successores sæpè dicti Principis fuerunt in pacifica continuata possessione præsentandi vsque ad annum 1674 quo tempore Federicus ab Auria vltimus possessor eandem Abbatiam resignauit, spreto, seù non requisito consensu moderni Principis Io. Andreæ ab Auria; Quapropter introducto per eum iudicio nullitatis d. resignationis, & consultis hodie desuper per me DD. responsum fuit gratiam resignationis huiusmodi non substineri ex veriori, & communitèr recepta sententia, quod in resignatione beneficiorum iuspatronatus † requiritur consensus patroni, aliàs resignatio est 1
nulla, seù volente patrono, venit annullanda, iuxtà *Text. in Can. decernimus* 16. *quæst.* 8. & notata per Butr. & Abb aliosque Scribentes in *cap. vltimo de renunc.* Franc. *in capit. primo num.* 8. *de rer. permut. in* 6. Bursatt. *cons.* 411 *lib.* 4. *sub nu.* 4. Mandos. *cons.* 7. *numer* 3. cæterosque allegatos per Paris. *de resign. lib.* 2. *quæst.* 4. *nu* 4. *cum seq.* Couar. *pract. quæst. cap.* 36. *num.* 9. & Rota coram Puteo *dec.* 402. *lib.* 1. *per tot.*

Non obstat, quod in supplicatione fuerit facta mentio iurispatronatus, illique derogatum, quia cùm fuerit simplicitèr narratum Abbatiam esse de iurepatronatus Laicorum nobilium, & Illustrium familiæ ab Auria ex priuilegio Apostolico Iulii Papæ Tertii, nulla facta mentione oneris correspectiui ædificandi Turrim, seù Fortalitium, per quod Monasterium, eiusque bona ab incursionibus Pyratarum, quibus erant exposita, defenduntur, & conseruantur, & cuius intuitu concessum fuit iuspatronatus, perindè ac si ea vera fundatione, & dotatione existeret, cum clausulis amplissimis illi non derogandi, etiàm in casu vacationis per obitum apud Sedem, non præsumitur Papam illi derogare voluisse, † dum de eius qualitate no- 2
titiam non habuit, Gonz. *ad reg.* 8. *glos.* 18. *num.* 92. *vers. insuper cum seq.* Lotter. *de benef. decis.* 397. *vers. nam talis*, Rota coram Seraphino *decis.* 518. *num.* 4. *in fin.* & 5. & proptereà gratia ea defectu intentionis concedentis † non su- 3
stinetur, vt notat Cochier. *ad reg. Cancellar. de derogat. iurispatronatus in Addit. lit.* C. Moder. *de styl. Datar. cap.* 15. *num.* 120. *cum seq.* Rota *decis.* 4 *num.* 7. *par.* 2. *rec.* & nouissimè articulo discusso in *Interamnen. Beneficii* 22. *Iunii* 1672. & 26. *eiusdem mensis* 1673. *coram R. P. D. meo Caluntnio.*

Et optima quidem ratione, qui huiusmodi iuspatronatus ex priuilegio præponderantis restaurationis, † reputa- 4
tur quoad omnes effectus ac si competeret ex vera, & primitiua fundatione, † ac propterea non comprehenditur 5
sub eisdem derogationibus, vel effectuationibus, Lotter. *de benef. lib.* 2. *quæst* 8. *nu.* 25. *cum seq.* & *num.* 55. Adden. ad Greg. *d. dec.* 397. *in fin.* Rota cor. Seraph. *d. dec.* 418. *nu.* 4. *in fin.* & *nu.* 5.

Minus facit exceptio, quod probari debeat præponderantia expensarum † in constructione, & manutentione 6
Turris, seù Fortalitii, & militum, redditibus Monasterii, ad effectum, vt iuspatronatus possit verè dici ex fundatione, & dotatione, per ea, quæ tradit Rota *par.* 1. *rec. decis.* 38. *per tot.* tùm quia dum Princeps ex persona eius antecessorum reperitur in antiquissima possessione præsentandi etiam in mensibus reseruatis, & in vacationibus per obitum Cardinalium, vt Summar. *num.* 3. † in- 7
trat præsumptio pro eadem præponderantia, quousque de contrario plenè doceatur Viuian. *de iurep. lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 3 Adden. ad Greg *d. decis.* 397. *numer.* 6. Rota coram Seraphin. *d. decis.* 518. *numer* 4. & *coram* Dunoz. Iunior *decis.* 302. *num.* 11. *cum seq.* tùm etiam quia illa satis probatur per testes in Summ *num.* 5. *vsque ad* 14. tùm denique, quia fundationem, & dotationem æquare, & plusquam super æquare videbatur † continua manutentio, & con- 8
seruatio, quàm ea beneficio Turris, seù Fortalitii, & Presidiarii militis expensis Principis ibidem excubantis, & lictus percurrentis, Monasterium, eiusque bona recipiunt, iuxtà prouidam dispositionem *text. in l. interdum cum seq. vbi glos.* & *DD. ff. qui potior. in pign.* & vulgatum carmen.

Non minor est virtus, † quam quærere pacta tueri; & con- 9
ferunt adducta per Mandos. *ad reg.* 13. *par.* 8. *num.* 12. *cum seq.*

Et ita, omissis aliis, quorum discussio, his stantibus non videbatur necessaria, responsum fuit, vtraque &c.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Bononien. Concursus creditorum.

Lunæ 8. Iunii 1676.

ARGVMENTVM.

Vulgatum est axioma legale, quod inuecta, & illata sint tacitè pro pensionibus hypothecata; hic ideò de priuilegio prælationis tractatur quoad anteriores creditores, & affirmatiuè resoluitur, quia de mercium conseruatione agebatur, quo in casu etiam in subrogatis competit hypotheca; & hæc cum priuilegio prælationis quoad alios.

SVMMARIVM.

1 *Iniustitia sententiæ impedit effectum rei iudicatæ,*
2 *Creditor qui prior est tempore, est etiam prior in iure.*
3 *Locator quatenus super bonis existentibus in re locata habeat hypothecam, & aliis creditoribus præferatur, vel ao, & nu seqq.*
4 *Bona inuecta, & illata in re locata ad conseruandum, non solum sunt pro pensionibus hypothecata, sed etiam cum priuilegio prælationis.*
5 *Locatorem indistinctè præferri super bonis existentibus in re locata dixit* Peregrinus, *qui tamen communiter reprobatur.*
6 *Merces licet venales, adhuc tamen quæ remanent sunt tacitè hypothecatæ pro pensione domus, etiam cum priuilegio prælationis.*
7 *Creditores vnius socii ius solum habent in portione socii non autem alterius consocii.*
8 *Debitor in præiudicium creditorum super re hypothecata non potest contrahere societatem, vel per aliquod suum factum illis præiudicium inferre*
9 *Merces venales si reciperent hypothecam, publicam impediretur commercium, & nu seqq. vbi vide.*
10 *Hypotheca creditoris licet cesset in mercibus venditis, continuatur tamen in aliis, quæ remaneat, vel subrogantur.*
11 *Merces subrogatæ dicuntur tacitè hypothecatæ in locum mercium venditarum.*
12 *Negotium, & Taberna per subrogationem mercium remanet viuum, & compositum vt prius erat.*
13 *Hypotheca super fundaco, & negotio vniuersali remanet in bonis, & mercibus subrogatis.*
14 *Æstimatio mercium facta inter socios, præsumitur solum ad effectum adæquandi partes.*

DECISIO DCCXXVI.

SENTENTIAM Rotalem à Reuerendissimo D. Damasceno latam præuia decisione * edita, vnica parte audita, à qua propter neglectam appellationem commissa fuit causa cum clausula *constito de re iudicata*, hodie censuit Rota, vtraque parte informante in iudicatum non
1 transiuisse propter iniustitiam, † quæ impedit effectum rei iudicatæ, iuxtà decantatum textum *in l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic.*

Iniustitia enim desumpta fuit ex eo, quod Comes Morandus pro sua portione contulit in societatem initam cum Senatore Capratia Fundacum mercium; Vndè sequuta decoctione negocii, & concurrentibus creditoribus, non poterat Senator, & alii creditores sociales excludere, nec Comitissam illius vxorem, & creditricem anteriorem lib. 40. mil pro suis dotibus, & potiorem pro lib 2000. pro pensionibus apothecæ, vbi merces repositæ erant, nec alios creditores; cum quibus ante societatem idem Comes contrahendo ad eorum fauorem hypothecauit omnia eius bona, quibus propterea tamquam prioribus in tempore † 2
debetur prælatio aduersus alios, qui posteà commun debitori crediderunt, iuxtà vulg. *reg. Textus in cap. qui prior de reg. iur. in 6.*

Esse autem Comitissam anteriorem in tempore pro suis dotibus, non fuit controuersum, prout controuerti non poterat esse potiorem pro pensionibus apothecæ, & consequenter pro his anteponendam esse aliis, licèt anterioribus, cùm non agatur de pensionibus domus datæ ad habitandum, quo casu locatori ius suum à sola anterioritate
metitur, † sed de pensionibus apothecæ, in qua merces 3
repositæ dietim vendebantur, quando enim agitur de apotheca, horreo, promptuario, vulgò magazzino, & si-
milibus locis aptis ad conseruandum, † tunc bona ibidem 4
inuecta, & illata nedum sunt tacitè hypothecata ad fauorem locatoris pro pensionibus, verùm illæ pro eis cæteris creditoribus præfertur, etiam per repositionem bonorum in suo horreo, apotheca, & similibus locis vtilitèr gestum fuerit negocium creditorum, ex quo ibi res eis obligatæ, conseruatæ fuerint, quæ ratio cessat in domo locata simpliciter ad habitandum, vt in specie notat Bart. *in l. interdam nu. 3. ff. qui pot. in pignore habeatur*, Ioseph. Ludou. *dec. Perusina 85. nu. 4. par* 2. Iason. *in §. item seruiana nu. 60. instit. de action.* Grat. *discept. 68. nu. 4. & discept. 713. nu 3.* Gait. *de credit. cap. 4. quæst. 11. nu.* 1566 reprobans Peregr.
cons. 80. nu 4 dicentem in omni casu † locatorem esse præ- 5
ferendum, à Costa *de priuil. cred. reg. 3. ampliat. 3. nu. 56.* qui *num. 30.* firmat procedere etiamsi res ibi repositæ essent
venales, † quia contra illas, quæ inibi reperiuntur de tem- 6
pore, quo locator consequi vult pensiones, competit hypotheca cum prælatione, & idem tradit Rodriguez *de concursu cred. par. 1. nu. 8 art. 19.*

Nec visa est applicabilis conclusio, quam vltrà relatam in *decis. Reuerendissimi Matthæi* firmant Castren. *cons. 45. nu. 2. lib. 2.* Roccius *de merc. cons. 86. lib. 2.* Rota *dec. 66 post* Mangil. *de subhast.* nempè creditores vnius socii ius habere
dumtaxat in portione sui † debitoris, non autem in alia 7
consocii, quia in proposito non versamur in his terminis, sed in casu longè diuerso; nam creditores Comitis non agunt contra consocium, sed iura sua experiuntur in Fundacum, & merces in eo existentes tamquam res proprias
Comitis Morandi, † qui illas in societate ponere non po- 8
terat in præiudicium hypothecæ, cui illas antecedenter subiecerat cum hoc onus illis infixum tolli non potuit, nec per contractum societatis, nec per quodcumque aliud factum debitoris, qui nullatenus creditoribus præiudicare valet, vt in specie Fontanel. *de pact. nupt. claus. 4 glos 9. pa. 2. n. 61.* Grat. *disc. 684. nu. 3* Rota *dec. 319. nu. 1. cor. Burat*

Nun ubstat, quod ampliùs non existant illæ merces à principio collatæ in societatem, quæ sicut in publico Fundaco expositæ ad effectum vendendi erant incapaces hypo-
thecæ propter publicum commercium, † quod impedire- 9
tur si reciperent hypothecam merces venales, vt notat *tex. in l. cum paterna ff. de pignor.* cum aliis *in Tergestina pecuniaria 10. Febr. proximè præteriti cor. me.*

Quia licèt hypotheca quoad illas particulares merces mi-
nutim distractas † cessauerit, adhuc semper remansit su- 10
per Fundacum tanquam corpus vniuersale; vndè merces in eo existentes, licèt identificè non sint illæ de tempore
hypothecæ repositæ, sed aliæ postmodum introductæ, † 11
nihilominus illæ, quæ successiuè in Fundaco fuerunt illatæ, tacitæ dicuntur subrogatæ, per quam subrogationem
† semper viua, & vt priùs composita Taberna remansit, 12
Bald. *in l. vbi adhuc num. 180. C. de iure dotium*, Merlin *de pignor. lib. 2. cap. 45. nu 25. & seqq.* Grat. *discept. 897. in fine*, Rota *decis. 125. num. 6 post* Pacif de Saluian *& coram* Caualerio *decis. 219. num. 2. & 3. & decis. 4 numer 9. post* Rodriguez *de concursu credit.* Ideò tamquam in corpore
vniuersali per subrogationem conseruato, † semper durauit 13
hypotheca ab initio contracta, vt firmant auctoritates nuper relatæ.

Nec subsistit in societate merces non fuisse positas tamquam corpus, & Taberna, sed tamquam res particulares, quia contrarium suadet natura negocii, dum super ipso Fundaco, & apotheca contracta fuit societas, quinimò Comes Morandus communicauit Tabernam ipsam, nomen, & insignia Tabernæ, & eius auulamentum sibique expressè reseruauit, vt deinceps antiquum nomen Iosephi de Mutatoribus continuaretur, vt de omnibus constat clarissimè ex apocha in publico instrumento à sociis.

Nihil

Nihil vrgente, quod merces fuerint æstimatæ, quia hoc
14 non concludit fuisse positas vti quid particulare, † cum
æstimatio facta præsumatur ad solum effectum æquandi
partes speciales inter ipsos socios, vt præcisè notat Rota *d. dec. 126. nu. 10. apud* Pacif. de Saluian.

Et ita non constare de re iudicata, sed de causis restitutionis in integrum decisum est, vtraque parte informante.

Supra in hoc eodem tomo secundo adest altera præsentis causæ decisio, quæ est ibi in ordine 484.

R. P. D. CALATAIV.

Romana Dotis, & fructuum.

Lunæ 8. Iunii 1676.

ARGVMENTVM.

Fructus non restitutæ dotis, qui debentur viduæ ex nostro statuto lib. 1. cap. 137. etiam tenuptæ persoluendos esse deciditur, tùm ex dispositione eiusdem Statuti, quæ vtrumque casum comprehendit, tùm etiam ex identitate, imò ex maioritate rationis, quia cùm dd. fructus deseruiant pro alimentis, illa æquè in vno, ac altero statu, sunt necessaria, imò maiora coniugatis debentur propter onera matrimonii, & superiores luxus, quibus vxorati subiiciuntur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 137. de fructib. dotis an habeat locum in vidua transeunte ad secundas nuptias, & nu. seqq. ac ferè per totam.*
2 *Vxor alimentari debet à viro.*
3 *Rubrica dicitur initium legis, & à qua tota lex interpretatur.*
4 *Rubrica legis, vel statuti generaliter loquens generaliter quoque est intelligenda.*
5 *Rubrica legis, vel statuti continens orationem perfectam si generaliter loquitur, non restringitur à nigro specialiter loquente.*
6 *Verba statuti licet de debitore loquentia, attamen etiam creditorem comprehendunt.*
7 *Debitor, & creditor sunt correlatiui, & dispositio loquens de vno includit etiam alterum.*
8 *Statutum, seu dispositio generalis non restringitur ex verbis specialibus demonstratiuè tantum in eis appositis, de personis, vel rebus vsu frequentioribus.*
9 *Statuta etiam correctoria iuris communis ex identitate, & maioritate rationis extenduntur de persona ad personam.*
10 *Extensio, quæ fit ex identitate, vel maioritate rationis dicitur potius comprehensio, quàm extensio.*
11 *Alimentorum ratio eadem est in vidua, quàm in biunbis.*
12 *Fructus non restitutæ dotis si statutum solui mandat, eos speciali fauore dotis, non autem personæ demandasse dicitur.*
13 *Dictio donec requirit perseuerantiam vsque ad tempus, cui aducitur.*
14 *Mulier nupta indiget maiori impensa, maiorique luxu, quàm Vidua.*
15 *Dos magis dicitur constante matrimonio, quàm eo dissoluto.*
16 *Viduæ si debeatur fructus dotis, eò magis sunt debiti post illius transitum ad secunda vota, & quare num. seq.*
17 *Fructus dotis sunt destinati pro supportandis oneribus matrimonii.*
18 *Pœnæ secandò nubentium à iure canonico sunt sublatæ;*
19 *Vidua transiens ad secunda vota non perdit priuilegia dotis.*
20 *ex Mora sua nemo commodum reportare potest.*
21 *Viduæ transeunti ad secunda vota debentur fructus dotis sibi non restitutæ, & vid. per totam.*
22 *Statutum particolare vbi adest, non attenditur generale.*
23 *Fructus dotis vigore Stat. Vrb. lib. 1. cap. 137. debentur Viduæ, etiamsi illa habeat vnde se alat.*
24 *Maritus, cui dos soluta non fuit, non tenetur alere vxorem.*
25 *Mulier censetur renupta cum eadem dote primò viro tradita.*
26 *Maritus, cui nomen debitoris dotis non fuit cessum agero non potest, sed solum ipsa mulier.*
27 *Fructus dotis redacti ad minorem summam, quàm fuerint à statuto taxati cum pacto resolutiuo, in casu non implementi, eo non facto, debentur ad formam eiusdem statuti.*
28 *Mora purgari non potest stante pacto resolutiuo ex defectu consensus.*
29 *Exceptio rerum amotarum non admittitur ad retardandam solutionem dotis.*

DECISIO DCCXXVII.

A Decreto emanaro coram R. P. D. meo Taia de exequen. mandatum A. C. tam pro residuo dotis scut. 37269. & 69. quàm pro fructibus ad rationem statutariam septem cum dimidio pro centenario, Signatura Iustitiæ respondit: *Alteri, qui ad vlteriorem legitimam executionem procedat*; vndè Causa mihi commissa, dedi dubium ad formam Commissionis, An sit procedendum ad vlteriorem legitimam executionem, & Domini affirmatiuè respooderuot, iuxtà modum inferiùs exprimendum.

Respectu enim fructuum, in quibus maior versabatur
controuersia, Iustitia mandati illos taxantis ad rationem
septem cum dimidio pro quolibet centenario ad formam
Statuti Vrbis *lib. 1. capit. 137.* manifesta visa est, ex ratio
nibus adductis in præcedentibus decisionibus, tam coram
Reuerendissimo Domino meo Decano, quàm coram
Reuerendo Patre Domino meo Taia: quibus non obstat
motiuum nouitèr excitatum, quod Statutum in dicto
capit. 137. disponens, quod debeantur fructus post iudi-
cialem interpellationem, & post moram non restitutæ
dotis, loquatur de vidua, cui de alimentis prouidere vo-
luit, † ac proinde non habet locum postquam mulier 1
transiuit ad secundas nuptias, † quæ debet alimentari à 2
secundo viro, vt in specie Statuti Vrbis tenuit Rota cor.
Coccino *decisione 1781. numero quinto & post* Gilian. *ad
Statut. Peras. decis. 72. numer. 9. & in Romana transactionis
16. Martii proximè præteriti coram Reuerendissimo Domino
meo Decano*, quia verba Statuti benè perpensa, talem
restrictionem non patiuntur. Rubrica enim, † quæ di- 3
citur initium Legis, & à qua tota Lex interpretatur, vt
ait Bald. *in consil. 34. numer. 4. in fine libr. 5.* non facit men-
tiónem viduæ, sed loquitur generaliter ibi, *de fructu do-
tis pro alimentis*, † vndè generaliter est intelligenda in 4
quocumque casu dotis debitæ, Cagnol *in l. 1. numer. 8. ff.
de regul. iur.* Decian. *consil. 17. numero 20. libr. 1.* Menoch.
consil. 4. numer. 28. Couar. *var. resolut. libr. 1. capit. 13. nu-
mer. 8. versic. 4. patet*; immo quia continet orationem
perfectam, † non solet restringi à Nigro specialitèr lo- 5
quente, sed de per se dispositionem facit, & ad decisionem
causarum allegari potest, Rota coram Gregorio *decisione
5. numero 2.* Eminentissimo Otthobono *decis. 269. numer.
17. & coram* Reuerendissimo Royas *decis. 359. numer. 14.
& in recent. decis. 548. numero primo parte prima decis. 51.
numero primo par. 2. recent. & decis. 342. numer. 15. par. 12.
& decis. 157. numer. 10. par. 14.* Loquitur etiam persona-
liter in corpore, & nigro, dum post factam interpellationem
determinat solutionem fructuum, eorumque continua-
tionem pariter generalitèr, & indefinitè, ibi: *Donec dos
à quocumque debita restituatur*, † quæ verba sicut afficiunt 6
quemcumque debitorem dotis, ita etiam pariter credito-
rem comprehendunt cum debitor, & creditor sint corre-
latiui, † & dispositio loquens de vno includit etiam alte- 7
rum, Decius *cons. 45. numer. 22.* Surd. *decis. 158. numer.
10.* Gratian *discept. 920. numer. 11. & seq.* & quamuis in
eodem nigro bis fiat mentio viduæ, nihilominus dictum

Bb 2 nomen

nomen fuit ibi appositum demonstratiuè, ex quo frequen-
tiùs accidit viduas agere ad fructus dotales, quam binu-
8 bas, † non autem ad effectum restringendi dispositionem,
vt in simili dixit Rota *decisione 287. numer. 4. & seq. coram*
Merlin.

Et quod verè Statutum comprehendat etiam binubam
non solùm ex identitate, sed etiam ex maioritate rationis
9 † quæ facit, vt Statuta etiam correctoria iuris communis
10 extendantur de persona ad personam, † cum tali casu non
dicatur propriè extensio, sed potiùs comprehensio, Rota
coram Reuerendiss. Royas *decis. 359. num. 19. & cor.* Du-
nozet. Iun. *dec. 198. nu. 4. & cor.* Cardinali Celso *dec. 125. nu.*
14. Eo enim ipso, quod mandat solui fructus pro alimen-
11 tis, † eadem est ratio in vidua, quam in binuba, Surd.
de aliment. tit. 1. qu. 46. nu. 2. Thesaur. Iun. *quæst. forens. 92.*
nu. 5. lib. 1. Rota *decis. 199. num. 19. par. 11. rec.* fortiùs dum
fructus non decernuntur intuitu qualitatis personæ, sed
12 propter moram in restitutione dotis, † & sic ex eius spe-
ciali, & reali priuilegio, vt in specie Statuti Vrbis aduer-
tunt Paris. *cons. 64. nu. 5. lib. 4. &* Spadazz. *in Theatr. vidual.*
disquisit. 13. nu. 67. & 68. & alias si transeunte vidua ad se-
cundas nuptias, fructus cessare deberent, non verificaren-
tur verba Statuti, quod post interpellationem ab ea factam
13 solui debeant *donec dos à quocumque debita restituta sit*, †
cùm illa dictio, *donec*, requirat perseuerantiam vsque ad
tempus restitutionis, cui adiicitur Grat. *cons. 81. n. 26. lib.*
2. Barb. *dict. 93. nu. 5.*

Militat etiam maior ratio in binuba, tùm ex eo, quod
14 eget maiori impensa, maiorique luxu, † quàm vidua,
Fontanell. *de pact. nuptial. claus. 5. gloss. 8. par. 9. num. 15.*
tùm ex eo, quod dos magis est dos constante matrimonio,
15 † quam eo dissoluto, quapropter, si Statutum voluit sol-
16 ui fructus tempore viduitatis, † multò magis voluisse di-
cendum est constante matrimonio pro eius oneribus sub-
17 stentandis, † pro quibus etiam de iure destinati sunt, *cap.*
salubriter de vsur. l. pro oneribus C. de iur. dot. aliàs esset in-
18 ducere nouas pœnas, secundò nubentibus, † quas ius ca-
nonicum substulit, *cap. penul & vltim. de secund. nuptiis,*
Rota coram Verall *decis. 25. nu. 3. par. 2. & cor.* Pen. *decis.*
19 *212. nu. 1. & seq.* & in specie, quod vidua transiens † ad se-
cunda vota, non perdat priuilegia circa dotem, Bart. *in l.*
2. ff. de iur. dot. & in l. nupta 31. ff. solut. matr. Bulgherin. *in*
repetit. l. prima num. 12 & 14. post med. vers. & ideo etiam
&c. vbi de communi *ff. sol. matr.* & debitores dotis, qui tem-
pore viduitatis fuerunt pluriès interpellati ad formam di-
20 cti Statuti, † reportarent commodum ex eorum mora,
contra *text. in l. in condemnatione §. vnicuique ff. de reg. iur.*
& in specie quod post moram hæredum primi viri in resti-
21 tuenda dote, † debeantur fructus viduæ, postquam tran-
sierit ad secunda vota, pluries resoluit Rota, vt cor. Se-
raph. *dec. 1406 nu. 2. & 3 & dec. 1423 nu. 2. & 1436. & post*
Fenzon. *ad Statut. Vrb. dec. 87. & in rec. dec. 736. num. 1. &*
seq. par. 4. tom. 3. & dec. 527 nu. 1. & 16. par. 5. tom. 2 & dec.
188. nu. 14. par. 10.

Quibus non aduersantur decisiones supra adductæ, nam
illa coram Coccino, & alia post Gilian. ad Statutum Peru-
sinum, quæ emanarunt in eadem causa, fundantur prin-
cipaliter in defectu interpellationis, & loquuntur non de
binuda, sed de muliere diuertente à viro, cui pro alimen-
tis specialiter fuit ab eodem Statuto prouisum in subse-
quenti *cap. 139* vndè dictum fuit non intrare Statutum in
in d. *cap. 137.* & meritò quia quando adest Statutum par-
22 ticulare † non attenditur generale, vt in specie aduertit
Rota *in d. decis. 72. nu. 12. post* Gilian. *vbi sup.* Decisio verò
in Romana transactionis loquitur de lucro dotis, ac per
transactionem in purum creditum redacto, & in secundis
nuptiis expressè per mulierem sibi reseruato, & non assi-
gnato in dotem secundo viro, & sic in paraphernо distin-
cto à dote, & non gaudente priuilegiis dotis.

Non obstat, quod vidua post transitum ad secundas nu-
ptias, ali debeat à viro, & cesset ratio d. Statuti, siue quia
23 Statutum Vrbis locum habet, † etiamsi mulier aliundè
habeat alimenta, vt declarat ibidem Fenzon. *num. 51.* Gra-
tian *discept. 920. n. 9.* siue quia Maritus, cui dos soluta non
24 fuit, † non tenetur alere vxorem, Adden. ad Greg. *dec.*
534. nu. 4. cor. Peutinger. *dec. 234. nu. 14. & dec. 470. num. 4.*
par. 2. & dec. 50. nu. 12 par. 9. rec.

Minus releuat, quod actio petendi fructus dotis non
competat mulieri, sed viro, qui non agit, nec debitores
dotis vnquam interpellauit; nam isti fructus non petun-
tur tamquam dotis secundi matrimonii, sed tanquam do-
tis primi, propter moram in ea restituenda contractam,
iuxtà superius firmata, & licet mulier censeatur renupta
† cum eadem dote primo viro tradita, ad *text. in leg. dotem* 25
quæ ff. de iure dotium. Vir tamen, cui nomen debitoris do-
tis non fuit cessum, agere non potest contra hæredes primi
† viri, quos obligatos non habet, sed actiones directæ 26
competunt ipsi mulieri, *l. minoribus C. de act. & obl.* Bald. *in*
cap. 1. ad fin. An maritus succedat Vxor. in vsib. feud. Alex.
cons. 322. nu. 10. & seq. lib. 7. Riminald. Iun. *cons. 818. nu. 35.*
Rolan. *de Lucr. dot. quæst. 81. nu. 4. & seq.* Gratian. *discept.*
252. nu. 49. & seq. Manent. *dec. 77. nu. 2.* Coccin. *dec. 60. nu.*
6. & admisit Rota *in d. dec. 234. cor. Peutinger.*

Placuerunt etiam DD. fundamenta decisionum, quo-
ad taxam dd. fructuum ad rationem scutorum septem cum
dimidio pro quolibet centenario, non obstante reductione
conuenta ad scuta quatuor cum duobus tertiis, in casu quo
fructus soluerentur de semestri in semestre, † quia talis 27
conuentio non fuit obseruata à debitoribus dotis, & in ca-
su non implementi D. Ducissa sibi reseruauit reditum ad
primæua iura sibi competentia vigore Statuti, & expres-
sè declarauit, quod reductio, & omnia alia in instrumen-
to contenta habeantur pro non facta, vndè post declara-
tam à D. Ducissa, & receptam resolutionem contractus,
post obtenta mandata pro fructibus ad rationem statuta-
riam; & susceptum pluries terminum ab eisdem dotis de-
bitoribus, frustra allegatur reductio ad formam conuen-
tionis, vt latè firmant dictæ *decisiones cor. R.P.D. meo Taia*
in quibus etiam sublata remanet exceptio purgationis mo-
ræ, † & quidem optima ratione ob pactum resolutiuum, 28
& sic ob defectum consensus d. D Ducissæ, necnon exce-
ptio rerum amotarum, † quæ non admittitur ad retardan- 29
dam solutionem dotis, ex claro *text. in l vnica §. taceat C.*
de rei vxor. act.

Verùm quia causæ prætensæ subtractionis gemmarum
adhuc pendet indecisa, & Rota mandauit vltimo loco,
examinari nouos testes, ideò Domini arbitrati sunt, vt
procedatur quidem ad vlteriorem executionem pro dd. fru-
ctibus, sed quoad scuta quatuor, & duobus tertiis ad effe-
ctum liberè soluen. &c quo verò ad reliqua ad effectum de-
ponendi, vel aliàs tutos redden. mediante cautione, per
ipsos debitores dotis, ne dictum iudicium reddatur eluso-
rium.

Et ita vtraque &c.

Decisiones plures in hac causa concordauimus supra in al-
tero tomo primo istius decimæ octauæ partis in calce de-
cis. 378. sub diebus verò 23. Ianuar & 14. Maii 1677. cor.
eodem R.P.D. Calataiù sunt aliæ binæ decisiones in ea-
dem causa emanatæ.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Viterbien. Successionis.

Lunæ 8. Iunii 1676.

ARGVMENTVM.

Ad successionem fratris prædefuncti æquè admittitur frater, ac illius soror in Monasterio professa, non obstante Statuto Viterbii exclusiuo eiusdem sororis, quia illud non poterat habere locum in hæreditate Clerici, qualis erat frater defunctus, nec minus contra Monialem eidem Statuto laicali non subiectam; Cumque illa declarasset esse de sua dote contenta, talis declaratio admissa non est, quia Monachus post emissam professionem, Monasterio præiudicare non potest.

SVM-

S V M M A R I V M

1 *Successio fratris ab intestato defuncti æquè defertur fratri, & sorori superstiti.*

2 *Soror licèt Monialis succedit cum fratre fratri sine testamento morienti.*

3 *Statutum Viterbii excludens sorores propter fratres ab hæreditate fratris intestato defuncti, non habet locum in hæreditate clerici, & nu. seqq.*

4 *Statutum laicale neque directè, neque indirectè potest de clericis, illorumque bonis disponere, & nu. seqq.*

5 *Statuti generalis dispositio non comprehendit ea, quæ à statuentibus in specie statui, aut disponi non poterant.*

6 *Statutum Viterbii exclusiuum sororum propter fratres ab hæreditate fratris non comprehendit Moniales, & nu. seqq.*

7 *Statutum de successione regulariter tempus successionis attendit, & quando.*

8 *Statuta de successione loquentia si comprehenderent clericos, ex quo illi à principio erant laici, sequeretur, quod statuta laicorum semper ligarent clericos, & sup. sub nu 6.*

9 *Laici omnes nascimur à principio.*

10 *Clericatus qualitas non est connaturalis homini, sed merè accidentalis.*

11 *Testis inductus probat contra inducentem.*

12 *Testis deponens*, che N. voleua lasciar la robba sua, *non probat voluntatem reductam ad actum, sed de simplici velleitate.*

13 *Voluntas non reducta ad actum nihil ponit in esse.*

14 *Testamentum, & voluntatem testatoris ad probandum, requiruntur septem testes.*

15 *Testes ad probandum testamentum, & voluntatem testatoris debent esse nu. septem rogati, & collectiuè vocati, non autem quod persunctoriè illum audiuerint.*

16 *Testes ad probandam voluntatem testatoris in vim testamenti non requiri rogatos, licèt Bellonus scripserit, posteà tamen se retractauit.*

17 *Monachus, vel Monialis dicens se esse contentum de dote sibi tradita, non præiudicat Monasterio quoad successionem.*

18 *Religiosus ante ingressum potest renunciare successioni, & disponere de rebus suis etiam in præiudicium Monasterii, in quo est professurus.*

19 *Successio Monaci defertur immediatè Monasterio, non ipsi Monacho.*

20 *Monachus non habet neque velle, neque nolle.*

21 *Religiosus per quamcumque declarationem non præiudicat Religioni quoad successionem ex sui persona eidem Monasterio delatam.*

D E C I S I O DCCXXVIII.

HÆREDITATEM Horatii Gnazzæ ab intestato defuncti vniuersaliter ad se spectare pretendat Franciscus illius frater germanus, excluso Monasterio S. Augustini Viterbii veniente ex persona Sororis Columbæ ibidem professæ, & pari consanguinitatis gradu coniunctæ; sed per sententiam Ordinarii fuit Monasterio concessa immissio pro medietate bonorum, quam in gradu appellationis confirmauit A.C. & deuoluta Causa in tertia instantia ad Rotam, idem fuit hodie resolutum.

Ratio resolutionis fuit Imperatoria Decisio *in l.2. §. hæreditas, & § legitima ff. de suis, & legit. & in §. si igitur defunctus, Auth. de hæred. ab intest. venien. & in Auth. defuncto C.*
1 *de Sen. Conf. Tertull.* † sublata quacunque differentia sexus,
agnationis, & cognationis sancitur successionem fratris, sine testamento morientis deferri ad fratres, & sorores super-
2 stites, vt in præciso casu sororis Monialis † contendentis
cum fratre, Rota *dec 168. in priac. par. 12. rec.*

Non obstat Statutum Ciuitatis Viterbii excludens fœminas stantibus masculis à successione fratris ab intestato
3 decedentis, † quia ex duplici capite illius dispositio intrare
non potest; Primò, quia cùm Horatius esset Clericus tale
Statutum tamquam laicale, locum habere non potest in
4 eius hæreditate ex defectu potestatis statuentium, † qui de
Clericis, illorumque bonis directè, aut indirectè statuere
non valent, iuxtà *text. in leg. Ecclesia S. Mariæ de Constit.*
vndè sequitur, quod sub generali dispositione Statuti nullo modo comprehendi queat illud, de quo à statuentibus
5 in specie statui, aut disponi non potuit, † & in præcisis
terminis hanc sententiam vti veriorem, & solidiori fundamento munitam sequuti sunt, Imol. *in cap. quod clericus nu. 4. de for. compet.* Decius, qui etiam tempore suo testatur de communi *in d. cap. Ecclesia S. Mariæ nu. 218. de Constit.* Salicet. *in Auth. cassa nu. 14. C. de Sac. San. Eccles.* Brun. *de statut. exclus. fœmin. art. 8. qu. 2. nu. 9.* Fachin. *contr. iur. lib. 12. cap. 29. vers. ego priorem,* Spereil. *dec. for. Eccles. 11. nu. 14.* & articulo acriter disputato hanc opinionem vti veriorem amplexa est Rot. *dec. 149. cor. Ottbob. per tot. & 625. cor. bo. me. Bich. & in Maceraten. hæreditatis 27. Maii 1658. cor. bo. me. Leone Verospio § & licet, & in Bonon. bonorum 2. Martii 1663. §. nec alicuius, cor. Illustriss. D. meo Præside Granaten.*

Secundò, quia Soror Columba tamquam Monialis pro-
pter eundem defectum potestatis statuentium, † ipsa quo 6
que ab huiusmodi statutaria dispositione eximitur, vt
punctualiter Rota *in d. dec. 625. cor. bo. me. Bich.* nil aduersante, quod tam ipsa ante ingressum in Religionem, quàm Horatius ante Clericatum vti Laici subiecti fuerint Statuto, quod cùm ex tunc iniecerit vinculum subiectionis, non remanserunt soluti per successiuum ingressum in Religionem, & susceptionem Clericatus, quia cùm verba Statuti legantur directa in tempus delatæ successionis, ibi
mulier &c. non succedat ab intestato, † non potest proin- 7
dè locum habere, cùm tunc temporis per monachatum
cessauerit vis Statuti, scilicet *in d. Auth. cassa nu 14* Ruin.
cons. 200. nu. 8. & 9. lib. 2. Rolan *cons. 57. nu. 29. lib 2* Si enim,
vt ille considerat, admitteretur præcedens iniectio vinculi,
† sequeretur maximum inconueniens, & absurdum, nem- 8
pè quoad Statuta Laicorum semper Clericos ligarent, † 9
cùm omnes ab initio Laici nascantur, & qualitas Clerica-
tus non est connaturalis, † sed merè accidentalis, vt ponde 10
rat Rota *d. dec. 625. nu. 34. cor. bo. me. Bichio.*

Nec subsistit, quod Horatius, licèt Clericus, voluerit
se conformare cum patrio statuto, quia cum illo non ligaretur præsumptio vrget in contrarium, imò se voluisse referre ad ius commune, & cum illius dispositione se conformare, liquet ex dicto quinti testis ipsius Francisci, qui deponit Horatium pluries dixisse: Che l'Imperatore haueua fatto testamento per lui; quæ verba à Iurisperito, qualis erat Horatius, prolata, quemadmodum indicant conformitatem cum iure communi, ita quoque probata remanent
ex dicto prædicti testis, qui cùm fuerit à Francisco inductus
† probat contra inducentem, Rota *dec. 178. nu. 2. par. 10. rec.* 11
& dec. 282. nu. 20. par. 11. & 198. nu 15. par. 15.

Minus releuant testes pro Francisco examinati, quia
præter exceptiones, quas patiuntur non probant voluntatem dispositiuam, ex quo audiuerint Horatium dicen-
tem: Che voleua, che la sua robba andasse à Francesco, † 12
nam hinc non resultat vera dispositio, sed simplex vellei-
tas, & nuda voluntas, † quæ nihil ponit in esse, cùm non 13
fuerit reducta ad auctum per testamentum, ad quod probandum requiruntur testes, simul collectiuè vocati, *l. hac consultissima §. per nuncupationem C. de test.* & debent esse
rogati, † nec sufficit, quod casu, & persunctoriè volunta- 15
tem Testatoris audiuerint, iuxtà *text. in l. hæres palàm §. in testamentis ff. de testam. auth. rogati C. de testam. l. fin. §. fin. C. de Codicill.* quidquid dicat in proposito nostræ quæstionis
Bellon. Iun. *cons. 74. n. 122.* † qui posteà pro veritate scribens 16
in suo tract. de iur. accresc. c. 10. qu. 2. n. 111. fatetur contrariam sententiam à se defensam *in d. cons. 74.* non posse substineri

Denique nullius momenti visa fuit declaratio Sororis Columbæ, quod ipsa ex fraterna hæreditate nihil prætendebat, sed contenta extabat de eleemosyna tradita Mona-
sterio pro eius dote, † quia licèt Monachus ante ingressum 17
in Religionem † possit renunciare hæreditatibus sibi ob- 18
uenturis, & liberè disponere etiam priuatiuè quoad ipsam Religionem, in qua est professurus, *auth. nunc autem C. de Episc. & Cleric.* canonizata *in Can. si qua mulier 18. qu. 2.* Rota *decis. 707. num. 12. coram Dunoz.* tamen post emissam professionem cùm hereditas deferatur immediatè Mo-
nasterio † iuxtà magis communem opinionem Canoni- 19
starum, quam tenent Innoc. Hostien. Io. Andr. Anton. de Butr. & alii *in cap. in præsentia de probat.* Sanchez. *in Decalog. lib 7. cap. 12. num 36.* & sequuta est cum aliis Rota *dec. 707. nu. 8. & 9. coram Dunoz.* Ideò per talem declarationem nullo modo fuit præiudicatum Monasterio, cui fa-
ctum Monachi non habentis, † neque velle, neque nol- 20
le, auferre non potest ius ex illius persona acquisitum, vt 21
in his ferè terminis notat Roderic *quæst. regul. tom. 2. quæst.*

78.art.1.in fin.verſ.ſi autem, dixit Rota *dec 81.per tot.* & ſignanter *nu.9.cor. Bichio*.

Et ita, vtraque parte informante, concluſum fuit, dandam eſſa immiſſionem Monaſterio.

R. P. D. RONDININO.

Romana Teſtamenti.

Veneris 12. Iunii 1676.

ARGVMENTVM.

Plures qualitates referuntur, & præponderantur ſimul pro validitate teſtamenti, in quo Teſtator Notario interroganti, primò reſpondit *oh*, poſteà denuò requiſitus dixit, *Signor sì*, quatenus non requiratur in illo præordinatio eiuſdem teſtamenti, ſi conſtet de voluntate Teſtantis, & ſanitate mentis illius ex actu publicè, & palàm geſto, & ex prudenti diſpoſitione, quæ ab aliis excogitari non poterat; plura ideò etiam de Notario in Vrbe non per ſe ipſum, ſed per ſuum iuuenem, aut Subſtitutum ſtipulante, ac de teſtibus pro, & contra teſtamentum deponentibus, in eadem deciſione deducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator ſi pluries declarauit ſe velle aliquem hæredem inſtituere, quem maximè diligebat, & illius fauore teſtamentum faciat per verbum* ſic, *teſtamentum ſuſtinetur*.

2 *Teſtamenti pro validitate magis attenditur prædilectio hæredis, qui teſtatoris nomen conſeruare poterat, quàm inteſtata ſucceſſio, per quam illud penitus extinguebatur*.

3 *Verba teſtatoris*, che voleua meglio aggiuſtare le coſe ſue, *intelliguntur de teſtamenti factione*.

4 *Opinio teſtantis magis quam veritas attenditur*.

5 *Actus ſubſequens morientis, qui antea plura dederat ſigna ſanæ voluntatis, ſi eſt illius intentioni conformis in ſana mente præſumitur editus*.

6 *Præordinatio teſtamenti, in qua poſtea teſtator reſpondit per verbum* ſic, *non prohibetur fieri à conſanguineo hæredis palàm, hoſtio aperto, & citra vllum dolum*.

7 *Teſtamentum rogatum à Notario caſu, & fortuitu accerſito, quamuis præordinatum ſit à conſanguineo hæredis, valet ſi teſtatrix paſſa eſt, illud ſibi legi, rogari, & publicari*.

8 *Teſtamentum factum ad interrogationem Notarii teſtatore reſpondente per verbum* ſic, *attenditur, & ſuſtinetur, ſi Notarius valdè cautè in illius ſtipulatione ſe geſſit*.

9 *Teſtator ſi Notario interroganti reſpondit per dictionem* oh, *& poſtea melius requiſitus dixit* Signor sì *primam interrogationem non benè percepiſſe dicitur*.

10 *Teſtamentum factum poſt receſſum ſomno etiam, cauſatum à febri, non poteſt ex præcedenti ſopore de nullitate redargui*.

11 *Teſtamentum grauiter ægrotantis ſi eſt prudenti diſpoſitione confectum, quam nec alius excogitare poterat, tempore ſanæ mentis dicitur eſſe conditum*.

12 *Præordinatio teſtamenti non eſt omninò neceſſaria in teſtatore reſpondente per verbum* ſic, Signor sì *dummodo conſtet de ſanitate mentis illius*.

13 *Teſtator in teſtamento reſpondeat per dictionem* ſic, *quod fuerit ſimul interrogatus à Notario, & conſanguineo hæredis, nihil facit, ſi poſtea interrogatio ſolius Notarii repetita ſit*.

14 *Teſtamentum, in quo omnia bona fide geſta ſunt, non remanet offuſcatum ex aliquo medio, quod illud obumbrare poterat*.

15 *Notariorum ſubſtituti, & iuuenes in Vrbe ob multitudinem negotiorum paſſim rogantur de teſtamentis, cæteriſque contractibus*.

16 *Notariorum iuuenes, & ſubſtituti ſe de inſtrumentis rogantes, nomine ſuorum Notariorum rogare dicuntur*.

17 *Conſuetudine attenta, prout eſt in Vrbe, rogandi contractus per iuuenes Notariorum, non procedit rigor legis, quod ſoli Notarii poſſint ſe de inſtrumentis rogare, & nu.19.*

18 *Populus ignarus, ſub fide publicis conſuetudinis decipi non debet*.

20 *Conſtitut. Pauli V. Vrbani VII. Innocentii X & Alexandri VII. ac edicta Cardinalis Camerarii ſuper rogitibus inſtrumentorum, à ſolis Notariis facienda in Vrbe non ſunt in vſu*.

21 *Archiuii Bulla quoad inſtrumenta, à ſolis Notariis roganda, attento contrario vſu Curiæ, in Vrbe abiit in deſuetudinem, & ſup. nu.20.*

22 *Hæres dicitur proprio ore à Teſtatore nominatus, quamuis ille reſponderit per verbum* ſic.

23 *Teſtator ſi poſt conditum teſtamentum illud cum pluribus approbauerit, & gratulationes recepit, nec de aliquo fuit conqueſtus, non dicitur deceptus, aut fraudibus ad teſtandam allectus*.

24 *Teſtibus pro teſtamento magis defertur, quam illis qui contra teſtamentum deponunt, amplia vt ibidem, & nu. ſeq.*

25 *Teſtis falſi temeraria alloquutio referetur diceatis* mi diano pur denari, che dirò quel che vogliono, *& huiuſmodi*.

26 *Teſtes improbantes teſtamentum, Iudicis arbitrio remittantur*.

27 *Teſtis dicens ſe non audiuiſſe non probat, cùm non coarctet negatiuum, quia ſi non audiuit ipſe, alii audire potuerunt*.

DECISIO DCCXXIX. 1

REASSVMPTIS teſtium depoſitionibus cor. RR. PP. DD. Taia, Caſtrillo, & Emerix olim exhibitis, totaque ſerie facti ponderata, viſum eſt Dominis citrà dolum, & fraudem ritè, & validè omnia in teſtamento bo. me. Domitillæ Ceſiæ geſta fuiſſe, neque in contrariam ſuſpicionem deflectere ea, quæ in præteritis deciſionibus R. P. D. Emerix Rotalem ſententiam de more præcedentibus, & in hodierna Cauſæ propoſitione à ſcribentibus contra teſtamentum deducebantur, ideòque infirmata dicta Rotali ſententia, ad priorem Sententiam pro teſtamenti validitate redierunt.

Diſtinguendo actus illorumque tempus ante teſtamentum, in ipſo actu teſtandi, & poſt teſtamentum, animaduerſum fuit ante iſtud, Domitillam Teſtatricem ſemper beneuolo animo fuiſſe in Federicum Cardinalem Borromeum hæredem inſtitutum, tunc Patriarcham, & ad Carolum ſecundum Regem Hiſpaniarum Nuntium, quem laudibus proſequendo pluries declarauit, ſe velle hæredem inſtituere, † vt in propoſito teſtamenti ab ægrotante con- 1
fecti, & reſpondentis per verbum, *ſi*, ad interrogationem Notarii, Crauett. *conſ 117. nu. verſ. vel quia alter*, Surd. *conſ. 414 n.54. & ſeqq.* Theſaur. Iun. *lib 2. qu foreaſ. 99. n 7.* Medices *dec. Senen. 18. ſub nu. 18.* Rot. cor Coccin. *dec 2167. nu 23.* repetit. poſt *conſ. Altograd. tom. 1. & cor.* R. Caſtillo *deciſ. 128. ſub nu. 26. 31. & ſeqq.*

E conuerſo autem ſorori Moniali Teſtatrix, vt iidem teſtes deponunt, non admodum grata erat, nec benè affecta, conſiderans ipſam mortuam mundo, † & mediante 2
ipſa bona ſua peruentura erant ad Monaſterium Sanctæ Luciæ in Silice Teſtatrici extraneum, nec aptum ad conſeruandum ſplendorem Domus, & memoriam nominis, quæ in Patriarcha Borromeo hærede inſtituto Teſtatrix conſiderabat, optimè Soccin. Iun *conſ 178. ſub nu 18. vol. 2.* Surd. *d conſ. 414. ſub nu. 93* Cyriac. *contr 407. ex nu. 297. & ſub nu. 213* Altograd. *conſ. 50. ex nu. 154 vol. 1* Medices *dictu deciſ. Senen. 18. nu. 31. verſ. Octaua*, Intriglioi. *dec. 34 nu 6.* cum aliis per Modern Lucen. *contr. 16. num. 15.* Rota cor. Coccin. *dec. 2167. nu. 23.*

Neque aliud voluit Teſtatrix, cùm iuxtà ſenſum ſcribentium contra teſtamentū dixit (*Che voleuo aggiuſtar meglio le coſe*

3 *cosi suo, e che la robba hauesse il suo corso*) † quia quoad
priorem partem verba hæc intelliguntur de testamenti fa-
ctione, ex Castren. *cons. 393. num. primo vers. 45. testus p.*
2. & quoad alteram referuntur ad Patriarcam Borromeum
hæredem instituendum, non autem ad Sororem Monia-
lem, quam licet proximiorem, Mundo tamen mortuam
4 reputabat † Testatrix, cuius opinio potiùs quàm veritas
attenditur, *l. is qui putat, & l. hæres institutus in princip. ff. de acquir. hæred.* Crauett. *consil. 88. sub numer.* 14. Rota
coram Seraphino *decis. 354. num 4. & coram* Coccin. *decis.*
2305. *nu.* 98.

Ad eandem præambulam voluntatem Testatricis eru-
endam addebantur animaduersiones, quod Testatrix plu-
ries expressit, se velle condere testamentum, Procurato-
rem suum ad id vocari fecit, Ancillæ ad Sacrum audien-
dum pergenti dixit, vt Deum rogaret pro scriptura; quam
eodem die factura erat, monitaque à Medico de discrimine
vitæ se testamentum confecturam, plaudè respondit, quod
& alteri Medico Paulutio repetiit, atque ante ipsum te-
stamentum Eucharistiæ Sacramentum sumpsit, aliaque
5 sanitatis mentis, & liberæ voluntatis signa edidit, † quæ
referunt testes, & Medici, vt proindè actui postea subse-
cuto conformis mens testantis arguatur, per ea, quæ in
proposito tradunt Bertazzol. *cons. ciuil.* 102. *sub nu.* 18. Lu-
douic. Bell. *cons.* 201. *nu.* 4. Surd. *dicto cons.* 414. *nu.* 60. Cyriac.
d. contr. 407. *sub nu.* 81. *& seqq.* Medices *d. dec.* 16. *sub nu.* 32.
Rota *rec. par. 4. tom. 3. d. dec.* 581. *nu.* 43. *& par.* 13. *dec.* 353.
nu. 8. *& 9. par.* 14. *dec.* 136. *nu.* 6.

Ante ipsum paritèr testamentum ponderabatur minuta
testamenti, non inconsulta Testatrice, eaque absente,
sed ipsa dictante à P. Borromeo ob nimiam moram Procu-
6 ratoris ad id accersiti conscripta, † quod ipse potuit, quam-
uis frater hæredis instituti ostio aperto, & citra vllum do-
lum ex dictis, & inferius dicendis penitùs exclusum, *ad text.* vbi notant Scribentes *in l. dictantibus C. de testam.* Al-
ciat. *consil.* 111. *numero* 13. *libr.* 9. Thesaur. *lib. 2. d. quæst.*
99. *numer.* 12. Soccin. Senior. *consil.* 92. *numer.* 18. *volum.* 3.
Crauett. *d. consil.* 17. *numer.* 5. *vers. vel si aure,* Mart. *de
success. legal par. 3. quæst. 12. art.* 1. *nu.* 6. Intrigliol. *d. decis.*
34. *nu.* 3. & 4.

Neque vocatio Notarij arguit suspicionem veluti de-
mandata à Patre Borromeo hæredis instituendi fratre,
postquam prædictam testamenti minutam exarauit, quia
non agitur de Notario eidem vocanti, aut eius Do-
mui benè affecto; in quibus terminis loquuntur au-
ctoritates in contrarium adductæ, sed de Quadrio iu-
uene principalis officij, qui casu, & fortuito inueni-
ri potuit, perquisitis bona fide pluribus officijs No-
tariorum occurrentibus, in quibus non fuerunt inuen-
ti nisi Tyrones, ex eo quod erat dies Festus, & non ci-
trà mandatum Testatricis, quod supponens Pater Bor-
romeus adueniente Notario dixit: *Signora è qui il No-*
7 *taro*, † quodque pariter supponens Testatrix, suam
dispositionem legi passa est, & publicari, vt inferius
dicetur per ea, de quibus Soccin. Iun. *cons.* 178. *num* 5.
& seqq. volum. 2. Surd. *dict. cons.* 414. *num.* 61. Medices *d.
decis.* 18. *num.* 4. Rota coram Coccin. *decis.* 2167. *sub num.* 23.
& decis. 2226. *num.* 22.

His ante actum testandi præmissis, succedebat iuxtà di-
stinctionem ab initio adductam, series ipsa facti in ip-
so actu testandi, cum Quadrius pro Notario accersitus,
cautè admodum Testatricem ab initio rogauit: *Signora si
contenta, che io legga il suo testamento?* qua annuente, post-
quam illud legit, cùm ad hæredis institutionem peruenit
stetit ipse, neque prosequutus est, legendo simpliciter to-
tum testamentum in fine posteà rogans Testatricem, an il-
la esset sua voluntas; sed voluit bona fide ipsam interroga-
re, quem faceret hæredem, & an Patriarcham Borro-
meum, & ipsa quidem conuersa erga Patrem Borromeum
respondit: *oh*: Sed idem iterum quærente Patre Borromeo
respondit: *Si Signore*: atque Notario subdente, hoc inter-
rogationis munus esse suum, non alterius, iterumque de
hærede illam interrogante, iterum respondit: *Si Signore*.
Subinde post lectam scripturam, denuò Testatricem quæsi-
uit; num ea esset suprema eius voluntas, & adhuc eo re-
plicante: *Commanda, che me ne roghi?* respondit Testatrix
8 *Sì Signore*, † ex quibus apparet, priorem illam responsio-
nem per simplicem interrogationem, *oh seù oh*, non fuisse
balbutientis, vel oppressæ nimia somnolentia, & grauita-
9 te morbi, † sed petenti clarius exprimi, quid diceretur, quo
posteà per replicationem perceptum habuit per verba, *Sì
Signore*; vt in proximis terminis benè respondent Soccin
Iun. *cons.* 144. *numer.* 51. *in fin. volum.* 2. Alex. *cons.* 173. *sub
num.* 12. *vol.* 3. Grat. *discept.* 843. *numer.* 9. & 10. Altograd.
cons. 50. *nu.* 191. *& seqq. vol.* 5. Rot. cor. Carillo *d. dec.* 128. *sub
nu.* 32. & 33.

Hinc posita mentis sanitate, de qua deponunt testes ip-
si, & Medici, quam nec somnolentia offuscauit, cùm,
vt Medicus deponit, illa accederet cum accessione febris,
atque cum ipsa recederet, & accessio febris fuit ante pran-
dium, vt proindè eadem die Dominica Medicus hora 19.
& 20. Testatricem visitans, ipsam experge factam agno-
uerit, † & testamentum postea factum fuerit hora 22. & 10
sic in mentis sanitate, cui etiam congruit qualitas disposi-
tionis admodum prudens, & verisimilis, additis plurimis
legatis piis, † quæ nec Pater Borromeus, nec quilibet alius 11
excogitare potuisset, veluti est legatum Ceræ pro Nouena
Ecclesiæ S. Marcelli, & vt lauentur vtensilia Sacrarii San-
cti Francisci à Ripa, vna cum aliis legatis familiaribus suis
inæqualibus, & merè arbitrariis, Soccin. Iun. *consil.* 178.
sub nu. 18. & 19. *vol.* 2. Menoch. *lib. 4. præsumpt. 6. num.* 34.
vers. Tertium signum, Mart. Medic. *d. dec.* 18. *num.* 31. & 32.
Rota *rec. par. 4. tom. 3. dec.* 581. *nu.* 43. *& seqq. & par.* 13. *dec.*
353. *nu.* 36. *& seqq.*

Consequens est, vt testamentum validum sit, quamuis
Testatrix simpliciter responderit per verbum *sic*; † quia 12
seclusa etiam præordinatione ex hucusque dictis, & infe-
rius dicendis deducta modus hic testandi à iure approbatur,
quotiescumque ægrotus non est adeò oppressus, vt cada-
uer potiùs æquiparetur, & vix discerni possit, an agno-
scat, quid agat; sed in eius arbitrio residet affirmare, vel
negare. Quo casu affirmando dicitur, constare de illius
voluntate, atque expressa in interrogatione dicuntur vir-
tualiter interesse in responsione, iuxtà *glos.* communiter
receptam *in l. Iubemus 5. Quemadmodum C. de testam.* Iason.
in contrarium adduct. *d. l. Iubemus ad fin. vers. tenendo ta-
men C. de testament.* in contrarium pariter adduct. *cons.* 183.
num. 26. *vers Verum quia communis volum.* 2. Clar. §. *Testa-
mentum q.* 37. *num.* 5. *& seqq.* Thesaur. Iun. *libr. 2. d. quæst.*
99. *nu* 14. Mantic. *de coniect. lib 2. d. tit. 6. num. 4. & seqq.*
Mart. *de success. legal par. 4. qu. 1. cas. 3. num. 17. & seqq. &
vot.* 89. *ex nu.* 40. Castill. *lib. 4. d. controu.* 27. *ex num.* 54. Me-
noch. *cons.* 45. *nu.* 17. Surd. *d. cons.* 414 *num.* 58. Farin. *d. cons.*
97. *ex num.* 7. cum aliis per Rub. *de validit. legal. cap.* 44. *ex
num.* 65. Rota *rec. par. 4. tom. 3. decis.* 581. *ex num.* 29. *& par.*
14. *decis.* 137. *ex num.* 7. Vbald. *decis.* 458. *numer.* 7. *& seqq.*
Bich. *decis.* 458. *ex nu.* 2. Card. Celso in contrarium adduct.
dec. 378. *num* 5. 11. *& per totam*, & quotquot hinc inde ad-
ducebantur ex decisionibus huius causæ cor. RR. PP. Taia,
& Emerix.

Et hæc responsio non minus habenda est, quia Pater
Borromeus hæredis frater vna cum Notario Testatricem
interrogauerit; quia suspicio exindè deducta à Soccino
Iuniore, quem reliqui sequuntur *consil.* 183. *numero* 27.
volum. 2. † abstergitur penitùs ex repetitis interrogationi- 13
bus ipsius Notarii, atque ex aliis coniecturis præponde-
rantibus hucusque recensitis, & inferius deducendis, † 14
ex quibus bona fide omnia gesta fuisse demonstrantur, vt
se ipsum bona explicauit idem Soccino Iuniore *cons.* 32. *nu-
mer.* 8. *volum* 4. Alex. *cons.* 33. *numer.* 8. *& 9. volum.* 3. Al-
ciat. *d. cons.* 111. *num.* 8. *lib.* 9. Farinac. *cons.* 97. *numer.* 18.
d. Castill. *contr. lib. 4. d. contr.* 27. *num.* 66. *& seqq. & num.*
73. Mantic. *de coniectur. lib. 2. tit. 6. num.* 10. *in fin.* Paitell.
expod. ciuil. adnot. 14. *num.* 37. *& seqq.* Rota *diuers. parte
prima decis.* 638. *num.* 7. *& in rec. par.* 13. *dec.* 478. *num.* 5. *&
par.* 14 *d. dec.* 137. *nu.* 13. Bich *dec.* 458 *nu* 2.

Defectus autem Notariatus in ipso Quadrio obstare vi-
sus non est, attenta consuetudine in Vrbe notissima, † 15
& non controuersa, in qua ob multiplicitatem negocio-
rum Notarii adhibent Substitutos, siue Iuuenes, per
quos conficiunt instrumenta, & testamenta omnia; † 16
Qui Iuuenes rogant nomine Notariorum principalium;
qua consuetudine attenta † substinetur contractus, & vl- 17
timæ voluntates, & ex mente ipsa legum, & Canonum
emollitur † vtriusque iuris durities, ne sub publica fide 18
ignari populi decipiantur, *ad text. express. in auth de Ta-
bellion. in fin. ibi*: Si verò præter hoc fiat, & alter delegetur,
tunc subiacet pœnæ Tabellio, ipsis tamen documentis pro-
pter vtilitatem contrahentium non infirmandis: *& in No-
uella* 174. *ibi*: Instrumentum autem non sit irritum, sed
propter vtilitatem contrahentium valeat. Butr. *in cap. inter
dilectos nu.* 27. *vers. nisi aliud haberet consuetudo, &* Bellam.

num. 15. vers. licet in hoc fletur consuetudinis, Guidop. *num.*
30. vers. consuetudine tamen, Imol. *nu. 13. vers. & istud potest*
considerari, vbi consuetudo Felio *sub nu. 27. & 29. de fid. instr.*
idem Imol. *in cap. cum P. Tabellio sub n. 2. alio eodem tit. de fid.*
instr. Bald. *in auth. si quis in aliquo nu. 13. C. de eden.* Castr. *cons.*
209. sub num. 1. vers. Tertius est, quando sic esset statutum,
vel consuetudo, & vers. nec apparet de statuto, vel consue-
tudine par. 1. Soccin. Sen. *cons. 24. num. 25. vol. 1.* Decian.
cons. 447. num. 40. in fin. & seqq. Rolan. *cons. 44. ex numer.*
34. vol. 1. Olasch. *decis. 37. sub num. 2. & 3.* Gabriel. in con-
trarium allegat. *commun. conclus. lib. 1. conclus. 3. de præ-*
sumpt. num. 41. Cancer. *var. resol. par. 1. cap. 4. de testam. sub*
num. 123. Papon. *lib. 4. tit. 14. de Notar. arrest.* 16. Tondut.
19 *par. 2. resol. ciuil. 126. num.* 10. Et de hac ipsa † consuetu-
dine Vrbis Boccac. *ad Constit. Piceni gloss. 7. num. 20* Posth.
de manut. obser 102. num. 29. Tusch. *in addit. ad repertor.*
lit. N. §. limita pag. 447. Farinac. *in fragment. post repertor.*
iudicial V. Notarius sub nu. 16. & latissimè defendit Scacc.
de iudic. lib. 2. cap. 15. sub num. 561. & seqq. Spad. *cons. 184.*
num. 8. vol. 2. Rota coram Mohed. *dec. 6. de fid. instr* Greg.
XV. *decis. 453. numer. 4 & 5 post 2. volum. consil.* Farinac.
decis. 329. numer. 2. quia cum prior repetita est *in recentior.*
parte 2. decis. 301. & posterior repetita est post Zacchar.
de societ. offic. decisione 15. & in Romana Testamenti 10. De-
cembris 1670. §. minorem, & 9. Decembris 1672. §. secun-
da verò coram Reuerendissimo Domino meo Albergato De-
cano.

Constitutio autem Pauli V. & Edicta Vrbani VIII. In-
20 nocentii X. & Alex. VII cum subsequutis pariter Edictis
Cardinalis Camerarii, & Archiuii pariter non obstant,
quia ex eadem consuetudine notissima, & notorini in fa-
cie ipsorum Pontificum apparet, Constitutiones, & Edi-
cta ex ipsorummet Pontificum consensu vsu recepta non
fuisse, & in desuetudinem abiisse, Fermosin. *in cap. fin.*
qu. 5. nu 5 & seqq de consuetud. R. P. D. Fagnan. *in ca. Tre-*
guas nu. 84 de Tregua & pace, & in cap. Nouigante nu 82. &
83. de vsur P. Passerio. *cap. 1. nu. 169. & seqq. & sub num.*
179. & 180. de consuetud. in 6 Rota *rec. part. 1. decis. 356.*
per tot. & par. 4. tom. 2. dec. 294. ex numer 15. & post secun-
dam vol. cons. Farin. *dec. 361. ex nu. 4.* Coccin. *dec. 2027. num.*
21 30. † & de Bulla Archiuii Puteo *decis. 296. per tot. lib. 1. in*
correct. Buratt. *dec. 466. nu. 18.* Vbald *dec. 326. n. 4.*

Neque pro adimenda fide ipsi Quadrio, qui pro Nota-
rio principali rogauit, alicuius est momenti, quod inqui-
situs fuerit de falso, & quod falsum ipsum commiserit,
non scribendo seriem facti, & interrogationem ac respe-
ctiuè responsionem Testatricis; sed simpliciter, quod ipsa
ore proprio hæredem nominauerit, quia iam fuit absolu
tus ab iniusta accusatione. Quinimmo, & plura testa-
menta rogauerat publicè, & palam; atque ad omnem
vmbram dissipandam, Notarius quoque creatus fuerat
ex documentis pro ipso Monasterio exhibitis, atque rectè
admodum & citrà vllam falsitatem scripsit hæredem ore
22 proprio nominatum, † quia talis dicitur ille, qui ad in-
terrogationem Notarii per simplicem Testatricis respon-
sionem per verbum, *sic*, designatur, quamuis Statutum
vltrà ius commune mandaret, vt hæres proprio nomine
nominaretur, vt magistraliter consuluit Bald. *cons. 122.*
nu. 2. vol. 4. Cæphal. *cons. 546. nu. 46.* Syluan. *cons. 54. num.*
10. Menoch. *cons. 45. nu. 1.* Surd. *d. cons. 414. sub nu 53.* Boss.
tract. crim. tit. de fals. nu. 55 Grat. *discept. 843. num. 24. & 25.*
Rota coram Carillo *dec. 88. sub nu. 11. & 12. & in Romana*
Testamenti 11. Februar. 1672. sub §. prout coram R. P. D. meo
Bourlemont.

Denique hucusque deductis ante ipsum testamentum,
& in ipso actu testandi adduntur ea, quæ testamentum
subsequuntur, cum Notarius postquam legit totam scriptu
ram, bisque Testatrix hæredis institutioni annuit, ean-
demque rogauit, num ea esset eius suprema voluntas, quæ
adhuc respondit: *Si Signore*: atque confessio gratulanti,
ipsam res suas composuisse, respondit, totum iam fuisse per
23 actum, † quod certè non dixisset, si compos mentis non fuis-
set, tanquam ignara gestorum, vel si dolis, & fraudibus alli-
cita fuisset, quia alloquens personam adeò confidentem de
illis conquesta fuisset, cùm præsertim aliquot diebus super-
uixerit in eadem voluntate perseuerans, ex deductis per
Grauett. *d. cons. 127. n. 1. vers. idem si, post* Clar. *ad §. Testam.*
qu. 67 sub na 4 Surd *d. cons. 414. n. 66 & sub n. 95.* Grat. *disc.*
93. n. 10. & 11 Thesaur. *lib. 2. d. qu. 99 n. 14.* Castill *lib 4 d. con-*
er. 27. n. 62. Cyriac. *d. contr. 407. sub n. 305. & seqq.* Moder. Lu-
cen. *d. contr. 16. n. 47.* & alius eiusdē Concivis *d. consult. 42. sub*
nu. 27. & 28. Intriglial. *d. dec. 34. nu. 3. & seqq.* Medic. *d.*
dec. 18. nu. 33. Rota coram Coccino *dd. dec. 2167. num. 23.*
& 2226. nu. 22.

Non obstat, quod duo Testes Testamentarii deponant
Testatricem nihil respondisse Notario, nisi dictionem *ob*,
atque alia pariter contra testamentum deponnot, quia illis
resistunt omnes alii Testes testamentarii, & alii etiam
non testamentarii, † quibus DD. fidem adhibere volue- 24
runt, tanquam numero pluribus, & longè verisimiliora
deponentibus, attenta serie facti publici, cùm testamen-
tum fuerit conditum apertis ianuis coram multitudine
personarum, atque è conuerso vigeat præsumptio aduer-
sus testes contradicentes testamento ex eorum depositioni-
bus contrariis affectatis, & inuerisimilibus, atque ex eo-
rum personis, cùm alter existat Stabularius, & alter Cau
po, & Tabernarius prius inquisitus, vnà cum filio de fal-
sitate alterius examinis, eo quia temerariè † dixit: Mi 25
diano pure denari, che io dirò quello, che vogliono, che
non m'importa star retirato per vna, ò due Testimonian-
ze falze: † cùm & Iudicis arbitrio circa testes improban- 26
tes Testamentum multùm deferatur per ea, quæ dedu-
cunt Morot. *cons. 38. nu. 3. & seq.* Bertazzol. *cons. Ciu. 202.*
nu. 11. & 12 Socc. Iun. *cons 178. nu. 32. vol. 2.* Fachin *cons.*
24. sub nu. 10. vol. 2. Cyriac. *d. contr. 408. ex nu. 272.* Rub. *de*
testam. resol. 40. nu. 267. & seqq. Altograd. *cons. 30 sub nu. 138.*
& seqq. vol. 1. Andreol. *contr. 223. nu. 5. & per totam*, Rota
rec. par. 4. to. 3. dicta dec. 581. sub nu. 102. & seqq. & coram
Coccin. *dec. 2226. sub na. 17. & seqq.*

Depositio autem Theobaldi Stufæ; præterquam quod
non est iudicialis, sed simplex reuelatio ad perpetuam rei
memoriam, adhuc tamen ex alia ratione non concludit,
cùm nec ipse, nec alius Testis, qui est quartus non est te-
stamentarius ex parte Ducis Borromei inductus aliquo
modo coarctent negatiuam se non audiuisse, & esse non
posse, quod non audiuerint, † quia nisi ita deponant non 27
concludit pernecessè probatio, quia non excludit possibili-
tatem, quod si non audiuerunt ipsi audiuerint alii, qui
affirmatiuè deposuerunt, Surd. *dicto cons. 414 sub nu. 83. &*
seqq. Grat. *dicta discept. 843. na. 53. & 54* Cyriac. *dicta con-*
trou. 408. na. 231. & 232. Bertazzol. *dicto cons. ciuil. 102. sub*
nu. 19 Rub. *de testam. dicta resol 40. ex nu 229.* Modern. Lu-
cen. *dicta Consult. 41. nu. 17. & seqq. & cons. vlt. 42. num. 21.*
Rota cor. Cocc. *dicta dec. 2167. nu. 13. & 21. & d. dec. 2226.*
nu. 11. & seq.

Cæterùm quoad exceptionem aduersus Testes pro Te-
stamento deponentes, vt nempè sint legatarii placuerunt
responsiones ab informantibus pro Dominis Borromeis
deductæ, cum quibus Domini transierunt vtraque parte
pro articuli grauitate, & causæ pondere accerrimè infor-
mante.

Supra in hoc eodem tomo a plures concordauimus decisio-
nes in hac causa in calce alterius decisionis 603. infrà ve-
rò sub die 16. Iunii 1677. adest altera præsentis confirma-
toria.

R. P. D. T A I A.

Romana, seù Anconitana Dotis.

Veneris 12 Iunii 1676.

A R G V M E N T V M.

Quotidiana materia tractatur super exequu-
tione instrumentorum dotalium contra ter
tium facienda, ad nostrum *Stat. lib. 1. cap. 85*
quod nempè sit necessaria probatio posses-
sionis debitoris de tempore obligationis, vel
postea; Rursus, an, & quatenus idem ter-
tius probare teneatur nullitatem exequu-
tionis super suis bonis factæ pro debito alte-
rius, & cum distinctione resoluitur, nem-
pè quod si tempore exequutionis bona penès
debitorem reperiuntur, ipse tertius debeat
probare dicta bona esse sua, secus verò si il-
la idem tertius possideat.

SVM-

S V M M A R I V M

1 *pro Dote non proceditur exequutiuè contra tertium, vigore* Stat. Vrb. lib. 1. cap. 85. *nisi probata possessione debitoris de tempore obligationis vel postea, & n. 8.*

2 *Saluiani præcipuum, & maximum requisitum ex probatio possessionis debitoris de tempore obligationis, vel postea.*

3 *Præsumptio semper stat pro validitate, & iustitia decreti, mandati, & exequutionis factæ.*

4 *pro Exequutionis relatione omnis viget iuris præsumptio.*

5 *Exequutionem nulliter fuisse factam quis probare teneatur.*

6 *Bona præsumitur illius, penès quem reperiuntur, vel à quo possidentur.*

7 *Cautela* Angeli *traditur, & declaratur, & num. antecedentibus.*

9 *Res inter alios acta alijs non prodest, neque nocet.*

10 *Mulier sine solemnitatibus statutarijs, nec quidem consiteri potest.*

11 *Mulier tenetur seruare solemnitates vbicumque lædi potest.*

12 *Mulier quatenus occasione dotis possit contrahere sine solemnitatibus.*

D E C I S I O DCCXXX.

IVLIA nupsit Antonio, deditque pro Dote: Tutto quello, che può pretendere nell'Eredità del Padre, e della Madre, in Instrumento 27. Ianuarij 1643. Deinde: Hauendo il Sig. Antonio riceuuto varij, e diuersi Arnesi, vesti, e biancherie stimate d'accordo per prezzo di scudi 700. in augumento di dote della Signora Giulia, l'inuentario de quali si registrarà nel presente instromento, il medesimo Sig. Antonio promette la restitutione di detti scudi 700. &c. 15. Iunij 1644.

Defuncto Antonio, & agente Iulia, A. C. concessit mandatum executiuum contra illius bona hæreditaria pro dd. scut. 700. & fructibus à die interpellationis citato Ænea filio Antonij, eòque defuncto, citata Camilla filia ipsius Antonij, eiusque marito, vnde sequuta est sententia, & exequutio in bonis possessis à dd. Coniugibus vti hæreditarijs Antonij.

Adita verò Signatura ab ipsis Coniugibus, quin etiam pro hæreditate Antonij, commissa fuit causa Rotæ cum clausula, *Alteri, qui ad legitimam exequutionem*, & inde proposito dubio, An sit procedendum ad vlteriora, DD. responderunt non procedendum.

Vnica hactenùs ratione vnicè mandata mihi (qui de duobus præceptis stoicis libentiùs abstineo, quàm sustineo (quia non possideantur à Camilla, & marito bona obligata Iuliæ Actrici, relictis multis alijs controuersijs in facto super Testibus, & eorum Testimonijs de mobilibus ablatis, & de causa exequutiua, vel ordinaria.

Etenim exequutio proponitur consumata in quibusdam domibus, quarum nulla legitur in Inuentario hæreditario Antonij facto ab Ænea filio; Et licèt Inuentarium non probet contra tertiam creditorem, quia possibile sit, quod viuente debitore bona fuerint alteri hypothecata, & postea eo, vel viuente, vel defuncto alteri alienata, adhuc desideratur probatio possessionis debi-
1 toris, † saltem tempore obligationis, ad Statutum 85. *de execut. instrum. dat. lib* 1. Et est alterum, & maximum re-
2 quisitum in † Iudicio Saluiani interdicti, apud Pacific. de Salu. *cap. 5. n. 1. inspect. 1.*

Hoc autem minimè probari visum est ab Informanti-
3 bus pro executione, proponendo præsumptionem † pro validitate, & iustitia decreti, mandati, & executionis, ad Rotam coram Buratt. *decis. 287. numer. 9.* & quod pro
4 executionis relatione † præsumatur, vt inquit eadem Rota coram Buratt. *dec. 191. n. 5. & dec. 196. n. 1.* cum alijs, & publicè patere, & ipsam Camillam alibi dixisse, habuisse in dotem hæc bona.

At verò ad deductam præsumptionem; hæc procedit, quando bona tempore executionis reperiuntur, vel possidentur ab ipsomet debitore, quo casu Tertius veniens ad impugnandam executionem sub prætextu, quod bona in executionem capta sint sua propria, id concludenter pro-
bare tenetur, † secus verò quando bona possidentur 5
à Tertio, tunc enim cùm ipse Tertius habeat præsumptio-
nem iuris pro se, ex quo bona præsumuntur † il- 6
lius penès quem reperiuntur, vel à quo possidentur onus probandi bona in executionem capta esse debitoris, incumbit creditori, non autem tertio possessori, iuxtà *gloss.* quam perpetuo esse menti tenendam post Bart. tradit Rot. coram Dunoz. Iun. *decis. 332. ex num. 2.* cum allegatis alijs, & cum hac decisione coram Coccino *dec. 2092. num. 3.* ad tradita *ad §. si rerum alias, §. si super rebus, l. à Diuo Pio 15. ff. de re iudic.* vbi Angelus tradit cautelam † 7
illam de præueniendo cum intimatione creditorem intentantem executionem, quæ in casu præsenti executionem præcessisse comperta est.

Publicè patere visum quidem est, quantum videre licet, bona corporalia, & domos in Platea, non autem patere visum est esse hæreditaria.

Camillam demum dixisse, habuisse in dotem, hæc bona executioni subiacentia in scriptura matrimoniali, ibi: La sudetta Signora Camilla promette al Sig. Conte Bartolomeo scudi 7000. e scudi 350. d'Arnesi, e per scudi 5000 gl'assegnarà subito seguite le nozze, & adesso per all'hora li assegna tutte le Case, che ella possiede nella piazza &c. in scriptura 6. Maij 1643 in quibus controuertitur executio.

Non est visum satis, & minus contra ipsam Camil-
lam Tertiam ad præscriptum *Statut.* 85. † quia proba- 8
tum non est, has domos ab obligante Antonio tempore obligationis, aut post fuisse possessas, nec talia dixerit Camilla fortè de his domibus, quæ etsi dixis-
set, res esset inter alios acta, † quæ inter alios, alijs 9
non prodest, neque nocet *ad rubr. ipsam C. res inter alios actas, & notat ibidem ad* Bart. Alex. *vers. Pone ergo regulam*, & iunctà *d. rubr.* Gloss. *veniat in fine, §. Idem scribit l. hæredes eius 25. ff. famil. ercisc.* Si tamen res inter alios acti legitimè acta fuisset, & non legitimè vide-
tur, muliere sine solemnitatibus statutarijs † confitente, 10
aut contrahente, *cap. 151. lib. 1.* conducentibus de simplici confessione Pico *gloss. 7. numer. 41. & decis. 52. numer.*
14. part. 15. cum alleg. & vbicumque mulier † lædi po- 11
test, Pic. *d. glos. 7. num. 6.* & cum eo, & cum alijs Fenzon *n. 49.*

Et licèt occasione dotis, non tamen in Causa propriæ
dotis priuilegiatæ, † mulier contrahere possit sine solemni- 12
tatibus, Picus *d. glos. 2. ex num. 228.* hoc tamen est pro dotanda paupere, & inope dotem non habente, ex *num.* 253. cum alleg. & hæc nihil conferunt ad præsentem casum in fauorem Actricis.

Et ità vtraque &c.

R. P. D. V B A G O.

Iuuenacen. Præpositurae.

Veneris 12. Iunii 1676.

A R G V M E N T V M.

Licèt commissa causa cum clausula, *parito*, non possit Iudex audire partem, nisi prius de paritione docuerit, vbi tamen commissio modificata est cum alia clausula *arbitrio*, non solùm idem Iudex audientiam concedere potest, sed adhuc denegare executionem literarum Apostolicarum, tàm in eo casu, quo de nullitate gratiæ plenè constet, quàm si super eadem nullitate solus fumus adducatur, qui satis resultabat ex eo, quod beneficium deberi certo generi personarum, Pontifici, à quo illud impetratum erat, non fuerat aliquo modo narratum.

S V M-

S V M M A R I V M.

1 *Clausula* parito, *dat iurisdictionem conditionalem, & denegat audientiam, nisi prius docto de paritione.*

2 *Clausula* parito, *vbi est iuncta cum clausula* arbitrio, *modificat illius rigorem.*

3 *Iudex etiam non docto de paritione potest audire partes, & retardare executionem, tàm si nullitas gratiæ plenè probetur, quàm si fumus super ea exhibeatur, quoties adest commissio cum clausula*, parito, arbitrio.

4 *Clausula* parito literis arbitrio Rotæ, *docto, vel dato fumo nullitatis gratiæ, suspendit executionem, donec fiant meliores probationes, vel procedatur in petitorio.*

5 *Beneficium etiam Papæ reseruatum, debetur habenti qualitates ad illud requisitas.*

6 *Taciturnitas quod beneficium debeatur certo generi personarum, vitiat illius impetrationem, & gratiam.*

7 *Gratia Pontificis vitiatur ex eo solùm, quod si Papa sciuisset, illam difficiliùs concessisset.*

8 *Renunciari potest clausulis partem audiri impedientibus, veluti est clausula* parito, *& huiusmodi.*

9 *Renunciatio, quæ fit clausulis impedientibus audientiam partis, etiam tacita sufficit.*

10 *Renunciatio iuris in beneficialibus à Rota non admittitur, licèt renunciatio litis, & causa vtique admittatur.*

D E C I S I O DCCXXXI.

MORTVO Ferrante Saxo Præposito Collegiatæ Ecclesiæ S. Spiritus Iuuenacen. Capitulum eiusdem, vigore Indulti à Bonifacio IX. sibi concessi, ac à Clemente VII. confirmati, elegit ad Præposituram Carolum de Cicco, eumque Archiepiscopo Barensi præsentauit, & institui obtinuit; Verùm quia Michael Angelus de Angelis supponens, eandem Præposituram, tanquam primam dignitatem in Collegiata, cadere sub reseruatione Regulæ tertiæ, hodie quartæ Cancellariæ, eam à Sede Apostolica impetrauit; Orta fuit desuper lis, & commissa R. P. D. meo Calatiù, qua pendente decessit Carolus, vndè Capitulum deuenit ad nouam electionem fauore Hieronymi Saraceni, quem pariter Archiepiscopo præfato præsentauit, & institui obtinuit; Et è contra Michael Angelus subrogationem in iuribus defuncti impetrauit, ac sententiam Rotalem super executione literarum Apostolicarum suæ subrogationis præuia decisione sub die 28. Iunij 1673. coram eodem R. P. D. meo Calataiù emanata reportauit.

Commissa autem mihi causa appellationis à sententia præfata, cum clausula, *Parito literis arbitrio Rotæ*, proposui dubium, An intraret arbitrium, itaut sententia Rotalis, sit confirmanda, vel infirmanda, & Domini ad primam partem pro informante, arbitrium intrare responderunt.

1 Etenim, licèt clausula *Parito* † det iurisdictionem
conditionalem, itaut Iudex, non possit audire, & cognoscere causam, nisi postquam appellans docuerit se paruisse, Gregor. *decis.* 34. *num.* 1. Tamen vbicumque
2 addita in ea sunt verba illa, † *Arbitrio Rotæ*, modifi-
catus remanet eius rigor, Seraphin. *dec.* 1305. *num.* 1. itaut possit Iudex, etiam non docto de paritione, partem audire, & non solùm, vbi plenè doceat de nullitate gra-
3 tiæ, † sed etiam dato solùm de eadem nullitate fumo,
executionem retardare: vt fuit firmatum coram Andrea *dec.* 96. *numer.* 4. *& in decis.* 53. *numer.* 7. *&* 8. *post* Viuian. *de iurepatron.* & coram Royas *decis.* 111. *num.* 4. saltèm
4 donec fiant meliores † probationes, vel vt procedatur in
petitorio, *dec.* 102. *n.* 17. *post* Viuian. *de iurepatr.* Coccin. *dec.* 1559. *n.* 20.

In præsenti autem, quia Præpositura ex præfato Indulto debetur vni de Capitulo, qualis non est Michael Angelus, inde visum est dati fumum nullitatis gratiæ, per eum tali qualitate tacita impetratæ, cùm Benefi-
5 cium etiam Papæ † reseruatum debeatur habenti quali-
tates ad illud requisitas Rota coram Seraphin. *dec.* 1420. *nu.* 3. & quod taciturnitas, quod beneficium sit destina-
tum certis personis, quæ existant, † vitiet eius Impetra- 6
tionem, ex quo Papa, si sciuisset; saltèm † difficiliùs 7
alijs concessisset, Puteus *dec.* 252. *in fine lib.* 3. Bich. *dec.* 189. *n.* 16. *&* 17.

Concurrente præsertim, quod Michael Angelus, qui gratiam obtinuit, & literas expediuit, non solùm non instat pro earum executione, sed liti expressè cessit, & amplissimè renunciauit, quod visum est considerabile,
ad hoc vt possit executio retardari, & pars audiri, † cùm 8
benè ad hunc effectum similibus clausulis partem audiri impedientibus valeat renunciari, Ioannes Andreas *in cap. Statutum nu.* 1. *ad med. vers. quare si renunciat de præ-*
bend. in 6. idque etiam † tacitè, Rota *decis.* 209. *num* 4. *&* 9
5. *part.* 4. *diuers. & in Pampilonen. Archidiaconatus coram Pamphilio impress. per* Marchesan. *de commiss. part.* 2. *fol.* 424. *nu.* 2.

In nihilo refragante, quod simus in materia beneficiali, quia licèt Auditores Rotæ non admittant
renunciationem iuris in beneficialibus, † tamen re- 10
nunciationem litis, & causæ benè admittunt, Rota *decis.* 3. *numer.* 3. *post med. vers. sed quidquid sit de renunciat. in nou.*

An autem ex prædictis, alijsuè dici possit dicta sententia præcedentis instantiæ iniusta, itaut reuocari debeat, quæ erat secunda pars dubij, censuerunt Domini esse particulariter videndum.

Et ita vnica tantùm parte informante resolutum fuit.

R. P. D. VICECOMITE.

Carpentoraten. Bonorum.

Veneris 12. *Iunii* 1676.

A R G V M E N T V M.

Transactionem impugnabat filia prioris matrimonii, quæ inæqualiter instituta dicebatur à matre binuba cum filio posterioris coniugii, illius etiam dispositionem redarguens, vtpotè factam in fraudem *legis hac edictali*, etiam in fauorem Victrici eidem filio substituto, sed pro substinenda transactione deciditur, quia hæc inæqualitas erat à iure permissa salua portione legitimæ, & dummodò contemplatione filii, non patris, illius institutio detegatur facta; Substitutio verò eiusdem patris, tamquam sub conditione dependens, adhuc dilata in remotissimum tempus, & non nisi turbato mortalitatis ordine, verificabilis, aliquam fraudem eiusdem legis operare non poterat.

S V M M A R I V M.

1 *Transactio parit exceptionem litis finitæ, & impedit litis ingressum.*

2 *Transactionem habens pro se, dicitur habere intentionem in iure fundatam.*

3 *Mulier maior transigere non prohibetur, cùm de iure communi possit se obligare, & n.* 4.

5 *Error nullitatem transactionis operatur, ex defectu consensus.*

6 *Læsio enormissima ipso iure contractum infringit.*

7 *Mulier renuncians* legi hac edictali *non potest allegare ignorantiam dispositionis illius.*

8 *Læsio enormissima considerari debet inspecto dubio litis euentu.*

9 *Litis dubius euentus æstimari debet.*

10 *Mulier binuba non potest plus secundo viro relinquere, quam vni ex filiis primi matrimonij.*

11 *Mulier binuba non prohibetur plus filiis ex secundis nuptiis relinquere, quàm ex primis procreatis.*

tis, salua tamen portione legitimæ.

12 *Mulier binuba licèt salua legitima, inæqualitatem seruare possit inter filios vtriusque matrimonij, hoc tamen in fraudem legis operare non valet, & nu. seqq.*

13 *Mulier binuba plus relinquens filio secundarum nuptiarum, non tenetur patri prohibere vsumfructum, quinimò nec illum eidem filio substituere.*

14 *Patri defertur successio sui filij, etiam exclusis fratribus ex latere venientibus.*

15 *Vsusfructus si patri non fuit prohibitus à matre binuba, plus relinquente filio secundi matrimonij, non ex hoc inducitur fraus* l. hac edictali.

16 *Vsusfructus acquisitio ad fauorem patris in bonis sui filij est in iure fundata.*

17 *Legis ex dispositione, seù permissione, quæ facta sunt, in alterius legis prohibitionem referre non debemus.*

18 *Testamentum factum secundum legis dispositionem remouet quamcumque præsumptionem fraudis.*

19 *Filij masculi secundarum nuptiarum pro conseruatione familiæ matribus sunt prædilecti, & iure præferuntur fœminis prioris coniugij.*

20 *Mulieris binubæ dispositio referri potius debet ad causam magis tutam, & probabilem, quàm ad fraudem legis, & n.24.*

21 *in Filijs non natis nulla cadere videtur affectio.*

22 *Mulier binuba instituens filios nondum natos secundarum nuptiarum, dicitur contemplasse potius patrem, quàm filios.*

23 *Mulier binuba instituens patrem in vsufructu filiorum posterioris coniugij, facit fraudem legi.*

25 *Filij vtriusque coniugii, si de inæqualitate conquerantur, conferre debent quidquid ab eorum parente, siue in vita, siue in morte obtinuerint.*

26 *Collatio bonorum parentum inter filios fieri debet secundam valorem de tempore mortis ipsorum.*

27 *inter Vitricum, & Priuignos inæqualitas à lege damnatur.*

28 *Substitutio patris facta à matre binuba filio secundarum nuptiarum quanti æstimanda sit ad urgendam inæqualitatem inter filios prioris coniugij.*

29 *Status hæreditarius firmari debet ad hoc vt detegatur inæqualitas inter filios vtriusque coniugii.*

30 *Immissio contra transactionem non datur donec læsio, & error eiusdem transactionis concludenter probetur, & per tres conformes reuocetur.*

DECISIO DCCXXXII.

HELENA de Patris Testamentum condidit, quo, relictis iure institutionis Annæ ex primis nuptijs cum Claudio de Comborsiers filiæ, scutis 100. huius verò filijs; Petro videlicet ad sexennium alimentis, cæterisque singulis, siue natis, siuè nascituris libris decem Turonen. vniuersalem hæredem instituit Ioannem ex repetito coniugio cum Guilielmo Spiritu de la Motte alterum filium, cui in pupillari ætate, vel aliàs quandocumque sine filijs morienti ipsius instituti patrem substituit: Purificata paulò post per mortem dicti Ioannis in pupillari ætate substitutione in Guilielmo patre, adeptaque per eum bonorum possessione, Anna eius priuigna conqueri cœpit de inæqualitate maternæ dispositionis: Sed antequam ad forum contentiosum deduceretur res, composita fuit de anno 1638. per transactionem, qua susceptæ per Vitricum obligatione soluendi scuta 600 in sexennium Annæ priuignæ, ista viceuersa auxilio *l. hac edictali, C. de secund. nupt.* quæ iura sua fouebat, omnibusque præfatis legatis tàm sibi, quàm filijs ab Helena factis renunciauit; Verùm cùm tractu temporis in renunciatione ipsa læsam se, errore-que circumuentam faceret, impetrata à iuramento in ea præstito absolutione, iudiciales instantias mouit coram Eminentiss. Auenionen. Legato, declarari petens, vt Testamentum Helenæ ex præfatæ legis dispositione haberetur pro non scripto, prout per sententiam obtinuit, ei insuper decernentem in medietatem maternorum bonorum immissionem; Deuoluta subinde per appellationem ad Rotam causa, mihique commissa, dubium proposui bipartitum, An scilicèt obstet transactio, siuè potiùs sit danda immissio, quod in prima parte affirmatiuè, in secunda verò negatiuè resolutum est.

Resolutionis ratio quoad primam partem posita est
in virtute ipsa transactionis, † quæ exceptionem parit 1
litis finitæ, impeditque litis ingressum, per Text. *in l.*
causas, C. de transact. & cap. 1. de lit. contest in 6. latè
Surd. *cons. 451. numer. 16. & 17.* habentesque pro se tran-
sactionem, † dicitur habere intentionem fundatam in 2
iure, vt subdit idem Surd. *numer. 18.* & alijs congestis
Rota coram Caualer. *decis. 550. numer. 3.* coram Mer-
lino *decis. 676. numer.* 2. & alibi passim, etiam con-
tra fœminam transigentem, † quando maior est 25. 3
annis, prout erat Anna, quando transegit, † quia 4
tunc de iure communi potest se obligare, per Text. *in l.*
Velius, C. de reuocat. donat. & l. 2. vbi gloss. verb. obliga-
uit C. ad Velleian. Gratian. *discept. 756. num. 24.* Rotam coram Coccino *dec. 1973.* & coram Dunozett. Iun. *decis 608.*
vtrobique n. 7.

Neque contra huiusmodi transactionem, aut allegatus
error, † qui nullitatem operatur ex defectu consensus, 5
ad Text. *in l. Post diuisionem C. de iur. & fact. ignorant.*
Thomat. *decis. 88. numer. 22. & seqq. & numer.* 26. Rota
dec. 248. numer. 3. cum seqq. part. 11. aut enormissima læ-
sio, quæ † iure ipso contractum infringit Cancer. *variar.* 6
resolut. par. 1. cap. 13 n. 43. Rot coram Put. *dec. 223. per tot.*
lib. 1. in recent. dec. 269. n. 25. part. 11. suffragari valuit Annæ transigenti.

Non error quia ignorare non potuit, quin transegerit
super controuersia descendente ex *l. hac edictali*, † dum 7
ei expressè in transactione renunciauit, vt in specie
tradit Hodiern. *d. legis* Glossator *quæst. 11. num. 128.* Ferrer. ad Guidopap. *decis 228.* Manz. *consult.* 100. *numer.*
4. *vers. quæ probatio*, cum alijs *in Romana Hæreditatis*
26. *Februarii* 1684. *§. Quæ omnia versic. ad hoc enim coram me.*

Nec etiam læsio enormissima, † quia considerata inspe- 8
cto dubio litis euentu, † quem æstimari oportet, ait 9
Bartol. *in l. si quis eum aliter numer. 5. ff. de verb. obligat.* &
explicat ibi Aretin. *numer. 4. in fine* Mantic. *de tacit. lib 26.*
tit. 9. numer. 41. cum concordan. in *Bononien. Transactionis*
27. *Aprilis proximi præteriti. §. Nec ad effectum coram*
R. P. D. meo Bourlemont, non erat talis potentiæ, quæ
transactionem redoleret; Licèt enim dispositio *d. l. hac*
edictali, qua nitebatur Annæ, † interdicat nè mulier 10
binuba plus conferat in secundum virum, quàm in
vnum ex liberis primi matrimonij, cui minus relinquit,
† non vetat tamen, quin possit plus filijs ex secundis 11
nuptijs, quàm ex primis procreatis, salua portione de iure naturæ debita, relinquere, vt ex *auth. de nuptiis §.*
fin. exponit Bald. *numer. 16* Gabr. *com. conclus. de secund.*
nupt. lib. 3. conclus. 4. numer. 57. vers. quarto limita Michalor. *de fratrib. part. 3. cap. 13. numer. 138. & infra*, &
opinionem hanc licèt aliàs controuersam, ex relatis per
Thesaur. *decis. 170.* sequitur Rot. *decis. 432. numer. 7. part.*
1. diuers. coram Gregor. *decis.* 173. *numer.* 1. *cum duobus*
seqq. confirmata *dec. 443. vbi* Add. *lit. A.* refert contextuales *in recent. decis. 406. numer. 18. part 9.* Eo tamen cum
moderamine, vt relictum non subdolè intuitu Patris,
& in fraudem legis, † sed recta via in secundi coniugij 12
liberos descendat, prout subdunt mox citatæ decisiones,
quibus additur *decis. 368. numer. 26. & 27. part. 11.*
recent.

De fraude legi facta hic sufficienter non apparet;
Non scilicèt ex eo, quod siue secundi coniugii filio substitutus fuerit Pater, siuè ex eo, quod eidem Patri non
fuerit in filii bonis a matre binuba vsusfructus interdi-
ctus; † Quandoquidem cùm substitutio sit iuri conso- 13
na, quia etiam parentibus liberorum † successio defer- 14
tur exclusis ex latere venientibus, vt ex §. *Si igitur defunctus* Auth. *de hæred. ab intest.* vsusfructus vero nul-
la facta prohibitio † de sui natura fraudem legi non in- 15
ducat, Castr. *cons. 150. numer. 2. versic. Aut. dubitatur in*
fin. lib 2. Quinimò cùm acquisitio ipsa vsusfructus † sit 16
in iure fundata, per Text. *in l. cum oportet C. de bon. quæ*
liber. Ex his neutrum erit, † quod in alterius legis pro- 17
hibitionem referre debeamus, vt notat Soccin. *in l. Gallus §. Quod si is sub num. 1. 20. vers. Sed hic considerat ff. de liber. & Posth.* quem in proposito sequitur Rota coram
Gregor. *præcitata decis 443. num. 7.* & priùs *dec. 173. nu. 6.*
Mantic. *de Tacit. lib. 12 tit. 3. nu. 10.* Gratian. *discept. 219.*
num. 35.

Ea-

Eaque fortiùs, quando non solùm mulieris testantis
dispositio legi conformi, substuiit præsumptionem frau-
18 dis, † sed insuper, quando ad illam remouendam con-
currit mens ipsa disponentis, ex eo verisimiliter elicita,
quod nulla ex primis nuptijs masculina proles, sed ex
19 secundis dumtaxat fuerat procreata, † quæ matribus
non rarò prædilecta pro familiarum conseruatione prio-
ris matrimonij fœminis antefertur, vt in his terminis pon-
derat Fontanell. *de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. part. 5. num*
11. vbi autem plures subsont causæ, ad quas dispositio
20 mulieris binubæ referri potest, † illam probabiliorem,
magisque tutam facimus, qua fraudem omnem submoue-
mus, vt arguit in casu Cyriac. *contr. 262. nu. 62. cum tribus
seqq.* Michalor. *de fratr. d. cap. 3. n. 138.* Hodiern. *qui supra
ad l. Hac edictali qu. 1. n. 37.* Rouit. *dec. 12. n. 20. vers. Tertio
quia.*

Hisce dictis oppositæ auctoritates minimè adoersari
videotur: Non scilicèt *Decisiones* 326. *part.* 10. *&* 225.
part. 12. *recent.* quia loquuntur cum coniuges binubæ
21 filios adhuc non natos instituunt, † in quibus cum nul-
la cadere videatur affectio, Parentis persona in huiusmo-
22 di institutione † potiùs, quam filij contemplata præsu-
mitur, vt ait Castrens. *d. cons.* 150. *numer.* 2. *vers. Quod
aut constat lib.* 2 Franc. *decis.* 435. *numer.* 3. nec etiam *dec.*
23 368. *part.* 11. † quia ibi secundus maritus fuerat expresse
in vsufructu institutus, & ita in vnoquoque horum ca-
suum manifestè conuincitur legi inducta fraus de per-
sona ad personam; Quod secus est in præsenti, vbi se-
cundi matrimonij filius erat iam natus, & cùm esset
masculus, sufficientem in se ipso habebat virtutem at-
24 tractiuam materni amoris, qua † in gratiam sui, non
verò parentis dici debeat facta institutio, iuxtà præ-
cit. Text. in Auth. *de nupt. §. fin.* & ex alijs supra
allegatis.

Illud quoque adiungebatur, vt si nempè id totum,
quod Anna primi coniugij soboles habuit à matre bi-
25 nuba, siue in vita, siue ex illius vltima voluntate †
conferamus (prout fieri oportet, iuxtà *decis.* 201. *num.*
2. *&* 3. *coram Royas*) cum eo, quod relictum est secun-
26 do marito † iuxtà valorem maternæ substantiæ de tem-
pore obitus, vt per *glos. in eadem l. Hac edictali verbo do-
27 nata*, non erit, † in quo inæqualitas inter Vitri-
cum, & priuignam ab hac eadem lege damnata fundari
possit.

Annæ siquidem constat de tempore, quo nuptui tra-
dita est, fuisse à matre binuba data scuta 1000. Iocalia
itidem valoris scutorum 300. & in vltima volontate scu.
100. dimissa; Tandèm è conuerso habuisse Guillelmum
secundum maritum adbuc satis non liquet; Siuè enim
spectetur substitutio in illius persona facta post mortem
Ioannis sui filij sine filijs, & cùm penderet à conditio-
ne nimium incerta, vel saltem in remotum tempus veri-
28 ficabili, vel verificabili turbato ordine naturæ, † non erat
tanti æstimanda, vt exindè emergeret læsio, vt in termi-
nis Rota *in præcitata dec.* 381. *num.* 3 *part.* 4. *tom.* 1. *recent.
& in dicta Romana Hæreditatis 24. Februarii 1674. §. Nec
ad saluandam in fine coram me*; Siuè attendi ad summum
debeat vsusfructus ex institutione filij Patri quæsitus, &
cùm hactenùs hæreditarius status Helenæ de tempore sui
29 obitus, non fuerit benè digestus, † nihil certi statui po-
test, an emolumentum in Vitricum delatum exuberet
portionem priuignæ, vt ponderat Rota *in præfata dec.* 381.
par. 4. *rec.*

Hæc igitur omnia cùm obstent Annæ transigenti, suc-
cedit resolutio alteriùs partis dubij, vt scilicèt, donec per
30 tres conformes non remoueantur, † non erit illi con-
cedenda immissio, vt in in his terminis respondit Rota
coram Caualer. *dec.* 550. *nu.* 6. cum ibi allegatis, & passim
in alijs.

Et ita vtraque parte informante &c.

Hæc, & altera immediata decisio ambæ emanarunt in ea-
dem causa diuersis tamen articulis.

R. P. D. VICECOMITE.

Carpentoraten. Fideicommissi.

Veneris 12. Iunii 1676.

ARGVMENTVM.

De reciproca substitutione tractatur, eaque resultare visa est ex vocatione duarum filiarum, quarum vtraque filiis superuiuentis restituere grauatur, donec hæreditas perueniat ad vltimum ex vocatis, hinc referuntur plura verba, pluræque dictiones ad hunc effectum plerumque à DD. consideratæ, quales sunt dictio *quælibet*, *tamdiù*, *quamdiù*, *donec*, *quosque*, & huiusmodi.

SVMMARIVM.

1 *Reciproca substitutio dicitur inducta, si vnus alteri restituere grauatur per verbum, seu dictionem*, quilibet.

2 *Verba* cuiuscumque, *&* cuiuslibet ipsorum *substitutionem reciprocam inter vocatos important.*

3 *Reciproca substitutio resultat, si bona integra peruenire debent ad vltimum superstitem.*

4 *Verba, & dictiones* tamdiù, quamdiù, *æquipollent dictionibus* donec, & quousque.

5 *Dictiones* tamdiù, quamdiù, donec, & quousque *tractum successiuum significant, & comprehendunt omne tempus.*

6 *Substituti per verba* tamdiù, quamdiù, donec, *&* quousque *censentur inuicem esse grauati.*

7 *Fœmina in defectum masculorum vocata, non admittitur quamdiu extant masculi.*

8 *Verbum, & participium* volens, *nectit dispositionem antecedentem cum sequenti.*

9 *Vulgaris substitutio dicitur facta per verba* quatenus filius, vel filij prædecesserint.

10 *Vulgari substitutione expirata, etiam reciproca, & aliæ substitutiones illi annexæ euanescunt.*

11 *Successio, substitutio, & fideicommissum omnia vtroque casu debentur, si vnico, eodemque sermone, vtrunque complectuntur.*

12 *Dictiones* tamdiù, *&* quamdiù, *comprehendunt non solùm quodcumque tempus, sed etiam quemcunque casum.*

13 *Dispositio licèt concepta per verbum*, volens, *quodcumque tempus, & quemcumque casum complectitur.*

14 *Fideicommissum idem semper censetur inductum quotiescumque eadem viget ratio, nec potest assignari diuersa.*

15 *Substitutio ex vocatione fœminarum in defectum masculorum dicitur facta vltimo morienti, dum non constat alteri fuisse iniunctum onus restituendi hæreditatem fœminis.*

16 *Reciproca substitutio dicitur inducta ex substitutione facta in omnibus bonis & inter omnes descendentes vtriusque lineæ.*

DECISIO DCCXXXIII.

IOANNES de Pattis postquam hæredes instituerat duas, quas habebat filias Franciscam, & Helenam, in eodem Testamento ita scripsit: Volens expresse Testator, quod filij masculi vniuscuiusque dictarum suarum filiarum, & hæredum immediatè sit pro successione dictorum suorum bonorum, & tandiù, quamdiù adfuerint masculi dictarum suarum filiarum, aut vnius ipsarum succedant in omnibu dictis bonis, & filiæ nihil prætendere possint, nequesfilij masculi dd. filiarum &c.: Cùm autem vnaquæque istarum liberos suscepisset, Francisca nimirum Ioannem de Tertullis; Helena verò Annam ex primis nuptijs, & Ioannem Spiritum della Motte ex secundis, post mortem istius in infantili

ætate,

ætate, Ioannes de Tertullis consobrinus frater tanquam
vnicus masculus ex vocatis superstes totius fideicommis-
si ad se delati possessionem fuit consequutus. Verùm
cùm ex bonis fideicommissarijs nonnulla per transactio-
nem dimisisset In Guilielmum patrem d. Ioannis Spi-
ritus, & ab eo in Iosephum della Motte deuenissent,
contra istum insurrexit Anna ex fœminis sola super-
stes, bona sic dimissa ab eo vindicare prætendens, tan-
quam de dicti Ioannis Spiritus portione, quam per fidei-
commissum ad se deuolutam contendebat, & sententiam
fauorabilem à primo Iudice reportauit, cumque deinde
fuerit ab eminentiss. Auenionen. Legato reuocata, & mo-
do ad Rotam deuoluta reperiatur, dubium proposui, An
constet de fideicommisso, itaut sit danda immissio, quod
fuit in omnibus negatiuè resolutum.

Præ inserta namque verba; quibus Testator vocauit
masculos vniuscuiusque suarum filiarum, itaut tandiù,
quamdiù adfuerint masculi vtriusque, aut vnius ipsa-
rum, hi succedere debeant in omnibus bonis, sunt ni-
mis aperta factæ inter filios masculos vtriusque lineæ
Franciscæ nimirùm, & Helenæ reciprocæ substitutio-
nis, sunt enim distributiua, & à Doctoribus nostris ta-
lem recipiunt intellectum, vti de vna ad alteram lineam
vsque adeò deferatur successio, quousque in vnico mascu-
1 lo superstite solidetur, ita † de dictione *quilibet*, loquutus
est Bart. *in l. hoc articulo 29. num. 3 vers. non quilibet ff. de
hæred. instit. & in l. non distinguamus 37. ff. de recept. arbitr.*
Ruland *cons. 70. num. 44. lib. 4.* Gratian. *disceptat. 283. num.*
2 *8. & 9.* Rota *dec. 125. num. 5. par. 1. recent.* † Et de dictione
cuiuscumque, & eiuslibet ipsorum Fusar. *cons. 108. num. 3.
cum seqq.* Hieron. Palm. *cons. 90. sub nu. 11. vers. quod præ-
cipuè*, Peregrin. *cons. 30. num. 13. lib. 1. cum alijs per* Rotam
coram Zarat. *decis. 15. nu. 3.* Et dum Testator voluntatem
suam aperuit, quod masculi etiam vnius ipsarum filiarum
3 succedant in omnibus bonis, † non poterit adimpleri, nisi
inter masculos vtriusque lineæ fuerit reciproca substitu-
tio, vt in hac eadem causa consultus *Sonlegerius* probauit
qu. Ciuil. 152. n. 13.

4 Perpensa itidem fuerunt verba *tandiù, quamdiù* †
5 æquipollentia dictionibus *donec*, & *quousque*, † quæ tra-
ctum successiuum significant, comprehenduntque omne
6 tempus, quo extiterint masculi, † & inter eos talem
succedendi ordinem ferunt, vt ad inuicem sint graua-
ti derestituenda hæreditate, Peregrin. *cons. 36. numer.
4. vers. Tertio pondero lib. 2.* Aldouin. *cons. 92. numer.
7. vers. Tertio quoque, & per tot.* Palm. *d. cons. 90. nu.
20. cum seqq* Altograd. *cons. 92. n. 12. vers. quarto quia cum
seqq. lib. 1. & alijs congestis*, Rota *decis. 142. nu. 16. & infra
par. 10. recent.*

Cùm autem ex masculis à Testatore vocatis vnicus
superstes existeret Ioannes de Tertullis Franciscæ filius,
in istum delata fuit integra successio, exclusa Anna eius
7 consobrina, † quæ (ex inferius dicendis) non nisi in de-
fectum omnium masculorum vocata fuit, ad Tex. *in l.
quamdiù 3. ff. de acquir. hæredit. & l. cum in Testamento,
ff. de hæred. instit.* Surd. *cons. 403. num. 10. & seqq.* & alij
contextuales per Rot. *decis. 593. numer. 1. & seqq. par. 2.
recent.*

In contrarium opponebatur reciprocam hanc expi-
rasse; Cùm enim concepta sit per participium *volens*,
8 † cuius virtus est connectere antecedentem cum sequen-
ti dispositione Gabr. *cons. 138. numer. 25. post med. lib. 2.*
Giouagnon. *cons. 39. numer. 16. lib. 1.* Rot. coram Mer-
lin. *decis. 890. numer. 10.* Dispositio autem præcedens sub
conditione concepta sit, ibi: Quatenùs ipsæ (scilicet
9 filiæ) aut vna ex illis prædecessisset dicto Testatori &c. †
quæ vulgarem importat, Menoch. *cons. 399. num. 1. &
2. in fin.* Surd. *decis. 37. numer. 10.* Dum postea conditio-
ne non purificata (quia in facto constat Patri superui-
10 xisse filias) vulgatis expirauit, † consequens est, vt etiam
reciproca, & si quæ alia dictæ vulgari consequutiua ex-
titerit substitutio, euanuerit per Text. *in l. si Mater, §.
fin. ff. de vulgar. & pupill.* Corn. *cons. 186. numer. 5. lib. 3.*
Ciriac. *contr. 695. numer. 23.* cum concordan. quos re-
fert Rota *decis. 159. numer. 2. part. 1. recent.* Expirata
propterea reciproca subdebatur locum sibi vindicate
aliam dispositionem in casum superuiuentiæ filiarum
consideratam; Quod scilicet cùm Helena superstes, de-
inde decesserit relicto Ioanne Spiritu, de cuius vocatio-
ne ad fideicommissum non dubitabatur, per subsequu-
tam istius mortem in pupillari ætate, fuisse literaliter
ad illius portionem vocatam Annam vterinam sororem;
ibi: Et morientibus dicto masculo, aut masculis vocatis
ad d. successionem absque filijs &c. superuiuentibus ipsis
sororibus, aut consobrinis filiabus dd. hæredum, quælibet
succedat in parte dictorum suorum bonorum dd. suarum
matrum.

Sed nullius momenti visum est Dominis obiectum,
illiusque solutionem ad euidentiam patere dixerunt to-
to contextu dispositionis perspecto, quò constat præde-
cessum, aut superuiuentiam filiarum non ad alium
finem fuisse consideratam, nisi quoad diuisionem bono-
rum Testatoris; Cùm enim ex illis certa quædam vi-
uens ipse Testator inter dictas suas filias diuisisset, &
nonnulla alia inter easdem post illius mortem diuidi
mandasset, subdidit, vt diuisio huiusmodi non solùm
inter filias ipsas consisteret, verum etiam inter earum
filios masculos superstites, exclusis fœminis, quatenus
alterutra, aut etiam vtraque Testatori prædecessisset,
ibi: Et quod omne residuum dd. suorum bonorum di-
cti Testatoris non particularizatorum diuidatur inter
dictas suas hæredes, & suos filios legitimos, & natura-
les, quatenus ipsæ, aut vna ex illis prædecessissent dicto
Testatori relictis filijs masculis tunc viuentibus, qui om-
nes repræsentabunt solam personam illarum matris æqua-
liter, absque eo, quod filiæ possint facere pro hoc ali-
quam repræsentationem: Volens, & quæ sequuntur
verba reciprocam, importantia superius relata; Sed non
exindè inferri poterit ad vulgarem; Quandoquidem
eodem contextu, quo concluditur casus prædecessus,
cùm inseratur etiam casus superuiuentiæ (dum ean-
dem bonorum diuisionem post illius mortem inter eas
prius Testator ordinauerat) dum deindè, quod per
participium *volens*, cum præcedentibus connecteren-
tur sequentia, itaut ex tali nexu vnica constitueretur
dispositio, dum hæc eadem subiungit postea, vt tan-
diù, quamdiù extiterint masculi succedant in omnibus
bonis, exclusis fœminis, consequens est, vt successionem
hanc deferamus tàm in casum prædecessus, quàm super-
uiuentiæ, † dum vnico, & eodem sermone vterque com- 11
plectitur, iuxta tradita per Paris. *cons. 92. numer. 53. lib. 2.*
Soccin. Sen. *cons. 31. numer. 10. lib. 4.* Casanat *cons. 53.
num. 24. & sequen.* & pluribus concordantibus per Rotam
in Firmana fideicommissi de Fulchis 28. Nouemb. 1670. §. 1.
in fine coram me.

Tantò magis quia dictiones *tandiù, quamdiù*, com-
prehendunt non solùm quodcumque tempus, vt di-
ctum est, † sed etiam quemcumque casum, siuè præ- 12
decessus, siuè superuiuentiæ filiarum, Tondut. *d. re-
solut. 152. numer. 5.* Aldouin. *præcitat. cons. 92. sub num. 18.*
Rot. coram Peutinger. *decis. 236. numer. 5. cum seqq.* licèt
dispositio fuerint concepta per participium, *volens*, † 13
Ciarlin. *controu. 29. sub nu. 135. versic. Nec est difficile &c.
cum seqq.*

Et rem ponit in claris altera dispositio, qua ad pro-
priam agnationem ciuili modo conseruandam sibi pros-
pexit Testator in dictis masculis per assumptionem no-
minis, & stemmatis eis iniunctam; non enim identitas
rationis patitur, vt conseruari potiùs debeat in casu præ-
decessus, quam superuiuentiæ, & cùm assignari non
possit diuersitas, † fideicommissum semper censetur in- 14
ductum quotiescumque eadem viget ratio, Peregrin.
cons. 30. num. 9. lib. 2. Surd. *cons. 67. num. 22. & 27* Rota co-
ram Merlin. *decis. 12. num. 29* & plenius in præcitata *Fir-
mana fideicommissi de Fulchis* 28. Nouemb. 1670. §. *Admisso
coram me.*

Ex his omnibus firma manente substitutione reciproca
inter masculos linearis, vocatio Annæ in oppositum con-
siderata post mortem masculorum resoluitur, iuxta ordi-
nem eiusdem reciprocæ, vt scilicèt tùm demum succedere
debeant fœminæ, quando defecerint omnes masculi, vt
superiùs dictum est.

Et demùm ex hac ipsa vocatione fœminarum in om-
nium masculorum defectum, substitutio dicebatur fa-
cta vltimo masculo morienti, † dum non constat alte- 15
ri fuisse iniunctum onus restituendi hæreditatem fœ-
minis, iuxtà optimam *decisionem 367. numer. 15. versic.
& licet part. 1. decis. 326. numer. 3. & dec. 352. num. 9. par.
54. recent.* coram Arguell. *decis. 79. n. 3. cum seqq.* Et cùm
insuper facta sit in omnibus bonis, & inter omnes descen-
dentes masculos vtriusque lineæ, † inducitur etiam taci- 16
ta reciproca, nam concurrunt omnia requisita, *l. Ti-
tio*

tio Seio, *§. Seia libertis*, *ff. de legat.* a. de quibus plenè Rota coram Zarate *decis.* 15. *num.* 5. & passim in alijs.

Et ita, vtraque parte informante resolutum fuit.

Decisio præcedens emanauit in eadem causa, sed diuersis articulis.

R. P. D. CALATAIV.

Bonon. Prædij.

Lunæ 15. Iunii 1676.

ARGVMENTVM.

Ad præcisam defensionem rei venditæ condemnatur hæres fideiussoris; quamuis ex proprio iure illam euincere prætendisset, quia non agebatur de simplici fideiussione euictionis, sed de obligatione iurata trandendi rem vacuam, & expeditam, cum perpetua illius defensione; atque ideò quia conueniebatur actione reali, quamuis esset hæres pro sola parte, condemnatus est ad totum, eo magis, quia totum similiter possidebat.

SVMMARIVM.

1 *Hæres licèt pro parte, si possidet totum, vel actione reali conuenitur, totum pariter restituere tenetur.*

2 *Hæres fideiussoris potest ex proprio iure rem venditam euincere, & vindicare, & vide num. seqq.*

Intellige in simplici fideiussore euictionis, secus autem in eo qui iuramento se obligauit tradere rem vacuam, & ad perpetuam defensionem illius, numer. 3.

4 *Fideiussoris hæres, qui defensionem promisit, & se cum iuramento obligauit pro traditione rei vacuæ, illam præcisè tradere tenetur.*

5 *Hæres fideiussoris de euictione, illam præstare tenetur, nec admittitur ad oblationem interesse, & quando na. antecedentibus.*

6 *à Conductore causam habens, nec ipse potest refricare quæstionem dominii.*

7 *Soluens pensiones, vel affictas siuè proprio, siuè alieno nomine, dicitur recognoscere locatorem in dominum.*

8 *Approbatio contractus venditionis ex solutione resultat.*

9 *Impugnare nemo potest, quod semper per solutionem approbauit.*

DECISIO DCCXXXIV.

AD euitandam restitutionem Prædij in communi Burgi Panigalis à Marchione Vgone de Pepulis prælegati Galeatio eius filio, informantes pro Marchione Camillo illius detentore, plura deduxerunt, quæ iam fuerunt sublata in binis meis decisionibus, altera sub die 12. Febr. 1672. altera die 5. Iunij 1673. Vnde meritò Domini perstiterunt in decisis.

Dicebant enim prædictum Prædium fuisse hæreditarium Thadæi, & in diuisione bonorum hæreditariorum facta inter Hieronymum, Franciscum, & Camillum eius filios, illud obuenisse dicto Camillo pro sua portione, & exinde inferebant Hieronymum, qui Prædium vendidit supradicto Vgoni, & deinde in conductionem recepit, non fuisse illius dominum; sed fuit responsum primo non probari, quod Prædium controuersum sit hæreditarium Thadæi; cùm longè discordent confinia, & quantitas tornaturarum, secundò, quod in venditione facta à Hieronymo, principaliter, & insolidum fideiussit Diamantes Vxor Thadæi, quæ pro sua dote habebat obligata omnia bona viri, nnno Summ. *numer.* 5. & cuius est hæres Camillus, necnon
etiam Caroli alterius fideiussoris, vndèquamuis sit hæ-
res pro tertia parte, † tamen quia modo detinet totum 1
prædium, & conuenitur actione reali, non personali, to-
tum tenetur restituere, Surd. *cons.* 191. *nu.* 9. Ciroch. *di-
scept.* 7. *num.* 87. cum alijs adductis *in prima decisione §. quæ
resistentia.*

Non obstat, quod hæres † fideiussorum possit ex pro- 2
prio iure rem venditam euincere, & vindicare, iuxtà
Text. *in l. finali C. de euictionib.* quoniam non sumus in
simplici fideiussore euictionis, † sed in eo, qui medio 3
iuramento, per se, suosque hæredes obligauit tradere rem
vacuam, & ad illius perpetuam defensionem; Vndè
non potest ex proprio iure euincere, † sed tenetur ad 4
præcisam illius traditionem, imò nec admittitur † ad 5
oblationem interesse, Barbos. *in l. Lutias Titius* 39. *n.* 27.
ff. soluto matrim. Phanuc. *de inuent. qu.* 244. *num.* 251. Rota
coram Seraphin. *dec.* 805. *num.* 4. *& dec.* 284. *num.* 32. *par.* 9.
recent.

Præterea repetebant Comitem Ioannem non fuisse hæredem Galeatij, sed Nicolaum eius filium legitimarum, qui donauit omnia iura sua Marchioni Camillo, sed hoc sublatum fuit in dictis meis decisionibus; nàm quod Comes Ioannes existat in possessione dictæ hæreditatis, constat ex sententia lata vsque de anno 1644. in cuius executionem Eminentiss. Legatus Bononiensis possessionem, quam ad se auocauerat, eidem consignauit, solutis alimentis eidem Nicolao, quæ sententia iam diù transitum in iudicatum, & fuit approbata ab eodem Nicolao mediante receptione alimentorum, vt aduertit *secunda decisio in §. non obstat*; Vndè quidquid sit de iuribus dicti Nicolai, de quorum subsistentia agendum est prius in alio particulari iudicio, tollendo de medio dictam rem iudicatam, certum est, quod interim Comes Ioannes potest exercere omnes actiones hæreditarias dicti Galeatij, nec Camilius
causam habens à Hieronymo, qui prædium in condu-
ctionem retinebat, † potest refricare quæstionem domi- 6
nij, *vulgata l. si quis conduct. C. locati*, maximè dum
ipsemet Comiti Ioanni soluit pluries affictus, † & per 7
consequens siuè tutorio nomine Guidi, siuè proprio
eum in dominum recognouit; Ex solutionibus enim
per eum factis † resultat approbatio contractus vendi- 8
tionis factæ à Marchione Hieronymo, † vt modò ab 9
eo non possit impugnari, Cancer. *variar. resolution.
part.* 2. *cap.* 6. *numer.* 101. & hæc omnia latiùs ponderata fuerunt in vtraque decisione, quarum fundamenta iterum Dominis placuerunt, omissa iterum discussione, An Prælegata sint comprehensa in fideicommisso Marchionis Vgonis, tanquam non necessaria in præsenti.

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. CALATAIV.

Romana, seù Verulana fideicommissorum.

Lunæ 15. Iunii 1676.

ARGVMENTVM.

Contra fideicommissum anterius, plura opponebantur super legalitate instrumenti, illiusque Notarii, vtrumque ab antiquitate sublatum, & ex pluribus enunciatiuis de vnoquoque loquentibus, cumque adducerentur etiam renunciatio dicti fideicommissi, detractiones faciendæ, & bonorum identitatis defectus, hæc pariter cessare visa sunt, quia scientia certa in renunciante non erat, detractiones, vel non debebantur, vel adhuc fuerant consumptæ, identitas verò ex pluribus remanebat probata.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Immissio ex posteriori fideicommisso non datur, si exceptio antiquioris fideicommissi clara est.*
2 *Legalitas Vicarij Episcopalis, & Communitatis probant notariatum.*
3 *ad Legalitatem instrumenti, quæ sunt necessaria, ex illius antiquitate, & lapsu centum annorum absque aliqua recognitione præsumuntur.*
4 *Enunciatiua, & confessio, quæ enuncianti præiudicant, nocent etiam alijs ab ipso causam habentibus.*
5 *Enunciatio testamenti sine die, & Consule, intelligitur de eo, quod affertur, si de alio testamento non docetur.*
7 *Testamentorum pluralitas non præsumitur.*
8 *Notariatus de tempore instrumenti probatur ex antecedentibus instrumentis ab eodem Notario rogatis, & n. seq.*
9 *Instrumenta antea, & postea ab eodem Notario rogata, plenè probant illum fuisse Notarium de tempore instrumenti intermedij.*
10 *Notariatus in antiquis probatur ex enunciatiuis aliorum instrumentorum, in quibus dicitur illum esse Notarium, & num. 12. vbi amplia.*
11 *Enunciatiuæ antiquæ habent vim famæ.*
12 *Enunciatiuæ, & indicationes instrumentorum, etiam in libro priuato contentæ probant contra enunciantes, & ab eis causam habentes.*
13 *Substantia instrumenti concessa, qualitas temporis leuioribus probationibus probatur.*
14 *Instrumenta ante Bullam Sixti V. quæ emanauit de anno 1588. non ponebantur in Archiuio.*
15 *Instrumenta rogata ante Bullam Sixti V. poterat Notarius non ponere in Archiuio, quamuis apposuisset alia post dictam Constitutionem rogata.*
16 *Instrumenti legalitate probata, nihil facit, quod illud non fuerit positum in Archiuio, vel in protocollo Notarij rogati.*
17 *Notarii negligentia partibus non præiudicat.*
18 *Instrumenti, seù testamenti vaga mentio, & notitia non infert ad scientiam certam, & indubitatam illorum, & contentorum in eis, ac numer. seqq.*
19 *Renunciatio fideicommissi indubitatam scientiam requirit cum omnibus suis qualitatibus.*
20 *Scientia testamenti non probat scientiam fideicommissi, & aliarum qualitatum, quæ continentur in eo.*
21 *Dictio*, seù, *denotat incertitudinem.*
22 *Fideicommisso, & iuri ignorato nunquam censetur renunciatum.*
23 *Acceptatio fideicommissi erroneè facta non præiudicat acceptanti, quominus illam impugnare possit.*
24 *Hæres potest impugnare totum illud, quod impugnare potuisset defunctus, amplia, vt n. 23.*
25 *Dos, quæ nec promissa, nec soluta probatur, non potest detrahi de bonis fideicommissi.*
26 *Dos non soluta repeti non potest.*
27 *Legitima filii constituta in vita patris non potest detrahi ex fideicommisso postea ab eo constituto.*
28 *Legitima semel detracta, amplius detrahi non debet.*
29 *Trebellianica ex alienationibus præsumitur consumpta stante omissionem inuentarij.*
30 *Detractionis præsumptio non oritur ex quantitate alienationum, sed ex omissione inuentarij iuncta cum alienatione aliquorum bonorum.*
31 *Alienationes, & omissio inuentarii non docto de statu hæreditatis faciunt præsumere detractiones fuisse consumptas.*
32 *Bona filii, & quæcumque ille habet, præsumuntur prouenisse à patre.*
33 *Bona Testatoris, seù defuncti ad illius hæredem peruenisse præsumuntur.*
34 *Clausu a* constituti, & præcarij, *probant constituentem possedisse.*
35 *Identitas probatur ex sola denominatione bonorum, quæ alijs corporibus conuenire non potest, etiam absque alia probatione confinium.*
36 *Identitas bonorum probatur ex instrumentis acquisitionum, alijsque actibus possessoris.*
37 *Identitas palatii probatur ex inscriptione nominis super illius ianuis insculpti.*
38 *Dominium, & possessio domus probatur ex instrumentis in ea celebratis, & n. seqq.*
39 *Genitiuus denotat dominium.*
40 *Bona probantur hæreditaria, si tanquam talia assignantur pro confinibus aliorum bonorum.*
41 *Identitas bonorum probatur si hæres possedit in eo loco, in quo possidebat defunctus.*
42 *Identitas in antiquis probatur leuioribus probationibus.*
43 *in Antiquis coniecturæ, & præsumptiones sufficiunt.*
44 *Fideicommissa à duobus personis inuicem, & correspectiuè constituta, ambo corruunt, eorum altero deficiente, & n. seq.*
45 *Correspectiuorum natura est, vt vno sublato, corruat, & aliud.*

DECISIO DCCXXXV.

SECVNDVM ea, quæ proponebantur 1. Februarij 1675. Domini fuerunt in voto, quod Paulo, & fratribus de Phylonardis vti vocatis ad fideicommissum Siluij danda esset immissio in bonis possessis à Felice, & alijs de Columnis, qui licèt opponerent retentionem vigore antiquioris fideicommissi Saturni expirati in persona Marij, cuius ipsi sunt hæredes, huiusmodi tamen exceptio visa fuit turbida ex pluribus, & primò ex defectu legalitatis Testamenti Saturni; Secundò, ex acceptatione fideicommissi Siluij facta per d. Marium; Tertiò, ex detractionibus Siluio competentibus in bonis Saturni; Et quartò, ex defectu identitatis bonorum; Verùm facto nouis iuribus hodie comprobato compertum fuit dicta fundamenta nullatenus subsistere, ideòque recessum fuit à decisis.

Certa est enim regula, quod exceptio fideicommissi
antiquioris † clara impedit immissionem venienti ex po- 1
steriori fideicommisso, Argel. *de legit. contrad. quæst.* 2.
num. 189. Rota coram Dunoz. Iun. *decis.* 910. *num.* 1. & co-
ram Bichio *decis.* 112. *num.* 4. De fideicommisso autem Sa-
turni constat ex eius publico, & solemni Testamento in
nulla parte vitiato, & rogato à Prospero Amato de anno
1567. Et munito legalitate Augustini Perettæ Vicarij d.
loci attestantis, quod Prosper de Amatis, qui testamen-
tum rogauit, erat Notarius, qualem se asseruit, quæ
legalitas fuit munita sigillo Communitatis eiusdem lo-
ci attestantis, quod d. Peretta erat Vicarius, † per quas 2
legalitates remanet iustificatus notariatus Bald. *in l. com-
parationes num* 25. *C. de fide instrum.* Boer. *decis.* 154. *num* 4.
Gr gor. *decis.* 38. *num* 4. & Rot. *in rec. dec* 613. *num.* 4. *par.*
2. Prout de illius antiquitate constitit Dominis ex ocula-
ri inspectione scripturæ, vndè non est dubitandum de
illius legalitate, quia stante lapsu plusquam cen-
tum annorum, † ea quæ sunt necessaria ad legali- 3
tatem illius præsumuntur absque alia recognitione, Dec.
cons 42. *num.* 2. *cum seqq.* Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 21. *n.*
57. Scacc. *de iudic. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 917. Grat. *discept.* 554.
numer. 35 Rot. coram Cocc. *dec* 85. *numer.* 4. & *decis.* 258.
numer. 5. & coram Buratt. *dec.* 184 *num.* 4. & coram Du-
noz Iun. *decis.* 770. *numer.* 1. & coram Arguel. *dec.* 17. *nu.*
4 & *seq.* Eoque magis dum existentia, & obseruantia
dicti Testamenti constat ex pluribus enunciatiuis, & con-
fessionibus Siluij, & Vellij filiorum Saturni in imple-
mento legatorum in eo contentorum, quæ sicuti proba-
rent contra ipsos enunciantes, & confitentes, † ita etiam 4
probant contra Paulum, & alios habentes causam ab ip-
so Siluio, Rota *dec.* 184 *num.* 8. & *decis.* 263. *num.* 3. *part.*
6. *recent.* & coram Coccino *dec.* 2027. *num.* 6. & *dec.* 2062.
num. 3. nonobstante quod tales enunciatiuæ non faciant
mentionem diei rogitus Notarij, seù Testamenti, † quia 5
dum non docetur de alio Testamento Saturni † de illo de- 6
bet intelligi, cum pluralitas Testatorum † non præsu- 7
matur, Alex. *cons.* 4 *numer.* 12. *lib.* 7. Surd. *cons.* 173. *num.*
43. *lib* 2. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 2. *tit.* 2. *numer.* 1.
Rot. *dec.* 136. *nu.* 17. *par.* 9 *rec.* Quod autem Prosper Ama-
tus tempore conditi testamenti esset Notarius † ex plu- 8
ribus manifestum redditur, & primò est instrumentis de-
nuò productis, rogatis ab eo ante prædictum Testamen-
tum, Alex. *cons.* 73. *nu.* 12. *lib.* 2. Corn. *cons.* 24. *n.* 13. *lib.* 4.
Rot. coram Millino *dec* 432. *n.* 3 & coram Greg. *dec.* 3. *n.* 3.

ibique

ibique ad den. & coram Coccino decis.2352. num. 6. Secun-
dò, ex alijs instrumentis ab ipso rogatis paulò post roga-
9 tum Testamentum, † quæ instrumenta ante, & post
probant procul dubio Notariatum de tempore etiam ro-
gati Testamenti, Alex. d. cons.73. num.12. lib.6. Boer. dec.
36. num.11. Afflict. decis.251. num.2. & in recent. decis. 53.
num.2. & 5. part 4. to.n.2. & coram Pænia decis.1336. nu 6.
& dec.1491. num. 7. Tertiò, ex alijs enunciatiuis repertis
in alijs instrumentis alterius Notarij Ioannis Hyppoliti
Morsij nuncupati, in quibus dictus Prosper vocatur No-
tarius, & fit relatio ad instrumenta per ipsum rogata,
10 tàm ante, quàm post rogitum Testamenti, † quæ pa-
11 riter enunciatiuæ in antiquis probant Notariatum, †
cùm habeant vim famæ, Rota coram Millino dicta decis.
432. num.2. & coram Coccino d. dec.2062. num.9. & seqq. &
coram Pænia dec.1286. num.16. Quartò, probatur ex libro
familiari eiusdem Siluij nunc formiter per comparatio-
nem recognito, in quo indicantur plura instrumenta à
12 dicto Prospero rogata, † quæ pariter indicationes pro-
bant norotiatum contra Paulum, & alios habentes cau-
sam ab ipso Siluio, vt dixit Rota in supradicta dec. 2027.
& 2062. numer.3. coram Coccino. Quæ omnia simul iun-
cta exuberant, cùm controuersia non sit circa notaria-
13 tum, sed circa tempus, † vndè admissa substantia, qua-
litas temporis probatur leuioribus probationibus, vt fir-
mant dictæ dec.2027. nu.20. & 2062. nu.10. coram Coccino,
& dec.184. n.20. & 263. n.11. par 6. recent.

Non obstat, quod Testamentum prædictum non repe-
riatur in prothocollis dicti Prosperi existentibus in Archi-
14 uio Barbuci, tum quia † de anno 1567. rogitus testamen-
ti non aderat Bulla fa: me: Sixti V. mandans Instru-
menta deferri in Archiuio, quæ solùm fuit promulgata
15 de anno 1588. † & sic potuit negligi ab ipso Prospero, &
poni in Archiuio solùm instrumenta rogata post dictam
Constitutionem, vt aduertit Rota coram Arguelles de-
cis. 17. numer. 2. Tùm quia dum ex supradictis constat
16 de veritate testamenti, non attenditur, † quod non sit
positum in Archiuio, vel in Prothocollo, Rota coram
Andrea dec.21. in fine, & coram Arguelles dicta decis.17.
num.3. & coram Buratt. dec.456. nu 18. Quia negligentia
17 Notarij † partibus non præiudicat, Grat. discept.736. nu.
23. Rot coram Caualerio dec.122. num.11. & coram Emi-
nentiss. Otthobono dec.251. num 29. & coram Bich. decis.
220. n.15. & coram Peutingerio dec.318. n.3. & coram Re-
uerendiss. Royas dec.83. n.23. & in Caualicen. hæreditatis
10. Martij 1673. coram Reuerendiss. D. meo Albergato.

Consito ex supradictis de antiquiori fideicommisso de-
ficit secundum fundamentum decisionis, quod Marius
expressè acceptat erit fideicommissum Siluij, declaran-
do velle possidere bona vigore fideicommissi, seù fi-
deicommissorum suorum Antenatorum, ac dotium ma-
ternarum, per quam declarationem fideicommisso Satur-
18 ni dicebatur renunciasse. † Quoniam ex ista generica, &
vaga mentione fideicommissorum, non potest inferri ad
scientiam certam, & specificam fideicommissi Saturni,
19 & omnium eiusdem qualitatum, † qualis requiritur ad
inducendam illius renunciationem, Riminald. Iun. cons.
343. num 49. lib.3. Redenasch. consil.29. num.88. Spad cons.
316. num.13. lib.3. Fusar. cons.39. num. 51. & seqq Merlin.
Pignatel. controu. 61. n 15. lib.2. Odd. de fideic. quæst. 2. nu.
60. Tort. de pact. fut. success. lib.2. cap 4. numer. 36. Valle-
ron. de transact. tit.3. quæst.4. numer.8. Rot. coram Seraph.
dec.969. numer.4. & coram Bichin dec. 119. numer.5. & co-
ram Peutingerio dec. 286. numer. 13. Quod adeò verum
est, vt etiam si Marius fecisset mentionem testamenti
20 Saturni non officeret, † quia ex hoc inferri non potest
ad scientiam contentorum in testamento, & qualita-
tum fideicommissi, vt requiritur iuxtà Tex. in l. de his de
transact. & firmant cumulati per Fusar. de substitut. quæst.
164. num 5. & 6. Ciriac. contr. 474. num 46. & in præcisis
terminis tenuit Rota coram Buratt. decis.899. numer.2. &
seqq. vbi reprobat contrarios, & in rec. dec. 523. numer.12.
55. par.4. tom 3. & coram Dunoz. Sen. dec.181. num 9. imò
dum dixit velle possidere vigore fideicommissi, seù fidei-
commissorum desumitur potiùs ignorantia cùm dictio,
21 † seù, denotet incertitudinem, Altograd. cons 61. num. 5.
tom 2. Alex. cons.62. num 2. lib.4. Croi. cons.122. numer.10.
Bertran. cons.100. num.19. lib.1. Roland à Valle cons.35. n.
23. lib.1. fideicommisso autem, & iuri ignorato nunquam
22 † censetur renunciatum l. de his ff. de transact. Surd. cons.
67. n.46. Bardellon. cons.21. nu.30. Ciriac. contr.323. nu.31.
Peregr. de fideic. art. 52. n.23. Rot. coram Buratt. dec. 899.
num 1. & coram Bichio d. dec.119. n.1. & coram Peutinge-
rio d. dec.286. n.7. & in recent dec.110. nu 23. part.13. &
dec.203. nu.17. part.14. Et ideò sicuti acceptatio fideicom-
missi Siluij non noceret † Mario, nec impediret, quomi- 23
nus ipse posset impugnare dictam erroneam acceptatio-
nem, accapere, & retinere bona fideicommissi Saturni
Spad. cons.20. n 8. lib.1. Solarzan. de iur. Indiar. tom.2. cap.
18. n.21. Rot. rec. dec.111. nu.22. vers. cæterùm, & 28. cum
seq. par.13. ità non impedit † eius hæredes, Decian. cons. 24
10. n.94. 95. tom.3. Surd. cons.146. n.7. Capic. Latr. consult.
113. n.24. 25. Vrceol. cons.95. n.34. Palm. cons.3 n.7. Gomes.
de Syl. in tract. quando liceat hær. venir. contra fact. defunct.
cap.16. per tot Rota coram Merlin dec.545. n.10.

Deficit etiam ex facto, & iuribus de nouo productis
tertium fundamentum detractionum dotis maternæ, le-
gitimæ, & trebellianicæ Siluiæ competentium in bo-
nis Saturni Patris, in quibus dicebatur substineri posse
eius fideicommissum, vel saltem in bonis proprio no-
mine acquisitis ab ipso Siluio, † quia dos materna non 25
iustificatur nec promissa, nec soluta Saturno, prout es-
set necessè, Rot. coram Coccin. decis 908. numer. 23. dos
enim non soluta † repeti non potest, Rot. post Merlin. 26
de pignor. dec.63. n.3. & in rec. dec.306. n.39. part.7. & dec.
357. num.5. part 13. & in Romana residui dotis 7. Iunij 1660.
coram Eminentiss Cerro, legitima fuit Siluio capitaliter
bannito confiscata adhuc viuente patre, vt apparet ex
banno, & confessione eiusdem Siluij datis in Summ. nu-
mer. 18. 19 quam in Statu Ecclesiastico posse confiscari, 27
firmant Thob. Non cons.95. num.11. Merlin. de legit. lib.
3. tit.1 quæst.33. num.7. Rot coram Buratt. decis.922. num.
1. Vndè dum fuit semel detracta, amplius detrahi non de- 28
bet Thob. Non. d. cons.11. Honded. cons.73. num. 37. lib.
& Farinac quæst.24. numer.172. Buratt. d. dec.922. num. 2.
2. trebellianica præsumitur consumpta † ex alienationi- 29
bus factis ab ipso Liuio iuncta omissione inuentarij, Ad-
den. ad Gregor. dec.266. num. 16. & coram Caualerio decis.
540. numer.1. & coram Dunozet. Iun. decis.681. num. 1. &
seq. & coram Cardinali Celso decis. 228. num. 8. & in rec.
decis.31. numer.9. part. 10. & in Romana Appurtamenti 16.
Aprilis 1674. coram R. P. D. meo Matthæio: Nihil obstan-
te responsione data in antecedenti decisione, quod dictæ
alienationes sint modicæ, quia præter quod hodie in fa-
cto constitit adesse alienationes mobilium, animalium,
& stabilium ab ipso Siluio factas, vt in dicto Summ. nu.
14. vsque ad 17. † præsumptio detractionis non oritur ex 30
quantitate alienationum, sed ex omissione inuentarij,
cum alienatione aliquorum bonorum, † quæ faciunt 31
præsumere alia bona fuisse distracta non docto de statu
hæreditario, vt dixit Rota dec. 31. numer. 9. & seq.
part. 11. rec. & in Romana, seù Vrcellea. fideicommissi 6
Februarii 1673. coram bo. mem. Triolo. Acquisitiones de-
nique factæ à Siluio non iustificantur, nisi ex attestatio-
nibus extraiudicialibus factis, non citata parte, quæ nul-
lum gradum probationis constituunt, & quatenus pro-
barentur dictæ acquisitiones vti factæ post fideicommis-
sum particulare Siluij, & in eo non comprehensæ, ces-
sat Aduersarijs omnis actio.

Quoad quartum fundamentum defectus identitatis
bonorum ex facto pariter cessat, nam quod bona speci-
ficata in fideicommisso Siluij, sint hæreditaria Saturni,
vltra præsumptionem generalem, † quod quidquid ha- 32
bet filius censetur processisse à patre, l. 2. C. de patr. potest.
Rot. decis.144. num 1. part.9. recen. hodie de singulis corpo-
ribus datæ sunt probationes claræ in folio ad partes; nam
quoad bona existentia in Territorio Frusinonis, nempè
duo Molendina, Syluam magnam, ius spicandi, & ga-
bellam quatrini carnis, illa fuerunt acquisita à Cardi-
nali Ennio Filonardo, cuius fuit hæres Saturnus, † 33
& sic ad illum peruenisse præsumuntur, Rota dec.s.
407. num 4. & decis.716. nu 2. par.2. dec.47. num 8. & 129.
num.2. part.5. & decis.146. n.6. par. 9. rec. & coram Caua-
lerio decis.538. num.1 & coram Durano decis. 325. num. 5.
Imò probatur etiam illius possessio, dum molendina, &
siluam locauit, & super dictis bonis, vel suis census im-
posuit cum clausula constituti, & præcarij, † quæ probant 34
ipsum possedisse, Altogr. cons.104. nu.4. lib.2. Peregrin. de
fideic. art.44. nu.4. Rot. in rec. dec.131. nu.1. par. e. & dec.
67. num 25. par.6. & dec.299. n.11. par.13. & dum habent
nomina singularia, quæ alijs molendinis, & siluis in
dicto Territorio conuenire non possunt, † exindè probatur 35
iden-

identitas absque alia probatione confininm, Andreol. *cons. 308. numero 7.* Escobar. *de nobilit. quaest. 16. §. 3. numero 23* Rota *decis. 131. numero 6 parte 1. decis. 706. numero 2. part. 2. & decis. 8. numero 10. part. 5. recent.*

Quoad domum positam in Territorin Frusinonis, & prædium Siluæ mollis, probantur hæreditaria Saturni,
36 † ex instrumentis acquisitionum, aliisque actibus possessoriis per ipsum factis, Peregr. *d. art. 44. numero 4.* Rota *in recent. decis. 360. numero 6. part. 5. decis. 299. numero 12. parte 11. & decis. 310. numero 4. part. 13.*

Quoad Palatium in Terra Babrui ædificatum à Cardinali Ennin, vt constat ex eius nomine super Ianuis
37 insculpto, cuius Saturnus fuit hæres, † probatur ad
38 eum peruenisse † ex pluribus instrumentis in d. Pala-
39 tio rogatis, ibi: Actum in Palatio Saturni, † qui genitiuus denotat illius dominium, & possessionem, Bero *cons. 3n numero 3. lib. 3.* Menoch. *de recuper. remed. 15. numero 3.* Afflict. *decis. 239. numero 5.*

Quoad Prædium in Territorio Babrui in contrata Cologni, dantur instrumenta acquisitionum factarum à d. Cardinali Ennin, & Saturno, & instrumentum redemptionis census factę ab eodem Saturno, quem asseruit imposuisse super d. prędio, sicuti quoad alia prędia in fideicommisso Siluii descripta, vltra instrumenta acquisitionum dantur alia instrumenta, & partitę Catastri, in quibus illa tamquam bona Sa-
40 turni assignantur pro confinibus, † quę pariter probant fuisse illius hęreditaria, Peregr. *d. art. 44. numero 19.* Fusar. *de substitut. quaest. 618. numero 26.* Rota *in recentior. decis. 220. numero 2. parte 1. & in Ariminen. fideicommissi 14. Martii 1640. coram Eminentiss. Cerra.*

Accedit, quod Siluius posedit in eodem loco, in quo
41 posedit Saturnus, † quod pariter multum confert ad probandam identitatem, iuxtà *cons. Falgos. 145. numero 2* passim à Rota receptum, vt in *recent. decis. 706. numero 2. parte 2. & decis. 120. numero 16. parte*
42 *6.* maximè quia versamur in antiquis vltra † centum annos, quo casu identitas probatur leuioribus probationibus, Adden. ad Gregor. *decis. 172. numero 10.* &
43 coram Eminentiss. Otthobon. *decis. 102. numero 7.* † imò sufficiunt pręsumptiones, & coniecturę, Rota coram Dunoz Iun. *decis. 741. num. 13.*

Ex quibus informantes pro Columnis pręsertim inferebant, quod dum Siluius, & Paulus Æmilius, qui conuentionale fideicommissum instituerunt correspectiuè ad bona, quę vnusquisque ex parte sua conferebat, cum supposito, quod essent libera vtriusque, & d. fideicommisso supponi possent, & cùm hodie appareat non subsistere, quia bona supposita pro parte
44 Siluii non sunt sua, sed fideicommissaria Saturni; † ideò fideicommissum in totum corruit propter naturam
45 correspectiuorum ex defectu causę finalis, † & vno corruente, omnia corruunt, vt in his præcisis terminis nostræ quæstionis respondit Rota *in recent. decis. 419. numero 14. vers. hic inferebant Domini cum duobus seqq. parte 13. & decis. 1. numero 1. & 9. & per totam, & decis. 519. numero 18. vers. detratque itaque, & numero seq. vsque ad finem part. 14.*

Et ita vtraque &c.

Confirmata fuit hæc decisio sub die 14. Iunii 1677. coram eodem R. P. D. Calataiù supra verò in hoc eodem tomo adest altera præsentis causæ decisio quæ est ibi in ordine 428.

R. P. D. RONDININO.

Romana Residui Dotis.

Lunæ 15. Iunii 1676.

ARGVMENTVM.

Prætendebatur rescindi transactio, ex eo, quod obligatio correspectiua fuisset ob donationem iam resolutam, & ideò ea quoque debuisset resolui, sed pro illa substinenda deciditur, quia correspectiuitas, si quæ erat, sola occasionalis esse poterat, quæ non inducit resolutionem actus, quem supponit, prout induceret si verè causatiua fuisset; Rursùs eandem transactionem omnia iura, omnesque lites inter partes vertentes comprehendere dictum est, quamuis illius occasione de eis fuisset omissa probatio, ac etiam iura, & instrumenta in actis producta non sint.

SVMMARIVM.

1 *Transactio executioni demandari debet, ne lites legitimis transactionibus finitæ, resuscitentur*

2 *Obligatio facta correspectiuè ad donationem receptam quatenus resoluta donatione ipsa etiam resoluatur, & numero seqq.*

3 *Correspectiuitas consideratur quando aliquid fit ex alio fundamento, vel propter aliud, non autem quando fit illius occasione.*

4 *Correspectiuitas occasionalis non inducit resolutionem actus, quam supponit, prout inducit correspectiuitas causatiua, quæ illum constituit.*

5 *Obligatio si fuisset correspectiua ad donationem resolubilem, vtique in casu resolutionis donationis, etiam de resoluenda obligatione conuentum fuisset.*

6 *Stipulationes tot esse dicuntur, quot sunt res, quamuis in vno eodemque contractu deductæ, ex diuersa tamen causa.*

7 *Correspectiuitas alia propria, alia verò causatiua.*

8 *Mentio etiam specialis dicitur facta de eo, ad quod verba instrumenti, & non ad aliud referri possunt.*

9 *Instrumenta, & iura à partibus non producta, quatenus dicantur in transactione fuisse comprehensa.*

10 *Transactionem aliud est extendere super rebus in quibus non aderat lis, aliud vero illam substinere ex omnibus causis inter transigentes vertentibus.*

11 *Litis materia superesse non debet inter eos, qui à lite recedere professi sunt.*

12 *Transactio censetur facta ex omni causa, ex qua tenebantur transigentes, licet expressa non sit.*

13 *Transactio, in qua interueniat auctoritas virorum insignium non præsumitur facta ad euersionem fideicommissi.*

14 *Constitutio Clementis VIII. super Bulla Baronum excipiendo potest allegari coram quocumque iudice.*

DECISIO DCCXXXVI.

IN vltimo loco decisis pro executione mandati A. C. Bulgarini contra bona hæreditaria Gregorij Serlupi fratris pro residua dote Marchionissæ Serlupæ de Torres, hodie DD. steterunt ex fundamento transactionis, per quam sublatæ fuerunt omnes controuersiæ ex promissionibus dotis eidem factis propter prætensam nullitatem prædictæ obligationis, & impugnationem secundæ, in quibus cùm esse potuerit dubitatio, optimè proindè super eis facta fuit transactio, in qua Serlupis remissa fuerunt scut. 1500 suadentibus bon. mem. insignibus viris Cardinali Imperiali, & R. P. D. Androsilla, quæ proindè executioni demandata est, vt lites legitimis transactionibus finitæ
† non resuscitentur contra rescriptum Diocletiani, & 1
Maximiani *in l. causa 16. C. de transact.* cum concordan.

Neque obstare visum est, quod transactum fuerit super iure claro, cùm Gregorius frater non teneretur vllo modo ad residuam dotem Marchionissæ sorori promissam neque in vim primæ obligationis, quam fecit in minori ætate constitutus, cùm ipsa haberet dotem congruam aliundè, neque ex secunda obligatione in actu donationis quorundam bonorum, ei facta à Benuenuta matre, in qua se obligauit residuam dotem soluere Marchionissæ de Torres donatricis filiæ, cum donatio resoluta fuerit, & ideò promissio donandi ad ipsam donationem correspectiua, euanuerit, cuius quoque promissionis in donatione † nulla 2
habita fuerit ratio in transactione, quæ ideò ex hoc capite non cogitato substineri non possit, per ea, quæ hodie latè reassumebant scribentes iam deducta in

prioribus decisionibus huius causæ * 17. Februarii 1668.
coram Eminentissimo Cerro in recentior. part. 15. decis.
593. & 30. Maii 1672. & 17. Martii 1673. coram me.
Etenim postquam Rota audire iterum voluit Mar-
chionissa de Torres super omnibus nouiter ponderatis,
ex quibus à decisis posteà * recessit 26. Aprilis 1675. co-
ram me; considerauit quidquid sit quoad priorem obli-
gationem, saltem ex secunda obligatione in actu do-
nationis à Benuenuta Matre sibi factæ, potuisse Gre-
gorium probabiliter transigere, itaut transactio substi-
neatur, quamuis donatio posteà resoluta fuerit per
obitum Gregorij sine filiis ex pacto reuersiuo in ea-
dem donatione apposito, quia cùm Gregorius iam an-
tea esset obligatus ad solutionem huius dotis, renoua-
ta eiusdem promissio occasione donationis non potest
3 dici ad ipsam donationem correspectiua causatiuè, †
& præcisè quia talis correspectiuitas consideratur, quan-
do aliquid fit ex alio, vel propter aliud, non autem
quando fit illius occasione, vt etiam declararunt
transigentes, ibi: Perche all'incontro detto Gregorio
suo figliuolo promette, come è obligato; quo casu
correspectiuitas occasionalis, vt inquiunt Iurisperiti,
non inducit resolutionem actus, quem supponit, pro-
4 ut induceret correspectiuitas † causatiua, quæ illum
constitueret, vt benè explicant Bald. in l. fin. in prin-
cip. ff. de aduocat. diuers. iudic. Ancharan. in cap. ac-
cessorium sub numero 16. de reg. iur. in sexto Ioann. Bapti-
sta de S. Blasio de correlatiuis quæst. 66. numero 54. Pa-
cian. de probat. lib. 1. capit. 28. numero 37. latè Cyriac.
contr. 90. ex numero 20. & antiqua Rota decis. 213. per
tot. libr. 3. & clariùs posteà explicauit coram Caual. de-
cis. 177. numero 6. & seqq. & coram Bich. decision. 281.
numero 27. & 28. & decis. 406. numero 31. & 32. repeti-
tæ in recentior. parte 9. decis 439. & parte 11. decis. 6.
& in Firmana fideicommissi 15. Ianuarii 1672. §. nec obstat
coram R.P.D. meo Calataiu.
Aduertendo, quod Marchio Gregorius se obligauit
postquam Mater declarauerat donare cum pacto reso-
lutiuo, cuius proindè nullam habuit considerationem,
ibi: Si come all'incontro stante la sudetta donatione
con le riserue, resolutioni, patti, & dichiarationi,
come sopra promette d. Signor Gregorio à mantenere
d. annuo reddito, & osseruare le cose sudette, prout
verisimile quoque videtur, cùm resolutio penderet à
futuro euentu susceptionis prolis, qui cùm possit eue-
nire, & non euenire, non est credendum, quod do-
nec impleretur hæc conditio obitus sine filiis, stare de-
beret in suspenso promissio soluendi dotem, ne loco
reddendi Marchionissam de Torres magis cautam, &
ponendi in tuto solutionem integræ dotis promissæ,
prout fuit præcipua intentio Benuenutæ Matris do-
nantis, data fuisset occasio Gregorio fratri differendi
solutionem, sed suam promissionem sororiæ dotis re-
nouauit, habito respectu ad fructus ingentis summæ
scut. 18000. donatorum, & commodo fructuum me-
dio tempore, quo donatio stabat in pendenti perci-
piendorum, & quidem cum spe, quod bona donata
ipsi remanerent quatuor filios genuisset, hæc optimè
agnosceos noluit sibi cauere de resolutione obligatio-
5 nis, casu quo resolueretur donatio, de qua certè sibi
prospexisset, si ad ipsam donationem fuisset præcisè,
& causatiuè correspectiua sororiæ dotis repromissio,
qua proindè veluti independentem adimplere debebat,
6 etiam donatione resoluta, † cùm tot dicantur stipu-
lationes, quot sunt res, quamuis in eodem contractu
deductæ, ex diuersa tamen causa correspectiuitatis pro-
7 priæ, † causatiuæ exclusiua, ad text. in l. si ex falsis
Cod. de transact. & in l. cum hæret 72. & ibi gloss. vltim.
& Salicet. ff. de euiction. Nati consil. 430. numero primo
Menoch. de præsumpt. libr. 6. præsumpt. 12 numero 39.
Gratian. discept. 786. numero 19. latè Cyriac. d. con-
trouers. 90. ex numero 20. Rota coram Gregor. X V. de-
cision. 392. numero 13. & coram Pæn. decis. 137. numero
7. & melius in proposito coram Millino decis. 382. sub
numero 4. & 5.
Neque verum est in facto, quod transactio non
comprehendat hanc donationem, neque comprehen-
dere potuerit ex eo quod instrumentum non fuerit
in lite productum, nec de eo in transactione cogita-
tum, quia contrarium euidenter constat ex lectura
transactionis, in qua fit mentio de solutione residui
scut. 2500. decursorum, à die obitus Benuenutæ Ma-
tris, quæ cum nonnisi ad donationem, in qua facta
est obligatio supplendi dotem Marchionissæ in aliis scut.
5000. post mortem eiusdem Matris † donantis referri 8
possint, habetur perinde ac si de ea donatione facta es-
set expressa mentio, iuxta sensum præcedentis conuen-
tionis, Bart. in l. si duo numero 3. ff. de legat. 1. Bald.
in l. qui Romæ §. duo fratres ff. de verb. oblig. optimè Ro-
ta huic argumento respondet coram Coccin decis. 2302.
numero 11. & coram Peuting. decision. 368. numero 7.
& in Bononien. Pecuniaria, seu transactionis 20. No-
uembris 1669. coram Reuerendissimo Domino meo Deca-
no.
Hæc autem faciliùs procedunt in hoc casu, in quo
deuentum fuit ad transactionem inter fratrem, & so-
rorem, quæ ad dirimendas lites, & pro bono pacis ini-
ta, & conclusa fuit ab insignibus Iurisconsultis Car-
dinale Imperiali, & R.P.D. Androsilla, qui omnia
iura, & prætensiones vtriusque partis viderunt, & exa-
minarunt, vt in Instrumento transactionis expressè
legitur, aduertendo, quod statim ac fuit citatus Gre-
gorius frater pro dando principio liti † susceptus fuit tra- 9
ctatus concordiæ, quamobrem Marchionissa destitit ab
instrumento, & iurium exhibitione, & ab aliis proba-
tionibus, Cyriac. controuers. 386. numero 33. ideoque non
minus dicitur habita ratio omnium rationum vtrius-
que partis pro tollenda quacumque occasione litigandi,
cùm aliud sit extendere transactionem super quibus lis
non aderat, † & aliud sit substinere illam in re, super 10
qua fuit transactum ex causis præcisè consequentibus,
& connexis, ne litis materia supersit inter eos, † qui 11
à lite discedere professi sunt, & potissimùm inter soro-
rem, & fratrem, qui cùm bis anteà se obligasset, ad
idem transactio censeri debet facta ex omni causa, ex
qua tenebatur, † licèt non expressa, ad terminos text. 12
in l. fratris Cod. de transact. Bart. in d. l. si duo ff. de legat.
primo, Gratian. discept. 400. numero 28. Valeron. de tran-
sact. tit. 2. quæst. 1. numero 19. & 20. Surd. decis. 185. nume-
ro 4. Castrill. controu. lib. 4. capit. 42. numero 52 cum aliis
in proposito adductis per Modern. Foroliuien. controu. 99.
numero 20. & 27. Rota recentior parte 4. decis. 225. nume-
ro 1. & parte 5. decis. 403. ex numero 5. Coccin. d. decis.
2302. numero 13. Bich decis. 560. numero 13. & post Censal.
ad Peregr. de fideicomm. decis. 45. numero 5. & post Salgat.
labyrint. credit. decis. 25. numero 13.
Ex his verò tollitur id, quod dicebatur circa læsionem
ex transactione insurgente, quæ tamen deberet esse con-
cludenter probata, habito respectu non ad bona, sed
ad dubium litis euentum iuxta notissimas conclusiones
in Rota receptas, ad hoc, vt transactio diceretur, † 13
in euersionem fideicommissi, quod nunquam præsumi-
tur in quacumque transactione, & præsertim in ista, in
qua auctoritas virorum adeò expectatæ virtutis omnem
vmbram suspicionis, & doli penitùs aufert, per ea, quæ
dicebat Rota in recentior. parte 3. decis. 263. numero 4. in
fin. & part. 5. decis. 337. numero 17. & post. Censal. ad Pe-
regr. de fideicomm. decis. 44. numero 5. Caualer. decis. in nu-
mero 5.
Neque DD. in suspicionem adducere potuit animad-
uersio, quod clar. mem. Cardinalis Franciottus senten-
tiam tulerit pro immissione fauore DD. de Serlupis tam-
quam fideicommissariorum in Casale Marchionissæ de
Torres consignatum, quam immissionem concedere
non potuisset, si obligationes Gregorij validæ fuissent,
quia ex hoc non aliud inferri potest, nisi quod Marchio-
nissa defensa non fuerit, quemadmodum poterat aduer-
sus fideicommissarios, aduersus quos Casale ablatum re-
tinere potuisset, quamuis fideicommissarium vigore
Constitut. Clementis VIII. super Baronibus (qualis di-
cebatur Gregorius vtpotè Marchio) † quæ excipiendo 14
potest allegari coram quocumque Iudice, ex deductis per
Modern. Venusin. theatr. verit. & iust. disc. 47 numero 22.
& disc. 83. numero 2. de feud. Rota coram Dunoz. Iun. de-
cis. 914 sub numero 9. & seqq.
Ex quibus DD. steterunt in decisis 26 Aprilis 1675. co-
ram me, vtraque Parte audita &c.

Decis. 501. supra in hoc eodem tomo est in eadem causa,
supra verò in alio præcedenti tomo adest altera, quæ
ibi est in ordine 66.

REVE-

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Ferrarien. Bonorum.

Lunæ 15. Iunii 1676.

ARGVMENTVM.

Coniecturæ simulationis in contractu emptionis, & venditionis excluduntur, tùm ex qualitate nobilitatis contrahentium, qui non erant soliti fœnerari, tùm etiam quia pactum redimendi, & successiua locatio bonorum venditorum eidem venditori facta, non reperiuntur à iure prohibita, tùm demum ex declaratione iurata vtriusque partis, quæ etiam in materia vsurarum, quando, prout hic, adminiculis est fulcita, attenditur, & seruatur.

SVMMARIVM.

1 *venditio facta cum pacto redimendi à iure non improbatur, imo expressè permittitur.*
2 *Pactum redimendi diminuit de valore plus, & minus, secundum quod tempus ad redimendum longius, vel breuius inter partes constituitur.*
3 *Simulationis, seù vsurarum coniecturæ parum attenduntur inter personas nobiles, & non solitas fœnerari.*
4 *Pactum redimendi non importat simulationem, nec redolet vsuram ex obligatione denunciandi redemptionem per sex menses ante.*
5 *Retrouenditionis denunciatio emptori facienda per venditorem redimere volentem, si non est negatiuè conceptæ, non reddit contractum de vsura suspectum.*
6 *Emptor non prohibetur incontinenti, vel ex interuallo locare bona empta ipsi venditori, ea conducere volenti.*
7 *Venditor accipiens in locationem bona vendita, non amplius sibi, sed emptori possidet.*
8 *Simulatio, & vsura resultat ex continuata possessione rei venditæ apud venditorem post venditionem factam*
9 *Venditio dicitur simulata si venditor venditione facta, rem venditam in locationem recepit pro exorbitanti pretio excedente fructus bonorum emptorum, & quando.*
10 *Venditio cum pacto redimendi ex consuetudine Ferrariæ fit cum quarta parte pluris.*
11 *Partibus, & contrahentibus non creditur in materia suspecta & num. seqq.*
12 *Vsura est materia suspecta.*
13 *Confessio partis nuda in materia vsuraria, & suspecta non attenditur, secus si fiat cum adminiculis illius veritatem præseferentibus, & vid supr. num. 9. & seqq.*
14 *Testi contra producentem non modica fides est adhibenda.*
15 *Testes deponentes de fructibus partie prædij, debent deponere habito respectu ad totum prædium.*
16 *Fructus bonorum stabilium præsumuntur, & valutantur in scutis quinque pro centenario, limita vt numero seq.*
17 *Stabilia si probantur reddere plusquam scuta quinque pro centenario, non attenditur dispositio* glos. in Aoth. perpetua C de Sacros. Eccles.
18 *Venditor cum pacto redimendi potest quandocumque intra tempus præfixum bona redimere, vel conductionem eorum, si quam suscepit, amplius non continuare.*
19 *Simulatio emptionis & venditionis excluditur, si emptor studuit conseruationi rei emptæ.*

DECISIO DCCXXXVII.

RESOLVTIONEM captam coram me sub die
31. Ianuarij proximè præteriti hodie approbarunt
Domini, iterum existimantes contractum venditionis
bonorum factum à Comitibus de Rossettis substineri, nec
esse simulatum, aut vsurarium, † cùm pactum de retro- 1
uendendo in illo appositum à iure non improbetur, imò
expressè permittatur, vt *in cap. ad nostram de emption.
& vendit. & in l. 2. C de pact. inter emption. & vendit.* &
firmat altera *decis. §. vterque enim*, maximè quando deficit modicitas pretij, quæ in casu præsenti omninò excluditur ex quantitate scut. 2000. à Comite Areosto soluta,
habito respectu ad pactum redimendi, † quod semper 2
plus, & minus detrahit de valore, secundùm quod tempus
ad redimendum longiùs, aut breuiùs inter partes constituitur, Cyriac. *contr. 261. num. 33.* Ciarlin. *contr. 40. num. 35.* Rota *in Anconitana Bonorum 10. Iunii 1672 §. final. coram me,
& in Tudertina affictus 24. Februarii proximè præteriti §.
prætereà coram R. P. D. meo Celataiu.*

Et quamuis ad præsumendam simulationem hodie
fuerint repetitæ coniecturæ in præterita disputatione allatæ, & in decisione confutatæ, † nihilominus, cùm 3
agatur inter personas nobiles, & non solitas fœnerari,
denuò fuerunt relectæ tamquam leues, & inefficaces.
Nam illa denunciationis faciendæ emptori per venditorem redimere volentem per sex menses ante, † non 4
reddit contractum suspectum, cum talis præuentiua
notificatio solùm inseruiat, vt emptor possit pecuniæ
restituendæ consulere, † potissimùm dum tale pactum 5
non est negatiuè conceptum, vt considerant Honded.
cons. 33. num. 33. lib. 2. Decian. *respons. 2. num. 136. lib. 1.* Rota
in Romana Domus 27. Aprilis 1667 §. Nec vrgere coram Reuerendiss. D. Beuilaqua Patriarcha Alexandrino.

Onus expensarum instrumenti, & solutionis Gabellæ
contractus licitè venditor potuit in se suscipere, prout quod locatio incipere deberet in festo S. Michaelis anni *1616.* & sic per plures menses ante stipulationem venditionis sequutam anno *1617.* non redolet
vsuram, cùm id gestum fuerit ad effectum se conformandi cum tempore locationis factæ Antonio Piccinino Generali Conductori totius Prædij, nil vrgente
ponderatione nuper adducta, quod emptor postmodùm non steterit locationi eidem factæ, vt fuerat in
instrumento venditionis conuentum, sed eadem die
bona empta locauerit venditoribus, quia non indè colligitur animus fœnerandi, † cùm non prohibeatur em- 6
ptor incontinenti, aut ex interuallo locare bona empta
ipsi venditori conducere volenti, *l. sicteriis §. si fundus
ff. de act. empt* Rota coram Andrea *decis 109. numero 6.
11. & 15.* quo casu venditor ampliùs non possidet sibi, † 7
sed domino, qui locauit, & indè excluditur præsumptio simulationis, & fœneris, † quæ elici solet ex con- 8
tinuata possessione venditoris post venditionem, *vt* explicat Roman. *cons. 304. num. 3.* quem cum aliis refert Rota *in Prænestina simulationis contractus 17 Iunii 1669. §. illa
namque coram R. P. D. meo Vicecomite*, & firmatur in præterita decisione.

Potissima verò coniectura elicita ex quantitate pensionis scut. 160. quæ nimis grauis dicebatur, vtpotè excedens fructus bonorum emptorum, † visa est non refra- 9
gari, non solùm quia illa empta fuerunt † cum quarta 10
parte pluris iuxtà consuetudinem, quam Ferrariæ vigere affirmant Notarii illius Ciuitatis, Summario præteritæ positionis *numero 4* verum etiam tollitur omnis
ambiguitas ex ipsamet iurata assertione venditorum affirmantium hanc summam, imò & maiorem, habito respectu ad totum prædium, siue possessionem ex
bonis venditis exigi à præfato conductore, vltrà solitas
honorantias debitas ipsis Dominis; † Non aduersan- 11
te, quod Partibus credendum non sit in materia suspecta, † qualis est vsura, iuxtà *decis. 74. numero 39.* 12
coram Bichio, & *in Papien. Pecuniaria 2. Martii 1668.
coram bon. memor. Priolo*, quia confessio Partis tunc in
huiusmodi materia non recipitur, quando nuda, & simplex est, in quibus terminis loquuntur mox allegatæ decisiones, † secùs autem, quando fulcitur adminiculis veri- 13
tatem illius præseferentibus, vt in proposito, vbi concurrit instrumentum locationis cum dicto Piccinino pro annua pensione scut. 600. ex quo probata remanet quantitas fructuum rei locatæ, vt firmat *§. penult. antecedecisionis*, &

nis, & accedit depositio Nicolai Santomei testantis, totum Prædium fuisse aliàs Balthassari Gambarono post finitam locationem eum Piccinino locatum pro scutis mille quolibet anno, cuius dicto non modica fides est ad-
14 hibenda contra ipsos Comites † de Rossettis, qui illum produxerunt, Rota *decis. 812. num. 12.* coram Dunoz & *decis. 110. numero 1. part. 14. recent.*

Nec contrarium resultat ex depositione aliorum testium, qui pro eisdem Comitibus fuerunt examinati; tùm quia obstat prædicta iurata confessio tot adminiculis roborata, tùm quia non deponunt, habito respectu ad totum Prædium, prout optima ratione Partes conuenerant, nè fortè conductor hac rata Prædij orbatus à loca-
15 tione discederet, † aut forsan quia sine illa residuum fundi per se solùm tantùm non reddidisset, argumento Text. *in l. si cui fundum ff. de leg. secundo*, Decian. *cons. 647. numero 6. lib. 2. Sola ad Constit.* Sabaud. *de pact. inter empt. & vendit. part. 1 glos. 1. numero 54.*

Quod autem pecuniæ Comitis emptoris in hanc emptio-
16 nem erogatæ reddiderint scut. 8. pro centenario, † contra sensum *gloss. in Auth. perpetua C. de Sacros. Eccles.* præsumentis stabilia ascendere ad fructum quinque pro cen-
17 tenatio, vltra quod talis præsumptio cedit veritati, † si bona realiter plus reddere probentur, vt relatis alijs dicit præterita decisio, liquet ex calculo dato in antecedenti positione pro parte Comitissæ Violantis, quod computato pacto redimendi, & alijs in eo deductis, vix excesserunt libr. sex, & solid. 8. pro centenatio, & semper vr-
18 get responsio, quod stante pacto redimendi, † bona infra quinquennium omni vice, & quandocumque erat in potestate DD. de Rossettis, vel dicta bona redimere, vel locationem amplius non continuare, vt in his terminis immoderatæ pensionis ponderat Honded. *d. cons. 33. numero 71. lib. 2.*

Tandem pluries renouata locatio non infert contractua simulationem, quam penitùs excludunt pacta denotantia realiter dominium fuisse translatum in emptorem, nimirum quod locatione durante, ipse in casu sterilitatis teneretur ad restitutionem fauore ipsorum venditorum, qui bona conduxerunt, quibus prohibebit incisionem arborum, & restipulationem agrorum in vltimo anno con-
19 ductionis. † Hæc enim pacta excludunt simulationem, dum ostendunt Comitem studuisse conseruationi rei emptæ, quam aliàs non curasset, si simulatè emptionem fecisset, & solùm ad lucrum ex pecunia respexisset.

Et ita conclusum fuit, standum esse in resolutis, vtraque parte audita.

R. P. D. TAIA.

Balneoregien. Fideicommissi.

Veneris 19. Iunii 1676.

ARGVMENTVM.

Pro acceptatione donationis afferebatur dispositio à Testatore donatario facta, sed quia illa restricta erat ad bona eiusdem Testatoris, non visa fuit sufficiens ad aliquam acceptationem inducendam; maximè quia à primæuis, & antiquis antecessoribus illa nunquam obseruata erat, & ita eo minùs huiusmodi dispositio eam comprehendere poterat.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio facilè à Rota conceditur, dummodò causa ante ferias proponatur omninò.*

2 *Filiatio ab auctoribus acceptatæ non permittitur, quod à successoribus impugnetur.*

3 *Donatio à sæculo, & vltra nunquam admissa, non ita faciliter recipienda est.*

4 *Donatio sine scientia donatarij ex sola illius dispositione facta suorum bonorum, non dicitur acceptata.*

5 *Disponens simpliciter de suis bonis, non intelligitur disposuisse de bonis sibi ignoranter quæsitis.*

6 *Testator grauans hæredem restituere hæreditatem suam, non dicitur grauasse restituere in hæreditate, quam restituere fide commisso tenebatur hæredi suo.*

7 *Dispositio Testatoris facta de suis bonis non comprehendit bona antiqui fideicommissi.*

8 *Veritas testamenti, simulatque testantis disponentis de bonis suis, deficit in ijs, quæ Testator moriens restituere debet.*

9 *Testamentum in mortuis confirmari solùm, alioquin non valere dum viuit, qui testatus est dixit, & docuit DOCTOR GENTIVM.*

DECISIO DCCXXXVIII.

VNANIMES DD. hodie steterunt in secundo communiùs, & concordiùs decisis 31. Ianuarij proximi præteriti, proposita interim Causa 8. Iunij labentis, & altera Parte Rea non informante, sed nec informatura vsque ad Kalendas, & eo vsque petente dilationem, & pro moderno Curiæ more vsque ad Idus Nouembris, quam DD. concesserunt, † itaut Causa proponeretur omninò 1
ante ferias, ante quas proposita est, hac vltima commodiore Rota numeratis ordine Causis ante tres posteriores, præter ordinem innumeratis, & tamen assiduis citationibus citata Parte, nolente informare, & malente repetere eandem dilationem, vt imparata, & causante mortem vnius, & absentiam alterius de sex Aduocatis; proindèque DD. ad dubium: An sit standum primò, vel secundò decisis, facilè responderunt pro secundò decisis, ex iis suffragiis in Decisione collatis, vtraque exceptione iterum relecta probare donationis fideicommittentis ad derogationem fideicommissi, & ex opposito non probaræ filiationis cum qualitate naturalitatis ad succedendum in fideicommisso.

Et circa vtramque, replicata fuit admissa, obseruataque † semper huiusmodi filiatio, & nunquam hæc dona- 2
tio ab Auctoribus ipsis, † ipsius Partis à sæculo, & vltrà, 3
iuxtà deducta in Decisionem, & in Summarium plura.

Additum est ex facto etiam circa validitatem, perfectione donationis, vt suprà non obseruatæ, quod licèt ipsa Pars intenderet inducere acceptationem donatariorum absentium, & obseruantæ aliquod argumentum, quia Corradinus alter ex descendentibus disposuisset in extraneos de Castro Pennę, & aliis bonis subiectis fideicommisso, nec potuisset ipso fideicommisso, non autem donatio- 4
ne constante, leue argumentum est, vanumque, scientia non constante donationis, & casu pendentię fideicommissi, si fideicommissarius successor pręmoreretur, & erratur in supposito, verumque oppositum est, quia Corradinus generaliter disposuit de bonis, & specialiter de suis: *In tutti, e singoli suoi beni, stabili, mobili, &c. in Summario impresso Positionis 31. Ianuarii*, † sua non sunt, quę quis alteri 5
restituere tenetur, *§. si de falcidia vers. quid est enim, quod de suo videatur reliquisse l. vnum ex familia 69. ff. de legat. 2.* & Testator grauando hęredem restituere suam hęreditatem, † non videtur grauasse in hęreditate, quam resti- 6
tuere ex fideicommisso tenebatur hęredi suo, *§. Titio fratri l. cum Pater 79. ff. eodem*, & ita ex vtroque textu Peregr. *de fideicomm. art. 6 numero 12 vers. 3. considerabilem, & seqq. vers. 4. inducebam*, & ampliùs Fusar. *de substit. quæst. 649. numero 7. vers. & hæc opinio*, & cum aliis etiam decisionibus Rota *decis. 364. numero 7. vers. ideò videtur parte 1. recentior.* & coram Durano *decis. 93. numero 7.* & est confirmata in *decis. 119.* vbi altiùs in priori, bona antiqui fideicommissi † non comprehendi sub dispositio- 7
ne Testatoris &c. quę prosequitur Ruta *d. decis. 93. numero 3.* cum allegatis, Fusar. *d. quæst. 649. ab initio*, & plane ad testamentum, & testantem, de bonis suis † ve- 8
ritas deficit in iis, quę Testator moriens restituere debet; Testamentum enim in mortuis confirmatum est, † alio- 9
quin non valet, dum viuit, qui testatus est, inquit *Doctor Gentium ad Hebræos cap. 9.*

Decisio 642. supra in hac eadem parte, & tomo etiam ipsa in hac causa emanauit, cuius in calce alias etiam concordantes inuenies.

R. P. D.

R. P. D. V B A G O.

Leodien. Parochialis.

Veneris 19. Iunii 1676.

A R G V M E N T V M.

De duobus Præsentatis ille præfertur, qui primo loco fuit ab Ordinario admissus, quamuis altera Præsentatio anterior diceretur, quia præterquamquod, tamquam facta per simplicem apocham, visa fuit de antidata suspecta; Attamen quia illa eidem Ordinario notificata non erat, nullum ius, nullamque actionem d. Præsentato tribuere poterat, quominus potuisset Patronus alium legitimè præsentare, & Ordinarius etiam validè illum instituere.

S V M M A R I V M.

1 *Procurator ad præsentandum constitui potest, & præsentatio per eum facta sustinetur.*
2 *ad Præsentationem faciendam non est in iure constituta certa forma*
3 *Præsentatio dicitur legitimè facta quoquomodo voluntas patroni ordinario innotescat.*
4 *Ratificatio æquiparatur mandato.*
5 *Ius bonum præsentati ex legitima præsentatione, & ordinarij institutione resultat.*
6 *Manutentio datur possidenti, etiam in beneficialibus.*
7 *Præsentatio posterior non præiudicat primo præsentato, & legitimè, instituto.*
8 *Possessio capta non citato possessore dicitur spoliatiua, turbatiua, & clandestina, & ideò manutenenda non est, imo potius reuocanda.*
9 *Scriptura in albo relicta, si album non appareat impletum de voluntate partium, non substinetur*
10 *Præsentatio si non fuit legitima, nulla remanet institutio deinde facta.*
11 *Scriptura præsentationis facta per apocham priuatam, & ipsa remanet suspecta de antidata.*
12 *Præsentatio facta per apocham priuatam ex quibus deducatur fuisse antidatam.*
13 *Antidatam ad inducendam sufficiunt coniecturæ, & simplices præsumptiones.*
14 *Præsentatio si non fuit notificata superiori instituere debenti, ante institutionem alterius, nullum ius tribuit præsentato.*
15 *Præsentatio sola beneficij sine vlla notificatione superioris habetur pro simplici nominatione.*
16 *Nominatio simplex facta ad beneficium iurispatronatus, nullum ius tribuit nominato præseruabile, aut considerabile, & num. 20.*
17 *Præsentatio simplex dicitur actus imperfectus, & remanet in suspenso.*
18 *Patronus post factam solam, & simplicem nominationem beneficiati, non solum variare, sed etiam illam reuocare potest, & num. 21.*
19 *Præsentatio secunda, ac etiam illius institutio dicuntur legitimè factæ, & exequutioni demandatæ, si prima præsentatio ordinario notificata non fuit.*
20 *Ius non solum in re, sed etiam ad rem primi præsentati tollitur per secundam præsentationem ab Ordinario admissam, vbi prima præsentatio eidem ordinario notificata non fuit.*
21 *Variatio præsentandi, quatenus patrono laico sit permissa, & supra numero 18.*

DECISIO DCCXXXIX.

VACANTE Parochiali Ecclesia de Chocquier de Iurepatronatus Comitis de Berloæ, fuit prima Februarij præsentatus ad eam Guilelmus, qui obtenta institutione ab Archidiacono Brabanticæ 5. Februarij eius possessionem sub die 7. pacificè assecutus fuit; Prætendens pariter Hubertus se ad eandem Parochialem præsentatum ab eodem Comite de Berloæ sub da-

ta anteriori, nempè sub die prima Ianuarij 1675. ipso Guilelmo non citato, nec audito sub die 9. Februarij eiusdem anni ab eo Archidiacono pariter obtinuit institutionem, possessionemque adeptus est sub die 11. eiusdem mensis, à quibus reclamante ipso Guilelmo ad officialem Archidiaconi instituentis, iste præuia reuocatione mandati de immittendo in vim dictæ secundæ institutionis Huberto concessæ pronunciauit Guilielmum esse manutenendum in sua possessione Parochialis, & cum hæc sententia fuerit quoque confirmata ab officiali Leodien. deuoluta causa ad Rotam coram me contigit disputari; An, & de cuius bono iure constet, etiam ad effectum manutentionis, & DD. responderunt constare de bono iure Guilielmi etiam ad effectum prædictum.

Docet enim d. Guilielmus de sua præsentatione,
quæ licèt facta sit non ab ipso Comite de Berloæ,
sed ab eius fratre germano Comite de Horemont,
& altero Hennea procuratorio nomine, cum tamen
illi haberent facultatem nominandi, & præsentandi
per Epistolas particulares, Summ. Guilielmi *numero*
9. † & benè constitui possit procurator ad præsentan- 1
dum etiam per literas, præsentatio substinetur, Viuian. *de Iurepatr. lib. 5. cap. 1. numero 29. &* Rota *in Rhegien. Beneficij 6. Februarii 1669. §. Minus facis coram Illustrissimo D. Ottalora* confirmata 23. *Iunii 1670. §. nec refert coram R. P. D. meo Emerix*, † vbi quod 2
in hac materia non est præscripta certa forma, sed
sufficit, quod voluntas Patroni circa præsentationem
vacantis† Ecclesiæ Ordinario quoquo modo innotescat, 3
& eo magis dum præsentatio fuit deindè ab ipso Comite de Berloæ Patrono ratificata, Summ. Huberti *numero* 4. † Ratificatio enim æquiparatur mandato, *cap. ratihabitionem de reg. iur. in 6.* 4

Vlterius præter præsentationem legitimam docet quoque de illius admissione ab Archidiacono Brabanticæ,
penes quem residet hoc ius instituendi, sicuti de subsecuta institutione, † & in vim illarum de legitima an- 5
teriori possessione adepta, ex quibus satis patere dixerunt DD. de cuius bono iure, iuxtà aliàs firmata per Rota *decis. 779. numero 2.* coram Coccin & *decis. 279. numero 1.* coram Celso, & ipsum Guilelmum esse in sua
† possessione manutenendum, ad formam *text. in §. re-* 6
tinen. instit. de interdict. & in l. iuste possidet, vbi Bartol & alij *ff. de acquir. possess.* Rota coram Bichio *decis 254 numero 17. & 19.* coram Gregor. *decis. 9 numero 9. & decis. 10. numero 8* coram Dunoz. Iun.

Non obstat institutio obtenta ab Huberto, & possessio in vim eiusdem institutionis capta, quia cùm fuerit
posterior illa Guilelmi, † cui iam erat ius quæsitum per 7
antecedentem suam alteram institutionem, non potuit illi præiudicare, Rota *in nullius, seù Taurinen. Prioratus 2. Iunii 1670. § & quamuis coram Reuerendissimo Domina Beuilaqua*, maximè dum hæc secunda, ac eius subsecuta possessio extortæ fuerant, ipso Guilelmo non cita-
to, † ideò tamquam spoliatiua, turbida, & clandestina 8
non est manutenibilis, sed potius reuocanda *cap. licet causam de probat.* Bartol. *in l. si duo numero 4. ff. vt possidet*, cum alijs deductis per Rota coram Celso *decis. 409. numero 2.*

Accedente præsertim ipsius Huberti malo iure, resultante ex eo, quod sua institutio reperitur fundata in præsentatione contenta in quadam apocha, quæ, vt colligitur ex tenore Epistolarum dicti Comitis de Berloæ Patroni directarum alterius Comiti de Horemont fratri, alterius verò Prælocutori Nalingh, Summ. Guil *d. numero 9.* fuit transmissa eadem Prælocutori cum spatio in albo ad effectum apponendi nomen, & cognomen Clerici præsentandi iuxtà nominationem, & electionem faciendam per d. Comitem de Horemont, & alterum Hennea, cùmque non iustificetur, quod nomen Huberti fuerit appositum
in prædicto albo apochæ † de ordine, & consensu ipsorum 9
de Horemont, & Hennea Procuratorum constitutorum † 10
ad eligendum, & præsentandum, remanet institutio nulla tamquam sine fundamento præsentationis legitimæ, ad Text *in cap. Bertoldus 100. & ibi* Bart. *num 3. de sent. & re iudic.* Lambert *de iurep. lib. 2 part. 1. quæst. 3. art. 1. sub num. 4. vers. ex his, & num. 6.* Grat. *discept. 368. num. 13. & 14* Rota coram Celso *decis. 34. num. 2.*

Et non solùm ex prædictis cessat alterum fundamentum, quod præsentatio Guillelmi, & eius institutio non po-

terat concedi in præiudicium Huberti , cui iam quæsi-
tum ius prætendebatur per ipsam anteriorem præsen-
11 tatione , † verum etiam quia animaduersum fuit ,
quod anterioritas præsentationis deduci prætenditur ex
apocha priuata , quæ tamquam suspecta de antidata ,
nullum probationis gradum anterioritatis constituit ,
vt aduertit Castren. *consil. 134. numero 2. vers. nam ista
scriptura licet contineat tempus lib.* 1. Surdus *consil.* 82.
numero 21. Cyriac. *contr.* 10. *numero* 14. *&* 17. Bich. *de-
cis.* 403. *numero* 16. *&* 17. *&* Rota *decis.* 305. *numero* 10.
parte 15. *recentior.* præcipuè quando accedit inuerisimi-
litudo , quæ in præsenti ex tribus deducta fuit ; Primò,
quia Michael Naiingh fuit sub die 23. Ianuarij requisi-
tus à Berloæ Patrono , vt reponeret apocham in mani-
bus sui fratris Comitis de Horemont , ex quo arguitur
vsque tunc Hubertum non fuisse præsentatum per Pro-
12 curatores † constitutos , qui apocham non habebant ;
Secundò , quia Horemont , & Hennea Procuratores
constituti ad nominandum , & præsentandum deuene-
runt ad aliam præsentationem in personam Guilelmi ,
etiam nulla facta mentione apochæ , & alicuius personę
in ea nominatæ , & præsertim ipsius Huberti ; & ter-
tiò , quia licèt Hubertus se præsentatum faciat à die
prima Ianuarij adhuc tamen tacuit per tam longum tem-
pus , nempè vsque ad nonam Februarij , postquam iam
facta fuit institutio in personam Guilelmi , quod reue-
ra non permisisset , si se nominatum in apocha reperisset
per tantum tempus ante præsentationem Guilelmi ab
illis Procuratoribus constitutis per Comitem de Berloæ
Patronum , & sic de ipsa anterioritate valdè dubitatum
13 fuit , † cùm ad inducendam antidatam sufficiant co-
niecturæ , & simplices præsumptiones , ad tradita per
Franc. Marc. *decis. Parlament. Delphin. quæst.* 695. *nu-
mero* 2.

Admissa quoque hac temporis anterioritate , ponde-
rarunt DD. quod hæc præsentatio facta per apocham
non fuit Superiori debenti instituere præsentata ante in-
14 stitutionem Guilelmi , † & ideò nullum ius sibi quæ-
situm dici poterat , ex deductis in *Nullius , seù Tauri-
nen. Prioratus* 5. *Decembris* 1667. *§. neque hanc , & §.
præterea coram Eminentiss. D. meo Carpinea* ; donec e-
nim Patronus , vel Procurator ad præsentandum non
subiecerint præsentationem effectiuam , vel personam
15 nominatam oculis superioris debentis instituere , † sola
præsentatio in scriptura habetur pro simplici nominatio-
16 ne , quæ nullum tribuit ius considerabile , † aut præ-
seruabile , Abb. *in cap. fin. numero* 2. *de iurep.* Lotter. *de
re benef. lib.* 2. *quæst.* 2. *numero* 36. Rota coram Crescen-
tio *decis.* 6. *alias* 178. *numera* ..... *de iurep.* itaut eo casu
17 similes præsentationes dicantur actus imperfecti , † &
stare in suspenso , & interim Patrono Beneficij licita est
18 non solum variatio , sed etiam pœnitentia , † & reuo-
catio prædictarum similium nominationum , vt in præ-
cisis terminis firmauit Rota *in d. Nullius , seù Taurinen.
Prioratus* 4. *Iulij* 1668. *§. præterea dictum obiectum coram
eodem Eminentiss. D. Carpinea*, & vlteriùs secunda præ-
19 sentatio legitimè in actis prædictis Superioris facta , † ac
institutio deindè sua secuta fauore dicti secundi præsentati
dicitur re integrè facta , ac executioni demandata , ita-
20 ùt tollatur quodcumque ius dicto primo nominato , † seù
præsentato non solùm in re , sed ad rem , Lotter. *de re
benef. lib.* 2. *quæst.* 6. *numero* 36. *§. quod est vers. sed potius* ,
Lambert *lib.* 2. *part.* 2. *quæst.* 7. *art.* 2. *num.* 2. *&* 5 *vers. duo
enim; & art* 3. *per tot.*

Nec dicatur , quod Patrono Laico non sit licitum va-
riare recedendo à priori præsentatione ; nam præter-
21 quamquod semper intelligendum est à legitima † præ-
sentatione facta , scilicet ser. ser. conclusio intelligitur
quando prior præsentatio fuit exhibita coram Superiore
instituere debente , aliàs secùs, Lotter. *de re benef. lib.* 2.
quæst. 6. *numero* 36. *cum seqq. &* Garz. *de benef. parte* 7.
cap. 1. *numero* 36.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CALATAIV.

Auenionen. Fideicommissi.

Veneris 19. Iunii 1676.

A R G V M E N T V M.

Sentententia dicebatur difformis Voto Rotæ, cuius in executionem pronunciata erat, & ideò nulla ; contrarium tamen deciditur , quia bona hæreditaria , & fideicommissaria diuersimodè in illis expressa , eadem ferè visa sunt , cum ageretur de fideicommisso vniuersali , in quo nihil detrahendum erat . Rursùs quia plura contra immissionem adducebantur de credito hæredis , & de detractionibus faciendis , vtrumque remouetur , quia creditum apparuit satisfactum , vel illiquidum , detractiones vero plusquam consumptæ ex fructibus annorum viginti , & vltrà.

S V M M A R I V M.

1 *Restitutio in integrum non conceditur sine nullitate, vel iniustitia sententia.*
2 *Sententia difformis à voto Rotæ in cuius executionem pronunciata, est manifestam nullitatem inducit.*
3 *Bona hæreditaria dicuntur fideicommissaria , vbi agitur de fideicommisso vniuersali , & nihil ex eo detrahendum est.*
4 *Sententia interpretatur secundum votum Rotæ ad euitandam contradictionem.*
5 *Contradictionem ad euitandam verba impropriari debent.*
6 *Detractiones quatenus remaneant consumptæ ex fructibus per spatium annorum 20. & vltra, & num. seqq.*
7 *Fructus annorum viginti dicuntur æquare capitale, siue eorum quantitas sit magna, siue modica, & num.* 8.
8 *Hæres creditor testatoris vel de mobilibus , fructibus , & creditis hæreditarijs præsumitur satisfactus , vel ex illis suum creditum remansit illiquidum.*
10 *Immissio non retardatur ex credito , quod vel potest præsumi satisfactum, vel saltim remansit illiquidum.*
11 *Hæres institutus sub conditione, quæ euenit , & illam hæreditate priuauit , non dicitur hæres nec potuit sibi appropriare bona pro suo credito, & num.* 12.
12 *Mulier instituta hæres donec vitam vidualem seruauerit , per transitum ad secunda vota non remanet amplius hæres, nec gaudet iuribus hæreditarijs.*

DECISIO DCCXL.

IN Decisione à me edita die 26. Iunij proximè præteriti
denegata fuit Andreæ , & alijs de Mestralis restitutio
in integrum aduersus sententiam ab A. C. de voto Rotæ
promulgatam , concedentem Margaritæ , & Magdalenæ
Vienot immissionem in omnibus bonis hęreditarijs , & fi-
deicommissariis Ioannis , & ratio resolutionis fuit , quia
non constabat de læsione resultante ex nullitate , vel iniu-
stitia dictę sententię, † sine qua restitutio in integrum non 1
conceditur, *l. si ex causa ff. de minor.* Odd. *de restit. in integrum
p.* 1 *q.* 36. cùmque hodie causam reposuissem , Domini ste-
terunt in decisis ex eisdem fundamentis in decisione.

Licèt enim Informantes pro Andrea iterum in eo insi-
sterent, quod A. C. excesserit Votum Rotę, concedendo im-
missionem in bonis hęreditariis, & fideicummissariis Ioan-
nis , quando Rota quoad bona tantùm fideicommissaria
immissionem † restrinxerat , & ex hac difformitate prę- 2
tenderent resultare manifestam nullitatem sententię , vt
dixit Rot. *dec.* 340. *n.* 2. *p.* 13. *rec. & in Comen. iuris conferen-
di* 28. *Iunis* 1673. *§. nullitas coram R. P. D. meo Emerix*: In hac
tamen facti specie Dominis contrarium visum fuit, ea ra-
tione, quia agitur de fideicommisso vniuersali , & nihil ex
eo detrahendum est ; † vndè bona hęreditaria accipienda 3
sunt pro fideicommissariis , quemadmodum fieri solet ad
euitandam contradictionem † inter Votum , & sen- 4
tentiam , † ad quem effectum etiam verba impropriari 5
possunt,

possunt, vt in specie seruauit Rota *in Romana primogeniturae de Bubalo* 13. *Ianuarij, & 27. Iunii 1672. coram R.P. D. meo Emerix.*

Quod autem ex isto fideicommisso nihil sit detrahendum ad euidentiam ostendit decisio, quæ reuidetur; nam legitima, & trebellianica, quæ absorbent medietatem
6 sunt prorsùs consumptæ † ex fructibus alterius medietatis perceptis per spatium annorum viginti octo, nempè
7 ab anno 1643. quo lis mota fuit, † & tamen satis fuissent fructus annorum viginti, cuius temporis spatio ca-
8 pitale adæquare præsumuntur, † siuè eorum quantitas sit magna, siuè modica, *glos. in auth. perpetua verb. iusta, C. de Sacrosan. Eccles.* Surd. *cons.* 451. *numero* 39. Rota coram Zarate *decis.* 90. *numero* 13.

Neque aliquid releuat replicatio, quod dicta medietas spectaret ad Annam pro dote consequenda in dicta hæreditate, & pro alijs debitis Testatoris ab ipsa, vt prætenditur, persolutis, pro quibus absque Iudicis ministerio censetur accepisse in solutum tot bona ad effectum faciendi fructus suos; Nam cùm vltrà stabilia adessent in hæreditate etiam plura mobilia, fructusque recollecti, & nomina debitorum, vt constat ex Inuentario tutelari ab eadem Anna confecto, de quibus ipsa nunquam ra-
9 tionem reddidit, † ex his censeri debet potiùs satisfacta
10 de omnibus suis creditis, † vel saltem exindè redduntur adeò illiquida, vt nullo modo potuissent immissionem impedire, ex adductis *in decisione*, quæ reuidetur.

11 Præterquam quod Anna non fuit hæres grauata, † cui tamen permissum est bona in solutum recipere pro suis creditis facto Iudicis, sed fuit à Testatore instituta hæres pro virili vnà cum filijs, in casu tantùm, quo
12 permaneret in viduitate, † vndè post transitum ad secundas nuptias in vita filiorum, & ante motam litem, non potuit considerari tamquam hæres grauata, nec bona sibi appropriare ad effectum faciendi fructus suos, vt dixit Rota coram Merlino *decis.* 378. *numero* 3. *& in recent. decis.* 96. *numero* 26. *parte* 12. allegatis in decisione, quæ etiam satisfacit alijs obiectis nullitatis testamenti ob prætensam phrænesim Testatoris, ac filiationis, & legitimitatis Margaritæ, & Magdalenæ.

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. CALATAIV.

Elnen. Obedientiæ.

Veneris 19. Iunii 1676.

ARGVMENTVM.

Abbas nouiter electus in Ecclesia, in qua antiquitùs, sicuti hodie, extabant Beneficiati, suum particularem Superiorem habentes, iurisdictionem in illos exercere prætendebat, saltem respectu celebrationis Diuinorum Officiorum, pro quibus communiter omnes in eadem Ecclesia conueniebant; sed negatiuè resoluitur, quia erant duo genera Beneficiatorum, vtrumque suum caput recognoscens, & ideò de iurisdictione vnius, ad aliud inferri non poterat.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiatorum duo genera possunt esse in Ecclesia, quorum vnum nihil commune habeat cum altero, sed vtrumque suum caput recognoscat.*
2 *Beneficiati plures licet insimul conueniant in Ecclesia pro diuinis celebrandis, possunt tamen esse duo corpora distincta, & duos diuersos Superiores habere.*
3 *Translatio, & secularizatio Ecclesiæ facta sine præiudicio beneficiatorum, illis non præiudicat.*
4 *Iurisdictione cessante, cessat etiam ius mulctandi quod ab illa dependet.*
5 *Pœnæ, & mulctæ sunt fructus iurisdictionis.*
6 *Administratio alicui concessa importat obedientiam præcisam, & coactiuam.*
7 *Obedire nemo tenetur nisi ei, qui habet administrationem, vel iurisdictionem in illo.*
8 *Capituli, & Canonicorum appellatione non veniunt Beneficiati.*
9 *à Iurisdictione ordinarij si beneficiatos vel alios Papa non exemit, illi præiudicare noluisse censetur.*
10 *Priuilegium non extenditur ad personas expressè non nominatas in eo.*
11 *Sententia reuocationis censurarum non excludit iurisdictionem illius, qui censuras inflixit, cum ex alio capite emanare potuerit.*
12 *Reuerentia, & obedientia duppliciter superioris debetur, & quæ vtraque sit, & num. seq.*
13 *Obedientia, & reuerentia moralis superiori debita, consistit in simplici submissione personæ, & consumitur in solis honorificentijs, & Vrbanis obsequijs.*
14 *Inferior si Superiori obedientiam non præstat, qualiter mulctetur, & supr. num. 12. cum seq.*

DECISIO DCCXLI.

COMMISSA mihi causa appellationis à sententia R.P.D. mei Emerix declarante Beneficiatos Ecclesiæ Beatæ Mariæ Virginis de la Real Oppidi Perpinani teneri, & obligatos esse præstare reuerentiam, & obedientiam Abbati vti Capiti, & Prælato dictæ Ecclesiæ, eiusque salutaria monita, & mandata reuerenter suscipere, aliàs per eundem Abbatem mulctari posse, saltem pœna pecuniaria proportionata excessibus; Dubitaui hodie, An dicta Sententia sit confirmanda, vel infirmanda, & Domini infirmandam esse censuerunt.

Ex iuribus enim datis in hodierno Summario constitit prædictos Beneficiatos fuisse antiquitùs rectos, & gubernatos à Sindicis, & Consiliarijs ab ipsis electis, præsertim quoad assistentiam in Choro, & alias Ecclesiasticas functiones collegialiter fieri solitas, qui habebant facultatem negligentes pœna pecuniaria mulctandi, & in reliquis fuisse immediatè subiectos iurisdictioni Episcopi Elnen. sub cuius Diœcesi existunt, postmodum ad eorum Ecclesiam fuisse translatum Capitulum Regulare Canonicorum Ordinis Diui Augustini vnà cum Priore, seù Abbate, & quia translatio facta fuit cum clausula, sine præiudicio Beneficiatorum in ea degentium, isti nunquam recognouerunt in Superiorem dictum Abbatem, sed tantùm dd. Sindicos; Denique Clemens VIII dictum Ordinem Sancti Augustini suppressit, & dictam Ecclesiam ad sæcularem statum reduxit, & in Collegiatam erexit cum vno Abbate, & tot Canonicis, quot erant loca Canonicalia Regularium, & huiusmodi sæcularizatio facta fuit pariter cum clausula, sine præiudicio alicuius.

Ex istis igitur apparet adesse in dicta Ecclesia duo corpora penitùs à se distincta, & separata, antiquum nempè Beneficiatorum existentium sub gubernio Abbatis, quorum vnus nihil commune habet cum altero, &
quodlibet suum caput recognoscit, † quod in iure non 1
est prohibitum, vt ait Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 18.
numero 20. & quamuis insimul conueniant in Diuinis † 2
celebrandis, non exindè causatur mixtura, idem Lotter. *lib.* 1. *quæst.* 39. *numero* 72.

Neque per dictam translationem, & sæcularizationem potest Abbas prætendere aliquam acquisiuisse iuris-
dictionem in Beneficiatos, †, quia ambæ fuerunt factæ 3
cum clausula, sine illorum præiudicio, † & cessante 4
iurisdictione, cessat etiam ius mulctandi, quod ab illa procedit, l. 1. *ff. si quis iusdicen. non obtemper. vbi* Bart. *numero* 5. Bald. *numero* 1. Io. Andr. *in cap. cum omnes numero* 11. *de constit. & ibi* Fagnan. *numero* 38. Farinac. *in prax. lib.* 1. *quæst.* 18. *numero* 46. Pignatel. *canon consultat. tom.* 2. *con-*
sult. 31. *numero* 1. Pœnæ enim, & mulctæ † sunt fructus 5
iurisdictionis, & sine ea non dantur, *l.* 2. *§. fin. ff. de iudic. l. aliud ff. de verb. obligat. & l.* 2. *§. vltimo ff. de re iudic.* Lotter. *vbi supra lib.* 1. *quæst.* 42. *numero* 66. Mart. *de iurisd. part.* 4. *cent.* 4. *cas.* 195. Spad. *cons.* 255. *numero* 1. *&* 2. Rota *decis.* 230. *numero* 4. *&* 5 *part.* 2. *recent.*

Non obstat, quod moderno Abbati in literis Apostolicis suæ prouisionis expressè committatur regimen, &
administratio huius Abbatiæ, † quæ administratio im- 6
portat obedientiam præcisam, & coactiuam, iuxtà doctrinam *glos. in verb. obedientiam* 93. *dist.* Ibi In mandato au-

7 tem, & Iudicio, † nemo tenetur obedire, nisi ei, qui habet administrationem, vel iurisdictionem, Lotter. vbi supra *lib. 1 quæst. 16. numero 121.* & vlteriùs præcipitur Capitulo, & Canonicis, vt Abbati obedientiam præstent, & mandata suscipiant, quoniam prædictæ literæ nullam mentionem faciunt Beneficiatorum, sed loquuntur de solo Capitulo, & Canonicis eidem Abbati etiam anteà su-
8 biectis, † quorum appellatione non veniunt Beneficiati, glos. *in cap. penalt. verb. Assisios de Cleric. non residen.* Rota coram Merlino *decis. 685. numero 36. & decis. 697. numero 4.* eoque magis dum isti faciunt corpus distinctum, & separatum à Canonicis, & habent proprium Caput, nempè Sindicos, & Episcopum Elnen. à cuius iurisdictione
9 dum Pontifex expresse illos non exemit, † non censetur voluisse præiudicare iurisdictioni Ordinarij, Rota *decis. 55. numero 7.* penes Tambur. *de iur. Abbat. tom. 3.* & coram Buratt. *decis. 321. numero 5.* & coram Durano *decis. 485. numero 19.* & non esse faciendam extensionem pri-
10 uilegij † ad personas expresse non nominatas, dixit Rota *decis. 600. numero 10. part 4 tom. 3 & decis. 324 numero 6. part. 5. recent.*

Neque ad probandam Iurisdictionem Abbati suffragatur vnicus actus carcerationis cuiusdam Beneficiati nolentis eidem Abbati obtemperare, pro qua licèt Episcopus Elnen. censuras contra dictum Abbatem promulgauerit, tamen à tunc Hispaniarum Nuntio in gradu appellationis fuerunt reuocatæ per sententiam in iudicatum transactam, quia cum dicta sententia non dicat competijsse iu-
11 risdictionem Abbati, & non Episcopo, † ideò reuocatio censurarum, quæ fieri potuit ex alio capite, quàm ex defectu iurisdictionis in proposito nihil concludit.

Denique non vrget, quod reuerentia, & obedientia debeatur etiam non subditis ratione dignitatis, quia illa dupliciter considerari potest; Primò propter iurisdictionem, vel administrationem, qua quis compellitur Supe-
12 riori obedientiam præstare, † aliàs mulctari potest, & hoc dicitur debitum legale, & in his terminis loquuntur Doctores allegati *in decisione R. P. D. mei Emerix*; Secundò propter honestatem, qua quis inferioris gradus, & in dignitate constituto reuerentiam, & obedientiam præ-
13 stare † debet, & hoc dicitur debitum morale, quod consistit in simplici submissione personæ, & consumitur in solis honorificentijs, & vrbanis obsequijs, vt benè distinguit Diu. Thomas *2. 2 quæst. 102. artic. 2. ad 2.* quem refert Lotter. *quæst. 16. numero 22.* & in quibus si quis de-
14 ficiat, non posset contemptus eundem mulctare, † sed tamen posset denunciare Episcopo, vel alio Superiori, vt corrigat iudicialiter, vt respondit Rota *in Lauden. Iurisdictionis 27. Ianuarii 1620. coram Pamphilio*, sed de hac obedientia, siuè debito morali non est quæstio.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. RONDININO.

Carpentoraten. Census.

Veneris 19. Iunii 1676.

ARGVMENTVM.

Solui prætendebatur Census in certa, & determinata moneta impositus, in alia ab illa diuersa stante prætensa consuetudine sic soluendi, sed pro obseruantia pactorum deciditur, ne creditor minus recipiat, quàm à suo debitore conuenit; allegata verò consuetudo, vel probata non erat ex testibus interesse habentibus, vel remouebatur etiam ex actibus contrarijs, vel demum acquiescentia creditoris non aderat, quæ in actibus facultatiuis est vndique necessaria.

SVMMARIVM.

1 *Census solui debet in ea moneta, quæ fuit in stipulationem deducta.*
2 *Pactorum æqualitas seruanda est.*
3 *Debitor minus soluere non debet, quàm à suo creditore recepit.*
4 *Consuetudo soluendi probari debet in casu specifico, aliàs non suffragatur.*
5 *Testes in debito Communitatis obligati, pro eadem Communitate non probant.*
6 *Testes in causa propria à testificando repelluntur.*
7 *Consuetudo excluditur ab vnico actu contrario, etiamsi mille pro eadem consuetudine concurrant.*
8 *Consuetudo soluendi in alia moneta per actus facultatiuos non inducitur, nisi cum acquiescentia creditoris.*

DECISIO DCCLXII.

COMMVNITATEM Carpentoraten. teneri ad annuam Pensionem, siuè Censum annuorum scutorum quadraginta duo auri in auro Regis ad fauorem quondam Magdalenæ de Bretons Ciuis Auenionen. à qua causam habet Carolus Pertuisse Actor, & quidem in eadem specie monetæ, iuxtà pactum inter contrahentes initum, Auenionen. Vicelegatus censuit relaxando mandatum aduersus eandem Communitatem, contra quam Eminentissimus Legatus Auenionensis posteà pronunciauit, prout etiam hodie Domini censuerunt.

Cùm enim pensio, siue Census impositus fuerit, eiusque solutio respectiuè promissa legatur in scutis aureis in auro Regis Franciæ sumptibus eiusdem Communitatis asportandis, atque soluendis in ipsa Ciuitate Auenionensi, neque dubium sit, quin hæc moneta aurea Regia reperiatur, hinc sequitur, vt Communitas debitrix teneatur
ad soluendum in eadem specie † in obligatione deducta, 1
quæ reperitur, vt seruetur pactorum æqualitas, † & ne 2
debitor minus soluat, quàm recepit, † ad Textum *in le- 3
ge Paulus nonagesima nona*, ibique præ cæteris glossa, & Bartol. *numero 4. & 6. ff. de solutionib.* Larrea *decis. Granaten. 21. ex numero 11.* Rota post Cencium de Censibus *decis. 214. ex numero 2.*

Non obstat vnica exceptio fundata in contraria consuetudine soluendi Census pro tertia parte in Pataccis æreis, & duabus reliquis tertijs in moneta aurea, siue grossa,
quia consuetudo ista nullo modo † probatur in caso spe- 4
cifico, prout necessarium foret, Surdus *decis. 131. numero 8.* Bichius *decis. 650. numero 13. & 14. sanctæ memoriæ* Gregor. XV. *decis. 45. numero 6. & decis. 462. numero 2.* atque in *recentior. parte 11. decis. 335. numero 11. & parte 12. decis. 304 numero 3.*

Eò minus ex testibus de ea deponentibus, dum sunt Ciues Carpentoratenses in Censu obligati, & in mandato
† comprehensi, & sic reputantur tamquam testes, in cau- 5
sa propria, † & à testificando repelluntur, Ioannes Andreas 6
in cap. cum Nuncias de testib. Felio *in cap. insuper numero 6.* & ibi alij eodem titulo, Rota coram Cardinali Caualerio *decis. 174. numero 4. & 5.* & coram Gregorio *decis. 340. numero 8. & ibi Addentes numero 14* Rota *decis. 136. numero 1. parte prima recent. & decis. 330. numero 3. parte secunda, & decis. 156. numero 7. parte sexta, & in Pampilonen. Primitiarum 16. Nouembris 1671. § fere omnes coram Reuerendo Patre Domino meo Bourlemont.*

Vlterius dicta consuetudo destructa remanet tam ex testibus de contraria consuetudine deponentibus, quàm ex pluribus solutionibus, & publicis instrumentis, & quie-
taontiis, vnicus enim actus † consuetudini contrarius suf- 7
ficit, etiamsi mille pro consuetudine concurrerent, Cagnolus *in l. semper in stipulationibus numero 12. ff. de regulis iuris*, Surdus *consil. 393. numero 23. & 24* Bich. *decis. 48 numero 14. & 15.* Addentes ad sanctæ memoriæ Gregor. *decis. 162. numero 15.*

Tantò magis, quia debuissent deponere de exactione coactiua, cum acquiescentia creditoris, sine qua per quem-
cumque temporis lapsum † non potest dici in facultatiuis 8
inducta consuetudo soluendi in alia moneta, Castren. *in l. qui luminibus numero 2. vers. sed tamen ff. de seruitut. vrban. prædior.* Gregor. *decis. 162. numero 11. & litera C.* Cardinalis Seraph. *decis. 1086. numero primo*, Rota *decis. 330. numero 243. part. 2 recent.*

Et ita, Carolo Pertuisse informante, & Communitate debitrice pluries monita, Domini responderunt.

R. P. D.

R. P. D. VICECOMITE.

Romana Fideicommissi.

Veneris 19. Iunii 1676.

ARGVMENTVM.

Ex fideicommisso in contractu donationis
constituto immissio fideicommissario con-
ceditur, quia de suis requisitis conclu-
denter docuerat, non obstantibus oppo-
sitis detractionibus, cum legitima vel
esset consumpta ex pecunia paterna ad
manus filij peruenta, vel non esset de-
bita, quia fuerat repudiata hæreditas
patris, Trebellianica verò nec ipsa de-
debatur ex fideicommisso in donatione
ordinato.

SVMMARIVM.

1 *Immissio fideicommissario conceditur docto de requisitis, etiamsi illud fuisset constitutum in contractu.*
2 *Fideicommissum probatur ex instrumento habente requisita publicæ scripturæ.*
3 *sine Filijs quemlibet decessisse præsumitur, amplia vt num. seqq.*
4 *Proximior vocatus ad fideicommissum admittitur, si alius magis proximior non comparet.*
5 *Filiatio probatur ex assertione patris in actu proportionato filiationis emissa, vt quia dotauerit filiam.*
6 *Dotare filiat onus paternum est.*
7 *Soror per mortem fratris, cui alias de iure succedit, ipsa solum ad fideicommissum admittitur.*
8 *Identitas bonorum fideicommissum probatur ex possessione adepta à primis hæredibus.*
9 *Assertionem à defuncto factam impugnare non possunt hæredes.*
10 *Probationes à Rota approbatæ in alijs decisionibus causæ licèt de diuersis articulis, attendendæ sunt.*
11 *Decisiones quamuis factæ in diuersis articulis ex stylo Rotæ semper supponuntur.*
12 *Filius secluso titulo hæreditario, vt quia repudiauit hæreditatem patris, non potest habere legitimam.*
13 *Legitima, & alia quæcunque detractio præsumitur consumpta. si ad manus filijs, vel hæredis pecunia hæreditaria peruenit.*
14 *Trebellianica fuit inuenta fauore vltimæ voluntatis, & ne hæredis nomen in vanum assumeretur.*
15 *Trebellianica non detrahitur ex fideicommisso ordinato in contractu, & quare, n. antecad. & seqq.*
16 *Fideicommissum in donatione constitutum à donatarijs restituitur, non vti hæredibus, sed vti donatarijs.*
17 *Legis ratione cessante, cessat etiam dispositio ipsius legis.*

DECISIO DCCXLIII.

IN contractu donationis inter viuos inito vsque de
anno 1590. reseruatis sibi scutis 1000. ad effectum
testandi, ordinauerat Flaminius de Iugalis fideicom-
missum perpetuum fauore Ignatij, & Ioannis Federi-
ci suorum filiorum, cum reciproca inter eos substeota-
tione, eorumque filios masculos, substitutis successi-
uè in eorum omnium defectum ex medietate proxi-
mioribus masculis de agnatione, ex altera verò medie-
tate filiabus fœminis Testaroris, & ex eis descendenti-
bus, clausit obligatione Camerali contractum, & ro-
borauit; Insinuata deinde donatione vigore illius d. fi-
lli donatarii bonorum donatorum possessionem cæperunt
& signanter duarum Domorum, quarum altera extat
ad Plateam Capranicæ, altera ad Plateam Petræ, &
prout hæc omnia ex iuribus in Summario datis rema-
nent iustificara.

Verum quia post aliquot annos Domos has, vnam
post aliam distraxerar donator in Brutum Quintilium,
prout constat Summario num 4. qui integro pretio poste-
rioris non soluto, residuum ad censum retinuit, cuius
fructus in multiplicum coacervandi pro reintegratione
fideicommissi, nedum etiam persolnti fuerunt, vt in
Romana Pecuniaria, seù multiplici 20. Martij 1663.
coram D. Ottalora Regio Consiliario; defuncti subin-
de etiam primis donatariis, Lauinia Testatoris filia, &
fœmina proximior iudicium immissionis ad dd Domos
mouit coram A. C quod dum in gradu appellationis pro-
sequerentur in Rota Plautilla, & Carolus Romaninus
eius filii, & donatarii, opposuerunt Quintilii præiudi-
cialia non integræ transportationis actorum, quibus va-
rias resolutiones hinc inde emanatas, & vltimo loco cor.
Reuerendiss. D. meo Damasceno Sacri Palatii Præfecto
sub die 8 Iunii 1674 & postremo 28 Februar. currentis an-
ni coram me sublatis, prosequendo principale iudicium
dedi dubium, An sit danda immissio, quod fauore
Plautillæ fuit resolutum.

Constat namque de fideicommisso, illiusque purifi-
catione ad fauorem eiusdem Plautillæ, & de identitare
domorum olim possessarum à fideicommittente, † qui- 1
bus probatis, denegari non potest immissio etiam ex fidei-
commisso constituto in contractu, stante hypotheca bo-
norum, & obligatione Camerali, Menoch. *de adipi-
scen. remed. 3. numer. 55. cum concordan. per* Rotam *de-
cis. 440 num primo, & 2. part. 9. decis. 323. num. 1. part. 12.*
& post Turr. *de pact. futur. success. decis. 150. n. 4.*

Probatur fideicommissum ex instrumento donationis
in actis exhibitio † habeore requisita publicæ scripturæ 2
de quibus per *gloss. 2. in l generaliter C. de tabul. lib. 10.* &
illius purificatio conuincitur ex eo, quod prædefunctis
Ignatio, & Io. Federico primis donatariis, vt ex fa-
cto constat Summar. num. 5. † & sine filiis de iure præsu- 3
mitur; vt probant *DD. in l. ex facto § penult. ff. ad Trebell.*
Alexand. *cons. 20. num. 12.* Rota *decis. 301. num. 3. part. 6. &
decis. 220 num. 15. part. 11.* † maximè quando alius nemo 4
Plautillæ proximior concorrit, Rota *decis. 79. num. 12. par.
5.* cum vulgat. Lauinia Testatoris filia expressè vocata
successit, & iudicium immissionis contra Quintilios, pro-
vt in themate præmissum est, intentauit; Quod autem
Lauinia fuerit filia Flaminii fideicommittentis probatur
ex assertione eiusdem, qui in venditione Turris Lupa-
riæ voluit, vt ex illius pretio ei tamquam filiæ vnicæ
soluerentur scut. 3000. pro dote, quæ assertio cùm ema-
nauerit in actu filiationi proportionato (onus enim pa- 5
ternum † est filias dotare per *l. qui liberos 19. ff. de rit. nupt.* 6
& l. fin. C. de dot. promiss.) benè probat filiationem, vt
in terminis dixit Rota respondendo contrariis coram Bu-
ratt. *decis. 727. num. 6. & 7.* Ex Lauinia demum nati sunt
Plautilla, & Carolus Romaninus, quibus mater do-
nauit iura huius fideicommissi, d. Summ. numer. 1.
Cumque postremo idem Carolus decesserit num. 8 nul-
lis relictis filiis, prout sumitur ex mox allegatis. † 7
Plautilla tamquam soror, & omnibus aliis proximior
successit, ex Auth. *post fratres C. de leg. hæred. & Auth.
Itaque C. comm. de success.*

De Domorum identitate, quod est alterum extre-
mum vix potest dubitari, & rectè probatur, † tum ex 8
illarum possessione adepta vigore præfatæ donationis à
primis hæredibus donatarii s Fusar. *de substit. quæst. 618.
num. 29. & 30.* Rota coram Goccin *decis. 1794. num. 10 &
11.* coram Bich. *decis. 649. num. 4.* tùm ex assertione ipsius
Bruti facta in instrumento emptionis, quòd domus hæ
erant fideicommisso Flaminii suppositæ, † quæ modò à 9
Quintiliis suis, hæred. impugnari non potest, Rota cor.
Bichio *decis. 559. numer. 3.* & firmatum est in alio articulo
traosportationis actorum 28. Febr. proximè præteriti §.
cum autem coram me.

Quorum omnium extremorum iustificationes, cum
fuerint toties in Rota approbatæ, † quoties super va- 10
riis huius causæ articulis contingit disputari, vt coram
Reuerendissimo Decano 2. Martii 1668. coram Regio
Consiliario D. Ottalora in præcitata Romana Pecunia-
tia, seù Multiplici, & prius *decis. 46. & 186. part. 8.
recent.* veniunt etiam de nostro stylo † supponendæ, vt 11
coram Dunozett. Iun. *decis. 124. numer. 2. & decision.
778. num. primo, &* coram Bich. *decis. 53. num. 5.* & quo-
tidie in aliis.

Neque prætextu alicuius detractionis impediri potest
Plautilæ immissio; non quidem quoad scuta 100. quæ si-
bi in donatione præmisimus reseruasse Flaminium, quia
longè ante venditionem domorum fuerunt sibi ex pretio
Casalis Turris Lupariæ soluta dict. Summario nu-
mero 10.

Non

Non etiam propter legitimam dd. Ignatii, & Io. Federici filiorum fideicommittentis, nedum quia repudiaruot simpliciter paternam hæreditatem Summ. num. 11. &
12 abdicatio titulo hæreditario † non possunt habere legitimam, iuata originalem doctrinam Cyn. *in l. hæres instituta C. de impub. & aliis subst.* quam ieqquti sunt DD. relati per Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 5. quæst. 2. num. 6. vers. 3. & vltimo vsque ad fin.* vbi respondet contrariis noster Cardinal. Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib. 4. tit. 9. num.* 10. & approbauit Rota coram Dunozett. Sen. *decisione* 162. *nu.* 14. *& infra*, & coram Coccin. *decis.* 1272. *num.* 1. sed etiam quia quatenus huiusmodi, vel alia eiusdem generis detractio competiisset, nihilominus cum ad manus Ignatii vltimo loco defuncti ex pretio d. Casalis Turris Lupariæ peruenerit census hæreditarius fideicommittentis scut. 13. mil. vt constat ex præcit. causæ decisioni-
13 bus 46. & 186. part. 8. recent. † censeretut consumpta, iuxtà vulgatum Text. *in l. Marcellus 3. §. res quæ, C. ad Trebell.*

Non demum respectu Trebellianicæ, quia cum fuerit
14 inuenta fauore † vltimæ voluntatis, & ne hæredis no-
15 men in vanum assumeretur, in præsenti † cessat huiusmodi ratio, in quo agitur de fideicommisso ordinato in contractu, & granati illud restituunt non vti hæredes,
16 † sed vti donatarii, cessante propterea ratione legis,
17 † cessat etiam dispositio detrahendi Trebellianicam, per clarum Text. *in l. mulier §. vt Trebelliano, ff. ad Trebell.* & benè ratiocinatur Crass. *§. Trebellianica qu. 5. num. 5.* Surd. *cons. 90. num. 3. & decis. 144. num. 23. & ibi* Hodiern *num.* 20. cum aliis latè congestis *in decis. 75. nu. 12. & 13. part. 10. recent.*

Et ita pro Plautilla tantum informante &c.

R. P. D. VBAGO.

Elnen. Commutationis legati.

Veneris 19. Iunii 1676.

ARGVMENTVM.

Quia legatum in opus pium à Testatore relictum iuxta illius voluntatem impleri non poterat, ideò à Pontifice in aliud opus similiter pium commutatum est, quod cùm impugnaretur à Clericis, & Vniuersitate simul, quia non fuerant in commutatione citati, citationem non fuisse necessariam deciditur, cùm electio alterius pij operis ad Episcopum, & hæredes, seù Executores spectaret, quæ cùm fuerit approbata à Papa, pro illius validitate resolutum est.

SVMMARIVM.

1 *Legatum pium si iuxta modum à Testatore præscriptum adimpleri non potest, in alium vsum, pariter pium conuertendum est, & num. seqq.*
2 *Vsus, & opus magis expediens, & rationabile eligi debet si voluntas testatoris iuxta illius dispositionem adimpleri non potest.*
3 *Electio necessariæ commutationis voluntatis defuncti arbitrio Episcopi est à iure commissa.*
4 *Episcopus notitiam habere dicitur, & præsumitur de indigentijs suæ Diœcesis.*
5 *Clericorum Vniuersitas non admittitur ad tractatus, qui expediuntur per Episcopum, & Capitulum.*
6 *Commutationes legatorum, quæ iuxta testantium voluntates impleri non possunt expediuntur per Episcopum, vna cum hæredibus, seù executoribus testamentariis.*
7 *Impossibilitate stante quis in aliud opus consentire tenetur.*
8 *Consensum sine rationabili causa præstare recusans, habetur pro consentiente.*
9 *Citandus si aliquis sit ratione interesse, illud debet esse tale, ut etiam singulariter illius personam concernat.*
10 *Interesse Vniuersitatis, seu alterius loci publici in opere pio non dicitur respicere personam, sed ad piam causam refertur.*
11 *Qualitas non necessaria in gratia Pontificis exprimenda non est.*
12 *Pontifici de necessitate exprimenda non sunt, quæ illum ad facilius concedendum induxissent.*

DECISIO DCCXLIV.

RELIQVIT Benedictus Iure legari fabricæ Cathedralis Elnen. in perfectionem Presbyterii dupplas tercentum, necnon redditus duarum domuncularum ad summam triginta scutorum annuatim ascenden cum hoc tamen, quod eo perfecto dd. redditus in celebrationem tot missarum erogarentur.

Verum quia summa legata ad operis absolutionem non solum non sufficiebat, sed vlterius huiusmodi impensa reputabatur imprudens, ex quo ob bellorum motus sæpè in illis partibus resurgentes, eidem Ecclesiæ probabile demolitionis periculum timetur; ideò Capitulum, & Canonici d. Cathedralis, quorum residentia apostolica auctoritate translata est ad Collegiatam Ecclesiam S. Ioannis Oppidi Perpiniani, institerunt coram Sanctissimo pro Commutatione d. legati, & quia in prædicto Oppido nullum aderat Altare in honorem Sanctarum Eulaliæ, & Iulittæ Protectricum Capituli, ac totius Diœcesis, petiit ab eodem, vt pecuniæ in illius constructionem conuerterentur; Qui Sanctissimus precibus annuens, commisit Vicario Generali Elnen, vt veris existentibus narratis, & accedente consensu interesse habentium iuxta petita commutationem faceret: Quocirca cum d. Vicarius receptis priùs testibus super insufficientia, ac habito consensu Exequutorum testamentariorum ad exequutionem Breuis procederet, appellauit ad hoc S. Tribunal Vniuersitas Clericorum Ciuitatis Elnen. Vndè dubitaui, An commutatio substineretur, & affirmatiuè responsum fuit.

Eo enim ipso, quo Legatum iuxtà modum à Testatore
præscriptum adimpleri non potest, † de necessitate in 1
alium vsum est conuertendum, *cap. nos quidem 3. de testib.* Perez Lara *de Anniuers. lib. 1. cu. 14 num. 9.* Garz. *de benef. part.... cap. 1. num.* 108.

In casu autem nostro impossibilitas adimplementi est patens, quia ad Presbyterii absolutionem vix sat esset impensa dupplarum trium, vel quatuor millium, vt deponunt testes Summ. num. 5. ac proinde summa legata dupplarum tercentum nullo modo potest esse sufficiens, & licèt vlterius assignatus fuerit annuus redditus scutorum triginta, tamen iste nullius est momenti, quia sic ad operis absolutionem expectandum fuisset per annos biscentum.

Posito autem, quod pecuniæ sint alibi erogandæ † quia 2
cessante peculiari Testatoris dispositione, eligendus est vsus magis expediens, & rationabili, Marta *de iurisdict. par. 4. cent. 1. cas. 74. nu. 11.* Riccius *collect. decis. part. 4. decis.* 5270. Grat. *discept.* 458. *num.* 30.

Huiusmodi arbitrium de iure † remissum est con- 3
scientiæ Episcopi, † cui notæ sunt Diœcesis indigentiæ 4
Vgolin. *de offic. & potest. Episcop. cap. 61. sub num. 2. §. quare.*

Ac propterea cum ipse vna cum Capitulo elegerit constructionem d. Altaris non solum rationabilem, sed quodammodo necessariam, & Papa approbauerit, non erit temerè in materia arbitraria, & à tempore, & locorum circumstantiis pendente ab eorum iudicio receden. Potissimum quia quælibet impensa, quæ facta fuisset in Ecclesia Elnen. reputari posset inutilis, cum muri Ciuitatis fuerint diruti, & illa in dies subiacet nouis ærumnis, vt deponunt ijdem testes Summ. n. 5.

Non obstat, quod non fuerint in commutatione citati Administratores fabricæ, nec Vniuersitas Clericorum, quodque Papæ expositum non fuerit post Presbyterii terminationem dd. annua scuta triginta eroganda esse in celebrationem tot missarum.

Quia quantum ad Administratores, non erant citandi, cùm eorum officium versetur tantum circa materialia, & laboreria fabricæ.

Quo verò ad Vniuersitatem Clericorum, vel citatio prætenditur ex dispositione iuris, vel ob aliquod eorum speciale interesse; non primum, quia de iure Vniuersitas
Clericorum † non admittitur ad tractatus, qui expediun- 5
tur

tur per Episcopum vna cum Capitulo *gloss. in cap. penult, verb. assissos de Cler. non residen.* Cæsar. de Grass. *decis.* 4. *de his quæ fiunt à maiori parte Capituli per tot.* Caual. *decis.* 57. *num.* 1. *ad* 4.

Quinimò legatorum commutationes solus Episcopus
6 expedit, † vnà cum hæredibus, seù exequutoribus testa-
mentariis, Carpio *de execut. l.* 3. *cap.* 4. *num.* 22. 23. & 25. &
n. 30. *ad* 33. Marta *de Iurisd. p.* 4. *cent.* 1. *casu* 74. *n.* 11. Syl-
ua *de benef. part.* 1. *q.* 6 *vers.* 5. *facit*, Grassius *decis. part.* 1.
lib. 2 *cap.* 53 *num.* 11. Qui in casu nostro fuerunt vocati, &
quorum alter consensit, & altera non consensit nec dissen-
sit, sed iuxta fieri ius volult, & quatenus etiam ambo dis-
sensissent, nihil releuaret, quia stante impossibilitate per-
7 ficienter Presbyterium: † tenebantur consentire, & irra-
8 tionabiliter dissentiens, † habetur pro consentiente, Bar-
bos. *de offic. & potest. Episcop., part.* 3 *alleg* 83. *num.* 6. Lot-
ther. *de re benef. lib.* 1. *qu* 28. *nu.* 10. Gonzal. *ad reg.* 8. *Can-
cell gl oss.* 47. *num.* 37. & 38.

Non secundum, quia ad hoc, vt quis ratione specialia
9 interesse debeat citari, † interesse debet esse tale, vt etiam
singulariter eius personam concernat, Cæsar. de Grass. *d.
decis.* 4 *num.* 18 & in his terminis loquuntur Duran *decis.*
78. aliique pro Vniuersitate allegati, & alioquin illud non
10 dicitur respicere personam, † sed reducitur ad piam cau-
sam, De Leon. *in thesaur. for. Eccles. part.* 2. *cap.* 26.
num. 52.

Quod verò non fuerit narratum Pontifici cum dd. an-
nuis scutis triginta post terminatum Presbyterium esse ce-
lebrandas tot missas, nihil facit ad casum, quia in hac
parte legatum non immutabatur, immò apertè præser-
uabatur, vt ibi: Firma in reliquis remanente d. Bene-
dicti voluntate; Ac insuper accelerabatur cum longè mi-
nori tempore, & impensa stabit constructio Altaris, quo
absoluto, statim missarum celebratio inchoari poterit,
11 ac consequenter tanquam qualitas non necessaria, † &
quæ potius Pontificem induxisset ad facilius conceden-
12 dum † non erat exprimenda, Moneta *de commut vltim.
volunt. cap.* 6. *nu.* 143. & *seqq* & *num.* 153. & *seqq.* Merlin,
decis. 35. *nu* 12.

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

Confirmata fuit hæc decisio sub die 25. Iunii 1677. coram eodem R. P. D. Vbago.

R. P. D. RONDININO.

Toletana, seù Granaten. Pensionis.

Veneris 19. *Iunii* 1676.

ARGVMENTVM.

Probatio valoris beneficij tractatur, eaque deducitur ex decennio proximo reseruationi pensionis, itaut illo verificato per quinque annos antea, & quinque postea, quibus remanet compensata fertilitas cùm sterilitate, ita etiam in reliquis præsumendum sit, hinc concilientur testes de eo deponentes, & creditur officiali publico de eius officio testanti, illos à contrarietate saluando, huic etiam omnimoda fides in materia monetarum auri, & argenti præstando.

SVMMARIVM.

1 *Valoris beneficii probatio attendit fructus decennij, & quidem proximos reseruationi pensionis.*

2 *Temporis adæquatio in probando valore fructuum beneficii fit per quinque annos ante, & quinque postea reseruationi pensionis.*

3 *Fructus, eorumque valor non probantur nisi computatis annis sterilibus cum fertilibus, quæ computatio non fit nisi per decennium.*

4 *Partitæ librorum extractæ citata parte, plenè probant.*

5 *Valor, & fructus beneficii probantur ex partitis librorum Ecclesiæ, & Capituli formiter extractis.*

6 *in Fructu illud solum esse dicitur, quod remanet detractis expensis, & oneribus.*

7 *Testium dicta non sunt cauillanda, sed coadiuuanda.*

8 *Testium contrarietas vt concilietur, & euitetur omnis suppletio, & interpretatio fieri debet.*

9 *Officiali deputato super reuisione monetarum, auri, & argenti, circa illorum valorem plena fides adhibetur.*

10 *Fides officialis publici, & de eius officio testantis si sit adminiculata eo magis probat.*

DECISIO DCCXLV.

RESOLVTVM fuit Rotalē Sententiam infirman-
dam esse, atque ideò pensionem deberi ab Eminen-
tissimo Portocarerro Beneficii Sanctæ Mariæ de Alcalà la
Real Prouiso, cum ex nouissimo examine testium distin-
guentium fructus Beneficij, illiusque valorem, eiusdem-
que Beneficii onera, appareat probatio clara valoris per de-
cennium, & vltra, nempe ab anno 1655. vsque ad an-
num 1670. exuberanter satisfaciendo praxi huius Sacri
Tribunalis magis rigorosæ, quatenus in probatione valo-
ris attendit † fructus decennii, & quidem proximi reser- 1
uationi ipsius pensionis, ex ratione Text. *in cap. si eo tem-
pore de rescript. in sexto*, quia per quinque annos ante, &
pariter quinque annos post reseruationem, † censetur fa- 2
cta adæquatio temporum fertilium, & sterilium pro
vniformi ratione valori † exinde deducenda, ex ratione 3
Textus, vbi communiter Scribentes *in l. pretia rerum, ff.
ad leg. falcidiam*, Garz. *de benef part.* 5. *cap.* 3. *num.* 228.
Rota coram Dunozett. Iun. *decis.* 542. *num.* 9. Bich. *dec.*
313. *numero* 7. & *decision.* 594. *numer.* 13. Reuerendissim.
Royas *decis.* 108. *num.* 2. & 3. Eminentissimus Otthobon.
decis. 41. *num.* 12.

Testium dicta coadiuuantur ex partitis extractis ex li-
bris Ecclesiæ, atque ex aliis libris Capitularibus, quorum
rationes ad declinandam obiectionem præteritarum deci-
sionum in priori instantia, † hodie extractæ sunt median- 4
te remissoria formiter, & citata parte cum interuentu
Procuratoris eiusdem Eminentissimi Titularis, † qui 5
proinde illorum valorem probant, ad Textum *in l. census
ff. de probat.* Alexand. *cons.* 179 *numer.* 1. *vol.* 6. Ancharan.
cons. 44. *num.* 5 *vers. contrarium*, Lotther. *de re benef. lib.* 1.
qu. 43 *num.* 9 Rota *diuers. part.* 4. *decis.* 15. *nu.* 5. Pæn. *decis.*
1150. *num* 2. & *decis.* 1164 *pariter num.* 2. Card. Cels. *decis.*
177. *illo eod. num.*

Neque verum est, quod testes non deponant de valo-
re, deductis oneribus, vt opus est, cum id dicatur esse in
fructu, † quod illis detractis remanet, quia potius contra- 6
rium apparet, Summar. Gabrielis de Estrada Pensionarii
num. 6. & 7. atque in reliquis benè conuenerunt eorum di-
cta, quæ non sunt cauillanda, sed coadiuuanda, † & 7
sobstinenda etiam per suppletionem, & interpretatio-
nem; † vt obiectæ contrarietates concilientur ad nota- 8
bilem Textum *in cap. cum hic* 16. *de testib.* Valeron. *consil.*
108 *num.* 14. & 15. Rota coram Buratt. *decis.* 932 *n.* 9. & 10.
& passim in aliis.

Quod autem opponebatur contra valorem monetę rea-
lis de Vellon, quorum vigintiquinque constituunt vnum
regale de octo, vt ex fide, quæ data fuit vna cum respon-
sione Eminentissimi Titularis, visum est tolli, ex eo quod
fides ilia non percutiat præcisè tempus reseruationis, pro-
ut requiritur, vt ab initio probatum est, atque multò ma-
gis attenta attestatione Examinatoris, & Reuisoris auri,
& argenti Ciuitatis Alcalà de mandato Iudicis citato Pro-
curatore Eminentissimi Titularis, ex qua apparet neque
fuisse semper vniformem hunc valorem, sed tractu tem-
poris productum fuisse, addito Regalium valore pro sin-
gulo anno, diuerso tamen modo ab anno 1661. vsque ad
annum 1670. vti in Summario de Estrada num. 9. † cui at- 9
testationi tamquam personæ publicæ, & circa valorem
monetarum ad suum officium spectantem, † insuper te- 10
stium depositione, à quibus adminiculatur, fides adhiberi
consueuit, ad Text. *in cap. post cessionem*, & ibi Canoni-
stæ omnes, & præ cæteris Felin. *num.* 15. *de probat.* Rota
coram Coccin. *decis* 88. *num.* 2. atque in his terminis *in rec.
par.* 1. *decis.* 315. *per tot.* & *par.* 6. *decis.* 158. *sub n.* 5. Dunoz.
Iun. *decis.* 846. *num.* 7.

Et ita &c.

R.P.D.

R. P. D. TAIA.

Romana Testameoti.

Veneris 19. Iunii 1676.

ARGVMENTVM.

Nullum declaratur testamentum filijfamilias infirmi, ideò emancipati, vt ipse reddatur habilis ad testandum, quia factum erat ad fauorem eiusdem patris, & causa emancipationis non subsistebat, quinimò ipsa emancipatio nullitatis vitio laborabat, tamquam facta de filio absente, non impetrata prius à Principe licentia illum sic emancipandi.

SVMMARIVM.

1 *Prudentia nulla, & habilitas ad sua negocia haberi potest ab infirmo, & maximè morboso.*
2 *Filia infirma in domo patris medici, adhuc incurata decessit.*
3 *Decretum ex falsa causa, etiam iudici non expressa remanet nullum.*
4 *Causa falsa omnem vitiat dispositionem.*
5 *Emancipatio filij, infirmi si est facta à patre ad hoc, vt filius testamentum faciat in fauorem eiusdem patris, remanet nulla, & n. 7. & per tot.*
6 *Mulier quomodo sua bona administrare potest, si dotalia sint penes virum, extradotalia verò apud patrem constant.*
8 *Emancipatio filij infirmi non ex alia causa facta præsumitur, quàm vt ille reddatur habilis ad testandum.*
9 *Emancipatio filij absentis qualiter fieri debet.*
10 *Pater si velit emancipare filium absentem, debet super hoc impetrare à Principe potestatem.*
11 *Ratificatio filij absentis non operatur validitatem emancipationis illius.*

DECISIO DCCXLVI.

VICTORIA Anna nupta Philippo, & ex eo mater Claudiæ Angelæ pupillæ, constituit procuratorem, inquit: A poter in mio nome, e per me domandare & ottenere dal Sig. Francesco mio padre l'emancipatione con tutte le facoltà &c. 26. Nouembr. 1667. Ipsa die procurator petiit coram A. C. & pater consideratu iudicio, & habilitate filiæ, & aliis de causis animum suum mouentibus indulsit, & ambo insteterunt declarari emancipationem, & A. C. habita sufficienti (inquit ipse) informatione, & relatione Francisci, & aliorum de qualitatibus, prudentia, & habilitate Victoriæ Annæ ad se, & sua negocia gerendum declarauit &c.

Subinde Victoria Anna testata est 15. Decemb. seq. testamento in persona propria descripto: Io infrascritta Vittoria Anna, & reliquit patri maternam dotem ad se ex fratre prædefuncto pertinentem scut. 5950. legauitque Agathæ: la quale mi hà fatta nella mia longa infermità seruitù tale &c. inquit omnia linea, & flabellum, & sic patri: poiche dal giorno 12. Febraro, che veni a riceuere li alimenti da esso, e che venni in casa sua ammalata, è stato necessario nel mio male longo, e molesto far molte spese &c. oltre quello, che si deue dal Sig. Filippo mio marito per alimenti stabiliti frà loro, inquit ipsa: promiserat enim Gener Socero Medico alituro, & curaturo suam filiam in domo sua satisfacere à ragione di sc. cinque il mese &c. 19 Aprilis 1667. mobilia verò sc. 50. ipsi patri legauit, & denique instituit hæredem Claudiam Angelam filiam, e morendo la detta Claudia Angela pupilla, & in qualsiuoglia altro tempo senza figli legitimi, e naturali sostituisco nella mia heredità senza alcuna detrattione di legitima Trebellianica, ò altro il sudetto mio padre, e se il detto mio padre premorisse à d. Claudia Angela, instituisco nel tutto sudetto come sopra, gl'heredi, e successore di mio padre &c. & in caso che detta mia figlia, ò vero d. Signor Filippo suo padre in qualsiuoglia tempo volesse impugnar d. Testamento &c. sigillatum, ò per qualunque causa desse molestia à d. suo padre, suoi heredi, e successori, & in qualunque de' casi sudetti, instituisco la sudetta Angela nella sola legitima &c. concludendo testamentum da persona à me nota, e confidente, & alla mia presenza scritto, e più volte letto, e considerato &c. che sarà di mia propria mano sottoscritto, e poi chiuso, e sigillato cosegnato ad vn publico Notaro, & mortua est 19. Decembris sequentis.

Ex his pro iudicato iam testamento inualido ab A. C. deductaque causa ad Rotam, pro more propositum fuit dubium de validitate testamenti iamdudum 19. Iunii 1669. quo non potuit liquere, & ferè septem annis dormiente cum Actore causa alias currente Rota, repropositа postmodum 27. Aprilis proximi præteriti, nec potuit liquere, hodie proposita tertiò, DD. non constare dixerunt.

Quia potius constare visa est illius inualiditas, & deficere causa expressa, etiam à Iudice emancipationis de qualitatibus, prudentia, & habilitate Victoriæ Annæ,
cum esset infirma, & quidem morbosa, & valetudinaria
ethica, & in cura Medici patris in domo ipsius vltra men-
ses septem, † & mortua incuratè, & incurabili morbo, 1
† prætermissis à Iudice emancipationis generalibus illis 2
aliis causis animum patris mouentibus ad emancipandum
† & decretum ex falsa causa etiam non expressa est nul- 3
lum, Alexand *cons. 207 num. 6. lib. 7* vbi non meminit
legisse contrarium cum allegatis, & adnotatis Rot. coram
Ludouisio *decis. 496 num. 11.* cum allegatis, & adnotatis
num. 12. & generaliter † de omni dispositione post enume- 4
ratas multas, Anchar. *cons. 207. n. 8.*

Secundò, quia si pater emancipauit filium infirmum,
qui faciat testamentum in eius fauorem, † non valet, vt 5
paucis notat Mangrell. ad Bart. *ad l. filiæ, ff. solut. ma-
trimon. in addition.. fraudolentum, &* Ancharan. *consil.*
430 & abundè Honded. *cons. 31. num. 48. lib. prima* cum
plurim. alleg.

Ex hoc magis Dominis comperta inutilis illa prudentia,
& habilitate Victoriæ Annæ ad se, † & sua negocia geren- 6
dum sine bonis corporis infirmi, & sine bonis fortunæ vel
dotalibus apud virum, & extra dotalibus apud patrem,
& maximè emancipata à patre filia, † non autem vsu- 7
fructu paterno, e solo testamento emancipationem sub-
sequuto visa est emancipatio ad vnum actum, vt testari
posset contra ius, & communem sententiam apud Hon-
dedon. *dict. cons. 32. num. 9* cui subscripserunt, & addi-
derunt egregii DD. Cassan. *ad consuetud. Burgund. rub. 6.
§. 3 ad verb. emancipasse de Son Pero num* 8. vbi de com-
muni, & veriori Pasch. *de viribus patr. potest. cap. 6. num
128. par. prima*, Mart. *summ. success. qu. 2. art. 5. num. 10.
part. 4.* Boss. *de patr. pot. cap. 2. num. 72.* malè allegans Cas-
saneum.

Et quod nulla alia causa posset considerari, ex qua
emancipari debuerit, dum erat grauiter infirma, † nisi 8
vt redderetur habilis ad testandum, † ex illa tantum cau- 9
sa emancipata præsumitur, Hondedon. *cons. 32. numer. 67.*
cum aliis.

Tertiò, & primitùs visa est alicui proinde validitas te-
stamenti non constitit deficere forma, quod emancipata
sit absens, † quocumque mandato illius, siue generali, si- 10
ue speciali non sufficiente, quia si pater velit emancipare,
filium absentem, debet impetrare à Principe † potesta- 11
tem, prout in casu *l. penult. C. de emancip. liber.* & hoc dicit
hæc bona lex, inquit Bartolus, Bald & Salicet. *in Summa*,
& alii Cassen. *dict. loca num. 5.* Boss. *d. cap. 2. num. 58. vers.
neque necesse est*, iuxtà *d. l. penult.* amplius Cyriac *consil.*
359. *num. 47. vbi num. 48.* ratificationes nihil operari, † & 12
contra Curt. Sen. immo contra dictum Textum ex maio-
ribus, & grauioribus allegat rationem quoque sub *nu. 50.
& seqq.*

Quantum verò ad aliud caput subsistentis dispositionis est in vim donationis inter viuos stante in facto pro claro, quod huiusmodi dispositio sit facta ad commodum absentis absque nuncio, epistola, vel stipulatione Notarii pro absente recipientis, quin etiam ex capite non seruatæ solemnitatis statutariæ *Stat. 151. de controu. fiat certa solemn. lib. primo* respondit vberrimè Cæsar Frumaggiol. ad ea, quæ latè alias firmauerat *ad l. 2. numer. 23. & seqq. ff. de leg. 1.* in subscriptione, & additione ad Hondedon. *d. consil. 32. numero 120. à vers. quantum verò vsque in finem.*

Et ita vtraque &c.

Præ-

Præsens decisio fuit confirmatata sub die 27. Nouembris 1676. quam si celeritas impressionis non impediet, suo loco, & tempore apponere curabimus.

R. P. D. VICECOMITE

Calaguritana Præeminentiarum.

Lunæ 22. Iunij 1676.

ARGVMENTVM.

Terminata præcedentia super interessentia Capituli in festiuitatibus alterius Ecclesiæ tàm vigore concordiæ, quàm sententiarum Rotalium opponebatur adhuc non totum Capitulum interuenire debere, sed duos, vel tres Capitulares sufficere prout etiam dictam interessentiam esse merè voluntariam denotantibus in eadem transactione appositis; Vtrumque tamen contra dictum Capitulum decisum, quia totum interuenire debebat quidem necessariè, non obstantibus dictis verbis voluntatem præseferentibus quia intelligenda erant, quod illud, quod prius impugnabatur, posteà voluntariè adimplerctur.

SVMMARIVM.

1 *Præcedentia inter accedere debentes decisa, eorundem necessarius accessus dicitur sufficienter declaratus.*

2 *Necessarius, non voluntarius dicitur actus, qui si de facili potuisset eludi, super illius præcedentia tàm diù litigatum non esset.*

3 *Duo, vel tres quatenus faciant Capitulum, Consortium, vel collegium, & n. seqq.*

4 *Capitulum, Collegium, vel huiusmodi conseruantur etiam per duos, vel tres, cæteris mortuis, infirmis absentibus, vel alio impedimento detentis, & n. 3. & 6.*

5 *Verba generalia, & indefinita æquipollent vniuersali, non secus ac si omnes particulariter fuissent expressi.*

6 *Capitulum, Collegium, vel corpus simile non verificatur in solis duobus, aut tribus, qui solùm considerantur vti singuli, non autem tanquam Capitulum, & sup. num. 3. & 4.*

7 *Indefinita si non æquipolleret vniuersali, redderetur elusoria, quia sicut vnus non diceretur comprehensus in illa ita nec minus alter.*

8 *Verba libertatem voluntatis denotantia apposita in transactione, quæ necessitatem inducit, intelliguntur, vt id, quod prius impugnabatur, posteà liberè, & voluntariè adimpleatur.*

9 *Correctio in incontinenti non datur, ne id quod in aliquo actu acceptatur, postea ex eo immediatè recedatur.*

10 *Capitulum vnum eodem tempore in diuerso loco existere non potest.*

11 *Capitulares in ijs, quæ concernunt cultum diuinum, non vti singuli, sed capitulariter debent interuenire.*

DECISIO DCCXLVII.

ORIGINALIS quæstio coram R.P.D. meo Tia excitata quomodo procedendum esset ad vlteriorem executionem sententiarum bon. mem. Seraphini, & Peniæ nostrorum Prædecessorum, fuit præuia decisione 13. Martii 1671.* per decretum difinita, Præcentorem scilicet Dignitates, Canonicos, & Capitulum Ciuitatis Victoriæ contra quos latæ fuerunt dictæ sententiæ, & vigore illarum executoriales expeditæ, omnes teneri; non autem duo, aut tres in diebus festis inuocationum Ecclesiarum Parochialium eiusdem Ciuitatis ad easdem Parochiales capitulariter accedere, & in iis singulis statuto die festiuitatem solemnizare. Quæstione subinde in gradu appellationis introducta coram R. P. D. meo Emerix, An dictum decretum esset confirmandum præuia decisione 13. Aprilis 1674.* per sententiam diffinitiuam pronunciatum fuit fore confirmandum, de cuius sententiæ viribus, cùm tandem in hac tertia instantia disputari contingat, dubium super illius confirmatione propositum fuit hodie per DD. affirmatiuè resolutum.

Iustitiam namque illius, quoniam de validitate non dubitabatur, probant præcitaræ causæ decisiones, quibus inhærendo, iterum fuit dictum, vt in executionem dictarum sententiarum, & executorialium teneantur Præcentor Dignitates, & Canonici modo supra expresso ad dictas Parochiales accedere, quia is fuit antiquus. Mos, qui per sententiam arbitramentalē Ioannis Episcopi Calaguritani vsque ab initio præteriti sæculi latam inualuit. Che li sopradetti Precentore, e Canonici habbino d'andare, e vadino alle dette festiuità solite delle dette Chiese Parochiali, quam deinde in huiusmodi controuersia per aliam similem sententiam seruari mandauit de anno 1532. Alphonsus Episcopus successor, & vtraque per concordiam reciprocam anni 1586. approbata fuit. Cùm autem hæ sententiæ arbitramentales, vna cum ipsa concordia fuerint productæ in iudicio, vnde emanarunt dictæ sententiæ Rotales, & executoriales, inde fit vt licet principaliter in illis
fuerit actum de præcedentia inter Parochos, & Canonicos
assumpt, † vt inde Canonici tenerentur accedere ad Paro- 1
chiales ad formam dictorum iurium productorum, habitum fuit pro constanti in dictis sententiis, & sufficienter declaratum ex eisdem actis, per Text. *in l. si ex testamento in pluri. ff. de except. rei iudic.* Bart. *cons.* 21. *num.* 2. *lib.* 2. cum aliis per Rotam coram Mantic. *decis.* 66. *nu.* 3. & magis præcisè coram Bichio *decis.* 370. *num.* 2. & 3. & principaliter, & literaliter continerentur in prima sententia bon. mem. Seraphini, ibi. Ad quas inuocationes adire, & in eis interesse soliti sunt, & teneantur præfati Cantor, Dignitates, & Canonici, & Capitulares &c. & simili modo in duabus aliis Orani, & Peniæ istius simpliciter confir-
matoriis, † alias fuisset inutilis tàm dispendiosa disputatio 2
super præcedentia, quando illam Canonici potuissent non accedendo ad placitum eludere, vt concludit præcitata *decisio R. P. D. mei Emerix §. fin.*

Verum his omnibus etiam admissis nihil magis ex ijs concludi dicebant in præteritis instantiis Canonici, quam quod tenerentur ad dictas Parochiales in diebus festiuita-
tum accedere, † quod æquè benè expleri posse putabant, 3
accedendo in numero duorum, aut trium, quia duo, aut tres faciunt Collegium, per Text. *in l. Neratius, ff. de verbor. signific. & glos. 1. in cap. 1. de elect.* nec in minori numero posse compelli, quia ex præcitata concordia anni 1586. in eorum facultate esse aiunt præbere auxilium in dictis festiuitatibus eo modo, quo melius poterunt, ibi. Che li detti Capitolari conseruino l'amicitia ragioneuole, agiutandosi nelle solennizationi delle festiuità il meglio che potranno di libera volontà, cùm autem eodem tempore, quo conuenire debent dictis festiuitatibus, obligationem habeant interessendi diuinis in propria Collegiata, nullum alium meliorem modum præferendi auxilium excogitari posse subdebant, quam mittere ad festiuitates duos aut tres, vt cæteri interim expleant obligationem in propria Ecclesia.

Sed forma ista arguendi fuit silogismus præcedentis instantiæ, ex quo nulla infertur certa conclusio; diù namque, & perpetuò fuit responsum non applicari in præsenti
Text. *in l. Neratius*, † quia quidquid sit si per mortem, 4
infirmitatem, absentiam, vel per aliud, impedimentum diminutis Canonicis numerus ternatius possit constituere vel potius conseruare Capitulum, quod super illo Textu non controuertunt DD. & ex Bald. tradit Losseus *de iur. vniuer. cap. 2. num. 38. cum seqq* id tamen non procedit in præsenti, in quo plenæ omnes præsupponuntur Sedes Canonicales, & tā præcitata sententia arbitramētalis, & concordia, quàm etiam Rotales, & executoriales loquuntur
de Præcentore, Dignitatibus, Canonicis, & Capitulo † 5
per verba generalia, & indefinita, quæ æquipollent vniuersali; non secus, ac si per eas definitum esset, vt omnes Dignitates, & Canonici accederent ad dictas festiuitates, ad Text. *in l. si seruitus 22. ff. de seruit. vrban. præd.* Bart. *ad celebrem l. omnes Populi num. 57. vers. sed tamen, ff. de iust. & iur.* Couar. *var. resolut. lib. 1. cap. 15 sub num. 5 cum pluribus seruen.* Castill. *contr. lib. 4. cap. 44. num. 11. cum seq.* benè in proposito Rota *præcit. decis.* 370. *nu.* 2. *coram Bich.*
alias conueniendo in numero duorum, † aut trium non 6
conueniret Capitulum, iure Capituli, prout definiunt senten-

sententia, sed interessent Canonici vti singuli, vt decla-
rat Innoc. *in cap. dilecta de excess. Prælat.* necnon *d. decis.
R. P. D. meo Emerix §. 1. siquidem in fine*, & iste intellectus
eo magis congruit, nè alioquin dictæ sententiæ reddantur
7 elusoriæ, † dum ea ratione, qua vnus simili modo, nec
etiam alter in ijs comprehendi posse prætenderet, vt ex
Theorica Bart. ponderat, *decis. R. P. D. mei Taia §. Et
ita versus finem*; Inde fit, vt cùm obligatin Canonicorum
deducatur ea prænarratis sententiis, & concordia, quæ
deinde fuerunt ad inuicem acceptata, trahi non debeat in
eum sensum, vt relaxetur arbitrium Canonicis easdem
eludendi, & verba illa: *di libera volentà*, intelligantur
de aperta, & sincera voluntate, quod scilicet, vbi ante-
dictas sententias, & concordiam Canonici cauillabant ac-
8 cessum ad dictas festiuitates, in posterum bonn, † & æquo
animo accedant, alias sequeretur immediata correctio, &
9 ex dicta concordia, qua acceptantur sententiæ, ex eadem
recederetur ab ijs, quod non est dicendum, vt benè expli-
cat *decisio R. P. D. mei Emerix §. Neque*, & ea hac eadem
ratione euitandi immediatam correctionem, & contrarie-
tatem fuit dictum congruo tempore, vel anticipato, vel
posticipato posse Canonicos absoluere in propria Ecclesia
Diuina Officia, & deinde conuenire ad festiuitates Paro-
10 chorum, † nè monstruosum videretur, vt ex eodem corpo-
re duo Capitula eodem tempore, & diuerso loco consiste-
rent, vt ponderat *decisio R. P. D. mei Taia §. penult. & R. P.
mei Emerix, §. 1. siquidem circa medium*.

Conclusum igitur est Præcentorem, Dignitates,
& Canonicos, vti Capitulum, non vti singulos
eodem modo accedere debere ad festiuitates Paro-
chorum, quo Interueniunt capitulariter in propria Eccle-
sia, prout determinant *d. decisio R. P. D. mei Taia § fin.* eiuf-
que decretum, *& decisio R. P. D. mei Emerix, d. §. Primò*
11 *siquidem*, cùm subsecuta sententia, † tantò magis quia cùm
agatur de actibus concernentibus diuinum Cultum, Ca-
pitulares tenentur illos explere non vti singulis, sed vti
vniuersi, & in figura Capituli, Reuerendiss. Fagnanus *in
cap. absoluentes 26. de hæretic.*

Et ita Parochis tantum informantibus &c.

Sub hac eadem die alia etiam emanauit decisio in hac cau-
sa super remissoria, quam nos vti leuem omisimus, sub
die verò 29. Martii 1667. adsunt etiam aliæ duæ decisio-
nes in eadem causa altera præsentis confirmatoria, &
altera super remissoria, & in alio præcedenti tomo dec.
265. emanauit pariter altera in hac causa, cuius in cal-
ce etiam alia concordans adnotatur.

R. P. D. VICECOMITE

Cracouien. Pecuniaria.

Lunæ 22. Iunij 1676.

ARGVMENTVM.

Non constare de tribus conformibus iuxtà solitam commissionem Signaturæ decidi-tur, quia prima sententia erat nulla ex defectu iurisdictionis ab Episcopo excitatæ extra propriam Diœcesim, aliæ verò duæ attentatæ remanebant, & vlterius altera ex illis erat etiam iniusta cum pro debito pecuniario condemnaret debitorem ad fructus, qui citra labem vsurarum prætendi non possunt.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata extra iurisdictionem iudicantis est ipso iure nulla.*
2 *Episcopus nullum habet iurisdictionis exercitium in aliena Diœcesi, & sup. n. 1.*
3 *Episcopus vt exercere possit iurisdictionem in aliena Diœcesi, requiritur Diœcesani, & litigantium consensus.*
4 *Sententia attentata non attenditur, nec computatur in numero trium conformium.*
5 *Attentata est sententia, qua Iudex de partibus declarauit se competentem pendente appellatione ad Sanctam Sedem Apostolicam.*
6 *Appellatio conceditur à sententia, in qua quis declarat se Iudicem competentem.*
7 *Sententia iniusta non est cæteris conformis, nec computatur in numero ad hoc vt dicatur constare de tribus.*
8 *pro Debito pecuniario non potest quis condemnari in vsuris.*
9 *Clausula* constito de tribus, *intelligitur de tribus sententijs validis, & iustis.*

DECISIO DCCXLVII.

INSTANTE Marianna in Curia Episcopali Cracouiæ
pro solutione florenorum quindecim millium, quos per
apocham priuatam sibi soluere promiserat Franciscus,
Reuerendiss. Episcopus sententiam protulit ad fauorem
Instantis, quam deinde confirmauit Auditor Nunciaturæ,
& in tertia instantia dictam summam vna cum fructibus
esse soluendam pronunciauit Custos Cracouiæ; Causa de-
inde ad Rotam super attentatis in secunda sententia com-
missis deuoluta, & 25. Iunii 1674. de iis constare coram me
resoluta, demum mihi commissa etiam super toto negotio
per rescriptum Signaturæ cum clausula, constito de tribus
& subministratis alimentis, & sumptibus litis, cuius re-
scripti conditio cum fuerit successiuè per Franciscum ad-
impleta iuxta meam decisionem 16. Martii proximè præ-
teriti, proposui hodie super meritis dubium, An constet
de tribus, quod fuit ex capite nullitatis, & respectiuè iniu-
stitiæ negatiuè resolutum.

Nullitas primæ sententiæ prouenit ex defectu iurisdi-
ctionis iudicantis, † nam Reuerendissimus Episcopus Cra- 1
couiæ, qui condemnauit Franciscum ad soluendos dictos
quindecim mil. florenos sententiam tulit extra propriam
Diœcesim, † extra quam nullum habebat iurisdictionis 2
exercitium, vt notant Doctores, & signanter Soccin. *in l.
fin. ff. de iurisd. om. iudic.* cum aliis, quos refert Marius Mu-
ta *decis. 99. num 8. &* Valenz. *cons.* 100 *num. 49* & Docto-
res, qui dicunt id licere Episcopis etiam in aliena Diœcesi,
modificant † tamen quatenus accedat consensus litigan- 3
tium, & Diœcesani, de quibus in præsenti non constat,
vt per Vital. *in Clem. 1. de for. compet num. 1.* Vgolin *de po-
test. Episc cap. 4 §. 14. num. 4 vers. 2 excipitur*, quos refert. &
sequitur Barbos. *eodem tit. alleg. 6. num.* 18 Gonzal. *ad reg 8.
glos. 62. n 11. vers prout etiam*, Grat. *discept. 127. n* 8.

Sententia Auditoris Nuntiaturæ † fuit attentata, ex 4
latè deductis super hoc articulo in dicta decisione 25. Iunii
1674. coram me, quæ non fuit opus repetere.

Ex cuius decisionis fundamentis fuit etiam attentata
tertia sententia Custodis Cracouiæ, nam dum pendebat
appellatio ad Sanctam Sedem se Iudicem competentem
declarauit, † quod sine spretu facere minimè poterat, vt 5
in eadem decisione firmatur *§. multoque magis*, cum qua
Domini transierunt, præsertim cùm à dicta pronuntia † 6
de Iure admittatur appellatio prout ab ea Franciscus ap-
pellauit; Ideòque sententia successiuè prolata ab eodem
Custode Cracouiæ non potest excusari à vitio attentato-
rum, vt prosequitur eadem *decisio §. Grauiora coram me
&c.*

Est enim Iniusta, † vnde maior causatur difformitas, 7
duæ namque priores condemnant Franciscum in 15 millia
florenos, ista verò condemnat etiam in fructibus ad ratio-
nem septuaginta pro quolibet milliario; Cùm autem as-
sertum creditum quatenus verum sit, consistat in pecunia,
vt ex apocha Summ. num. 1. † non poterat condemnari in 8
vsuris, *c. consuluit 10. de vsur.* cum similibus, & vulgatis.

Quibus stantibus rescriptum Signaturæ, constito de
tribus, non potuit † verificari, quia intelligitur de validis, 9
& iustis, Barbos. *de claus. vsufrequentiorib.* qui plures dat
concordantes, *clausul. 28. num. 1.* quæ cum fuerint satis ad
capiendam resolutionem, superfluum visum est Dominis
super alio capite quærere, An ex apocha prædicta nullam
causam debendi continente, oriatur Ita inefficax obligatio
Francisci, vt ex ea potuerit condemnari ad prædictam so-
lutionem.

Et ita Francisco tantùm Informante altera verò parte
sub debili prætextu non adimpletæ conditionis alimento-
rum informante recusante.

R. D. P.

R. P. D. RONDININO

Cracouien. Decimarum.

Lunæ 22. Iunij 1676.

ARGVMENTVM.

Decimas ab Episcopis Monasterio donatas sibi deberi prætendebat Parochus, sed cùm nunquam suam intentionem probauerit, pro eodem Monasterio deciditur, iuncta præsertim centenaria possessione, quæ æquiparatur immemorabili, & sufficientem titulum affert; Vbi verò solus titulus donationis cum quadragenaria, etiam sufficere debuisset.

SVMMARIVM.

1 *Parochus non habet fundatam intentionem in decimis ab Episcopis Monasterio donatis.*
2 *Historicis creditur etiam in materia decimarum.*
3 *Centenaria possessio æquiparatur immemorabili, quæ titulum tribuit.*
4 *Possessio quadragenaria cum titulo sufficit etiam in materia decimarum.*
5 *Portionis nomen non potest intelligi de toto, & vide num. seqq.*
6 *Dictio*, scilicèt, *est declaratiua, & demonstratiua.*
7 *Obseruantia declarat, quid in donatione fuerit comprehensum.*
8 *Exactio ad portionem propriam referri non potest.*
9 *Solutio à semetipsa non datur.*
10 *Sententia reuocata non priuauit possessorem sua possessione imò nec nomen sententiæ meretur.*
11 *Laudum eo magis probat antiquam possessionem, & rem iudicatam illius, cuius fauore fuit promulgatum.*
12 *Constitutio Pontificis ab oppositis suspicionibus falsitatis, & variationis remanet vindicata, si in pluribus decisionibus Rotalibus fuerit approbata.*
13 *Error, seù variatio anni quarti pro quinto, attribuendus est vitio scriptoris.*

DECISIO DCCXLIX.

CONTROVERSAS decimas Villarum de Potoli Borou Slabosnouice, & Mierzaua Monasterio Andreouien. Ordinis Cistercien. deberi responsum fuerat coram me sub die 26. * Iunii anni præteriti, cuius resolutionis fundamenta audito etiam hac die Parocho, seù Præposito Luzecicen. illas sibi deberi contendente, qui in priori causæ propositione informare neglexerat, iterum Domini approbarunt.

Visum enim fuit subsistere ad fauorem Monasterii super his decimis antiquus titulus donationum sibi factarum tàm à Ioanne Archiepiscopo Gnesnen. &c. quam à Mauro Radosto, & Gedeenæ Episcopis Cracouiensibus, quas successiuè Adrianus IV. confirmauit, & respectu trium priorum Villarum, atque B. Vincentius Episc. Cracouien. renouauit, & respectu Villæ Mierzaua donauit post confirmationem Adriani. Ex quibus omnibus ad exclusionem Parochi Parochialitatem suæ Ecclesiæ de tempore dd. donationum minime probantis; Vel insurgit assistentia iuris pro Monasterio vti donatario Episcoporum quibus ius fauebat, vel saltem etiam iuris assistentia infringitur, quæ
1 † cætero quin attribuere Parocho decimas prouenientes ex prædiis intra suæ Parochiæ limites constitutis per ea, quæ deducta fuerunt in præcisis terminis harum donationum, *decis.* 316. *num.* 7. *& duobus sequen. par.* 11. *recent. decis.* 315. *num.* 1. *& seqq. par.* 12. *decis.* 193. *num.* 6. *part.* 13. & in aliis penè omnibus decisionibus in ea causa editis, cum similibus per Rotam *decis.* 216. *num.* 3. *par.* 12.

Firma pariter visa fuit, quæ præcedenti titulo iungitur longæua quoque possessio si Monasterii erigendi has decimas non modo desumpta ex libris ipsius Monasterii, verum etiam plenius comprobata ex pluribus instrumentis decre-
tis, & aliis actionibus iudiciariis ibidem relatis, † ex testi- 2
monio trium historicorum Polonorum alias per Rotam admisso, *d. dec.* 193. *num.* 5. *par.* 13. ex libris publicis Beneficiatorum Diœcesis Cracouien. ac relaxationum decimarum in Archiuio illius Cathedralis existentibus, & ex depositionibus quatuor testium octuagenariorum, ac demum ex monitionibus, & censuris, pro dictarum decimarum solutione publicatis † ad instantiam Monasteri *nu.* 2. 3
cum pluribus sequentibus, quæ omnia probant possessionem centenariam, quæ æquipollet immemorabili, & tribuit titulum, † qui adhuc insurgeret ex possessione qua- 4
dragenaria, quæ sola concurrente titulo donationis abundè suffragaretur, Couar. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 17. *nu.* 8. *sub vers. to. his omnibus* Monet. *de decimis cap.* 6. *num.* 112. Rota coram Coccin. *decis.* 346. *nu.* 6. *& decis.* 486. *num.* 2. *iuxta veterem impressionem, ac in recent. decis.* 76. *nu.* 2. *p.* 1. *cum aliis in præterita dec. §. Multo magis, & § accedente.*

Et quamuis scribentes pro Præposito repeterent ea, quę in priori quoque decisione considerata fuerunt, ac sublata nimirum quod donatio Villæ Potoli facta à Ioanne Archiepiscopo Gnesnen non respiceret integram dictam Villam, cuius scilicet inferiorem præsentem ab aliis condominis possideri contendebatur ex libris beneficiorum Monasterii, Summ. Parochi *num.* 2. 3. *&* 4. adeoque metiendo voluntatem à potestate, solam eius portionem superiorem in donatione comprehendi prætendebant, accedentibus præsertim verbis donationis patrimonii mei liberam portionem Villas has scilicet Baleozyn, Potol. &c.
cum suis decimis dedi &c † vbi nomen portionis videtur 5
non posse intelligi de tota Villa ex regula Text. *in l. nomen. filiarum §. portionis, ff. de verborum signific.*

Adhuc DD. facilè hanc obiectionem remoueri dixerunt, aduertendo primum minimè probari posse, quod pars inferior Villæ Potol. ab aliis nobilibus, & condominis possideretur, ex libris non legalibus, qui non fuerunt de actis, neque fuerunt formiter compulsati; Nomen autem portionis in dicta donatione positum censuerunt non esse referendum ad Villas, sed ad patrimonium donantis præcedenter expressum, neque enim dixit donans portionem Villarum, sed portionem patrimonii mediante illa dictio-
ne *scilicèt*, † quæ regulariter est declaratiua, & demon- 6
stratiua, Barbos. *dict.* 423. *num* 2. *&* 3. *cum concordan.* Vndè donatio, tunc solum contrariam interpretationem recipere posset, quando probaretur integrum patrimonium donantis consistere in his solis Villis, quod non probatur, coadiuuatur iste intellectus ex clariori enunciatione dictæ donationis in confirmatione Adriani IV Summ. Monasterii *num.* 2. *lit. A.* ibi portionem patrimonii sui, Villas videlicet Baleozyn. Potoli &c. Summ. Monasterii *numer.* 2. *lit. A.* ex renouatione præcedentium facta à B. Vincentio Episcopo Cracouien. &c. *d. num.* 2. *&* 3. ac multo efficacius ex benè per Monasterium comprobata obseruantia exactionis decimarum respectu totius portionis inferioris Villę Potoli; nam tàm ante, quàm post permutationem à Monasterio factam eiusdem portionis inferioribus cum Ioanne Grad. dicto Summ. num. 3. docet idem Monasterium decimam exegisse non solum ab ipso Grad. permutante, dicto Summ. num. 4. Verum etiam ab illius quatuor successoribus, dicto Summ. *num.* 5. 6. 7. *&* 8. Hæc autem subse-
quuta obseruantia benè declarat, † quod etiam portio In- 7
ferior Villę in donatione fuit comprehensa, ex *noto Reg.* Text. *in l. si interpretatione, iuncta l. seq. ff. de legibus*, Bald. *cons.* 145. *num.* 2. *lib.* 3. Rota coram Cardinal. Cels. *decision.* 102. *num.* 7. *&* cor. bo. me. Bich *dec.* 267. *num.* 15. *ac decis.* 610. *numer.* 48.

Fortiùs quia ad prædictam dumtaxat inferiorem præ-
sentem Villę Potol. referenda sunt etiam † alię probatio- 8
nes exactionis decimarum, supra relata in §. *firma pariter*,
neque enim verificari possunt † de parte superiori, quę pos- 9
sidetur ab ipsis Monachis, cùm à se ipso non detur exactio ex Textu *in l. re communi, ff. de seruit. vrb. Prædior.* ac in terminis decimarum tradita Rota *decis.* 23. *num.* 2. *part.* 2. *diuers.* & latiùs *dec.* 27. *n.* 6. *p.* 14. *rec.*

Neque his refragatur sententia Martini Episcopi Cracouien lata de anno 1630. declarans decimas Villarum Potol & Berou. pro medietate dumtaxat spectare ad Monasterium, pro alia verò medietate ad Parochum Lazizecicen. &c. de qua in Summ. Parochi numer. quinto quia videlicet huiusmodi sententia in gradu appellationis reuocata fuit per aliam sententiam de qua dicto Summario
n. 6. † adeoque non priuauit Monasterium sua possessione, 10
imò

imò nec nomen fenteotiæ meretur, Rota coram bon. me.
Cardinali Celſo, *decif.* 307. *num.* 10. ipſius autem feoten-
tiæ reuocatoriæ legalitas nullatenus mioultur, ex eo quod
Notarius illam exemplaſſe teſtetur, ex cedula decreti ve-
teri caractere ſcripta cum ax hoc illios informitas non in-
feratur, minuſque excluditur ex eo, quod in ſubſequenti
Laudo lis pendens, & indeciſa aſſeratur, cum attenta
appellatione, quæ interpooi potuit, etiam poſt ſecundam
ſententiam, prædicta aſſertio pendentiæ litis benè verifi-
cari poſſit, nec vlla eſt repugnantia, quod poſt reuocatam
primam ſententiam, cauſa iuerit compromiſſa; Imò cùm
Iudices compromiſſarii fauore Monachorum pronuncia-
ruot, vt in eorum Summ nu. 18 & Summ. Parochi nu 7.
11 † ex prædicto laudo potius inducitur probatio aotiquiſſi-
mæ poſſeſſionis, & res iudicata pro Monaſterio *l. ne in ar-
bitris*, *&* *l. cum antea*, *C. de recept. arbitr.* Rot *decif.* 34. *n.*
2. *par.* 8. *rec.*

Adducta contra Bullam Adriani IV. confirmatoriam
donationum ſimiliter nullatenus obſtare viſa ſunt, cùm
12 dicta Conſtitutio à quibuſcumque † falſitatis ſuſpicioni-
bus, ex aoni, ſeu menſium varietate deſumptis benè ven-
dicetur in tot deciſionibus in alia Cracouien & emanatis,
ac ſignanter. 27. Aprilis 1654. *§. hæc autem donatio*, & 26.
13 Maii 1658. *§. Monaſterio coram bon. me. Veroſpio*, † atten-
ta ponderata etiam modica differentia, itaut error anni
quarti pro quinto attribuendus ſit Scriptori.

Altera obiectio, quod Villa Mierzaua non legatur com-
prehenſa in donatione facta à Ioanne Archiepiſcopo
Gueſneo, de aono 1154. de qua Summ. Monaſterii *num.* 1.
lit. A. facili negotio remota fuit ex lectura alterius duoa-
tionis factæ de anno 1166 ab eodem Ioanne Archiepiſcopo
Gneſnen. & Gedeone Epiſcopo Cracoulen. in quo ex-
preſsè eadem Villa comprehenditur d. Summ *numero* 1.
litera B. prout pariter continetur in reoouatione, ſeu con-
firmatione B. Vincentii, iuncta inſuper ſubſecuta obſer-
oantia ex continuis decimarum ſolutionibus latè compro-
bata.

Demum qooad alias duas exceptiones in prima deciſio-
ne ſublatas, atque hodie repetitas, nimirum de prætenſa
occupatione facta ab hæreticis Parochiæ Serzozeciceu. ac
de variatione nominis Slaboſouice in aliud proximum
Noloſice, quod legitur in priori donatione Ioannis Archie-
piſcopi, approbarunt DD. reſponſiones datas in eadem *de-
cif. §. neque ab hac ſententia*, *&* *§. fin.*

Et ita vtraque &c.

Plures deciſiones in hac cauſa emanatas concordauimus ſupre in calce alterius deciſ. 574. in hoc eodem tomo, & ſub hac eadem die adeſt etiam altera ſuper manutentione, quæ quia nimis breuis omittitur.

R. P. D. CALATAIV.

Leodien. Plebaniæ.

Lunæ 22. Iunij 1676.

ARGVMENTVM.

Valida declaratur collatio beneficij facta à Præpoſito Eccleſiæ Collegiatæ, de cuius obſeruantia centenaria conſtabat ex vltimo ſtatu, ac etiam ex quaſi poſſeſſione conferendi aliud beneficium, ab eodem iure, & cauſa deriuante, non obſtante aſſerta præſeruatione iurium facta à Capitulo in actu conceſſionis poſſeſſionis illius, quia de alijs iuribus, non autem de expreſſis erat intelligenda.

SVMMARIVM.

1 *Collationem beneficij ſpectare ad Propoſitum Eccleſiæ ex obſeruantia centum annorum declaratur.*

2 *Obſeruantia centenaria in materia collationis beneficij æquiparatur immemorabili, & præbet quemcumque meliorem titulum de mundo.*

3 *Centenaria completa, & pacifica poſſeſſio conferendi ex qeibus probetur.*

4 *Status vltimus in beneficialibus attenditur.*

5 *Collatio beneficii ſubſtinetur, ſi iuxtà vltimum ſtatum facta ſit.*

6 *Quaſi poſſeſſio conferendi beneficium Eccleſiæ filialis probat etiam pertinentiam alterius beneficij ex eodem iure, eademque cauſa prouenientem.*

7 *ex Collatione vnius beneficij quatenus probetur ius conferendi alterum.*

8 *Præſeruatio iurium facta in traditione poſſeſſionis, intelligitur de alijs, quam non expreſſis, & alio titulo competentibus.*

9 *Præſeruatio iurium aon debet eſſe contraria facto.*

DECISIO DCCL.

RESOLVTVM fuit ſub die 13. * Martii proximè
præteriti ſententiam Rotalem adiudicantem Ple-
baniam Tongrenſem Danieli Peters prouiſo à Præpoſito,
tamquam validam, & iuſtam eſſe confirmandam, Verùm
quia de conſenſu Partium Decano, & Capitulo conceſſa
fuit noua audientia, iſtis pluries intimatis, & informare
non curantibus, iterum cauſa propoſui, & Domini ſtete-
runt in deciſis.

Quod enim collatio Plebaniæ ſpectaret ad Præpoſitum
† iterum dictum fuit reſultare ex obſeruantia centum an- 1
norum, † qoæ in hac materia æquiparatur immemorabi- 2
li, & præbet quemcumque meliorem titulum de mundo
Rota coram Durano *decif.* 91. *num.* 7. *&* *decif.* 253. *nu* 5. *&* 6.
par. 13. *recent.* obſeruantia optimè deſumitur ex eo, quod
vacante dicta Plebania de anno 1568. *Præpoſitus* illam
contulit Lamberto à Valle, & Capitulum non ſolùm non
contradixit, ſed eidem poſſeſſionem tradidit vti prouiſo à
Præpoſito ordinario illius Collatore præterito, Summar.
num. 9.

Iterum eadem vacante de anno 1626 & in menſe reſer-
uato dictus Præpoſitus illam contulit Bartholomæo Stra-
uio, & in eius literis Apoſtolicis expeditis pro noua gratia,
explicitè dictum fuit, cuius dum pro tempore vacat colla-
tio, prouiſio, & omnimoda alia diſpoſitio ad pro tempore
exiſtentem dictæ Eccleſiæ Collegiatæ Præpoſitum ſpecta-
re, & pertinere dignoſcitur, per obitum quondam Theo-
dori Decheuns dictæ Collegiatæ Eccleſiæ perpetui Vica-
rii extra Romanam Curiam de menſe Septembris defun-
cti vacan &c. dicto Bartholomæo per dilectum filium mo-
dernum ipſius Collegiatæ Eccleſiæ Præpoſitum ordinaria
auctoritate prouiſum fuit &c. qui Strauius fuit etiam in
poſſeſſionem immiſſos abſque Capituli contradictione, &
ſuperuixit vſque ad annum 1668 & per iſtius obitum Præ-
poſitus iterum illam contulit prædicto Danieli; † vnde 3
de centenaria completa, & pacifica, imò com poſitiua ap-
probatione Capituli dubitari non poteſt, † necnon etiam 4
de vltimo ſtatu, † qui eſt quoque ſufficiens ad eius colla- 5
tionem ſubſtineodam, vulgato *cap., conſultationibus de iu-
repatronatus*.

Inſuper dictus Præpoſitus eſt etiam in quaſi poſſeſſione
conferendi aliam Vicariam de Slufen, dicto Summ. *n.* 11.
† quæ eſt filialis Eccleſiæ Collegiatæ, & eius collatio ſpe- 6
ctat ad præpoſitum ex eodem iure, eademque cauſa, ſicu-
ti ſpectat Pleban a, vt conſtat ex aotiquo proceſſu anni
dicto Summ. oum. 4. † & ex collatione vnius benè com- 7
probatur ius conferendi alteram, vt dixit Rota *decif.* 615.
num. 3. *part.* 4. *diuerſ.* *&* *decif.* 39. *num* 9. *part.* 3. *rec.*

Noo obſtat, quod Capitulum tradendo poſſeſſionem
Prouiſo Apoſtolico ſibi expreſsè præſeruauerit iura, † quia 8
talis preſeruatio non poteſt intelligi de iure conferendi,
quod in literis Apoſtolicis expreſsè dicebatur ſpectare ad
prepoſitum, † alias eſſet preſeruatio contraria facto, ſed 9
debet intelligi de aliis non expreſſis, & Capitulo compe-
tentibus, ex deductis in *decif. §. in nihilo*.

Ad concordiam de anno 1660. & ad Teſtes de nouo examinatos latè reſponſum fuit in dicta deciſione, quæ reuidetur, cuios fundameota iterum Dominis placuerunt.

Et ita altera tantum parte informante reſolutum fuit.

Supra in hoc eodem tomo adeſt altera preſentis cauſæ deciſio, quę eſt in ordine 671.

R P.D.

R. P. D. CALATAIV.

Bononien. fideicommissi de Poetis.

Lunæ 22. Iunii 1676.

ARGVMENTVM.

De legitimatione tractatur, quæ in DD. Comitibus de Campegijs amplissima declaratur, vt legitimare possint etiam spurios, incestuosos, adulterinos, & alios cuiuscumque generis filios, quorum omnimoda legitimandi facultas in omnibus eorum legitimationibns semper adiecta præsumitur ad validitatem actus eorumque meram potestatem exercendam à Summis Pontificibus, & Imperatoribus eisdem concessam.

SVMMARIVM

1 *Moniales veluti personę Ecclesiasticæ non ligantur Ægidiana.*

2 *Cessionarius si se obligauit tradere portionem cedenti, potius vti illius procurator, quam cessionario nomine agere dicitur.*

3 *Cedentis nomine si fuit agitatum iudicium, iuraque producta, cessio alteri facta non dicitur vera cessio, sed mandatum.*

4 *Legitimatio obtenta ante captam possessionem, ac etiam ante agnitum fideicommissum, præiudicat substituto, & quando vide etiam num. seqq.*

5 *Campegii Comites amplissimam habent facultatem legitimandi à Summis Pontificibus, & Imperatoribus ipsis concessam, & num. 9.*

6 *Princeps potest legitimare etiam irrequisitis substitutis.*

7 *Legitimatio Comitum de Campegiis, tanquam facta iure Principis præiudicat substitutis.*

8 *Legitimandi potestatem habens, quando illam exercere voluisse dicatur, & num. seqq.*

10 *Potestatem suam quem exercere voluisse censetur, ne actus reddatur elusorius, & eo magis si apposuit clausulam* non obstantibus &c.

11 *Legitimatio facta à DD. Comitibus de Campegiis censetur facta iuxta omnimodam potestatem, quam ipsi habent.*

12 *Filii nati ab Episcopo, & Moniali professa adhuc legitimantur à de DD. Campegiis.*

13 *Spurios legitimare possunt DD. Comites de Campegiis.*

14 *Filii adulterini legitimari etiam possunt à Comitibus de Campegiis.*

DECISIO DCCLI.

NON esse locum Constitutioni Ægidianæ pro executione sententiæ A C iterum DD. dixerunt; Tum quia aderant in causa Moniales de Zambeccariis,
1 † quæ veluti personæ Ecclesiasticæ Ægidiana non ligantur; Tùm quia prædicta sententia A C erat iniusta, ex rationibus deductis in decisione huius causæ 13. Martii præteriti, quam hodie Domini confirmarunt.

Quo enim ad Ægidianam Constitutionem respectu Monialium, placuit prior ratio prædictæ decisionis ex eo deducta, quod Comes Zambeccarius induit potius personam Procuratoris, quam cessionarij, cum cessionem à Monialibus collitigantibus non reportauerit soluta pecunia ex causa onerosa, itaut ipsæ cedentes non amplius in lite se ingerere debeant, neque aliquod commodum ex litis
2 exitu sperare, † sed potius è conuerso, vt sunt præcisa verba instrumenti, se obligauit partem bonorum ipsas tangentem eis communicare, postquam possessionem adeptus fuerit, itaut in altera ex sententiis de partibus ipsæ quo-
3 que Moniales exprimantur, † prout in productione processus, & iurium in Curia illarum quoque mentio facta fuit, iuxta distinctionem in præterita decisione latè comprobatam, & desumptam ex iis, quæ tradunt *Gloss. in l. per diuersas C. mandati* Adden. *ad decisionem primam, num. 2. de alienat. iudic. mutan. caus. in nouis Carauit. ad Rit. Magn. Cur. Rit.* 228. *num.* 12 Dec. *cons.* 56. *sub num.* 4. Vrsill. ad Afflict. *decis.* 74. *sub num.* 5. Rota *recent. part* 9. *decis.* 276. *sub n.* 3. *& seqq. & in Bononien. Pecuniaria* 28. *Martii* 1667. *cor Reuerendiss. Beuilaqua Patriarcha Alexandrino*.

Quo verò ad iniustitiam sententiæ A. C. concedentis immissionem Comiti Zambeccario substituto, iterum Domini considerabant istos vocatos fuisse dumtaxat in defectum prolis de Poetis, qui casus non euenerat attenta existentia Comitis Herculis filii q. Iosephi Mariæ de Poetis, & legitimati antequam Comites de Zambeccariis substituti, nedum accepissent possessionem, sed nec minus fi-
deicommissum † agnouissent, quo casu legitimationem 4
de plenitudine potestatis factam à Comitibus de Campe-
giis, † ex auctoritate sibi à Pontificibus, & Imperatoribus 5
communicata substineri iure Principis in præiudicium substitutorum, quotiescumque non est adita hæreditas, neque Testatoris voluntas resistit, latè comprobatum fuit in decisione, iuxta magis receptam distinctionem inter captam, vel non captam possessionem bonorum, de qua Bar-
tol. *in l. Gallus* 29 *§. & quid si tantum sub num.* 14. *ff. de li-*
ber. & posth. vbi quod princeps potest † substitutis irrequi- 6
sitis legitimare, ibique clarius Paris. *in addit. ad* Bart. *lit. H. vers. ad rem redeamus*, ibique pariter Castren. *sub num.* 19. Alex *sub num.* 26. Iason. *num.* 119. 121. *&* 140. & Bolognett.
num 260. qui suis temporibus † testatur ita Bononiæ ob- 7
seruari vidisse in legitimatis à Cardinali Campegio, Bald. *in cap. Domino Gueram tit. hic fin. s lex Domini &c. & idem* Alexander, qui de communi sententia testatur *in l. generaliter, §. cum autem C. de instit. & substit.* Peregr. *de fid ei. comm. art.* 52. *sub num.* 68. *& art.* 43. *num.* 151. *in fine, & nu.* 155. & post alios adductos plenè Giouagn. *cons.* 17. *per tot. vol.* 2. & Rota *in Bononien. fideicommissi de Nascentoriis* 14. *Martii* 1668. *&* 16. *Ianuarii* 1669. *coram Eminentiss. Card. Carpineo Prodatario*, hunc in modum quæstionem componens in subsequentibus eiusdem causæ decisionibus 8. *Iunii* 1674 *&* 28 *Ianuarii* 1675. *coram Reuerendiss. D. meo Albergato Decano*, iuxta quas causa per senteotiam expedita fuit.

Posita autem potestate, non poterat superesse quæstio 8
voluntatis in Dominis de Campegiis litimantibus ob non expressum præiudicium, quod ex legitimatione insurgebat Comitibus Zambeccariis substitutis, quia legitimantes hæc cogitarunt, cum eis expositum fuerit, vt sunt verba legitimationis, quemadmodum Ioseph Maria erat vxoratus ex muliere soluta suscepit Herculem, quem cum postea legitimauerint illum habitando ad successionem in omnibus bonis, ac etiam cuicumque fideicommisso purificato subiectis, vt sunt pariter verba legitimationis, consequens est, vt pernecessè vti voluerint ea plenitudina pote-
statis † sibi à Pontificibus, atque ab Imperatoribus, vt su- 9
perius dicebatur concessa, quæ necessaria erat pro substinenda successione ad fideicommissa etiam purificata, vt erat illud, de quo agitur, ad quem effectum apposuerunt
clausulam *non obstantibus &c.* † ex qua non secus, ac ex 10
alia ratione ne actus reddatur elusorius, censetur legitimans voluisse vti plenitudine potestatis, vt concludunt Galiaul *in l.* 101. *num.* 35 *ff. de vulgar.* Menoch *præsumpt.* 12. *ex num* 3 Rodulph *de potest. Princip. cap.* 3. *post* Monet. *de commutat vltim. volunt. cap.* 7. *num.* 117. *&* 118. Peregrin. *de fideicom d. art.* 23 *num.* 73 Barbos. *tr. var. claus.* 41. *num.* 6. *&* 7 & Rota semper admisit nunquam de voluntate du-
bitans † in iisdem legitimationibus DD. de Campegiis oc- 11
casione filiorum, qui ex coitu longe damnabiliori suscepti
fuerant, vt in natis ex Episcopo, † & moniali professa cor. 12
Comitulo *decis.* 37. 66. *&* 74. & de aliis † spuriis Merlin. *de-* 13
cis. 832 *num.* 20. *&* 21. & de filiijs vxorati Dunozett. Inn.
decis. 981. *num.* 6. & suppositum fuit in † adductis *Bononien.* 14
de Nascentoriis coram Eminentiss. Carpineo Prodatario, & coram Reuerendissimo D. Albergato Decano.

Cæteris autem exceptionibus aduersus probationem filiationis, & legitimationem Comitis Herculis, satisfaciebat præterita decisio, cum qua Domini transierunt Ipso Comite Hercule informante, atque Comitibus de Zambeccariis pluries, ac pluries monitis.

Supra in hoc eodem tomo 2. adest altera, quæ hic confirmatur decisio, vbi est in ordine 673.

R. P. D. CALATAIV.

Romana Releuationis indemnitatis.

Lunæ 22. Iunii 1676.

ARGVMENTVM.

Releuatio indemnitatis emptori promissa, debetur à creditore, qui illius pecunias sub eadem conditione recepit, & hoc non obstante scientia aliorum creditorum in eodem emptore, dum ille particulariter adhuc sibi de euictione prouidit, & creditor etiam, qui recepit, indistinctè quoque se restituere obligatus est.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum iustum, & validum exequutioni demandari debet, & num. seqq.*
2 *Validitas resultat ex reuolatione actorum.*
3 *Iustitia mandati ex clara obligatione deducitur.*
4 *Obligatus restituere prioribus, & potioribus, illis venientibus restituere tenetur.*
5 *Molestiarum liberationem promittens, adaenientibus molestiis, ab illis emptorem sublenare obligatur.*
6 *De euictione non agit, qui habet scientiam creditorum limita, vt num. seqq.*
7 *Releuatio indemnitatis debetur emptori, qui non obstante scientia creditorum, sibi particulariter de euictione prouisit.*
8 *Obligatus restituere pecunias, si non obstante scientia alterint creditoris in emptore, in nihilo valuit sibi præcauere, indistinctè restituere tenetur.*

DECISIO DCCLII.

CAROLVS Franciscus Patriarca ad effectum se subleuandi à diuersis debitis, quibus præmebatur, vendidit quatuor eius domos sub die 17. Iulij 1662. bonæ memoriæ Leoni Verospio pro pretio scutorum 5800. qui pro effectuanda dicta venditione direxit ordinem banco Sancti Spiritus, cum hoc tamen, quod pretium erogandum esset in extinctionem debitorum in quadam notula descriptorum, prout effectiuè dictus Carolus se obligauit, & vlterius de releuando indemnem prædictum emptorem à quibuscumque molestiis sibi ex quocumque capite, & causa à quibusuis creditoribus super domibus inferendi à contractu recusantibus creditoribus pecunias cui tali vinculo recipere prout latius ex instrumento emptionis de quo *in Summario numer. primo lit. A. & D.*

Sequuta venditione, quia inter creditores aderat Marcus Franceschinus, propterea eidem soluta fuerunt scuta 805 quæ recepit cum eisdem pactis, & conditionibus insertis in ordine directo banco Sancti Spiritus *Summario numero Secundo litera G.* facta insuper quietantia cum relatione ad instrumenta emptionis domorum, vbi latius prænarrata vincula exprimuntur, vt in *dicto Summario num. 1. lit. D.* de quo, ac omnibus in eo contentis se ad plene informatum esse declarauit, vt *litera F.*

Cùm autem Hieronymus Cungius vnus ex creditoribus Patriarchæ obtinuisset ab A. C. Cauallerino mandatum de associando ad prædictas domos pro fructibus census in sorte scutorum 300. super eisdem à Patriarcha impositi, vt *Summario numero 3.* hinc Domini de Verospiis intimatis solitis molestiis Franceschino petierunt ipsos liberari, sed cùm ipse recusasset, mandatum propterea pro dicta liberatione, necnon sententiam fauorabilem reportarunt ab A. C. Panciatico à quibus adita Signatura & commissa mihi causa cum clausula si quid exequendum, dedi dubium, an tale manda-
1 tum esset exequendum, † quod affirmatiuè Domini responderunt.

2 Quia est validum, & iustum validitas † patet ex reuolutione actorum, & iustitia † ex clara obligatione 3
Franceschini de restituendo pecunias quibuscumque prioribus, & potioribus creditoribus casu, quo bonæ memoriæ Verospius pateretur molestias dicto *Summario numero 2. litera H.* † quæ cum superuenerint, proindè eius 4
heredes à prædicto Franceschino † veniunt subleuandi Ro- 5
ta *in Cuseatina Terrarum 28. Ianuar.* 1669. *§. penultimo coram Reuerendiss. Patre D. Beuilaqua.*

Non obstat, quod stante scientia huius creditoris † Do- 6
mini de Verospiis non possint agere de euictione ad textum *in l. fnadum sciens 27. C. de euict. cum aliis in decision. 317 num. 14. par. 13. recent.*

Quia cum adhuc Verospii in hoc quoque casu voluerint Patriarcham obligatum, quinimò conuenerint, vt ipse censum extingueret *Summario numero primo litera E.* consequens est, vt promissa releuationis conditio purificetur, vt pro firmitate textus in *dicta l. si fnadum sciens C. de euict.* cum concordantibus firmauit Rota *in Bonon. censut 4. Februarii* 1654. *§. non obstat coram Reuerendissimo Domino Meltio, & in dicta Cusentina Terrarum 28. Ianuarii* 1669. *§. minus obstare visa fuit coram Reuerendiss. P. D. meo Beuilaqua.*

Potissimè verò quia respectu Franceschini, qui sciuit hoc creditum, in nihilo sibi voluit præcauere, sed indistinctè promisit restitutionem, vt ex *Summario numero secundo litera F.* † atque ideò indistinctè tenetur, vt in 8
decis. 124 per totam part. 14 decis. 462. num. 10. 509. nu. 17. par. 13. recent Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumption. 190. num. 48.* Grat. *discept. 24. num. 10.*

Et ita &c.

R. P. D. CALATAIV.

Æsina Successionis.

Lunæ 22. Iunii 1676.

ARGVMENTVM.

Statutum exclusiuum fœminarum non procedere declaratur si agitur de excludendo nepotes, tum quia inter ipsos aderat Clericus; tum etiam quia illi veniebant ex propria persona, tum & tertio, quia bona sita erant extra Territorium statuentium, quibus denique neque obstabat aliud simile statutum loci bonorum, quia ipsi tamquam forenses non comprehendebantur ab illo nec poterat fieri cumulatio vtriusque statuti, ex defectu diuersæ potestatis eorum; prout nec minus obstabat donatio, vel testamentum matris, quia ambo erant nulla propter omissas solemnitates, de quibus ideo plura in præsenti decisione deducuntur.

SVMMARIVM

1 *Nepotes æqualiter succedunt cum patruo, in hæreditate fratris, & patrui respectiuè defuncti.*
2 *Statutum excludens aliquos à successione non procedit, si inter ipsos adsit clericus.*
3 *Statutum laicale non potest comprehendere clericos.*
4 *Filii succedentes in locum matris viuentis de tempore successionis, ipsius iuribus vtuntur, secus ea defuncta, quia tunc iure proprio succeduat.*
5 *Matris incapacitas inducta à statuto non attenditur, si filii succedant ex persona propria.*
6 *Statutum de successionibus non extenditur ad bona extra territorium ex defectu potestatis statuentium.*
7 *Statutum de successionibus non comprehendit forenses, & personas non subditas.*
8 *Statuta de successionibus non coniunguntur si alterum non comprehendit bona extra territorium alterum verò personam forensium.*

9 *Statu-*

9 *Statutum exclusiuum à successione requirit subiectionem personæ exclusæ, adhoc vt valeat illi successionem sibi competentem auferre.*

10 *Ciuilitas non probatur ex simplici fide, quæ non facit fidem.*

11 *Testamentum mulieris factum sine solemnitatibus statuti remanet nullum.*

12 *Testis depositio magis attenditur super interrogatorijs, quam super articulis.*

13 *Testis dubitatiuè deponens nihil probat.*

14 *Testis sibi contrarius in substantialibus nullam facit probationem.*

15 *Testis vnicus nihil probat, quia dictum vnius dictum nullius est, & num. 16.*

17 *Statutum requirens interuentum filiorum in testamento matris illum requirit non pro eorum interesse, sed pro integranda persona eiusdem matris.*

18 *Statutum requirens interuentum, & præsentiam alicuius in aliquo actu, an ille possit interuenire, & consentire ad sui fauorem.*

19 *Consensum, & auctoritatem ad sui commodum præstare nemo potest.*

20 *Statutum requirens solemnitates in testamento mulieris, censetur conditum ad obuiandum fraudibus.*

21 *Contractus mulierum non possunt celebrari, sine interuentu proximiorum ex Constitut. Ægidiana, & num. seqq.*

22 *Proximiores si possunt interuenire in contractu minoris, vel mulieris, & non fuerunt vocati, contractus remanet nullus.*

23 *Solemnitates in contractu minoris, vel mulieris eo magis sunt necessariæ, si iudici demandatum sit, quod illas seruare deberet.*

24 *Contractus initus inter matrem, & filium adhuc solemnitates requirit.*

25 *Fraudes æque possunt committi in donationibus factis filijs, sicuti etiam aliis personis.*

26 *Donatio facta à matre filio, à qua sunt exclusi alii fratres, vel nepotes dicitur facta in fraudem, & ideo solemnitates requirit.*

27 *Proximior habens interesse, vocari non debet in contractu mulieris, si illum impedire potuisset, intellige, vt num. 28.*

28 *Proximior interessatus eo minus vocari debet in contractu minoris, vel mulieris, si vlterius se malè cum illis habebat.*

29 *Proximiorem male se habere cum minore, et muliere contrahente, narrari debet iudici ad hoc, vt contractus sine eo celebrari possit.*

DECISIO DCCLIII

DEFVNCTA Aurelia Meschina Hiacintus filius adeptus est possessionem omnium bonorum hæreditariorum, aduersus quem Canonicus Antonius, & fratres de Calcaneis ex altera filia nepotes prætendentes pro medietate succedere, sententiam immissionis in prima instantia reportarunt, quæ cum in secunda fuerit reuocata, & commissa causa in tertia de Vno Rotæ, dedi dubium, an ipsis de Calcaneis danda sit immissio, & DD. bis proposita causa affirmatiuè responderunt.

Ratio resolutionis fuit, quia Calcanei vti nepotes ex fi-
1 lia Aureliæ defunctæ de iure æqualiter † cum Hiacyntho filio ad eius successionem sunt admittendi *§. cum filius instit. tit. de hæred. quæ ab intest. defer. §. si quis igitur auth. de hæred. ab intest. venient.*

Nec obstat, quod vti descendentes ex femina prætendantur exclusi per Hiacynthum masculum ex dispositione Statuti Æsini rubr. 111.

2 Quia cum inter istos † adsit Antonius Clericus, non po-
3 test impediri successio per præfatum Statutum, † quod tanquam laicale, Clericos comprehendere non valet iuxta notata *in capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ de Const.* & in punct. Roland. *cons. 57. n. 29. lib. 2.* Bichius *dec. 625. nu. 17. & seqq.* & plenè Rota *in rec. dec. 256. n. 3. & seqq. par. 11. & decis. 404. n. 16. par. 13.*

Nil releuante, quod dicebatur istos concurrere volentes cum auunculo debere vti iuribus Matris Statu-
4 to subiectæ, †, quia obiectum procederet, si eorum mater superuixisset Aureliæ, at vbi prædecessit, nepotes ex ea succedunt ex propria persona, & solum Matris repræsentant gradum, dum agitur de successione Auiæ Castill. *contr. iur. lib. 3. cap. 19. n. 163.* Fusar. *de substit. qu. 485. n. 29. vers. sed hoc non videtur* Sfort. Odd. *cons. 38. n. 68. & seqq.* Duran. *decis. 36. n. 18. & 22. & dec. 265. n. 24. par. 13. rec.* & proinde dum succedunt ex propria persona † non 5
attenditur Matris incapacitas Molin. *de iust. & iur. lib. 3. disput. 627. n. 11.*

Præterea Statutum præfatum non habet locum in bonis existentibus extra territorium Æsinum in loco nuncupato le Piaggie, † quia ad ea nullo modo extendi potest 6
eius dispositio ex defectu potestatis statuentium disponendi de bonis extra eorum territorium existentibus Bart. *in l. cunctos populos n. 33. C. de summ. Trin.* Lapus *alleg. 91. n. 7. & 8.* Alex. *cons. 29. n. 2. lib. 1.* Castr. *cons. 32. n. 1. lib. 2.* Paris. *cons. 68. n. 9. lib. 2.* Curt. Iun. *cons. 100. n. 9.* Grat. *discept. 709. n. 15.* Gregor. *dec. 255. n. 1. ibiq.* Add. *n. 7.* Buratt. *dec. 188. n. 2. & ibi* Add. *n. 14.* Merlin. *dec. 353. n. 2.* vbi de magis communi, & semper à Rota retenta opinione testatur.

Et quamuis in eodem loco nuncupato le Piaggie vigeat pariter simile Statutum, seu Decretum Ducis Vrbini feminarum exclusiuum, † tamen, nec illud obesse po- 7
test Calcaneis Ciuibus illius loci non existentibus, ex eodem defectu potestatis comprehendendi non subditum Castr. *cons. 32. n. 1. vers. si verò lib. 2.* Honded. *cons. 5. n. 15. & seqq lib. 1.* Peregr. *cons. 90. n. 11. & seqq. lib. 1.* Grat. *discept. 709. n. 13.* Greg. *dec. 255. n. 2.* Merlin *dec. 353. nu. 41.* Royas *dec. 66. n. 8.*

Nulla consideratione habita, quod hic non adsit vnicum Statutum, sed concurrant duo Æsinum, cui subsunt personæ, & Decretum præfatum, cui subijciuntur bona, quia cum vtrumque de per se sit inefficax ex supra firmatis, † nec etiam valent simul operari, cum non pos- 8
sint simul iungi, vt firmant in specie Altograd. *cons. 93. n. 28. & seqq. lib. 1.* Gregor. *dec. 255. n. 4.* Buratt. *dec. 188. n. 7. vers. ideoque, & ibi* Add. *n. 21.* Merlin. *dec. 353. num. 44. & seqq.* Royas *dec. 66. n. 9.*

Nec releuat responsio Hiacynthum fuisse Ciuem dicti loci delle Piaggie, idque sufficere ad exclusionem fæminatum forensium, quia vltra quod requiritur subiectio personarum, quæ excludi prætenduntur à Statuto, † ad 9
hoc vt statuentes valeant eis successionem de iure delatam auferre Pasett. *cons. 71. nu. 14.* & sensit Rota coram Buratt. *dec. 262. n. 13.* & coram Royas *dec. 66. nu. 8. vers. nam vt sit locus*, obiectum cessat, ex quo non docetur in facto de prædicta ciuilitate Hiacynthi, cum ad eam probandam non adducatur † nisi simplex fides, quæ fidem non facit, vt 10
in puncto dixit Rota *dec. 228. n. 48. par. 8. rec.*

Minus obstat, quod non sit agendum de successione ab intestato, dum Aurelia decessit cum testamento, quia cum illud non fecerit cum solemnitatibus Statuti Æsini requirentis in testamento mulierum interuentum filij; † 11
sequitur de eo nullam habendam esse rationem Aldobrand. *cons. 34. num 11. lib. 1.* Corn. *cons. 154. nu. 2. vers. his tamen lib. 3.* Capr. *cons. 27. n. 4. & 5.* Eugen. *cons. 85. n. 16. lib. 1.* Honded. *cons. 32. n. 83. lib. 1.* Thomat. *dec. 292. n. 5.* Gabr. *cons. 1. n 8. & 9.*

Et quamuis fuerint examinati testes ad probandam præsentiam Hiacynthi filij heredis instituti, adhuc eorum depositio visa est irreleuans, quia primus in interrogatorijs, † quibus magis est standum, quam depositionibus 12
super articulis Rota *dec. 784. n. 3. par. 3. rec.* Seraph. *dec. 1075. num. 11.* Rota coram Bichio *decis. 628. num.* 17 dubitatiue deponit ibi: Il Sigor Giacinto Meschini se non erro stava nella medesima camera *Summ. num. 3.* † & ideo nihil pro- 13
bat Gregor. *decis. 290. num. 3.* Buratt. *decis. 256. num. 8.* Coccin. *dec. 2105. num 5. & dec. 2118. num 9.* Rota coram Card. Celso *decis. 166. num. 11.* Alter est sibimet contrarius, dum in interrogatorijs negat præsentiam dicti heredis instituti, quam prius in articulis affirmauit *d. Summ. numer. 4.* † quæ contrarietas in substantialibus omnino destruit 14
fidem eiusdem testis *cap. licet causam, ibique glos. verbo contradicant*, & communiter scribentes *de prob.* Butr. *in cap. in nostra n. 5. ibique* Abb. *num. 3. de testam.* Cephal. *cons. 98. num 3.* Gregor. *decis 298. nu. 3.* Rota coram Bichio *dec. 39. num. 5.* coram Dunoz. Iun. *dec 864. n 13.* & coram Cardinali Celso *dec 40. n. 4. in fine*, vnde remanet solus tertius,
† qui tamquam vnicus nihil probat iuxta vulgatum 15
axioma, dictum vnius † dictum nullius *cap. licet. de* 16
testibus.

Verum quando etiam diu posset constare Hiacynthum interuenisse, adhùc dum testamentum fuit principaliter

conditum ad eius fauorem, illius præsentia non fuisset
17 sufficiens, † sed erat necessarium Decretum Iudicis, nam
Statutum requirit præsentiam filiorum, non pro eorum
interesse, sed ad obuiandum fraudibus, & integrandam
personam mulierum, vt patet ex eius verbis ibi: Indemni-
tatibus mulierum &c. quando Statutum requirit præsen-
tiam, & consensum ad integrandam personam disponen-
18 tis, † tunc non sufficit præsentia, & consensus eius, ad cu-
ius fauorem principaliter facta est dispositio, cum non possit
19 quis † sibi ipsi auctorizare iuxta late firmata coram Bu-
ratt. *dec.44.n.3 vbi Add.* & in puncto consensus requisiti
per Statutum in testamento firmant Panzirol *cons. 587.n.*
20. Bertazol. *cons. ciuil.34 n.25.* & Rota *dec.164. num.8. & seqq. par.14. recent.*

Quod & facilius dicendum videtur in casu præsenti, in
quo aderant præfati de Calcaneis æquo de iure succedentes
Aureliæ cum Hiacyntho, & fuerunt in testamento peni-
tus exclusi, vnde patet, quod ex eius præsentia non ces-
sat omnino suspicio fraudis, & sic non est satisfactum Sta-
20 tuto, † quod censentur conditum ad illam obuiandam,
vt firmat Bertazol. *d. cons.34 n.14. & seqq.*

Eodemque nullitatis vitio laborare censuerunt donatio-
nem inter viuos fauore Hiacynthi, quia videlicet in ea
21 non fuerunt vocati proximiores, † prout requirit Consti-
tutio Ægidiana per Carpensem extensa ad contractus
mulierum etiam maiorum, quibus deficientibus donatio
sine dubio est nulla Mandell. *cons.70. nu.1. & seqq.* Penia
dec.239. n.6. Cauaier. *dec 251. n.2. & 5.* & quod verè adess-
sent proximiores patet, quia de tempore, quo fuit stipu-
lata, actualiter reperiebatur in Castro Beluiderij Anto-
nius, qui vti proximior pro ea validanda potuisset inter-
22 uenire, † & proinde eo non vocato, contractus non sub-
sistetur in puncto Rota coram Ninot. *decis.3. nu.4. & dec.*
234. n.5. vers. existentia part.12. rec. potissimè verò, quia
Iudex ad contractus, siue Prætor, qui subdelegauit Bo-
nacciam ad interponendum Decretum, ordinauit vt ser-
uaretur forma Statuti, & dictæ Constitutionis *d. Summ.*
23 *1. positionis n.6.* † ex quo pariter necesse erat illas omnino
seruari ad validitatem contractus ex deductis in *Eugubina*
donationis 23. Ianuarii 1612. §. Verum, & seqq. coram R.P.
D. meo Rondinino.

Nec obstat, quod dicta donatio vti facta fauore filij non
24 indigeat solemnitatibus statutarijs, † quia contraria opi-
nio est verior, cum solemnitates fuerint introductæ ad tol-
lendas fraudes, quæ æquè possunt committi in donationi-
25 bus factis filijs † sicut in alijs vt firmauit Rota coram Du-
ran. *dec.363. n.20.* Dunoz. Iun. *decis.238 num.9. post secun-*
dum volumen cons. Farinac. *dec.252. n.2.* & in puncto Con-
stitutionis Ægidianæ Boccacc. *super eadem Constitutione*
glos.3. n.137 & 141. & reprobatis contrarijs censuit Rota *in*
dicta Eugubina donationis §. verum coram R.P.D meo Rondi-
nino.

Fraus autem in proposito non potest excusari, cum
Aurelia fecerit donationem Hiacyntho, qui ab intestato
non poterat vniuersaliter succedere, sed tantum pro me-
26 dietate, vt supra dictum est, † vnde vti facta ad præiudi-
candum illos de Calcaneis succedentes in alia medietate,
substineri non valet Pic. *ad Stat. Vrb. gloss 50. num. 2.* Rota
coram Royas *dec.140. n.12.* & coram Dunoz. Iun. *d. decis.*
238. n.9. & d. dec.252. n.3. post secundum volumen cons. Fa-
rinac.

Minus viget altera exceptio, quod dictus Antonius vt
interesse habens in donatione ad interessendum eidem de
27 necessitate non esset vocandus, † ex quo facillime illam
impediret ex *dec.321. n.2. par.4. rec.*

Quoniam vltra, quod decisio in Romana pecuniaria
28 coram Cerro ibi allegata, quæ *est 24. par.9. rec. sub n.10* †
loquitur in casu, quo constabat Patrem malè se habere
cum filio contrahente, quod hic non concurrit, fuit etiam
obseruatum, quod in casu dictæ decisionis 325. timor,
quod nepos donationem impediret, fuit Iudici narratus,
29 quod † in casu, de quo agitur non apparet, factum, &
videtur multum releuans, adhoc, vt Iudex posset sua
auctoritate defectum proximiorum supplere, ex dicta ra-
tione.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. EMERIX.

Romana Castri Orciani.

Lunæ 22. Iunii 1676.

ARGVMENTVM.

Ex solis minutis locationum cum adminiculis prætendebatur probari dominium directum Ecclesiæ ad effectum deuolutionis, sed cum ageretur contra tertium, nullam ab inuestitis causam habentem, deuolutionis iure agi non posse deciditur, sed solo reintegrationis iudicio, quod cum requirat plenam, & concludentem probationem domini, ideo easdem minutas licet adminiculatas non sufficere visum est, quia deficiebat obseruantia, sine qua scriptura informis, etiam antiquissima non suffragatur, & adminicula ex alijs coniecturis excludebantur.

SVMMARIVM.

1 *Deuolutio ob lineam finitam non datur contra tertium nullam ab inuestitis causam habentem, sed sola rei vindicatio conceditur.*
2 *Rei vindicationis iudicium requirit probationem dominij, quod ideo plenè, & concludenter probari debet.*
3 *Scripturæ informes, & non effectuatæ dicuntur irreleuantes.*
4 *Locationes antiquæ non probant dominium, si non iustificantur effectuatæ.*
5 *Scripturæ informes etiam antiquissimæ si non corroborantur ab obseruantia nihil probant.*
6 *Bullæ Pontificiæ, in quibus enunciantur bona Ecclesiæ, quatenus non probent illius dominium, & nu. seq.*
8 *Bulla Pontificia impetrata ad conseruandum à vetustate ultam Bullam, nullam ius de nouo tribuit, sed solum præseruat antiquum.*
9 *Enunciatiuæ antiquæ etiam contentæ in Bullis Apostolicis, quando nec deseruiant pro adminiculo, nec præiudicent tertio, & supra à num 6.*
10 *Bullæ Apostolicæ, & earum enunciatiuæ intelliguntur emanatæ cum præsupposito, quod narrata sint vera.*
11 *Coniecturæ, & præsumptiones contrariæ alias præsumptiones, & adminicula eneruant.*
12 *Dominium directam Ecclesiæ non probatur, si nulla affertur recognitio, solutio canonis, aut alius similis actus, qui ilud inferat.*
13 *Ecclesia si esset domina directa non præsumitur, quod bona pluries in alios liberè transferri permisisset.*
14 *Dominium directum Ecclesiæ excluditur nedum ex sola possibilitate contraria verumetiam expositiua probatione, quod bona ad diuersos possessores transierint.*
15 *Dominium directum Ecclesia concludenter probare tenetur, & quidem tempore motæ litis, & quando sup. n. antecedentibus.*
16 *Præscriptio debet esse completa, quæ inter duas Ecclesias non inducitur nisi per spatium 40. annorum.*
17 *Præscriptio non fuit interrupta per litem, nec inducta mala fides, si emanauit sententia contraria, quæ fecerit transitum in iudicatum.*

DECISIO DCCLIV.

CAPITVLVM Venet. Basilicæ B. Mariæ Transtyberim probè agnoscens difficultatem submouendi fundamenta decisionis editæ sub * die 24. Ianuarij proximi præteriti; hodie neglexit informare, tametsi Rota in die concessionis nouę audientiæ, & subinde iterum die 8. huius mensis mihi demandasset, vt causam omninò reproponerem

rem ante ferias, qua propter reassumpti rationibus alias
deductis, illisque rursus accuratè perpensis, Domini ste-
terunt in vltimo loco decisis.

Siquidem adhuc stabilis visa fuit permanere conclusio
in vltima, alijsque huius causæ decisionibus approba-
ta, quod quando prout in proposito, lis est cum mere
tertio nullam ab inuestitis causam recognoscente, tunc
1 aduersùs istum non competit deuolutio ob lineam fi-
nitam, sed datur tantùm rei vindicatio, quæ ex natu-
ra sua principaliter inuoluit disputationem super do-
2 minio, † quod propterea plenè, & concludenter probari
debet iuxta *text. in cap. inter dilectos in fin. & ibi gloss. in
verbo locatio de fid. instrum. & in l. ad probat. C. locat. de
theor.* Bald. *communiter approbat. in l. cum res C. de probat.*
Marescott *var. resolut. lib. 1. cap. 85. per tot.* Caputaq. *dec.
280 par. 1.* Millin. *dec. 10. n. 8. & 9.* cum alijs adductis per
Rot. *decis 13. n. 9. & seq. par. 11. & dec 76 n. 1. part. 12* &
distinguendo aduertit Carill. *dec. 180. n. 6. &* Dunoz Sen.
dec. 174 n. 3

Et quamuis ex instrumento Inuestituræ vna cum effi-
cacibus, & vrgentibus adminiculis, possit etiam contra
tertium deduci dominium, Nihilominus eadem admi-
nicula denuò singillatim examinata, non fuerunt re-
perta vrgentia, neque in genere suo perfecta; duo nam-
que elicita ex scripturis, seu minutis quarundam loca-
tionum annorum 1097. & 1141. sunt planè irrelevantia,
3 ex † quo istæ scripturæ sunt informes, & non proban-
tur effectuatæ, vt latè deductum fuit in vltima *decisio-
ne huius causæ § siquidem cum seq.* Ideoque non merentur
4 attendi, † vt in specie de similibus scripturis antiquarum
locationum, quæ non probantur effectum sortitæ notat
Spad. *cons. 204. num. 9. & 11. lib. 3.* & Rot. coram Put. *dec.
342. n. 1 lib. 3.* & generaliter de scripturis informibus tamet
5 si antiquissimis, † si non corroborantur obseruantia Cra-
uett *de antiquit. temp. § 4. limitatur num. 16.* cum alijs ad-
ductis per Ros. *dec. 224. n. 22. par. 6. rec. & dec. 483. n. 6. co-
ram Royas.*

Reliqua verò desumpta ex tribus Bullis diuersorum
summorum Pontificum, nempe Calixti Secundi de an-
no 1123. in qua Ecclesiæ S. Mariæ Transtyberim in-
ter alia bona ibidem enunciata, confirmatur Castrum
Orciani, & Benedicti XII. de anno 1340. & Calixti
Tertij de anno 1456 in quibus illa Calixti Secundi restau-
ratur, & innouatur, pariter non suffragantur, ad effe-
ctum corroborandi, seù adminiculandi instrumentum
controuersæ concessionis anni 1286 contra D. Principem
6 tertium Possessorem, † quia Bulla Calixti Secundi,
7 longè præcedit idem instrumentum, † emanauit in
forma communi, non autem in specifica, & aliæ Bene-
dicti XII & Calixti III. impetratæ fuerunt tantùm ad
conseruandum à vetustate prædictam Bullam Calixti
8 II. † & cum expressa declaratione, quod nullum ius de
nouo Ecclesiæ tribueretur, sed solum antiquum tale,
quale confirmaretur, & conseruaretur, omnesque pro-
cesserunt non motu proprio à Papa, sed ad supplica-
tionem Capituli, seù Ecclesiæ per interpositam perso-
nam Cardinalis Titularis, & propterea enunciatiuæ in
9 illis contentæ non probant, † neque adminiculantur su-
pradictum instrumentum in præiudicium tertij argum.
*text. in c. cum dilecta §. non autem de confirm. vtil. vel inu-
til.* Spad *cons. 31. numer. 8. lib. 3.* Rimin Iun. *cons. 19. num.
49.* Buratt. *decis. 178. numer. 14.* & Rot. *decis. 304. num. 22.
part. 11. recent* Et optima quidem ratione, quia omnes
10 intelliguntur emanatæ cum † præsupposito, quod narra-
ta sint vera Spad. *cons. 129. numer. 2 & 3. lib. 2.* Rot *in re-
cent. decis. 552 num. 11. & 12. par. 4 tom. 3. & decis. 440. nu.
56. & 57. part. 13. & dec. 21. n. 7. & dec. 77. numer. 9. & 10.
par. 14.*

Tantòminùs, quia in præsenti concurrunt quamplu-
11 res coniecturæ, & præsumptiones in contrarium † hu-
iusmodi adminicula elidentes, desumptæ tùm ex eo,
quod per longissimum spatium trium sæculorum, &
vltra nullus exhibetur actus, qui inferat ad dominium
Ecclesiæ, siue ad effectuationem dictæ concessionis, vel
12 solutionis Canonis, aut alterius † recognitionis, pro-
ut contingere consueuit in bonis emphiteuticis, tùm
ex eo, quod abinde citra controuersum Castrum tan-
quam liberum, & pleno iure possessum, pro quinque
ex octo partibus alienatum fuit in Archihospitale S. Spi-
ritus, ab eoque in Honuphrium Tascham, & pro alijs
tribus partibus in Gabrielem de Rubeis, siue in Fran-
ciscam de Fabijs de Pierleonibus eius vxorem, aliosque
diuersos possessores, † quæ omnia non est verisimila, 13
quod Capitulum, & Canonici, tàm supinè neglexissent,
& contra formam sæpedictæ concessionis expresse prohi-
bentis alienationem Castri controuersi in locum Piom, &
in quoscumque alios tolerassent, si illa vera extitisset, &
effectum consequuta fuisset, ac propterea cùm habeamus
non solum possibilitatem, † sed effectiuam probationem, 14
quod Castrum medio tempore ad plures diuersos possesso-
res transiuerit absque facto Ecclesiæ, inefficax est sæpæ d.
instrumentum ad probationem dominij cum supra recen-
sitis adminiculis per contrarias fortiores præsumptiones
aliaque in præteritis decisionibus pleniùs recensita elisis,
sed Ecclesia tenetur illud aliunde concludenter probare,
& quidem de tempore motæ litis, † alioquin non intrat 15
præsumptio continuationis, vt benè notant Soccin Iun.
cons. 96 numer. 3. & 4 lib. 4. Corn. *cons. 35. sub num. 13. lib. 1.
& cons. 24. num. 6. cum seq. lib. 4.* Rolan. *cons. 96. nu. 23. cum
seq. lib. 3.* alijque cumulati in postrema *dec. § verùm quate-
nùs.*

Non suffragante iudicio moto de anno 1571. tum
quia ante illud Archihospitale S. Spiritus iam per 60. &
vltra annos legitimè possederat, & sic completa erat
præscriptio, † quæ inter Ecclesiam, & Ecclesiam com- 16
pletur spatio 40. annorum iuxta *text. in cap. de quarta,
& cap. ad aures, & cap. illud de præscript. ibique commu-
niter scribentes,* Tum etiam, quia huiusmodi iudicium
remansit terminatum contra Venerabilem Basilicam per
rem iudicatam approbatam coram Reuerendissimo D.
meo Decano sub die 24. Ianuarij * proximi præteri-
ti † ideoque per illud non fuit interrupta præscriptio, 17
seù inducta mala fides, quæ nocere possit D. Principi suc-
cessori Archihospitalis, & notat Felin *in cap. illud num
17. de præscript.* Balb. *in tract. de præscript. 3. part. 6. par.
princip. qu. 4. num. 37.* Couarr. *in reg. Possessor malæ fidei 2
par. §. 1 a n. 4. vers. 2. conclusio* Rot. *dec 214. n. 3. par. 4. tom
2. recent. & dec. 253. nu. 3. par. 13.* & coram Seraphin. *dec
1027. n 14.*

Ex quibus, alijsque in præcedentibus decisionibus latiùs
discussis Domini steterunt in decisis.

Supra in hoc eodem tomo 2. adsunt aliæ duæ dec. In hac
causa, quæ sunt 628. & 629. quarum prima habet in
calce alias decisiones concordantes.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO DECANO.

Senogallien. Fideicommissorum super
immissione.

Lunæ 22. Iunii 1676.

A R G V M E N T V M.

Requisita substitutionis reciprocæ linealis
in hac decisione comprehenduntur, &
declarantur simul, eaque esse dicuntur
vocatio omnium substitutorum, quod
illa facta sit vltimo morienti, ac etiam
in tota hæreditate, hic adamussim ve-
rificata, quia omnes descendentes voca-
ti sunt, iique ad inuicem substituti, al-
terutrius linea totaliter defecta, ac etiam
in tota hæreditate, tam ex verbis testa-
menti, quam ex prohibitione alienatio-
nis, vt bona conseruentur pro substitu-
tis, & in familia.

S V M M A R I V M.

1 *Substitutio reciproca linealis requirit, quod omnes sint
vocati facta sit vltimo morienti, & in tota hære-
ditate, & num. seqq.*
2 *Descendentium appellatione, quia illud est nomen
collectiuum, veniunt, & comprehenduntur om-
nes.*

3 *Substitutio dicitur facta vltimo moricati, si in defectum lineæ facta sit.*

4 *Substitutionem fieri vltimo moricati non requiritur, quod fiat verbis expressis, sed sufficit interpretatio voluntatis substituendi vltimo.*

5 *Linea non potest deficere, nisi per obitum vltimi masculi.*

6 *Prohibitio alienandi oritur ex ipsa constitutione fideicommissi.*

7 *Prohibitio alienandi expressa ad effectum, vt bona conseruentur pro substitatis, vel in familia est vnum ex requisitis reciprocæ linealis, & nu. 12.*

8 *Fideicommissum regalaiter non debet transire de vna linea ad aliam, donec prima linea non sit totaliter euacuata limita vt num. sequen.*

9 *Testator si descendentes vnius lineæ substituit descendentibus alterius lineæ, dicitur fecisse reciprocam inter ipsas lineas.*

10 *Agnationis conseruandi ratio deducitur, si testator masculos semper voluerit præferri.*

11 *Substitutionis reciprocæ linealis potissima coniectura est digressus ad plures gradus substitutionum.*

53 *Substitutio reciproca linealis, siue ex mente testatoris, siue ex coniecturis desumpta, æquè procedit, siue vnus, siue etiam plures ab initio fuerint vocati.*

14 *Substitutio reciproca linealis resultat ex voto conseruandi agnationem, prohibitione alienationis, & digressa ad plures gradas substitutionum.*

15 *Testamentum, & fideicommissum conditum ad relationem alterias fideicommissi, vel testamenti, omnia in ipso contenta comprehendit, & num. seqq.*

16 *Substitutio reciproca linealis contenta in fideicommisso, vel testamento relato, continetar etiam in testamento, vel fideicommisso referente.*

DECISIO DCCLV.

POST obitum Caroli Emanuelis nuper defuncti, sine filijs masculis, Flaminius Iunior, vti vocatus in testamentis Flaminij senioris, Claudij, & Iuniperæ de Mannellis, petijt Immissionem coram R.P.D. Muto iudice deputato ab A.C. contra Mariam Nicolam d. Caroli Emanuelis filiam, ad cuius instantiam superuenta commissione Sanctissimi, quod in causa procederetur de voto Rotæ, dubium proposui super immissione, quam Flaminio dandam esse fuit resolutum.

Existentia enim fideicommissorum, quæ ordinarunt Flaminius Senior, Claudius, & Iuniperæ, liquet ex lectura testamentorum, in quibus Flaminius, & Claudius primo loco sese ad inuicem instituerunt vna cum Hieronymo, & Iunipera fratre, & sorore respectiuè, & deinde vocarunt Io: Baptistam, Aloysium, & Bartholomęum nepotes ex eodem Hieronymo, & demum omnes descendentes masculos eorundem hoc autem ordine successiuo sunt verba testamenti in perpetuo inter ipsos valituro, & seruaturo, hoc est, vt primo loco sint vocati, & instituti, & ipsi solùm succedant dd. Claudius, & Iunipera, secundo loco dictus Eques Hieronymus, tertio loco dictus Io: Baptista Aloysius, & Bartholomęus quos æqualiter instituit, & compendiosè ad inuicem substituit, & quarto loco sint vocati, & instituti omnes descendentes ex dd. Io. Baptista, Aloysio, & Bartholomęo, & quinto demum loco in defectum lineæ masculinæ, quæ samper excludat fæminas, vocata sit linea fæminina, declarans, & mandans, quod hæredes primo loco nominati eorum, vel cuiuslibet ipsorum vita durante excludant semper, & omninò etiam hæredes, secundo loco nominatos, & sic intelligatur de alijs gradibus dd. hæredum, prout superius fuit dictum, & declaratum de ordine ipsorum successiuo.

Ex cuius dispositionis contextu apparet, fideicommissum esse literale, & substitutionem purificatam in fauorem Flaminij vltimi masculi, & esse exclusam Mariam Nicolam, quia cùm fœminæ fuerint quinto loco vocatæ, nullo modo possunt admitti, donec vnus ex masculis quarto loco superuiuit.

Verùm inter ipsos masculos vocatos ordinata est reciproca linearis, cuius virtute portio Caroli Emanuelis deuoluitur ad Flaminium, & quod adsit reciproca de linea
ad lineam, visum fuit Dominis resultare ex concursu illorum trium requisitorum, quæ ad illam inducen. ponderari solent, † nempè, quod illi, inter quos huiusmodi 1
substitutio prætenditur, sint omnes vocati, quod sit facta vltimo morienti, & in tota hæreditate ad *text. in l. titia Seio §. Seia libertis ff. de legat. 2. DD. in l. hæredes mei §. cum ita ff. ad sen. cons. Trebell.* Card. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 5 n. 13.* Marescott. *var. resol. lib. 1. cap. 66. n. 2.* Rot. *recen. dec. 183. n. 1. par. 10 & dec. 177. eod. n. coram Eminentissimo D. Card. Ottobon.*

Primum requisitum, quod omnes masculi descendentes ex dd nepotibus sint vocati, habetur ex lectura testamenti, † vbi sub nomine collectiuo vocantur omnes 2
descendentes masculi dd. Io. Baptistæ, Aloysij, & Bartholomęi, vt tradunt Soccin. Iun. *cons. 151. num. 5. in fin. lib. 3.* Rot. *dec. 79. nu. 1.* coram Arguell. *& in d. dec. 177.* coram Eminentissimo Otthob. *& in Amerina fideicommissi 24. Martii 1664. §. nam quod coram Reuerendissimo D. Patriarcha Alexandrino.*

Concurrit secundum requisitum, quod sit facta vltimo morienti, dum in defectum lineæ masculinæ, vocatur linea fæminina, quod † idem est, ac si substitutio 3
facta fuisset vltimo morienti, cum non sit necessarium, substitutionem fieri formaliter verbis expressis vltimo morienti, sed sufficiat interpretatiuè colligi posse volunta- 4
tem testatoris substituendi vltimo *l. quidam testamento nu. 5. ff. de vulg. & pupill.* Marescott. *d. resol. 66. numer. 11.* Rot. *decis. 292. numer. 11.* coram Durano, *& decis. 271. num. 28.* coram Bich. *& in dicta Amerina §. de secundo requisito*, quod facilius recipi debet in casu præsenti cum linea masculina, in cuius defectum vocatur fæminina, † deficere non possit, nisi per obitum vltimi masculi, vt 5
tradunt Soccin. Iun. *d. cons. 151. numer. 6.* Capyc. Latr. *dec. 1. num. 70. & 71.* Peregrin. *cons. 20. num. 7. & 8. lib. 6.* Mart. *de success. legal. part. 1. qu. 9. art 5. num. 5. & 13.* Rot. *dec. 15. n. 8.* coram Zarat. *& dec. 183. n. 5. & 6. part. 10. rec. & dec. 95. n. 4* coram Arguel. *& in Romana fideicommissi Io: Petri de Caffarellis 17. Aprilis 1673. §. siquidem coram bon. me. Priolo.*

Tertium, deniquè requisitum, quod substitutio fæminarum sit in tota hæreditate apparet, tam ex parte testamenti, *§ hoc autem*, vbi vocatur fæmina proximior ibi: *Quæ in totam succedat*, & inferiùs ibi: *hæredes primo loco nominati excludant* in totum hæredes secundo loco nominatos &c. & etiam declaratur ex prohibitione alienandi facta, tam institutis, quam substitutis addita ratione, vt tota, & integra hæreditas de hæredibus in hæredes transeat, quod ostendit substitutionem in tota hæreditate, dum istam nedum per prohibitionem alienandi, † orientem ex ipso iure à Constitutione 6
fideicommissi Rota *dec 481. in fine coram Royas*, verùm etiam per dictam specialem prohibitionem à se additam, † voluit integram pro substitutis conseruari, vt tradunt 7
Curt. Iun. *cons. 10. n. 5.* Menoch. *cons. 575. num. 10.* Capyc. Latr. *d. dec. 1. nu. 76.* Rot. *dec. 315. num. 8. par. 10. recen & in d. Romana fideicommissi Io: Petri de Caffarellis §. assistit coram bon. mem. Priolo.*

Non obstat, quod per substitutionem prius factam prædictis nepotibus, & deinde illorum descendentibus, censeantur constitutæ tres lineæ itaut descendentes vniuscuiusque lineæ dicantur discretiuè vocati in portionem proprij Parentis ordine successiuo, non autem, quod de vna linea ad aliam † debebat fieri transitus, do- 8
nec altera linea non sit totaliter euacuata, & extincta, vt tradunt Ruin. *cons. 133. lib. 2.* Cancer. *var. resol. par. 1. cap. 1. nu 282.* Rot. coram Seraph. *decis. 1023. num. 3 & seqq.* quia non procedit conclusio quoties ex dispositione testatoris colligitur, † illius intentionem 9
fuisse substituendi descendentes vnius lineæ descendentibus ab alia Surd *cons. 344. numer. 17.* Gratian. *discep. 328. d numer. 39* Rota *in d. Amerina fideicommissi 24. Martii 1664. §. non obstat, quod testator coram Reuerendissimo Alexandrino*

Hanc autem fuisse testatorum voluntatem desumebatur, tum ex dd. tribus requisitis, tum etiam ex alijs coniecturis id præferentibus; adest enim enixum votum conseruandi agnationem volitum à testatoribus, † ex quo masculus semper preferri voluerunt, vt con- 10
siderat Rot. coram Bich. *decis. 287. numer 16.* & huic adnectitur digressus ad plures gradus substitutionum, † vnde resultare potissimam coniecturam sub- 11
stitu-

stitutionis reciprocæ de linea ad lineam dixit Rot. *dec.* 1. *n.*
26 *& dec.*177. *n.* 20. coram Eminentiss. Otthob. *& d.decis.*
287 *n.*23. coram Bichio, *& in d. Romana fideicommissi Io. Pe-*
tri de Caffarellis 17 Aprilis 1673. *§ confert coram bon. me.*
Priolo, & vlterius concurrit prohibitio alienationis facta,
12 vt bona conseruentur in familia, † quæ coniectura ad
hunc effectum valida nuncupatur à Rot. *dec.* 472. *num.*12.
par 14. *recent.*

Minus aduersatur, quod reciproca de linea ad lineam
admittatur, quando ab initio vocatur vna tantum perso-
na, secùs in casu nostro, vbi testator vocauit Io: Bapti-
stam, Aloysium, & Bartholomeum nepotes, & deinde
illorum descendentes masculos, & subindè fæminas; in
facto enim ante substitutionem dd. nepotum, vocatus fuit
Hieronymus eorum Pater, in iure verò quando concurrit
expressa voluntas testatoris, vel tacita desumpta ex præ-
13 fatis tribus requisitis, vel ex coniecturis † interlinearis sub-
stitutio procedit, siuè vnus tantùm institutus fuerit, siue
plures, prout huic obiecto respondit Rot. *in* sæpè allegata
Amerina fideicommissi §. non obstat eam seq.

Quo verò ad fideicommissum Iuniperæ, eiusque puri-
ficationem in fauorem Flaminij visum est constare ex ip-
sa reciproca substitutione inter eosdem Io. Baptistam
Aloysium, & Bartholomeum, ex prohibitione alienatio-
nis cum ratione, vt perpetuò bona conseruentur in poste-
ros dicti Hieronymi, in augumentum eius familiæ, & do-
mus, ex digressu ad plures gradus substitutionum, ex de-
14 siderio conseruandi agnationem, † quas coniecturas suffi-
cere ad inducendam reciprocam linealem firmant auctori-
tates supra relatæ, & cessat omnis ambiguitas ex transa-
ctione inita inter Io. Baptistam, & Bartholomeum occa-
sione controuersiæ quis eorum vxorem ducere deberet ad
formam testamenti Iuniperæ, in qua concordia expressè
conuenerunt, quod hæreditas Iuniperæ transire deberet in
ipsos transigentes, eorumquè posteros, vt in testamento
(sunt verba instrumenti) Flaminij Manelli, & institutio-
nibus in eo factis, quæ hic nuncupatim repetuntur, & pro
repetitis haberi volunt, Propterea vigore huius expressæ
15 relationis † testamentum Iuniperæ regulatur à testamen-
to Flaminij ad quod refertur, & sicuti in eo adest reciproca
16 de linea ad lineam, † ita quoque censetur adesse in hoc Iu-
17 niperæ vigore relationis ad illud habitæ, † vt de fideicom-
misso condito ad relationem ad alterum testamentum
Alex. *cons.* 201. *n.* 10 *lib.*6. Dec. *cons.* 497. *in.* 3. Menoch. *cons.*
247. *num.* 31. *& seqq.* Rot *decis.* 162. *n.* 1. *&* 2. coram Peu-
tingerio, *& dec.* 97 *n* 5. *&* 6. coram Eminentissimo Otthob.
*& dec.*27 *n.*4. *par* 10. *recen.*

Et ita dandam esse immissionem Flaminio decisum
fuit vtraque parte informante.

Hac eadem die in eadem causa adest etiam altera de-
cisio hic immediate apposita, sed super diuerso ar-
ticulo.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO DECANO.

Senogallien. Fideicommissorum super
locis montium.

Lunæ 22. *Iunii* 1676.

A R G V M E N T V M.

Immissio fideicommissario ab hærede grauato impediri prætendebatur, siue quia fideicommissum requirebat altiorem indaginem, siue etiam quia detractiones competerent; sed ijs non obstantibus pro immissione deciditur, quia fideicommissum visum est adeo clarum, vt nulla super eo discussione opus sit, detractiones verò quia nullatenus competebant, earum prætextu eadem immissio impediri non poterat.

S V M M A R I V M.

1 *Fideicommissum non impedit immissionem si est litterale, vel quando illius articulus de facili decidi potest.*
2 *Res non dicitur requirere altiorem indaginem, si sit clara, vel illius quæstio mediante sola aperitione librorum definiri potest.*
3 *Hæres grauati non est legitimus contradictor ad impediendam immissionem fideicommissario in fideicommisso claro, & vbi nullæ competant detractiones.*
4 *Circuitus inanes euitari debent.*
5 *Hæredi vel alteri concedi non debet id, quod statim restituere tenetur.*
6 *Trebellianica satis dicitur esse prohibita ex generali prohibitione detractionum in testamento facta.*
7 *Possibilitas sola detractionum impedit fideicommissario immissionem, & quando vide nu. seqq.*
8 *Detractiones si dubitatur competere, vel ne, aut illas fuisse, vel non fuisse consumptas, semper fideicommissarium repellunt, secus si de eis dubitatum non est.*
9 *Fideicommissario nemine possidente ex pluribus simul concurrentibus, illi debetur immissio, qui habet meliora, & potiora iura.*

D E C I S I O DCCLVI.

QVEMADMODVM in alia decisione edita hodiè coram me, resolutum fuit, dandam esse immissionem Flaminio iuniori in bonis subiectis fideicommissis ordinatis à Flaminio seniore, Claudio, & Iunipera de Mannellis, & possessis à Maria Nicolao, ita quoque decisum est eidem Mariæ Nicolæ denegandam esse petitam immissionem in possessionem locorum montium fideicommissariorum.

Nam incontinenti visum fuit constare de iure claro
Flaminij, dum ex lectura testamentorum apparet, fidei-
commissum esse literale, dum quarto loco vocantur
masculi, iisque deficientibus quinto loco substituuntur
fœminæ, rursus militant ad eius fauorem illa tria re-
quisita, & aliæ coniecturæ inferentes mentem testato-
rum fuisse substituendi descendentes masculos, vnius
lineæ descendentibus ab alia, & successionem recipro-
cam ordinandi de linea ad lineam, vt latè firmatur in
alia decisione, vndè opponi non potest, quod fideicom-
missum requirens altiorem indaginem non impediat im-
missionem, † cum id, solum procedat, quando non as- 1
sistit literalis dispositio, vel quando interpretatio est
valdè dubia, & coniecturæ non sunt concludentes, secus
quando dispositio est literalis, vel quando articulus so-
la aperitione librorum definiri potest, propterea res non
dicitur requirere altiorem indaginem Angel. *de legit. con* 2
*trad. qu.*2. *art.*6. *nu* 188. *&* 194. *& de acquir. possess quæst.*
2. *art.*4. *numer.* 138. *& seq. &* 155 Capic. Latr. *decis.* 108.
*numer.*45. *&* 52. Rot. *decis.*183. *numer.*6. *& decis.*430. *nu-*
mer. 4. coram Seraph. *& decis.*600. *numer.* 9 *par.* 5. *re-*
centior.

Hinc pariter immissio à Maria Nicola prætendi non
valet, ex quo sit hæres Patris vltimi grauati, nam hæ-
res grauatus non est legitimus contradictor, † quando 3
fideicommissum est vndique clarum, & non competunt
detractiones, quia tunc ad † euitandos inanes circuitus 4
tribui non debet † hæredi id, quod statim est restitutus 5
Rot. *decis.*116. *numer.* 3. *part* 3. *& decis.* 358. *numer.* 11.
part. 15. *recent. & in Romana hæreditatis* 4. *Iulii* 1663.
§. & licet coram Eminentissimo Cerro, & clarius in *Romana*
bonorum 19. *Ianuarii* 1671. *§. eam igitur coram R.P.D. Bour-*
lemont.

Fideicommissa esse clara iam liquet ex deductis in alia
decisione, & detractiones non competere, non fuit con-
trouersum, nam legitima detrahi non potest, cum non
agatur de fideicommisso descendentis, sed transuersa-
lium, † & Trebellianica est prohibita ex generali pro- 6
hibitione detractionum apposita in testamentis Rot. *dec.*
184. *numer.*9. *par.* 5. cum alijs in *dec.*358. *n.* 18. *par.*15. *recen.*
Nihil vrgente, quod sola † possibilitas detractionum re- 7
pellat fideicommissarium iuxtà *decis.* 121. *eadem part.* 15.
recent. cum id procedat solum in casu, quo dubitatur,

8 An detractiones debeantur, † vel an fuerint, nec ne totaliter conſumptæ.

Cæterum cum nec Maria Nicola, nec Flaminius poſſideant controuerſa loca montium, ſed ſolum contendant inter ſe quis eorum veniat immittendus, ideò ſicuti in alijs bonis ab ea poſſeſſis Flaminio hodiè decreta fuit immiſſio, ita ipſa in his, quæ non poſſidet, & eiſdem fideicommiſſis ſubſunt ex eadem ratione obtinere non valet immiſſionem, nam quando quæſtio eſt inter plures, qui ſe vocatos prætendunt, & quiſque ex ipſis immiſſionem
9 ſibi deberi prætendit, & nemo eorum poſſidet, † tunc ille præfertur, & immiſſionem reportat, qui meliora, & potiora iura habere iuſtificat Angel. *in l. final. verſ. ſed cupiens C. de edict. Diu. Adr. toll. ibique* Dec. *nu.4.* Rot. *deciſ. 184. n. 1. par. 5. recent.*

Et ita vtraque &c.

Hæc, & altera immediata deciſio ambo emanarunt in eadem cauſa, ſed ſuper diuerſo articulo.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Barchinonen. Canonicatus.

Lunæ 22. Iunij 1676.

ARGVMENTVM.

Ad effectum reſeruationis beneficiorum tractatur de probatione qualitatis Subcollectoris, eaque etiam ſine literis deputationis ex atteſtatione ipſius Collectoris generalis ſatis ſufficere reputatur, iunctis præſertim adminiculis ex publicis inſtrumentis reſultantibus, & ex teſtibus de eadem Subcollectoria cum omnimodo exercitio, & de publica voce, & fama deponentibus, quæ omnia cum etiam de per ſe plenam facerent probationem, eo magis ſimul conſiderata, pluſquam ſufficere viſa ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Subcollectoria apoſtolica probatur ex atteſtatione ipſiuſmet Collectoris generalis.*
2 *Teſtis omni exceptione maior, & deponens de re ad ſuum officium ſpectante plenè probat.*
3 *Subcollector apoſtolicus probatur ex vnico teſte cum adminiculis.*
4 *Subcollectoriam ad probandam non requiritur ſcriptura.*
5 *Teſtes deponentes aliquem eſſe ſubcollectorem, ac etiam de publica voce, & fama plenè probant.*
6 *Subcollectoriæ titulus, & exercitium ad effectum reſeruationis beneficiorum, ex quibus remaneant probata.*
7 *Subcollectoriam, ad probandam non ſunt neceſſariæ literæ patentes electionis alicuius in ſubcollectorem.*
8 *Teſtes metu excomunicationis deponentes præbent non leue fumum veritatis.*
9 *Atteſtatio Secretarij Epiſcopi contra poſita, cum atteſtatione eiuſdem Epiſcopi nihil probant.*
10 *Teſti de facto proprio, & de affirmatiua deponenti, magis creditur, quam non vni, ſed pluribus negantibus.*
11 *Teſtis deponens, quia erat Secretarius, non probat negatiuam, ſi alij etiam actum expedire potuerunt, quos ipſe neſcierit.*
12 *Teſtis de negatiua deponens, tenetur reddere rationem, etiam non interrogatus.*
13 *Ratio teſtis de negatiua deponentis debet eſſe concludens, alias ſuum dictum non valet.*
14 *Titulus ad impediendam executionem literarum apoſtolicarum debet eſſe par, coæqualis, & ab eodem fonte manare.*
15 *Tituli paritas non reſultat ex prouiſione ordinarij, cum alia ſimili prouiſione conceſſa à Papa.*
16 *Regula* quarta Cancellariæ, hodie quinta *reſeruans beneficia ſubcollectorum, habet decretum irritans, quod radicitus inficit omnem poſſeſſionem.*
17 *Prouiſus ab Ordinario non eſt legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem via executiua Prouiſo Apoſtolico.*

DECISIO DCCLVII.

IAM, & tertio ad examen redit hæc cauſa, Prouiſo enim per Capitulum, ſeù per Canonicum Turnarium Nicolau de Canonicatu vacante per obitum Io. Baptiſtæ Vila ſubcollectoris ſpoliorum Cameræ Apoſtolicæ in Diœceſi Barchinonen, Thomas eundem Canonicatum impetrauit, tanquam reſeruatum Apoſtolicæ Sedi, expeditiſque literis in forma Breuis, earum executionem obtinuit ab A. C. & commiſſa cauſa in gradu appellationis coram R. P. D. Taia ſub clauſula parito arbitrio Rotæ, deciſum fuit non intrare arbitrium pro retardatione literarum Apoſtolicarum, qua confirmata per aliam deciſionem coram eodem, & denuo commiſſa mihi cauſa à Signatura cum clauſula, alteri qui ad legitimam, propoſui hodie dubium: An ſit proceden. ad vlteriorem executionem, & DD iam deciſis inhærentes, proceden. ad vlteriora vnanimes reſolnerunt.

Cum enim de reſeruatione indubiè conſtet ex regula quarta hodie quinta Cancellariæ Apoſtolicæ, totus controuerſiæ Cardo ad probationem ſubcollectoriæ in perſona Io. Baptiſtæ Vila redigi videtur, & de ea fundatè
conſtare DD eſt viſum, † ex quo teſtis adeſt Reue- 1
rendiſſimus Candiottus Epiſcopus Balneoregien, qui tunc
temporis Apoſtolicus Collector in Principatu Catalo-
niæ, deponit ſe elegiſſe in ſubcollectorem Barchinonen.
Diœceſis Io. Baptiſta Vila: con tutte quelle facoltà, e giu-
riſditioni ſolite darſi à ſimili Succollettori, & à me come
Collettore conceſſe: Huic autem teſti vti omni exceptio-
ne maiori, † & deponenti de re ad officium ſuum ſpe- 2
ctante creditur Bart. *ad l. 1. § eum ff. de offic. prefec. Vrb.*
Iaſon *in §. quadrupli inſt. de act. gloſ. ad cap. cum à nobis de*
teſt. & ad cap. quoniam verb. duos de prob. Boratt. *deciſ.*
168. *numer. 16.* & alibi pluries, vt ex ad Adden. *ad eundem*
deciſ. 111. numer. 16. verſ. teſtis, & numer 17. Ad effectum
autem reſeruationis defunctum fuiſſe † ſubcollectorem 3
probatur per vnicum teſtem, concurrentibus admini-
culis. Ricc. *Collect. 1647. §. circa quam verſ. amplia* Bar-
boſ. *de offic. & poteſt Epiſcopi alleg. 57. numer. 124.* Caſtro-
pal. *oper. moral. tractat. 13. diſp. 2. punct. 20. numer. 6. verſ.*
immo vnicus Rot. *in Forolimen. S. Lazari 24. Nouembris*
1591. coram Gipſio, & in Vrgellen. Canonicatus 7. Maij
1593. coram Blancbetto, & præciſe ad rem *dec. 252. num. 1.*
part. 2. recent. Quandoquem ad Subcollectoriam proban-
dam † non requiratur ſcriptura Felin. *ad cap. in noſtra num* 4
7. in fin. de reſcript. Rot. *deciſ. 10. de offic. deleg in nou.*
Mandoſ. *ad reg. 4. num. 2. verſ. breuiter ego vbi, &* Ko-
chier. *numer. 6.* Maſcard. *de prob. concl. 317 nu. 25. & ſeqq.*
Lotter. *de re benef. lib. 2. qu. 32. num. 260.* Spad. *conſ. 252. à*
num. 2. vſque ad 9. lib 2 & in deciſionibus huius cauſæ latis
coram R. P. D. meo Taia, alia 7. Iunij 1675 ☞ *altera vero 11.*
Decembris eod anno, quas ſequitur Rota *in Zamoren. Ca-*
nonicatus, ſeu ſcolaſtriæ 31. Iannar. 1676. §. Rota tamen co-
ram R. P. D. meo Bon lemont.

Adminiculantur huic depoſitioni, & gemini teſtes in
curia formiter examinati Sacerdotes, eandem deputa-
tionem atteſtantes cum omnimoda iuriſdictione, ac de
publica voce, & fama deponentes, † adeo vt faciant ple- 5
nam probationem, vt in his terminis ſenſit Rot. *d. dec. 252.*
verſ deinde adſunt par. 2. recent. Adſtipulantur, & tres
alij teſtes, & ex his duo itidem Sacerdotes, vigore litera-
rum remiſſorialium in partibus examinati, aſſerentes
Vilam fuiſſe vnicum ſubcollectorem, eamque publicam
vocem, & famam in partibus viguiſſe.

Roborat teſtium dicta auctoritas à tribus publicis inſtrumentis reſultans, de tempore non ſuſpecto factis, in quorum primo de anno 1647. Vila attitular ſubcollectorem iurium, & emolumentorum Cameræ Apoſtolicæ in Diœceſi Barchinonen, & quietantiam facit Reuerendiſſimo Candiotto de libris decem pro aſſiſtentia facta in conficiendo inuentario ex officio ſubcollectoris,

In

In secundo 8. Aprilis 1653. Nuntius tunc Hispaniarum iniungens Vilæ, vt procedat contra Iacobum Cortada occasione debiti alterius subcollectoriæ, ipsum appellat subcollectorem Apostolicum in Diœcesi Barchinonen, & eodem titulo nuncupatur in publico compromissi instrumento à Commissario Apostolico, qui in eum tanquam in arbitrum consenserat pro litibus declinandis cum eodem Cortada, in tertio denique, in quo idem Commissarius Apostolicus quietantiam facit Corrado de pecunia, in qua per d. Vila, tanquam per arbitrum fuerat condemnatus, ibique iterum denominatur subcollector R. C. Apostolicæ in Ciuitate, & Diœcesi Barchinonen.

Hisce omnibus adduntur litteræ missiuæ de tempore pariter non suspecto conscriptæ præsertim à Reuerendissimo D Candiotto, quibus instante discessu suo Nuntio Hispaniarum inter cætera scribit, se reliquisse in Diœcesi Barchinonen. subcollectorem Vila; Aliisque in præfato Commissario, quibus iterum Vila subcollectorem appellat 17. Maii 1653.

Quibus demum accedit muneris exercitium à Vila præstitum in spolio Abbatis Saluadegna Monachi extra Claustra defuncti, de quo, & Reuerendissimus Candiottus in
6 depositione sua, † & ex ijs simul congestis probationibus
subcollectoriæ titulum, ac exercitium ad effectum de quo agitur plene probatum remanet, vt late habetur in *decisione huius causæ editæ coram R. P. D. meo Taia*, & prius in *Zamoren Canonicatus, seu scolastriæ 22. Iunii 1674. coram R. P. D. meo Rondinino, confirmata sub die 8. Martii 1675. & 14. Ian. 1676. cor. R. P. D. Bourlemont*.

Iisque sic stantibus parum curandum fuit visum, quod non exhibeantur litteræ Patentes electionis in subcollecto-
7 rem, † Necessariæ enim ad intentum non sunt Rota *d. dec. 452. num. 1 par. 2. recent.* Tum, quia iam satis de electione constat ex attestatione eligentis, qui patens viua merito dici potest, tum etiam quia de eadem patente à se visa, ac subiecta, & ad Curiam transmissa deponunt duo testes
8 metu excommunicationis inducti, † quæ depositio non
leuem fumum præbet *d. Zamoren Canonicatus scolastriæ 31. Ianuarii 1676. §. in præsenti coram R. P. D. meo Bourlemont*.

Attestationes autem in oppositum productæ, iam elisæ fuere in præcedentibus decisionibus. Quæ enim cæteris potior Bartholomei Seruat Secretarii Reuerendissimi Candiotti satis refellitur, & à se ipsa, & ex alleatis in vtraque decisione; Composita enim cum depositione Reue-
9 rendissimi Candiotti † subsistere non potest tanquam dire-
ctè contraria, & cedere debet attestationi Viri integritate, & dignitate conspicui, & de facto proprio in munere
10 suo deponentis, cui affirmanti magis credendum, † quam
non vni, sed pluribus negantibus *glos. ad l. diem proferre §. si plures in verb. consenserunt ff. de recept. arbitr.* Seraphin. *decisione 607. numer. 2.* Gregor. *d. decisione 449. numer. 6.*

Et licet ipse visus fuerit coarctare negatiuam, & insuper rationem reddere, quia scilicet inseruiebat Reuerendissimo Candiotto vti Secretarius; Irreleuans tamen adhuc euincitur, quia ex pluribus commissionibus datis *in Summario*, liquet Reuerendissimum Candiottum Collectorem aliis personis fuisse vsum in commissionibus expe-
11 diendis, † quod ipse Seruat potuit ignorare, ideoque eius
dictum non concludit, quia testes deponentes super nega-
12 tiua † debent rationem reddere, & si non interrogati Gre-
gor. *dec. 42. nu. 3.* Add. ad Buratt. *dec. 43. nu. 9.* & ratio debet
13 esse concludens, † alias dictum eliditur Grat. *discept. 678.
nu. 15.* Mantic. *dec. 51. nu. 9. & dec. 43. num. 2. parte prima recent.*

Cætera, quibus laborat hæc ipsa depositio Seruat doctissime ponderantur in *decisione R. P. D. Taiæ §. quas vt negare*, quibus nil addi potest, sicut & circa dicta aliorum testium in partibus examinatorum, necnon circa eorum examinis nullitatem in *decisione prima coram eodem § tum quia*.

Parum denique officere est visum, quod via ordinaria, & non executiua sit proceden, ex quo Nicolaus habet titulum ab Ordinario, & in possessione existat, ac proinde sit legitimus contradictor ad excluden executionem litterarum Apostolicarum; Non enim ad excluden. viam executiuam, & immissionem sufficit quilibet titulus,
14 cuius virtute quis possideat, † sed titulus debet esse
15 par, & æqualis, & ab eodem fonte, quæ paritas † non
subsistit inter titulum ab ordinario, & Apostolicam prouisionem, qui sunt fontes diuersi Zuccard. *ad l. fin. nu. 346. vers. & est aduerten. & ibi* Bart. *numer. 22 C. de edict. diu.* Adrian toll. Lotter. *de re benef. lib. 2. qu. 20. numer. 216. & 217* Menoch. *de adipisc. possess. nu. 165.* Mantic. *dec. 71. nu. 7. dec. 134. nu. 5. cor. Pen. & dec. 1313. nu. 12. cor. Coccin.*

Discussa igitur causa in prima instantia, & semel, & iterum in gradu appellationis, cum per duas decisiones iam constet subcollectoriam esse iustificatam, & reseruationem inductam vigore reg. 4. & nunc 5. Cancel Aposto-
licæ † cum decreto irritante, quod inficit radicitus quam- 16
libet contrariam possessionem, iam fit, vt Nicolaus pro-
uisus ab Ordinario, † non sit legitimus contradictor ad 17
impedien. Immissionem via executiua Rota cor. Cocc. *dec. 1313. & in Bononien. Archipresbyteratus 25. Martii 1648. cor. Eminentissimo Corrado*.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Supra in hoc eodem tomo 2. adest altera in hac causa decis. 532. in ordine.

R. P. D. CALATAIV.

Fauentina retractus.

Lunæ 22. Iunii 1676.

ARGVMENTVM.

Impedire prætendebat emptor iudicium retractus à creditore censuario intentatum, ex quo ipse alios creditores censuarios dimiserat, & cessionem ab illis reportauerat; cumque dimissio fuisset facta ex pecuniis rei venditæ, illorum cessio sibi non suffragari deciditur, quia illa solum extinctiua esse poterat; non autem translatiua, quæ non sufficit ad obtinendum, vel impediendum retractum, qui pro censu extincto non datur.

SVMMARIVM.

1 *Census ab emptore extinctus cum pecuniis rei emptæ, non impedit retractum intentatum à creditore alterius census, licet posterioris.*

2 *Emptor extinguens censum cum pecuniis rei empte, non potest acquirere cessionem translatiuam, quia dicitur extinguere proprium, debitum.*

3 *Retractus domino census conceditur ratione eiusdem census.*

4 *Retractus ius, quod competit ratione census, non est cessibile, nisi cedatur ipsemmet census.*

5 *Retractus, & ius prælationis cessit, data extinctione census, & iuris censualis, & nu. 9.*

6 *Emptor potest reportare cessionem à censuario anteriore cuius censum persoluit pro expellendis posterioribus creditoribus*

Non autem pro impediendo retractu intentato à censuario etiam posteriore ibidem & nu. 8

7 *Censu extincto, non extinguitur hypotheca, sed illius cessio est compatibilis cum census extinctione.*

8 *Retentio emptori non datur ratione census extincti contra alium censuarium introducentem iudicium retractus.*

10 *Retractus, seu iuris prælationis ad effectum, simplex hypotheca non attenditur.*

11 *Censuarius posterior non excluditur à iure retractus per creditores anteriores hypothecarios, sed solum ab aliis censuariis pariter anterioribus.*

12 *Censuarius in venditione rei census ex Bulla sanctæ memoriæ Pii V. habet ius retractus, & in illa præfertur.*

DE-

DECISIO DCCLVIII.

FVERAT vſque de anno * 1674. coram me reſolu-
tum, non eſſe locum retractui vigore Bullæ ſanctæ
memoriæ Pii Quinti intentato ab equite Salecchio credi-
tore vnius cenſus, impoſito ſuper prædio empto à Blaſio
de Pane, cauſa autem hodie repropoſita viſum fuit ex fa-
cto, fundamentum deciſionis deficere, & ideo Domini
receſſerunt à deciſis.

Quamuis enim emptor acquiſiuerit plures cenſus ante-
riores equiti Salecchio, & ex illis ſibi competere prælatio-
nem in iure retractus prætenderet, tamen hodie comper-
tum fuit, quod omnes præfati cenſus fuerunt acquiſiti
mediante pecunia in partem prædii debita ab ipſo empto-
1 res, † ideoque non potuit pro eis reportare ceſſionem tranſ-
2 latiuam, † quia per ſolutionem dicitur extinxiſſe debitum
proprium Thomat. *deciſ.* 202. *numer.* 25. Rota coram Du-
nozetto Seniore *dec.* 187. *num.* 2. Vbald. *deciſ.* 849 *numer.* 7.
ſanctæ memoriæ Gregorio *deciſione* 68. *nu.* 4. *& in Narnien.
pecuniaria* 19. *Ianuarii* 1674 §. *ſimiliter coram bonæ memor.
Priolo*.

3 Cumque prælatio † concedatur Domino cenſus ratione
ipſius cenſus ad tradita per Cencium de Cenſib. *quæſt.* 64.
numer. 15. *& quæſt.* 166 *numero* 23. Cyriac. *controuerſ.* 121.
numer. 4. Rota coram Gregorio *deciſione* 193. *num.* 6. Hinc
4 eſt, quod ius prælationis non eſt ceſſibile, † niſi cedatur
ipſemmet cenſus Ciarlin. *controuerſ. forenſ. capit.* 121. *nu-
mer* 36. *part.* 5. Cencius de Cenſib. *quæſt.* 66. *num.* 122. Olea
de ceſſion. iur. tit. 3. *quæſt.* a *numer.* 31. & data extinctio-
5 ne iuris cenſualis, † conſequens eſt, vt dictum ius præ-
lationis ceſſare debeat Nauarr. *tom.* 1. *tit. de vſur. numero*
127. Cencius de Cenſib *quæſt* 65. *numer.* 17. *&* 18. *& quæ-
ſtion.* 65. *numer.* 2 Duard. *eodem tractat.* §. 4. *quæſt.* 19 *nu-
mer.* 20. Boccacc. *pariter de cenſib. parte* 2. *numer.* 61. Rota
coram Dunozetto Seniore *deciſ.* 187. *numero primo*, *& per
totam*.

Non obſtat, quod cum etiam cenſu extincto poſſit em-
ptor allegare retentionem aduerſus creditores poſteriores,
ita etiam poſſit ius prælationis prætendere; quoniam li-
cet pro cenſu extincto poſſit emptor reportando ceſſionem
6 ab anterioribus creditoribus, allegare retentionem, †
hoc tamen intelligitur, ad effectum excipiendi, & ſe de-
fendendi aduerſus alios creditores poſteriores hypotheca-
rios, ratio eſt, quia etiam cenſu extincto, non extingui-
tur hypotheca, ſed illius ceſſio eſt compatibilis cum cenſus
extinctione Rota *deciſione* 650. *num.* 8. *verſ. non obſtaat, &
deciſ.* 666. *numer. primo verſic. quoniam coram* Merlin. &
coram Dunozetto Iuniore *dec.* 854. *ſub nu* 4 *verſ. neque ob-
ſtat*, *& nu.* 5. *& in recent. deciſ.* 189. *numer.* 13. *&* 14. *par-
te* 12.

8 Non autem dicta retentio † poteſt allegari aduerſus cen-
9 ſuarium poſteriorem, quia cenſu extincto, † extingui-
tur ius prælationis, quod competebat cenſuario anteriori
10 & non remanet niſi ſimplex † hypotheca, quæ non conſi-
deratur ad effectum retractus, ſeu prælationis, nec cen-
ſuarius poſterior poteſt excludi à creditoribus hypotheca-
11 riis, licet anterioribus, † ſed ſolummodo ab aliis cenſua-
riis anterioribus, vt in puncto firmat *deciſio* 52. *numer.* 7.
coram Baratto.

Secluſo autem iure prælationis allegato ab emptore non
dubitarunt Domini, quin equiti Salecchio creditori ex
12 cauſa cenſus † competeret ius retractus ex clara diſpoſitio-
ne dictæ *Bullæ ſanctæ memoriæ Pii V* vt vtrinque ſcriben-
tes admittebant.

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit.

Supra in alio præcedenti tomo iſtius decimæ octauæ partis
recentiorum adeſt altera præſentis cauſæ deciſio coram
eodem Reuerendo P. Domino Calataiù impreſſa ibi in
ordine 186.

R. P. D. VICECOMITE.

Romana Hæreditatis.

Lunæ 22. Iunii 1676.

ARGVMENTVM.

Matrem Binubam nec in hæreditate ſui
filii, nec in legato ſibi à viro relicto,
quoad proprietatem ſuccedere planum
eſt; Cumque adduceretur tranſactio in-
ter ipſam, & filiam ſecuta, Ea non
abſtare deciditur, tum quia renuncia-
tum non erat lucris occaſione Binuba-
tus eidem filiæ prouenientibus, tum
etiam quia illa fuerat læſiua, vltra di-
midiam, & Beſſem, & ideo remane-
bat nulla, non obſtante, pacto reſti-
tuendi ſummam receptam, quatenùs
illa impugnari prætenderetur.

SVMMARIVM

1 *Legatum à primo viro vxori factum ei quoad ſolum vſum-
fructum acquiritur, reſeruata proprietate filiis prio-
ris coniugii.*

2 *Mater binuba in ſolo vſufructu ſuccedit filiis primi ma-
trimonii.*

3 *Mater per tranſitum ad ſecunda vota amittit legitimam fi-
lii, quoad ſolam proprietatem.*

4 *Mater binuba non poteſt de omnibus ſuis bonis diſponere
in fauorem ſecundi viri.*

5 *Succeſſio bonorum matris binubæ, detracta legitima filio-
rum primi matrimonii, poteſt æqualiter ab ipſa inter
illos, & ſecundum virum diſtribui.*

6 *Tranſactio, ſeu renunciatio facta à filiis in fauorem ma-
tris binubæ, non comprehendit lucrum ipſi à lege de-
latum occaſione ſecundarum nuptiarum.*

7 *Binubatus infert iniuriam filiis prioris matrimonii.*

8 *Tranſactio, ſeu renunciatio filiorum primi matrimonii,
debet continere expreſſam refutationem legum ſecun-
darum nuptiarum.*

9 *Tranſactio facta à filiis prioris coniugii, quatenùs com-
prehendat lucra ſecundarum nuptiarum, ſi poſt tran-
ſitum matris ad ſecunda vota facta ſit, & num. ſeq.*

10 *Actoris intentio ex reuolutione proceſſus, & ab il-
lius petitione dignoſcitur.*

11 *Lucra ſecundarum nuptiarum non niſi poſt mortem
parentis binubi redeunt ad filios prioris Coniu-
gis.*

12 *Tranſactio vltra dimidiam, & vltra beſſem læſiua, re-
manet nulla.*

13 *Læſio vltra dimidiam habet etiam locum in tranſactio-
ne.*

14 *Prauentiua reſtitutio, & aſſignatio aliquid proportio-
nabiliter tribuere debet, non autem totum, vel maio-
rem partem importare, & nu. ſeqq.*

15 *Senex regulariter prius moritur, quam iuuenis.*

16 *Solutionis præuentio non habetur in conſideratione, ſi
nulla adæquata proportio ſit.*

17 *Tranſactionem impugnans ex cauſa diuerſa, nec etiam
vigore pacti, tenetur reſtituere recepta.*

18 *Tranſactionem impugnans ex iure claro, non tenetur re-
ſtituere, ſed poteſt retinere rem acceptam.*

DECISIO DCCLIX.

LVCRETIAM, quæ ad ſecunda vota cum Felice tran-
ſiuerat, iam dictum eſt ſub die 26 * Februarii 1674.
acquirere non potuiſſe, niſi quoad vſumfructum ſua vi-
ta durante legatum ſcut. 500 ſibi à primo Viro conſtitu-
tum, † quoniam proprietas erat reſeruata Dominicæ fi- 1
liæ, ea primo Coniugio ſuperſtiti per vulgatum *Text. in
l. fœmin. C. de ſecund. Nupt. & ex §. illud hac eadem lege*,
ſimili modo dictum eſt de hæreditate Pauli filii pariter pri-
mi matrimonii, † in qua dicta Lucretia Mater Binuba 2
ſucceſſit, cui cum nulla eſſet facta poteſtas alienandi
eiuſdem filii bona, ea defuncta, integra, & plena ſucceſ-
ſio deuoluebatur ad eandem Dominicam defuncti Soro-
rem, nulla facta per hæredem dictæ Matris ea eius per-
ſona detractione legitimæ, † quia tranſeundo ad ſecundas 3
nuptias illam amiſerat, Merlin. *de legitim. lib.* 4. *tit.* 2. *qu.*
1. *per tot.* Rota coram Buratt. *deciſ.* 82. *num.* 1. *cum ſeqq.* &
demùm ea diſpoſitione *l. hac edictali eodem titulo*, reſo-
lutum eſt, non potuiſſe Lucretiam Matrem de omnibus
ſuis bonis diſponere in ſecundum virum illum inſtituendo
vniuer-

4 vniuersalem hæredem, † sed ex his detracta pro Domi-
5 nica filia primi matrimonii legitima, † quod reliquum
est iorer ipsam, & Vitricum fore in capita diuidendum,
& prout latius in mea præcitata decisione, in qua Domi-
ni perstiterunt.

Et cum vlterius quæsitum fuerit an d. Dominicæ po-
tuerit obstare renunciatio in transactione cum Matre su-
per successionibus eiusdem Matris, & fratris facta, nega-
tiua prodiit resolutio, quia qualiscumque sit d. renuncia-
6 tio, † non est apta in sua latitudine comprehendere lu-
7 crum à lege prouenientes filiis ea causa iniuriæ, † qua illis
infert binubatus Matris, Oldrad. *cons. 294 sub nu. 9.* Cra-
uett. *cons. 242. nu. 7. vers. tertio responderet* Rot. *dec. 45. nu.
25. & 26 par. 7. rec.* Et renunciatio adhoc vt præiudicet,
8 † debet continere specialem renunciationem dd. legum vt
de *l. hac edict.* alii dixerunt Hodiern. eiusdem legis Glos-
sator *quæst. 21. nu 128.* & per eum concordantes, & de lege
fœminæ est præcitata *dec. 45 nu. 26. par. 7. rec.* cum ibi con-
gestis, & alii quos refert dicta mea decisio §. *quæ omnia*.

Neque ex eo quod lis fuerit per Dominicam introducta
postquam Lucretia eius mater transitum fecerat ad secun
9 das nuptias, † dici potest, quod transactio deinde subsequu-
ta, & renunciatio in ea emissa, comprehendebat etiam
bona, quæ fœminis auferuntur propter pœnam binuba-
tus, quia reuolutis actis, & inspecta petitione, ex quibus
10 † instantis dignoscitur intentio, Rota coram Bich. *dec. 104
num. 9.* nullibi constat in iudicio de hoc fuisse actum, cum
alias fuisset ineptum petere bona à primo viro prouenien-
11 tia ob pœnam binubatus, dum † nisi post mortem binubę
deuoluebantur ad d. filiam primi matrimonii superstitem,
vt legitur in littera *Text. d. l. fœminæ, & l. hac edictali*,
Rota cor. Celso *dec. 46 nu. 6. & cor.* Bichio *dec. 293. nu. 6.* &
infra cum vulgatis.

Firmis his sic in facto, & in iure manentibus, dicta
transactio cum Matre inita nullatenus obstare potuit Do-
minicæ filiæ, quoniam fuit ex ea enormissime læsa; Cum
enim vt dictum est consequi deberet post obitum Matris
legatum sc. 500. à Patre prouenienѕ, necnon succedere in
bonis fratris, cuius hæreditas non erat decocta, vt oppo-
nebatur, & conuincitur ex Inuentario variis mobilibus
iocalibus, & creditis iuxta hominis conditionem non mo-
dicis completo, & rursus in bonis Matris, quæ apparebant
consistere in dote scut. 1000. assequutura esset legitimam,
& deinde medietatem eius, quod supererat, pr his om-
nibus habuit tres tantum Cymbas onerarias valoris scut.
250. & alia scut. 25. ita vt iis calcularis, pateat quantum
fuerit non solum vltra dimidiam, sed etiam vltra bessem
12 læsiua, & propterea nulla iuata *l. 2. C. de rescinden. vend.*
13 † quę locum habere in transactione tradiderunt Corn *cons.
27. sub nu 5. lib. 4.* Surd. *cons. 480. num. 13.* cum aliis in dicta
mea decisione § *Neque & his*.

Neque de huiusmodi læsione notabiliter diminuitur ex
præuentiua assignatione facta per Matrem filiæ dum alias
nonnisi post eius mortem in dictis bonis fuisset successura,
& interim potuisset præmori, quia euentus periste incer-
14 tus, † potuit quidem aliquid tribuere, vt haberetur pro
portionabilis respectus ad præuentiuam assignationem ex
Iason. *in l. si Pater Puellæ, nu. 8. C. de inoffic. testam.* sed pro-
15 portio est adeo tenuis, vt cum regulariter moriatur prius †
16 senex, quam iuuenis, in minima † habita fuerit conside-
ratione ex traditis per Rota cor. Durao *dec. 146. nu. 21.*

Pactum demum de restituendo prius accepta, quam im-
17 pugnaretur transactio, non obstat Dominicæ, † quia cum
ex iuribus in ea non comprehensis impugnetur pactum hu-
iusmodi in ea insertum ad diuersa non extenditur Rot cor.
Merlin. *decis. 809. nu. 14.* & passim, & etiam quia cum ex
dd. iuribus vndique notis consequi debeat maiorem sum-
18 mam, † retinere interim potest minorem, & prout hæc
omnia latius in dicta mea decisione §. *fin.* firmantur, cum
qua DD. transie-unt vnica tantum parte post secundam
propositionem informante &c.

Altera præsentis causæ decisio est impressa in præceden-
ti tomo primo istius decimæ octauæ partis rec. vbi est in
ordine 244.

R. P. D. CALATAIV.

Calaguritana Beneficii.

Lunæ 22. Iunii 1676.

ARGVMENTVM.

Collatum erat beneficium ab Episcopo personæ habili, non obstante appellatione interposita à reiectione termini vltra marini; cum autem de vtriusque concurrentis qualitatibus dubitatum sit, pro appellante est decisum, quia fuit repertus idoneus ad curam animarum; erat enim ætate senior, & in Clericatu prior, Sacristæ officium exercuerat, ac de tempore vacationis reperiebatur in Curia, quæ omnia pro concedenda prælatione beneficiorum attendenda sunt.

SVMMARIVM.

1 *Terminus vltra marinus si denegatus sit, potest appellari.*

2 *Beneficium adiudicari debet illi, qui ab examinatoribus habilis fuit repertus, & nu. seqq.*

3 *Habilis ad curam animarum proculdubio præfertur solis habilibus ad simplicia Beneficia.*

4 *In Diœcesi Calaguritana super collatione, & adiudicatione Beneficiorum seruatur dispositio motus proprii Clementis Octaui.*

5 *Collatio, seu institutio Beneficii facta ab Episcopo post reiectionem termini vltra marini, à qua etiam appellatum sit, substineri non potest.*

6 *Attentata sunt omnia gesta post interpositam appellationem, eamque partibus intimatam, & super numer. 1.*

7 *Qualitates maiores habens, in concursu præfertur illi, qui eisdem qualitatibus remanet destitutus, & numer. 8.*

9 *Sacristæ officium si quis exercuit in Ecclesia, in qua existit Beneficium, huiusmodi qualitas est multum releuans, & pluribus aliis præponderat, numer. 10.*

11 *Ætas maior tàm ratione temporis, quàm clericatus plurimum confert ad obtinendam prælationem in Beneficiis.*

12 *Præsens in Curia in materia collationis Beneficiorum præfertur absenti.*

DECISIO DCCLX.

VACANTE per obitum Georgii Samaniego simpli-
ci Beneficio in Ecclesia Sanctorum Michaelis, &
Stephani loci de Prexano, Gabriel Garzia filius patrimo-
nialis eiusdem loci degens in Curia, comparuit ibidem
per Procuratorem in termino edictorum, & institit pro
solito termino vltramarino ad effectum personaliter com-
parendi, † qui cum fuerit sibi denegatus appellauit; & 1
commissionem vigore appellationis personaliter notificare
fecit Iosepho Ruiz de Cordexuela eius competitori; cum-
que examinatus ab examinatoribus Vrbis repertus fuerit
habilis, etiam ad Curam animarum, † Dubium propo- 2
sui, cui adiudicandum sit Beneficium, & Domini dicto
Gabrieli informanti adiudicandum esse censuerunt.

Ipse enim est filius patrimonialis loci Beneficii, & est
habilis non solum ad simplicia, sed etiam ad Curam Ani-
marum, † vnde proculdubio est præferendus habilibus 3
ad simplicia tantum, & venit instituendus vt disponitur
in motu proprio Clementis Octaui, † vigentis in illa Diœ- 4
cesi, vt pluries resoluit Rota signanter in illa celebri *Ca-
laguritana Obseruationis motus proprii 13. Iunii 1657. coram
Reuerendissimo Domino Melt.o, & in Calaguritana Benefi-
cii de Ondenqui 25. Maii 1659. coram bonæ memoriæ Priolo,
& in Calaguritana Beneficii de Arnedillo 11. Ianuarii 1666.*

coram

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Domus.

Veneris 26. Iunii 1676.

ARGVMENTVM.

Pro credito in transactione ad minorem summam redacto, exequutiuè procedi potuisse deciditur, vigore particularis conuentionis initæ cum hærede debitoris, non obstanre; quod ille bona possidere prætendisset, tamquam empta à tertio, quia & de huiusmodi emptione non docuerat, & hoc sibi suffragari non poterat, cùm d. tertius ipse etiam hæres debitoris fuisset, sicque non debuerat creditor pro consecutione eiusdem sui crediti longiores vias experiri, & solutionem minutatam recipere.

SVMMARIVM

1 *Sequestrum, & executionem facere potest creditor vigare pacti cum suo debitere conuenti.*
2 *Obligare vnusquisque se potest sicut vult, & obligationem suam adimplere senetur.*
3 *Pacta seruari omnino debent, si non sunt contra bonos mores, aut al ao à iure improbata.*
4 *Executionem iam factam impugnans, suam inteatienem clarè, & concludenter probare tenetur.*
5 *pro Exequutione semper præsumitur donec eentrarium plenè non fuerit probatum.*
6 *Exequutiuè procedero potest ereditor vigore conuentionis initæ eum debitore, & numer. primo & 7.*
7 *Viam exequutiuam habere à iure, vel ex partium conuentione paria sunt.*
8 *Lex, & ceauentiones contrabentium æquipollent.*
9 *Benorum mentio quande dicatur stare ampliatiuè noa restrictiuè.*
10 *Dictio*, etiam, *ampliat & non restringit.*
11 *Exceptio facta de certis bonis, omnia alia boaa fuisse comprebeasa demonstrat.*
12 *Creditor maioris summæ, si illam per transactionem reduxit ad minorem, aon debet pro illius consequutione lengiores vias experiri; aut creditum, minutatim recipere.*

DECISIO DCCLXII.

CREDITVM scutorum 3654. pro quo Margarita obtinuerat mandatum contta bona hæreditaria Francisci Scarlatti, necnon alterum scutorum mille ex causa census, illiusque fructuum, fuit mediante transactione stipulara cum procuratore Lucreriæ hæredis Marci Antonii hæredis dicti Francisci reductum ad scuta 1450. pro quorum faciliori consequutione conuentum fuit, quod Margarita illa assequi posset super bonis hæreditariis dicti quondam Francisci existentibus penès quemcumque, etiam penès ipsam Lucretiam, licèt prouenirent ex donatione illi facta per Marcum Antonium, ac etiam quod liceret exequi mandatum prædictum absque alia citarione, & procedere ad subhastationem, & deliberationem.

Verùm cùm propter nouas difficultates protraheretur ratificatio, interim Margarita curauit sibi pro scutis 660 adiudicari creditum hæredum Marci Antonii, & & superuenta postmodum ratificatione, in ea fuit approbata dicta adiudicatio, & alia pacta plura fuerunt apposita, signantèr quod pro scutis 750. residualibus liceret Margaritæ agere nedum cootra bona hæreditaria Francisci, sed etiam illius hæredum, existentia tam apud ipsam Lucretiam, quàm alias quascumque personas; Vndè ad instantiam Margalitæ expedito seqnestro, & facta exequutione super domo, de qua agitur, Signatura Causam Rotæ commisit cum clausula, *sine præiudicio*; propterea dubitaui tam super validitate sequestri, quàm exequutionis, & vtrumque substineri fuit resolutum.

Est enim litteralis conuentio, quod Margarira creditum suum posset consequi super bonis hæreditariis Francisci, & illius hæredum, etiam apud ipsam Lucretiam
manentibus, & propterea benè potuit creditrix ad seque-
strum, & executionem deuenire † vigore prædicti pacti 1
executiui, de cuius validitate dubitari nequit, cùm
quisque possit se obligare prout vult, † & seruare tene- 2
tur pactum, quando non est contra bonos mores, † aut 3
aliàs à iure improbatum, *capit. primo de pactis*, ad rem nostram notat Rota *decis. 106. nu. 3. cor. Arguelles*, & *dec. 108. num. 1. coram eodem*, cum aliis per Cancer. *resolut. 31. numer. 2.*

Nec subsistit, quod Margarita procedere non possit via executiua contra hanc domum, quam titulo emptionis Lucretia acquisiuisse prætendit à Marco Antonio, quia præter quod hodie post factam executionem,
ipsa, quæ venit impugnando illam, † deberet id con- 4
cludentèr probare, cùm pro validitate executionis præ-
sumatur, † donec contrarium concludenter probetur, 5
Surd. *decis. 106. numer. 9.* Rota *decisione 121. numer. 4. coram Cardinali Celsa*, cessat motiuum ex eo, quod Marcus Antonius fuit hæres Francisci, ideò etiam si domus fuisset illius, adhuc vigore pacti exequendi contra bona, nedum Francisci, sed etiam illius hæredum, existentia penès quemcumque, & signantèr penès ipsam Lucre-
tiam, † benè potuit Margarita proindè procedere execu- 6
tiuè, cùm idem sit viam executiuam habere à iure, † 7
quàm ex partium conuentione, quia lex, † & con 8
uentiones contrahentium æquipollent, *leg. penultim. Cod. de pignorat. actien.* Asin. *de execut. capit. 15. numer. 2. & 3* Rota *decision. 106. numer. 7. & 8. coram Arguelles*.

Minus releuat in instrumento traosactionis facultatem prædictam fuisse Margaritæ tributam exequendi super bonis donatis à Marco Antonio, non super emptis,
quia mentio bonorum donatorum non † stat restrictiuè, 9
sed ampliatiuè † vt denotat dictio *etiam*, Rota *decis.* 10
191. *numer. 21. & 239 numer. 5. coram Bichie*, & manifestè conuincitur ex ipsommet instrumento ratificationis,
vbi exceptis locis montium, & domo ad vsum ludi † pi- 11
leæ, datur super cæteris aliis bonis tam Francisci, quàm illius hæredum amplissima facultas exequendi, quod expressè demonstrat omnia alia bona etiam possessa à Lucretia fuisse obnoxia executioni faciendæ per Margaritam, ad *textum in leg. cum prætor ff. de iudic.* ne aliàs ipsa, quæ pro scutis 3654. ad effugiendum lites, & parcendum expensis, contenta erat per viam concor-
diæ de solis scutis 1450. † postmodum in illas qoam 12
maximè incideret, si pro illorum consecutione longiores vias experiri debuisset, & creditum diminutum recipere.

Et ità decisum fuit substineri sequestrum, & executionem, vtraque parte informante.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Bononien. Affictus Postarum.

Veneris 26. Iunii 1676.

ARGVMENTVM.

Ad solutionem condemnantur fideiussores conductorum Postarum, quia de eorum clara obligatione constitit, ex publico instrumento obligatione camerali vallato, quod facit probationem probatam,

batam, bonificatis tamen in ea partitis affrancationum litterarum, quæ à creditore sunt receptæ; hinc traditur Postarum cursus originem duxisse à Cyro Persarum Rege, quingentis annis ante Christum natum.

S V M M A R I V M.

1 *Cursus Postarum antiquitus originem duxit quingentis annis ante Christum natum à Cyro Persarum Rege.*

2 *Senteatia apparet valida ex reuolutione processus.*

3 *Senteatia lata pendeate termino ad respondendum positionibus, aoa dicitar nulla si positiones extra terminum probatorium sint productæ.*

4 *Positiones extra terminum probatorium à statuto præfixum admitti non debent.*

5 *Positiones admissæ cam clausala si, & in quantum, non censentur admissæ, sed reiectæ, si illæ admittendæ non erant.*

6 *Debitor legitimè coademnatur si de eius clara obligatione constat, & nu seqq.*

7 *Instrumentum publicum facit probationem probatam, & manifestam.*

8 *Francatara, seù Franchitia à debitore recepta, in creditum excomputari debet.*

9 *Solutionem semel factam denuo, & amplius fieri bona fides non patitur.*

DECISIO DCCLXIII.

IN Ciuitate Bononiæ à Scipinne Cataneo generali Conductore; Carolus de Angelis cum Francisco Bonn, &
1 Hieronymo de Lottis subconduxit Postarum † cursus, quem antiquitus originem duxisse quingentis annis ante Christum natum à Cyro Persarum Rege, perhibet Brissonius, cuius verba refert Ludouic. Horning. *de legal. postar. iur. capit. 4. folio mihi* 26. & ex nostris tradunt Alciat. *super tribus libris Cod. titul. de cursu public libr. 12. titul. secunda fol. mihi* 136 Larrea *allegat. fiscal.* 30 *numer.* 4. *& sequentibus*, contra quorum fideiussores, nempè Ioannem Piodam, & alios decisum fuit sub die 18. Februarii superioris anni fuisse ritè, & rectè sententiarum ab Auditore Prolegati Bononiensis pro solutione subaffictus facienda Ferdinando à Mõte cessionario prædicti Scipionis Catanei; Repropofita hodie Caosa, Domini in eadem sententia permaoseruot, iuxtà tamen modum inferius exprimendum.

2 Nam sententiam validam † esse apparet ex reuolutione processus Bononiæ compilati, absque eo, quod validitatem obumbret prætextus nullitatis, desomptus ex quo Iudex sententiam subscripserit pendente terminn ad
3 respondendum † positionibus, qoia cùm illæ productæ fuissent lapso rermino probatorio à Constitutione Curiæ
4 Eminentissimi Legati statuto, † non debebant admitti, & proindè dum Iudex illas admisit si, & in quantum, vti-
5 que non dicitur admisisse, † sed reiecisse, vt adeurtunt Barbos. *de claasul. claasul.* 149. *numer.* 3. Rota *decis.* 27. *nu.* 8. *par.* 9. *rec.* & alii cumulat in pręterita *decisioae §. voluatatis cor. me.*

6 Iustè autem fuisse condemnatos fideiussores † liquet, quia conitat de credito, dum se obligaruot soluere pro dictis Subconductoribus in ipso Instrumentn Camerali obli-
7 gatione vailato, † quod facit probationem probatam, & rem manifestam, Rota cotam Arguelles *dec* 6 *num.* 4. *& dec.* 57. *nu.* 1. *cor.* Ninot. *& dec.* 149. *nu.* 1. *post* Zacchiam *de oblig. Camer.*

Vnum tamen in hodiernoa disputatione fuit animaduersum, ex iuribus, seù vacchettis pro fideiussoribus productis resultare, quod Ferdinandus receperit nonnullas francaturas rerum, & epistolarum Venetias, & Fer-
8 ratiam asportatarum; † Vndè ad fauorem debitorum Rota censuit in Calculo præmittendo executioni sententiarum, etiam esse bonificandas partitas earundem vacchettarum, expresse cantantes pro supradictis affran-
9 caturis, † cùm æquitas non patiatur, quod semel exactum iterum exigatur, iuxtà textum in *l. bona fides ff. de regulis iuris.*

Atque ità in hunc modum Domini steterunt in decisis, vtraque parte informaote.

Supra in hac eadem parte, & tomo secuodo adest altera, & prima præsentis causæ decisio coram eodem Reuerendissimo D. Albergato Decano, quę est ibi in ordine 454.

R. P. D. E M ER I X.

Romana Manutentionis.

Veneris 26. Iunii 1676.

ARGVMENTVM.

Opus sub certis conuentionibus, ac præscripta forma adimplendum, in se assumpserat Artifex, quibus tamen neglectis, illud in melius commutasse pretendebat, prout etiam Peritus affirmabat, sed ad pacta seruanda; & opus iuxtà formam præscriptam adimplendum, mediante grauatoria, compellitur, quia licèt tolleretur excessus, qui fit in melius, pacta tamen, & conuentiones seruari omninò debent.

S V M M A R I V M.

1 *Ioannes Franciscus de Rubeis excellens sculptor, & Architectus nuncupatur.*

2 *Artifex opus iuxta formam conuentam in omnibus perficere debet.*

3 *Grauatoria relaxatur contra Artificem vt defectus sui operis corrigat, & illud iuxta pacta, & conuentionem adimpleat, & nu. 10.*

4 *Iuramentum, & promissio iurata iuxta formam conuentam adimpleri debent.*

5 *Eques IO: LAVRENTIVS BERNINVS hic excellens nuncupatus ita præfuit Pictura, Sculptura, Architectura, & Mathematica, vt ab Academia Regis Francoram in Vrbe singularis in singulis, & in omnibus vnus summo iure dictus sit.*

6 *Periti relatio excedeatis limites sui officii non attenditur & nu. 6.*

7 *ad Iudicem, non ad peritum spectat declarare an opus vltra conuentionem, in melius adimpleri possit, & forma promissa mutari.*

8 *Artifex possit ne opus in meliorem formam redigere, & pacta, seù conuentionem non adimplere.*

9 *Excessus tolerabilis est per quem actus in melius, ac vtilius expletar.*

10 *Forma conuentionis, & pacta inter contrahentes sunt omninò seruanda, amplia, vt nu. 8.*

DECISIO DCCLXIV

MARCHIO Robertus cupiens memoriam Francisci Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Cennini patrui de se benè meriti, mediante insigni deposito, seù monumento, quantum humana fragilitas patitur, in longum æuum conseruari, conuentionem iniit cum Ioanne Francisco de Rubeis Architecto, † & excellenti Scul- 1
ptore, qui pro mercede scutorum mille se obligauit monumentum construere iuxtà typum, seù plantam ab ipso præcedentèr delineatam, ac in instrumento conuentionis insertam, & præsertim in eo apponenda sunt verba conuentionis; Vna pietra di marmo neta per metterui l'inscrittione, vna morte di bronzo, & vn'arma del Signor Cardinale pia memoria di marmo vnita, con i suoi suolazzi di panno attorno; quia autem idem Sculptor formali, & præcisæ huic obligationi contrauenit, & monumentum iam erectum inuentum est in multis partibus à typo, & conuentis capitulis difforme, Ideò A. C relaxauit

contra

contra illum mandatum de granando, & ad factum, donec promissa adimpleat; Vndè commissa mihi causa appellationis, dedi dubium, An idem mandatum sit relaxandum, affirmatiuè per Dominos resolutum.

Inter cæteras enim discordantias adnotatas in iudiciali accessu per eundem A. C. facto, apparet, quod lapis inscriptioni destinatus non constat vnica petra, sed pluribus, & minutis fragmentis inter se compactis, quodque loco pannorum volantium ex marmore conficiendorum circa stemmata gentilitia Cardinalis, substituti fuerunt duo pueri, seù duo Angeli plastici, & quod mortis simulacrum non æneam, sed ligneam gestat falcem, quæ omnia à capitulis supra relatis discordant non solùm in forma, sed
2 etiam in materia; † Ideoque cum sit in potestate artificis
3 hos defectus corrigere, & promissa adimplere, † ad id cogendus est vsitato remedio grauatoriæ; de quo *glos. in l. stipulatio 21. §. opus autem, verbo siue, ff. de operis noui nunciat.* Bald. *in l. si is 22. sub nu. 1. vers. aut intelligas C. locat.* Parlador. *rer. quotidian. lib. 2. cap. vltim. par. 5. §. 2. nu. 6. vers. aut verò*, Rota *dec. 284. nu. 32. & seqq. par. 9. rec.* tantò magis
4 stante promissione † iurata per singularem *glos. in l. si pecuniam verbo accepisse habeas, ff. de condit. causa data*, Gabr. *de iure iurand. conclusion 8. num. 1. & 2.* Adden. ad sanctæ mem. Greg. XV. *dec. 241. num. 7. post principium*, Rota cor. Seraph. *dec. 805 nu. 3. & 4 & d. dec. 284 nu. 34 par. 9. rec.*

Nec pro adimplementi probatione suffragatur relatio
5 † Equitis Ioannis Laurentii Bernini Periti electi, asserentis Sculptorem opus confecisse iuxtà regulas architecturæ, & pinguis, ac vtiliùs obligationi satisfecisse, etiam in mu-
6 tatione formæ, † quia in vtroque excessit limites sui officii, in prima parte scilicet, dum eius deputatio facta fuerat solùm ad cognoscendum, an Artifex obseruauerit particulares conuentiones partium, non autem generales regulas artis, & in secunda, quia ad Iudicem, non ad Peritum pertinebat declarare, an Artifex potuerit conuen-
7 tam formam mutare, † & per pinguiùs adimplementum præcisæ obligationi satisfacere, ideoque eius relatio non est attendenda, Cephal. *cons. 104. nu. 26.* Rota cor. Coccino *dec. 422. nu. 7. & 8. cor.* Eminentiss. Otthobon. *dec. 205. nu. 12. & cor.* Dunoz. Inn. *dec. 826. nu. 9.*

Licet autem excellentis huius Periti iudicium aliquibus ex Dominis satisfecerit circa ea, quæ respiciunt formam, & propterea Sculptori imputandum non esse censerent, si
8 loco pannorum volantium apposuit duos pueros, † ex quibus monumentum concinniùs ornatur iuxtà eiusdem re-
9 lationem ex ratione, quod tolerabilis sit excessus; † per quem actus meliùs, & vtiliùs expletur, ad *text. in l. diligenter in fine ff. mandati*, Vrsill. ad Afflictum *decision. 232. num. 5.*

Existimarunt tamen communitèr excusari non posse defectus materiæ, cum in hac Artifex negligendo conuentiones in instrumento initas, non vtiliùs, sed viliùs opus expleuit in lapide ex pluribus fragmentis compacto, in pueris plasticis, & falce ex ligno confecta, quæ omnia cùm breui consumentur, frustrata remanet intentio Marchio
10 nis conseruandi in longum æuum memoriam † Cardinalis, ideoque intrat contraria regula, quod forma conuentionis, & pacta inter contrahentes stipulata sunt seruanda ad textum in *l. 1. & in l. iuris gentium §. prætor ait ff. de pactis* Cephal *cons. 438 nu 1. & seqq.* Surd. *dec. 260. nu. 12. & 53.* Rota cor. Coccin. *dec. 2075. nu. 3. & cor.* Bich. *decis. 179. nu. 15.* & alias passim.

Ex quibus conclusum fuit relaxandum esse mandatum
11 de grauando contra Ioannem Franciscum † ad effectum, vt monumentum compleat, apponendo lapidem integrum pro inscriptione, & pueros substentantes stemmata ex marmore, vel si malit pannos volantes similitèr ex marmore, & falcem mortis ex ære, vtraque parte informante &c.

Sub hac eadem die adest altera præsentis causæ decisio super denegatione solutionis residui mercedis, quæ quia est nimis breuis, & relatiua ad præsentem, ideo fuit omissa.

R. P. D. CALATAIV.

Calagurritana Capellaniæ.

Veneris 26. Iunii 1676.

ARGVMENTVM.

Expensarum refectionem ob recursus habitos ad Iudices laicos continet hæc decisio, in qua non solùm expensas consuetas reficiendas esse mandatur, verùm etiam illas, quæ pro auocatione causæ de vno Iudice ad alium factæ sunt, in quarum liquidatione, cùm illa à iudicantis arbitrio dependeat, admissi sunt testes, notula iurata, ac ipsa etiam verisimilitudo, quia leuiores probationes adhunc effectum sufficiunt.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio ab excommunicatione non conceditur, nisi refectis expensis.*
2 *Expensæ vbi reficiendæ sunt, præfigitur terminus parti ad illas liquidandas.*
3 *Expensarum in liquidatione leuiores probationes sufficiunt, quæ plurimum ex arbitrio iudicantis dependeat.*
4 *Iudex in materia expensarum perspectis facti circumstantiis, modo ad maiorem, modo ad minorem quantitatem illas taxare solet.*
5 *Expensæ factæ pro auocatione causæ de vno iudice ad alium reficiendæ sunt,*
6 *Expensæ taxantur in summa, quæ verisimilis sit, & satis appareat iustificata.*
7 *Expensæ probantur tum ex testibus, tum ex notula iurata illius, qui eas fecit.*
8 *Expensæ in iudicio absolutionis à censuris quæ refici debeant.*
9 *in Expensarum creditum compensari debet summa à Notario habita ex pecuniis alterius partis, & deinde ab eodem Notario alteri parti solata.*
10 *Expensæ omnes reficiendæ sunt in materia recursus habiti ad iudices Laicos.*

DECISIO DCCLXV.

CVM in decisione edita coram me sub die prima Februarii 1674. fuerit dictum, Roccho de Rueda non
esse dandam absolutionem, † nisi refectis expensis passis 1
à Ioanne, & Petro de Salazar occasione plurium recursuum à dicto Rueda habitorum ad Iudices laicos, propterea in eius executionem dictus Rueda impetrauit commis-
sionem cum solita † præfixione termini quatuor mensium 2
prædictis de Salazar ad illas liquidandas, & facta in partibus liquidatione, eaque in actis producta, proposui dubium Ad quam summam eædem expensæ essent taxandæ, & Domini ad summam inferiùs exprimendam illas taxandas esse censuerunt.

Cùm enim in hac materia leuiores probationes admit-
tantur, † plurimumque Iudicis arbitrio deferatur, vt te- 3
statur Rota coram Peutinger. *decis. 7. num. 1 & 3.* qui per-
spectis hinc indè circumstantiis, † modò ad maiorem, 4
modò ad minorem summam, solet illas taxare; Ideò in proposita facti specie dixerunt, expensas factas pro auoca-
tione Causæ à Gubernatore Oppidi de Brinas, † illiusque 5
remissione ad Prouisorem, seù Vicarium generalem Calagurritanum ascendentes ad regalia 1508. esse reducendas ad regalia 1108. cùm in hac summa visæ sint verisimiles,
† & satis iustificatæ, tùm ex notula iurata, tùm ex tribus 6
testibus, Bichius *dec. 389. nu. 10.* Rota *in Asloricen. Parochialis de Rubiana 4. Iulii 1657. §. respectu cor. Eminentiss. D. Cardinali Cerro.*

Quo verò ad alias factas occasione recursuum habitorum à Rueda ad Curiam Vallisoletanam, ex quo apparent ex publicis instrumentis, vt in Summario *num. 3.* † 7

qoæ

quæ satis probant in hac materia Dunozett. Iun. *dec. 674. nu. 1.* firmandas esse censuerunt in 916. regalibus argenti, dempta partita ducatorum quinquaginta argenti pro asportatione actorum originalium ex Cancellaria Vallisoletana ad Romanam Curiam, quæ visa non fuit iustificata.

Cæterum quoad expensas factas in Curia consistentes in honorariis Procuratoris, Aduocati, & copiis scriptura-
8 rum, tam in disputatione dubii, An sit danda † absolutio quàm in positione præsentis Causæ, necnon pro habendis decisionibus super vtroque dubio emanatis, esse taxandas in scutis quadraginta quinque, & bononenis 30. iuxtà partitas in Summario positionis Causæ *numer. 5.* & lo folio ad
9 partes, † ex quibus demenda suot scuta quatuordecim soluta à Notario Causæ ex pecuniis penès eum existentibus spectantibus ad Rocchum de Rueda, & sic summa liquida dictarum expensarum remanet in scutis triginta vno,
10 & bononenis triginta, † quam dictus Rueda reficere tenetur, ad limites decisionis Rotalis *in Asloricen. Parochialis 4. Iulii 1657. §. pro præsenti coram Eminentissimo D. Cardinali Cerro.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R E V E R E N D I S S I M O D. A L B E R G A T O.

Sacræ Rotæ Decano.

Colonien. Canonicatus.

Veneris 26. Iunii 1676.

A R G V M E N T V M.

Onus lecturæ, ac Sacerdotii simul erat beneficio iniunctum, illud tamen neque actu Lectori, nec minus Sacerdoti confertur, quia lectura non per viam conditionis, sed modi requirebatur in eo, & sic poterat adimpleri post beneficium obtentum; Sacerdotium verò solùm necessarium ad effectum assequendi fructus, non impediebat, quominus illud etiam non Sacerdoti conferri posset, maximè quia vtrumque ab obseruantia interpretatiua erat apprimè declaratum.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficium adiudicari debet præseatato à maiori parte patronorum, posthabita præsentatione minoris partis.*

2 *Legendi onas beneficio iniunctum per viam modi, non autem conditionis, adimpleri potest post quæsitum emolumentum, & sic post adeptum beneficium.*

3 *Obseruantia optima interpres cuiuscunque dispositionis, etiam qualitatem beneficii declarat, & nu 7.*

4 *Canonicatus Ecclesiæ collegiatæ requirit ætatem annorum quatuordecim à iure communi requisitam.*

5 *Concilium Tridentinum nihil innouauit respectu ætatis pro Canonicatibus requisitæ in Ecclesiis collegiatis.*

6 *Sacerdotalis qualitas requisita solum ad effectum consequendi fructus, non est absolutè necessaria in præsentato.*

7 *Sacerdotale esse beneficium, vel non, aut alias qualitates requirere ab obseruantia declaratur, supra numer. 7.*

8 *Manutentio possidenti conceditur, pro qua obtinenda sufficit anterioritas à sola temporis præuentione dependens.*

9 *Possessio anterior etiam per horam, & simplex momentum pro obtinenda manutentione præfertur.*

D E C I S I O DCCLXVI.

CVM per obitum Nicasii vacasset Canonicatus in Ecclesia S. Gereonis, à Rectoribus, & Prouisoribus Vniuersitatis Coloniæ, ad quos vigore Indulti Bonifacii Noni spectat præsentatio, seù nominatio, fuit ab eorum maiori parte nominatus Henricus Willelmus Abhouel Artium, & Philosophiæ Doctor, qui etiam institutionem obtinuit ab Abbate S. Martini Executore deputato in eodem Indulto; sed insurrexit Franciscus Gaspar Sierstorff, & quamuis nominatus à minori parte, nihilominùs se intrusit in possessionem, & in ea obtinuit manuteneri, sub prætextu, quod Henricus non esset actu Lector, nec in ætate ad Sacerdotium requisita, sed interposita ab eo appellatione ad Rotam, & nemine pro parte appellati comparente per contradictas, subscripsi, & proposui dubium super bono iure, etiam ad effectum manutentionis, & pro Henrico fuit resolutum.

Etenim pro parte Henrici bonum ius visum est resultare ex eo, quod docet de omnibus, quæ ad obtinendum Canonicatum requirit Indultum Bonifacianum, nempè de Clericatu, Doctoratu, & de præsentatione à maiori parte eorum, qui ius præsentandi, seù nominandi habene
† quibus omnibus concurrentibus, eidem Canonicatus 1
debet adiudicari, excluso Francisco Gaspare prædictis destituto, *capit. quoniam de iurepatron.* Rota coram Bich. *decis. 444. num. 1. & 17. & decis. 202. num. 1. & 11. coram Peutinger.*

Nec obstat, quod de tempore nominationis Henricus actu Cathedram non obtineret in publico Gymnasio, quia præter quod id accidit propter non existentiam vacationis Lecturæ, cùm omnes sedes tunc essent plenæ, Indultum Bonifacianum non imponit onus legendi per viam
conditionis, sed per viam modi, † qui potest adimpleri 2
post quæsitum emolumentum, & sic post adeptum Beneficium, vt tradit Bartol. *in l. quibus § Terminus num. 1. ff. de condit. & demonstrat.* Rota *in Perusina resolutionis contractus 27. Februarii 1671. §. pro scutis coram Reuerendo Patre Domino meo Calataiù, & in Neapolitana hæreditatis 9. Maii 1672. § quo verò coram me,* iuncta potissimum obseruantia conferendi Doctoribus, etiamsi Cathedra va-
cans non adiit, † obseruantia enim est optima interpres 3
cuiuscumque dispositionis, vt in proposito dixit Rota *decis. 803. numer. 12. coram Merlin & decis. 363. num. 19. coram bo. me. Cardinali Celso, & in rec. decis. 133. num. 5. & 6. par. 12* in specie resolutum fuit de hoc eodem Canonicatu 1. *Februarii 1673. cor. Reuerendiss. Matthæio.*

Minus releuat, quod Henricus non esset Sacerdos, vel saltèm in ætate sufficienti ad Sacerdotium, quia cùm ver-
semur in Canonicatu Ecclesiæ Collegiatæ † satis est ætas 4
quatuordecim annorum requisita à iure communi in *cap. super ordinato, vbi glos. in verb. pueri de præben.* cum Sa-
crum Concilium Tridentinum † circa hoc nihil innoua- 5
uerit, vt relata declaratione Eminentissimorum Interpretum illius Sacræ Synodus dixit Barbos. *de potest. Episc. allegat. 60. num. 71. & de Canon. cap. 13 nu. 14.* Narbon. *de ætat. hum. ann. 14 quæst. 55. sub nu. 2* Rota cor. Arguell. *dec. 34. nu. 34 & 35. & in Aretina Canonicatus 31. Ianuarii currentis anni cor. R.P.D. meo Calataiù.*

Quinimò cum Ordo Sacerdotalis in hac Ecclesia requiratur dumtaxat causatiuè, ad effectum lucrandi fructus, quibus Canonici Sacerdotio non insigniti non gaudent, non autem, vt sine eo incurratur priuatio Canonicatus,
† ob id talis qualitas absolutè non requiritur in præsenta 6
to Lotter. *de re benef. lib. 2. quæst. 47. nu. 48.* Tondut. *resol. benef. tom. 1. par. 2. cap. 3. §. 12. nu. 16.* Gonzal. *ad reg. 8 Cancell. glos. 5. nu 106.* Rota *decis 421 sub num. 1. par. 1. recent.* Itaque faciliùs cùm huiusmodi Canonicatus primæ gratiæ in dicta Ecclesia conferri soleant simplicibus Clericis in ætate quatuordecim annorum constitutis, cum conditione quod fructus percipere non valeant, nisi postquam ad Sa-
cerdotium assumpti fuerint, † quæ obseruantia optimè 7
ostendit qualitatem Beneficii, nempè non esse Sacerdotale, vt in terminis dixit Rota *in Cremonen iurispatronatus 27. Iunii 1675. & 11. Decembris eiusdem anni cor. R. P. D. meo Emerix.*

Qun verò ad alteram partem dubii respicientem manutentionem, dum ex prædictis constat de bono iure Henrici, & de eius actuali possessione, in qua capienda præ-
uenit Franciscum Gasparem, vtique illi debetur manu-
tentio, † pro qua obtinenda sufficit anterioritas, quę 8
pendet

pendet à sola præuentione temporis, Posth. *obseru.71. a.2.*
9 etiam horæ, † & momenti Posth. *d. obseru.71. n 9.* Barbos.
de Canon. & Dignit. cap.18. n 12. vers. amplia, Rota *dec.19.*
n.1. & seqq. par. 1. diuers. & dec.135. nu.1. par.1. recent.
Et ita decisum fuit per contradictas &c.

R. P. D. T A I A.

Taurinen. Matrimonij.

Veneris 26. Iunii 1676.

A R G V M E N T V M.

Matrimonium contrahere cum Virgine deflorata condemnatur stuprator, quia ità ille promiserat, & sub hac spe mulierem seduxerat; cùm autem virginitatis probatio in hoc casu requiri videretur, super illa satis visa est sufficiens iurata assertio ipsius mulieris, tam in odium delinquentis, quàm etiam quia habet pro se præsumptionem naturæ, eò magis cùm probata fuisset adhuc bona fama eiusdem mulieris, eiusque parentum.

S V M M A R I V M.

1 *Stuprans mulierem tenetur cum illam contrahere matrimonium, maximè si fateatur stuprum, & numer.27. & seqq.*
2 *Virginem si quis seduxerit, & dormierit cum ea, dotabit eam, & habebit in vxorem.*
3 *Virginitas mulieris defloratæ etiam si non probata, præsumitur, asserente muliere cum iuramento, se tempore stupri fuisse virginem.*
4 *Virginitatem ideo sufficit allegari à muliere deflorata, quia est in odium delinquentis, & habet pro se præsumptionem naturæ.*
5 *Virginitatem mulieris defloratæ allegare non sufficit, nisi etiam illius bona fama probetur, eiusque parentum.*
6 *Mulier vilis conditionis, & in caupona existens, si asserit se defloratam, quatenus, & quomodo suam virginitatem probare teneatur.*
7 *Stuprator non est præcisè, & absolutè cogendus ad stupratam in vxorem ducendum, & vid. supra num.1. & seqq.*
8 *Stuprator si promisit stupratam ducere in vxorem matrimonium cum illa contrahere tenetur.*
9 *Pactum contrahendi matrimonium cum virgine deflorata, adimpleri, & exequutioni demandari debet.*
10 *Deflorans virginem etiam si fictè promiserit illam ducere in vxorem, matrimonium tamen cum ea contrahere tenetur.*

D E C I S I O DCCLXVII.

DVOBVS testibus contestibus audientibus promissionem Michaelis desponsandi Mariam, & videntibus stuprum, instituit ipsa coram Ordinario Taurinen. pro desponsatione, qui condemnauit Michaelem ad ducendam vxorem Mariam, vel eam dotandam, qua appellante ad Nuntium Apostolicum, hic reformauit sententiam, condemnando Michaelem ad præcisè nubendum, & cum prædicta Maria matrimonium contrahendum; Appellante autem Michaele, & instante Maria pro matrimonio, propositum est dubium in Rota, An Michael stuprator sit cogendus ad contrahendum matrimonium cum stu-
1 prata, † & Domini cogendum responderunt, maximè fatente Michaele copulam carnalem ad septem menses, etiamsi negante promissionem desponsationis, & stupratæ virginitatem.

Quia si seduxerit quis virginem nondum desponsatam,
2 dormieritque cum ea, † dotabit eam, & habebit vxorem, in textu non solùm Pontificio, *cap. 1. de adult. & stupr.* sed & Diuino *Exodi, & Deutoron. vtrabique cap.22.* & adhuc addebatur, vt plenè discussus articulus *dec.163. vsque ad nu.26. par.9.* licèt in facto reuocata *in dec.19. par.10.*

Negata virginitas à Michaele, etiamsi non probata à
Maria, fuit præsumpta à Dominis, † quod stuprata as- 3
serente se fuisse virginem tempore stupri creditur cum iuramento, & iurata asseruit Maria: Quando Michele hà principiato ad hauer copula meco, ero ancor figliuola vergine; Tùm in odium delinquentis, † tùm etiam 4
quia talis assertio habet præsumptionem naturæ pro se, Barbos. *ad dictum cap. primum num. 5. cum alleg.* maximè superadditis abundè testimonijs testium probantim bonam famam parentum, & Mariæ ipsius, † etiam re- 5
quisitam, apud Centolin. *ad decis. 74* post Farinac. *cons. lib.1. vers. verum hæc regula*, & adhuc magis si mulier sit vilis conditionis, † vtpotè existens in caupona 6
hospitij vsque ad regulæ limitationem, ad Sarayn. apud Mathesil. *sing.99 num.10* & deinde Farin. *de delict. carnis quæst.147. sub n.70.* & magis *cons.90. num.3. lib.1. ad l. quæ adulterium 29 vers. si verò potantibus ministerium præbuerit C. ad l. Iul. de adulteriis*.

Cùm autem in huiusmodi etiam alia *Taurinen. Matrimonij* Causa, aliàs Domini conformiter censuerint † stu- 7
pratorem præcisè, & absolute non esse cogendum ad stupratam ducendam, iuxtà *cap.2. de adult. & stupro*, coram Pæn Lugdun *edit. dec.74. ex num.6. in decimum cum alleg.* (& est *d. dec. 74.* post Farin *cons. lib. 1.*) & cum pluribus Farinac. *d. quæst. 147. num.98.* non sola discordia DD. sed antinomia.

Præsto est promissio desponsationis, vt supra, † & su- 8
per omnia promissione constante, ac stupro † Iudex debet 9
studiosè agere, vt promissa adimpleantur ad summam, *&*
cap.3. de pact. & casus etiam fictè promittentis, † & sub 10
ea spe deflorantis, apud P. Sanch. *de matr. disp. 10. ex n. 2. lib.1. & ibi alleg.* Thesaur. *dec.3. n.3. ad fin. vers. verum in foro conscientiæ, & citra conditionem*, Rota *in d. dec.74. in fine, & d. dec.163. maxime ex n.20. cum alleg.*

Et ita, altera tantùm Parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. R O N D I N I N O.

Nouatien. Iurispatronatus.

Veneris 26. Iunii 1676.

A R G V M E N T V M.

Beneficium de iurepatronatus collatum erat ab Ordinario, non obstante oppositione Communitatis illius patronæ, quod proindè præsentato ab eadem Communitate deberi deciditur, quia de eius pertinentia constare visum est, neque obstabat præsumptio vsurpationis in illa, quia constito de veritate reseruationis, prout etiam quod illud erat cum persona priuata commune, eadem præsumptio locum habere non poterat.

S V M M A R I V M.

1 *Iuspatronatus, quod duobus patronis spectat, potest totum in vnum, vel alterum ex illis transferri, accedente consensu ordinarij.*
2 *Institutio beneficij de iurepatronatus debetur præsentato ab illius patrono.*
3 *Collatio beneficij iurispatronatus facta ab ordinario spretis patronis, est nulla.*
4 *Communitates habentur pro personis potentibus in materia vsurpationis iurispatronatus.*
5 *Vsurpationis iurispatronatus præsumptio in personis potentibus ad mentem Concilij cedit veritati constito de initio reseruationis illius.*
6 *Iuspatronatus nec etiam ex dispositione Concilij præsumitur à personis potentibus vsurpatum, si illud possideatur, & retineatur simul cum persona priuata.*
7 *Beneficium iurispatronatus si sit collatum à Papa ex causa permutationis, vel similis, hoc non repugnat statui patronali.*
8 *Papa per simplicem collationem beneficij de iurepatronatus,*

non censetur illi derogare voluisse nisi aliunde de eius voluntate doceatur.

DECISIO DCCLXVIII.

NON obstante oppositione Communitatis loci Lizzoni Nouarien. Diœcesis, de cuius iurepatronatus existit Curata Ecclesia illius loci, Ordinarius in dicto concursu, illam contulit, tamquam de libero Carolo Antonio, à quibus iterata appellatione, Communitas causam committi obtinuit bonæ memoriæ Priolo, coram quo intra legitima tempora cùm Ioannem Franciscum de Nigris præsentasset, illum instituendum esse hodie Domini dixerunt.

Cùm enim absolutum sit iuspatronatus huius Ecclesiæ spectare ad Communitatem illius loci, vt constat ex instrumento dismenbrationis huius curæ ab Ecclesia matrice loci Crumeni vsque ab anno 1455. cum reseruatione iurispatronatus Parocho d. Ecclesiæ matricis, &
1 eidem Communitati Lizzoni, † in quam posteà consentiente Ordinario integrum iuspatronatus pro rata spectante ad prædictum Parochum ritè transijt, ex deductis per Calderin. *consil. vltim de iurepatronat.* Rocc. *d. tractat. vers. pro eo quod Diœcesani in fin.* Lambertin. *illo eodem tract. lib. 1. parte 1. quæst. 4. art. 10. per totum, & par 2. quæst 12 art 2. numer.* 10 & vice stipendij annui Curato nouæ Ecclesiæ anno 1591. Communitas totam dotem assignauit in stabilibus, cuius donationis occasione obtinuit ab Ordinario confirmationem iurispatronatus pro rata sibi à Parocho prædictæ matricis communicata, in quorum omnium executionem, & comprobationem Communitas vsque ab anno 1533. reperitur in quasi possessione præsentandi, consequens perindè est, vt consti-
2 to de pertinentia iurispatronatus † institutio debita sit Ioanni Francisco à Communitate patrona præsentato,
3 posthabita collatione Ordinarij, † quæ vtpotè facta spretis patronis nulla est, ad textum *in can. decernimus 16 q 63.* Felin. *in capit. cum* Bertoldus *n. 96. de sentent. & re iudic.* Viuian. *de iurepatronat. lib. 10. cap. 3. nu. 8.* Rota *post eundem dec. 17. nu. 6.*

Neque hoc casu intrat vsurpationis præsumptio, non
4 secus ac Communitas † habeatur pro persona potenti, iuxta disposita per Concilium Trident. *session. 25. de reformat. cap. 9.* quia ex mente ipsius Concilij vsur-
5 pationis præsumptio cedit veritati † constito de initio ipsius reseruationis iurispatronatus ex instrumento dismembrationis prædictæ, cuiusque confirmationis auctoritate Ordinarij, quæ nec in præsenti casu posset adduci, stante concursu Parochi Eumeniæ, quia præsumptio vsurpationis à Concilio Tridentino considera-
6 ta, † non procedit quando persona, vel familia priuata habet iuspatronatus simul cum familia potenti, vel cum Vniuersitate ex ratione, de qua in proposito tradit Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 99. num 15. & 16.* Adden ad Buratt. *decis. 142. sub num. 14.* Viuian. *de iurepatronat. lib. 5. cap. 5. nu. 79.* Rota coram Caual. *dec. 89. per tot. & in recent. par. 2. dec. 155. num. 7. par. 9. decis. 321. num. 18.*

Neque vrget in contrarium, quod ab anno 1612. vsque ad præsens non constet de aliqua præsentatione Communitatis, sed potiùs de prouisionibus apostolicis, tamquam de libero, quoniam ab eo tempore citra adsunt solùm duæ prouisiones apostolicæ, quarum altera est tamquam de deuoluto ob vacationem per annum elapsum sine prouisione, atque altera ex causa permutationis, quæ proindè cùm habeant suam causam requisi-
7 tæ † auctoritates Pontificiæ, non præiudicant, neque repugnant statui patronali, cui non censetur Pontificem
8 derogare voluisse, † nisi aliunde doceatur de eius voluntate, iuxtà deducta per Rotam apud Viuian. *de iurepatronat. dec. 26. n. 8. & dec. 29. n. 4. dec. 30. n. 9. & in recent. par. 9. dec 245. num. 37.*

Et ita altera parte audita, & altera monita.

R. P. D. VICECOMITE.

Romana Pretij Palatij.

Veneris 26. Iunij 1676.

ARGVMENTVM.

Pro liquidando iusto pretio rei venditæ oris aperitio conceditur, quia cum non petatur rescissio contractus, illa denegari non poterat ei, qui in venditione non interuenerat, non obstante consequutione partis eiusdem pretii cum obligatione de euictione, quia licèt resultaret exindè venditionem fuisse approbatam, non autem inferri poterat, illam pro iusto pretio fuisse sequutam.

SVMMARIVM.

1 *Aperitio oris sicuti difficilius conceditur pro rescindendo contractu, ita facilius impartitur ad effectum liquidandi iustum pretium.*

2 *Arbitrium regulari debet ab æquitate, quæ iuris rigorem remittit.*

3 *Arbitrium super oris aperitione non denegatur illi, qui in contractu non interuenit, vel in eo citatus non fuit.*

4 *pro Aperitione oris quatenus sit opus docere de læsione, vel sufficiat exhibere fumum, quod mens Papæ non fuerit impleta, & nu. 5.*

5 *Fumus ad effectum obtinendi aperitionem oris ex quibus resultet, & dicatur esse sufficiens nu. anteced. & seqq.*

6 *Domus in Vrbe etiam paruæ calculantur ad rationem scutorum quinque pro centenario.*

7 *Palatio insignia almæ vrbis ita æstimari debent habita ratione pensionum, vt reddant minus quinque pro centenario.*

8 *Papæ in Signatura Gratiæ partibus informantibus non potest dici non fuisse factam mentionem omnium Breuium, dum omnia iura fuerunt hinc inde deducta.*

9 *Subreptionem ad euitandam etiam generica mentio, aut notitia sufficit.*

10 *Aperitio oris solum obstaculum remouet, & ideo nemini præiudicium infert, sed benè iustitiam sapit.*

11 *Papæ aliquod non fuisse narratum non sufficit, si eo expresso, adhuc à concessione se non retraxisset.*

12 *Approbata dicitur venditio mediante receptione pretii, & ideo amplius impugnari non potest amplia, & limita vt num. sequentibus.*

13 *Iuramentum semper obstat agenti, vt sine absolutione à periurio non excusetur, limita vt nu. seqq.*

14 *Recipiens pretium, vel partem rei sine suo consensu venditæ, licet approbet venditionem, non tamen dicitur agnoscere iustum pretium.*

15 *Euictionem promittens pro summa recepta, non approbat rem fuisse venditam iusto pretio.*

16 *Confessio vt præiudicet confitenti debet esse valde præcisa, & vndique certa.*

DECISIO DCCLXIX.

ACTIONES subsidiarias ad pretium Palatij olim bo. me. Cardinalis S. Seuerinæ Sanctorij in Monte Citorio siti dirigentes Iosephus, & Pompilius fratres de Vallettis Sanctoriis, ad quos pro medietate spectare dixit Rota 21. Aprilis 1673. * & 20 eiusdem 1674 contra PP. Somascos S. Biasii, cùm deuenire voluerint ad illius iusti pretij liquidationem, compertum est, totum ferè negotium esse connexum cum DD. Principe, & sororibus de Lodouisijs, quorum Patri bo. me Cardinalis Capponius idem Palatium vendiderat, quod ipse priùs à dd Patribus emerat, sed cum propter clausulas *sublata, & decretum irritans*, aliasque preiudiciales in literis Apostolicis fa. me. Innocentij Decimi in forma Breuis super vtraque venditione emanatis, de nostra iurisdictione dubitaretur; obtenta propterea per Actores à Signatura Sanctissimi Commissione cum clausula, *præuia aperitione oris arbitrio Rotæ*, mihique directa, dubium proposui: An intret arbitrium, quod fuit à Dominis affirmatiuè resolutum.

Pre-

Præmiſſo namque, quod petitio Aduerſariorum non
continet, vt infringantur venditiones, in quibus conſiſtit
ſubſlantia Breuium, ſed ſimpliciter, vt remoto impedi-
mento ex prædictis clauſulis reſultante, poſſint ſuper li-
quidatione iuſti pretij audiri, adeo vt vti in primo caſu
ſtrictiùs, & nonniſi ex magna cauſa procedere ſolear Rota,
1 † in altero verò magis prona, & indulgens reddatur iuxta
diſtinctionem, quàm habemus coram Orano *dec. 711 nu.
3. par. 4. diuerſ. dec. 8. par. 2. & dec. 621. vtrobique n. 1. par.
3. recen.* Hinc proindè regulando arbitrium non ſolùm ab
2 æquitate, prout in hiſce caſibus † ſolemus, quæ iutis ri-
gorem remittit, vt in his terminis tradit Spad *conſ. 278 n.
1. lib. 2.* ſed etiam ad intentionem Principis concedentis, qui
in ſuis literis expreſsè voluit, vt Palatium venderetur iu-
ſto pretio, ideò, nè clauſulæ præiudiciales in ijs inſertæ
contra earum mentem operentur, & ita iura actorum, qui
in dd. actibus venditionum non fuerunt citati, iuſtamque
credendi cauſam habent, Palatium non fuiſſe iuſto pretio
3 venditum, remaneant indefenſa, & inaudita, † arbitrium
pro aperitione oris non debuit denegari, Pruitian. *conſ. 53.
n. 2.* Rub. *de clauſ. clauſ. 778. num 78.* Barboſ *eodem tract.
clauſ. 175. n. 6* Marchelan. *de commiſſ. aper. oris n. 60. par. 2.
pag. 417.* Spad. *præcit. conſ. 278. nu. 2.* Rota coram Seraph.
*deciſ. 942. numer. 2. circa fin in recent. deciſ. 621. numer. 2.
par. 3.* coram bo. me. Card. Celſo *dec. 270. nu. 1. cum tribus
ſeqq.*
4 Prò iuſta autem, & ſufficienti cauſa † non fuit opus do-
cere de læſione, vel alio grauiori præiudicio iuxtà diſtin-
ctionem ſupra præmiſſam, quam etiam ponit Mareſcott.
var. reſol lib. 2. cap. 1. nu 111. & ſeq & cap. 37 n. 67 & 69.
5 ſed ſatis fuit exhibere fumum, † quod mens Papæ non
fuerit adimpleta in venditione Palatii pro iuſto pretio, vt
ſubdit mox citata *deciſio Celſi 270. n. 4 & 5.* & fumus ſuffi-
ciens in præſenti præbetur ex eo, quod Palatium erat val-
de conſpicuum, in quo ſplendidè inhabitare poterant Prin-
cipum Oratores, & S.R.E. Cardinales, vt exponunt eæ-
dem literæ Innocentii X & locabatur annua penſione ſcu-
torum 1200. cumque fuerit primo venditum à Patribus S.
Blaſij pro ſolis ſcutis 21896 pretium iſtud non correſpon-
det penſioni, & vix excedit æſtimationem cuiuslibet par-
6 uæ Domus, † quæ calculatur, vt reddat annuas penſiones
ad rationem quinque pro centenario illius valoris, Rota
coram Caualer. *dec 358. n. 2 & dec. 387. nu. 4.* cum aliis *in
Romana Domus, ſeù melioramentorum 5. Maii 1673. § quan-
tum autem coram me*, cum tamen in æſtimandis Palatijs
7 inſignibus ratio penſionis habetur, vt reddat † minus quin-
que, iuxtà *dec. 579. n. 11.* coram Coccin. & coram Bich. *dec.
406. n 11 & dec. 607. n. 20.* & prout teſtantur etiam Archi-
tecti Vrbis.

Non obſtat, quod in oblinenda commiſſione ſuper ape-
ritione oris non fuerit Papæ narratum aliud Breue, quàm
illud directum Procametario ſuper prima venditione, cum
tamen emanauerint alia duo, alterum ſuper approbatio-
ne dictæ venditionis, alterum ſuper confirmatione eiuſ-
dem, ac etiam ſecundæ factæ D. Principi Ludouiſio, adeò
vt ex iſta reticentia dici debeat ſubreptitia d. commiſſio.
Primò, quia Partibus vtrinque informantibus, quidquid
oportuit, deductum fuit, hinc pro concedenda, indè pro
8 deneganda oris aperitione, † nec ideò dicendum eſt, quod
dd. Breuium non fuerit facta mentio, quodque per orga-
num Congregationis Signaturæ Gratiæ non innotuerint
9 Papæ, † cuius etiam generica notitia ſufficit ad euitandam
ſubreptionem, Honded. *conſ. 89. n. 27. lib. 1.* Rot. coram Bu-
ratt. *dec. 883. n. 6* coram Coccin *dec. 1721. nu. 36.* Secundo
ceſſat ſubreptio, quia cùm agatur de ſolo obſtaculo remo-
10 uendo, quod nemini præiudicium infert, † ſed benè iuſti-
tiam ſapit, ex tradit per Mareſcott. *var. reſolut d. lib. 2. ca-
pit. 37. verſ. vnde &c.* dato etiam, quod Papæ fuiſſent nar-
11 rata dd. duo Breuia, † adhuc non ſe retraxiſſet à conceſſio-
ne d. Commiſſionis, Felin. *in cap. ſuper literis n. 8. de reſcrip.*
Ferrett. *conſ. 229. n. 4. lib. 1.* Rot. coram Buratt. *præcit. dec.
883. n. 2. & in rec. dec. 11. n. 15. & 16 par. 6.*

Similitèr non obſtat, quod Ioſephus recipiendo in dua-
bus vicibus ſcuta 7522. 40. de pretio Palatij, ſemel, atque
iterum approbauerit in quietantijs venditionem, & om-
12 nia in ea contenta, † quæ modò propterea impugnare non
poteſt, vt in his terminis dixit Rot. *dec. 485. num. 20 par.
4 tom. 2. recent.* Eòque fortiùs, quia acceptatio fuit iurata,
13 & ſine abſolutione Agenti † ſemper obſtat periurium,
Rot *deciſ 12. numer. 1. & 2. poſt tractat. de iuram. Patris
dei Bene*. Quoniam non agitur hic de impugnanda vendi-
tione, † ſed de liquidando iuſto pretio, vt ſupra præmiſ- 14
ſum eſt, nec quietantiæ iuratæ, quæ exhibentur, appro-
bant pro iuſto pretium ſcutorum 21896 ſed continet dum-
taxat promiſſionem de euictione pro ſumma recepta, quod
non impugnatur, † & vnum valdè differt ab altero, & ta- 15
men ad hoc, vt confeſſio præiudicet † debet eſſe valdè præ- 16
ciſa, & vndique certa, Rot. *in Perusina tranſactionis 27.
Februarii 1671. §. nec viſum fuit*, approbata *in Romana
Pecuniaria 22. Iunii ſuperioris anni §. nec etiam coram
me*.

Et ita vtraque parte informante, reſolutum fuit.

Supra in alio præcedenti tomo primo iſtius decimæ octaue partis adſunt aliæ duæ dec. in hac cauſa 86. & 272. in ordine.

R. P. D. VICECOMITE.

Tarraconen. Iuris congregandi.

Veneris 26. Iunii 1676.

ARGVMENTVM.

Ab antiquiſſimo tempore, metam centum annorum excedente, conſueuerant Beneficiati, & Commenſales Eccleſiæ Tarraconenſis pro negotiis eorum Congregationis in eadem Eccleſia ſe coadunare, eis primo loco vetitum, quia de eorum quaſi poſſeſſione non conſtabat, nunc autem conceſſum, quia centenaria præſcriptio concurrere viſa eſt, quæ operatur effectum immemorabilis, & quod magis ponderatum fuit, huiuſmodi Congregatio erat antiquiſſima, & adhuc cum pietate vigebat, & tandem quia nullus ſtrepitus, & ſcandalus oriebatur in populo, quo in caſu Eccleſia non eſt locus incongruus pro tractandis negociis Confraternitatum.

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtratio Eccleſiæ, & eorum, quæ intra illam continentur, ſpectat ad Capitulum.*
2 *Beneficiati, Confratres, ſeu Commenſales Eccleſiæ non ſunt de gremio Capituli.*
3 *Seruitus Eccleſiæ imponi non poteſt inuito Capitulo.*
4 *Seruitutem diſcontinuam ad acquirendam, requiritur probatio immemorabilis, & num. 6.*
5 *Ius faciendi Congregationes in Eccleſia, vel alio loco dicitur ſeruitus diſcontinua.*
6 *Immemorabilis eſt vnum ex requiſitis ad probandam, & acquirendam ſeruitutem diſcontinuam. & ſupra num 4.*
7 *Centenaria præſcriptio oritur ex actibus excedentibus metam centum annorum.*
8 *Centenaria præſcriptio operatur effectum immemorabilis.*
9 *Præſcriptio centum annorum ad effectum acquirendi ſeruitutem diſcontinuam æquiparatur immemorabili.*
10 *Centenariæ præſcriptionis vigore allegari poteſt immemorabilis, & quicumque melior titulus de mundo.*
11 *Commenſalium, ſeù Confratrum, & Beneficiatorum Congregatio in Eccleſia Tarraconenſi eſt antiquiſſima, & viget cum pietatis exemplo.*
12 *Eccleſia non eſt locus incongruus pro tractandis negociis Confraternitatum, ſecluſo ſtrepitu, & ſcandalo.*

DECISIO DCCLXX.

NON licuiſſe Commenſalibus, & Beneficiatis Ec-
cleſiæ metropolitanæ Tarraconenſis in tractandis
proprijs negotijs ſe congregare in Choro eiuſdem Eccleſiæ
abſque licentia Capituli, & Canonicorum Sententia Ro-
tali Reuerendiſſimi Domini mei Decani definitum fue-
rat, ea ratione, quod cùm adminiſtratio Eccleſiæ, † & re- 1

rum, quæ intra eam continentur, spectet ad Capitulum, ad tradita *in capitulo relatum il secondo extra de testament.* & per Rotam coram Cæsare de Grassis *decision. quarta de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli*;
2 Isti autem Commensales, & Beneficiati † non sint de
gremio Capituli, iuxtà *gloss. in capitulo peaultima verbo assistas extra de Clericis non residentibus*, non po-
3 tuerint propterea talem seruitutem † imponere Eccle-
siæ inuito eodem Capitulo, vt dixit Rota *decision. 237. numero secundo coram bonæ memoriæ Cardinali Celso*, actusque tunc exhibitos non fuisse sufficientes ad ostendendum, vel quod iure proprio tales congressus initi fuerint à Commensalibus, & Beneficiatis, vel ad pro-
4 bandum immemorabilem † requisitam in acquirenda
5 seruitute discontinua, † prout est ista, vt latè tradit
Rota *decision. tot. numero quinto parte quarto tomo secundo recentiorum*, & subdit eadem *decisio Cardinalis Celsi numero tertio*, & prout latiùs hæc omnia continentur in *decisione eiusdem Reuerendissimi Domini mei Decani* * *4. Iulii* 1674.

Deuoluta autem à Superiori turno ad me Causa, non fuit in hodierna propositione, prout nec etiam in præterita instantia dubitatum, quin argumentum mox à Capitulo formatum, benè concluderet, quinimmò nec etiam controuersum, immemorabilem non
6 esse vnum ex modis, † quibus acquiritur seruitus
discontinua, sed tota difficultas consistebat in probationibus; Cùm autem modò exhibeantur tales, quæ visæ fuerunt Dominis concludere controuersam immemorabilem, responderut præfatam sententiam esse infirmandàm.

Instrumentis namque ab Archiuio in forma probanti eatracti, docent Commensales, & Beneficiatos de anno 1548. duas fecisse in Choro congregationes, item aliam de anno 1581. prout etiam similem de anno 1585. interessentibu in eis Vicario Generali, & aliquibus ex Canonicis, cum enunciatiua, quod ibi erant soliti congregari: Rursùs ab anno 1594. vsque ad annum 1665. per successiua temporum interualla in eodem Choro similiter se congregasse, ex quibus actibus
7 metam centum annorum excedentibus, † centenaria
8 præscriptio subsistit, † quæ operatur effectum imme-
morabilis, Eugen. *consil. 41. numer. 42. libro prima*, Fontanell. *decision. 217. numero 19. cum sequentibus*, Thesaur. Iunior *quæstion. 27. per totam libr. 2.* Addentes ad Buratt. *decis. 875. numero 8.* & immemora-
9 bili ipsi æquiparatur, † ad effectum acquirendi serui-
tutem discontinuam, Cyriac. *controuers. 688 numer. 27.* Franc. *decision 185. numer. 12. cum sequentibus*, & concludit idem Thesaur. *dicta quæstion 27. numer final.* &
10 vigore centenariæ † allegari potest priuilegium aposto-
licum, & quicumque alius melior titulus de mundo, Iason *consil. 209. numer. 2. libr. 2.* Decian. *consil. 24. numer. 110. versic. quæ omnia cum sequentibus, lib. primo*, & subdunt præcitati Thesaur *dicta quæstion. 27. nu. 15. & 17. &* Fontanell. *eadem decision 217. nu 22.* cum vulgatis.

Neque huiusmodi congressus fiunt cum indecentia, prout supponebatur, sed magna cum modestia, vt ex attestationibus nouiter exhibitis, secluso autem strepitu, & scandalo, cum in reliquis hæc Congregatio Commen-
11 salium, & Beneficiatorum sit antiquissimè erecta, † &
vigens adhuc cum pietatis exemplo in ipsa Ecclesia Tarraconensi, iuxtà *decisionem 291. coram Durano*, non vi-
12 detur dicta Ecclesia † locus incongruus pro tractandis re-
bus ad ipsam Congregationem spectantibus, ad tradita per Innocentium *in cap. cum ex iniuncto sub n. 2. vers. vnde videtur extra de nou. oper. nunc at.*

Et ita vtraque parte informante, resolutum fuit.

Altera præsentis causæ decisio est impressa sup. in alio præced. tom. primo istius decimæ octauæ partis recenti. vbi est in ordine 363.

R. P. D. E M E R I X.

Eugubina Bonorum, seù Saluiani.

Lunæ 28. Iunii 1676.

A R G V M E N T V M.

Ad impediendam immissionem in Saluiano, cuius extrema iustificata erant, opponebatur præscriptio Statutaria Vrbis, quæ tamen locum habere non poterat, tùm quia agebatur inter forenses, tùm etiam quia tamquam in præsumpta solutione fundata non procedebat in censu, quem constabat non fuisse extinctum, cuius pactum illud extinguendi, licèt cum debitore prohibitum, inter creditorem tamen, & fideiussorem erat à iure permissum.

S V M M A R I V M.

1 *Possessio debitoris, & rei conuenti probatur ex sententia immissionis ab eodem reo obtenta super bonis communis debitoris.*
2 *Immissio in Saluiano conceditur, docto de credito cum hypotheca, & vtriusque possessione, debitoris scilicet, & rei conuenti.*
3 *Præscriptio statutaria non potest habere locum, si agitur inter forenses.*
4 *Statutum forenses non ligat.*
5 *Præscriptio statutaria Vrbis in præsumpta solutione fundata, non procedit, si apparet debitum non fuisse extinctum.*
6 *à Præscriptione demendum est tempus pupillaris ætatis, quia illa eo durante non currit.*
7 *Census ex Constitutione Beati Pij V. non admittit conuentionem de illud extinguendo.*
8 *Debitor census licèt velit, possit censum redimere, cogi tamen non potest ad redimendum.*
9 *Census extinguendi pactum fieri potest cum fideiussore, cessante tamen suspicione fraudis, & collusionis.*

DECISIO DCCLXXI.

ROTA censuit Iustinæ, & Lauiniæ filijs, & hæredibus Petri Antonij Ramazzarsi dandam esse immissionem, quia creditum cum hypotheca resultat ex instrumento publico, in quo Domini de Bentiuolis se obligarunt releuare indemnem Petrum Antonium, censumque infrà biennium extinguere sub obligatione omnium bonorum, Summario *numero secundo*; vtraque autem pos-
sessio, † antiqua scilicet Dominorum de Bentiuolis, & 1
recens Comitis Rei conuenti, probatur ex sententia immissionis per eundem obtenta super bonis, de quibus agitur, tamquam hæreditarijs eorum de Bentiuolis, Sum-
mario *numero quinto*; † Quibus concurrentibus nunquam 2
denegatur immissio in Saluiano, iuxtà theoricam Bartoli *in l. rem alienam ff. de pignoratis action.* quem sequitur Rota *decisione quinta numero 8* & *decisione 13. numero 3.* post Pacificum de Saluiano *interdicto*, & *dec. 371. numero 3. versic. quibus probatis parte quarta recentiorum*, & aliàs passim.

Non obstat, quod pactum de extinguendo Censum ex lapsu temporis fuerit præscriptum, quia siue Comes se fundet in præscriptione Statutaria, siue legali, neutra
intrat, non quidem Statutaria, † quia agitur inter foren- 3
ses, † quos Statutum non ligat, & constat Censum non 4
fuisse extinctum, † atque ita nec applicatur præsumptio 5
satisfactionis, cui innititur dispositio Statuti, vt latè probat Fenzon. *ad Statutum Vrbis capitul. 158. nu 32. vsque ad nu 38.*

Nec etiam legalis, quia ab anno 1632. quo fuit promissa stipulatio extinguendi, vsque ad annum 1655. quo obijt Petrus Antonius elapsi sunt dumtaxat viginti tres anni, & sic præscriptio non est completa; Ab indè verò vsque ad tempus motæ litis, nec minus potuit compleri,
† quia subducendum est tempus pupillaris ætatis Iusti- 6
næ,

næ, & Lauinlæ, quo subducto, non sunt elapsi triginta anni, iuxtà Textum *in l. sicut vers. sed pupillari C. de præscriptione triginta, vel quadraginta annorum*.

Minùs releuat, quod pactum de extinguendo Censum repugnet Constitutioni Beati Pij Quinti super forma
7 creandi Census, de quorum substantia est, vt debitor pos-
8 sit, † sed non teneatur, nisi cum voluerit redimere, quia
9 id procedit respectu creditoris, non autem fideiussoris, † cum quo cessante suspicione fraudis, & collusionis, huiusmodi pactum benè substinetur, vt per Textum *l. Lucius ff. mandati, & in l. si pro eo C. eodem, & in capitulo finali de fideiussorib.* declarant Felician. *de censibus libr. primo quæst. 7. nu. 17. &* Cenc. de censib. *eodem tractatu qu. 60. n. 52. cum sequent.* vbi alios cumulat.

Et ita vtraque parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. VBAGO.

Suanen. Canonicatus.

Mercurii 1. Iulij 1676.

ARGVMENTVM.

Practicabilis est Decisio, ac etiam in suo casu rara, quia à Iudice laico, & vxorato fuerat concessa prouisio, & institutio beneficii, quod, repugnantibus legibus, fieri non poterat; Praxis verò concernit duplicem stylum Curiæ non declarandi desertas causas de Partibus; si in termino à Iudice præfixo illa commissa non sit, quia in hoc datur etiam maior dilatio iuxta distantiam loci, itaut litiganti sufficiat iter arripuisse per Vrbem; Rursus, quod causa commissa cum clausula *de appellatione simpliciter*, reddat attentata omnia medio tempore gesta, etiamsi commissio fuerit expedita, vt dicitur, *sotto la banca*, dummodò tamen infra decendium appellatum sit.

SVMMARIVM.

1 *Sententia diffinitiua, & quæ partem grauat, est appellabilis ipso iure.*
2 *Attentata sunt executio, possessio, & omnia gesta appellatione pendente.*
3 *Executio facta post interpositam appellationem, & commissam causam est attentata, licèt per decretum interlocutorium sit processum.*
4 *Iudex vxoratus est incapax exercendi iurisdictionem in Clericos, & illos ad beneficia instituendi, eaque etiam conferendi.*
5 *Fatalia in sententia de partibus non incipiunt à die appellationis, sed à die, qua causa appellationis potuit verisimiliter committi.*
6 *Causæ extra Curiam habent sex menses ad illas committendum in eadem Curia*
7 *Sententia nulla nunquam transit in iudicatum, quia quod nullum est, nullum producit iuris effectum.*
8 *Condemnatum illum dicimus, qui iustè condemnatus est.*
9 *Sententia valet ad formam Textus expressi.*
10 *coram Iudice carente iurisdictione, nemo quamuis legitimè citatus, comparere tenetur.*
11 *Quatuor termini ad docendum de appellatione seruari non debent coram Iudice carente iurisdictione, & coram illo seruati non afficiunt.*
12 *Appellans ad Curiam sufficit, quod in vltimo termino sibi præfixo arripiat iter ad eandem Curiam, nè causa efficiatur deserta.*
13 *Clausula* del appellatione simpliciter; *reddit attentata omnia, & quæcunque gesta post appellationem, & numer 22*
14 *Commissio signata cum clausula* de appellatione, *retrotrahitur ad ipsum diem appellationis.*
15 *Commissio signata* sotto la banca, *easdem vires retinet, ac si fuisset in plena Signatura firmata, dummodò ab eadem Signatura reformata non sit*
16 *Attentata sunt omnia gesta, siue ante, siue post signatam commissionem cum clausula* de appellatione, *simpliciter, adeòque in pristinum reducenda.*
17 *Iudex mandans exequi mandatum nullum non citata parte, nulliter, & iniustè procedit.*
18 *Iudex, & partes attentare dicuntur, si pendente appellatione ad superiorem, ad executionem deueniant.*
19 *Mandatum de manutenendo pro purgatione attentatorum cadit in causam, in qua attentata sunt commissa, non autem in alia.*
20 *Fur, & Latro etiam manuteneri debent, donec pendet lis super illorum vsurpatione.*
21 *Expensæ attentatorum ex gratia Summi Pontificis quandoque reseruantur ad finem litis.*
22 *Commissio signata cum clausula* de appellatione simpliciter, *vt operetur attentata, appellatio debet esse interposita infra decem dies.*
23 *Sequestrum, & executio facta, nulla inhibitione, vel appellatione præcedente, non sunt attentata.*
24 *Commissio causæ, deficiente appellatione, solùm afficit à die, quo fuit signata, & præsentata.*

DECISIO DCLXXII.

CONSTARE de attentatis commissis ab Antonio hodie per DD. responsum fuit, quia sententia super institutione ad Canonicatum lata fuit iudicialiter, comparente Stephano ad eundem Canonicatum compresentato, & proinde legitimo contradictore, necnon iudiciali formato processu, & cùm causæ cognitione, † & sic tanquam 1
diffinitiuam, & grauans competitorem, reddebatur ipso iure appellabilis, Cevall. *q. 693. n. 31.* Lotter. *de re benef. q. 13. n. 80. & q. 42. n. 24.* Rot. *dec. 6. n. 2. par. 2. dec. 227. ex n. 4. lib. 2. par. 3. diuers. & dec. 197. nu. 1. & 2. par. 5. rec.* Sicut etiam quia fuit ab ea appellatum infra decendium, Sum. Stephani *n. 2.* Posteaque causa appellationis commissa, & cum his non obstantibus, Antonius deuenerit ad executionem mandati de immittendo, possessionemque Canonicatus cæperit, & sic appellatione pendente † innouauerit, de attentatis, quæ veniunt reuocanda DD non dubitarunt, ex Textu expresso *in cap. non solùm de appell. in 6. & glos. in cap. dilectis 55. verb. exequatur de appell.* cum aliis allegatis in *Cracouien. Commendæ 30. Ianuarii 1645. coram Verospio*. Imò, quod executio facta post interpositam appellationem, & commissam causam appellationis, † à vitio attentatorum excusari non possit, licèt institutio concessa fuerit per decretum interlocutorium, Rom. *cons. 301. n. 2.* Rot. *dec. 197. n. 5. par. 5. recent.*
[right margin: 2, 3]

Et eo magis ad ipsam purgationem attentatorum pro reuocatione executionis captæ deueniendum esse visum fuit, quia sententia, seu decretum diffinitiuum super institutione Antonij ad Canonicatum, sunt euidenter nulla ex defectu insanabili iurisdictionis, dum pronunciauit Iudex vxoratus, vt de eiusdem Iudicis matrimonio, & superuiuentia vxoris tempore decreti, patet ex datis in Sum. *n. 5. & 6.* † Iudex enim vxoratus est incapax exercendi munus, & actus Ecclesiasticos, & instituendi eundem Clericum ad beneficia, eaque conferendi, resistente iure in *cap. si quis deinceps, & cap. per Laicos, & cap. Laicis 16. q. 7.* Garz. *de benef. par. 1. cap. 2. n. 35. & seq.* Seraph. *dec. 1382. n. 1.* 4

Non obstat, quod possessio capta sit post 10. dies datos ad appellandum, & postquam causa remanserit deserta ob lapsum fatalium ad committendam causam appellationis, quia cùm versemur in sententia Iudicis de Partibus, & in appellatione directa ad Curiam † fatalia non incipiunt 5
currere à die appellationis interpositæ, sed à die, qua verisimiliter potuit causa appellationis committi, Lancellott. *de attent. appell. pend. cap. 12. in præludio n. 48.* Marchesf. *de comiss. prorogat. fatal. par. 3. §. 1. n. 70. & seq. fol. 403.* Scacc. *de appellat. q. 15. nu. 75.* Put. *dec. 11. de appellat. & dec. 147. & dec. 150. lib. 2.* Et quod in causa extra Curiam † permittan- 6
tur etiam sex menses ad committendum, Rodulph. *in prax. par. 1. cap. 13. n. 687. & seq.*

Neque obstat, quod per Iudicem à quo fuerit Stephano præfixus terminus ad docendum de commissione causæ, eoque elapso, & non docto de ipsa commissione, causa fuerit declarata deserta, & proinde legitimè exequi potuit mandatum de immittendo, quoniam ex triplici responsione obiectum sublatum fuit.

Primò, quo sententia tanquam notoriè nulla † nun- 7
quam potuit transire in iudicatum, & effici deserta ex tritis regulis illud, quod nullum est, nullum producit

8 effectum, quod condemnatum illum dicere debemus, †
9 qui iustè condemnatus est, etiamsi sententia † valeat ad
formam Textus expressi in *l. 4. §. Condemnatum, & l. nul-
la ff. de re iudic.* Rot. *dec. 382. n. 5. vers. Et vtique par. 4. tom.*
10 *1. recent.* Imò cùm Iudex, à quo careret iurisdictione, †
11 Stephanus non tenebatur coram illo comparere, † nec
prosecutionem appellationis, & causæ commissionem do-
cere, *cap. si à Iudice de appell. in 6.* Abb. *in cap. Personas
nu. 11. vers. Dubitari tamen videtur de appell.* Rota coram
Buratt. *dec. 170. n. 20.*
Secunda responsio est, quod quando per Iudicem, à quo
præfigitur appellanti ad Curiam terminus ad prosequen-
12 dum † sufficit in ipso termino arreptio itineris, vt euitetur
causæ desertio, Scacc. *de appell. q. 14. n. 48. & 49.* Ridolph.
in prax. d. par. 1. cap. 13. n. 535 In præsenti autem non solum
fuit arreptum iter, sed factæ fuerunt diligentiæ, & com-
missa causa appellationis intra mensem R. P. D. Muto.
Tertia responsio est, quod ante captam possessionem Ca-
nonicatus ab Antonio, iam causa reperiebatur commissa
13 cum clausula *de appellatione simpliciter*, † per quam red-
duntur attentata omnia, & singula post interpositam ap-
14 pellationem gesta, cum commissio † retrotrahatur ad ip-
sum diem appellationis, *l. vnica, ff. nihil. nou. appell. pend.*
Duran. *dec. 96 n. 4.* Peutinger. *dec. 48. n. 15. ac dec. 223 n. 6.
ac dec. 342. n. 1. & 2.* Eminentiss. Otthob. *dec. 266. n. 2.* Nil
releuante, quod commissio expedita sit, vt dicitur *sotto la
banca*, quia easdem vires retinet, prout si esset signata per
15 plenam Signaturam, † si ab ipsa non reformetur, & inte-
rim omnia innouata, vel post, vel ante signatam commis-
16 sionem † sunt in pristinum reducenda, & tanquam atten-
tata purganda, Zarate *dec. 44. n. 14. cum duobus seqq.* Emi-
nentiss. Otthob. *dec. 189. n. 16. & seq.*
Minus releuat, quod executio sententiæ non fuerit de-
mandata per Iudicem, qui sententiam protulit, sed à Vi-
cario Generali Suanen. quia cùm hic processerit per viam
executionis iudicati, mandans exequi mandatum relaxa-
tum ab altero iudice, præter iniustitiam, & nullitatem,
17 † dum mandat exequi mandatum nullum, & deuenit ad
decretum de exequendo parte non citata, vt fuit resolu-
tum coram me in vna *Orton. n. Canonicatus 4. Maii 1675. §.
Ad quæ*, incidit pariter idem Vicarius in attentata, quia
pendente appellatione, & recursu ad Iudices superiores,
18 † non poterat per Iudicem inferiorem demandari execu-
tio, ex deductis per Rotam *in Bononien. Bonorum 21. Iunij
1673. §. Consulto, itaque pariter coram me.*
Fuit similiter tanquam insubsistens reiectum alterum
obiectum, quod possessio Antonij fuerit deinde per Iudi-
cem ad quem confirmata, mediante mandato de manu-
tenendo aliàs ad eiusdem Antonij fauorem relaxato, &
per plenam Signaturam Iustitiæ approbato cum rescripto
sine præiudicio, quia mandatum de manutenendo non fuit
per Iudicem appellationis relaxatum in confirmatione
mandati de immittendo relaxati in sententia super insti-
tutione, nec possessionis in vim illius captæ, sed in causam
alterius iudicij super attentatis commissis à Stephano; qui
ex nouo titulo prouisionis Apostolicæ in spretum litis pen-
dentiæ, Antonio non citato, ad possessionem Canonicatus
19 se intrusit, cùm itaque hæc intrusio esset attentata, † man-
datum de manutenendo cecidit in causam purgationis
istorum attentatorum, cùm etiam Latro sit manutenen-
20 dus, † donec pendet lis super illius vsurpatione, Posth. *de
manut. obser. 42. num. 113.* Rot. *dec. 64. n. 2. par. 2. diuers. &
dec. 115. n. 4. par. 1. rec.*
E contra verò resolutum fuit non constare de attenta-
tis, quæ nunc veniant purganda per Stephanum, nam si
ista deducantur ea prædicta possessione capta in spretum
litis pendentiæ sub colore prouisionis Apostolicæ, hoc at-
tentatum iam fuit purgatum per executionem ipsius
mandati de manutenendo, & licèt non sit deuentum ad
refectionem expensarum, ac damnorum, & interesse, quæ
21 secum fert attentatorum purgatio, † hoc euenit ex gratia
Summi Pontificis, qui per commissionem specialem illo-
rum refectionem reseruauit in fine litis.
Neque deduci possunt attentata ab executione seque-
stri relaxati per R. P. D. Bentiuolum subrogatum in lo-
cum R. P. D. Muti, à quo pendet in Rota causa appellatio-
nis coram me, cum prætextu, quod commissio sit signata
cum clausula de appellatione simpliciter, quæ ex supra de-
ductis retrotrahitur, & causat attentata omnia interim
22 gesta, † quoniam conclusio applicaretur si Antonius infra
decem dies à grauamine, nempè à relaxatione sequestri
appellasset, quia tunc ad ipsam diem appellationis retro-
traheretur commissio; sed cum non fuerit appellatum, sed
solum adita Signatura Iustitiæ post multum tempus, &
interim fuerit sequestrum executum, nulla pendente in-
hibitione, attentasse non potest dici Stephanum, † dum 23
commissio, deficiente appellatione solum afficit à die, qua
fuit signata, & præsentata, † vt inter vnum, & alterum 24
casum distinguendo firmat Rota in prædictis decisionibus
coram Eminentissimo Otthob. *dec. 199. n. 16. & seq.* & co-
ram Zarate *dec. 44. n. 15. & 16.*
Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Præsens decisio fuit confirmata sub die 14. Decembris præ-
sentis anni, quę inferius suo loco, & tempore apponetur.

R. P. D. VICECOMITE.

Marianen. Iuris eligendi, & amouendi Curatos.

Mercurii 1. Iulii 1676.

ARGVMENTVM.

Beneficium vnitum tamquam vacans quis obtinuerat à Papa, eiusque etiam possessionem acceperat, in qua tamen manutenendum non esse deciditur, quia possessio erat penes Monasterium, cui vnio facta reperiebatur, licet ad hunc effectum satis etiam fuisset sola deputatio Parochi ab eodem Monasterio facta, quæ in incorporalibus pro manutentione reputatur esse sufficiens.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium esse amouibile ad effectum manutentionis, sufficit sola deputatio Parochi, vel alterius beneficiati.*
2 *Probationes leuiores sufficiunt in iuribus incorporalibus.*
3 *Manutentio eo magis conceditur, si etiam de titulo doceatur.*
4 *Vnio dicitur probata si per plures sententias fuit à Rota canonizata*
5 *Vnio ita supprimit beneficium, vt illud amplius beneficium dici non possit, sed euadat prædium illius, cui fit vnio.*
6 *Beneficium vnitum numquam vacat.*
7 *Possessio beneficij vniti remanet penes Ecclesiam, vel Monasterium, cui fit vnio.*
8 *Parochus, seu Plebanus beneficii vniti nudum habet exercitium, & potius dicitur seruitor, cui certa merces datur, quam verè Parochus, & Plebanus.*
9 *Possessio beneficii vniti, & ab alio impetrati, tamquam posterior manutenenda non est.*
10 *Possessio triennalis beneficij vniti non attenditur, quia immediatè constat de suppressione tituli.*
11 *Possessio beneficij, suppresso titulo, dicitur intrusiua.*
12 *Intrusus in beneficio, ab eo detrudendus est.*
13 *Possessor, vt sua possessione priuari possit, semper citari debet.*

DECISIO DCCLXXIII.

LICET Monasterio Sanctorum Mariæ, & Ioannis Euangelistæ Vallis Gratiosæ de Calci Carthusiæ Pisanum auctoritate Apostolica fa. me. Pauli Tertij, vsque & de anno 1538. inter alias Ecclesias rurales, cum cura illa etiam Sancti Nicolai de Tomino, de qua modo agitur, perpetuo vnita existat, & vigore huius vnionis, necnon facultatis ei specialiter annexæ deputandi, & ad nutum amouendi Curatos, Prior, & Monachi illos imposterum cum ista qualitate manualitatis quietè, & pacificè elegerint, nihilominus Bartholomeus Damiani exposito nuper Pontifici, quod per obitum Angeli Mariæ Costæ prænarrata cura vacaret in curia, illam certo modo, & tamquam de libera collatione Sedis Apostolicæ impetrauit, introductoque subinde vigore commissionis iactationis iactationum iudicio super manutentione in Rota, mihique causa commissa, dedi dubium, cui nam esset dandum mandatum de manutenendo, & dandum esse Monasterio Domini responderunt.

Pu-

Publicis namque documentis iustificat de anno 1639. fuisse ab eo electum Angelum Mariam Costam, per cuius obitum successiue elegit Octauium Farinolam, deinde isto defuncto deputauit Raynaldum fatuim, omnes cum qua-
1 litate manualitatis, † quæquidem deputationes isto remedio retinendæ superabundant Rip. *in cap. cum Ecclesia Sutrina num. 52. & 53. de cauf. possess. & proprietatis* Menoch. *de retin. remed. vltim. num* 34. Rota *decis. 375. num. 1. par. 3. diuers.*

2 Imò, quod plus est cum simus in incorporalibus, † in quibus leuiores etiam probationes sufficerent in puncto Rota coram Peutinger. *decis. 15. numer. 1. 2. & 3.* attamen
3 Monasterium iuribus addendo legalem † titulum suæ pos-
4 sessionis ostendit ex ipsa Bulla vnionis † per plures sententias in hac nostra Rota canonizzata, vt referunt *decis. 373. & 408.* coram Caual. *in recent. decis. 737. par. 2. &* coram Peutinger. *decis. 364 per totam.*

Vnionis autem ea est virtus, vt titulus Beneficii vniti
5 per illam † supprimatur; ita ut amplius Beneficium dici non possit, sed euadat Prædium illius, cui fit vnio, vt post Oldrad. Felin. Caccialup. & antiquiores tradit Garz. *de Benef. part. 12. cap. 2. num. 12.* & ante illius Gonzal *ad reg. 8. §. 7. gloss. 5. num. 2.* Adden ad Greg. *decis. 112. num. 5.* & pas-
6 sim in aliis, & propterea † nunquam potest vacare, vt præter eos Lotther. *de benefic. lib. 1. qu. 28. num. 104* cum aliis in *Nolana Parochialis 2. Decembris 1669. § quapropter eorumme*, illiusque possessio semper residet penes aliam Ecclesiam, vel Monasterium, cui annectitur Rota coram Caputaquen. *decis. 339. num. 5. part. 3.* & subduntur iidem Gonzal. *d. gloss. 5. num. 9. &* Adden. ad Greg *eod. nu. 5. vers. & propterea*, & Plebani ad huiusmodi Beneficia vnita de-
8 putati habent nudum exercitium, † & potius vocantur seruitores quibus certa merces constituitur, quam Plebani Rota coram Peutio. *d. decis. 15. n. 26. & 27.*

Hinc propterea fit, vt si quam allegari posset per Bar-
9 tholomæum possessio, † ea non esset manutenenda tamquam posterior in terminis Rota *decis. 658 per tot. part. 2.*
10 *recent.* quinimo, nec etiamsi esset trieonalis, † quia immediate constat de suppressione tituli Gonzal. *qui supra num 10 &* Garz *d. par. 12. cap. 2 num 28.* & suppresso titu-
11 lo, † possessio dicitur etiam intrusiua Posth *de manut ob-*
12 *seruat. 42. num. 106.* & propterea ab ea † detrudi debet Bartholomæus intrusus Rota coram Cresc. *decis. 19. num 2. & 3. de sentent. & re iudic.* cum concordan. coram Coccin. *decis. 1761. num. 3.* eoque fortius, quod sciens, Monasterium possidere, vt ex illius confessione in exempla emissa de
13 qua *Summar. num. 10.* † minimè citauit prout necesse erat Rota penes Posth *de manut. decis. 232. num. 3 & in rec. decis. 342 num. 17. par. 10.*

Et ita Monasterio tantum informante, resolutum fuit.

R. P. D. VICECOMITE.

Bononien. Dotis, successionis, & Legati.

Mercurii 1. Iulii 1676.

ARGVMENTVM.

Materiam fructuum dotalium, legitimæ, ac etiam legati continet hac decisio, vt illi post interpellationem debeantur ad formam Statuti loci, in quo dos venit restituenda, Hi autem ratione dominij non propter moram persoluantur; Cæteri verò ideo sint debiti, quia legatum licet quantitatis, soluendum erat ex bonis fructiferis, quo casu perinde est, ac si in eisdem bonis fructiferis fuisset relictum, quorum solutio ad finem litis differenda non erat, cum peterentur illi iure dominij, actionis, & obligationis Cameralis, cui per compromissum se partes subiecerant.

SVMMARIVM.

1 *Fructus non restitutæ dotis ex Statuto Bononiæ debentur ad rationem septem pro centenario.*
2 *Fructus dotis non restitutæ debentur iuxta formam Statuti vbi dos venit restituenda.*
3 *Pactum soluendi fructus dotis in casu dilatæ numerationis non infert ad casum restitutionis eiusdem dotis, & nu. seqq.*
4 *Pactum habetur pro lege, & ideo ex illo receditur à dispositione Statuti.*
5 *Statutum habetur pro lege, vbi non adest pactum in contrarium.*
6 *Ex diuersis non fit illatio.*
7 *Pecunia nullos fructus parere potest.*
8 *Legatum factum in pecunia, soluendum tamen in bonis fructiferis, fructus eorundem bonorum habere potest.*
9 *Quantitas persæpe adhibetur ad denotandam Quotam.*
10 *Fructus legati in pecunia relicti, soluendi tamen ex bonis fructiferis, debentur non secus, ac si ipsa res fructifera fuisset legata.*
11 *Iocalia fructus non pariunt.*
12 *In supplementum, vel in subsidium si aliquid promissum, legatum, vel assignatum sit, non alterat naturam dispositionis, si casus supplementi non venit.*
13 *Legatum à testatore relictum in certis effectibus, illis ab hærede, vel executore venditis, in eis amplius præstari non potest.*
14 *Fructus legitimæ, non ratione dilationis, sed iure dominij debentur.*
15 *Fructus legitimæ debentur etiam hæredibus filij.*
16 *Fructus legitimæ, & legati debiti in bonis, debentur ad ratione scutorum quinque pro centenario.*
17 *Fructus vigore cuiusuis interdicti debentur in fine litis, secus autem si iure dominij, actionis, vel obligationis Cameralis petantur.*
18 *Fructus legitimæ, & legati debiti in stabilibus, petuntur iure dominij, & ideo non reseruantur in fine litis.*
19 *Mandatum relaxatum vigore compromissi dicitur habere vim Laudi.*
20 *Fructus dotis non restitutæ debentur loco damnorum, & interesse vigore obligationis à marito susceptæ.*

DECISIO DCCLXXIV.

STETERVNT Domini in decisis 26. Iunii 1671. coram me, fructus scilicet dotis à die 16. Iunii 1664. interpositæ iudicialis interpellationis deberi Comitissæ Camillæ ad rationem scutorum septem pro centenario † iuxta dis- 1
positionem Statuti Bononiæ, † vbi dos restituenda venit 2
sub rubrica de dotis restitutione, & prout in terminis huius Statuti decisum habemus à Rota *decis. 398 à num. 27.* per plures sequentes *par. 9 recent. & decis. 123. num. 3. part. 10.* cum aliis in decisione, quæ reuidetur § *quoad fructus.*

Neque ex pacto in instrumento dotali inserto, in quo obligantur promissores dotis soluere ad rationem quatuor cum dimidio in casu dilatæ numerationis, † inferri potest 3
ad similem rationem deberi solui etiam in caso dilatæ restitutionis, quia in primo casu pactum stabat pro lege, † 4
qua recedebatur à dispositione Statuti, vt coram Bichio *decis. 99. num. 5.* In præsenti verò, in quo nullum extat pactum, † legem facit Statutum, ex cuius taxatione ad ra- 5
tionem septem impeditur, † ne ab vno pacto ad aliud in- 6
ferri possit, vt in fortioribus Rota coram Carillo *decision. 179. num. 9.* cum tribus sequentibus, & per totam, & *in recent. decis. 206. num. 21. par. 11.* & prosequitur à contrario sensu eadem *decisio 99. num 6* coram Bichio.

Simili modo dictum est de legato scutorum 10000. deberi fructus, quamuis fuerit expressum in pecunia, † quæ 7
fructus non gignit, quia cum dicta quantitas ordinatione testatoris assignari debeat in tot bonis fructiferis ibi, e questi, scilicet scudi diece mila in tanti detti da assegnarseli nelle botteghe delli Orefici, & quelle altre botteghe sotto il voltone de pollaroli, & sopra tutte le altre case, & sopra tutti i luoghi de monti, & censi, sequitur, quod quantitas ibi expressa deseruiat solum ad designandam, & limitandam portionem bonorum fructiferorum, † non verò le- 8
gatum in pecunia, prout quandoque fieri solet, vt ad denotandam quotam, † adhibeatur quantitas iuxta 9
opinionem Iason. *in l. 3. §. incertam num. 2. & 3. ff. de*

acquir. possess. in allegat. in Bononien. associationis 1. Aprilis 1669. §. exceptio coram me, & fructus debeantur, non
vti pecuniæ, sed tamquam rei fructiferæ tanti valoris,
10 quantum capit quantitas scutorum decem millium, † non
secus, ac si ipsa res fructifera fuisset legata, vt præter allegatos in dicta mea decisione *§. quoad legatam*, egregiè explicat Rota *decis. 85. per totam, & signanter n. 3. post primum volumen consiliorum* Farinac. & in puncto *decis. 182. per totam coram Buratto*.

Neque quoad hos fructus controuersia aliqua oriri potest, ex eo, quod inter corpora fructifera enumerauit testa-
11 tor etiam iocalia, † quæ fructus non pariunt, tum quia
apparent addita in subsidium, eo ipso, quod fuerunt recensita post bona fructifera, & in supplementum *finche si constituiseono le sadette somme* præsenti *Summario num.* 3 quæ quidem summæ cum fuerint sufficienter constitutæ ex bo-
12 nis fructiferis, † nulla fuit opus suppletione ex iocalibus ad
notata per Bartol. *in l. prouincialis §. 1. sub num. 4. versic. aut est inuentu in subsidium, ff. de noui operis nunciat.* Decius *in cap. ex parte il secondo numero finali versic. nisi dicamus bene* Costa *de remed. subsidiar. prælud. 7 nu. 4 vers. & quando, & num. 9.* tum quia iocalia fuerunt dudum à tutrice
vendita, prout constat ex statu hæreditatis alias coram me
13 discusso dicto *Summario num. 4.* † in quibus legatum propterea præstari non poterat, vt occurrendo consimili obiecto respondit Rota coram Duran. *decis. 162. num. 11. & 12.*

Responsum est etiam deberi fructus legitimæ, non pro-
14 pter alicuam dilationem, † sed iure dominii à die obitus fi-
15 liæ posthumæ in † Commissam matrem Camillam translato, vt pluribus congestis tradit Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 1. qu. 1. 2. & 3. & seqq* Cyriac. *contr. 367 num. 3. & 4.* Rota coram Buratt. *decis. 76. num. 55.* cum aliis in decisione, quæ reuidetur *§. & tandem*.

Et cum tam legatum, quam legitima debeatur in cor-
16 poribus fructiferis, † eorum taxatio regulanda venit ad rationem quinque procentenario iuxta legalem taxam glossæ communiter receptæ *in authent. perpetua C. de Sacros. Eccles* Merlin. *proximè citata quæst. 1. num. 5.* Rota coram Duran *præcit. decis. 182. per totam*, & ex aliis subdit dicta mea decisio *§. finali*.

Quorum omnium fructuum taxatio non venit differenda in fine litis, quia dilatio hæc procedere posset si ageretur de fructibus, qui veniunt accessoriè ad rem principa-
17 lem petita vigore alicuius † interdicti, in quibus cum at-
tendatur tempus motæ litis, attenditur etiam exitus illius
18 super principali petitione, † secus autem est in istis fructi-
bus, qui principaliter debentur vigore obligationis Cameralis, qua munitum reperitur reciprocum inter partes compromissum de stando Sacræ Rotæ declarationi, & in cuius vim relaxatum fuit mandatum, quod habet vim laudi, vt in præterita mea *decisione §. cæterum*, & insuper fructus
19 dotales debentur ratione damnorum, & interesse † in vim
pariter obligationes Cameralis, sub qua vir in instrumen-
20 to dotali se obligauit dotem restituere, † & omnes iure
actionis petuntur, vt distinguendo tradunt Gabriel. *consil. 35. num. 10. lib. 2.* Posth. *de manut. obseruat. 74. numer. 11. vers. secus* Adden. ad Buratt. *decis. 184. sub lit. A.* Rota coram Bichio *decis. 245 num. 5.*

Et ita altera tantum parte informante, altera sæpiùs monita, & informare recusante.

R. P. D. VICECOMITE.

Romana, seù Toletana Cambii.

Mercurii 1. Iulii 1676.

ARGVMENTVM.

Quia post nouatum cambium, & remissis fructibus, ad hoc vt illius capitale certo tempore solueretur, eo non soluto interesse prætendebatur, ideò illius requisita expenduntur, quæ hic non concurrere visa sunt non ex instrumento primæuo, dum non constabat de transmissione literarum ad nundinas, minus autem ex secundo, quia non sufficit quælibet mora non soluendi; si non verificatur vlterius vel lucrum cessans, vel damnum emergens, quæ sine solitis requisitis Castrensis non admittuntur.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum secundum, in quo primum fuit nouatum attenditur, & illud non habetur amplius in consideratione.*
2 *Mora quælibet non facit licitum interesse pecuniæ, sed illa solum, per quam cessat lucrum, vel damnum emergit.*
3 *Lucrum cessans non dicitur, nisi concurrant solita requisita Castrensis*
4 *Requisita Castrensis verificare non sufficit in potentia remota, sed quod occasio lucrandi fuerit proxima.*
5 *Damnum emergens probari debet in indiuiduo creditori euenisse ob detrimentum non solutæ pecuniæ.*
6 *Damna, & interesse non debentur supra à n. 2.*
7 *Cambium, remissis fructibus, si ad purum creditum sit redactum, ad effectum illud consequendi ad certum tempus, eo non soluto tempore conuento, an reuiuiscat, vel non.*
8 *Nouatio, & fructuum remissio quatenus cessent si debitum iuxta pactum solutum non sit*
9 *Cambia non debentur sine transmissione literarum ad nundinas.*
10 *Mercator deputatus pro pecunia cambianda, si non cambiauit, ad quid debitor teneatur.*
11 *Vsurarum in materia pacta sunt strictissimè intelligenda.*
12 *Mercator cambiare promittens si non cambiauit, ex tali promissione ad aliquod non tenetur.*
13 *Taxatio cambiorum, vel alterius interesse regulariter est prohibita, & de ratione.*
14 *Cambia non semper sunt vniformia, quia quandoque minus, quandoque plus, & aliquando etiam nullum lucrum, sed damnum afferunt.*
15 *Cambium taxari potest in eo casu, quo quis illud accipiens Romæ est tamen alibi soluturus.*
16 *Taxatio interesse, vel cambij etiam in casu licito, non debet lædere canonicas sanctiones.*
17 *Taxatio cambiorum vel alterius liciti interesse debet esse verisimilis, proportionata iuxta qualitates personarum, & dummodo etiam tanti interfuisse probetur.*

DECISIO DCCLXXV.

IN figura cambii limitati ad rationem octo pro centenario ad triennium duraturi recepit Carolus Marchettus insolidum cum Iosepho fratre ambo Matriti commorantes scut. 400. à Nicolao Ruffè cum obligatione restituendi post d. tempus summam principalem Romæ, & interim expediendi literas cambii pro more Italiæ, ad quem effectum certam etiam personam deputauit cum limitata tamen facultate, ne quid in feriis, & cambiis alterari deberet, vel circa tempus solutionis, vel circa principalem summam, & præcipuè quoad interesse scutor. 32. & prout latius in ipso instrumento figurali cambii continetur; Termino nondum elapso, sed biennio post fuit inter partes facta nouatio, qua mediante remissis per Nicolaum omnibus fructibus, Carolus Marchettus se debitorem constituit scut. 500. quæ restituere dicto Nicolao promisit per totam diem 24 Februarii 1657. sed cum statuto die in solutione defecerit, & interim vterque contrahentium obierit, Opus Pium pauperum Peregrinorum Nationis Gallicanæ confluentium ad Almam domum Lauretanam, quod successit Nicolao mouenti, iudicium coram A. C. instituit contra hæreditatem Marchetti, & per sententiam contrariam succubuit, vnde ad Romam delata causa, mihique commissa, dubium proposui, an hæreditas Caroli Marchetti teneatur ad damna, & interesse, quod fuit negatiuè resolutum.

Vel enim Opus Pium fundat se in primo instrumento
cambii, & cum illud fuerit per aliud posterius nouatum,
in quo remissi fuerunt omnes fructus, & interesse, † istud 1
postremum tanquam lex inter contrahentes venit attendendum Rota coram Bichio *decis. 83. num. 1. in recent. decis. 29. num. 6. par. 14. & in Bonon. Primogenituræ de Luparis* sub hodierna propositione *§. contrarium coram me*, vel

appro-

approbat, & tenet se ad istud vltimum, in qua Statuta
est certa dies postquam debitor cœpit esse in mora, & re-
gula est vndiquecerta, quod non ex quacunque mora
2 euadit licitum interesse pecuniæ creditæ, † sed ex illa
tantum, propter quam, vel cessat lucrum, vel emer-
git damnum Scacc. *de commer. & camb. §. 1. quæst. 7. part.
2. ampliat. 8. numero 99.* Leotard. *de vsur. quæst. 32. nume-
ro 30. & quæst. 80. numero 18 & in Saonen. Pecuniaria
13. Maii 1669 §. aequeparis, & §. hinc est coram me*, quo-
rum neutrum in præsenti probatur.
3 Non quod cessauerit lucrum, † quia non ostendun-
tur tria illa requisita Castr. *in l. 3. ff. de eo, quod cert. loc.*
ad hunc effectum necessaria, & quidem non in poten-
4 tia remota, † sed quod occasio lucrandi fuerit proxima,
quod scilicet propter moram in soluendo talem pecu-
niam lucrum cessauerit iuxta vulg. *decis. 3.* Mohed. *de vsur.*
quam communiter sequitur Rota coram Eminentissimo
Otthobono *decis. 12. numero 11. coram* Bichio *decis. 16.
numero 2. & seqq.* cum alijs cumulatis in mox citata
Saonen. Pecuniar. d. §. & c. hinc est coram me.
Non etiam, quod emerserit damnum, quia non
5 probatur propter dilatam solutionem præfati debiti † in
indiuiduo creditori detrimentum euenisse iuxta aliam
celebrem decisionem 2. Mohed. *de vsur.* & tradiderunt
Honded. *cons. 30. numero 30. vers. 4. creditor. libro pri-
mo* Gratian. *discept. 987. numero 6.* Rota coram Merlin.
decis. 12. numero primo per tot. quibus propterea non pro-
6 batis, † damna, & interesse petita non debentur Ro-
ta coram Coccino *decis. 498. per tot. in rec. decis. 67. nume-
ro 16. & infrà parte 11.* præter alleg.
Neque ex eo, quod Marchettus deferit in solutione
intrà Statutum diem, quæ fuit causa finalis in Nico-
lao remittendi fructus, prout denotant verba illa *Acciò
che si possa hauere detti 400. scudi nel giorno 24. di Febraro
7 1657. &c.* † dici potest, quod ob defectum huiusmodi
causæ finalis vires reassumere debeat prius instrumentum
8 cambij, † ac si nouatio, & fructuum remissio facta
non fuisset ex traditis per Soccin. *consil. 89. numero 9.
lib. 3.* Surdus *consil. 357. numero primo & 2. lib. 2.* Rota
coram Gregor. *decis. 544. numero 5.* Quia adhuc nullum
ex dicto primo cambio peti potest interesse non ratione
ipsius cambij, quia non docetur de literis transmissis ad
9 nundinas, earumque reditu, † sine quibus, tàm de
iure communi, quàm ex *Constitut.* 118. *Beati Pii V.*
cambia sunt sicca, & illicita Nauarr. in *Manual. cap.
17. de vsur. circa cambia* Amat *resol. 27. numero* 18.
Rota *decis. 69. numero 3. parte 9. recentior. coram* Ni-
not. *decis. 72. numero 2. & in Brundusina Pecuniaria 1.
Aprilis 1673. §. creditum coram Reuerendissimo Domi-
no meo Damasceno*, neque etiam ratione damnorum,
& interesse propter negligentiam in transmittendo dd.
literas, quia licet fuerit conuentum, quod mercator
deputatus illas expediret, non fuit tamen in pactum de-
10 ductum, quod in casu non transmissionis, † mutua-
tarius teneretur ad damna, & interesse, cum autem
11 in dicta materia vsurarum † pacta sint strictissimè in-
telligenda, vt in proposito dixit Rota coram Ninot.
præcit. decis. 72. numero primo non est dicendum, quod
12 ex promisso teneatur d. Mutuatarius, † quando de ta-
li promissione nullibi apparet iuxta egregiam decisionem
Rota 185. *numero 1. & 2. coram* Bichio, quæ dat con-
cordantes.
Neque huiusmodi promissioni æquipollet taxatio
cambiorum facta ab initio ad rationem octo pro cen-
tenario, quia omisso, quod regulariter similes taxa-
13 tiones † sunt prohibitæ à præcit. *Constitut. Beati Pii V.*
vt per Scacc. *d. quæst. 7. ampliat. 8. numero 30.* Turr. *de
camb. disput. 1. quæst. 13. numero 80. & 81.* Gratian.
discept. 387. numero 18. & 19. Rota coram Pænia *deci-
sion. 1247. per tot.* ea ratione, quod nunquam sunt vni-
14 formia, † sed quandoque plus, quandoque minus,
non nunquam nihil lucri, & aliquando damnum affe-
runt, & ponderat Rota *decis. 215. numero 6. parte 2.
diuers. in recent. decis. 304. nu. 5. parte 2. coram* Vbaldo
decis. 118. numero 7. nihilominus dato etiam, quod sit
15 aliquando licita talis exactio, vt est casus illius, † qui
accepit cambiu Romæ 100. soluturus Toleti, quem
refert Scacc *præcit. quæst. 7. ampliat. 8. numero 296.* in-
16 telligi tamen debet cum grano salis, † & ne lædat
Canonicas Sanctiones, vt in genere tradidit Rota *de-
cis. 52. numero 21. parte 7. recent.* & in specie, quod
taxatio esse debeat † verisimilis proportionata ad hone- 17
stum lucrum attenta qualitate contrahentium, &
dummodò per creditorem probetur postea tanti sua
interesse, quanta fuit summa ab initio taxata sub-
dit magistraliter Rota *praecit. decis. 118. nu. 8. coram*
Vbaldo, cum ibi plena manu congestis, & in *Ianuen.
Pecuniaria coram Lancellott. post 2. vol. cons.* Farin.
*decis. 321. sub numero 4. vers. non autem quando &c.
circa fin. cum seqq.* quorum requisitorum nullum fuit
in præsenti probatum ex superiùs relatis.

Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D. EMERIX.

Cracouien. Abbatiæ.

Mercurii 1. Iulij 1676.

ARGVMENTVM.

Iterum in hac causa grauatoria euitari prætendebatur mendicatis prætextibus, quod illa sufficienter notificata non sit à simplici Religioso, cuius tamen relatio visa est sufficiens, non solum quia illius executio omnibus Presbyteris, & Religiosis est commissa, verum etiam, quia in odium parere recusantis, adhibetur fides scripturis, licet informibus, & tandem quia de sufficienti notitia constabat ex recursibus habitis ad Signaturam pro eadem declaratoria impedienda.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia crescente, crescere quoque debet stimulus compellendi inobedientes ad resipiscendum*

2 *Mandata Rotalia possunt intimare omnes personæ, quibus illa pro exequutione sunt directa, & super eadem intimatione referre.*

3 *Mandata Rotalia notificantes si quis malè tractauit, eo magis attenditur illorum intimatio à quocunque facta sit.*

4 *In Odium contemnentis paritionem, & impedientis executionem mandatorum Rotalium adhibetur fides scripturis etiam informibus, & minus authenticis*

5 *Impediens quo minus sibi notificentur mandata Rotalia, etiam absque alia relatione habetur pro notificato.*

6 *Notitiam mandati habere dicitur, qui recurrit ad Signaturam pro supersessoria, vel pro retardanda executione.*

7 *Notitiam habens mandatorum Rotalium si adhuc parere recusat, illorumque differt executionem, excommunicari potest, & quando supra à num. 1. & per totam.*

DECISIO DCCLXXVI.

DOmini steterunt in decisis sub die 13. * Martij proximi præteriti, quia ab inde citrà neque Reuerendissimus Dominus Archiepiscopus Gnesnen, neque Coloni, aut Arrendatarij Abbatiæ vllum præbuerunt signum obedientiæ, & propterea eum crescat contumacia, † crescere quoque debet stimulus il- 1
los compellendi ad resipiscentiam iuxta textum in *Canon. absit 3. quæst. 3. & disposita per Sacram Concil. Trident. session. 23. capit. 1. de Reformat. versic. quod si*, ac notata per Abbat. in *capit. 5. numero* 10. *de iudic. & vestr. in prax. lib. 8. capit. vltim. numero 19. aliosque in decis. sub die 13. Martii proximi præteriti allegatos.*

Nec obstat vnicum obiectum, quod intimatio mandati Rotalis contra Reuerendissimum Archiepiscopum non probetur nisi ex relatione Patris Alberici Presbyteri, & Monachi alterius Monasterij Vachocensis, quia cum in mandato illius executio expressè fuerit commissa, tam Monachis, quam Presbyteris sæcularibus, quibus illud præsentari contingeret, vt in

Summ.

2 *Summ. num. 7.* † dubitari non potest quin Monachus,
æquè ac Presbyter sæcularis illud notificare, & super il-
lius notificatione referre potuerit, præsertim contra Re-
3 uerendissimum Dominum Archiepiscopum, † qui alios
similia mandata sibi notificantes malè tractari, ac etiam
carcerari fecit, vt in *Summario numero primo, & sequenti-*
4 *bus*, hoc enim casu intrat Conclusio, † quod in odium
contemptus paritionis, & impedimenti executioni præ-
stiti fides adhibeatur scripturis etiam informibus, & mi-
nus autheoticis, vt in puocto respondit Rota *in Kelmen.*
Decimarum §. non obstat 14. Martij 1668. coram Reuerendo
Patre Domino meo Bourlemont, & prius coram Seraph *de-*
cis. 1094. numero 2. & coram Buratt. *decis. 634. numero 3.*
& coram Caual. *decis. 529. numero 3.* alijsque concordan-
5 tibus; imò impediens quominus sibi notificentur † man-
data Rotalia habetur absque aliqua relatione pro notifi-
cato atque citato *capit. quoniam frequenter §. Porro ibique*
glossa in verbo impedit, vt lite contestata Seraph. *dicta decis.*
94. numero 3. & 4.

Et in omnem casum cessat, quæuis difficultas cùm ex
varijs, & reiteratis recursibus habitis pro parte Reueren-
dissimi Domini Archiepiscopi, tum ad Signaturam Iu-
stitiæ pro retardanda executione eiusdem mandati, tum
ad ipsommet Sanctissimum Dominum Nostrum pro va-
6 rijs † supersessorijs, appareat à plutibus mensibus eun-
7 dem dicti mandati plenam notitiam habuisse, † & ad-
huc illi parere distulisse, & differre per ea, quæ notant
Alterius *de censuris disputat. 1. lib. 3. capit. 2 column. 2. ver-*
sic. tertius casus Caputaquens *decis. 249. in fine libro primo*
Seraph. *decis. 1094. numero 4. alijsque relatis* Rota *in re-*
centiorib. decis. 103. numero 4 parte 11.

Et ita &c.

Altera præsentis causæ decisio est impressa supra in hoc eodem tomo 2. Istius decimæ octauæ partis recent. vbi est in ordine 670.

R. P. D. VICECOMITE.

Bononien. Primogenituræ de Luparis.

Mercurii 1. Iulii 1676.

ARGVMENTVM.

Super iure percipiendi fructus fuerat ad transactionem deuentum, pro quibus etiam Oeconomus deputatus erat; cumque illi duplicis essent generis, alij qui pro primogenito nascituro conseruati debuerant, & alij, qui ad possessorem pertinebant, illos tantum in transactione comprehendi deciduntur, relictis alijs pro possessore bonorum, tùm quia, & de istis non loquebatur transactio, tum etiam, quia ijdem ad possessorem pertinebant.

SVMMARIVM.

1 *Transactio est stricti iuris, & non patitur extentionem vltra expressa.*

2 *Transactio tantum comprehendit, quantum loquitur.*

3 *à Pactis, & conuentionibus initis resilire non licet.*

4 *Renuncians censetur de medio sublatus, ac si in rerum naturam non extiterit.*

5 *Ad renunciatos fructus renuncianti non datur amplius regressus.*

6 *Auctore, & defuncto excluso, excluditur etiam hæres.*

7 *Oeconomus tenetur inuestire fructus quos exegit, non secus, ac tutor, curator, ac quilibet alius administrator.*

8 *Transactio omnes priores, & antecedentes titulos innouat.*

9 *Transigentes non attendunt aliam legem, quam transactionem ipsam.*

10 *Transactioni ita inhærendum est, vt quæcumque lex à transactione diuersa attendenda non sit.*

11 *Verba* gia mai *omnem casum, omnemque futurum tempus comprehendunt.*

12 *Verba transactionis debent esse adeo clara, vt obseruantiam excludant, alias non attenduntur.*

13 *Intellectus ille dicitur verus, quem comprobat obseruantia, etiamsi alter esset de iure verior.*

14 *Casus in transactione non cogitatus, tamquam casus omissus remanet sub dispositione iuris communis.*

15 *Fructus percipere debet, qui in possessione reperitur.*

16 *Fructus in transactione non comprehensi, ad eum spectant, qui illos consequi debuerat.*

17 *Possessionem amittit, qui præstat consensum deputationi œconomi.*

18 *Fructus primogenituræ administrari debent ab œconomo non existente persona capace eiusdem primogenituræ ad effectum illos consignandi cui de iure.*

19 *Clausula* præseruatiua, & sine præiudicio iurium, *modificat consensum, illumque conditionalem reddit.*

20 *Possessio vigore clausulæ præseruatiuæ, non obstante deputatione œconomi, censetur continuata.*

21 *Clausula* non aliter *habet formam præcisam, & nihil actum censetur, si ex præstatione consensus inferatur præiudicium, & num. 22.*

23 *Assignatio facta ad vitam alicuius, eo defuncto, resoluitur, & ad suum primæuum statum reuertitur.*

24 *Fructus, de quibus transactio non loquitur, remanent penes possessorem.*

25 *Possessio affert possidenti commodum percipiendi fructus.*

DECISIO DCCLXXVII.

DISTINCTIONE retenta inter fructus quos vigore transactionis tenetur Oeconomus conseruare pro filijs masculis nascituris March. Enneæ iuxta illius mentem, & inter fructus, quos in vita percipiebat Senator Marcus Antonius Luparus, steterunt hodie DD. quoad vtranque partem in decisis 10. Februarij currentis anni coram me; quo nempè ad primam, non teneri Oeconomum deponere, & quoad secundam teneri consignare Marchioni.

Primæ partis resolutionis ratio iterum desumpta fuit ex
differentia, quæ patet inter onus inuestiendi, & onus
conseruaodi, & cum de inuestimento nullibi in transa-
ctione tractetur, sed de sola fructoum conseruatione, cui
incumbere debet Oeconomus ad formam Capituli 6 ante-
penultimi, & penultimi dictæ transactionis, nullo iure
prætendere valet Francisca Maria dicti Senatoris filia, &
hæres vt inuestiantur, quia transactio est stricti iuris, † 1
quæ non patitur extensionem vltra expressa, Rota *de-*
cis. 63. numero 1. & per tot. parte 1. diuers. in recentior.
decis. 308. numero 2. parte 4. tom 3. coram Bich. *decis. 637.*
numero primo præter allegat. in *decis.* quæ reuidetur *§. &*
pro faciliori, &c. cum vulgatis. Et tantum compre-
hendit, † quantum loquitur, Bald. *in l. sub prætextu nu-* 2
mero 7. & Salicet. *numero 3. Cod. de transact.* Surdus *cons.*
418 numero 22. Rota coram Caual. *decis. 162. numero 7.*
& 8. & in Bononien. pecuniaria siue transactionis 24. No-
uembris 1671. in princip. coram Reu. D meo Decano. Ipsi-
que transactioni addiderunt robur transigentes, proceden-
do per viam pacti, & conuentionis, † à quibus resilire 3
non licet *l. 1. §. si conueniat ff. depositi l. legem decima Cod.*
de pact. cum similibus.

Conuentiones autem, & pacta fuerunt plura; Sed il-
lud quod in *d. cap. 6 & in cap. penult.* inferitur amplissimæ
renunciationis, qua Senator Luparus à se abdicauit
quodcumque ius super dd. fructibus ante transactionem à
Marchione perceptis, & super quibuscumque (deducta
propria portione) inposterum percipiendis à præfato Oe-
conomo, quem insuper, & quamcumque aliam perso-
nam, quæ pro tempore illos perciperet indemnem in am-
plissima forma releuauit idem Senator, valde vrget, quia
hoc pacto renuntians, † censetur de medio sublatus, ac 4
si in rerum natura non existeret Mastrill. *decis. 64. nume-*
ro 12. Rota coram Merlin. *decis. 62. numero 11. & in Ro-*
mana fideicommissi de Steccatis 4 Febr. 1667. §. reiecto co-
ram R. P. D. meo Bourlemont, nec ad fructus renunciatos † 5
sibi amplius datur regressus ad text. *in l. 1. §. qui semel ff. de*
success. edict. Alex. *cons. 13. sub numero 6. vers. comproba-*
tur lib. 5. Decius *cons. 445. numero 26. in fin.* & auctore ex-
cluso, † excluditur etiam Francisca Maria eius hæres, vt 6
concludit *decisio §. Et cum inter.*

Et §.

Et §. sequenti subnectitur obseruantia, qua constat
Oeconomos pro tempore tam ante, quàm post mortem
Senatoris deputatos, fructus hos nunquam inuestiuisse,
propter quam confirmata eo magis fuit DD. sententia,
neque modernum Oeconomum teneri inuestire, quia
transigentium voluntas ex facto non minus, quam ex
non facto deprehenditur ex ibi allegatis

Contraria non vrgent, & cum opponeretur de iure te-
7 neri Oeconomum inuestire fructus, quos percepit, † non
secus, ac tenetur Tutor, & Curator, & quicumque alius
administrator, vt tradit Excobar. *de ratiocin. cap.6. num.
28 83. & 84.* Honded. *cons.82. sub num.21. lib.2.* quinimò in
casu nostro teneri etiam magis præcisè ex sententia Audi-
toris Generalis Bonon, quæ transactionem præcessit;
Responsum fuit, nec sententiam, nec ius commune es-
8 se attendenda, quia per transactionem subsequutam †
omnes priores tituli fuerunt nouati Dec. *cons 400. num.9*
Rota coram Mantic. *decis.241. numero 8 cum alijs in Fir-
mana fideicommissi, seu bonorum 19. Iunii 1669. coram R.P.
D. meo Bourlemont*, & inter transigentes nulla alia atten-
9 ditur lex † quam transactio Afflict. *decis. 73 sub numero 9.*
Surd. *decis. 114 sub num.7.* cum concordan. apud Rota *de-
cis.352. num 2. & 3. part 9. recent.* Cum autem in transa-
ctione nullibi conuentum fuerit vt Oeconomus fructus
10 hos inuestire teneatur, vt supra præmissum est, † non
potest modo alia lege à transactione diuersa in inuestimen-
to insisti, vt ex *l. quamuis 39. C. de transact* & alijs tradit
nostra *decis. quæ euidetur d. §. pro faciliori, & latius §. pe-
nultimo.*

Quæ verò contra renunciationem, & quietantiam fa-
ctam Oeconomo à Senatore Luparo deducebantur restrin-
gi ad casum quatenus filij masculi Marchionis nascantur,
ijs autem adhuc non natis, nec actu existente persona ca-
paci, cui dicti fructus debeant consignari, talem renun-
ciationem non afficere, non verificantur in facto, cum
ex lectura ipsius transactionis constet renunciationem
fuisse liberam, & absolutam, conceptam per verba obli-
gatoria *Che da essi Signori Lupari, e loro figliuoli non faran-
11 no gia mai preteso*, † quæ omnem casum, & quodcumque
futurum tempus comprehendunt, vt ait, *glos. in l proui-
dendum septima verbo nunc C. de postul. cum concordantes
per* Rota *decis.174. part.13. decis.13.137. & 391. in omnibus
num.4. part.14. recent.*

Et cum hac sint vndique perspicua, implicat contradi-
ctionem, quod lectura transactionis intellecta in sen-
sum contrarium per Scribente. pro Francisca Maria sit
12 tam clara, † vt destruat obseruantiam, quia claritas de-
beret esse adeo nitida, vt omnino excluderet intellectum
13 supra expositum, aliàs intellectus, ille sit verus, † quem
comprobat obseruantia, etiam si alter esset de iure verior
Honded. *cons.92. num.30. lib.1.* Fontanell *decis.35. num.24
& 35. & decis.477. num 8. & 9* Adden. ad Gregor. *decis.184.
num 8* Rota *decis.608. num 6 part.2. recent.*

Hactenus de prima parte distinctionis. Quo verò ad
secundam concernentem fructus, quos percipiebat in vi-
ta Senator Lupatus, ratio propter quam dictum fuit te-
neri Oeconomum consignare Marchioni, fuit illa eadem
quam adducit decisio, quæ reuidetur *§. final.* quod scilicet
cum casus præmorientiæ Senatoris non fuerit in transa-
14 ctione præcogitatus, † tanquam casus omissus remanet
sub dispositione iuris. Communis ex ibi allegatis, de iu-
re autem sublata de medio transactione, quemadmodum
15 Marchio perciperet fructus, † quia in possessione bono-
rum primogenituræ repetiebatur quando transegit per
text. *in l. sequitur §. fructus ff. de vsufruct.* Rota coram
Vbaldo *decis.734 num.32 & decis.791. num.1. part.2.* Ita
cum per transactionem nihil de illis remaneat determina-
16 tum, † illos modo consequi debet iuxtà Rotæ *decis. 63.
num.1. part.1. diuers.*

Impugnabatur huiusmodi assumptum multipliciter,
& primo negabant scribentes pro Francisca Maria, quod
Marchio possideret bona primogenituræ Luparæ de tem-
17 pore transactionis, vel si possidebat, † per consensum,
quem præstitit deputationi Oeconomi, quamcumque pos-
sessionem amisisse Posth. *de manut. obserua 17. numero 32.
& seqq.* Gratian. *discept. 981. numero 31.*

Secundò repetita tota serie causæ ostendebant Mar-
chionem fuisse in omnibus propositionibus reputatum
incapacem huius primogenituræ, eo ipso quod declara-
uit se velle retinere aliam ordinatam in familia Magna-
norum incompatibilem, qua incapacitate attenta si mo-
do consequeretur fructus primogenituræ Luparæ, viola-
retur transactio, in qua ei nihil fuit assignatum, & inci-
denter reuocarentur præcedentes decisiones coram R. P.
D. Bourlemont, in quibus dictum fuit transactionem
durare, & si admitteretur, quod fructus de quibus agitur
non deberent manere sub Oeconomo, reuocaretur etiam
alia coram me, in qua ostenditur Oeconomum fore de-
putandum, quamuis obierit Senator Luparus, imò, &
fortius plus commodi ex hac resolutione sentiret, quam
ex victoria causæ ipsa ante transactionem vigentis, si fuis-
set prosequuta; dum instantiæ in ea factæ ex parte Mar-
chionis aliò non tendebant, quam vt declararetur primo-
genituram Luparam remanere debere in suspenso, quous-
que filij capaces nascantur.

Tertiò demum, quod violaretur ius commune, quia
nullo adhuc existente capace primogenituræ, & dum spe-
rantur filij habiles, † interim fructus administrari de- 18
bent ab Oeconomo ad effectum illos consignandi cui de
iure Argel. *de legit. contradict. num.14. & 15* Cyriac. *con-
trou.205. num.88.* Surd *cons.127. num. 27 post med. cum alijs.*

Sed quoad primum, veritas stat in contrarium Mar-
chio namque suam probat possessionem ex confessione ip-
siusmet Senatoris edita in quadam protestatione in pro-
cessu causæ transmissa, quam exhibet *Summ. responsionis
numero vnico*, cuius nulla maior datur probatio ex vul-
gatis; nec illam amisit per consensum, quem præstitit
deputationi Oeconomi, quia adhibitus fuit cum expres-
sa præseruatiua, & sine præiudicio suæ possessionis, &
non aliter, cuius clausulæ † virtus est vt consensum de- 19
putationi modificet, & conditionalem reddat Peregr. *de
fideicomm. art.47. num.29. vers. & ideo* Rota coram Penia
decis. 1596. num. 7. & coram Bichio *decis. 541. num. 10.* &
dum præseruatiua expressè cadit super possessione, † ef- 20
ficit vt etiam nunc dicatur continuata in Marchione, la-
tè Post. *de manut. obser.30. num.5.* maximè addita clausula
non aliter, † quæ habet formam præcisam, ità vt nihil 21
actum censeatur, si ea præstatione † consensus infera- 22
tur præiudicium Eugen. *cons. 29. num. 33. lib.3.* Rota co-
ram Carillo *decis.131 num.11. coram* Seraph. *decis.834 nu.
7 & in recent. decis 11 num.3. & seq. part.9.*

Ad secundum ponderabatur prætensam Incapacitatem
Marchioni non obstare, quominus hos fructus percipiat,
quia etiam de tempore, quo super ea disceptabatur, non
desierat possidere, & licet Senatori fuerint postea dicti
fructus in transactione assignati, cum tamen talis assig-
natio non haberet causam perpetuam, sed esset limitata
ad vitam Senatoris, † eo defuncto resoluta fuit ad pristi- 23
stinum statum, in quo reperiebatur Marchio percipiendi
eosdem fructus, ad notata per Bal *in l Titia cum testa-
mento 35. § Titiam cum ibi traditis per Cuman. &* Castr. *ff.
de legat.2.* Paris. *cons.21. num 28. lib.2. benè* Franch. *decis.
64. num.11. & 12.* Cyriac. *controu. 683. num.1.* Rota *decis.
294 num.102. & seqq. part.5. recent.* nullatenus propterea
violatur exinde transactio, † si fructus redeunt ad posses- 24
sorem in casu, quo nulla fuit de illis facta in transactio-
ne prouisio ex superius traditis, quemadmodum nec
etiam reuocantur *decis R.P.D. meo Bourlemont*, in quibus
dictum fuit transactionem adhuc durare, quia adhuc du-
rat in casibus in ea comprehensis, prout nec etiam reuo-
catur nostra decisio, quia Oeconomus se gerit circa alios
fructus conseruandos, prout supra, nec in reliquis Mar-
chio Eneas plus vtilitatis consequitur ex hac resolutione,
quam ex victoria causæ, quia etiam quando ad victo-
riam aspirabat dd. fructus percipiebat, quos si modo etiam
percipiet, id referri debebit ad virtutem attractiuam pos-
sessionis, † quæ tale commodum affert possidenti, non 25
ad aliam causam *l. ex diuerso ff. de rei vindic.* Contard. *de
momentan possess. in 3. oppositione num 8. & 9.* Menoch. *de
retinend. remed 3. num.178. cum alijs per* Posth. *de manut. ob-
ser. part num.35. & 36.*

Et ex his patet etiam responsio ad tertium, non violari
scilicet ius commune, si dictus Marchio continuat posses-
sionem illam, in qua reperiebatur, dum ageretur de depu-
tan Oeconomo ex mox allegatis.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Altera præsentis causæ decisio, est impressa supra in hoc
eodem tomo secundo vbi est in ordine 654.

REVE-

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Saluiani.

Mercurii 1. Iulii 1676.

ARGVMENTVM.

Possessori priùs denegata retentio pro eredito census anterioris, tum quia ipse euaserat dominus fundi censiti, tum etiam, quia non subsistere dicebantur iura mulieris, quæ in eo fideiusserat; Hodie tamen fuit concessa pro sorte, quæ non obstante extinctione semper remanebat anterior; Fideiussio verò mulieris valida reputata est, tamquam cum solemnitatibus facta, pro liberando viro ab imminentibus debitis, quibus ille obligatione camerali præmebatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententias Rotæ Romanæ de more illius decisiones præcedunt.*
2 *Creditum semper est anterius simplici legato.*
3 *Legatum dicitur debitum voluntarium, quod proinde postponitur debito necessario.*
4 *Debitis ante legata satisfaciendum est.*
5 *Fideiussio facta ab vxore ad effectum eximendi virum à certis debitis, quibus obligatione camerali præmebatur, remanet valida.*
6 *Carceratio dicitur imminere ex debito obligatione camerali vallato.*
7 *Fideiussio mulieris facta cum solemnitatibus Statuti Vrbis lib.1.cap.151. dicitur valida, & substinetur*
8 *Creditor census si emerit fundum censitum facit fructus suos, si non ratione census, ratione tamen dominij per viam emptionis acquisiti.*
9 *Retentio pro sorte datur creditori census, qui per viam emptionis fundum censitum acquisiuit.*
10 *Retentio possessori conceditur pro credito anteriori, quando Saluianum intentatur à creditore posteriore.*

DECISIO DCCLXXVIII.

AD obumbrandam iustitiam sententiæ rotalis concedentis reintegrationem Reuereodis Patribus Congregationis Oratorij Neapolis, informantes pro Confraternitate Saoctissimi Corporis Christi io Ecclesia Sanctæ Mariæ in Via, licèt validitatem non impugnarent, tepetebant oon solùm deducta, & subiata in decisione Re-
1 uerendi Patris Domini mei Rondinini, † quæ illam sub die 4. Martii * 1675. de more præcessit, verum etiam asserebant, censum, pro qun Patres retentionem nbtinueraot, esse extinctum per acquisitionem fundi, factam per Accorambonum creditnrem, & iliorum auctorem, sed his non obstantibus, sententia confirmationis robur obtinuit.

Quamuis enim Hortentia legauerit Confraternitati scuta mille, & quingenta ad effectum ex fructibus eorum nubendi puelias, pro quibus io Saluiano immitti curauit, nihilominus talis immissio nequit substineri, cùm Patres habentes causam ab Accorambono, ius suum metiantur ex instrumeoto census longè anterioris testa-
2 mento, io quo iegatum contiuetur, † & consequenter, tùm ratione anterioritatis, tùm quia legatum tanquam
3 debitum † voluntarium, postponen. est debitis oecef-
4 sarijs, † quibns ante legata sarisfaciendum venit, iuxta textum in *l scemus*, *antea C. de inofficios. testament.* Merlio. *de legitim. libr. 2. titul primo numero primo* Rota *decis. 175. numero 9. coram Peutinger. & in Romana legitimæ 6. Martii proximi præteriti §. similiter coram me.*

Nec visa est vrgere iterum obiecta, nullitas obligationis Horteotiæ ex causa fideiussionis factæ pro viro census
impositore, quia † cum fideiusserit ad effectum eximen- 5
di illum à certis debitis in instrumento descriptis, pro
quibus vigore obligationis in forma Cameræ † semper di- 6
ci poterat immioere carcerationem, & seruatæ fuerint
solemnitates præscriptæ à Statuto † *Vrbis lib. 1. cap. 151.* 7
nullo modo potest obligatio redargui de oullitate, vt relatis alijs, comprobat decisio *Reuerendi Patris Domini mei Rondinini §. neque validitati*, quæ etiam satisfacit obiecto versionis, vt in *§. nec obstat.*

Minus releuat oouissimum motiuum extinctionis census deductum ab incompatibilitate, quæ deducebatur ea acquisitione domus censitæ factæ per Accorambonum, à quo Patres causam habent, quia cum ille esset creditor
ceosus, & domum emerit, † licet non potuerit conse- 8
qui fructus census super eadem domo impositi, tamen fructus domus suos fecit ratione dominij acquisiti per viam emptionis, & ita quoque Patres illius personam
repræsentaotes † habere debeot reteotionem domus pro 9
sorte principali dicti census anterioris legato, quidquid esset dicendum, si hodie prætenderetur, censum vigere ad alios effectus, cum dubitari non possit, quod reten-
tio competit pro credito anteriori, † quando Saluiaoum 10
intentatur à creditore posteriori Rota *decis. 10 numero 1. & decis. 144 numero 15. & decis. 504. numero 2. coram bonæ memoriæ Bichio*, & passim in alijs.

Et ita confirmandam esse seotentiam rotalem, responsum fuit, vtraque Parte audita.

Supra in hoc eodem tomo secundo istius decimæ octauæ partis recentiorum adest altera, quæ hic confirmatur præsentis causæ decisio coram Reuerendo Patre Domino Rondioino, quæ ibi est in ordine 462.

R. P. D. TAIA.

Cathacen. Matrimonij.

Mercurii 1. Iulii 1676.

ARGVMENTVM.

Quia non de fœdere matrimonij, sed solum ad effectum successiouis de eo agebatur, illud ideo probari visum est ex attestatione Parochi, qui ambos Coniuges in matrimonium coniunxerat, alia simili fide Vicarij publicationes dispensantis, & demum ex testibus licet consanguineis, qui interuenerunt in illo, non obstante contraria attestatione mulieris, se nunquam d. matrimonium contraxisse, & quatenus de eo appareat, non habuisse animum, & intentionem contrahendi, nec suum præstitisse consensum.

SVMMARIVM.

1 *Fides Baptismatis probat ætatem, non autem filiationem.*
2 *Fides Baptismatis non probat matrimonium, non constito de consensu, & tractatu patris.*
3 *Declaratio, Confessio, & alij actus à carcerato extorti, dum erat in carceribus, non important consensum, & animum se obligandi, quamuis sint iuramento firmati.*
4 *Decretum Iudicis, vel Episcopi factum cum aliquo præsupposito, eo cessante, & ipsum quoque cessare debet.*
5 *Matrimonium ad effectum successionis leuioribus probationibus probatur.*
6 *Matrimonium probatur ex adnotatione dispensationis publicationum de licentia Vicarii descripta in libro matrimoniorum.*
7 *Fides Vicarij attestantis ipsum dispensasse publicationes, plurimum vrget ad probandum matrimonium, & supr. numero 6.*
8 *Matrimonium probatur ex fide Parochi, qui aliquos in matrimonio coniunxit.*

9 *Matri-*

9 *Matrimonium probatur ex testibus, qui interuenerunt in eo, quamuis ipsi sint consanguinei.*
10 *Coniugum assertionibus non defertur ad destruendum matrimonium iam contractum.*
11 *Declaratio, seu confessio mulieris ipsam matrimonium non contraxisse, & quatenus constet, non habuisse animum contrahendi, & consentiendi, quid releuet.*
12 *Matrimonio non præiudicat declaratio, seu testamentum patris illud celare volentis, tamquam in dedecus aliorum filiorum, & familiæ.*

DECISIO DCCLXXIX.

PROPOSITO dubio 25. Iunij proximè præteriti, An standum, vel recedendum à decisis 4. Iulij 1674. DD. responderunt coadiuuandas probationes, edendo quidem Acta in Partibus, & vtcumque coadiutis probationibus 22. eiusdem proposita iterum causa, DD. distulerunt ad vltimam hanc Rotam, in qua præmisso mandato, vt viderent omnes, denique steterunt in decisis, constare de matrimonio valido.

Vni ex DD. visum est quidem recedendum, quia omnia vt dicebat, ponderata in decisione vti sufficientia ad probandum prætensum matrimonium, illi visa sunt, & singula pro se, & simul sumpta, nec subsistere, nec releuare.

Non enim releuat (inquit) In libro matrimoniorum descripta partita 17. Maij 1656. *Io infrascritto Parocho &c.* quia non solùm non fuit cum debitis solemnitatibus extracta, sed hodie ex deductis in facto, & ex oculari inspectione ipsius libri apparet adhuc ex interuallo additam fuisse cum antedata.

Non fides Baptismi, quia hæc valet ad probandum
1 ætatem, † non autem filiationem, & minùs matri-
2 monium, † non constante consensu, & tractatu Patris, Rota *decis.* 388. *numero* 13. *&* 14. *parte* 13. & tamen in præsenti constat ipsius Lucij Pattis oppositio, vt in facto.

Non declaratio ipsius Lucij asserti mariti Mariæ, quia tanquam extracta ab eo, dum in carceribus detinere-
3 tur, † non potuit in eo considerari consensus, & animus se obligandi, quamuis iuramento firmata fuerit, Rota coram Merlino *decis.* 506. *numero* 5. *cum seqq. la* 2. *cum aliis in Nucerina Parochialis* 28. *Iunii* 1669. *coram R. P. D. meo Vicecomite.*

Non demum decretum Archiepiscopi datum 27. Martii, & 1. Aprilis 1672. quia præter quam quod non constat aliqua citatio Partis, hodie conuincitur erroneum,
4 vtpote innixum præsupposito, † quod non constaret decretum Archiepiscopi prædecessoris, 18. Iunij 1666. super non existentia, & non iustificatione controuersi matrimonij, quod tamen hodie constat fuisse subtractum ex actis, & postea ad exonerationem conscientiæ restitutum, adeòque cessante præsupposito, debet cessare decretum.

Alii verò quatuor suffragantes, steterunt in decisis, & potissimùm quia vt dicebant, ex probationibus in decisione deductis, videtur satis iustificatum matrimonium, de quo agitur fuisse verè, & validè contractum, idque eo fortiùs, quod hodie non agitur principaliter de fœdere matrimonij, sed solùm ad effectum succedendi in bo-
5 nis paternis, † quo casu probationes leuiores sufficiunt, ex allegatis coram Burart *decis.* 530 *& ibi adnot. num.* 7.

Affertur enim non solùm notatio in libro matrimoniorum continens hoc matrimonium de scientia Vicarii Generalis, postpositis publicationibus fuisse contractum,
6 quæ vti † scripta ab eo, ad quem ex officio hoc pertinet, plurimùm vrget, Rota *decis.* 34. *numero* 1. *&* 2. *parte* 2. *diuers.* sed exhibetur etiam alia notatio extracta ex libro baptismatis, ex qua constat Dominicum fuisse baptizatum, vti filium legitimum, & naturalem Lucii,
7 & Mariæ, † & concurrit attestatio Vicarii Generalis, qui super publicationibus huius matrimonii ex causis ab ipso expressis dispensauit.

Et denique hæc omnia corroborantur per attestatio-
8 nem eiusdem Parochi, † qui illos coniunxit, & te-
9 stium, qui † interfuerunt, qui licèt consanguinei, in hac materia probant, vt inquit Text. *in cap.* 3. *de his, qui matrimonium accusare possunt.*

Neque contra has probationes releuat asserta sententia Archiepiscopi, quia præter alias exceptiones graues, & releuaores contra illam adductas, illa fundatur in solo dicto cuiusdam Iulii, qui non caret magna suspicione, prout etiam multum suspectæ videntur attestationes aliorum, qui ad eneruandam fidem DD. Vicarii, & Parochi, attestantur ipsos fuisse inimicos Lucii.

Minùs refragatur confessio in instrumento extorta ab ipsa Maria, quia vltra, quod non est deferendum asser-
tionibus coniugum, † ad destruendum matrimonium 10
iam contractum, illa est suspectissima ex dolo, & fraude, ex qua Maria inducta fuit non solùm ad fatendum, seu declarandum neque per verba de præsenti, neque
per verba de futuro per ipsam fuisse contractum, † 11
sed quatenus aliunde probaretur ipsam contraxisse, inducta fuit ad declarandum, se non habuisse voluntatem, & intentionem, & consensum contrahendi, quæ, quidquid, & quantum sapiant, aliorum DD. prudenti iudicio remissum est.

Et aliquis adiecit sibi non obstare testamentum Lu-
cii, † tanquam ad cælandum matrimonium, quod 12
credebat tendere in dedecus filiorum ex altero matrimonio, & familiæ.

Et hæc, & sic DD. vtraque Parte informante.

R. P. D. TAIA.

Leodien. Redditionis rationis.

Mercurii 1. Iulij 1676.

ARGVMENTVM

Sicuti æquitati repugnat mercedem operarijs non soluere, nisi expleto labore, quasi quod illa aliquam diuisionem non patiatur, ita ab hac æquitate receditur, stante pacto non petendi mercedem, nisi opere completo; cumque de procuratore ad exigendum ageretur, sic eum suo principali conueniente, qualiter etiam debitores exegendi facilis exactionis fuissent, vel non, in præsenti decisione declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Mercedem nullam operario deberi nisi expleto labore, æquitati repugnat & num. seq*
2 *Artifici statuitur merces pro rata temporis, & laboris.*
3 *Contrahentes possunt sibi dicere legem in instrumento, à qua postea non possint recedere.*
4 *Procurator, & alius quilibet Operarius potest facere pactum non petendi mercedem, nisi opere, & labore completo.*
5 *Debitores non sufficit probare idoneus, & soluendo, sed quod de facili etiam exigi poterant, & quando vide num. seq.*
7 *Debitor intelligitur ille, à quo inuito exigi pecunia potest.*
8 *Debitorem aliquem dicimus, si soluere potest.*
9 *Nudus, nec etiam à decem Palæstritis expoliari potest.*

DECISIO DCCLXXX.

IVXTA modum infrascriptum hodie DD steterunt in decisis 28. Iunij 1673 in quibus triennio steterunt tacentes, & penè dormientes litigantes.

Considerarunt enim tres summas, & vt dicunt, partitas negatas Matthiæ, & improbatas, ne accepto ferantur; Primam floren. 4500. solutam viduæ Hanet cessionariæ Iacobi primi procuratoris constituti à Beneficiatis ad exigendum; secundam floren. 2948. à militibus, latronibus ereptam in itinere, & tertiam floren. 2500. pro mercede Matthiæ, qui locauerat operam suam ad exigendum certum legatum dd Beneficiatis.

Secundam negatam adhuc dixerunt negandam, quia ex testibus nunc inductis constat quidem fuisse ereptam Matthiæ pecuniam in itinere, non tamen con-

stat

ſtat fuiſſe illam exactam pro Beneficiatis iuxta deciſionem.

Difficultas fuit in prima, & tertia ſumma, in quibus
repugnare videtur æquitati pro modo operis, & laboris
1 non deberi mercedem, † licet opera ſuſcepta non fue-
2 rit integrè expleta, vt Artifici ſtatuitur merces † pro
rata temporis, & laboris Coſta *de port. ratæ quæſt.* 13.
numero 14. ſed quia Procuratores primus Iacobus, ſe-
3 cundus Matthias ſibimetipſis legem dixerunt † in lo-
catione operæ, non petendi ſalarium, niſi opera ex-
pleta, & caſu quo ſuam ſuſceptionem ad finem non per-
4 ducerent, † nihil prætendere poſſent &c. in inſtrumen-
tis cum Matthia, & Iacobo, & viſi ſunt in hoc pacto
renunciaſſe ſupradictæ æquitati, vt facile renunciatur,
ad Dominum Zacch *de ſalar. qu.* 14. *ex numero* 19

Sed hæc, quæ valent contra Iacobum primum Procuratorem de opera non expleta, completaquè, non valent, vt DD. dixerunt in Matthia ſecundo Procuratore; ſi enim ex pacto verificetur ſtatus hæreditatis Caroli, qui legauit Beneficiatis non exceſſiſſe floren. 20000. & deductis impenſis florenor. 18000. vt ex deductis in *Summario* Matthiæ conſtare videtur, exactio quoque, & opera completa videtur, cum exegerit dictam ſummam, & merces eſt debita conſequenter ad pactum.

Et licet aliqua ſumma inexacta remanſerit alterius legati in Codicillis floren. 10. mil. cùm tamen pactum eſſet præfinitum, & reſtrictum ad exactionem eorum omnium, quæ deberentur, & de ijs, quæ recipientur, vel recepta fuiſſent, bonam, & integram quietantiam tradere, ſub onere bonum reddendi computum, vt in dicto inſtrumento Iudices Compromiſſarij in partibus reduxerunt legatum 21. mil. ad floren. 18. mil. Matthias ex parte ſua conuentionem, & propriam obligationem impleuit ad ſupraſcripta verba: *Quæ debita eſſe iudicabuntur*, nempè exigenda de iure, & de ijs, quæ recipientur, nempè exigibilia, vel exacta de facto; Nec illo caſu ſufficit Beneficiatis ad conuincendam ne-
gligentiam Matthiæ probare extitiſſe debitores legati
5 idoneos, & ſoluendo, † niſi etiam probarent, quod
exigi à debitoribus facilè potuiſſet, Ruin. *conſ.* 93. *nu-
mero* 7. *à verſ. nec iſto caſu lib.* 5. Surd. *conſ.* 228. *nume-
ro* 16 *verſ. Rian. &c.* & cum eo etiam diſtinguendo a-
6 gentem, † & excipientem, Rota coram Coccin. *de-
ciſ.* 2123. *numero* 9. *verſ. nec dicatur*; Debitor enim in-
7 telligitur is, † à quo inuitò exigi pecunia poteſt, *l. de-
bitor* 108. *ff. de verb. ſignif* atque vt ibi gloſſa exigi de-
clarat extorqueri, atque ita non minus de facto, quàm
8 de iure, † debet enim aliquis ſi ſoluere poteſt, cum nu-
9 dus † nec à decem palæſtritis poſſit ſpoliari.

Et ita ſaluis iuribus Beneficiatis probandi ſuper aſſ. ſtatu hæreditatis Caroli legantis, ſufficiat necne pro ambobus legatis, & an aliquid Matthiæ remaneat exigendum vigore locatæ operæ de legato illo floren 10. mil. quod pro duabus tertijs partibus dicebatur ſolutum Gaſpari, Domini conſenſerunt pro nunc reformandam deciſionem quoad mercedem Matthiæ floren. 2500. debitam vt ſupra.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. VICECOMITE.

Burgen. Iuris ſedendi.

Mercurii 1. *Iulii* 1676.

ARGVMENTVM.

Honorabilior locus, Sepulura, vel Sedes in Eccleſia ab immemorabili tempore certæ familiæ ſpectabat, in quibus proindè illam non ſolùm manutenendam eſſe deciditur, ſed declaratur etiam ante eam alios præponere non licuiſſe, quamuis eadem loca immutata non ſint, quia non exindè vice perſonarum Superioris Ordinis, quales erant Eccleſiaſtici, ad inſtar ceſſionis, vel ſubrogationis, alter eiuſdem laicalis ordinis interponi potuerat; quia tunc primus ſemper remanebat ſecundus.

SVMMARIVM.

1 *Locus in Eccleſia, quamuis Sacer poteſt cadere in commercio priuatorum, & aſſignari laicis, & quomodo.*
2 *Iuſpatronatus licet annexum rei ſacræ, adhuc laicis competere poteſt.*
3 *Iuſpatronatus acquiritur ex conſtructione Eccleſiæ, vel Capellæ, etiam abſque aliquâ reſeruatione, modo tamen non fuerit remiſſum.*
4 *Teſtes ſuper pertinentia iuriſpatronatus de ſola publica voce, & fama deponentes, nihil probant ſi quaſi poſſeſſio deficiat.*
5 *Præeminentiarum materia tota dependet à conſuetudine.*
6 *Immemorabilis conſuetudo præbet aſſiſtentiam iuris.*
7 *Conſuetudo ſedendi, vel aliquem locum in Eccleſia obtinendi, acquiritur per decennium.*
8 *Locus in Eccleſia poſſeſſus videntibus, & patientibus Rectore, Clero, & hominibus, ſicuti acquiritur per decennium, ita præſcribitur per immemorabilem, & numero* 7.
9 *Sedem nouam ante veterem alterius in Eccleſiæ ponere nemini permittitur.*
10 *Manutentio datur tam in retentione ſedis in Eccleſia, quam ſuper illius præeminentia.*
11 *Sedis, ſeu loci pro manutentione in Eccleſia vltrà remedia poſſeſſoria, dantur etiam magis executiua, & violenta.*
12 *Sedis, ſeu loci innouatio in Eccleſia à Doctoribus inter cauſas grauiſſimas recenſetur.*
13 *Ceſſio loci, vel ſedis in Eccleſia fieri poteſt, & quando facta ſubſtineatur num. ſeqq.*
14 *Sedes, ſeu locus in Eccleſia non immutatur per ceſſionem loci, vel ſedis præeminentioris.*
15 *Argumentum à vi ceſſionis, & ſubrogationis non datur, vbi adeſt ratio diuerſitatis, vel alteri præiudicium inferatur.*
16 *Laicus aliud eſt, quod ſedeat primus in Eccleſia poſt perſonam Eccleſiaſticam, aliud verò ſi loco perſonæ Eccleſiaſticæ interponitur alius laicus.*
17 *Ceſſione acquiri poteſt locus ſacer in Eccleſia, non ſecus ac conceſſione, & ſucceſſione.*
18 *Ceſſio non poteſt operare præiudicium præeminentiæ alterius.*
19 *Sedes, ſeu locus paria ſunt quod fuerint mutata, vel quod eis firmis remanentibus, alia ſupra ipſam collocata ſint.*
20 *Præeminentia, & præcedentia ſemper immutantur, ſi alij inferioris ordinis ante ipſam ſubrogentur loco aliorum in ordine ſuperiorum.*
21 *Sedes, & ſepultura poteſt aſſignari laico in Eccleſia, propter indigentiam eiuſdem Eccleſiæ.*
22 *Eccleſia non poteſt in præiudicium honorabilioris ſepulturæ loci, vel ſedis, alios illis anteponere.*

DECISIO DCCLXXXI.

NOBILES de Familia Argomedo de gradu in gradum ad modernum vſque Didacum Fernandez ſederunt ab immemorabili in digniori loco ad latus Euangelii Capellæ maioris Eccleſiæ de Quinzano; Quouſque de recenti oblatis per Capitaneum Petrum Fernandez de Pando ſcutis quingentis in refectionem Iconis maioris Altaris, vt ſibi locus magis beneuiſus in d. Capella pro Sede, & ſepultura aſſignaretur, Conſilium, & homines d. loci dederunt mandatum procuræ Rectori pro huiuſmodi aſſignatione; Cumque in illius executionem remota quadam Arca inſeruiente Præfecto Domus pro recondenda ſacra ſupellectile, ſupra dictam Sedem Familiæ de Argomedo exiſtente, ibi ſuam paulò eminentiorem d. Petrus de Pando conſtruxiſſet; Rei huiuſce nouitas, contentiones, & ſimultates inter partes excitauit, pro quibus ſedandis occupata per Eccleſiæ Rectorem Sede nouiter conſtructa, Iudicium ſuper ea delatum eſt ad Ordinarium, qui pro recta, & valida illius aſſignatione ſententiam tulit, confirmatam deindè per alium Iudicem à Reuerendiſſimo Nuntio delegatum; Deuoluta demum in tertia inſtantia ad Rotam Cauſa, mihique commiſſa, dedi dubium, An aſſignatio Sedilis, & Sepulturæ ſuſtineatur, quòd fuit negatiuè reſolutum.

In

In capienda huiusmodi resolutione non dubitarunt
Domini quin locus in Ecclesia sacer cadere possit in com-
1 mercio priuatorum, & assignari laicis, † quotiescum-
que tamen assignatio non fiat iure dominii; itaut assig-
natarius dicere valeat iste locus est meus, sed quoad vsum
tantùm, exemplo iurispatronatus, quod licèt sit an-
2 nexum rei sacræ, eo nihilominus sunt capaces etiam lai-
ci, vt egregiè distinguunt Io Andr. *in cap. abolendæ sub numero 2. & Canonistæ de Sepult.* Paris. *cons.* 149. *numero* 1. 2 & 3 *vol.* 4. Gratian. *discept.* 110 *numero* 10. & *seqq.* & *discept.* 210. *numero* 32. & infrà, cum aliis, quos plena manu colligit Giouagnon. *cons.* 8. *à numero* 1. *vsque ad* 9. *vol.* 2. Rota *decis.* 561. *per tot. parte* 4. *tom.* 1. *recentior.* Tota propterea dubitandi ratio in eo restricta fuit, An ad Consilium pertineret talem locum assignare, Et dato, quod ad ipsum spectaret, vel ad quemcumque alium; An præiudicare potuerit Fernandez de Argomedo.

Ex primo capite, quod respicit pertinentiam, nulla
fuit capta resolutio, quia licèt ex depositione testium
constet Consilium, & homines ædificasse d. Capellam
maiorem, & communior sit Doctorum sententia, quod
3 ex sola constructione Capellæ de licentia Episcopi, †
etiam nulla facta reseruatione in limine erectionis, ac-
quiratur iuspatronatus, dummodò non fuerit expressè remissum, vt tradiderunt Garz. *de benef. parte* 5. *cap.* 9. *numero* 62. Viuian. *de iurepatr. parte* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. *numero* 9. Rota *decis* 222. *numero* 3. *parte* 1. & *decis.* 167. *numero* 4. *parte* 2. *diuers.* Cùm tamen nullibi constet exercitium
d. Iurispatronatus fuisse penes Consilium, sed penès fa-
4 miliam Ciancia, quæ ad d. Capellam † præsentauit, ni-
hil certi concludunt testes deponentes de publica voce, & fama, & de pertinentia ad Consilium, quando deficit quasi possessio patronatus, vt benè explicat Rota coram Seraphino *decis.* 1103 *per tot.* & signanter *numero* 4. *cum duobus seqq.* quem sequitur Garz *d. cap.* 9 *numero* 61. propter quam difficultatem, suspenso quoad d. pertinentiam iudicio, ex alio capite dixerunt Domini, per situationem talis Sedis præiudicium inferri non potuisse antiquæ præeminentiæ Fernandez.
5 Cùm enim in hac præeminentiarum † materia totum ius
faciat consuetudo, Bald. *in cap. cum olim numero* 1. *in primo notab. de consu.* Felin. *in cap. statuimus in princip. de maior. & obed.* Paris. *d. cons.* 149. *numero* 3. *lib* 4. Menoch. *cons.* 126. *numero* 3. Rota coram Seraph. *decis.* 726. *numero* 57. *in recent. decis.* 102. *numero* 17. & 18. *parte* 10. & passim; Constetque per testes formiter examinatos consuetudine sedendi in primo, & digniori loco fuisse ab im-
6 memorabili vsos nobiles de familia Argomedo, † isti di-
cuntur ratione talis consuetudinis habere iuris assistentiam, Menoch. *d. cons.* 126. *numero* 4. *in fin.* Gratian. *disceptat.* 845. *numero* 4. Rota coram Pæn *decis* 817 *numero*
3. quæ eò altiùs fundata existit, quo non per decennium
7 tantùm † aptum ad illam inducendam, vt tradunt Va-
lenz. *cons.* 201. *numero* 43. & 44. Cyriac *controu.* 201. *numero* 169. Rota *decis* 214. *numero* 2. *parte* 4. *tom.* 2. *recentior.*
sed ab immemorabili, vt præmissum est, videntibus, &
8 patientibus Ecclesiæ Rectoribus, † toto Clero, Consi-
lio, & hominibus loci quæsita fuit, vt ponderat Rota
coram Merlin. *decis.* 593. *numero* 8. Non licuisse propte-
9 reà Pando in præiudicium huiusmodi iuris quæsiti † no-
uam Sedem ponere ante veterem Fernandez, vt prosequitur Paris. *præcit cons.* 149. *numero* 16. & ante ipsum Corn. *cons.* 193 *numero* 14. *vers* & *ideo lib.* 2. & præcitati omnes, Quinimmò pro manutentione talis Sedis
10 eum sua antiqua præeminentia † competere possidenti in-
terdictum vti possidetis, Giouagnon. *d. cons* 8 *numero* 12. *lib.* 2. Gratian. *discept.* 110 *numero* 26. Ciarlin. *controu* 119.
11 *numero* 54 atque etiam alia remedia † magis executiua,
& violenta, vt notat Bald *in l. obser.* §. *antequam in princ. ff. de offic. procur* Menoch. *cons.* 51. *numero* 41. Gratian. *mox citat. discept.* 110. *numero* 16.
12 Nec præiudicium huiusmodi, † quod DD recensent
inter causas grauissimas, vt per Valent. *d. cons.* 201. *numero* 99 & 100. Rota coram Pæn. *decis* 941. *numero* 4. *coram* Merlin. *d. decis.* 593. *numero* 9. saluari valuit dicendo, Sedem Fernandez non fuisse à suo antiquo situ amotam, sed ea intacta, fuisse Pando dumtaxat cessum locum Præfe-
13 cti Domus, † quod fieri posse tradiderunt Olea *de cess. iur. tit.* 3. *quæst.* 8. *numero* 21. & *seqq.* & alii per eum allegati propter quam cessionem, etiamsi sequatur immutatio
14 personæ, † ius tamen Fernandez sedentis post Præfectum
Domus non immutari, nec fieri deterius, si sedeat post illius Cessionarium, ad tradita per Rota coram Buratt. *decis.* 100. *numero* 11. quia responsum fuit argumentum à
vicessionis, & subrogationis † non procedere quando sub- 15
est ratio diuersitatis, Surd. *cons.* 31. *numero* 42. *lib.* 1 cum alijs, quos allegat. Valenz. *cons.* 190 *numero* 49. In præsenti autem diuersitas est manifesta; Aliud enim est, quod Fernandez sedeat primus post Præfectum Domus quia sedendo post personam Ecclesiasticam, erit semper
primus in ordine † laicorum; Aliud est, quod sedeat pri- 16
mus post alium laicum, quia tunc erit in eodem ordine secundus, vt benè ad casum distinguit Giouagnon. *d. cons.* 8. *numero* 27. *à vers. non obstat ad fin. lib.* 2. & propterea licèt non controuertatur quin cessione acquiri possit locus sa-
cer, † non secùs ac concessione, & successione acquiri- 17
tur, prout supra præmissum est, Cessionarius tamen de-
bet esse talis conditionis, † qui præiudicium non ferat 18
præeminentiæ alterius, vt prosequendo latè tradit Valenz. *d. cons.* 190. *numero* 50. *cum seqq. vsque ad fin* & Giouagnon. sæpiùs cit. *cons* 8. *num. fin.* Cùm igitur tota vis in sola præeminentia consistat, nihil refert ad saluandum præiudicium Fernandez, quod eius Sedes non fuerit amota; quia paria sunt, vel quod fuerit mutata, & posita
infra aliam, † vel quod ea firma manente, alia fuerit 19
collocata supra ipsam, iuxtà communem hominum æstimationem, quia secundus sedendo inter personas eiusdem
ordinis, † inferior primò in eodem ordine semper reputa- 20
tur, ad Text. *in cap. solitæ de maior. & obed.* Add. ad Greg. *decis.* 411. *sub num.* 5. §. *verum vers.* & *potissimum*, Rota *decis.* 3. *numero* 2. & 3. *parte* 51. *recent.*

Oblatio scutorum quingentorum facta à Pando Ecclesiæ pauperi rationibus hactenus adductis, non præualuit,
quia licèt indigentia Ecclesiæ † sit causa sufficiens, vt in 21
ea assignetur laico pro Sede, & Sepultura locus, vt tradit Adden. ad Gregor *præcit. decis* 145. *numero* 10. cùm ta-
men sit cultrix iustitiæ, † huiusmodi assignationes non 22
permittit cum alterius præiudicio, vt declarat Rota ibidem allegat. *in Calagurritana Sepulturæ coram Manzanedo inter recent. decis* 561. *parte* 4. *tom.* 1. *recent.* sed vt quoad hoc omnis scrupulus remoueatur, Fernandez eandem summam ex abundanti obtulit Ecclesiæ.

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. RONDININO.

Montis Falisci Archipresbyteratus.

Mercurii 1. *Iulii* 1676.

ARGVMENTVM.

Excluditur centenaria præscriptio in materia probationis iurispatronatus in Potentatibus, quia licèt controuersia sit inter DD. an hæc æquiparetur immemorabili requisitæ à Concilio, attamen non erat completa, nec afferebantur effectiuæ præsentationes patronorum, quæ vltrà immemorabilem requiruntur, sed solùm enunciatiuæ factæ ab Episcopo cum clausula, *vt dicitur*; quæ nihil ponit in esse, sed statum beneficij præseruat, quidquid sit, si eædem enunciatiuæ seriò fuissent emissæ; & reliqua requisita concurrerent,

SVMMARIVM.

1 *Concilium Trident.* cap. 9. de reformat. *super materia iurispatronatus traditur, & declaratur per totam decis.*
2 *Iurispatronatus vsurpationis præsumptio cadit in personis potentibus, & iurisdictionem habentibus.*
3 *Iuspatronatus in Magnatibus ex dispositione Concilij non probatur nisi ex instrumento fundationis, aut dotationis, vel per immemorabilem cum præsentationibus effectuatis, & num.* 5.
4 *Centenaria æquiparatur immemorabili, quæ autem an sufficiat ad probationem iurispatronatus in personis potentibus*

tibus vide numero seqq.
6 *Immemorabilis requisita à Concilio super probatione iurispatronatus in potentatibus est de forma.*
7 *Centenaria præscriptio debet esse omnino completa.*
8 *Iuspatronatus ad probandum in Magnatibus vltra immemorabilem requiruntur præsentationes effectuatæ, etiam per annos quinquaginta, & supr. num. 3.*
9 *Enunciatiuæ non sufficiunt vbi principaliter dubitatur de enunciata.*
10 *Verba* vt dicitur, *nihil affirmant.*
11 *Status beneficij præseruatus remanet ex enunciatiuis Episcoporum emissis per verbum* vt dicitur.
12 *Enunciatiuæ Episcopi serio emissæ probant iuspatronatus, & quando, ac ad quem effectum.*

DECISIO DCCLXXXIII.

IN Archipresbyreratu Terræ Capitis Montis, quem per obitum Manilij Roselli tanquam liberæ collationis Marianus Franciscus ab Apostolica Sede obtinuerat, instituit Episcopus Montis Falisci Franciscum Castellinum ad præsentationem Reuerendæ Cameræ Apostolicæ, eiusque Thesaurarij generalis, tamquam de iurepatronatus Serenissimi Ducis Parmæ, vnà cum eius Statu Castri ad eandem Cameram Apostolicam deuolutum, ideò inter partes orta controuersia super subsistentia istarum collationum, cùm vis tota penderet à subsistentia iurispatronatus, Sanctissimus Dominus Noster Clemens Decimus voluit Rotam consulere, mihique commisit, vt dubium proponerem, An constet de iurepatronatus, cui negatiuè responsum fuit.

Ratio decidendi desumebatur ex dispositione Oecume-
1 nici Concilij † Trident. *sess. 25. de reformat. cap. 9.* prohiben-
tis probationem iurispatronatus in Vniuersitatibus, Princi-
2 pibus, & Familijs potentibus, iurisdictionem habentibus, †
in quibus vsurpationis præsumptio adesse censetur, nisi
constet de patronatu ex instrumento fundationis, aut dota-
3 tionis. † vel per immemorabilem vnà cum præsentationi-
bus effectum sortitis non minori spatio annorum quinquaginta, Paris. *de confidentia q. 28. ex n. 242. & seqq.* Garz. *de benef. par. 5. cap. 63.* Marescott. *variar. resolut. l. 2. c. 52. nu. 1.* Rota *diuers. par. 2. decis. 99. & par. 4. decis. 557. vtrobique n. 1. & decis. 197. n. 19. & 20. par. 9. recent.* Dunoz Iun. *decis. 621. n. 1. & 2. & in Terracinen. iurispatr. 26. Maij 1659 coram Reuerendissimo Domin. Beuilaqua Patriarcha Alexandrino.*

Neutra ex his probationibus affertur; Atque illa dedu-
4 cta ex centenaria, quatenus attendenda esset, † vtpote æ-
quiparata immemorabili, iuxtà sententiam, de qua Add. ad sanct. mem. Greg XV. *decis. 222. n. 11. vers. & licet,* Spada *cons. 12 per totum vol. 3.* Pacis Iordan. *elucubrat. ecclesiast. tom. 2. l. 8. tit. 7. n. 93 & 114.* cum alijs per Modern. Venusin. *de iurepatr. discurs. 55. ex n. 25.* Rot. cor. Cardin. Cels *decis. 193. n. 4. & in recent. par. 9. decis. 245 n. 49 & decis. 321. n. 13.*
5 quam tamen sententiam contrariam † literæ Concilij,
quod in hoc casu immemorabilem vnà cum præsentationibus per 50 annos continuatis præcisè requirit, in proposito dicebant Lotter *de re beneficial lib 2. q 13. n. 124 & 125.*
6 de opinione Sacræ Congregationis Concilij, † vt probatio
hæc sit de forma, Rot cor Coccin *decis. 25. n. 2. & n. 5. & 6. & decis. 1284. nu. 51. atque in recent. part. 12. decis. 90. num. 8.*

Adhuc tamen non adest contraria ex defectu temporis, quia ab anno 1556 ex quo prima præsentatio desumitur, vsque ad annum 1074 quo prouisus fuit Ioannes Franciscutius patruus Mariani collitigantis à Sede Apostolica, non effluxerunt anni centum, sed solùm octuaginta octo, ac ideò insufficientes ad constituendam prætensam cente-
7 nariam, † quæ debet esse omnino completa, iuxtà ea, quæ
in propria tradunt Viuian. *de iurepatr. par. 2. lib. 11. cap. 5. n. 82.* Paris. *de confidenti. d. q. 28. n. 225.* Rota *recent. par 9. d. decis. 321. num 17. & 18.*

Potissimè quia afferuntur præcisæ præsentationes Du-
8 cum Castri cum successiuis institutionibus effectuatis, †&
subsequentibus deindè prouisionibus iuxtà celebrem *consilium Oldradi 229* passim à Rota receptum, quas præsentationes supplere nequeunt enunciatiuæ Ordinariorum in visitationibus, & in quibusdam institutionibus ex regu-
9 la generali, vt enunciatiuæ non probent † quando princi-
paliter dubitatur de enunciato, de qua Ancharan. & Ioann. de Anania *in cap. illud omnes, ibique* Imol. *n. 2.* & Felin. *n. 3. de præsumptionibus,* Alexand *consil. 21. n. 8. volum. primo,* atque in his terminis Barbos. ad Concil. Trident. sess. 25. *de reformat. d. c. 9 n. 65* Rota coram Merlin. *decis. 349. ex nu. 6. & per tot. & coram Coccin. d. decis. 1784. ex n. 51. & 52. & in d. Terracinen. iurispatr. 26. Maij 1659. §. nec pro iurispatr. coram Reuerendissimo Beuilaqua Patriarcha Alexandrina.*

Quod & ipsi Ordinarij agnouerunt, qui in prædictis actibus progressi sunt non ex certa scientia, sed dubitatiuè iuspatronatus asserentes ibi, de cuius iurepatronatus existere dicitur; & ibi: cuius spectat vt dicitur, iuspatronatus
ad Illustrissimos de † Farnesiis, quæ verba nihil affirmant, 10
& statum † beneficii præseruant, vt in præcisis terminis 11
Lotter *de re beneficiar lib. 12. qu. 13. n. 144* Rot. *recent. part. 3. decis 310. n. 1. par. 5. decis. 197. ex n. 52. & par. 9. decis. 321. n. 23. & 24. & in recent. par. 14. decis. 423 n. 18.* quidquid sit in casu assertionis Episcopi recognita, seriò emissæ de anti-
qua, & inueterata consuetudine, † supposita, & probata 12
immemorabili vnà cum præsentationibus per quinquaginta annos continuatis, in quibus terminis loquitur Rot. *recent par. 14. decis. 444. sub nu. 16.* cum similibus in contrarium adductis.

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana, seù Albanen. Bonorum.

Mercurii 1. Iulij 1676.

ARGVMENTVM.

Ad euitandam responsionem positionum opponebatur illas esse instrumento contrarias, & vti dependentes à mente ipsius respondentis, non esse admittendas, sed pro responsione deciditur, quia cum instrumentum recipere possit declarationem ab animo, & intentione contrahentium, non est neganda responsio, qua intentione, quoue animo illud factum sit, maximè in dubijs, in quibus semper pars cogitur respondere, & Iudex easdem positiones tenetur admittere.

SVMMARIVM.

1 *Positiones fuerunt adinuentæ, vt ponens releuetur ab onere probandi per confessionem Aduersarij.*
2 *Positiones succedunt loco probationum, si pars fateatur contenta in illis esse vera, & num. 5.*
3 *Positionibus concernentibus factum proprium vnusquisque respondere tenetur, dummodo non sint impertinentes, vel captiosæ.*
4 *Statutum Vrbis mandans respondere positionibus reijcit impertinentes, & captiosas.*
5 *Pars releuatur ab onere probandi, si altera pars fateatur contenta in positionibus esse vera.*
6 *Confessione propria nulla datur maior probatio.*
7 *Positionibus negatis potest ponens super illis examinare testes iuxta petita.*
8 *Positiones instrumento contrariæ, & dependentes à mente respondentis an debeant admitti, vid. num seqq.*
9 *instrumentum recipere potest declarationem ab animo contrahentium, & ex coniecturis, quibus dignoscatur vera species contractus inter eos gesti.*
10 *Positiones tendentes ad declarationem instrumenti, & animi contrahentium conciliantur cum eis, & illis pars respondere tenetur.*
11 *Positiones dari possunt ad dignoscendum qua mente, quaue intentione aliquid gestum sit.*
12 *Hæres tenetur respondere positionibus sibi factis an animo adiuerit hæreditatem.*
13 *Positiones in dubio iudex admittere, & pars illis respondere tenetur.*
14 *Iudex aliquid omittere non debet, per quod ad veritatis cognitionem peruenire possit.*
15 *Positionibus respondere recusans habet præsumptionem contra se, quod res ita se habeat, vt in positionibus continetur.*

DE-

DECISIO DCCLXXXIII.

ROTA censuit admittendas esse positiones Benedelli, in quibus ponitur, quod licèt Magdalena ad venditionem bonorum, de quibus agitur, processerit per viam nominationis ipsius Ponentis, id tamen gestum fuit, ex quo illa pro persona nominanda emerat à fratribus anno 1661. non autem quod re vera persona nominanda esset Benedellus, tunc temporis persona penitùs ignota Magdalenæ, & consequenter ab eo mandatum habere non potuit, quinimmò cum ipso Ponente septem post annos à die emptionis Magdalenæ ceptum fuit pertractari de emendis bonis mediante Angelo Giardino, qui illorum emptionem tandem conclusit.

Ratio resolutionis, quia positiones adinuentæ fuerunt
1 † vt Ponens ab onere probandi releuetur per confessionem
Aduersarii, Ioseph. Ludouic. *nu.1. & 25. dec. Perus. 8. par.*
1. Rota *in Romana Multiplici 26. Ian. 1665. §. fiunt enim cor.*
R.P.D. Tuta, laté Michalor. *de posit. cap. 2. nu 5.* Fenzon. *ad*
Statut. Vrb. cap. 68. nu. 1. & seqq. lib. 1. Coccin. *dec. 908. nu. 1.*
2 nam succedunt loco probationum, † si Pars fateatur contenta in illis, *cap Statuimus de confes.* Scacc. *de iudic. lib. 2.*
cap. 7. nu. 84. Michalor. *vbi proximè nu. 3.* propterea Magda-
3 lena illis respondere tenetur, † cùm concernant factum
proprium, & non sint impertinentes, aut alio modo ca
ptiosæ, vt disponit Statutum Vrbis vbi supra, Posth. *de*
4 *manut. obser. a. 83. nu. 8.* Rota *in d. Romana Multiplici citato §.*
fiunt enim: nam si illis respondendo fatebitur esse verum id
5 quod pro vero ponit Benedellus, † opus ei non erit alia pro-
6 batione, cùm nulla detur maior probatio, † quam proprii oris confessio, *capit. cum olim. de verb. signif.* & tradit
7 Michalor. *d. cap. 2. nu. 3.* si verò illas † negabit, poterit Benedellus testes super eis examinare iuxtà petita in eisdem
positionibus, Rota *dec. 313. nu. 1. par. 14. rec.*

Nec positiones reiici debent ex quo per publicum instrumentum Ponentem constat acquisiuisse bona à Magdalena per viam nominationis, vndè inferebant Informantes
8 pro illa, † positiones vti contrarias instrumento, & dependentes à mente respondentis, admitti non debere, quia
cùm instrumentum prædictum reiicere possit declaratio-
9 nem ab animo contrahentium, † & ex coniecturis, quibus
dignoscatur vera species contractus inter ipsos initi, vt in
terminis nominationis Cenc. de Cens. *qu. 67. sub nu. 14 vers.*
10 *verum quia*, Niger *de laudim. to 2. qu. 22 art. 1. nu 75.* † hinc
positiones ad id intendentes, potiùs cum instrumento conciliantur, eisque proindè Magdalena tenetur respondere,
Beninten. *dec. 32. ante fin. vers. præterea illud*, impress apud
Michalor. *de position. dec. 54. nu. 20. & 21.* Hodiern. ad Surd.
decis. 17 nu. 13.

11 Vt verò Pars eximatur ab onere probandi, † non prohibetur dare positiones ad dignoscendum qua mente, quaue
intentione aliquid fuerit gestum, vt docet *glos. in capit. 1.*
verb. statuimus ad med. vers. item, quod animo de confes. in 6
& post Curt. *de posit. nu. 48.* Michalor. *de position. cap. 56. nu.*
12 *18. & 19.* firmans quem teneri respondere, † an animo adiuerit hæreditatem, Fenzon. *ad Statut. Vrb. d. cap. 68. numer* 100.

13 Et satis est versari in dubio, † vt Iudex debeat admittere positiones, cogere partem ad respondendum, Scacc. *de*
Iudic. lib 2. cap 7. nu 87. & 95. Grauat. *ad Vestr. lib. 5. eu. 14.*
au. 27 Ridolphin. *in prax pur. 1. cap. 10. nu 87* nam Iudex
14 aliquod omittere non † debet, per quod ad veritatis cognitionem peruenire possit, vt admonet Michalor. vbi proximè *nu 23.* Quinimò contra recusantem respondere positio-
15 nibus † magna vrget præsumptio, quod res ità se habeat,
vt in positionibus continetur, Rota *decis. 7. num 15. coram*
Dunoz. Iun.

Et ita, vtraque parte informante resolutum fuit.

Præsens decisio non solum fuit confirmata die 14. Decembris immediatè sequentis, cuius decisionem infra suo loco, & tempore apponemus, sed etiam in ea pars magis præcisè cogitur respondere.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Calagurritana Beneficii Desoxo.

Mercurii 1. Iulii 1676.

ARGVMENTVM.

Qualitates pro obtinenda prælatione Beneficii referuntur, eæque consistere declarantur in Sacerdotio, præsertim in Curia, ætate seniori, & carentia Beneficii, adhoc, vt eas habens in concursu; præferendus sit alteri non habenti, cuius institutio reiicitur, tùm quia examinatores non retulerant habilitatem alterius oppositoris, tùm etiam quia illa remanebat attentata, vtpotè post interpositam appellationem obtenta.

SVMMARIVM.

1 *Habilitas & doctrina probatur ex relatione facta ab examinatoribus.*
2 *Scientia, & doctrina probata de tempore præsenti, eadem præsumitur etiam de præterito, dum inter vtrumque examen modicum tempus intercessit.*
3 *Institutio beneficii conceditur illi, qui habet requisita necessaria.*
4 *Habilitas, & Litteratura non probatur ex relatione examinatorum, qui non retulerunt habilitatem alterius coppositoris.*
5 *Examinatores Synodales tenentur referre habilitatem omnium concurrentium.*
6 *Institutio beneficii obtenta post appellationem interpositam à collitigante, remanet attentata.*
7 *Prælatio in beneficiis conceditur maiores qualitates habenti.*
8 *Sacerdos ad effectum assequutionis beneficii anteponitur non Sacerdoti.*
9 *Præsens in Curia, cæteris paribus præfertur absenti, quia præsentia multum prodest in beneficialibus.*
10 *Senior de iure meretur præferri iuniori.*
11 *Beneficio carens præferri debet illi, qui beneficium habet.*

DECISIO DCCLXXXIV.

AD simplex beneficium vacans in Ecclesia parochiali Oppidi de Desoxo, quod ad formam motus proprii san. me. Clementis Octaui positum erat in concursu, se opposuerunt inter cæteros filios patrimoniales Franciscus Saens de Eguiluz, & Ioannes Antonius Santisteban, & cùm ambo fuissent per sententiam Ordinarii pronunciati legitimi oppositores, deuentum fuit ad eorum examen, quo peracto prodiit relatio Examinatorum pro Ioanne Antonio, nulla facta mentione Francisci, qui appellauit ad Rotam, & de eius ordine ab Examinatoribus Vrbis examinatus, & approbatus etiam ad curam animarum, obtinuit hodie, proposito de more dubio, sibi controuersum beneficium adiudicari.

Constat enim ipsum esse filium patrimonialem loci de
Desoxo, ac esse scientia, & doctrina habilem, † nedum 1
ad simplicia, verùm etiam ad curata, vt testantur dicti
Examinatores, quorum examini in Vrbe se subiecit, &
talem etiam fuisse de tempore antecedentis examinis credi
debet, † dum inter vtrumque examen modicum tempus 2
intercessit, in quo doctior euadere non valuit, vt dixit
Rota *in Calagurritana Beneficii de Marquina 3. Iulii 1673. §.*
præfulget co. Reuerend. Matthæio: propterea concurrentibus
in eo requisitis, de quibus in dicto Motu proprio † eidem 3
venit danda institutio, vt sequendo celebrem decisionem

in *Calaguritana obseruationis motus proprii coram bo. mem.*
Melsio, fuit dictum in *Calaguritana beneficii* 22. *Iunii pro-*
ximè præteriti cor. R.P.D. meo Calataiù, & passim in aliis,
& excludi debet Ioannes Antonius Coopponitur, cuius
4 habilitas, & litteratura dici nequit probata, † ex quo il-
lius examen nullum remansit, dum Examinatores Syno-
5 dales non retulerant habilitatem Francisci, † prout eam
quoque referre tenebantur iuxtà dictam Constitutionem
Clementinam, & firmauit Rota *in dicta Calaguritana be-*
neficii de Marquina §. *qua habilitate*, & priùs coram Penia
*dec.*1639.*nu* 4. iuxtà Lugdunensem impressionem; quini-
mò cùm ille institutionem obtinuisset post appellationem
6 à Francisco interpositam, † omnia attentatè gesta fuerunt
vt in specie aduertit *dicta Calaguritana Beneficii* §. *non obstat*
cor. R.P.D. meo Calataiù.

Preterea collatis ad inuicem qualitatibus Collitigantium
visæ sunt præponderare illæ, quæ concurrunt in Francis-
7 co, † vnde præferendus iuxtà præscriptum in dicto Motu
proprio, & dispositione iuris communis, vt perpetuò ser-
uauit Rota, & signanter in *d. Calaguritana Beneficii cor.*
R.P.D. meo Calataiù, vbi aliæ referuntur; ipse est Sacer-
dotali charactere decoratus, est ætate maior, est præsens
in Curia, & vsque adhoc non fuit de aliquo beneficio pro-
uisus, sicuti est Ioannes Antonius, qui alia beneficia ob-
8 tinet, vt de Sacerdote, † anteponendo non Sacerdoti, post
alios dixit Rota *dec.* 118. *nu.* 3 *cor. Dunozetto Iun.* & de præ-
9 senti in Curia præferendo cæteris paribus absenti, † cum
præsentia multùm prosit, iuxtà regulam 17. Cancellariæ
tradit Rota *in allegata Calaguritana beneficii de Marquina*
10 §. *finali*, & quod senior † mereatur præferri iuniori post
Bald. *cons.* 167. *in fine libr.* 4. testatur Rota *in Calaguritana*
Beneficii de Logrono 2. *Martii proximè præteriti cor. R.P.D.*
11 *meo Vicecomite*, & tandem quod carens beneficio † præfe-
ratur habenti est textus *in capitul is cui de præbendis in* 6.
Gonzal. *super reg* 8. *Cancell. glos.* 4. *num.* 160. cum aliis rela-
tis in *dec.* 118 *cor. Dunozett Iun. & in dicta Calaguritana be-*
neficii de Logrono §. *non obstat cor. R.P. Domino meo Viceco-*
mite.

Et ità Francisco esse adiudicandum beneficium resolu-
tum fuit, ipso tantùm informante, altera tamen parte
pluries intimata, & per annum, & vltra expectata
&c.

R. P. D PAVLVCCIO.

Romana annuæ præstationis.

Mercurii 1. *Iulii* 1676.

ARGVMENTVM.

Quasi possessio exigendi annuam præstationem denegatur contra hæredem non possidentem bona defuncti, quorum contemplatione illa debebatur, eo magis quia dd. bona à creditore eiusdem annuæ præstationis auocata sunt, atque ità ipse erat creditor, & debitor sui ipsius, & hoc, non obstantibus solutionibus ab eius auctore factis, & termino hæreditario nomine ab ipso suscepto, quia omnia referenda erant ad suam causam, qua cessante, quæcumque obligatio euanuerat; de natura igitur correspectiuorum, quasi possessione exigendi, extinctione tituli, restitutione in integrum, iudicio redditionis rationis, & alia etiam in præsenti decisione deducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Solutiones factæ à testatore habentur ac si ab illius hærede factæ sint.*

2 *Hæres est vna, & eadem persona cum defuncto.*

3 *Terminus susceptus ad soluendum cum subsecuto iudicis decreto, creditorem in quasi possessione constituit.*

4 *Solutiones factæ à testatore suffragantur quidem contra illius hæreditatem, non autem contra hæredem beneficiatum.*

5 *Hæres beneficiatus præseruari debet immunis à quocumque damno, nec vltra vires hæreditarias tenetur.*

6 *Terminus susceptus nomine hæreditario non afficit hæredem, & illius bona nu.* 7.

7 *Quasi possessio non acquiritur contra hæredem, eiusque bona per susceptionem termini facta nomine hæreditario.*

8 *Annua præstatio, vel obligatio promissa ratione bonorum renunciationem, defectis, vel auocatis bonis renunciatis, & ipsa etiam deficere, & cessare debet, & nu.* 12. 21. & 25

9 *Extentio tituli dicitur requirere altiorem indaginem.*

10 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittuntur in summariissimo possessorio.*

11 *Possessor bonorum, ex quibus debetur annua pensio, excipiens de extinctione tituli in possessorio non auditur, nisi per liquidas probationes.*

12 *Quasi possessio exigendi non suffragatur contra hæredem, non possidentem bona, quorum ratione illa debetur, & nu.* 8. 21. & 25

13 *Titulus vbi reducitur ad non titulum, omnis cessat obligatio.*

14 *Res iudicata excludit quodcumque remedium in summariissimo possessorio.*

15 *Res iudicata suspenditur per commissionem restitutionis in integrum.*

16 *Restitutio in integrum facit resurgere litem, & omnia in pristinum reuocat.*

17 *Manutentio non datur etiam in gradu restitutionis in integrum.*

18 *Manutentio non datur in gradu restitutionis in integrum quando sententia secum trahit executionem, & quomodo vid. nu. seq.*

19 *Sententia absolutoria secum trahit executionem, ex solo ministerio legis, non autem ex facto hominis.*

20 *Manutentio in quasi possessione exigendi non datur contra hæredem non possidentem bona defuncti, & nu.* 8. 21. & 25.

21 *Calculus seu peritia facta de ordine iudicis, & citatis creditoribus, afficit etiam creditores non citatos, & contra illos probat, amplia, vt nu. seq.*

22 *Redditio rationis facta contra aliquos creditores probat etiam contra alios, si sine vlla collusione, & fraude facta sit.*

24 *Redditio rationis facta citatis creditoribus, eo magis probat contra alios, si illi denuo citati, contra eam nihil habeant, quod opponant.*

25 *Creditor annuæ præstationis, si auocauit bona, quorum ratione, illa debetur, non amplius eam prætendere potest, & nu.* 8. 12. & 21.

26 *Creditor si factus sit sibi ipsi debitor, nil superest quod petere possit.*

27 *Confusio actionum solutionem, & compensationem inducit.*

28 *Debitum extinguitur facta consolidatione vsusfructus cum proprietate.*

DECISIO DCCLXXXV.

MARIA Virginia Tuscanella Monasterium Sanctorum Dominici, & Sixti ingressa anno 1622. renunciationem amplissimam fecit omnium bonorum paternorum, & maternorum, necnon etiam eorum, quæ essent fideicommisso subiecta in fauorem Marci Antonii eius genitoris, qui vltrà dotem, & acconcium annuam præstationem scutorum quinquaginta ad vitam filiæ constituit.

Eo vita functo, cùm bonorum, quibus renunciauerat, possessionem nihilominus Maria Virginea reassumpsisset, se opponente Constantia eius sorore, decisum fuit iudicio Eminentissimi Domini Cardinalis Vicarii, dimittenda esse bona possessa per Monasterium nomine Mariæ Virginiæ.

Mortua Constantia, relicto sibi hærede vsufructuario Hieronymo Clementino Marito, rediit Maria Virginia ad bona renunciata, & petiit adhuc annuam præstationem scuto-

ſcutorum quinquaginta, ac in eius exactione ſe manute-
neri, cauſaque diſcuſſa coram R. P. D. Pirouano iuniore
delegato à d. Eminentiſſimo Vicario, prodijt ſententia
denegandam manutentionem pro ſcutis 50. quæ tranſijt
in iudicatum, & iterum excitata eadem cauſa, eaque
commiſſa R. P. D. Rondioino, emanauit deciſio dandam
Mariæ Virginiæ, & pro ea Monaſterio maoutentionem,
& demùm ea iterum examinata per nouam commiſſio-
nem coram me, eadem fermè, quæ aliàs repetita, pon-
derata denuò fuere.

Repetebat enim Monaſterium conſtare de eius quaſi
poſſeſſione nomine Mariæ Virginiæ à tempore inſtituti
1 iudicij, tùm per ſolutiones factas à Conſtantia † ſorore,
quæ perinde cenſentur, ac ſi factæ eſſent ab eius hærede,
2 † tamquam vna, & eadem perſona cum Teſtatrice, *l. hæ-
reditas nihil aliud ff. de regul. iuris*, tùm etiam quia ob ter-
minum ſuſceptum à Hieronymo, per quem confitendo
3 debitum cum ſubſequuto Iudicis decreto, † Monaſte-
rium in quaſi poſſeſſione conſtitutum fuit, Angel. *ad l.
clam poſſidere §. qui ad nundinas numer. 2. ff. de acquir. vel
amit. poſſeſ.* Poſtius *de manut. obſeruat. 35. numer. 49* Pænia
dec. 1569. ac proindè ipſi debita manutentio concludeba-
tur.

Verùm ab informantibus pro Clementino reſponſum
fuit, ſolutiones factas ab ipſa Conſtantia viuente ſuffraga-
4 ri tantum poſſe contra ipſius hæreditatem, † non autem
5 contra Clementinum eius hæredem, † qui ex beneficio
inuentarij præſeruari debuit immunis à quocumque da-
mno, nec vltrà vires hæreditarias teneatur, ex deductis
per Poſthium *de manutent. obſeruat. 56. numer. 9.* & firmat
Rota *dec. 99. n. 11. par. 1. diuerſ.* & apud Merlin. *de pignor.
dec. 38 n. 3. & 4.*

Nec quidquam releuare terminum ſuſceptum ab ipſo
6 Clementino ad ſoluendum, † quia illum non proprio no-
7 mine, ſed hæreditario Conſtantiæ ſuſcepit, † vnde con-
tra illius bona reſultare non poterat aliqua poſſeſſio,
Gregor. *deciſ. 569. num. 2. ibique* Adden. Rota *deciſ. 300.
num. 40. par. 12. rec.*

Præcipuè quia obligatio ſoluendi hanc annuam præſta-
tionem facta fuit intuitu bonorum renunciatorum, quæ
8 poſteà auocata per Virginiam, † ceſſauit cauſa, cuius
contemplatione emanauit obligatio *l. etiam §. ex cauſa ff.
de minorib. cap. cum ceſſante de appellat.* Tiraq *tractat. ceſ-
ſante cauſa par. 1. n. 224.* Buratt *dec. 8. nu 5. & ſeqq. Bonon.
cenſus 4. Februarii 1654. §. penult. coram R. P. D. Meltio.*

Et licèt replicaret Monaſterium quod hæc extinctio
9 tituli, † tamquam requirens [illegible] indaginem
10 † admitti non debeat in hoc ſummariſſimo poſſeſſorio,
ad Bald. *in l. 2. in fine C. de ſeru. fugit.* Menoch. *de retinen
remed. vlt. nu. 3.* Poſt. *de manut. dec. 181. & 320. nu. 9.* Bich.
dec. 427. nu. 19. cum pluribus relatis *in dec. huius cauſæ co-
ram R. P. D. Rondinino §. concluſio enim.*

Tamen informantes pro Clementino admittebant re-
plicationem procedere, quando quis tamquam bonorum
poſſeſſor, ex quibus debetur annua præſtatio excipit ex-
11 tinctionem tituli, † tunc ſi extinctio non appareat perli-
quida, probationes reijci debent ad petitorium iuxtà ter-
minos dd. auctoritatum, ſecùs quando ſolùm opponit ſe
non poſſidere bona, ex quibus ſolui debet annua præſta-
12 tio, † quia tunc ceſſare debet omnis obligatio, † cùm ti-
13 tulus reducatur ad non titulum, Poſt. *obſeruat. 64. nu.* 10.
vbi Rota *dec. 511. num. 4.* & apud Zach. *de obligat. cameral.
dec. 89. nu. 1.*

Quam diſtinctionem etiam adiudicabant ex ſententia
R. P. D. Pirouani iunioris denegante maoutentionem
Monaſterio pro annua penſione ſcutorum 50. quæ cum
14 tranſierit in iudicatum † excludit remedium in poſſeſſo-
rio ſummariſſimo *l. extinctus ff. de acquir. vel amitt. poſ-
ſeſſ.* Menoch. *eodem titulo nu. 58.*

Nihilominus Monaſterium denegabat huiuſce tranſi-
15 tum ſententiæ † in iudicatum, quia ipſa ſuſpenſa fuit per
16 commiſſionem reſtitutionis in integrum, † per quam
lis denuo reſurgit, & omnia in priſtinum reuocantur, *l.
quod ſi minor §. reſtitutio ff. de minorib.* proindè ac ſi agitare-
tur in ſui primordio ſuper plenario poſſeſſorio retinendæ,
ideò Monaſterio docenti de ſua quaſi poſſeſſione, com-
17 petere manutentionem, † cùm iura omnia non ſolùm in
poſſeſſorio, ſed etiam in petitorio ordinario præſerua-
ta remanſerint, Lother. *de re benefic. lib. 1. quæſt.* 38.
num. 226. Gregor. *deciſ. 275. nu. 13. & 14.* Merlin. *dec. 742.
num. 6.*

Neque magis obſtare aſſerebatur, quod eadem ſenten-
tia, tamquam abſolutoria ſecum traxerit executionem,
† quo caſu nec in gradu reſtitutionis in integrum Rota 18
manutentionem concedere conſueuit, Adden. ad Gregor
dec. 458. Nam id obtinere obſeruabatur in executione fa-
cta ab † homine, non item in exequutione facta à lege, 19
qualis illa eſt, quam ſententia abſolutoria ſecum trahit, 20
Buratt. *deciſ. 604. num. 15. & 16.* Bich. *dec. 254. num. 22. &
dec. 45. num. 36. & 37. par. 10. rec.* cum alijs luculentiſſimè
ponderatis in deciſione, quæ reuidetur intuitu manuten-
tionis confirmandæ.

Quæ tamen omnia in ſuſpenſo habendo, Domini cen-
ſuerunt mandatum rotale non eſſe exequendum, † ex 21
quo oſtenſum fuit Hieronymum non poſſidere bona libe-
ra Marci Antonij promiſſoris, neque Conſtantiæ, idque
ex calculo, ſeù peritia facta de mandato Iudicis per Peri-
tum in iudicio redditionis rationum contra alios credito-
res eiuſdem hæreditatis, qui calculus, ſeù peritia facta ci-
tatis legitimis creditoribus, † omnes alios, licèt non ci- 22
tatos afficit, & contra eos probat, concurrentibus præ-
cipuè adminiculis, ac alijs facti circumſtantijs, † oſten- 23
dentibus iudicium fuiſſe factum à Clementino abſque vl-
la colluſione, ad textum in *l. ingenuum ff. de ſtat. homin.
gloſ. ad l. de vnoquoque ff. de re iudic.* Iaſon. *ad l. ſecum nu.
38. ff. de verb. obligat.* Couar. *practicar. quæſt. cap. 13.
num. 15* Peregrin. *de fideicom. artic. 53. nu. 53.* Rota *dec. 242.
par. 9. rec.*

Eoque certiùs in hoc caſu, quo deputato denuò eodem
Perito, & citato Monaſterio ad dicendum, & deducen-
dum quidquid libeat contra redditionem rationum aliàs
factam, & hodie repetitam, † nihil omninò deduxit, 24
& ideò cum ex eadem conſtet Hieronymum iuniorem ni-
hil ex bonis Conſtantiæ poſſidere, ſed remanere credito-
rem ſcutorum 3722. 39 † nulla adeſt cauſa, ob quam iu- 25
ſtè dari poſſit contra hæredem ipſius Conſtantiæ manda-
tum de manutenendo in quaſi poſſeſſione exigendi an-
nuam præſtationem, promiſſam ratione bonorum, quæ
hodie ab eodem hærede ampliùs non poſſidentur, & quæ
imò poſt obitum Marci Antonij, & Conſtantiæ à Mona-
ſterio nomine Mariæ Virginiæ recuperata fuere, & ab
eodem poſſidentur, † vnde cum factus ſit ſibi ipſi debitor, 26
& creditor, nil ſupereſt, quod petere poſſit; Confuſio
enim † actionum ſolutionem, & compenſationem in- 27
ducit, *l. ſi ei cui vendidi §. penult. ff. de euict. l. ſi id
quod ff. de libert. legat. l. debitori, l. Vranias ff. de fide-
iuſſ. l. ſtichum §. de ſolut.* Cuiac. *ad l. 33. ff. ſolut. matrim.
tract. 7. ad Affrican.* ac velut facta conſolidatione † vſuſ- 28
fructus cum proprietate, debitum extinguatur, *l. ſi tibi
fundum ff. quibus modis vſus, vel vſusfructus amittat. l.
item ff. de vſufr. accreſc. l. cum in fundo §. vxor, ff. de
iure dotium.*

Et ita, vtraque Parte informante deciſum.

Confirmata fuit hæc deciſio 14. Iunij 1677. coram eodem
R. P. D. Pauluccio.

REVERENDISSIMO D.
ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Auenionen Munerum.

Lunæ 16. Nouembris 1676.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria, & Compulſoria ſimul in caſu ſpeciali conceduntur ad effectum probandi conſuetudinem ſuper receptione munerum fieri ſolitam à Canonicis in recompenſationem laboris ſuper adminiſtratione bonorum ſuæ Eccleſiæ, eamque præcipuè reſultare prætenditur ex alia ſimili conſuetudine vicinarum Eccleſiarum; Compulſoria verò ideò denegari non potuit, quia de exiſtentia, & releuantia ſcripturæ compulſandæ conſtabat.

S V M M A R I V M.

1 *Canonici, & alii administraates negotia publica possunt vigore consuetudinis pro se recipere munera, quæ vltrà affictus præbent conductores bonorum loci administrati.*

2 *Consuetudo immemorabilis babet vim priuilegii.*

3 *Consuetudo præualet legibus, & statutis.*

4 *Consuetudinem ad probandam circa modam, & quantitatem soluendi, recipiendi munera, remissoria conceditur, & sup. à nu. 1.*

5 *Consuetudo probari potest circa modum condendi testamentum.*

6 *Consuetudo Ecclesiarum vicinarum admodum verisimile est, quod vigeat etiam in Ecclesia controuersa.*

7 *Releuantia materiæ articulatæ reseruntur in disputatione negotii principalis, nec interim remissoria denegatur, & nu. 9.*

8 *Releuantia vnius articuli sufficit vt remissoria concodatur super omnibus.*

9 *Causa dicitur prophana vbi non agitur de titulo beneficii.*

10 *Compulsoria specialis conceditur docto de existentia, & releuantia scripturæ.*

D E C I S I O DCCLXXXVI.

QVONIAM Rota per sententiam latam à R.P.D. meo Rondinino declarauit licere Canonicis Metropolitanę Auen. sibi appropriare priuatiuè quoad Hebdomadarios, & Beneficiatos munera. de quibus agitur, sed illa in communi aceruo, seù massa reponenda esse, ad effectum diuidendi, sicuti diuiduntur cæteri redditus capitulares; vndè Canonici in gradu appellationis prętendentes vigore immemorabilis consuetudinis controuersa munera sibi deberi ratione laboris in administratione, quam gerunt rerum Capituli, ad id iustificandum exhibuerit articulos, super quibus ad effectum examinandi testes petierunt remissoriam, ac etiam pro legitimè extrahendo quodam decreto ad eorum fauorem super huiusmodi negocio facto vsque de anno 1572. postularunt compulsoriam specialem, & vtramque Domini concedendam esse dixerunt.

Respectu enim remissoriæ, quidquid sit de primo, secundo, tertio, & aliis articulis concernentibus administrationem Canonicorum, nunquam à Beneficiatis negatam in quarto, regulatur in Ciuitate Auen. consueuisse ab immemorabili tempore re omnes, qui administrant pu
1 blica negocia in remunerationem suorum laborum † pro se accipere munera, seù regalia, quæ promittunt dare Conductores prædiorum vltrà mercedem, seù pensionem in pecunia constitutam, & hanc consuetudinem quoque seruari in Ecclesiis Arelaten. & Massilien imo in hac Metropolitana ante illius sæcularizationem; Hinc patens est releuantia, cùm articuli tendant ad probandum immemo-
2 rabilem consuetudinem, † quæ habet vim priuilegii, *ca. 1. de consuetud. in 6.* Marescott. *var. resol. cap. 101. num. 9. lib. 2* & dixit Rota *dec. 2182. nu. 7. cor. Coccin.* quæ consue-
3 tudo in concursu † præualet legibus, & statutis, Gemin. *cons. 139. num. 3.* Bald. *cons. 252. in fin. lib. 2* Rota *dec. 376. nu. 6. cor. Coccin.* & in simili ad probandam consuetudinem
4 † circa modum, & quantitatem soluendi concessa fuit remissoria *in Bononien. Primitiarum 8. Aprilis 1669. cor. me*,
5 & circa consuetudinem † condendi testamentum non fuit denegata *in Cauallicen. testamenti 23. Ianuarii 1672. paritèr cor. me.*

Vltra releuantiam concurrit quoque fumus veritatis materiæ articulatæ resultans ex pluribus attestationibus Rectorum, & Administratorum magni Hospitalis Auenion. ac Capituli dd. Ecclesiarum Arelaten. & Massilien. in quibus quia Canonici probare intendunt seruari talem consuetudinem, id plurimum suffragatur adhoc, vt saltem
6 verisimile sit † consuetudinem Ecclesiarum vicinarum vigere etiam in ista, ad *text in cap. ad Apostolicæ de decim. Abb in cap cum olim de consuetud.* Menoch. *cons 96. num. 22.* sequitur Rota *dec. 381. nu. 3. cor Amat. Dunoz.*

Nec obstat, quod consuetudo non patiatur extensionem de loco ad locum, & quod Bulla sæcularizationis mandet omnes fructus poni in vnam massam, & statutum caueat, quodam vltrà taxam percipi possit, & illud iuretur in receptione Canonicorum, quia pręter quod informantes pro Canonicis affirmabant in sæcularizatione Ecclesiæ fuisse reseruatas antiquas consuetudines, quæ simul cum statuto iurantur à Canonicis in eorum receptione, eamque fuisse sæcularizatam ad instar aliarum Ecclesiarum vicinarum, & prohibitionem Bullæ, & statuti de non percipiendo vltrà taxam, esse restrictam ad interessentiam Diuinis, & sic non excludere illam pro labore in admini-
strando, satis est hodie respondere, † quod hoc discutien- 7
dum erit in disputatione negocii principalis, habenda post completum processum remissorialem, & sufficit releuantia vnius articuli ad effectum obtinendi remissoriam super
omnibus reseruata deindè in † meritis rigorosa discussione 8
releuantiæ, maximè quando versamur in prophanis, † 9
qualis dicitur omnis causa, in qua non agitur de titulo beneficii, ad *textum in auth. apud eloquentissimum C. de fid. instrum* Rota *dec. 42. nu. 8 cor. bo. me. Card. Celso*, & firmatum est in allegatis *Bononien. Primitiarum, & Cauallicen. Testamenti cor. me.*

Quo verò ad compulsoriam specialem, constat de existentia scripturæ compulsandæ, & de releuantia illius, dum agitur de decreto, seù sententia adiudicante solis Ca-
nonicis munera controuersa, † & ideò visum Dominis il- 10
lam non posse denegari, dum concurrunt prædicta duo extrema existentię, & releuantiæ, Vestr. *in prax. lib 6. cap. 1. num. 12* Ridolphin. *in prax. par. 1. cap. 12. nu. 180.* Scacc. *de iudic. lib. 2. cap. 11. nu 803.* Rota *decis. 238. nu. 1. cor. Carill. & in Romana, seù Vercellen. fideicommissi 4. Iulii 1670. §. 1. in fine coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha Alexandrino.*

Et ità dilata resolutione dubii principalis decisum fuit dandam esse remissoriam, & compulsoriam, vtraque parte informante.

R. P. D. P A V L V C C I O.

Cauallicen. Hæreditatis.

Veneris 20. Nouembris 1676.

A R G V M E N T V M.

Primum testamentum non reuocari per secundum deciditur, quia primum habebat clausulam derogatoriam, cui per secundum derogatum non erat, nec de ea Testatrix decennio præsumebatur oblita, cùm infra illud de eadem clausula expressam meutionem fecerat, Rursùs tractatur etiam de causis DD. Auditoribus, vel vti Prælatis, vel vti Auditoribus commissis; quatenus nempè in eis attendatur potiùs stylus Rotæ, non autem ipsius Committentis.

S V M M A R I V M.

1 *Validitas sententiæ resultat ex reuolutione actorum, si in ea sunt seruata solita requisita vulg. decis.* Caputaq.

2 *Causæ extra Rotam diuersimode committuntur in Rota, tamquam Auditoribus Rotæ, vel tamquam Prælatis.*

3 *Stylus Tribunalis Rotæ seruatur, non autem committentis in causis Rotæ commissis, vti Auditoribus Rotæ, non tamquam Prælatis.*

4 *Terminus* proseruato *in vltimis audientiis Rotalibus est vnius mensis.*

5 *Commissio subrogatoria iudicis in causis Rotalibus fit à Reuerendissimo Decano, si autem illæ sint commissæ DD. Auditoribus vti Prælatis, fit à committentibus ipsis.*

6 *Approbatum semel amplius improbari non potest, & nu 31.*

7 *in Causis Rotæ commissis ab Eminentissimis Cardinalibus licet alias scribat Notarius non Rotalis, non ideo implicat, quod illæ non dicanutr veræ causæ Rotales.*

8 *Te*

8 *Testamentum posterius, si est solemne, primo prævalere debet.*

9 *Testamentum secundum non prævalet primo habente clausulam* derogatoriam, *si ei expressè derogatum non sit.*

10 *Clausula* derogatoria *in primo testamento adiectæ habet vim præambulæ declarationis, quod in secundo deficit voluntas.*

11 *Testamentum secundum vbi primum habet clausulam derogatoriam, non dicitur verè testamentum, sed veluti Cimbalum tinniens, dans sine mente sonum, & nu. seq.*

12 *Testator in secundo testamento quod non derogat primo, dicitur apparenter complacere, sed non cum effectu testari, & nu. 13.*

14 *Clausulæ* derogatoriæ *in primo testamento adiectæ testator post decennium præsumitur oblitus, & ideo secundum testamentum prævalere omnino debet.*

15 *Testator si expressè, vel tacitè fuit memor clausulæ* derogatoriæ *primi testamenti, non potest dici quod decennio de ea fuerit oblitus, & nu. 16.*

17 *Recognitio manus* per comparationem *solius subscriptionis an, & quatenus fieri possit.*

18 *Recognitio manus* per comparationem *si fieri potest cum libris rationum, fieri non debet cum apocha, & quare.*

19 *Recognitio manus* per comparationem litterarum *fieri potest etiam in apocha, quæ à testibus sit subscripta.*

20 *Recognitio manus facta* per comparationem litterarum *quando non semiplenam, sed plenam faciat probationem.*

21 *Hæres non potest falsificare scripturam testamenti, vel codicillorum, quæ penes ipsum non extabat.*

22 *Falsitatis suspicio in infantes non cadit.*

23 *Falsitas non potest dici commissa ab alio in commodum alterius.*

24 *Falsitas non potest dici commissa ab eo, qui diuinare debuisset modum, quomodo illam committeret.*

25 *Moriens non præsumitur committere falsitatem, & suis hæredibus scripturam falsam relinquere.*

26 *Sigillum Testatoris in testamento appositum, si etiam reperiatur in Codicillis, de veritate Codicillorum dubitari nequit.*

27 *Sigillum Testatoris, de quo in Codicillis fit mentio, de illius voluntate in eis censetur appositum.*

28 *Scriptura à Peritis concorditer recogaita, plenè probat.*

29 *Peritis in arte standum est.*

30 *in Recognitione scripturarum duæ semiplenæ probationes coniunguntur.*

3o *Scriptura à Testatore conscripta, si non affertur ad effectum illam exequendi, sed ad reminiscendum solum memoriam Testatoris, leuioribus probationibus probatur.*

33 *Testamentum illud magis præfertur, in quo fuit institutus hæres sanguine coniunctus, quàm extraneus.*

34 *Testamentum secundum non solum debet habere derogationem generalem primi, sed etiam specialem ipsius clausulæ* derogatoriæ, *a dicto testamento appositæ.*

DECISIO DCCLXXXVII.

MARCHESIA de Guigonet Domina des Tallades anno 1592. 3 Iunii testamentum condidit, & hæredem instituit Iosephum de Bonfils Consobrinum suum confessans se nunquam ab ea voluntate recessuram, cùm hæredem illum faciat propter amorem, quo eum prosequitur, & propter plura ab eo accepta beneficia, & alia, quæ sperabat se recepturam, quod si fortè aliud testamentum huic contrarium, aliamue dispositionem, siue inter viuos, siue causa mortis faceret supradictæ contrariam, nullam, & nullius roboris, vti contrarias suæ voluntati declarauit, nisi prima voluntas sua per secundam esset expressè reuocata, & in talibus actis fiat expressa mentio nominis sui hæredis scripti propria manu prout fusiùs in testamento, & decisionibus huius causæ.

Eadem Domina des Tallades anno 1607. 8. Nouembris aliud testamentum fecit, ac in eo scripsit hæredem Clementiam à se educatam, cum onere sumendi, & ferendi nomen, & cognomen, & arma d. Testatricis, nubendi nobili viro sub eadem obligatione gerendi nomen &c. substituendo masculos, & præferendo primogenitum, & in defectum masculorum tam primę, quam omnium aliarum filiarum d. Clementiæ seruato ordine primogenituræ, hisque deficientibus, substituit Episcopum, & Consules Ciuitatis, qui ad Dei gloriam erigerent Collegium &c.

Mortua Testatrice, hæres ex primo testamento petiit eiusdem testamenti aperitionem in partibus, sed instantibus oppositionibus Clementiæ, non potuit obtinere, & paucos post dies vitam cum morte commutauit, & posteà lite ab hæredibus d. Iosephi reassumpta, post varias oppositiones in iudicio ciuili, & accusationem in criminali, non potuit obtineri aperitio, nisi de anno 1616 à qua appellante Clementia, fuit Causa introducta in Curia coram Eminentissimo Legato Auenionen. à cuius Auditore fuit lata sententia absolutoria d. Clementiæ hæredis institutæ in secundo testamento, & in gradu appellationis commissa Causa Reuerendissimo Domino Decano, * fuit decisum 27. Aprilis 1671 pro validitate primi testamenti, reseruato dubio: An stante clausula derogatoria fuerit per secundum testamentum derogatum primo, & decisio confirmata fuit die 10. Martii 1672. informante tantùm Honorato Actore.

Disputato mox dubio super clausula derogatoria, vtraque parte informante 28. Martii 1673. fuit decisum non esse derogatum priori testamento, * quæ decisio fuit confirmata 1. Decembris 1673 & demùm post factas à parte probationes, & obtentam nouam Peritorum electionem pro recognitione Codicillorum, lata fuit sententia 15. Iunii 1674. pro immissione Honorati.

Commissa denuò Causa R.P.D. meo Taiæ, & dato du-
bio, An Sententia Rotalis sit confirmanda, censuerunt,
prout præuia decisione confirmata fuit, & appellatione à
parte interposita, mihique Causa commissa, proposui du-
bium: An constet de re iudicata, & resolutum fuit con- 1
stare.
Latæ enim hucusque sententiæ, & validæ, & iustæ
sunt, validitas ex actorum reuolutione conuincitur, † 1
cum concurrant omnia requisita, de quibus in *decis. Capu-*
taq. 260 *par. 6.*
Et quamuis sententia R. P. D. mei Taiæ arguatur nul-
la, tamquam lata post terminum Proseruato absque noua
citatione, attamen nil officere hoc ad nullitatem obseruatur
quia hæc Causa fuit commissa † R. P. D. Taię tamquam 2
Rotæ Auditori iuxtà adnotationem *Cocc.* 274. *an.* 3. Idque
euincit expressè ipsa Commissio Summ. Honorati 1. Iunii
1676 in qua petitur committi Causam vni ex Sac. Rotæ
Auditoribus, & subindè committitur ipsi R. P. D. meo Taię
sicque tanquam Auditori, non tamquam Prælato iuxtà te-
norem supplicationis, ideòque seruari debuit stylus Tribu-
nalis Rotæ, † non autem committentis, iuxtà *dec.* 12. *nu.* 6. 3
cor. Arguell. quo supposito, sententia reperitur lata intra
terminum proseruato; quamuis enim terminus sit habitus
die 3 Iulii, & publicatio sententiæ sit facta die 31. eiusdem
mensis, tamen censetur facta intra terminum, eo quo in vl-
tima Audientia Rotali, † terminus proseruato durat per 4
mensem, Scacc. *de appell. lib.* 3 *c.* 2 *qu.* 12. *nu* 8 Rot. *dec.* 201.
nu. 3. *par.* 13 *rec.* Ipsumque stylum huiusce Tribunalis esse
attendendum agnouit hæres Clementiæ, qui à sententia
Reuerend. Decani appellauit intra decem dies à die termi-
ni habiti proseruato, & promoto ad sacram Purpuram E-
minentiss. Carpineo, cui iam hæc Causa commissa fuerat,
subrogationem petiit à Reuerendiss. D. Decano, † cùm ta- 5
men si fuisset spectandus alius stylus, noua Commissio fieri
debuisset ab Eminentiss. Legato Auen. iuxtà *dec* 12. *nu.* 6.
coram Arguell. non autem admitti subrogatio à Reueren-
dissimo Decano, quod cùm semel fuerit † approbatum, 6
improbari ampliùs nequit regula, *quod semel de regul. iur.*
in 6.
Nec vrget, quod Notarius Tribunalis Auenion. scripse-
rit acta, & non Notarius Rotalis, vt indè inferatur R. P.
D. Taiam non processisse tamquam Rotę Auditorem, † 7
quia vt in *i. adnot.* 274 *nu* 10 *penès Coccin.* hoc est per acci-
dens, nec alterat, aut immutat naturam commissionis
causæ directæ Auditori Rotę.

Firmata validitate sententiæ, eoque vindicata à nulli-
tate, DD. consueuerunt constare de illius iustitia; nam li-
cèt Domina de Tallades post testamentum primum anni
1592. 3. Iunii, in quo Iosephum Consobrinum suum fecit
hæredem, anno 1607. aliud testamentum solemne condi-
8 dit, in quo Clementiam virginem à se dilectam fecit † hę-
redem, sicque solemnis posterior voluntas præualere de-
beat, *§. posteriore, instit. quibus modis test. infirm.*

Attamen quia in primo testamento fuit inserta expres-
sè clausula derogatoria, cui Testatrix supremam volun-
tatem suam sub nullitatis pœna deuinxit, testamentum
secundum, tamquam sine voluntatis concursu, inane
redditur; clausulæ enim derogatoriæ adiectæ in primo te-
stamento ea est vis, vt testamentum posterius nullum, &
inefficax reddatur, quantumuis solemnitatibus intus fue-
9 rit vallatum, † nisi in secundo testamento facta sit expres-
sa mentio, & reuocatio clausulæ derogatoriæ Scribentes
communitèr id asserunt, teste Anton. Faber. *de error. Pra-
gmat. defin. 37. error. 7. nu.* 1. sequut. *gl.* auctoritatem ad *l.
si quis in princip. testam. 20. ff. de leg. 4. vbi* Bartol. Bald. &
Salicet. *ad l. sancimus num* 6. *C. de testam.* Mantic. *de con-
iect. vlt. volunt. lib. 2. tit. 8. nu. 3. & seqq.* Menoch. *de præ-
sumpt. libr 4. præsump.* 166. *nu.* 3. Couar. *ad rubr de testam.
par. 2. numer. 79. & seqq.* Simon. de Præt. *de interpr. vltim.
volunt. lib. 4. dub.* 1. Barri *de success. lib* 10. *tit.* 1. *capit.* 27.
& seqq. Ea potissima ratione, quod verba derogatoria in
10 primo † testamento vim habent cuiusdam protestationis
præambulæ, quæ proindè declarat in secundo deesse vo-
luntatem, *l. etsi quis 14. §. plerique ff. de relig. & sumpt.
fun. l. qui in aliena 6. § final. ff. de acquir. hæred.* adeoque in
eo casu secundum testamentum non esse, nec dici posse
11 verum testamentum, † siue comparetur ad definitionem
testamenti traditam *in l.* 1. *ff. qui testam. fac. poss* siue refe-
ratur ad allusionem vocis, de qua in principio *titul. inst. de
testam.* sed esse Cimbalum tinniens, dans sine mente so
12 num, † per quod videtur Testator apparentèr complace-
re, sed non cum effectu, vt inquit Marc. Ant. Natt. *conf.*
639. *nu.* 3.

Indeque primum testamentum non est primum, quam
solùm, & secundum simulatum, cùm Testator nihil in-
13 tendat agere propter protestationem pręcedentem, † quam
quidem communem opinionem vtcumque tamquam er-
roneam impugnet, vbi supra subtilitèr Antonius Faber,
non autem expugnat.

Et ideò informantes pro Clementia, seù eius hæredes
ad limitationem confugiebant; esto enim, quod tanta
14 sit vis, & operatio derogatoriæ, † attamen vim suam o-
peratur intra decennium, eoque elapso, oblitus præsu-
mitur Testator clausulæ præcedentis, & secundum testa
mentum præualere omninò debet, Bald *ad l. sancimus C.
de testam. num.* 6. per illum textum; Quæ sanè limitatio
videbatur aptissimè applicari huic casui, cùm Marchesia
primum testamentum condiderit anno 1592. 3. Iunii secun-
dum verò 8. Nouembris 1607. & non decem, sed quinde-
cim anni intercesserint inter primum, & secundum testa-
mentum, quo intercedente spatio, censetur Testatrix o-
blita clausulæ primæ.

Verùm excludi omninò visa est hæc exceptio, ex quo
pro parte Honorati præferebantur Codicilli facti ab eadem
Marchesia Testatrice anno 1602. 13. Aprilis, in quibus
adimens legatum, quod reliquerat in testamento cuidam
Puellæ suæ, meminit prioris testamenti, in ea verba
Summario Honorati *num.* 3. Cùm ego Marchesia de Gui-
gonet Domina des Tallades ab aliquibus annis fecerim te-
stamentum solemne rogatum per Magnificum Reuolte
Notarium huius Ciuitatis Cauallicen. in quo scripseram
manu mea nomen hæredis mei cum clausulis derogatoriis
15 contentis in eo, & memor in illo fecisse legatum &c † quę
verba omnem obliuionem excludunt, cùm alioquin sat
16 fuisset † meminisse Notarii, ac testamenti, vt obseruat
Cyriac. *contr.* 360. *nu.* 98 *& seqq.*

Nec officere est visum, quod suspecta sit fides huiusmo-
di Codicillorum, quæ fundatur in subscriptione vnius
verbi *de Tallades*, nihil suffragante recognitione facta per
comparationem, quasi hoc non iuuet, quia in subscri-
17 ptione verbi † *de Tallades*, recognitio per comparationem
fieri non debet, quoniam DD. aduerterunt obiectum de-
sumi e a doctrina Bartoli *ad l. auda vatio num. 9. ff. de donat.*
qui negat cum apocha posse fieri comparationem, sed be-
18 nè cum libris rationum, † cum in apocha faciliùs possit
committi falsitas, multoque magis, & in recognitione,
seu comparatione vnius nominis *de Tallades*; sed huius-
modi defectum circa recognitionem Codicillorum per com-
parationem fuisse sublatum in *decisione edita prima Decem-
bris 1673. coram Reuerendiss. D. Decano*, & vlteriùs tolli
omnem difficultatem, ex eo quod Codicilli isti sunt te-
stium interuentu, & subscriptione roborati, † quo casu 19
comparationem fieri posse etiam in apocha sensit Bartol.
ad Auth. & si contrarius num. 4. & 8. C. de fid. instrum. &
tunc recognitio per comparationem † facit non semiple- 20
nam, sed plenam probationem, Castr. *ad l. admonendi nu.
42. ff. de iur. iur. per l. scripturas,* iuncto ibidem *Auth. Cod. de
fid. instrum.* Scacc. *de iud. lib. 2. cap. 11. num.* 1007 1015. &
latiùs 1063.

Et eo totiùs DD. dicebant procedere in hoc casu, dum
hi Codicilli non apparuerunt ex abrupto, sed vna cum te-
stamento clauso fuerunt consignati à tertio, qui illos ha-
bebat in manibus, hæredibus Iosephi infantibus, seù eo-
rum Procuratori 10. Nouembris 1614. per instrumentum
publicum, in quo fit mentio, quod erant originalitèr sub
scripti de Tallades, & per quinque testes cum sigillo à la-
tere in data 13. Aprilis 1602. Summario Honorati *num.* 1.
& posteà fuerunt in Curia producti coram Eminentissimo
Legato Auenionen. ad remouendam exceptionem obli-
uionis statim ac opposita fuit, † & propterea ab omni sus- 21
picionis falsitate eximuntur hæredes, qui non potuerunt
falsificare scripturam, quæ penès ipsos non erat, nec
fingere de nouo, quæ iam existebat, eoque magis, dum
erant infantes, † in quibus non potest cadere suspicio fal- 22
sitatis, Vermigliol. *conf. 252. nu.* 1. nec minùs potuit dici
commissa ab aliis † ad commodum pupillorum, Meno- 23
ch. *consil. 98. numer.* 28. Vermigliol. *d. consil.* 252. *nume-
ro* 2.

Multò minùs à Iosepho, qui superuixit Testatrici so-
lùm per dies 28. & non poterat scire, an in testamento
clauso adesset legatum, quod fuit reuocatum in Codicil-
lis, quodque † in eodem testamento adesset clausula dero- 24
gatoria, & debuisset opponi præsumptio obliuionis, nec
est verisimile, quod moriens † voluerit falsitatem com- 25
mittere, & relinquere suis hæredibus scripturam falsam,
Crauett. *de antiq. temp. § quæritur etiam nu. 66. vers. quasi
non sit verisimile*, Scacc *dicto cap.* 11. *nu.* 1014.

Immo cum iisdem Codicillis sit additum sigillum Te-
statricis, idemque omninò cum apposito in testamento,
† iam ambigere non licet de veritate Codicillorum, Cra- 26
uett. *de antiq. temp. §. quæritur nu* 44 Mascard. *de probat.
conclus.* 1308. cuius adhibiti sigilli cum sit facta mentio in
vent e † Codicillorum, præsumitur oppositum ex volun- 27
tate Testatricis codicillantis, Menoch *de præsumpt. lib. 2.
præsumpt. 58. nu. 1. & seqq.*

His omnibus accedit relatio, & attestatio Peritorum,
quorum duo præcedenter fuere electi de communi par-
tium consensu causa pendente coram Eminentissimo Le-
gato Auen. & alii duo postea ad petitionem partis iterum
deputati in Rota coram Reuerendissimo D. Decano, præ-
uia particulari disputatione, & decisione, † qui vnani- 28
mes retulerunt facta comparatione cum scripturis, & sub-
scriptionibus indubiis de veritate subscriptionis *des Talla-
des*, † & ideò standum Peritis in arte, *l. septimo mense* 29
ff. de stat. hom. & eorum relationes etiamsi separa
tæ, debent coniungi ad faciendam plenam probatio-
nem

In hoc siquidem materia duæ semiplenæ probationes † 30
iunguntur, etiamsi diuisę non sufficerent, Gen. *de scri-
ptura. lib. 2. tit. 1. num.* 8 & multo magis dum sunt eiusdem
speciei, quæ recognitio per comparationem cùm semel à
parte eligente Peritos fuerit approbata † reprobari ampliùs 31
non potest, *Canon. borreadus* 32. *qu.* 5 Et eò rationabilius
quo non agitur modò de veritate Codicillorum in ordine
ad eorum exequutionem, † sed ad solam reminiscen- 32
tiam Testatricis euincendam, ad quem effectum pluri-
mum valent, Mantic *de coniectur. vltim. volunt. libr.* 14.
tit. 20. num. 6. & 7. Et cùm ea satis constet, omissa comme
moratio præcedentis testamenti, non est asserenda ex
obliuione, sed ex deliberata voluntate, vt scilicet iam
parato vteretur pręsidio, & sibi ab insidiis seruilibus, ac
importunis sollicitationibus præcaueret, ad quem finem
tendit clausula derogatoria; ideoque secundum testamen-
tum, tanquam omni destitutum efficacia, non est attenden-
dum, sed præferendum primum, non solùm quia Testatrix
illud

illud nolle valere protestata fuerit, sed etiam quia deficit expressa reuocatio, quam sibi præscripserat in primo testamento, necnon scriptum nomen hæredis manu Testatricis, ad quod scribendum expressè in primo testamento se obstrinxerat, maximè quia in primo scriptus est hæres sanguine coniunctus, qui aliàs tamquam proximior suc-
33 cessurus fuisset ab intestato, † In secundo verò instituta penitus extranea persona, in quam ordinata non cadit affectio, *ad l. 2. ff. de iniust. rupt. irrit. fact. test.* Menoch. *d. præsumpt. lib 4 præsumpt. 16. nu. 4.*

Pro secundo testamento, & ad insinuandam reuocationem primi ex voluntate Testatricis plures afferebantur coniecturę, ex quibus enixa arguebatur voluntas ad reuocandum testamentum primum, & substinendum secundum; Verùm omnibus, & singulis exactè adeò satisfacit *Reuerendissimi D. mei Decani decisio* 28. *Martii* 1671. vt doctissimè scriptis nihil addi possit singulare.

Illud tamen proficit, quod ad subuertendum testamentum primum non sufficit generalis derogatio; sed specialis
34 † requiritur, ita vt non solum testamentum, sed clausulæ ipsi derogatoriæ præcisè veniat derogandum, iuxtà subtilem doctrinam Soccin. *in l. si mihi & tibi 2. §. in legatis nu. 5. & 6. ff. de legat. 1.* Castr. Angel. Alex. & alii *ad l. secundam ff. de liber. & post.* Couarru. *ad rubr. de testam. part. 2. nu. 19 vers. tertium de testam* Menoch. *lib. 4 præsumpt. 166. num. 25 & 26.* Fachin. *contr. iur. lib. 4. ca 92.* Cyriac. *contr.* 360. *num. 60.* Mantich. *de coniectur. lib. 2. tit. 8 sub numer. 8. ex textu in l. si quis in princip. testamenti 22. ff. de leg. 3.* in lis verbis, *sed hoc ita locum habebit si specialiter dixerit prioris voluntatis se pœnituisse*, vtcumque hæc verba non hermogenea in illius text Auctoris, sed ad dictamentum Triboniani voluerit, Cuiac. *lib. 14. obseru. cap. 7.* Anton. Fabr *de Error. Pragm. decis. 38. error. 1. & 2.* & ante eos Auctor *respons. amicab. capit. 4. respon. 1.* quod tamen falsum ostendit Donell *enucleator iur. ciuil. lib. 8. cap. 14. in Not. litt. O.* qualis derogatio specialis respectu clausulæ in testamento primo adiecta in secundo testamento Marchesiæ non legitur, imò nec nomen hæredis manu sua scriptum, vt primo testamento protestata fuerit, & ideò secundi testamenti tamquam voluntate destituti vigore clausulæ derogatoriæ non reuocatæ ratio haberi non potest sed constat de re iudicata valida, & iusta.

Et ita vtraque parte informante &c.

Dec. 53. & 186. in alio tom. 1. sunt in hac causa sub dieb. verò 2. Maii 1678. 7. Aprilis 1679. & 13. Ianuarii 1681. erunt aliæ decis. coram d. R. P. D. Paulucio, & R. P. D. Vicecomite.

R. P. D. RONDININO.

Romana Donationis.

Veneris 20. Nouembris 1676.

ARGVMENTVM.

In donatione facta contemplatione matrimonii etiam fœminæ prætendebantur vocatæ, sed quia donatio facta erat cum præseruatione fideicommissi facti, vel faciendi, quod postea fauore masculorum tantummodò factum, seù declaratum est, illas non fuisse comprehensas pluries à Rota decisum, hodie quoque confirmatur, & ideò vltimum vocatum de bonis donatis liberè potuisse disponere declaratur; non obstante quod fœminæ temporaliter prætenderentur exclusæ, quia earum exclusio potiùs perpetua visa est.

SVMMARIVM.

1 *Donatarius, & fideicommissarius vltimus possunt liberè disponere de rebus donatis, & fideicommisso subiectis.*

2 *Filiorum appellatione, nec etiam in nuptialibus tabulis veniunt fœminæ, si solum masculi fuerint vocati.*

3 *Filiis, & descendentibus in contractu matrimonii vocatis, & contemplatis eis non acquiritur ius independenter, & absolutè, si eorum vocatio pendet à fideicommisso facto, vel faciendo.*

4 *Pacta, & conuentiones matrimoniales non violantur, si in illis concessa est facultas paciscentibus faciendi, vel declarandi fideicommissum.*

5 *Filiorum, & descendentium appellatione non veniunt omnes, sed ii solùm, qui determinantur in fideicommisso facto, vel faciendo à disponente sibi præseruato.*

6 *Fideicommissum factum, vel faciendum in donatione præseruatum, perindè est, ac si in ipsa donatione constitutum sit.*

7 *Modificatio, & declaratio, quæ referri potest ad aliud nunquam refertur ad actum, ad quem propter incompatibilitatem, vel aliter referri non potest, & numer. 6.*

8 *Fœminæ exclusæ à donatione facta contemplatione matrimonii, quatenus temporaliter existentibus masculis, vel perpetuò sint exclusæ, & nu. seq.*

9 *Fœminæ eo magis perpetuò censetur exclusæ, si de dote fuerit illis prouisum.*

DECISIO DCCLXXXVIII.

TERTIA vice omnes DD. à me consulti denuò dixerunt constare de tribus sententiis conformibus fauore Io. Aloysii Detat ab Auria informantis, permanendo in iis, quæ bis decisa fuere 10. Ianuarii, & 13. * Maii 1676. coram me.

Cùm enim Pontius Ceua senior donauerit controuersa scuta 20. mill. intuitu certi matrimonii à Pontio iuniore pronepote transuersali donatario contrahendi, atque ex illo matrimonio non superfuerit nisi Iacobus vnicus masculus Donatarii filius, † potuit iste tamquam vltimus, 1
& vnicus ex vocatis Agnatam vxorem, cui successit prædictus Ioannes Aloysius Detat ab Auria hæredem scribere ad terminos *text. in l. 2. C. quando dies legat. cedat in leg. cum pater 79. §. libertis in fine, & in l. seq. §. Prædium ff. de legat. 2.* Peregr. *de fideic. art. 52. nu. 2.* Fusar. *de substit. qu. 551. & 735* Rota *rec. par. 2. dec. 203. nu. 4. & dec 432. nu. 7. & par. 5. dec. 363. nu. 1. & par. 12. dec. 323. nu. 5. & in Polinianea donationis 22. Iunii 1674. §. atque cor. R. P. D. meo Calataiù.*

Certum autem est in donatione Pontii senioris non nisi masculos vocari, quia licèt donauerit fauore filiorum, & descendentium, quorum appellatione veniunt etiam fœminæ in donationibus, præsertim intuitu certi matrimonii, adhuc tamen expressam conditionem apposuit, vt bona donata remaneant supposita fideicommisso facto, seù faciendo, hoc est mutabili per fideicommissum faciendum quam donationem (vt sunt ipsius donantis verba) cum suprascripta qualitate suum effectum sortiri voluit, † quo 2
casu non intrat regula generalis, quod nomine filiorum, & descendentium in nuptialibus potissimùm tabulis, veniant quoque fœminæ, neque violantur pacta, quæ vtpote in contractu matrimoniali reciproco apposita, in quo omnia, siue ab altera parte prolata confunduntur, & in quo non licet vni parti per subsequentem declarationem euertere, quod ab alia in beneficium omnium eius descendentium conuentum fuit, quia ius hoc casu quæsitum non dicitur filiis, & descendentibus absolutè, † sed dependenter à fi- 3
deicommisso facto, vel faciendo, cum qua qualitate consenserunt parentes vxoris, qui vnà cum Sponso voluerunt se, qui formam successionis contentam in fideicommisso facto vel faciendo, itaut non dicatur violenta conuentio matrimonialis, † quia benè stat quod bona donata remanere de- 4
beant filiis, & descendentibus illius matrimonii, & quod donator etiam ex post facto declarare potuerit istos filios, & descendentes esse masculos iuxtà fideicommissum factum, vel faciendum, quod ex omnium consensu præseruatum fuit, tumque nomen illud filiorum, & descendentium non est adhibitum ad includendum omnes, † sed illos tan- 5
tùm, qui determinati fuerint in fideicommisso facto, vel faciendo, vt in terminis concludunt Dec. *cons. 7. nu. 99. & seqq. vol. 1.* Molin *de ritu nupt. lib. 2 qu. 24. nu 295. & 296* Cutell. *de donat. tom. 2. tract. 2. special. 7 ex nu. 27.* Fontanell. *dec. 172. ex nu 6 9. & 23.* Mierez *de maiorat. par. 1. qu. 44 n 16.* & comprobant ea, quæ deducit Rot. co. Merl. *dec. 802. n. 3. & in rec.*

par. 12. decis. 356. num. 15. & 16. & par. 13. dec. 11. num. 7. & seqq. cum aliis io decisionibus huius causæ 6. Iunii 1664 coram Reuerendiss. Beuilaqua Patriarcha Alexandrino impressa post Modern. Lucen. *de pact. futur. success. decis. 46. & 14. Martii 1672. & 13. Ian. 1673. cor. Reuerendissimo Castrilio Episcopo Cadicen. & 3. Dec 1674. cor. Reuerend. D. meo Albergato Decano, & 10. Ian. ac 13. Maii 1676. coram me.*

Neque dici potest relationem donationis non esse ad fideicommissum testamentarium, sed ad aliud particulare factum, vel faciendum fauore filiorum, & descendentium Pontii donatarii, non secùs ac si dispositiones testamentariæ comprehendere nequeant bona donata, quæ sub donationibus continentur, eodem planè modo, qua donationes inter viuos non comprehendunt bona hæreditaria testamentariis dispositionibus subiecta ob incompatibilitatem, & contrarietatem vtriusque modi succedendi, quia hæc omnia procederent si vtraque comprehensio esset incompatibilis, qualis profectò non est, in hoc casu, in quo vigore relationis, de cuius natura est reportare actum relatum, ac si eum transcriberet, bona donata non remaneant sub fideicommisso testamentario formaliter quatenus testamentario, sed materialiter tantum, seù verbaliter, atque posteà propriè formalites, & authoritatiuè stant sub fideicommisso testamentario, vti reporta-
6 to in donatione, † ipsiusque donationis authoritate, ac si
eius verba fuissent ibi transcripta absque vlla necessitate condendi fideicommissum separatum per ea, quæ in proposito deducunt Amat. *dec. 49. sub nu. 11.* Cutell. *de donat. to. 2. tract. 2. d. disc. 1 special. 7. nu. 27. & seqq.* Mulin. *de ritu nupt. lib 3. qu 24. nu. 295. & seqq.* Dec *d. cons. 7. n. 99. & seqq. vol. 1.* Fontanell. *dec. 172. ex nu 6 & per tot.* Mierez *de maiorat. par. 1. qu. 42. per tot. cum similibus*, de quibus Mastrill. *dec. 190. nu 1. & seqq.* Rota coram Penia *dec. 488. nu 7. & cor.* Merlin. *dec. 802. nu. 3. & in rec. par. 12. dec. 194. nu. fin. & dec. 356. nu. 16. & par. 13. dec. 11. num. 10.* quidquid sit in casu, in quo nullum aliud adesset fideicommissum con-
7 ditum, † ad quod referri possit modificatio, & declaratio
præseruationis adiectæ, in quibus terminis loquitur distinguendo Rota *in rec. par. 14. dec. 464. sub nu. 8. & 9.*

Neque pariter dici poterat fœminas saltem deficientibus masculis comprehensas esse, adeout nomen filiorum, & descendentium in pactis præsertim matrimonialibus aptum comprehendere fœminas, modificet, & restringat suam naturam durantibus masculis, quibus posteà deficientibus ad suam generalitatem fœminarum comprehensiuam reuertatur, exemplo statutariæ exclusionis, quæ intelligitur masculis super extantibus, non autem cum ad extraneos est deueniendum, itaut tunc fœminæ ad suc-
8 cessionem reintegrentur, † quia hæc non procedunt in e-
nixo fideicommisso masculino, quale est istud fœminis semper exclusis; quia tunc nec deficientibus masculus intelliguntur vocatæ, sed vltimus masculis extraneum hæredem instituere potest, quia dispositio hominis facit cessare dispositionem legis, & statuti, Gabr *cons. 132. nu 5. vol. 1.* Peregr. *cons. 159. nu. 13. vers. 4. est casus vol. 5.* Rot cor. Buratt *dec. 272. nu. 15. & seqq. & cor* Card. Celso *dec 341. nu. 14. & in rec. par. 2. dec. 203. nu 8. & dec. 432. nu. 5. & 7. & par. 8. dec. 37 nu. 2. & par. 12. dec. 380. num. 13. & par. 14. dec. 462. nu. 15. & seqq.*

Fœminæ autem non habent quod conquerantur cum
9 illis suas dotes fideicommittens legauerit, † vt pro exclu-
denda illarum vocatione considerant Gabr. *comm. conclus. de verb. signif. conclus. 6. nu. 130.* Peregr. *de fideic. art. 25. nu. 45* Fusar. *de substit. qu. 311. nu. 95.* Barb. *tract. var. sub appellatiuo filius nu. 62.* Rota *rec. par 2. dec. 217. nu. 2.*

Et ita Aloysio Detai ab Auria informante, & sororibus de Ceuis pluries monitis DD. responderunt.

Altera præsentis causæ decisio est impressa supra in hoc eodem tom. 2. vbi est in ordine 715.

R. P. D. VBAGO.

Anconitana Fideicommissi de Fatiolis.

Veneris 27. Nouembris 1676.

ARGVMENTVM.

Immissio fideicommissario conceditur, quia cessare visi sunt oppositi identitatis, & detractionum defectus, illi nedum ex pluribus probationibus super eis factis sed etiam quia grauatus possidebat bona in loco, in quo defunctus possederat hi autem quia legitima remanebat turbida ex pecuniis fideicommissi ad manus grauati peruentis; Trebellianica verò ex fructibus fuerat consumpta, prætensa demùm restitutio dotis ex bonis fideicommissi facienda, facta erat in vita fideicommittentis, & sic ampliùs fieri non poterat.

SVMMARIVM.

1 *Immissio fideicommissario non conceditur si non constat de identitate bonorum, & competunt detractiones.*

2 *Possessio fideicommittentis, & heredis grauati insimul probari debent, ad effectum obtinendi immissionem vigore fideicommissi.*

3 *Bona possessa ab herede grauato in loco, quo possidebat defunctus, præsumuntur fideicommissaria, si de noua acquisitione non constat.*

4 *Detractiones turbidę non impediunt immissionem fideicommissario.*

5 *Detractio legitimę remanet turbida, si grauatus recepit pecunias fideicommissarias cum onere inuestiendi, & non inuestiuit.*

6 *Inuestimentum qui facere debuit, & non fecit ad prestandum interesse tenetur.*

7 *Trebellianica censetur consumpta ex fructibus perceptis.*

8 *Dotis restitutio debita ex bonis fideicommissi, si in vita fideicommittentis facta est, amplius fieri non potest.*

9 *Assignatio bonorum non gratuita, sed onerosa non indiget insinuatione requisita à Constitutione Marchię.*

10 *Assignatio bonorum eo magis substinetur, si adhuc executioni demandata sit.*

11 *Donatio etiam inter patrem, & filium morte remanet confirmata.*

DECISIO DCCLXXXIX.

QVAMVIS fideicommissum à Peregrino seniore ordinatum, per obitum Antonii absque filiis, pro tertia parte purificatum fuerit ad fauorem Peregrini Iunioris; noluit tamen Rota sub die 13. Iunii 1672. coram bonæ memoriæ Priolo immissionem eidem vocato concedere; † quia tunc sufficienter non constabat de identitate 1
bonorum, ac variæ per hæredes grauati opponebantur detractiones: Hodie verò recedendo ex nouiter deductis à dicta decisione, dictum fuit, quoad prædia la Costarella, seu Pietra della Croce, Suppanici, & Galignani, nec non stabilia Pulueri gii dandam esse immissionem, quia testes vltimo loco examinati, generaliter, & respectu omnium identitatem probant, quod scilicèt possessa fuerint de tempore obitus per fideicommittentem, & modò retineantur per hæredes grauati, *Summario Nappiorum numero 2. 3. 5 & 9.* Ac vlterius quoad prædium la Costarella, seu Pietra della Croce, ac stabilia Puluerigii, identitas comprobatur ex assignatione per fideicommittentem eidem grauato in vita facta, *Summario numero 7.* ac confirmata

mata in testamento , *Summario numero* 1. necnon ex
Catastro Communitatis *Summaria num.* 5. ac confessione
per hæredem grauati emissa inhibitione Auditoris Came-
2 ræ , *Summar. num.* 4 † ex quibus vtraque possessio, hoc
est antiqua fideicommittentis , & modò grauati rema-
nent iustificatæ , & quoad bona Suppanici , & Gali-
gnati , pariter concurrit alia specialis probatio , dum
illa tradita apparent pro reintegratione fideicommidi ,
Summario num 8. Quibus accedit , quod dum non docetur
Antonium grauatum in dictis locis alia bona acquisiuisse,
3 † intrat præsumptio omnia esse fideicommissaria iuxta
consilium Fulgos. 145.*num.*2. de quo Marescott. *variar. reso-
lut. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 49. Rota coram bonæ memoriæ Card.
Celso *decis.* 173 *n* 7.

Nec detractiones legitimæ , Trebellianicæ , ac dotis
4 Diamantis vxoris fideicommittentis , † visæ fuerunt tales,
vt potuerint immissionem impedire , nam respectu legiti-
mæ † detractio redditur turbida ob debitum scutorum 180.
5 quæ grauatus de mandato fideicommittentis recepit sub
onere inuestiendi in censibus, vel stabilibus , & ob inte-
6 resse , ad quod † ab anno 1629. ob neglectum inuesti-
mentum tenetur , *l. si mandatu eo* 22. §. Iulianus , *ff. man-
dati* Honded. *cons.* 39. *numer.* 3 *& sequentibus lib.* 2. Gra-
tian. *discept.* 240 *numer.* 34. Rota coram Dunozett. Iuo.
decis. 628 *num.* 3. *&* coram Bichio *decis.* 303. *numer.* 2. *&
decis.* 618. *numer.* 9. *&* 10. *& in recent. decis.* 367. *numer.* 2.
part. 12.

7 Trebellianica censetur consumpta † ex fructibus per-
ceptis iuxta *textum in l. iubemus* , *C. ad Senatum Consultum
Trebell.*

Dos verò Diamantis fuit per fideicommittentem in vi-
8 ta filiis restituta , † mediante quorundam bonorum as-
signatione , de qua *Summario num.* 7. quæ tamquam non
9 gratuita , † sed onerosa , non indigebat insinuatio-
ne requisita per Constitutionem Marchiæ *lib.* 5. *capitul.*
25. vt firmat Coccin. *decis* 240. *num.* 2. *& per totam* , &
10 quæ eo † magis modo sustinenda , quo vsque ab initio
suum effectum habuit , *dicto Summario num* 7. *&* 10. &
fuit in morte ab eodem fideicommittente confirmata ,
11 *Summario dicto numero prima*, quo casu † etiam donatio-
nes inter patrem , & filium reualidantur , *l* 2. *C. si quis
alteri* , *vel sibi*, Roman. *cons.* 377. *num.* 1. Iulius Clarus
in §. donatio qu. 8. *num* 8.

Et ita vnica tantum parte informante resolutum fuit
altera pluries intimata , & expectata .

Confirmata fuit hæc decisio vtraque parte informante sub
die 14. Maii 1677. coram eodem bonæ memoriæ
Vbago.

R. P. D. VICECOMITE.

Mediolanen. Fideicommissi.

Veneris 27. *Nouemb.* 1676.

ARGVMENTVM.

Denegatur immissio fideicommissario, quia bona erant libera , licèt empta à grauato cum pecunia hæreditaria , & mediante testatori præcepto , cum ipse esset creditor fideicommissi , & adhuc sibi detractiones competerent , rursùs excluduntur etiam defectus inuentarii , & diuisio à patre viuente facta inter suos filios , apparuit plenaria , & cum translatione dominij , quæ omnia , & alia etiam plura , cum proponerentur ex facto claro , & de iure facilè resoluenda , visa sunt sufficere ad impediendam immissionem prædictam.

SVMMARIVM.

1 *Remedium adipiscendæ descendit ex* l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.

2 *Hæres , & fideicommissarius probare debent , bona in quibus petunt immissionem , fuisse à testatore possessa .*

3 *Fideicommissum comprehendit solum id , quod superest detractis detrahendis .*

4 *Hæres creditor testatoris potest pecuniam hæreditariam in propriam satisfactionem conuertere , amplia vt n.* 6.

5 *Hæres creditor testatoris pecuniam hæreditariam in suos vsus conuertisse dicitur , si nulla alia facta alienatione ea vsus est .*

6 *Præceptum testatoris de inuestiendo pecuniam hæreditariam , non afficit hæredem creditorem hæreditatis , amplia vt num.* 12.

7 *Declaratio hæredis seruandi voluntatem defuncti facta cum præseruatiua suorum iurium , sibi non prçiudicat .*

8 *Emptio , & acquisitio facta ab hærede pro se suisque hæredibus , & successoribus , sibi acquiritur , non autem hæreditati , & vide n. seqq.*

9 *Actus accipi non debet vltra intentionem agentis .*

10 *Hæres grauatus ad sui commodum , non autem pro fideicommisso emere voluisse præsumitur .*

11 *Hæres , cui competebant detractiones , si ex pecunia hæreditaria aliquid emit , pro se ipso , & in causam detractionum , non pro hæreditate dicitur emisse .*

12 *Emptio facta ab hærede ex pecuniis hæreditariis , nec etiam ex præcepto testatoris presumitur hçreditaria si hçredi competebant detractiones .*

13 *Legitima semper est immunis à quocumque onere fideicommissi.*

14 *Filius ex dispensatione Principis facta cum voluntate patris , potest acquirere sibi , & proprium habere peculium .*

15 *Detractio dotis maternę fieri debet de bonis fideicommissi iuxta diuisionem factam inter patrem , filios , & vxorem .*

16 *Confessionem sui auctoris defuncti hæres , & successor impugnare non potest .*

17 *Legatum factum ad exonerationem conscientię habet vim debiti confessionati .*

18 *Legatum factum filio ad exonerationem conscientię non venit in restitutione fideicommissi .*

19 *Pater si alteri filio aliquid assignauit ad seruandam ęqualitatem inter illos sicuti , quod aliis filiis dimissum non cadebat sub fideicommisso , ita illud eidem filio assignatum .*

20 *Legata annua prçsumuntur soluta ex fructibus .*

21 *Legata ab hçrede soluta detrahuntur , antequam fiat restitutio bonorum fideicommissi .*

22 *Detractiones primo loco factæ solç veniunt attendendç non autem quç vlterius processerunt .*

23 *In inuentario non est necessaria descriptio earum rerum , quæ occultari non possunt .*

24 *Credita quoad substantiam in inuentario descripta , non præiudicat , quod illius quantitas fuerit in albo relicta*

25 *Pretii , & valoris omissio in inuentario potest ex ignorantia procedere , & ideo non prçiudicat .*

26 *Inuentarium habens clausulam* addendi , & minuendi , *potest quandocumque suppleri per descriptionem bonorum omissarum .*

27 *Verba ab administratore prolata* sum debitor , vel in ea summa , quæ reperitur , *non important existentiam debiti .*

28 *Debitum administratoris à redditione rationis dependet .*

29 *In inuentario potest omitti summa incerta , cuius certitudo pendeat à calculo , nec ideo illud remanet vitiatum .*

3 *Detractione fuisse consumptas , vbi agitur contra tertium possessorem , quatenus hoc probare spectat ad hçredem .*

31 *Filii , etiam emancipati , succedunt ęqualiter pro virili patri ab intestato defuncto .*

32 *Diuisione inter patrem , & filios sequuta , bona etiam quoad dominium transeunt in filios , & efficiuntur profectitia , si concurrit patris voluntas , & filii sibi acquirere possunt .*

33 *Diuisione , ac etiam cessione transfertur dominium , & est*

est vnus ex modis illud acquirendi.

34 *Pater potest permittere filiis, vt sua bona inter ipsos, vis rem propriam diuidant.*

35 *Lucrum, & damnum bonorum patris spectare potest ad filios ex permissione patris, quod filii dicta bona diuidant inter se.*

36 *Diuisionis geminatio facta à patre de suis bonis inter filios, eo magis arguit ipsum voluisse dicta bona ad eosdem filios spectare.*

37 *Pactum de non contraueniendo reddit contractum irreuocabilem, quamuis factum inter patrem, & filios.*

38 *Reseruationis ea est virtus, & natura, vt extra nos esse dicatur totum id, quod intra nostram reseruationem non continetur.*

39 *Bona, & negotium à patre inter filios diuisa ad ipsos spectare dicuntur, si illi quid annuum patri persoluere debeat.*

40 *Filii in cessione, seù diuisione bonorum patris illius debita soluere promiserunt, bona diuisa, & cessa ad ipsos spectare debent.*

41 *Ad qualitatem, & quantitatem debiti si est deuentum, illius substantia necessario supponenda est.*

40 *Relationis effectus est, omnia cum suis qualitatibus exprimere, & repetere in referente.*

43 *Referens non alterat qualitates relati.*

44 *Præseruatio excludit animum recedendi à prioribus conuentionibus.*

45 *Clausula* non aliter *habet formam præcisam, & nullam inducit donationem, aut præiudicium, si aliquid in contrarium actum sit.*

46 *Alternatiuæ proprietas est verificari in altera ex alternatis.*

47 *Apochæ, & credita testatoris in illius inuentario non scripta, vel præsumuntur exacta, vel penes eundem testatorem defecisse.*

48 *Pater tenetur bonificare filio illius pecuniam exactam, vel eam, quæ penes ipsum defecit.*

49 *Altiorem indaginem non dicuntur requirere, quæ in facto sunt firma, & in iure subsistunt.*

50 *Exceptiones non remanent turbidæ si proponuntur ex facto claro, & articulus iuris haberi potest, ex apertione librorum.*

DECISIO DCCXC.

1 ADipiscendæ † remedio descendente ex *l. fin. C. de edict.*
D. Adr. toll. cum primum egerunt Miliauecca, &
Montignana ad possessionem prædiorum Linati, & Bur-
goratti pro rata parte lib. 20. mil. aduersus Monachos Cas-
sinenses S. Petri in Glussiate, Sacra Rota Me proponente
sub die 9. Maii 1672. *illam denegauit, à qua resolutione
eum deinde recessum fuerit sub die 20. Ianuarii superioris
anni in hodierna propositione quæsitum est, An sit stan-
dum in primo, vel secundo loco decisis, & in primo lo-
co standum esse Domini responderunt.

Extremum enim illud, vnde omnis nascitur controuer-
sia, quod scilicet dicta prædia fuerint in bonis Rocchi
Suardi testatoris, ex cuius fideicommisso veniunt actores
2 omnino necessarium, † vt verificetur ab eo, qui petit im-
mitti iuxta notissima iura, & DD. quos allegat dicta pri-
ma decisio, §. *fecerunt nusquam satis probatum est*. Qui-
nimo cum de contrario hodie constiterit, nullo videlicet
fideicommisso obnoxia extitisse, ideo tanquam libera di-
xerunt Domini potuisse vendi, & in Monachos Cassinen-
ses liberè transire.

Pecunia namque illa, qua fuerunt pro dicta rata libr. 20.
mil empta, dato etiam, quod fuerit in hæreditate fidei-
committentis reperta, adhuc nullam per subrogationem
ingessit in rem emptam qualitatem fideicommissariam;
Quia æs alienum testatoris adhuc deductum non fuerat,
3 & in fideicommisso nihil esse potest, nisi quod superest de-
tractis detrahendis, *l. si impendenda 6. l. iubemus 8. C. ad Sen.
Cons. Trebell. Faber super Cod. hoc eod. tit lib. 6. tit. 25. defi-
nit. 2. num. 4.* Cum autem Io. Andreas, & Io. Baptista pri-
mi hæredes, & emptores essent creditores hæreditatis in
4 maiori quantitate, † potuerunt dictam pecuniam in pro-
priam satisfactionem conuertere, *l. filiusfam. §. Diui cl se-
cundo, ff. de leg. 1. l. debitori, C. de pact. l. trestum, C. ad leg.
falcid. cum similibus apud Pert. de fideicomm. qu. 15. num. 2. &*
5. Et conuertisse censentur eo ipso, quod nulla adhuc fa-
cta alienatione, † eo vsi sunt in emptione dictorum præ- 5
diorum, per *text. in l. Marcelius, §. res quæ, ff. ad Trebell.*
Menoch. *cons. 213. numer. 82. vers. quarto &c.* Rota coram
Eminentiss. Otthobon. *decis. 505. num. 10. cum duobus seq.
cum aliis vulgatis.*

Nullatenus resistente præcepto testatoris de erogandis
pecuniis per eum reliquendis in emptionem alicuius pro-
prietatis, de quo in postrema decisione §. 1. Quia huius-
modi præceptum dictis creditoribus præiudicium inferre
non valuit, † sed eo spreto potuerunt dictas pecunias pro 6
creditis propriis, ex necessitate deducendis sibi retinere, &
in proprium vsum expendere, per *text. apertum in l. pe-
to, §. prædium, ff. de legat. 2.* Peregrin. *de fideicomm. artic.
40. num. 18.* Alexand *cons. 206 num 4. lib 6.* Bertazz. *consil.
ciuil. 76 num. 7.* Rota coram Dunozett. Iun. *decis. 550. num.
14. in recent. decis. 387. num. 5. part. 15. cum aliis in Romana
apportamenti 15. Iunii 1672. § quoad primum, coram me.*

Nec de voluntate hæredum emendi pro se ipsis contro-
uersa prædia quæstio esse potuit, vel ex eo, quod in in-
uentario dato *Summario Actorum primæ decisionis num. 1.
lit. F.* professi sunt seruare mentem testatoris, vel ex man-
dato Capitanei Iustitiæ de consignando libras 8000. de qui-
bus loquitur vltima decisio §. *docuerunt*, relaxato de con-
sensu Ministrorum Hospitalis Magni, & S. Mariæ apud
S. Celsum pro eorum interesse tanquam substitutorum,
ad effectum soluendi ratam pretii dictorum prædiorum;
vel demum ex eo, quod Clara venditrix asseruit se rece-
pisse in partem pretii illas libras 6000 de pecuniis Rocchi
testatoris, de quibus pariter in dicto §. *docuerunt*, inferen-
do ex his voluisse hæredes super aliis bonis testatoris,
non autem super istis pecuniis detrahere propria cre-
dita.

Quia hæc omnia facili solutione fuerunt sublata, &
quoad declarationem factam in inuentario seruandi vo-
luntatem testatoris, processit cum expresso reseruatione,
vt salua semper essent iura dd. hæredum deducendi propria
credita, vt ex eius lectura sub lit. N. per quam † ius de- 7
trahendi etiam super dictis pecuniis à quocumque præiu-
dicio præseruatum fuit hæredibus, per *tex. in l. 4. §. 1. ff. qui-
bus mod. pignor. vel hypothec. sol.* Castr. *cons 311. num. 4. l. 1.
cum concord. per* Rota coram Buratt *decis. 448. num. 4.* Quo
verò ad mandatum Capitanei Iustitiæ in tantum requisi-
tus in eo fuit consensus substitutorum, vt relaxarentur
pecuniæ, in quantum ipsi curauerant, vt ponerentur
sub sequestro; Et assertio venditricis probare ad summum
potest, quod pecuniæ fuerint in hæreditate fideicommit-
tentis repertæ, non verò quod ex illis prædia fuerint fi-
deicommisso acquisita. Cæterum ex hisce, & simili-
bus actibus, qui respiciunt dumtaxat solutionem, nulla-
tenus inferri potest ad voluntatem acquirendi pro fidei-
commisso, sed cum necessario veniat attendenda acqui-
sitio ipsa, qua dominium transfertur, & in illius in-
strumento expressis verbis legatur emptores acquisiuisse
pro se, hæredibus, & successoribus, † dicendum om- 8
nino venit, ne actus ementium † vltra eorum inten- 9
tionem accipiatur contra *text. in l. non omnis, ff. si certum
pet.* hæredes ad sui, non autem † fideicommissi commo- 10
dum emere voluisse, vt in hisce terminis consuluerunt
Castr. *cons. 468. sub num. 4. lib. 1.* Menoch. *d. cons. 213. num.
23. cum aliis concordantibus, quos refert prima decisio §. quo-
ad secundum*; quamuis si talia verba fuissent omissa, † 11
adhuc in vim detractionum subintelligebantur à lege Ro-
ta coram Dunozett. Iun. *dec. 958. num 1 & 2.*

In nihilo obstantibus auctoritatibus Peregrin. *decis. Pa-
tau. 2.* Rota coram Bich. *decis. 670 & in aliis in dicto §. do-
cuerunt, in fin.* allegatis firmantibus à dictorum verborum
interpretatione deflectendum esse, quoties subest testato-
ris præceptum, † quia non procedunt quando propter ne- 12
cessitatem soluendi æs alienum, quo grauabatur iure sper-
ni potest ex superius allegatis.

Sublato ex his defectu voluntatis, frustra oppositum
est de altero potestatis, quod scilicet non potuerint hære-
des in proprium vsum conuertere pecunias fideicommit-
tentis, cum non esset illorum debitor. Quia Io. Bapt.
alteri hæredi debita erat legitima in actu emancipationis
ei decreta in libr. 7000. quam supponit dicta postrema de-
cisio, §. *quo enim*, fuisse integraliter solutam; licet enim
in illius causa hodie doctum fuerit fuisse solutas libr. 4000.
animaduersum tamen est etiam quoad 2000. solutionem
fuisse factam pro tertia dumtaxat parte de pecuniis patris,
alias

alias verò duas partes vna cum testaotibus libr. 2000. sol-
uerunt Aloysius, & Io. Andreas de proprijs, vt colligitur
ea summarijs responsionis, & replicarionis hodie hinc
inde datis; demptis propterea pro dicta tertia parte libr.
666. quod reliqoum est 6334. detrahi debet hæreditate pa-
tris pro rata, videlicet libr. 3334. ex persona eorundem fi-
liorum, qui paternum debitum soluerunr, reliquas verò
libr. 3000. ea persona Io. Bapt. pro integrali solutione dd.
13 libr. 7000. iure legitimæ † à quocumque fideicommisso
immunis, debitarum per *text. in l. quoniam in prior C. de
inoff. testam.* Rota coram Gregor. *decis. 266. numer. 3. cum
vulgat.*

Nullatenos resistente, quod pecuniæ filiorum faciant
solutionem pro patre, per regulam, quod quidquid acqui-
14 rit filius acquirit parti; † quia ab hac regula de consensu
eiusdem patris fuerunt à Principe in specie dispensati,
Summario Monachorum vltimæ decisionis *nu. 1.* qua dis-
pensatione atrenta habere poterant proprium peculium
ex inferius dicendi.

15 Debebatur vlterius dos materna † consistens io alijs lib.
7000. iuata diuisionem factam ioter patrem, tres filios, &
vxorem ipsam in actu, quo fuit emancipatus Io. Bapt.
L. ab omnibus, §. fin. ff. de leg. 1. Gabriel. *cons. 95. num. 3. lib.
2.* Surdus *cons. 7. n. 24. cum concordan. penes* Merlin. *de pign.
lib. 2 qu 15. num. 3. cum seqq.*

Nil releuante, quod de huius dotis constitutione nollibi
constet, vel quatenus constet, fuisse Io. Bapt. de ea satis
factum in præf. libr. 7000. quas recepisse asserebatur etiam
pro dote materna, cui propterea renunciauit d. Summar.
Actorum vltimæ decis. *num. 15.* Quoniam quoad primum
cum præf. diuisio facta fuerit ab ipsomet fideicommitten-
te, & dotem habuerit pro vera, non possunt modo Milia-
uacca, & Montignana ea persona Cæsaris filii Io. Andreç
olterius ex filijs Rocchi fideicommitteotis, à quo causam
16 habent † confessionem hanc impugnare per *text. in l. cum
à matre, C. de rei vindic.* Quo verò ad secundum renun-
ciatio ista fuit temporalis ad vitam scilicet vtriusque pa-
rentis, post verò amborum obitum illam consequi debe-
bat simul cum altero fratre Io. Andrea, vt expresse subdi-
tur in eodem Summario *num 15. vers. post mortem verò di-
ctæ Elisabeth. &c.* & quæ sequuntur.

Legatum insuper libr 8000. quod pater (memoriæ re-
colens assignasse in præfata diuisione Io Bapt. minus pro-
pria portione) ei in codicillis ad exonerationem propriæ
conscientiæ, & ad tollendas inter filios inæqualitates, re-
liquit Summ. Monachorum dictæ postremæ decis. *num. 6.*
17 venit detrahendum; Quia eo ipso, † quod factum ad exo-
nerandam conscientiam habet vim debiti confessari, vt
tradit Cyriac. *controu. 347. nu. 1. cum tribus seqq.* Viuiao.
decis 486. num 3. & infra Rota *decis. 63. nu. 10. cum duobus
18 seqq. part. 11. recent.* non † venit in restitutione fideicom-
missi, Peregrio. *de fideicomm art. 7. à numer. 39. per tot. 42.*
Fusar. *de substit. qu. 650. à num 39. per tot. 61.* eoque mi-
nus, quia factum fuit ad seruandam æqualitatem ioter
filios; quemadmodum eoim maior portio, quæ alijs con-
19 tigit nullo fuerat fideicommisso supposita, † ita ratio di-
ctat, vt neque subesse debeat ila, illa, quæ datur ad equan-
dam portionem liberam, vt arguit Menoch. *de præsumpt.
lib 4 præsumpt 44. num.* 12. Simon. de Pret. *de interpr. vlt.
vol fol. 345. sub num 4. §. non venit*, & pariter tradiderunt
Peregrin. *d. art. 7. num. 37. &* Fusar. *eadem qu. 650. numer. 35.
& 98.*

Inter cætere etiam legata (omissis iis, quorum solutio
20 fuit in annos certos distributa, † propter dubium, in quo
steteruor Domini, an fuerint solota ex fructibus iuxta *dec.
432. num. 17 part. 4. tom. 1. recent.*) certom est, quod illud
lib. 1200. factum per fideicommittentem Liuiæ Suardæ fi-
liæ naturali Io. Bapt. pro vna vice tantum, quod vnica
solutione docetur adimpletum Summario præsenti Mo-
21 nachorum *num. 3.* † venit detrahendum, *l. 2. C. ad Senat.
Cons. Trebell.* Peregrio. *de fideicommiss. artic. 35. numer. 9.
cum aliis relatis per* Rota *decision. 360. num. 32. part. 5.
recent*

Verum cum harum detractionum maior pars compete-
ret ex persona Io. Bapt. suppositum est fuisse alionde con-
sumptas; Tum ex alienatione certa duarum domorum;
Tum ex præsumpta alterius in Parochia S. Vinceotij ex
eo, quod non fuit à Io. Bapt. in inuentario descripta, pro-
ut in albo etiam reliquit valorem Pristini Ciconiæ; Et
misit describere libr. 19. mil. quarum debitorem se con-
stituisse asseritur in suo testamento postmodum condito,
ex quorum omnium omissione subdebatur deduci posse sa-
tisfactionem, sed vtraque obiectio cessauit pariter ex
facto.

Quo enim ad alienationes domorum, omissis aliis suf-
ficit dicere, quod fuerunt posteriores de tempore scilicet,
quo iam super pecuniis in hæreditate repertis fuerant fa-
ctæ detractiones, quæ solæ iuata *text. in d. l. Marcell ff ad
Trebell.* † veniuot atteodendæ ex præmissis, & plenè Add. 22
ad Greg *decis. 580.* Quo verò ad aliam domum, cum oc-
cultari non potuisset, † illius descriptio non erat necessa- 23
ria, Cytiac. *controu. 326. nu. 10. cum seqq.* Andreol. *contr.
38 num. 11.* Rota coram Greg. *decis. 169. num. 8.* Quoad sum-
mam in albo relictam † omnis dolus occultationis simili- 24
ter excluditur eo ipso, quod io substantia capitale ipsum
fuit descriptum, Bald. *cons. 63. in fin. lib. 3. cum aliis in Baren.
Census in Mais 1673. §. toto tandem coram me*, & cum sola
omissio valoris † potuerit prouenire ex ignorantia, vt ar- 25
guit Andreol. *d. controu. 39. num. 9* potuit describi † cum 26
primum fuisset verificata, in vim clausulæ *addendi, & mi-
nuendi* io eodem iouentario insertæ, Surd. *decis. 222. num.
21. & 22.* Rota coram Caualer. *decis. 508. numer. 8. in recent.
decis. 48 num. 9. part. 15.* & prosequitur io eadem *Baren.
Census, §. fin.* Quo demum ad lib. 19. mil. nollibi, vel ex
propria confessione, vel ex partitis ipsis constare potest,
quod Io. Bapt. fuerit debitor; Quia fatetur quidem in
suo testamento se administrasse tria negotia, de quibus gra-
uat hæredem suum rationem reddere, & illud totum, in
quo reperietur debitor restituere, sed non facit se debito-
rem certum, nec per verba *reperitur*, aut *sum debitor*
præsentis temporis, † vt erroneè legitur in Summ. Acto- 27
rum: Imò cum in duobus ex tribus negotiis appareat
creditor, in vno vero dumtaxat debitor, † & verifica- 28
tio huius rei penderet à dispunctione rationum ad tradita
per Gratian. *discept. 641. num. 23.* Thomat. *decis. 76. num.
1. & 2.* benè potuit in inuentario ommitti summa adhuc
incerta, cuius certitudo pendebat à calculo, † nec ideo vi- 29
tiabatur inuentarium: vt in proposito dixit Rota *dicta de-
cis. 169. num. 8. vers. non obstat, & num. seqq. coram* Greg.
*& in præcit. Baren. Census, §. fin. vers. tum etiam ex eo &c
coram me.*

Cum igitur ex his omoibus manifestè excludantur op
positæ consumptiones, quamuis cum agatur non cum hæ
rede grauato, sed cum Monasterio tertio possessore titulo
oneroso sufficeret, quod essent turbidæ † ad hoc, vt onus 30
illa concludenter probandi spectaret ad hæredem, vt di-
stioguit Rota *in Reatina fideicomm. 14. Iunii 1669. § ex alio
etiam, coram R. P. D. meo Bourlemont, approbata in Ver-
cellen. fideicomm. super detract. 5. Iunii 1673 § stat enim, cor.
bon mem. Priolo*; Et in huc vsque recensitis detractionibus
satis constet de credito, & quidem vltra l. 20. m. in emptio-
ne prædiorum erogatas oihilominos primis hæredibus ad-
huc remanebat detrahendum ex hæreditate Aloysij com-
munis fratris, qui cum patri prædecessisset, & bona ad-
uentitia haberet, pater nihilominus ea sibi appropriauit
† cum tamen aliis duobus fratribus saluum esset ius succe- 31
deodi pro virili, vna cum ipso patre, subiata quacumque
emancipatioois differentia per *text. in auth defuncto, C. ad
Sen. Cons. Tertull.* Crass. *de success. § successio ab intest q. 23.
num 1* Rota *dec. 269. n. 10. p. 8. rec.*

Adoentitia vero fuisse bona ab Aloysio relicta ex eo
conuincitur, quod pater viuens de aono 1564 totam suam
substaotiam in tres filios, vxorem, & se ipsum in actu
emancipationis Io. Bapt. maioris filii, vt supra præmissum
est, diuiserat assignando vnicuique suam portionem, &
oe vllo vnquam tempore dubitari potuisset, quod ex por-
tionibus assignatis præt Aloysio, & Io. Andreæ filii in pa-
tria potestate existentibus, quæ io lanificio consistebant,
& ea illius exercitio quæsita, acquirerentur patri, iuxta
ciuiles, & municipales sanctiones, pater ipse regiam obti-
nuit dispensationem obstantium iurium derogatoriam,
qua sibi ipsis tam si à patre diuisis, quam si vna cum eo vi-
uereot, acquirere valerent, pactis reciprocis inter eos con-
uentis omoi meliori modo, atque etiam in vim transa-
ctionis valituris, vt omne lucrum, & delucrum, quod ex
dicto lanificio proueoiret, esset proprium dd Aloysii, &
Io. Andreæ, aliisque in dicta diuisione conuentis, Sum-
maior Monachorum postremæ decis. *num. 1.*

Quæ omnia magis etiam præcisè approbauit ipse pater
in alia subdiuisione, quam de anno 1574. fecit inter se, &
dictos duos filios Aloysium, & Io. Andream, in qua pa-
ter reseruato sibi dominio rerum immobilium, & facta
obliga-

obligatione per filios de soluendis ei libris 4643. pro vna vi-
ce tantum in extinctionem suorum debitorum, necnon
lib. 839. in singulos annos viceuersa illis de nouo cessit pro-
prietatem mobilium, & stiliorum ad dictum vsum lanifi-
cij, seu potius cessionem ipsam confirmauit, ibi: *Nel resto*
poi del lauorerio di lana, & ogni suo dependente, come altri
mobili fuori delli vtensili di casa, debiti, crediti il sudetto
Messere Rocco ne fà cessione alli sodetti D. Aloisio, & An-
drea suoi figli, quali habbino da partirli come cosa propria
32 *&c.* mox citato Summario Monachorum *num.* 2. † Ex qua-
rum diuisionum toto contextu vix dubitari potest, quin
portiones horum filiorum, etiamsi à patre profectæ, tran-
siuerint in illorum dominium, & effectæ fuerint aduenti-
titiæ, quando concurrunt ipsius patris voluntas, & filii si-
bi ipsis acquirere possent, Marc. Aurel. Galuan *Lector Pa-*
tauin. de vsufruct. cap. 7. num. 10. *Principis dispensatio* Æ-
milian. *cons. 39. à num. 14. vers. secundò respondeo ad nu.* 18.
Diuisio ipsa, & modus diuidendi non solum per viam ces-
33 sionis, ex qua transfertur dominium, Menoch *præsumpt.*
30. *num. 41. lib.* 3. March. *de succession. par. 4. qu. 21 art 11. sub n.*
62. Giurb. *decis. 24. num. 19. vers. atu quoque &c* Sed etiam vt
lanificium cessum, † possent filii inter se vti rem propriam
diuidere, Paris. *cons. 53. num. 19. lib.* 3. Gratian. *cons. 7. nu.* 12.
vers. cum idem sit lib. 2 quinimo vt lucrum omne, & detri-
35 mentum † ex eo proueniens esset ipsorum filiorum, vt pro-
sequitur idem Gratian. *num. 14. & 15.* Menoch. *d. præsumpt.*
36 30. *num. 42. lib.* 3. Ipsius diuisionis geminatio, ex qua † latior
etiam deducitur cessionis effectus Æmilian. *præcit. consil.*
39. *num.* 32. Pacta reciproca de non contrauueniendo diuisio-
37 ni, quæ contractum † reddunt irreuocabilem inter patrem
& filios, Marth. *de success. par. 4. qu. 21. art. 11. numer.* 62.
Gratian. *discept. 82 num. 7.* Oiasch *decis. 125 num. 3. vers. pri-*
mo &c. Rota *decis. 633. num. 3. vers. quia respondetur par. 3.*
recent Natura ipsa pactorum, vel ex eo, quod pater ceden-
do filiis lanificium, rerum immobilium dominium sibi re-
38 seruauit, † cuius reseruationis ea est virtus, vt extra nos
esse dicatur id totum, quod intra nostram reseruationem
non continetur ad *text. in l. num quod liquidæ, §. fin. de pæn.*
legat. Paris. *cons. 33. num 59. vers. & quin, lib.* 3. Rota *decis.*
387. *num. 15 part. 9. recens.* vel ex eo, quod filii tenebantur
soluere patri annuas lib. 839. vnde arguitur translatio do-
39 minii in ipsos filios, alias † si penes patrem remansisset, ta-
lis conuentio fuisset frustratoria, vt benè prosequitur Rota
40 *mox citata decis. 367. num. 16. par.* 9. Addito insuper, † quod
filii promiserunt soluere debita patris, Æmilian *d. consil.*
39. *num. 8. vers. addo &c.* Rota coram Bich *decis. 207 num.* 7.
Accedit rursus obseruantia ipsa, cum enim super hæredita-
te Aloysij excitauerit Io. Andreas contra patrem suas præ-
tensiones, in compromisso subinde inter eos inito dubita-
tum non fuit, quin iste filius esset creditor in genere ex cau-
41 sa dictæ hæreditatis, sed tantum in qua quantitate; † cum
propterea ad qualitatem, & quantitatem crediti deuentum
fuerit, necessario supposuerunt partes substantiam ipsam
crediti, Surd. *de alimens. tit. 9. qu. 29. num.* 13. Concurrit. de-
mum ipsa patris confessio; Quando namque Aloysius, &
Io. Andreas soluerunt illas lib. 3334 Io. Baptistę filio eman-
cipato, de quibus supra §. *sublata*, non dubitauit pater as-
serere, quin esset de pecuniis ipsorum filiorum, cuius nul-
la maior dari potest probatio.

Quibus omnibus non aduersatur, primo, quod postquam
hæc gesta fuere inter patrem, & duos filios Aloysium scili-
cet, & Io Andream de anno subinde 1577 quo idem Io.
Andreas fuit, & ipse emancipatus, ei pater in præmium
emancipationis assignauerit idemmet lanificium, quod
eidem filio cesserat, Summario Monachorum postremæ
decis. *num. 11. §. mercimonia*, cùm declaratione, quod assi-
gnabatur cum lucro siue profectitio, siue aduentitio, exin-
de inferendo, quod à principio non fuerat translatum in fi-
lios dominium, sed concessa dumtaxat administratio, vel
quatenus translatum, remissum deinde fuisse: Secundò
quod supposita etiam translatione dominii adhuc in com-
perto non sit quanta fuerit substantia Aloysii in patrem,
peruenta, cum consisteret in pluribus apochis, prox. citato
Summ. Monachorum num 4. de quarum exactione à pa-
tre facta non constat: Tertio demum, quod hæc omnia re-
quirunt altiorem indaginem, nec ideo apta retardare immi-
sionem hæredibus fideicommissariis, vt firmat, vltima de-
cisio, §. penult.

Quo enim ad primum, ex facto responsum est non fuis-
se nouam cessionem, sed potius confirmationem priorum;
Tum ex eo, quod in ea facienda constat fuisse repetita
omnia instrumenta super prioribus cessionibus exten-
sa, & ad contenta in eis habitam relationem expressam di-
cto Summ. *num. 11. §. mercimonia*, † cuius relationis cum 42
sit effectus, vt omnia, quæ in relato continentur, expri-
mat, & repetat in inferente, cum omnibus suis qualitati-
bus, per *text. in l. asse toto, ff. de hæred. instit*, nihil propte-
rea per hanc cessionem relatiuam ad alias antea iure domi-
nii factas † dici potest alteratum de qualitatibus ipsius do- 43
minii, quæ in scripturis relatis continentur, Bartol *in l.* 1.
ff. de recept. Surd. *cons. 105 n.* 31. Grat. *disc. 937. nu.* 13. Posth.
resol. 68. num. 140. cum seqq. Rota coram Greg. *decis. 522. nu.*
9 & 10. Tum etiam quia huiusmodi assignatio facta fuit
cum expressa reseruatione, *vt non censeretur facta aliqua no-*
uatio primæuorum, & anteriorum iurium, & actionum præ-
fati Andreæ, & non aliter &c. qua fuit omnino † exclu- 44
sus animus recedendi à prioribus conuentionibus, Alexan.
cons. 130. sub num. 3. vers. nec obstat lib. 4. Surd *cons. 385. num.*
20. Rota *diuers. decis. 30. sub num. 2. part.* 1., coram Dunoz.
Iunior. *decis. 97. nu. 7. & 8. post* Zacch. *de oblig. Camer. decis.*
135 num. 4. & 5. Quæ eo fortius procedunt propter vim
clausulæ *non aliter &c.* † habentis formam præcisam ita 45
vt nihil actum censuerint partes, si ex illa assignatione in-
ducenda foret nouatio, aut præiudicium Eugen. *cons.* 29.
nu 33. lib. 1. Rota *decis. 166. n. 17. par. 9. & in Bononien primo-*
genituræ de Luparis 1. Iunii prox. præt. §. sed quoad primum
in fin. coram me; Tanto magis etiam, quia præseruatiua
hæc signanter cadit super lucro aduentitio, cum enim fue-
rit alternatiuè in dicta assignatione expressum, ibi *cum om-*
ni lucro siue profectitio, siue aduentitio, & proprietas al-
ternatiuæ sit † vt verificetur in altero ex alternatis per re- 46
gula in alternatiuis *de reg. iur. in* 6. sequitur, quod circa lu-
crum ipsum aduentitium nihil fuit nouatum ex præmissis.

Nec etiam obstat secundum, omisso enim, quod ex præ-
fato Summario *nu* 4. constat inter alia bona Aloysij fuisse
aurum, & argentum in pondere, & numerata pecunia,
in quibus certo liquebat de credito dictorum filiorum, ad-
huc quoad cedulas, eo ipso, quod paucis exceptis aliarum
maior pars non fuerunt in inuentario Rocchi descriptæ, † 47
ex ista ommissione sequitur, vel quod Rocchus illas exe-
git, vel quod penès ipsum defecerunt, Ofasch. *dec. 68. nu.*
11. Rota coram Duran. *dec. 1. n. 16 & in Bononien. separa-*
tionis bonorum 15. Martii 1675. § vel quia coram me, & pro-
pterea illius † hæreditas tenetur erga duos alios filios, vel 48
ad restitutionem pecuniarum exactarum, vel apocharum
exigendarum, vt fere in terminis respondit Rot. *in Rom.*
fideicomm. 19. Iunii 1671. §. penult. & vlt. coram R. P. D.
meo Bourlemont; & idem præsupponit in omnibus alijs po-
sterioribus causæ decisionibus

Quæ omnia, cum sint in facto valdè firma, & in iure
bene consistant, non dicuntur altioris illius indaginis, † 49
quæ non impedit fideicommissario immissionem, prout
opponebatur in tertio: exceptio enim ista semper est debi-
lis, † quando, prout hic, factum ponitur in claro, & 50
decisio iuris haberi potest ex aperitione librorum, Rota
coram Serap. *dec. 183. n. 6.* post Pacif. de Saluian. *dec. 63. nu.*
13. & passim in aliis.

Et ita decisum vtraque parte informante &c.

Altera præsentis causæ decisio, quæ hic confirmatur, est impressa in alia præcedenti parte 17. recent. vbi est in ordine 318.

R. P. D. TAIA.

Romana Testamenti.

Veneris 27. Nouemb. 1676.

ARGVMENTVM.

Nullum iterum declaratur testamentum filiæ emancipatæ, quæ erat desperatæ salutis, & inde ad paucos dies decesserat, quia factum fuerat in fauorem patris emancipantis, & concernebat præiudicium suæ filiæ; ipsiusque mariti; Rursùs quia forma emancipationis seruata non erat de ipsa filia absente, & decretum Iudicis in ea interpositum apparebat nullum, ex falsitate causæ, quamuis illa non fuisset expressa.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Emancipatio facta vt infirmus desperatæ solutis testamentum faciat in fauorem patris, nullitatem eiusdem testamenti operatur.*
2 *Fraudis suspicio resultat ex grauitate morbi, quotiescumque actus est præiudicialis tertio.*
3 *Infirmitas vnius anni, vel parum ab eo distans dicitur longa.*
4 *Auus, & auia materna non remouentur à tutela neptis licet filia instituerit patrem post emancipationem.*
5 *Emancipatio semper prodesse debet ipsi filio, licet patri prodesse non valeat.*
6 *Emancipatio non ad alium finem facta, quam vt grauaretur filius, & maritus excluderetur, dicitur in fraudem, & proinde non sustinetur.*
7 *Decretum Iudicis ex falsa causa remanet nullum, quamuis illi expressa non sit.*
8 *Emancipatio etiam sine causa valet, & substinetur, & num. seqq.*
9 *Iudicis auctoritas, non autem causa in emancipatione requiritur, & num. 13.*
10 *Causa nullam adesse aliud est, aliud verò illam esse falsam, & num. seqq.*
11 *Causa si nulla exprimitur, eo magis arguitur voluntas.*
12 *Voluntatem redargui falsitas causæ.*
13 *Falsa causa vitiat omnem dispositionem, vbi illa est finalis.*
14 *Decretum Iudicis non dicitur interuenisse in iis, quæ illi narrata non sunt, & num. 15.*
15 *Iudex per suum decretum non dicitur approbasse ea, quę ignorauit.*
16 *Causa falsa infert nullitatem actus non solum per ignorantiam Iudicis, sed etiam per partium simulationem.*
17 *Simulatio proxima est falsitati.*
18 *Simulatio allegata per tertium probatur etiam coniecturis.*
19 *Decretum Iudicis in præiudicium tertii nihil operatur.*
20 *Falsa assertio instrumenti simulati suspicionem inducit.*
21 *Dolus arguitur ex falsa assertione, ac etiam ex aliis.*
22 *Emancipatio absentis sine oraculo Principis quatenus substineatur, & numero 24. 28. & sequentibus.*
23 *Emancipatio per Procuratorem fieri non potest.*
25 *Emancipatio facta à patre de filio absente Notario pro eo stipulante valet si filius illam ratificet, sed vid. nu. seqq.*
26 *Decretum Iudicis non recipit suspensionem, & conditionem.*
27 *Correctio legum, & præsertim in Codice non datur.*
29 *Infans, an possit emancipari per rescriptum Principis.*
30 *In emancipatione, quæ forma seruetur.*
31 *Emancipatio triplex esse dicitur.*
32 *Matrimonium quatenus apud aliquas Nationes Patriam potestatem tollat.*
33 *Filii per matrimonium liberati à potestate patris quatenus testamenti factionem habeant.*

DECISIO DCCXCI.

TRIBVS rationibus irritum testamentum Victoriæ
Annæ filiæ familias, irrita emancipationem decisum
fuit 19. Iunii proxime * præteriti, defectu causæ etiam ex-
pressæ Iudici falsæ iuata allegata, emancipatione filiæ ad
testandum in fauorem patris, & absentia ipsius emancipa-
tæ per mandatum coram Iudice emancipationis.
Hodie reuisa causa, & decisione, DD. communiter ste-
terunt in decisis, quod nulla sit assignabilis causa huius
emancipationis, nisi secunda ponderata in decisione (dice-
1 bat vnus) vt filia infirma † desperatæ salutis testamentum
faceret in fauorem patris, quo casu testamentum non va-
let ex allegatis, apud quos nulla ratio mortis instantis, aut
parum distantis, agendo simpliciter de filio, vel filia infir-
mis, Mangrell. ad Bartol. *ad l. filiæ, ff. solut. matrim. in addit. fraudolentum*, & abundè Honded. *conf.* 32. *num.* 48. *lib.*
1. additur, & prius *num.* 21. *à vers. præsertim quia filiæ*, cum
allegat. qui omnes ex grauitate infirmitatis † præsumptio- 2
nem fraudis eliciunt, quando ea illo actu infertur tertio
præiudicium apud Honded. *num.* 32 maximè ex Menoch.
conf. 346. *ex num.* 15. & *ex num.* 20. & Mascard. *de probat.*
conclus. 599. *num.* 3. præcipuè *cap.* 2. *ibi infirmitate graui de-*
tinebatur de renunciat. in 6. sic Victoria Anna emancipata
26. Nouembr. 1667. & mortua 19. Decembris sequentis
ex eadem, vt in eadem infirmitate longa, & molesta, quam
ipsa attestata est in testamento, & professus est pater in li-
teris ad Generum post mortem, etiam de molestia mini-
strantium, co'l mettersi à pericolo della vita à seruirla, &
maneggiarla, ad quem, eiusque domum non solum vt pa-
trem, sed etiam vti Medicum infirma fuerat delata à 12.
Febraro, vltra decem menses in mortis diem 19 Decem-
bris sequen. vt, & longa † præsumeretur infirmitas etiam 3
per annum, Gomes *ad Cancell. reg. de infirmis quæst.* 9.
§. circa secundam, Rota coram Coccin. *decision.* 1614.
num. 5.
Nec obstitit Gabriel. *conf.* 16. *ex num.* 35. *lib.* 1. & ex eo
Rota coram Gipsio, † vbi fuit resolutum Auum, & Auiam 4
maternam non esse à tutela neptis remouendas, licet filia
instituerit patrem post emancipationem, vt refert Rubeus
singular. circa Doctores approbatos, vel reprobatos à Rota
§ 4. par. 3.
Quia ipse Gipsius compilator notat post factam decisio-
nem incidisse in consilium Anchar. Annæ, & Decii con-
traria, vt apud Rubeum.
Deinde quia Gabriel, & proinde Rot. agunt de emanci-
patione fauore ipsius filiæ, nec vlla est † causa, cur ipsi fi- 5
liæ prodesse non debeat, quamuis patri non prodesset ad-
notata per Bart. apud Gabr. *sub ipso num.* 35.
Quid quod, & per se quando, & quia alia non potest ex-
cogitari causa, ex qua filia emancipari debuerit, nisi vt te-
statrici pater, & alij substituerentur (vltra alia huiusmo-
di) & filia grauaretur, & maritus excluderetur, sine † du- 6
bio præsumendum est in fraudem filiæ, & mariti id esse
factum, vt in terminis emancipationis considerat Barto-
lus &c. inquit Honded. *dicto conf.* 32. *d. num.* 31. *vers. vnde*
quia.
Ad primam autem rationem falsæ causæ, ex qua etiam
† non expressa decretum sit nullum ad allegat. Alexand. 7
conf. 207. *n.* 7. *lib.* 7. cum allegatis, & facilè allegandis, dicebat
vnus ex Dominis se illa non moueri, quia etiam sine causa
† emancipatio valet ad *§. propterea emancipat. instit. quib.* 8
mod. ius patriæ potest. soluat. & summ. *textus ex* Salicet.
lib 3. *C. de emancipat. liber.* vbi in emancipatione non requi-
ritur † causa, sed Iudicis auctoritas 9
Aliunde autem visum est aliis, vt aliud sit nullam esse
causam, † quod magis arguit voluntatem, aliud esse fal- 10
sam, † quod redarguit voluntatem, aut nullam, aut ma- 11
iam, & hæc † vitiat generaliter omnem dispositionem, 12
quando causa est finalis, Anchar. *conf.* 207. *numer.* 8. aliis
etiam allegatis, & in emancipatione non requiritur qui-
dem causa, sed Iudicis † auctoritas vt supra, & declarat 13
gloss. solemnis dicta leg 3. ex textibus allegatis, si tamen Iu-
dex ignorata quoque absente, adeoque iacente valetudina-
ria Victoria, Anna, & habita sufficiente informatione
post relationem de qualitatibus, prudentia, & habilitate,
† vt ipse dixit, & nullæ erant, & ad nihil de simplici dote 14
pecuniaria, nullam quoque præstiti auctoritatem, maxi-
mè ignorata emancipatione in fraudem filiæ, & mariti,
† itaut nec dicatur interuenisse decretum, nec Iudicem 15
approbasse, quod nesciuit inquit Rota coram Buratt. *dec.*
361. *num.* 2.
Et falsitas causæ infert nullitatem actus non solum per
† ignorantiam Iudicis, sed etiam per partium simulatio- 16
nem, prout † simulatio proxima est falsitati, Farinac. *qu.* 17
162. *num.* 1. simulatio allegata per tertium, probatur † 18
etiam coniecturis, Farinac. *d. qu.* 162. *num* 99. non obstan-
te Iudicis decreto † in præiudicium tertii ipsius Farinac. *d.* 19
qu. 162. *num.* 66. & planè falsa assertio instrumenti † si- 20
mulati suspicionem inducit Rota coram Buratt. *d. decis*
361. *sub num.* 9 quia etiam ea falsa assertione, † aliisque 21
dolus arguitur *d. dec.* 361. *n.* 11.
Ad tertiam quoque de forma deficiente emancipationis
absentis † sine oraculo Principis ad *text. in l. penult. C. de* 22
emancipat. liber. & ibi præcipuè Baldus, & ad Bald. Dec.
subiiciendo, ex quo potes colligere emancipationem † per 23
Procuratorem fieri non posse, & idem tenet, & tradit Bal-
dus cum aliis allegatis etiam in decisione, quamuis (dice-
bat vnus ipse) Doctores in decisione allegatos firment re-
quiri

24 quiri præsentiam , † tamen cum sint alii magni nominis
contrarium expressè tenentes, vt ex proposito Angel. *cons.*
44. *alias* 43. & Curt. Senior. *cons.* 4. *num.* 3. *& seqq.* maxi-
mè quando emancipationi interfuit Procurator, & Nun-
cius aduertendo Cyriac. *controu.* 319. *quæst.* 7. *num.* 42. lo
qui in casu, qun nullus siue Procurator, siue Nuncius ade-
rat, prout aduertit etiam Curt. *dicto cons.* 4. *num.* 2. *versic.*
nisi &c. & ideo huic fundamento non insistendum.

Aliud quoque visum est aliis, maximè ex ipso Cyriaco
qui non meminit quidem alicuius interuenientis, sed ne-
que memorat aliquid, si quis ioteruenisset, imo non igno
rans Curt. Sen. *cons.* 4. respondisse emancipationem fa-
ctam à patre de filio absente, Notario pro eo stipulante,
25 & acceprante, valere etiam † nullo præcedente rescripto
dummodo postea filius ratificet prosequitur Cyriac. sed
eius opinio aduersatur *l. penultimæ C. de emancipat. liber.*
& primitus textui, & auctoritatibus &c. & demum ratio-
ni, quod decretum Iudicis necessarium in emancipatione,
26 † non recipiat suspensionem, & conditionem, vt per An-
gel. *d. cons.* 44. *sub* num. 2 & per ipsum Curt. *d. cons.* 4. *n.* 2.
concludit Cyriac. *d. controu.* 319. *num.* 5 *à vers. non ignora*,
confutans contrariorum auctoritatem, etiam ipsorum ra-
tione contraria.

Conabantur informantes pro emancipatione, & testa-
mento potius inducere correctionem *l. penult.* Anastasij *ex*
l. vltima sequente, & contrariis Ang & Curt.

27 Sed contrarietas, & correctio legum † præsertim in Co-
dice, maximè succedentium, corrigentium præcedentes,
plusquam reprehendit *Iustinianum* ipsum, qui eam adeo re-
prehendit, vt contrarium aliquod in hoc Codice positum,
nullum sibi locum vendicare, & inueniendum profitetur
in §. contrarium autem, quod & notandum *gloss. notauit ibi-*
dem, & adeo viget hæc *lex penult. de emancip. liber.* & eius
28 forma, † vt infans vix possit emancipari per rescriptum
Principis, non seruata forma *d. l. penult.* Iason *ad l. penult.*
C. de bonor. possess. contra tab. sub num. 1. cum alijs ad d. Ia-
son. *in adnotat.* & est summa Baldi *d. l. pen.* & ipsa lex vlti-
ma licentiam præbet ei, qui emancipare vult vel ex lege
29 Anastasiana, vel sine sacro rescripto, † intrare Iudicis tri-
bunal, vel eos adire Magistratus, quibus hoc facere, vel
legibus, vel consuetudine permissum est, (hoc quoque
30 probandum) & filios à sua manu dimittere, proinde præ-
sentes, vt ex suprascriptis, quia etiam per manum capit
inquit ibidem *gloss. à sua manu*, quem debet capere eum
per manum, & relaxare eum per verba adhoc idonea, in-
quit amplius *gloss. sua manu d. §. præterea emancipatione*,
& paucis Cuiac. *ad d. rubr. C. de emancipat. liberor. & in*
31 *Paralit.* conclusit † trinam emancipationem ex *leg.* 12. tabu-
larum, & ex Constitut. Anastasij *d. l. penult.* & ex Consti
tutione Iustin. *d. l. vlt.* quibus secundo genere etiam absens
emancipatur, primo, & tertio præsens tantum, quæ bre
uius subnotauit ad § *præterea emancipatione*, & alibi filios
32 Populorum, quibus patria † potestas matrimonio soluitur
imo transfertur apud doctissimum Tiraquell. *de legib. con*
33 *nubial. ab initio*, aut filias fœminas † sub viri potestate ta-
men grauatas, aut leuatas testamenti factionem habere.
Et ita vtraque &c.

Supra in hoc eodem tom. 2. adest altera, & prima præsen-
tis causæ decisio, cuius in calce, quia materia singularis
est, etiam hanc aliam concordantem promisimus.

R. P. D. EMERIX.

Calaguritana Beneficij de Arenzana.

Veneris 27. *Nouembris* 1676.

ARGVMENTVM.

Consuetudo Ecclesiæ Calaguritanæ declaratur, confirmata etiam à f. m. Clemente VIII. super iure ascendendi, & assequendi Beneficia maiora vacantia, illudque inferiori competere dicitur, si superior cui primo loco spectabat, illud consequi negligat, ea ratione quia tale ius in omnibus, & per omnia datur ad instar optionis, quæ superiori negligente, vel recusante semper competit inferiori.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium potest, diuidi, reseruato tamen Beneplacito Apostalica.*
2 *Ius ascendendi ad Beneficia vacatura, & maiora, de antiqua consuetudine competit in Ecclesia Calaguritana.*
3 *Papa confirmare solet concordias initas inter partes super diuisione, & separatioue Beneficiorum, & quando.*
4 *Ius ascendendi ad aliud beneficium, si alicui competit, & ab illo negligatur petere ab alio immediato successore intentari, & n 9. & n. 10.*
5 *Appellatio datur à denegatione iuris ascendendi, vel optandi Beneficia maiora.*
6 *Ius ascendendi ad Beneficia maiora in Ecclesia Calaguritana, nedum vigore consuetudinis competit, sed etiam ratione motus proprii Clementis VIII.*
7 *Ius ascendendi ad Beneficia maiora dater ad instar optionis, & num. 10.*
8 *Ius optandi dicitur esse facultatiuum.*
9 *Optare debens si negligat, potest immediatus successor ipse ad optione agere, & quando vide numera* 10.
10 *Ius, quod practicatur in optionibus practicatur etiam in ascendendo de minori Beneficio ad maius, et sup. numer.* 7.

DECISIO DCCXCI.

AD componendam litem, quæ vertebatur inter Ioannem Gomez, Ioannem Antonium Gomez, & Alphonsum de Sancta Maria filios Patrimoniales Oppidi de
Arenzana de Auas. Calaguritanæ Diœces. occasione quar-
ti Beneficij, quod tunc vacabat in Ecclesia Parochiali di-
cti Oppidi, inita fuit inter eosdem concordia, in qua reser- 1
uato Beneplacito Apostolico, † dispositum fuit, quod præ-
satum Beneficium diuideretur in tres partes, quarum me- 2
dietas cum iure ascendendi, † iuxta consuetudinem illa-
rum partium ad alia Beneficia vacatura in dicta Ecclesia
spectaret ad Ioannem Gomez, alia vero medietas spectaret
æqualiter ad Ioannem Antonium Gomez del Valle, & ad
Alphonsum, cum iure etiam ascendendi ad Beneficia va-
catura vt supra, post dict. Ioannem Gomez, primo ad fa-
uorem Ioannis Antonij, & secundo ad fauorem Alphon-
si, vt ex concordia, *Summario nu.* 2. quæ in omnibus † fuit 3
à Sede Apostolica confirmata, *Summario num.* 3 & vigore
literarum Apostolicarum desuper expeditarum ab illarum
Executore præfati Ioannes Antonius, & Alphonsus rece-
perunt canonicam institutionem, & possessionem portio-
num vt supra in concordia assignatarum adepti fuerunt,
Summ. num. 4 *& seqq.*

Vacauit postremo in prędicta Ecclesia aliud Beneficium
& cum Iaonnes Gomez, ad quem vigore dictæ concordiæ
spectabat primum ius ascendendi, & non curaret ascen-
dere, † Ioannes Antonius, & Alphonsus, qui post illum 4
ascendere debebant, institerunt vigore dictarum literarum
Apostolicarum coram Ordinario Calaguritano vt eos ad-
mitteret ad ascensum, ad quod se opposuerunt Capitulum
& Incolæ dicti Oppidi de Arenzana, ac etiam præfatus
Ioannes Gomez, & Ordinarius ascensum denegauit, *Sum-*
mario num. 8. † Vnde ad prouocationem dd Ioannis An- 5
tonij, & Alphonsi causa ad Rotam deuoluta, mihique
commissa dedi dubium: An illis esset dandus ascensus ad
Beneficium vacans, & Domini affirmatiuè responde
runt.

Cum enim ex prædicta concordia à Sede Apostolica con-
firmata, fuerit diuisum antedictum Beneficium vt supra,
& inter diuidentes fuerit præseruatum ius ascendendi,
quod tam ex consuetudine totius Diœcesis Calaguritanæ,
† quàm vigore motus proprii sancta memor. Clementis 6
Octaui competi possidentibus Beneficia minora, vel di-
midiata ad alia beneficia maiora † ad instar optionis, vt in 7
terminis huiusmodi iuris, & consuetudinis Diœcesis Ca-
laguritanæ Buratt. *decis.* 145. *num* 1. *& in recent. decision.*
82. *numero* 24. *&* 28. *part.* 12. *recent.* vtique eisdem
competit modo ascensus ad Beneficium maius va-
cans.

Non

Non releuat, quod ascensus, seu ius optandi vigore di-
ctæ concordiæ prius spectet ad Ioannem Gomez, & post
ipsum taotum ad præfatos Ioannem Antonium, & Al-
8 phonsum, † quia cum ius optandi sit facultatiuum, iuxta
Textum *in capito finali, de consuetudin. in sexto, ibique*
9 Geminian. Ideò si ipse noiit optare, † vel ascendere, id be-
nè peragere possunt dicti Ioannes Antonius, & Alphoo-
10 sus vti immediatè sequentes, † vt quotidie in optionibus
practicatur, vt est bona *gloss. in dicto capitulo finali* in figu-
ratione casui *de consuetudin. in sexto*, ac ootat Monet. *de
opt. cap. 1 qu. 2. num, 21.*

Et ita informantibus Ioanne Antonio, & Alphonso tantum resolutum fuit per cootradictas &c.

R. P. D. RONDININO.

Auximana Pecuoiaria.

Mercurij 2. Decembr. 1676.

ARGVMENTVM.

Restitutio in integrum denegatur maiori aduersus inconsultò aditam hæreditatem, tum quia, & de eius concludenei statu non docebatur, tùm etiam quia eidem innotuerant debita Testatoris, tum & tertio quia post quadriennium fuit petita, quarto denique quia de læsione non constabat, quæ non modica ad hunc effectum requiritur; Rursus quod filij in donatione facta contemplatione certi matrimonij non possint ad illam deuenire, nisi vti hæredes Patris deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sentcatiæ resultat ex reuolutione actorum, & iustitia ex decisione deducitur.*

2 *Heres sine inuentario tenetur de proprio ad debita Testatoris defuncti.*

3 *Possibilitas sola in contrarium sufficit ad excludendam certitudinem status hæreditarii.*

4 *Donatarius si est etiam hæres donantis, tenetur de proprio ad solutionem debitorum illius, si hæreditatem adiuit sine beneficio inuentarii*

5 *Restitutio in integrum aduersus aditionem hæreditatis sine beneficio inuentarii, maioribus non conceditur post quadriennium.*

6 *Læsio, & quidem magna requiritur ad effectum concedendi maioribus restitutione in integrum.*

7 *Donatione facta contemplatione certi, & determinati matrimonii, quatenus acquiratur ius filiis ex propria persona, non autem vti hæredibus.*

8 *Pater si donationem, etiam vigore certi, & determinati matrimonii acquisiuit pro se filiis, hæredibus, & successoribus, cum clausula* ad habendum.

Filii in eo casu non veniunt, nisi vti hæredes donatarii, non autem vti filii ibidem.

DECISIO DCCXCIII.

ADVERSVS sententiam A. C. concedentem Io. Baptistæ, & Rodulpho fratribus de Gallis restitutionem io integrum aduersus hæreditatem Dioneæ eorum Auiæ inconsultò aditam, Rota pronunciauit in gradu appellationis eiusdem A. C. sententiam reuocando, quam Rotalem sententiam hodiè DD. confirmarunt.

Non enim controuerti poterat illius validitas, cùm ser-
uata fuerint omnia de iure, & stylo seruari solita, vt ex re-
1 uolutione processus, † atque iustitia insurgebat, ex dedu-
ctis io *decisiones huius Causæ*, Rotalem sententiam de mo-
re præcedentis 2. Decembris 1675. coram R. P. D. meo
Bourlemont.

Huic autem iustitiæ Rotalis sententiæ non aduersatur
exceptio, quod Dionea anno 1625. donauerit Leonello eius
filio, & respectiuè Patri fratrum istorum de Gallis omnia
eius bona præseotia, & futura reseruatis sibi dumtaxat
scutis bis millibus, vna cum vniuerso vsufructu donec vi-
xerit, & suppellectilibus albis familiari vsui destinatis,
quia cùm fratres de Gallis maiores, & emancipati hæredi-
tatem Dioneæ Auiæ simpliciter adiuerint, † tenentur pe- 2
rinde etiam de proprio ad debita donatricis erga Capitu-
lum, & Canonicos Ecclesiæ Cathedralis Auximanæ illius
creditores, iuxta Text. *in §. hinc nobis colum. 5. in fin vers.
si verò non fecerit auth. de hæred. & faleid. & in l. fin § fin.
verò*, vbi communiter scribeotes *C. de iur. deliberan.* cum
vulgatis.

Neque dici potest, quod omissio inuentarii non fecerit
fratres de Gallis hæredes simpliciter de proprio obligatos,
dum de statu hæreditatis apparet ex ipsa donatione, reie-
cta proinde quacumque distractionis in donatariis, vel no-
uæ acquisitionis io donatrice suspicione; Quoniam licèt ex
donatione constet donatricem sibi reseruasse scuta bis mille
non tamen apparet de quantitate, & qualitate suppellecti-
lium, quæ pariter in eadem donatione sibi reseruauit,
nec pariter quid spatio 33. annorum do atrix acquirere po-
tuerit ex pingui vsufructu ex quo multa bona acquirere
potuit, † quæ sola possibilitas excludit certitudinem sta- 3
tus hæreditatis, itaut hæres donatarius sine inuentario † te- 4
neatur ad debita vltra hæreditatis vires, etiam de proprio,
vt in specie probant Cancet. *var. resolut. part. 3. cap. 2. num.
520. & seqq.* Capic. Latt. *decis.* 44. *num.* 20. & prosequitur
*decis. huius causæ 2 Decembris 1675 §. dixerunt in fi. coram
R. P. D. meo Bourlemont.*

His omnibus additur, quod fratres de Gallis sunt etiam
hæredes Leonelli Patris principaliter, & insolidum obli-
gati cum dicta Dionea in censu fauore Capituli Auxima-
ni imposito, atque ideo tam ex hoc capite, quam ex supe-
rius dictis, non erat locus restitutioni in integrum, † quæ 5
maioribus non conceditur post quadriennium, & maximè
stante verisimili notitia æris alieni de tempore aditæ hære-
ditatis ex eo, quod à die illius delationis effluxerunt sex
integri anni, quæ vnà cum aliis magis, ac magis excludit
læsionem, † ad effectum concedendæ restitutionis requisi- 6
tam ex causa magna, ex deductis in proposito per Odd. *de
restit. in integ. part. 2. qu. 62. art. 14. num. 133. & qu. 89. art. 7.
sub num. 52. & 53.* Rota *recent. part. 9. decis. 82. num. 6. & 7.*
cum similibus.

Nulla habita ratione, quod in proemio donationis di-
ctum fuerit ad illam deueniri ex præambula conuentione
oretenus facta occasione certi, & determinati matrimonij
antea contracti, † & sic aduersarii tanqoam ex illo matri- 7
monio procreati prætendant bona donata retinere tan-
quam filii, non taoquam hæredes Leonelli donatarij; Nam
cùm Leonellus donationem acceptauerit, & stipulatus
fuerit pro se, eiusque hæredibus, & successoribus cum
clausula *ad habendum*, † noo possunt vtique fratres de 8
Gallis eisdem donatarii filii bona donata retinere, nisi tan-
quam hæredes patris, vt io præcisis terminis benè explicat
alijs adductis, Rota *recent. part. 10. decis. 13. num. 12. &
seqq. &* coram Eminentissim. Otthobono *decis.* 133. *nu.
3. & seqq. & decisio huius causæ 2. Decembris 1675 §. Di-
xerunt etiam, & seqq. coram R. P. Domino meo Bourle-
mont.*

Neque Domini existimarunt suffragari coniecturas alias à Scribentibus pro frattibus de Gallis ponderatas, & benè reiectas io dictas *decisione Reu. P. D. Bourlemont*, cum qua proinde Capitulo Auximaoo informaote, & fratribus de Gallis pluties mooitis Domini transierunt.

RE-

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Tergestina Pecuniaria.

Mercurij 2. Decembris 1676.

ARGVMENTVM.

Coniecturæ simulationis excluduntur, quia Testes subscripti in apocha deposuerant, se illi fuisse præsentes, coniunctio verò sanguinis non importabat, quod inter coniunctos verè non potuisset contrahi, Creditorem in loco externo non habere pecunias notabilis quantitatis, ex suis diuitijs remouebatur; Omissio demum cautionis non concludit simulationem, si illa de necessitate contractus præstanda non erat, cum possit quilibet etiam sine cautione suo debitori credere.

SVMMARIVM.

1 *Apocha carens requisitis legis scripturas præsumitur simulata, & est suspecta de antidata.*
2 *Testes subscripti in apocha, vt probent, debent in actu recognitionis deponere, se fuisse præsentes quando illa fuit facta, & num. 3.*
3 *Apocha, cuius testes subscripti deponunt de eorum presentia in actu confectionis illius, dicitur vera, & non simulata, & n. 2.*
4 *Prior qui est in tempore, est etiam potior in iure.*
5 *Collusio magis præsumitur inter coniunctos, quam inter extraneos.*
6 *Simulationis præsumptio cessat inter coniunctos, vbi constat de veritate actus.*
7 *Coniuncti non prohibentur inter se contrahere.*
8 *Forensis, & Alienigena non præsumitur habere magnam quantitatem pecuniæ in locis exteris, & longinquis.*
9 *Diues possibile est, quod etiam extra suam patriam haberet pecunias notabilis quantitatis.*
10 *Qualitas personæ ad effectum considerandi illius diuitias maximè attenditur, & operatur.*
11 *Fideiussoris, & cautionis omissio non conuincit simulationem.*
12 *Diuiti, etiam sine cautione potest haberi fides, & num. 14.*
13 *Cautionis omissio tunc arguit simulationem, si illa erat necessaria de substantia, & natura contractus.*
14 *Pecunias tradens potest confidere de suo debitore, cuius habet notas facultates idoneas.*

DECISIO DCCXCIV.

VT recederetur à resolutionibus captis coram me sub
diebus vigesima quinta Iunij 1674 * & 10. Februar.
proxime præteriti, in quibus firmatum fuit constare de bo-
no iure Donadoni, resultante ex apocha florenorum de-
cem millium confecta à Lucatellis ad fauorem Caroli Ri-
porch auctoris Donadoni, hodie Velzij insistebant in si-
1 mulatione eiusdem apochæ prætendentes, illam † carere
requisitis, de quibus in *l. scripta. in C. qui potiores in pigno-
re habeantur*, & sic esse suspectam de antidata, præsertim
cum testes in eius calce subscripti in actu recognitionis non
specificauerint tempus præcisum confectionis illius, prout
2 † omnino opus esse, quando agitur in concursu cum publi-
co instrumentu Oddus *cons.* 00. *num* 6. & firmauit Rota *in
Farfen., seu aullius Saluiani 30. Maij 1664. §. nec Saluianum
& §. seqq. coram me*, ac etiam ex coniecturis mox recen-
sendis, sed his non obstantibus Domini censuerunt perma-
nendum esse in decisis.

Apocha enim est à tribus Testibus subscripta, ac reco-
gnita cum expressa mentione temporis in eius data appo-
siti, vt in Summario responsionis Donaduni *num.* 3. ibi:
Per esser stato presente e Testimonio l'istesso giorno, mese
& anno, che fù fatto detto Chirografo, † vbi dubitari am- 3
plius non potest de veritate ipsius apochæ, quæ sicuti est in
tempore anterior credito illorum de Velziis, † ita tribuit 4
prioritatem, & prælationem Donadono Ius suum ex illa
metienti, iuxta vulgarem regulam Text. *in cap. qui prior
de reg. iur. in 6.*

Nec refragantur coniecturæ à Velziis adductæ ad osten-
dendam simulationem, apochæ nam quod Riporch sit san-
guine coniunctus cum Lucatellis, & Donadonus sit eo-
rundem Comparet non concludit, † quia licèt inter co- 5
niunctos magis quam inter extraneos suspicari possit de
collusione, vt per Text *in l. lata C. de donationibus*, dixit
Rota coram Merlin. *decis.* 13. *num.* 7. tamen quando constat
de veritate, & realitate † crediti, cessat quæcumque sus- 6
picio collusionis, cum non prohibeantur † coniuncti inter 7
se contrahere, vt respondit Rota coram Bichin *decis.* 82.
num 18. *& in Ciuitatis Castellanæ bonorum 27. Aprilis 1663.
§. firmato igitur coram Reuerendiss. Alexandrino confirmata
coram R. P. D* Bourlemont *decis.* 275. *numer.* 16. *part.* 14.
recent.

Altera coniectura desumpta ex eo, quod inuerisimile 8
videatur Riporch alienigenam, & longè distantem à Ci-
uitate Tergestina, vbi apocha facta fuit, † ibi habuisse 9
promptam tàm ingentem summam pecuniæ numeratæ
per ea, quæ dicuntur in *decis.* 714. *numero* 16 coram Mer-
lino, fuit enim responsum cessare inuerisimilitudinem,
dum affirmatur Riporch esse personam diuitiis affluen-
tem, proinde possibile est dictam summam habuisse, nam
qualitas personæ † in similibus multum operatur, ad tra- 10
dita per Paris *cons* 83. *numero* 29. *lib.* 1 Surd. *decis.* 105. *num.
primo* Menoch. *præsumpt.* 135. *num.* 14. *&* 15. *lib.* 3. Monach.
decis. Florent. 2. *numero* 26

Quod autem Riporch non curauerit sibi dari cautio-
nem, aut fideiussorem † non conuincit simulationem, 11
tùm quia præter quod eo tempore Lucatelli pollebant cre-
dito, & diuites reputabantur, † ideò de facili potuit pecu- 12
nia illis credi sine cautione, tùm etiam quia ex dicta o-
missione tunc insurgeret suspicio collusionis, † quando 13
cautio, vel fideiussor veniunt præstanda de substantia,
& essentia contractus, secus quando de illius natura non
requiritur, † cùm possit tradens pecuniam confidere de 14
ipso debitore, cuius habet cognitas idoneas facultates,
vt declarauit Rota *in Romana Societatis Officii 17. No-
uembris 1651. §. nam primum coram Eminentissimo Domino
Card Cerro.*

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

Aliæ duæ decisiones in hac causa sunt impressæ supra in hoc eodem tomo secundo, vbi sunt in ordine 652. & 653.

R. P. D. VICECOMITE.

Romana Dotis.

Mercurii 2. Decemb. 1676.

ARGVMENTVM.

Controuersia erat super fructibus augumenti dotis à secundo viro receptis, quod proinde prætendebatur fuisse donationem propter nuptias, illud tamen verum augumentum decitur, & ita etiam in dotem fuisse traditum, ad regulam generalem, quod dos data primo viro, censeatur repetita secundo, atque ideò illos ex computari non potuisse in lucrum dotis eidem secundo viro debitum. Cumque d. augumentum in solo vsufructu consisteret, disceptatur etiam, an per viam cessionis potuisset illud in eundem secundum virum transferri, & affirmatiuè resoluitur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Donatio propter nuptias à primo viro vxori facta censetur ab ea repetita in secundo matrimonio.*

2 *Donatio propter nuptias hodie recessit ab aula.*

3 *Dotis augumentum, non autem donatio propter nuptias dicitur illud, quod ante matrimonium constituitur.*

4 *Verba* auxit, & augumentauit *dotem, solum augumentum important, non autem donationem propter nuptias.*

5 *Dotis augumentum sortitur naturam veræ dotis, & illius pars esse dicitur.*

6 *Dotis augumentum censetur etiam in secundis nuptiis repetitum.*

7 *Dos data in primis nuptiis censetur repetita in secundis.*

8 *Vsusfructus personalissimus cedi nequaquam potest, & vide num. seqq.*

9 *Vsusfructus à viro suæ vxori constitutus eius vita durante, possit ne ab illa cedi, & assignari in dotem secundarum nuptiarum, & n. seqq.*

10 *Vsusfructus formalis consistit in mero iure vtendi, & fruendi, quod ideo cedi non potest.*

11 *Commoditas percipiendi fructus differt à iure, & vsofructu formali.*

12 *Commoditas percipiendi fructus cedi potest, & etiam in dotem assignari.*

13 *Vsusfructus in dotem datus non intelligitur de formali, sed de commoditate vtendi, & fruendi.*

14 *Repetitum in secundis nuptiis censetur omne id, quod est repetibile, & repeti potest.*

15 *Fructus augumenti dotis maritus facit suos, non secus, ac fructus ipsius dotis.*

16 *Exactio fructus augumenti dotis facta à viro non cedit in causam lucri, cuius dies nondum venerat, & adhuc erat incerta.*

17 *Solutio censetur facta in causam debiti maturati, non autem maturandi.*

18 *Derogatio Constitutionis Sixtinæ obtenta in primis nuptiis, suffragatur etiam secundis.*

19 *Vestes vsuales non pretiosæ, sed quotidianæ, decennio, præsumuntur consumptæ.*

20 *Mobilia, gemmas, & argenta non possunt dici consignata secundo viro, si apparent restituta hæredibus primi viri.*

21 *Hæres non potest prætendere contrarium eius, quod iure iurando asseruit, & in iudicio obtinuit eius auctor.*

22 *Confessionem defuncti hæres reprobare non potest, nec super ea testes inducere.*

23 *Testes deponentes contraria facto, non attenduntur.*

24 *Restituere vt teneatur maritus iocalia, & mobilia suæ vxoris, probari concludenter, debet illa ei consignata fuisse.*

DECISIO DCCXCV.

SOLVTO secundo matrimonio per mortem Hieronymæ, cum ad dotantes reuertere deberent præter dotem quæ iam restituta fuerat cætera eiusdem mulieris bona, Auditor Cameræ diffinitiuè condemnauit Galganum secundum maritum superstitem ad mobilium restitutionem eique per capita separata alia etiam grauamina intulit; A quibus omnibus cùm ad Rotam prouocauerit, hinc præuia decisione 3. Iulii 1673. coram R. P. D. meo Taia alia diffinitiua sententia eorum singula reparando. In primo capite dictum fuit veram dotem Hieronymæ, fuisse in primis nuptiis cum Bernardino constitutam in scut. 6000. iuxtà quam Galganum secundum maritum ob prædecessum dictæ mulieris fuisse superlucratū quartum sc. 1500. In secundo decreuit Galgano secundo viro deberi omnes fructus ex augumento scut. 4000. quod in primis nuptijs Bernardinus in dotem d. Hieronymæ vxoris superaddidit, & propterea scut. 1482 per dictum Galganum secundum maritum à Tarolio siue vaoris, siue potius Bernardini primi illius viri debitore exacta, tanquam cessa in causam horum fructuum, non esse compensanda cum dicto quarto superlucrato, in tertio demum adiunxit mobilia omnia ad manus d. Galgani peruenta, fuisse restituta, gemmas verò, & argenta, & alia pretiosa suppelectilia non fuisse ei consignata, de cuius sententiæ Rotalis viribus, cum in gradu appellationis coram me dignoscere oportuerit, dubium de more proposui, An confirmanda esset, vel infirmanda, & confirmandam esse Domini responderunt, quia valida est, & iusta.

De validitate non fuit dubitatum; Iustitia verò quoad primum caput, nec etiam fuit controuersa, in hoc enim conuenerunt Partes, quod licèt in primis nuptijs cum Bernardino dos Hieronymæ fuisset ad pompam expressa in scut. 10000. veram tamen, & realem illius constitutionem fuisse scut 6000 ex quibus quartum sc. 1500. fuisse à Galgano superlucratum ad formam Statuti Vrbis *cap.* 131. prout firmat *dec. R. P. D. mei Taiæ, §. nam dotem cum §. seq.* Et in hoc etiam concordat vtraque sententia.

Summa igitur totius causæ in secundo capite adiudicante Galgano secundo marito fructus augumenti scut. 4000 à primo viro Hieronymæ constituti restricta est, cuius articuli solutio à quæstione pendebat, vtrum ex eo, quod cùm nulla in secundis nuptijs inter Galganum & Hieronymam conuenta fuerit dos, censeatur vnà cum dote in primis nuptiis verè constituta scut. 6000. repetitum etiam augumentum, vt inde dignosceretur, An dd. fructus tanquam dotales essent debiti secundo viro, nec ne, & pro negatiua allegabant Scribentes pro hæredibus mulieris
auctoritatem Natt. *cons.* 571. variis † argumentis proban- 1
tis donationem propter nuptias censeri repetitam in secundo matrimonio, sed in proposita facti specie visa est DD. non applicari, quia non agitur hic de vera, & propria
donatione propter nuptias, † quæ iam ob Aula recessit 2
vt testatur Honded. *cons.* 48. *num.* 10 *cum seqq. lib.* 1. Rot. post Fenzon. *ad Stat. Vrbis decis.* 135. *§. quod etiam*, sed de
dotis augumento à primo viro superaddito, † quod colli- 3
gitur tum ex eo quia illud constituit ante matrimonium Gratian. *disceptat.* 498. *num.* 29 *& seqq.* Rota coram Dunozet. *decis.* 129. *num* 3. *& 4. & post* Fenzon. *mox cit. decision.* 135. *§. Et ita cessat, & firmat decisio R. P. D. meo Taia §. nam dotem*, tum, & magis quia se expressè declarauit his verbis *auxit, & augumentauit* dotem ad alia scuta 4000 adeout dos sit, & esse debeat (computata quantitate ad pompam
expressa) scut. 14000. in totum &c. † Ex quibus patet vo- 4
luntatem illius fuisse augendi dotem, non autem donandi propter nuptias, vt ferè in terminis consuluit Spada *cons.* 210. *sub num.* 4. *vers. quod autem intentio lib.* 2. & in eadem causa respondit Rota coram Cauoler. *decis.* 546. *numer.* 4. *cum seqq.* Turres *de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 170. *vers placuit tamen responsio*; vbi autem agitur de au-
gumento, † illud sortitur naturam veræ dotis, & pariter 5
illius dicitur, *l. etiam C. de iur. dot.* Gratian. *præcit. discept.* 498. *num.* 34. *& 35.* Rota coram Durano *d. decis.* 129. *num.*
3. *& seqq.* coram Royas *decis.* 113. *num* 4. & censetur † in 6
secundis nuptiis repetitum non secus, ac per *l. dotem, & l.*
Diuus, ff. de iur dot. † vera dos repetita præsumitur, vt 7
contra opinionem Nattæ prius tenuit Ruinus *cons.* 23. *nu.* 27. *& seqq. lib.* 2. & conciliando vtriusque sententiam cum præmissa distinctione inter donationem propter nuptias, & augumentum dotis, consuluit Surd. *consil.* 397. *num* 19. Mantic. *de tacit. lib.* 12. *tit.* 15. *num.* 12 *& tit.* 26 *num.* 10. Menoch. *cons.* 93. *num* 13. Bass. *de dote cap* 8. *nu.* 157.

Nec releuare visum est, quod prædictum augumentum fuerit à primo viro in vsufructu vita mulieris durante constitutum, itaut tanquam ius personalissimum ipsius vsu-
fructuarii, † quemadmodum de sui natura est incessabile 8
§. finitur, instit. de vsufructu, † ita nec cedere potuerit in 9
causam dotis, per *l. si vsufructus* 67. *ff. de iur. dot.* Quia hæc
vera sunt, & procedunt quoad vsumfructum formalem † 10
consistentem in mero iure vtendi, & fruendi, quod sine placito proprietarii, vel non nisi in ipsius personam cedi potest, vt disponunt iura præallegata. Sed agitur hic de com-
moditate percipiendi fructus quæ † differt ab ipso iure for- 11
mali, vt in præcit. *l. si vsusfructus*, notat Alberic. *num.* 2.
Nec vlla lex vetat † quin cedi possit, & in dotem assi- 12
gnari, quinimo interpretatio ipsa subintrat, vt assignata censeat, vt pluribus allegatis firmauit Rota coram Merlin. *decision.* 843. *numero secundo*, cuius dicti cum ea potissimum sit ratio, quod vbi agitur de vsufru-
ctu in dotem dato, † ne actus reddatur frustratorius, 13
deflectitur à rigida interpretatione, vt non intelligantur de formali, sed de commoditate percipiendi fructus. Hæc eadem ratio applicari posse videtur etiam in casu re-

14 petitionis, † vt scilicet repetitum censeatur id, quod
est repetibile argumento eius, quod tradit Rota *nox cit. de-
cis.* 843. *num.* 2. *&* 6. coram Merlin. & per Salgad. *in labyr.
cred. par.* 1. *cap.* 3. *num.* 33. Dato autem, a quod in secun-
dis nuptijs fuerit vnà cum dote repetita, etiam ista com-
15 moditas percipiendi fructus, nulli † dubium est quin Gal-
ganus secundus maritus constante matrimonio illos fecerit
suos, exemptus à quacumque illorum restitutione, iuxtà
Text. *in l. dotis §. si vsusfructus, ff. de iur. dot.* Boss *de dot.
cu.* 55. *n.* 36. *&* 43. Rot. cor Merlin. *præcit. dec.* 843. *n.* 6. *& in
Romana quarti dotalis* 28. *Iun.* 1666. *§. non subsistente coram
Reuerendiss. D. meo Bourlemont Patriarcha Alexandrino.*

Cum igitur d. fructus Galganus restituere non tenere-
tur, de plano procedit iustitia dicti secundi capitis senten-
tiæ definientis eosdem non esse imputandos cum quarto
superlucrato, aliunde sibi debito, & propterea scut. 1482.
per eundem Galganum constante matrimonio exacta à
Tarolio debitore Bernardini, qui augmentum constitue-
rat; cedere non potuisse in causam dicti quarti, sed in sa-
16 tisfactionem fructuum dicti augumenti tantò magis etiam
quia dies delati lucri nondum venerat, & poterat etiam
non venire cum penderet ab incerto euentu, vter Coniu-
gum prædecessisset; E contra verò maior pars fructuum de
tempore dictæ exactionis erat debita, semper verum est,
17 quod exactio, seu solutio † censetur facta in causam debi-
ti maturati, non verò maturandi, per Text *in l.* 3. *ff. de so-
lut.* benè Rot. *dec.* 341. *n.* 1. *p.* 11. & firmat *eadem decis. causæ
R. P. D. mei Taiæ, § Nec minus.*

In obiecto, quod in secundis nuptiis obtenta non fuerit
derogatio Sixtinæ Constitutionis prohibentis, ne consti-
tuantur dotes vltrà sc. 5500. Non insteterunt DD. quia d.
Constitutioni cùm fuerit in primis nuptiis derogatum, at-
18 que ex tunc dos fuerit benè, & validè constituta, † eadem
derogatio, & dotis valida constitutio durat; & protrahi-
tur fauore mulieris, etiam ad secundas nuptias, ad tradit,
per Rot. *dec.* 527 *n.* 13. *&* 14 *p.* 5. *tom.* 2. *rec.* & in terminis ar-
guit Modernus *Auditor Sanctiss. in suo Theatr. Verit. &
Iust. tract. de dote disc.* 143. *n.* 12.

Tertii demum capitis iustitia visa est ab impugnationi-
bus tuta, quandoquidem aulea serica versicolorata, tabu-
las pictas, & cætera mobilia ad vsum domesticum facien-
tia, quæ peruenerunt ad manus Galgani, constat Summ.
nu 1. propositionis coram R. P. D meo Taia *n.* 4. fuisse re-
stituta, vt firmat eadem *dec. §. penult.* Vestes verò vsuales
19 non pretiosæ, & quotidianæ † lapsu decennii præsumun-
tur consumptæ, Gargiar. *cons.* 22. *n.* 21. *lib.* 2 Rot. *dec* 250. *n.*
3. *p.* 8. gemmas, & argenta non solùm non constat Gal-
gano fuisse consignata, sed nec penes Hieronymam con-
20 uincitur extitisse, cùm medio † eius iuramento per
sententiam A. C. declarari obtinuerit, fuisse restituta hæ-
redibus primi viri, vt bis firmauit Rota *cor. Eminentissim.
Cerro die scilicet* 18. *Ianuar.* 1657. *§. non obstat, & §. seqq.
& prius* 29. *Mart.* 1666. quæ est impressa in *rec dec.* 450 *nu.*
1. *&* 2. *p.* 14. & propterea quemadmodum non posset eius-
21 dem prætendere † contrarium eius, quod iureiurando as-
seruit, & in iudicio obtinuit eorum Auctrix, ad Text. *in l.
postulante, ff. ad Trebell.* Peregr. *de fideicom. art.* 53. *num.* 34.
Noguerol. *allegat.* 20. *sub num.* 18. ita ad reprobandam eius-
22 dem confessionem, † non possunt modo inducere Testes,
vulgata l. cùm à Matre, C. de rei vindic. præter quam quod
patiuntur etiam exceptiones; Alter enim redditur suspe-
ctus propter litem, quam de tempore depositionis habebat
cum Galgano, alter verò deponit contraria facto, dum di-
cit adamantium globum vidisse penes mulierem post obi-
tum primi viri, & tamen idem vir morti proximus in Te-
23 stamento asseruit fuisse oppignoratum, † propter quas ex-
ceptiones eorum fides laborat, Becc. *cons.* 85. *num.* 19 Gra-
tian. *discept.* 144. *num.* 40. Surd. *decis.* 135. *sub num.* 11 ad ef-
fectum autem condemnandi Galganum ad restitutionem,
24 probati † concludenter debuisset ad gemmas ad illius ma-
nus peruenisse, vt in causa pro muliere respondit Rot. co-
ram Eminent. Cerro *præcit. decis.* 450. *n.* 1. *part.* 14. & alias
dixit *in Romana restitutionis mobilium* 28. *Martii* 1673. *cor.
Reuerendissimo D meo Decano.*

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. T A I A.

Leodien. Decanatus.

Lunæ 15. *Decembris* 1676.

A R G V M E N T V M.

De valida, & legitima electione tracta-
tur, vtpotè facta à maiori parte, vel
saltem medietate eligere debentium, cui
posteà omnes vnanimiter consenserunt,
proinde sic electus constituendus sit;
Hinc deducuntur plura de impedimen-
to aliorum, qui eidem electioni inter-
uenire debuerant, quatenus per procu-
ratorem comparere potuerint, vel non.

S V M M A R I V M.

1 *Electio facta per procuratorem, non probato legitimo im-
pedimento eligere debentium, remanet nulla.*
2 *Impedimentum quale esse debeat, vt impedito suffrage-
tur.*
3 *Procuratori simpliciter dicenti Dominum esse impedi-
tum non creditur.*
4 *Impedimentum probari debet in specie tam respectu loci,
quam respectu qualitatis illius.*
5 *Electus à medietate vocum Patronorum, seù eligere de-
bentium, censetur electus ab omnibus, & ideo venit
instituendus.*
6 *Electio facta à maiori parte, vel saltim medietate eli-
gentium, eo magis sustinetur, si omnes in ea postea vna-
nimiter concordent.*
7 *Electio facta à maiori, & saniori parte non ideo dicitur
per inspirationem, quia post scrutinium omnes con-
senserunt.*
8 *Consensus omnium eligere debentium post factam electio-
nem sequutum, eandem electionem confirmat.*

D E C I S I O DCCXCVI.

DOMINI steterunt in decisis vigesima secunda Iunii
proximè præteriti exequendas esse literas Apostoli-
cas Dominæ Philippinæ Ernestinæ Barbaræ, maximè an-
teriores, non autem Dominæ Annæ Catharinæ, con-
firmatis decisis ipsis, ipsaque decisione, & magis altera
parte adhuc non informante, adeò nihil opponente, &
superadditis aliis à diligenti patrono, ad quæ Domini se
referebant, & vnus paucis coniecta causa, adiecit stan-
dum in decisis, nam ad roborationem decisionis *§. quatuor
autem*, Philippina, Ernestina, Barbara ex vndecima legi-
timis suffragiis habuit septem, & Anna Catharina qua-
tuor tantum, cum reliqua tria per Procuratorem sint mul-
tipliciter nulla, † nullo iusto impedimento probato, quo 1
suffragantes venire, & adesse non possent, & fide facien-
da cum iuramento, cùm opus esset, † impedimento non 2
publico, neque manifesto, si quantamen impedimento ad
§. illud autem, cap. quia propter diuersus 42. *de elect. & cap.
si quis iusto impedimento* 46. *eod titulo in sexto*, nec satis di-
centi Procuratore dominum iusto impedimento † deten- 3
tum, quia sunt verba iuris, (& planè ad *§. illud autem, &
d. cap. si quis iusto impedimento*) dicturo verba facti, Domi-
num in tali † loco, & tali impedimento detentum &c. 4
Glos. detentos, d. cap si quis iusto impedimento, Lotther. *de
re benef. qu.* 19. *ex num.* 22. *lib.* 2.

Quod si etiam horum trium suffragiorum ratio haben-
da esset, adhuc quia Philippina, Ernestina, Barbara ha-
bet literas anteriores pro maiori parte, vel saltem † me- 5
dietate, non solum potior esset pro literis suis exequendis,
sed etiam ac si esset ab omnibus electa, esset instituenda,
vt de præsentatis dixit Rot. *decis* 272. *num.* 3. *part.* 13.

Superaddita quoque acclamatione Capituli post pu-
blicationem acclamantibus Capitularibus Philippi-
nam, Ernestinam, Barbaram Decanissam, † quate- 6
nus omnes capitulariter alta, & intelligibili voce
pronunciantes prædictam Philippinam, Ernestinam,
Barba-

Barbaram pro legitimè, atque cannnicè electa prædicti
omnes habuerunt, atque vnanimiter tenuerunt, vt in ca-
su Rota coram Coccino *decis.* 1326. *sub n.* 16. vbi consen-
7 sus omnium post publicationem scrutinii † non operatur
quidem, quod electio antea facta à maiori, & saniori par-
te censeatur quasi per Inspirationem (minus si columba
illa occisa fuit per Coruum, apud Ioannem Andream *ad
d. cap. quia propter diuersas num.* 40. *vers. vnde & dicitur
fabulosè*) operatur autem declarationem, & confirmatio-
8 nem ipsius electionis antea factæ, † vt à maiori, & sanio
ri parte ratione conuincente, & conducente ipsa Rota co
ram Coccin. *d. decis.* 1326. *num.* 17. *cum allegatis* & alijs *ad
cap. publicato scrutinio* 18. *de elect.* adnotatis.

Et ita altera tantum Parte informante resolutum fuit.

REVERENDISSIMO DOMINO ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Cauallicen. Dominij.

Vener. 11. *Decemb.* 1676.

ARGVMENTVM.

Prætendebat Baro habere dominium bonorum sui Castri, in hac decisione sibi denegatum, quia illud probatum non erat & bona de sui natura præsumuntur libera, & allodialia; Eo magis quia plures personæ in eodem Castro similiter possidebant, & eorum bona non erant eius dominio subiecta, neque ad hunc effectum sibi suffragari poterant sua Bannimenta, seù recognitiones aliquorum Particularium, quia à Bannimentis appellatum erat, recognitiones verò præiudicabant quidem recognoscentibus ipsis, non autem alijs, vel Communitati eiusdem loci.

SVMMARIVM.

1 *Bona omnia præsumuntur libera, & allodialia, non autem redacta in seruitutem.*
2 *Seruitus ab initio mundi erat penitus incognita.*
3 *Seruitutem asserenti incumbit onus probandi.*
4 *Iurisdictio vniuersalis non infert ad dominium singulorum bonorum.*
5 *Feudalia non sunt bona Castri, quamuis ipsum Castrum feudale sit.*
6 *Bona in Territorio, & dominio Cauallicensi sunt in triplici differentia, & qualia illa sint.*
7 *Doctori attestanti de qualitate bonorum suæ Ciuitatis, vti apprimè in illa versato, plenè creditur.*
8 *Transactio est stricti iuris, & restringitur ad ea, de quibus est specialiter transactum, nec extenditur ad res non comprehensas in illa.*
9 *Fides Officialium Communitatis super communi vsu loquendi, & aliquid intelligendi, attenditur.*
10 *Communis vsus loquendi, & intelligendi maximè attenditur ad interpretationem verborum, quæ plures intellectus habere possunt.*
11 *Transactio se referens ad Statuta, secundum illa intelligenda est.*
12 *Relatum est in referente cum omnibus qualitatibus suis.*
13 *Transactio facta occasione litis non comprehendit ea, quæ non erant in lite.*
14 *Bona alienata tanquam libera excludunt omnem feudalitatem, & seruitutem.*
15 *Dominium vniuersale excluditur quando apparet intra fines Territorii adesse alias personas ibi possidentes.*
16 *Bannimenta Principis non probant iurisdictionem, & dominium, si non constat subditos prohibitionibus acquieuisse, & paruisse, & num. seqq.*
17 *Appellatio excludit acquiescentiam.*

18 *Acquiescentia in facultatiuis est omnino necessaria.*
19 *Libertatem conseruat qui facit actus seruituti contrarios.*
20 *Dominium contra recognoscentes aliquem in superiorem probatur non autem respectu aliorum.*
21 *Communitati non præiudicant actus facti à particularibus nomine singulorum.*

DECISIO DCCXCVII.

CVNCTA bona sita in Territorio, & Oppido Rn.
bionis subesse suo directo dominio prætendebat Co-
mes de Brancas Baro eiusdem loci, & proinde omnes illo-
rum possessores teneri in casu alienationis, nedum eius
assensum cum solutione Laudemij impetrare, verùm
etiam ipsum preferre, quatenus vellet bona distrahenda
pro se retinere. Quamobrem occasione cuiusdam Mo-
lendini possessi à Communitate d. Castri, orta super præ
missis controuersia, eaque delata ad Auditorem Genera-
lem Legationis Auen. emanauit sententia Comiti fauora-
bilis, quam in gradu appellationis reuocauit Eminentissi-
mus Legatus, & successiuè in tertia instantia idem cen-
sui Rota respondendo constare de bono iure Communita-
tis.

Habet enim Communitas intentionem fundatam in
iure, de quo omnia bona iuxta naturæ primæuum statum
præsumuntur libera, & allodialia, † non autem redacta 1
in seruitutem, † quæ à principio erat penitùs ignora *cap.* 1. 2
§ inter, vers. defunæ. vbi glos. & sic de feud. defunct. cum
alijs relatis per Rot. *in Tricastrina. Bonorum* 4. *Iunii* 1663.
§. cum enim coram Eminentiss. Cerro, & contrarium asse-
renti † incumbit onus probandi, etiam agatur, vt in præ- 3
senti, cum Barone, seu Principe habente supremam iuris-
dictionem in Castro, eiusque Territorio, non enim licèt
arguere à iurisdictione † vniuersali ad dominium singu- 4
lorum bonorum, cùm non omne dicatur feudale, Io. And. 5
& alii communiter *in cap. nimis de iur. iur.* Rota *in Ari ae
cea. Laudemii* 29. *Aprilis* 1650. *§. quia non coram Eminen-
tiss. Cerro, & in d. Tricastrinen. Bonorum §. non sufficit, &
in Romana Castri Orciani* 24. *Ianuarii proximè præteriti §.
nec refert coram me.*

Nec ad probandum dominium suffragatur transactio
inita anno 1461. inter Auctores Comitis, & Communita-
tem, in qua conuentum fuit possessores Prædiorum, &
feudorum francorum non posse illa concedere in emphy-
teusim, seù vt dicunt in nouum accapitum vltra summam
quindecim grossorum monetæ illarum partium reseruato
consensu Domini, ibi Eorum possessures, & feuda franca
&c saluo tamen, & reseruato in fauorem Baronis, eius-
que successorum maiori dominio, & signoria.

Quia fuit animaduersum bona in illi Regionibus esse in 6
triplici differentia; Alia enim sunt merè, & purè allodia-
lia, quæ possessor à nemine tenet, sed recognoscit solum
à Deo omnium bonorum largitore quamuis ratione iuris-
dictionis subsint alteri; Alia verò sunt bona feudalia, seù
emphyteutica franca, seù franco modo, quæ licèt absolu-
tè franca non sint, ex quo concessa fuerunt à Domino di-
recto cum reseruatione directi dominij dicuntur tamen
franca secundum quid, ex quo gratis Dominus directus
illa concessit, & nullum seruitium, seù annuum quid
pro eis Domino contribuitur; Alia demum sunt bona em-
phyteutica, & feudalia, quæ incolæ dictorum locorum
seruilia appellant, & hæc non solùm subsunt Domino di-
recto, verùm etiam pro eis illi seruitium, aut annua præ-
statio in pecunia, seu in quota fructuum, vel in alia spe-
cie soluitur in recognitionem directi dominij, & enume-
rando has species bonorum testatur Tondut. *quæst. & re-
solut. Ciuil.* 41. *num.* 22. *lib.* 1. cui plenè credendum tanquam
† Doctori, in dictis locis apprimè versato, vt in simili dixit 7
Rota *in Neapolitana Censuum* 28. *Iunii* 1673 *§. Nec subsi-
stit, vers. nam contrariam coram me.*

Hinc retenta hac tripartita bonorum distinctione,
sequitur, quod transactio loquens dumtaxat de se-
cunda specie illorum, nempè de franchis, in quo-
rum alienatione requiritur consensus Domini directi,
& datur laudemium, vt aduertit idem Tondut. *vbi
supra nu.* 23. *in fin.* non comprehendat primum genus sci-
licet bona libera, & allodialia, de quibus mentio facta
non fuit, nam transactio est stricti iuris, & ad ea re-

ſtringitur, de quibus ſpecialiter tranſactum eſſe conſtat,
8 † nec extenditur ad res in ea non compreheoſas *l. ſi de certa C. de tranſact. ibi* Iaſ. *numero* 4. Surd. *conſ.* 418. *numero* 10. *&* 11. Rota *deciſ.* 23. *numero* 12. *part.* 1. *recent.* *&* *deciſ.* 122 *numero* 8. *coram bon. mem. Card. Celſo.*

Quod comprobatus tàm ex communi vſu loquendi dictorum locorum, vbi quando habetur ſermo de poſſeſſionibus, & Prædijs franchis, & liberis intelligitur de bonis franchis franco modo, non autem de allodialibus, de quibus quando contingit loqui ad differentiam illorum additur ? in puro, & mæro allodio, vt teſtan-
9 tur Officiales in eorum fide data in Summ. † commonis enim vſus loquendi plurimùm in his materijs at-
10 tenditur ad interpretandum † verbum, quod plures intellectus habere poteſt, Bald. *in l. lege numero* 7. *C. de legit. hæred.* Rota coram Coccino *deciſ.* 501. *numero* 7. *&* *deciſ.* 1831. *numero* 9. *coram eodem*, *&* *deciſ.* 629. *numero* 6 *coram* Bich. & latè *in Bononien. Legati* 20. *Aprilis* 1671. *coram R. P. D. meo Vicecomite.*

Tum etiam quia tranſigentes ſe retulerunt ad Statutum Comitatus Venaiſini, cum quo ſe conformare intellexeruot, ibi: ſequendo tenorem Statutorum Comitatus Venaiſini, Propterea dum Statutum loquitur ſolùm de feudis franchis, & expreſsè excepit bona
11 allodialia, † tranſactio ad illud ſe referens intelligi debet ad tenorem eiuſdem, & ſic de ſolis feudis fran-
12 chis, cùm relatum † ſit in referente cum omnibus ſuis qualitatibus, iuxtà regul. Text. *in l. aſſenſo ff. de hæred. inſtit.* Tùm demùm quia ex ipſo exordio tranſactionis apparet ad eam fuiſſe deuentum, ex quo lis erat ſuper eo, quod bona feudalia franca non poſſeot ſubiofeudari, ideſt dari ad nouum accapitum, niſi pro ſumma quindecim groſſorum, non autem ſuper eo, quod Communitas prætenderet, bona eſſe allodialia, Baro au-
13 tem feudalia, vndè † tranſactio trahi nequit ad ea, ſuper quibus lis non erat Rota *deciſ.* 1024. *numero* 5. *coram* Coccin. *&* *deciſ.* 89. *numero* 6. *coram bon. mem. Cardin. Celſo.*

Præteteà ad excluſionem dominij vniuerſalis concurrit, quod plura bona ſita in Territorio Rubionis fuerunt conceſſa in emphyteuſim tàm ab ipſa Communitate, quàm à particularibus perſonis, tanquam libera abſque vlla recognitione, aut reſeruatione conſenſus Comitis, imò cum explicita declaratione, quod bona erant libera, & de maiori ſignoria, ac ſupremo
14 dominio alienantis, † quod excludit omnem feudalitatem, & ſeruitutem à Barone prætenſam, Rota *deciſ.* 66. *numero* 26. *coram* Bichio, & *in d. Arracen. Laudemij §. Atque ea coram Eminentiſſ. Cerro.*

Inſuper concurrit alia coniectura excluſiua prætenſi dominij ex eo deſumpta, quod Camera Apoſtolica habet in dicto Territorio nonnulla prædia ad eam pleno iure ſpectantia, & ab ipſa in emphyteuſim conceſſa perſonis particularibus ſub reſeruatione directitatis, & maioris ſignoriæ, quod ſufficit ad excludendum domi-
15 nium vniuerſale, de quo nunquam conſtare dicitur, † quando apparet intra fines Territorij adeſſe alias perſonas ibi poſſidentes, Dec. *conſ.* 33. *numero* 55. Rota *in Aſſen feudi* 15. *Aprilis* 1584. §. *Accedunt*, *&* 18. *Iunij eiuſdem anni*, §. *in inſtrumento coram Cardin. Hieronymo Pamphilio*, *&* *in d. Romana Caſtri Orciani* §. *quod maximè coram me.*

Quibus ſtantibus non ſuffragantur Bannimenta, & proclamata Baronis prohibentis ſumere prædia ad nouum accapitum, & iubentis omnes poſſeſſores bonorum ea ab ipſo recognoſcere, quia quidquid ſit de pote-
16 ſtate Baronis circa prædicta, † ſatis eſt ad effectum de quo agitur, quod non conſtet, Communitatem acquieuiſſe huiuſmodi prohibitionibus, & paruiſſe mediante effectiua recognitione, vt notat Cancer. *var. reſol. part.* 3. *cap.* 4. *numero* 146. & dixit Rota *deciſ.* 96. *numero* 16. *coram Rembold.* Quinimò conſtat de contrario, cùm fuerit à dictis Bannimentis appellatum, quod ſufficit ad
17 excludendam acquieſcentiam, † quæ poſt publicatio-
18 nem requirit ius † in facultatiuis, Tiraq. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 17. *numero* 56 Bertazol. *conſ. crimin.* 419. *numero* 8. Potiſſimum quia Baro poſtmodum non fecit actus
19 inferentes dominium, † & Communitas faciendo actus contrarios diſponendo de bonis tanquam de liberis ſe in libertate conſeruauit, vt ad rem notat Capoblanc. de Baron. *pragmat.* 1. *cap* 3. *numero* 2. *&* 3. *lib.* 2. Nouar. *de grauam. Vaſſall. libro primo grauam.* 70. *numero* 7. *&* 8. *&* *grauam.* 71. *numero* 16. *&* *grauam.* 74. *numero* 3.

Nec ſuffragantur nonnullæ recognitiones in dominum factæ ad fauorem Baronis à nonnullis Particularibus, † 20
quia ex illis ad ſummum poteſt Baro probare dominium contra recognoſcentes, vt dixit Rota *in d. Arracen. Laudemij §. fin.* non autem vniuerſalem omnium bonorum Territorij in præiudicium Communitatis, cuius ius diuerſum eſt à iure ſingulorum, † qui per ſuos actus 21
particulares illi præiudicare non poſſunt, Abb. *conſ.* 18. *numero* 4. *lib.* 2. Rota *deciſ.* 96. *numero* 7. *&* 8. *coram Rembold.*

Et ita partibus hinc indè informantibus reſolutum fuit conſtare de bono iure Communitatis.

R. P. D. CALATAIV.

Fauentina Penſionis.

Veneris 11. *Decembris* 1676.

ARGVMENTVM.

Non remanentibus pro Titulari Parocho ſcutis centum ad formam Concilij; nulla declaratur penſio ſuper illius beneficio impoſita, & ideò reijciuntur teſtes ſolùm generaliter de fructibus beneficiorum totius Diœceſis deponentes, & præferuntur alij de hoc particulari beneficio atteſtantes, ex quibus, quia minor ſumma pro eodem Parocho remanere comperitur, teneri penſionarium omni tempore verificare clauſulam *dummodò remaneant centum pro Rectore*, declaratum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula* dummodò remaneant centum pro Rectore, *habet in ſe tractum temporis ſucceſſiuum.*
2 *Penſionarius tenetur omni tempore iuſtificare clauſulam* dummodò remaneant centum pro Rectore.
3 *Gratia penſionis remanet nulla, ſi iuſtificato non fuerit clauſula* dummodò &c. *in literis appoſita.*
4 *Teſtes examinati in alia cauſa, & inter alias perſonas, quamuis ſuper ſtatu beneficiorum totius Diœceſis, non probant fructus particulares beneficij eiuſdem Diœceſis.*
5 *Teſtes non probant fructus beneficij, ſi illius bona, fructus, & onera eiuſdem beneficij non exprimant, &* *numero* 6.
7 *Teſtes, qui confunduntur, & reprobantur ab alijs teſtibus nihil probant.*
8 *Teſtes ſuper fructibus beneficij illi præferuntur, qui diſtinctè deponunt, detractis detrahendis tantùm remanere pro eiſdem fructibus.*
9 *Teſtes contra inducentem plenè probant.*
10 *Teſtes numero plures, & ſuper ſtatu certi beneficij deponentes præferuntur alijs genericè tantùm de omnibus beneficijs totius Diœceſis atteſtantibus.*

DECISIO DCCXCVIII.

IN præcedenti Deciſione edita coram me ſub die vigeſima * Martij proximè præteriti, fuit dictum penſionem ducatorum ſeptuaginta duorum auri de Camera reſeruatam ſuper fructibus Eccleſiæ Parochialis Sancti Stephani de Corolleto ad fauorem Ferdinandi Cennini non ſubſiſteri ex eo capite, quod non iuſtificauerit clauſulam in literis Apoſtolicis adductam, *dummodò remaneant centum pro Rectore;* cùm autem ad inſtantiam moderni titularis cauſam de nouo propoſuiſſem, in deciſis perſiſtendum eſſe Domini cenſuerunt.

Subſiſtit enim fundamentum deciſionis, quod cùm hic ageretur de penſione reſeruata cum dicta clauſula
dummodò remaneant centum pro Rectore, † quæ habet 1
in ſe tractum temporis ſucceſſiuum, † debebat penſiona- 2
rius illam omni tempore iuſtificare, aliàs ea non iuſtificata, † gratia remanſit nullius roboris, & releuan- 3
tiæ, vt præter allegatos in *deciſione*, *quæ reuidetur* §. *quidquid*

quid enim firmarunt Garzias *de beneficiis , parte decima , capite qainto , numero* 424. Cardinalis Seraphinus *decision.* 951. *numero* 4. Peutinger. *decision.* 472. *numero* 2.

Huiusmodi autem probatio desumi non potuit ex quatuor testibus de anno 1630. examinatis , quia dicti testes fuerunt examinati io alia causa , & inter alias personas , & super statu beneficiorum Diœcesis Fauen-
4 tinæ , † non autem principaliter super Parochiali , de
5 qua agitur , † nec specificarunt bona ab Ecclesia posses-
6 sa , nec fructus, † nec onera eiusdem , & per consequens nihil probant, Rota *decis.* 2. *numero* 8. *parte* 15. *recentiorum , coram* Remboldo *decision.* 626. *numero* 14. *& coram* Vbaldo *decision.* 346. *numero quarto , tomo secundo .*

Sed tollitur omnis difficultas , quia dicti testes con-
7 funduntur , † & reprobantur ab aliis octo testibus à dicto Pensionario nouiter examinatis , ex quibus claris-
8 simè habetur , † quod detractis detrahendis vix rema-
9 nent scuta septuaginta annua pro Rectore , qui † sine dubio probant contra inducentem , Rota coram Bichio *decis.* 546. *numero* 11. præsertim cùm sint numero plu-
10 res, † & deponant super statu beneficii , Rota coram Dunozetto Iuniore *decis.* 959. *numero* 3.

Et ita Tituiari tantùm informante resolutum fuit .

Altera præsentis causæ decisio est impressa supra in hoc eodem tomo secundo istius decimæ octauæ partis , vbi est in ordine .

R. P. D. RONDININO.

Firmana Fideicommissi super Prælatione Donationum.

Veneris 11. *Decembris* 1676.

ARGVMENTVM.

Nulla declaratur secunda donatio , subsistente prima , quamuis illa facta sit absenti , Notario tamen pro eo stipulante , quia acceptata visa est ex diuturnitate temporis , qualitate douationis lucratiuæ , possessione à filio Donatarij retenta nomine patris , qui ad eam capiendam fuerat constitutus procurator à Donante , quo in casu suffragari non poterat clausula constituti in secunda donatione apposita , quæ numquam procedit , vbi possessio plena est.

SVMMARIVM.

1 *Donans non potest reuocare donationem factam absenti , pro eo stipulante notario , nisi donatorius illam acceptare recuset.*
2 *Donatarius primus agit contra donantem ad id, quod interest, rem alteri fuisse donatam .*
3 *Acceptatio donationis præsumitur ex possessione bonorum donatorum iuxta facultates donatario à donante concessam.*
4 *Possessio bonorum fratris, post illius mortem , non potest referri ad possessionem iure familiaritatis.*
5 *Possidere alium nemo permisisset, si res possessa verè ad ipsum spectasset.*
6 *Instrumentum habens spatia in albo, quæ tamen sint leuia, & non circa substantiam non ideo remanet suspectum , & quare num. seq.*
7 *Instrumenti defectus quoad inuocationem Diuini Nominis, indictionis, & Pontificis de facile suppleri possint .*
8 *Veritatis habens principium , reliquos defectus facillime supplet.*
9 *Instrumenti de perfectione si constat , defectus loci generalis , & clausulæ , Actum supplentur per æquipollens, & num.* 10.
11 *Insinuatio, & aliæ solemnitates præsumuntur ex lapsu temporis cum obseruantia .*
12 *Donatio præsumitur insinuata, & cum solemnitatibus facta, si concurrit obseruantia, possessio donatarii , & patientia donantis.*
13 *Donatio secunda fieri non potest, si prima subsistit.*
14 *Clausula* Constituti *suum non operatur effectum , si possessio fuisset plena.*

DECISIO DCCXCIX.

CICCHVS Formonus anno 1549. inter viuos donauit Pieroctio Patruo apud Dalmatas degenti libetè , & irreuocabiliter omnia bona Griptæ Azzolinæ , constituendo Procuratorem ad possessionem capiendam , atque ad donationem insinuandam Franciscum de Pieroctii filium; Cum autem idem Cicchus anno 1544. circiter è Patria discedens apud Cremonam militiæ nomen dedisset , vxore ibidem ducta , alteram Mantuæ donationem pariter intet viuos anno 1544. fecit Ludouico dicti Pieroctii prioris donatarii altero filio, cum fideicommisso agnatis proximioribus ex familia Formona restituendo: Ad hoc igitur tanquam vocatus ob mortem dd. Ludouici , & Francisci, qui Mantuæ cælebs decessit scripta hærede Hieronyma Ludouici fratris prædefuncti filia, egit Albertus Formonus contra d. Hieronymam superstitem , atque à Vicegubernatore Firmi fauorabilem sententiam reportauit à Iudice appellationis dictæ Ciuitatis subinde reuocatam.

Deuoluta posteà causa ad Rotam , iiiamque hodie prosequente Catherina Carella de Martheuccis ab Alberto Actore causam habente aduersus iiios de Moricis ex persona prædictæ Hieronymæ Ludouici filiæ possessores bonorum controuersorum , variæ quæstiones emerserunt , super quibus plures emanarunt decisiones coram Remboldo , Vbaldo , & Cardinali Panzitolo, quousque restricta dispositione vtra ex duabus donationibus præualeret , ac seruanda esset , priorem præualere dictum fuit coram Vbaldo in *recentior. parte* 4. *tom* 2. *decis.* 428. à qua decisione quamuis tecessum fuerit 31. Ianuarii proximi præteriti coram me , hodie tamen ablatis depositionibus testium in Rota olim exhibitis, aliisque circumstantiis inferiùs deducendis ad prius decisa coram Vbaldo DD. redierunt.

Etenim procedendo cum sensu preteritę decis. coram me, atque admittendo, quod donatio facta absenti, stipu-
lante Notario , sit irreuocabilis ex parte donantis, † qui 1
tenetur expectare donatarium , qui acceptet , quo posteà non acceprante , neque expressè , neque tacitè ex scientia ipsa donationis in se collatę , quę sufficit in donatione lucratiua , & nullatenus onerosa , posse interim donatorem alteri donare , qui posterior donatarius, cui tradita fuit res , videlicèt verè , vel fictè per clausulam constituti pręfertur Priori donatario, cuius fauore hac non concur-
rente † remaneret ei sola actio personalis aduersus dona- 2
torem ad id , quod interest ratione rem alteri donatam fuisse ex regula *text. in l. quoties C. de rei vindic.* cum concordan. in decisione rela:is

Adhuc dicebant Domini ex nouiter in facto animaduersis scientiam prioris donationis , illiusque ratificationem insurgere insimul ponderando , quod versamur in merè lucratiuis inter sanguine coniunctos cum diuturno temporis lapsu , & quod magis vrget constitutum fuisse ad insinuandam , & ad capiendam possessionem bonorum in Procuratorem Franciscum alterum filium Pieroctii prioris donatarii , qui Procurator , & filius tanto temporis spatio pręsumitur Patrem de donatione certiorasse , &
cum posederit bona donata, † insurgit possessio bonorum 3
donatorum , & ratificatio contractus, prout in ipsa donatione facultas ei data fuerat *Summario de Moricis numero* 1. *& seqq.* vt in proposito planè deducunt Roland *cons.* 19. *ex numero* 44. *vol.* 1. Surd. *decis.* 111 *numero* 13. *&* 14. Thesaur. *decis.* 70. *nu.* 12 *& seqq. Clar.* §. *donatio quæst.* 13. *sub n.* 3

Non obstat , quod Franciscus filius Pieroctii donatarii posederit bona controuersa titulo familiaritatis, quia cum ea posederit viuente Cicchodonante , & Prospero eiusdem donantis fratre , quo mortuo semper continuauit
possidere , † id certè referri non potest nisi ad titulum prę- 4
ambulę donationis, qua seclusa Ludouicus eiusdem Francisci Frater , & secundus donatarius non permisisset fratrem possidere ex ratione *text. in l. cum de indebito ff. de probat.* cum concordan.

Quo verò ad aliud fundamentum meę decisionis , quod nempe instrumentum huius prioris donationis esset informe , tollebatur pariter ex facto , quia fuit extractum ex Protocollo legaliter conseruato , & des-

ab eo causam habens, illud Domini non habuerunt
7 in consideratione † tamquam extra dubium restrictum ad donationes, & an ius adeundi hæreditatem Prosperi fratris sub secunda donatione Cicchi comprehendatur, quod ex prædictis, atque ex aliis deductis in præterita decisione coram me, quæ adhuc Dominis placuerunt, negatiuè resolutum fuit.

Et ita vtraque parte informante decisum.

Altera immediata decisio est in eadem causa, licet diuerso articulo, cuius in calce etiam concordantes notantur.

R. P. D. VICECOMITE.

Barchinonen Diuortii.

Veneris 11. Decembris 1676.

ARGVMENTVM.

Causa Phthisis vxor à viro diuerterat, non sua leuitate, sed iudicio Episcopi, & penes matrem confugerat; cumque maritus eam sibi restituendam esse prætenderet, vel in alio loco tuto sequestrandam, in Monasterio retineri demandatur, ad explorandam suam voluntatem, an voluerit separari à viro, vel ne, quia causæ sufficientes adesse videbantur, tum propter morbum, tum propter adulterium à marito commissum.

SVMMARIVM.

1 *Mulier diuertens à viro, non sua leuitate, sed iudicio Episcopi, & Ecclesiæ, ad illum redire non cogitur.*

2 *Iudicium agitatum contra non citatum, remanet nullum*

3 *Sequestrum vxoris si non impugnauit maritus, sed tantum locum illius, ipsum dicitur approbare, & numero 4*

4 *Maritus dicitur renunciasse possessioni recipiendi ab vxore obsequia matrimonialia, si illa sibi à iudice sequestrata, solum locum sequestri impugnauit.*

5 *Sequestrum dicitur approbatum, si illius locus tantummodo impugnatus sit.*

6 *Sequestrum censetur approbatum, si ab eo appellatum non sit.*

7 *Vxoris recessus à viro facta, etiam sine probationibus, iudicio tamen Ecclesiæ, est valida, si probationes sint in promptu.*

8 *Probationes dicuntur in prompta, quando terminus ad probandum non petitur prolixus, sed qualis congruit in iudicio.*

9 *Testes contra inducentem plenè probant.*

10 *Vxor potest diuertere à viro ex causa Phthisis, siue etiam ex lue venerea, & supra à num. 1 & per totam.*

11 *Adulterium est legitima causa recessus vxoris à viro.*

12 *Adulterium ad probandum, quia fit in abscondito, admittuntur etiam præsumptiones vrgentes, & circumstantiæ eidem adulterio propinquæ.*

13 *Separatio thori non conceditur, nisi morbus sit contagiosus, vel adulterium sit notorium.*

14 *Vxoris sequestratio à viro ex quibus probationibus concedatur, iudicis arbitrio remittitur.*

15 *Vxor, durante lite super diuortio, cum viro cohabitare non tenetur & quando num. antecod. & seqq.*

16 *Vxor quo in loco sequestrari debeat, pendente lite super separatione thori, residet in arbitrio iudicis, & num. seqq.*

17 *Sequestri locus in vxore diuertente à viro, plerunque Monasterium est, & quare.*

DECISIO DCCCI.

QVONIAM propter Phthisim, quæ in Antonio viro dicebatur, sensim obrepere ab eius consortio Maria Gratia vxor ad matrem diuertit, duorum proposui: An pendente causa diuortii; eadem mulier teneatur cum viro cohabitare, quod fuit negatiuè resolutum

Recessit namque consulto Reuerendissimo Episcopo, qui penes matrem sequestrandam esse decreuit, quare cum non leuitate sua, sed iudicio præcedente Ecclesiæ mulier, à viro declinauerit, † ad eundem redire cogi non debet, *glos. vlt. in can. Agathosa 27. quæst. 2. & can multorum 35. quæst 6. cap. de illa, & ibi glos. Abb. & Canonistæ de diuort.* 1

Neque ex eo, quod ad actum interpositionis decreti, † non fuerit citatus vir, dici debet iudicium nullum per *leg. de vnoquoque ff. de re iudic.* Quia cum postea citatus, & ad illius notitiam deducto decreto, illud simpliciter, non impugnauerit, sed dumtaxat institerit, mutari locum sequestri, ne penes matrem eius vxor seduceretur, † dicendum est, an substantia approbasse sequestrum, licet fuerit ab eo in accidentalibus impugnatum, † & ita renunciasse possessioni, exigendi matrimonialia obsequia, vt firmat Rota coram Bich. *decis. 31. numero primo & 2. cum seqq* & licet exinde præseruata viro dici possit via prosequendi causam, super mutatione loci sequestri, † non tamen dicendum est ei non placuisse sequestrum ipsum per *reg. quod semel de reg. iur. in 6* & dum ab eo imposterum non appellauit, verum etiam erit dicere, quod illud approbauerit *R. P. D. Fagnan in cap. ex literis numero 14. de diuort.* 2 3 4 5 6

Quemadmodum etiam, nullo defectu laborat iudicium istud Ecclesiæ ex eo, quod præcedenter, non fuerint probatæ causæ recessus, † quia sufficit, quod fuerint in promptu Innocent. *in cap. significasti numero 2. & ibi* Hostiens & Io. Andreas *vterque numero 4. de diuort.* In promptu autem esse dicuntur, quando terminus ad probandum non petitur prolixus, † sed qualis congruit ordini iudiciali, Abbas *in cap. literis numero 6. & ibi* Butr. *numero 14. de restitut. spol.* cum autem successiuè expeditæ fuerint literæ Remissoriales, & illarum vigore Medici vtrinque examinati super morbo Phthisico Antonii ex eorum depositionibus causa remanet satis probata, quia licet discrepent in qualitate morbi, nihilominus sequendo etiam sententiam Medicorum pro viro inductorum, qui contra † eum probant Add. ad Gregor. *decis. 215. numero 9. circa med.* Rota coram Bich. *decis. 214 numero 18. in Senogallien. Prædii 27. Februarii 1673. §. neque verisimilis coram me*, cum isti fateantur, quod vir non afficitur quidem Phthisico morbo, sed tamen lue † venerea, hæc est causa sufficiens mulieri declinandi à viro, vt ex optimo cons. Natt. 24. *per tot.* respondit Rota *decis. 49. numero 3 et seq. parte 4. tom. 1 recent.* 7 8 9 10

Rursus vigore earundem remissorialium probata fuit altera causa recessus, adulterium nempe viri † quod pro legitima causa admittunt Sacri Canones, *vt in cap. significasti, cap. ex literis cap. gaudemus*, & in omnibus notant Canonistæ *de diuort.* & in facto probant, quam plures testes, qui deponunt de adulterio in genere, & ex his alii nuncupatim specificant, tres mulieres, cum quibus se commiscuit Antonius vir constante matrimonio, indiuiduant loca commissi adulterii, frequentes ad eas accessus narrant, & præstita eisdem alimenta, & inter alios testes vnus familiaris deponit, se vidisse, Antonium cum altera, ex nominatis mulieribus iacentem, & ex eis duæ de facto proprio deponont se fuisse ab eo impudicè cognitas, omnesque testes demum concludunt notorietatem adulterii, & de eo vocem publicam, & famam vigere, cum autem versemur, in iudicio ciuili separationis thori, & agatur de actu turpi, qui in abscondito geritur, † ad quem probandum admittuntur etiam præsumptiones vrgentes, & circumstantiæ adulterio propinquæ Rota *decis 95. numero 12. et 13. parte 2. diuers. coram* Seraph. *decis 262. numero 2. in recent decis. 49 numero 3. parte 4 tom. 1.* pro sufficientibus probationibus visæ sunt Dominis in casu de quo quæritur. 11 12

Et quamuis contra testium inductorum qualitatem, eorumque dicta multa fuerint opposita, quibus stantibus

subdebatur, non resultare probationem morbi contagiosi, nec adulterij ita notorij, quod nulla tergiuer-
13 satione occultari possit † prout in separatione thori requiri refert ex aliquorum sententia, Sanch. *de matrimon tit. de diuort. disputat.* 12. *numero* 13. de his tamen exceptionibus, hic non fuit opus inquirere, quia cum non agatur de præiudicio viro, per separationem thori perpetuo inferendo, sed dumtaxat, de sequestrando
14 mulierem, † Domini quorum arbitrio, remissum est, in hisce casibus dignoscere probationum efficaciam, iuxta *text. in cap.* 27. *de testibus in fin.* & pluribus aiijs alleg. dixit Rota coram Arguell. *decis.* 8 *numero* 58.
15 censuerunt huc vsque deductas exuberare, † ne vxor teneatur cum viro pendente lite cohabitare, vt notant Butrius *in d. cap. significasti de diuort.* reiectis contrariis ad caosæ latiorem discussionem super meritis.

Cum igitur ex his amplius non dubitaretur, quin mulier esset sequestranda, deductus est in quæstionem
16 locus sequestri, † qui cum remittatur arbitrio iudicantis, Rota coram Duran. *decis.* 262. *numero primò & in Neapolitana separationis thori* 5. *Iulii* 1660. §. *nihilominus* §. *fin. coram Eminentissimo Cerro*, & Domini aliqualem sumum habuerint, de propensione mulieris
17 reducendi ad virum, † ideo arbitrati sunt, in Monasterio esse sequestrandam, vt ei sit facta libertas, animum suum aperiendi, prout in his casibus solet seruare Rota, vt coram Pen. *decis.* 497. *& decis.* 439 *coram* Buratt. *decis.* 386. *& decis.* 684. *& in Leodien. matrimonii* 3. *Iunii* 1665. *coram Eminentissimo Cerro*, & in aliis passim.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Romana Fornacis.

Lunæ 14. *Decembris* 1676.

ARGVMENTVM.

Manutentio à duobus possessoribus inuicem prætensa, & diuersimode etiam à Iudice data, hic solùm vltimo possessori conceditur, habenti pro se duas sententias conformes, à Signatura approbatas, vbi possessio alterius spoliatiua visa est, & à suo Iudice ideo simpliciter concessa, quia etiam Prædo est in sua possessione manutenendus; Rursus, quia de retentione opponebatur, illa quoque denegatur, tum quia res ad eius manus deuenerat ex alio credito, tum etiam, quia d. creditum remanebat illiquidum; & adhuc ex longa taciturnitate præsumebatur esse solutum.

SVMMARIVM.

1 *Possessor dicitur habuisse se pro spoliato, si alium longo tempore possidere permisit*
2 *Hæres creditor defuncti censetur sibi per imaginariam solutionem appropriasse tot bona hæreditaria pro suo credito æquiualentia, & vid. numero* 13. *cum seqq.*
3 *Diuisio præsumitur inter fratres, si bona paterna pro diuiso possederunt.*
4 *Retentio pro vero credito quatenus possessori concedatur, si res aulliter ad sui manus deuenerit ex spolio iudiciali nullo, & attentato.*
5 *Manutentio possessori conceditur, qui etiam habeat sententias pro se à Signatura approbatas ex clausula, sine præiudicio, & num* 12.
6 *Possessor legitimus dicitur, qui iudicis auctoritate possidet.*
7 *Possessio capta non citato possessore non est manutenibilis, sed spoliatiua.*
8 *Reintegratio non competit illi, qui iniustè, & illegitimè possidet.*
9 *Possessor spoliatus à iudice debet agere in petitorio pro reuocatione sententiæ, nec ei competunt remedia possessoria.*
10 *Possessio illegitima non dicitur approbata, etiam si iudex possessori manutentionem concesserit.*
11 *Prædo adhuc in sua possessione manutenendus est.*
12 *Possessor ille manutenendus est, qui fuit approbatus à iudice, ac etiam à Signatura Iustitiæ, & numero* 5.
13 *Hæres pro suo credito non potest sibi appropriare bona hæreditaria pro portione aliorum cohæredum.*
14 *Solutio imaginaria super possessione fundatur.*
15 *Creditor, etiam si sit hæres sui debitoris, non tamen potest appropriare sibi bona pro suo credito, absque facto iudicis, & citatione interesse habentium*
16 *Retentio non datur pro vero credito, si res ad manus debitoris deuenit pro alio credito.*
17 *Retentio possessori non datur pro alio credito, si ille fructus restituere teneatur.*
18 *Creditum, quo ex fructibus perceptis effectum fuit illiquidum, est inefficax ad retentionem consequendam.*
19 *Creditum pro retentione obtinenda debet esse adeo liquidum, & clarum, vt nullo modo de eo dubitandum sit.*
20 *Dos, & aliud quodcunque creditum præsumitur solutum ex diuturno silentio* 45 *annorum, & numero* 21.
21 *Creditum eo magis præsumitur, solutum ex silentio diuturno, si creditor adhuc immissionem obtinuerat.*

DECISIO DCCCII.

IMPLEXA videbatur ex facto quæstio, quæ controuertitur inter Cintium, & Archihospitalem, seu Ecclesiam S Mariæ Consolationis de Vrbe

Decessit enim Io: Baptista Monti relictis post se quatuor filijs, Gaspare, Petro, Francisco Maria, & Cintio; Gaspar, & Petrus hæreditatem paternam adiuerunt nomine etiam aliorum fratrum tunc impuberum cum beneficio legis, & inuentarii, in quo descripserunt etiam controuersam fornacem, quam Io. Baptista eorum Pater pretio acquisiuerat.

In possessione huius fornacis stetit Cintius pro tribus partibus ex quatuor, sua scilicet vna, altera ex testamento Francisci Mariæ, qui eum in testamento fecerat hæredem, altera demum ex persona Petri, cui ab intestato successerat, de qua possessione concludenter deponunt testes *Summ Cintii num.* 2.

Gaspar vnus ex fratribus Dariam Fanam duxit vxorem superstite adhuc Ioann: Baptista Patre cum dote scut. 500. quam, & Pater recepit, & assecurauit super bonis suis in euentum restitutionis cum clausula *constit: et*. Ex hoc matrimonio nata est Auna Maria, quæ, & ipsa testamentum condens, cum quo etiam decessit, hæredem fecit Agapitum eius filium, eique decedenti sine filiis substituit in domo contigua fornaci Ecclesiam, seu Archihospitalem S. Mariæ Consolationis, cum onere celebrandæ vnius Missæ pro eius anima qualibet hebdomada.

Hospitale cum factus esset locus substitutioni, huic innixum titulo, possessionem occupauit non solum domus sibi legatæ, sed etiam fornacis, nullo præuio Iudicis mandato; sed citato sub inde Cintio mandatum obtinuit ab A. C. Areosto de manutenendo anno 1657. 3. Iulii, & perstitit in possessione vsque ad annum 1670. cum Cintius se petiit reintegrari ad possessionem fornacis, & sententiam retulit ab A. C. Panciatico fauorabilem, quæ etiam à R. P. D. de Totis confirmata fuit

Hospitalis defensores adierunt Signaturam, quæ rescripsit cum clausula *sine præiudicio duarum conformium*, commissaque mihi causa, proposui hodie dubium, an, & cui sit danda manutentio, seu reintegratio.

Informantes pro Hospitale dandam ei manutentionem asserebant, quia illud per mandatum A. C. Areosti legitimam possessionem obtinuit, excluso Cintio, qui se
habuit pro spoliato, † ex quo passus est Hospitale per 1
longum tempus possidere, & pensiones exigere, *l. clam possidere* §. *qui ad nundinas ff. de acq poss.* Seraph. *decis.* 1176. Rot. *decis.* 316. *numero* 1. *part* 4. *recent. & apud Post. decis.* 89 *num.* 2. *de manut. Vladislauien manutentionis* 1. *Iulii* 1644. *coram Reuerendissimo Imolen.*

Et eo fortius, quia Hospitale repræsentat Annam Mariam testatricem, quæ succedit in iuribus Gasparis Genitoris sui, Gaspar verò in hæreditate Io. Baptistæ Patris, non solum habebat portionem vti hæres, sed insuper

super erat creditor Patris scut. 500 ex causa dotis Dariæ,
2 quam ipse Io. Baptista Pater receperat, † ideoque Gas-
par censetur sibi appropriasse reliquas partes fornacis,
quæ erant minoris etiam valoris, quam esset creditum
suum dotale, idque per imaginariam solutionem Ma-
rescott. *var. resol. lib. 1. cap. 37. num. 2.* Seraph. *decis. 967.
in princ.* Rota coram Gregor *decis. 67. & ibi* Adden *num.
16. & in rec. decis. 127. num. 11. part. 7.* Otthob *decis. 47.
num. 15.* cum alijs allegatis in *decis. 332. numer 8. part. 13.
recent.* Cui appropriationi, & reliqui fratres censentur
consensisse, quandoquidem habuerunt, & diu possede-
3 runt alia bona paterna, † adeout, & inter ipsos præsu-
mitur diuisio Gabr. *conclus. 1. n. 28. tit. de præsumpt.* Mas-
card. *conclus. 527. n. 1.* Menoch *de præsumpt. lib. 3. præsumpt.
3.* Vasquius Illust. *lib. 2. cap 61. nu. 27.* Michel. *de fratribus
par. 3. cap. 42. nu. 23.*

Addebant demum, quod etiamsi hæc appropriatio
non admitteretur, negari tamen non posset, quin Hos-
pitali competeret retentio ex vi dicti crediti dotalis An-
4 næ Mariæ testatricis, † cum nullitas immissionis non
pendeat à spolio violento, & attentato, sed iudiciali
Surd. *dec. 46. num 7.* Caual. *decis. 539. numer. 7.* Rot. co-
ram Bichio *decis 547. nu. 16. & in rec. dec. 140. n. 1. par. 13.*

Quibus nihil morantibus, DD. manutentionem de-
bitam Cintio resoluerunt, ex aperto nimis fundamen-
to, quod Cintius possessionem fornacis fuit adeptus vigo-
5 re duarum sententiarum, † quæ canonizzatæ fuere à
Signatura per rescriptum *sine præiudicio duarum confor-
6 mium*, † ideoque legitimè possidet *l. iuste possidet ff. de
acq. poss.* Postius *de manut. obseru. 12. nu. 11. & seqq.* Rot.
dec. 310. nu. 24. par 13. rec. & fuit dictum in *Tudertina Bo-
norum 20. Aprilis 1676. coram R. P. D. meo Taia.*

Qua stante legitima possessione, frustra nomine Hos-
pitalis petitur reintegratio; qualiscumque enim sit illius
7 possessio, legitima dici non potest, sed spoliatiua, †
vtpote obtenta non citato Cintio possessore, ac pro-
8 inde illi tanquam iniustè † possidenti non competit re-
integratio Rot. *decis. 2. vt lit. pend. in nou. & ibi* Add. *&
decis. 2. de rest. spoliat.* pariter *in nou.* Seraphinus *dec. 777.
numer. 7.* cum alijs relatis in *decis. 422. numer. 1. coram
9 Dunozet. Iun.* sed si aliquid prætenderet, † agere debet in
petitorio ad reuocationem dd. sententiarum, vt late
prosequitur in *dicta Tudertina bonorum coram R. P. D. meo
Taia.*

Et quamuis eidem Hospitali fuerint concessa manu-
tentio ab A. C. Areosto, attamen hæc non suffragatur,
supposita enim occupatione possessionis ab eo primitus
10 facta non citato Cintio, † stare potest, quod A. C. Areo-
stus sic decreuerit ex vulgata regula, quod etiam prædo
11 † manutenendus est in sua possessione *cap. licet Episco-
pus de præben. cap. volumus 16. qu. 4. c. in literis de rest. spo-
liat. l. fin. C. de re iudic. Post innumeris congestis obseruat.
42 nu. 13. de manut.* Et eo minus est attendenda, quo ex
parte Cintij intentato iudicio ordinario reintegrationis,
12 eam solenniter obtinuit cum approbatione signaturæ †
inde tollitur fundamentum primum, & ipse est manute-
nendus ad tradit per Posth *de manut. d. obsera. 12. à nu. 1.
cum seqq.* Rot. *md. dec. 310. n 24. par. 13. rec.*

Atque etiam excluditur appropriatio, seu imaginaria
solutio, quæ afferebatur pro secundo fundamento no-
mine Hospitalis; Esto enim, quod Gaspar tamquam hæ-
res beneficiatus Io. Baptistæ Patris, potuerit sibi pro suo
13 credito appropriare portionem fornacis sibi spectantis, †
hæc tamen appropriatio cadere non poterat in portiones
aliorum fratrum, ab ipso Gaspare non possessas, cum ima-
14 ginaria solutio † super possessione fundetur Marescott.
var. resol. cap. 37. n. 14. & seqq.

Accedit insuper, quod quando agitur de appropriatio-
15 ne alicuius particularis corporis, † hæc fieri non potest si-
ne aliquo iudiciali actu, præuia citatione interesse haben-
tium, vt inquit Bald. *ad l. debitori num. 1 C. de pact.* iux-
tà formam statutam *in l. à Diuo Pio §. super rebus ff. de re
iudic.* Marescott *dicto capit 37. numero 3* Rot. latè *dec. 332.
à numero 3. par. 13. recentior. & decis. 247. num 4 & seqq.
par. 14.*

Neque admitti potest, quod cessante etiam appropria-
tione, seù imaginaria solutione, adhuc tamen Hospitali
nulliter immisso competat retentio; nam præterquam
quod non constat de immissione, & illa deducta ex decreto
de manutenendo ab Hospitali obtenta ab A. C. Areosto,
prodesse non potest, cùm non appareat concessa præcisè
pro credito dotis Dariæ Matris Annæ † Mariæ, pro quo 16
solo credito intraret retentio, iuxtà distinctionem Bart.
in l. si non sortem 26. §. si centum sub num 8. ff de cond. indeb.
Rot. *dec. 539. num 4* coram Caualer. *& in recent. decis. 23.
n. 2. & 394. num. 12. par. 14* Corruit fundamentum, quia
cùm nulliter immissus teneatur restituere fructus, † d. 17
creditum Hospitalis diceretur factum illiquidum, † & 18
per consequens inefficax ad retentionem *l. fin. C. de com-
pens.* Grat. *discept. for. cap. 734. num. 15. & seqq.* Rot. co-
ram Royas *dec. 191 nu. 2. & seqq.* & coram Bich. *dec. 547.
nu. 15. & dec. 775. num 4. par. 15. rec.* Cùm ad effectum re-
tentionis creditum debeat esse adeò liquidum, & clarum, † 19
vt de eo ambigi nullo modo possit, *d. l. vlt. & ibi DD. C. de
compens.* Rot. *dec. 140. nu. 2. in fin. part. 13. rec. & dec. 200.
par. 14. pariter recent.*

Præcipuè cùm creditum dotis Dariæ Matris Annæ
Mariæ videatur peremptum, quia siue istud considere-
tur tamquam dotale, siue vti proprium patrimonium
Annæ Mariæ hæredis Dariæ, † solutum præsumitur 20
ex diuturno silentio quadraginta quinque annorum, Me-
noch. *consil. 457 num. primo*, Bertaz *consil ciuil. 118. num.
6. cum seqq.* Surd. *decis. 105. num. 4.* Mantic. *decis. 370. num.
2. circa fin.* Buratt. *decis. 98. num. 2.* cum alijs relatis per
Dunozett. Iuniorem *decis. 823. numer. 6.* Et eò clariùs in
hoc casu, in quo vsque de anno 1629. d. Anna executio-
nem † obtinuit super quadam domo Ioannis Baptistæ ad 21
dotis restitutionem obligati, vt in terminis longè minori-
bus considerat Rota pluribus congestis coram Merlin. *dec.
125 n. 13. in fin.*

Et ita vtraque Parte &c.

REVERENDISSIMO DOMINO ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana, seù Albanen bonorum.

Lunæ 14. Decembris 1676.

ARGVMENTVM.

Insufficiens visa est responsio data positionibus per verbum non recordari, vel per relationem ad instrumentum, & ideò respondens nouiter respondete compellitur, quia illa non recordari admitti non poterat in facto proprio, & notabili, quamuis obliuio decennalis adduceretur, cùm hæc esset interrupta per litem, quæ memoriam excitauerat; Relatio verò ad instrumentum, & ipsa etiam erat inepta, cùm fuisset interrogatum, qua mente, & intentione possessio eiusdem instrumenti fuisset sequuta.

SVMMARIVM.

1 *Positionibus non benè respondens, iterum cogitur responde-re, & num. seqq.*

2 *Responsio data positionibus per verbum* non recordari, *non admittitur in facto proprio, & notabili, & num. 14.*

3 *Obliuio in facto proprio, & notabili non est probabilis. & num 15.*

4 *Responsio insufficiens data positionibus, non liberat respondentem à magis præcisa responsione. & num. 16.*

5 *Obliuio præsumitur per decennium. sed limita vt numer. seqq.*

6 *Lites interrumpunt præsumptionem obliuionis decennalis, & viuam memoriam conseruant.*

7 *Lites tùm propter molestias, tùm propter dispendia, quæ afferunt tenaciter menti litigantium inhærent.*

8 *Litigantes multoties ducunt insomnes longissimas noctes.*

9 *Memoria per actus intra decennium insurgentes, & reflexos renouata, non labitur. & n. 15. & 16.*

10 *Emptio dicitur facta pro se, non autem pro persona nominanda, si emeas bona possedit vti propria fructus collegit, & alios dominicales actus fecit.*

11 Res-

11 *Responsio data positionibus, respondentem possedisse ad formam instrumenti, non suffragatur, & quando i*
12 *Responsio positionum, quæ non releuat ponentem ab onere probandi, non suffragatur.*
13 *Positiones fuerunt inuentæ, ad hoc, vt partes releuentur ab onere probandi.*
15 *Obliuio non præsumitur per decennium, si intra illud memoria per lites fuit excitata, & viua remansit.*
16 *Respondens, prætextu obliuionis, nouam responsionem euitari non potest, & quando, supra à num. 2.*
17 *Respondens insufficienter positionibus, licèt denuo respondere cogatur, intelligitur non de singulis positionibus, sed de ijs solùm, quibus non benè satisfactum remansit.*

DECISIO DCCCIII.

NON constare de sufficienti responsione data per
Magdalenam positionibus infra exprimendis Rota
censuit, & consequenter illam teneri magis præcisè res-
pondere, nam quando per responsionem datam Iudex,
& Ponens non certificantur de propositione contenta in
1 positione, † debet respondens compelli ad respondendum
magis præcisè, Ridolphin. *in praxi part. 1. cap. 10. num 76.*
Michal. *de posit. cap. 39. n. 6.* Rota *dec. 882 per totam* coram
Buratt. *& dec. 383. par. 14. recent.*

Etenim in tertia, & tribus sequentibus positionibus
continetur Aloysium Ponentem anno 1661. non agnouis-
se Magdalenam, illique nullum mandatum dedisse ad
emendum pro ipsa bona, de quibus agitur, propterea non
2 fuit habita pro sufficienti responsio data † his positionibus
per verbum, *non recordari*, cùm in huiusmodi facto pro-
3 prio, & notabili, † obliuio non sit probabilis, ad tradita per
Rotam *in Romana fideicommissi Prosperi de Caffarellis pri-
ma Decembris 1673. §. non obstat coram bon. memor. Priolo*,
4 ideò talis responsio † non liberat respondentem à magis
præcisa responsione per verbum credit, vel non credit, Pi-
gnat *glossator Statuti Ferrarien. tom. 1. rubr 47. sub n. 33. ver-
sic. certè non satis*, Rota *dec. 846. sub n. 2. par. 4. diuers.*

Nec visa fuit allegabilis excusatio desumpta ex lapsu
5 decennij, † per cuius cursum desumi obliuionem dicit
post Menochium, & alios Michal. *de positionib. cap. 34.
à num. 7.* quia motiuum tollitur ex facto non enim agitur
de re intricata, quæ per integrum decennium conquieue-
rit, itaut illo durante, nihil actum, aut dictum fuerit,
sed statim emptione completa, subortæ fuerunt lites, quæ
6 sicuti decennium interuerterunt, † ita quoque dici de-
bent, quod viuam memoriam huius facti conseruarunt
Magdalena, cum lites vt plurimùm tùm propter mole-
7 stias, † tùm propter dispendia, quæ afferunt, adeò tena-
8 citer hæreant menti litigantium, † vt multoties miseri
propter illas ducant noctes insomnes, vt ad rem exornat
Galerat, *de renunciat. renunciat. 18. num 2. & sequentibus
centur. 1. to. 2.* vnde sequitur, quod per actus reflexos fa-
9 ctos occasione litis motæ intra decennium, † memoria
fuerit renouata, & non lapsa, Felin. *in capit. in nostra de
rescript.* Barbat. *consil. 29. n. 16. in fine lib. 1.* & dixit Rota *in
Romana Societatis 23. Iunii 1670. §. obliuio cor. me, & in
Cauallicen. testamenti 28. Martii 1672. §. pariter, & 1. De-
cembris 1673. §. data igitur coram me.*

Quo verò ad septimam, & octauam similiter non fuit
congruè responsum, quia cum in his ponatur Magdale-
nam à die emptionis de anno 1661. vsque ad annum
1667. possedisse bona vti propria, & fructus collegisse,
10 aliosque actus dominium importantes gessisse, † ex qua
obseruantia cum oriatur materia sufficiens suspicandi, ip-
sam emisse pro se, non autem pro persona nominanda
per ea, quæ notant Marta *consil. 143. nu. 21.* Surd. *dec. 325.
n. 14.* Hermosill. *in addit. ad l. 48 tit. 5. part. 5. glos. 1. nu. 6.
versic. si emptio sol. 215.* ideò non fuit bona responsio, quod
11 ipsa possederit ad formam instrumenti, † nam Aloysius
prætendit Magdalenam pro se, non autem pro ipso emisse,
12 & sic talis † responsio eum non releuat ab onere probandi,
13 † ad quem finem fuerunt adinuentæ positiones iuxtà tex-
tum *in cap. statuimus de confess. in 6.* cum alijs plenè cumu-
latis per Michalor. *de posit. cap. 39 n. 3. & in dec.* edita in
hac causa super admissione positionum prima Iulij proxi-
mè præteriti coram me.

Similiter non visa fuit sufficiens responsio data posi-
tioni nonæ, & sequentibus, vsque ad decimam quar-
14 tam inclusiuè per verbum *non recordari*, † quia cum in il-
lis positum fuerit venditionem horum bonorum cum
ipsa Magdalena fuisse ceptam tractari pro Aloysio ab An-
gelo Iardino, qui negotium conclusit, proindè illam rei
tam † notabilis, cuius memoria per lites intra decen- 15
nium excitata, viua remansit, non est probabile fuisse
oblitam; ideò non valet sub prætexto obliuionis † euita- 16
re nouam responsionem affirmatiuam, vel negatiuam
per verbum credit, vel non credit, attento præ-
sertim Statuto Vrbis *lib. primo capit. 68.* cum alijs
per Rotam *in d. Romana fideicommissi Prosperi de Caffa-
rellis prima Decembris 1673. §. cum enim coram bonæ memo-
riæ Priolo.*

Et ita prædictis positionibus dumtaxat responsionem
dari debere, † non autem alijs, quibus satis respon- 17
sum fuisse Domini existimarunt, vtraque parte infor-
mante.

Supra in hoc eodem tomo 2. adest altera præsentis causæ decisio, quæ hic confirmatur sub die 1. Iulij præterit, quæ ibi est in ordine 783.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Forolivien. Legati Doctoratus.

Lunæ 14. Decembris 1676.

ARGVMENTVM.

Legatum Doctorale à duobus concurrentibus inuicem oppugnabatur, sed neutri deberi deciditur; non primò, quia ille iuxtà Testatoris præceptum non studuerat septennio ab eo demandato; minus etiam alteri, quia cum idem Testator duo legata promiscuè reliquerit, primò studentibus, deindè Doctoribus, vnum erat præparatorium alterius, & ideò non debetur illi, qui licèt Doctor, non tamen studendi legatum per antea assecutus erat.

SVMMARIVM.

1 *Extrema probare non sufficit, vt inde media præsumantur, vbi quis certum tempus continuum probare tenetur, & num. seqq.*
2 *Studijs qui certo, & determinato tempore vacare tenetur, principium, & illius prosequutionem per annos singulos ostendere debet.*
3 *à Termino ad quem non licet arguere ad terminum à quo, & quando.*
4 *Doctoratum ad obtinendum sufficit studuisse per quinquennium.*
5 *Extrema non sufficiunt vbi testator non solùm de extremis, sed etiam de medijs fuit sollicitus.*
6 *Voluntas testatoris iuxta modum ab eo ordinatum adimpleri debet.*
7 *Præsumptionibus non est locus, vbi de veritate apprimè constat.*
8 *Legato pro studijs incumbendo relicto, renunciare videtur, qui Canonicatum assequitur.*
9 *Canonicatus residentiam requirit tam ex dispositione Concilij, quàm ex onere Missarum illi iniuncto.*
10 *Onus personale assumens renunciat legato in alio loco residentiam requirens.*
11 *Residere nemo potest eodem tempore in duobus locis inuicem diuersis.*
12 *Incompatibilitas beneficiorum etiam ad prophana adaptatur, vbi eadem viget ratio.*
13 *à Residentia beneficij æquè dispensatur à Papa, & à S. Congregatione Concilij.*
14 *Residentiæ beneficii dispensatio post Doctoratum, vel ad decennium difficiliter obtinetur, aut etiam impossibilis reputatur*
15 *Legatum à testatore studenti continuari ordinatum post doctoratum, non consequitur, qui prius ad studendum non fuerat admissus, & nu. seqq.*
16 *Verbum dicti sunt demonstratiua, & repetitiua simul.*
17 *Legata duo à testatore relicta, vnum post alium, tamquam præparatorium, & præparatum mutua relatione censentur relicta.*

18 *Ver-*

18 *Verbum* inceperit *appositum in legato, denotat principium, sine quo illud consequi non potest.*
19 *Turnis duobus à testatore relicto legato, non nisi consumpto primo, fit locus secundo, & quomodo.*
20 *Studia pro tyronibus dedicata, & ad instructionem, & progressum directa, non conceduntur instructis, ac peritis.*
21 *Doctoratus antiquior & ætas grauior non suffragatur, si ad illa testator non respexit.*

DECISIO DCCCIV.

SYLVIUS Torellus senior familiæ suæ decori, & posterorum commodo, ac dignitati prospiciens, insigne legatum in testamento reliquit, volens, vt ex fructibus terrarum emendarum per septem annorum spatium continuum, singulis annis dentur scut. 200. pro qunlibet duobus descendentibus ab Equite Titio, Io. Baptistæ, & Lelio de Torellis nepotibus ipsius Testatoris ex duobus fratribus, & alia scuta 200. vni ex descendentibus per lineam masculinam à Doctore Iacobo Bisulchio, qui descendentes debeant dare operam legibus, & re vera studeant in aliqun ex Gymnasijs, & publicis studijs Italiæ per septennium continuum, & interim nec in Patriam vnquam redire possint, ex quauis causa sub caducitatis pœna, & amissionis legati.

Addendo prætereà, quod si quis ex ijsdem Scholaribus post adeptam Doctoratus lauream, vellet se conferre Romam, & sequi Romanam Curiam, eidem per decem alios annos ministrentur omnes dd. fructus, & interim in electione Scholarium super sedeatur, & sic in electione Scholarium successiuè procedatur.

Anno 1666. admissi fuerunt tamquam Scholares ad legatum Sebastianus, & Franciscus germani fratres de Torellis descendentes à Io. Baptista, illudque à Syluio iuniore hærede mediato Syluij senioris præstitum fuit, & cùm Franciscus Lauream Doctoratus, in Archigymnasio Almæ Vrbis adeptus esset, institit coram A. C. Panciatico, & petijt per eundem Syluium iuniorem continuari sibi legatum, omnesque fructus respectiuè præstari ad decennium iuxta Testatoris mentem.

In hoc statu accessit ad causam Antonius Torellus, intendens nedum excludere Franciscum à legato per decennium, sed imò sibi legatum deberi, tamquam antiquiori Doctori, & A. C. mandatum relaxauit in fauorem Francisci, eumque absoluit ab imperitis, pronuncians ipsi deberi legatum, excluso Antonio, qui appellauit, & commissa mihi Causa per Signaturam cum clausula, *si quid exequendum*, proposui dubium: An mandatum sit iustum, & ad cuius fauorem exequendum; & Domini resoluerunt, iniustum esse, & neutri deberi legatum.

Non deberi Francisco, quia defecit in implendo Testatoris præceptu pro consecutione legati, nullum enim exhibet testimonium peracti studij legalis per septennium sicuti voluit Testator antecedenter impendi; † Necenim
1 intrat regula, quod probatis extremis, media præsumuntur, *c. inter dilectos, & ibi Scribentes de fid. instrum. c. nec cedeas, de conuers. coniug. gloss. ad c. per suas de condit. apposit.* Deficit siquidem extremum, à quo incepti legalis
2 studijs, † nec idem prosequutum per annos singulos, vt decet ostendere *l. cum in annos singulos 10. ff. quando dies legati &c.*

Et licèt afferatur terminus, & extremum, ad quod,
3 nempè collata Doctoratus † laurea, attamen septennium
4 ante impensum, indè arguere non licet, † cùm ad eam legitimè obtinendam sufficit quinquennij studium, ex *Iustiniano in proem. l. Iubemus, & ibi gloss. l. petitiones C. de Aduoc. diu. Iu.* Rebuff. *de priuileg. Schol. priuil.* 84 & vel non breuiori tempore, vixque salutatis à limine iurisprudentiæ studijs, non conferretur.

5 Et eò impensius non solùm extrema, † sed & maximè intermedia sunt attendenda quia Testator æquè de extremis, ac medijs se exhibuit sollicitus; ad studiorum enim exordium respexit, cùm inquit: *qui dent operam legibus*, & inferiùs: *inceperint dare operam legibus*, medium pressius iniunxit ibi: *qui verè studeant per dd. septem annos*, ipsumque voluit continuum, nec vllo modo interpollatum sub pœna priuationis, nec minus coronidem præscripsit,
6 ibi: *Post lauream assequutam voluerit ire Romam*, † quæ quidem omnia ordine suo præcisè veniunt implenda, *§. disponant, Auth. de nupt. l. in conditionibus ff. de condit.* neque enim præsumptionibus est locus, vbi de veritate apertè constat, *l. continuus §. cum ita ff. de verb. oblig.* notat Mantic *de coniect. vlt. vol. lib. 1. nu. 11.*

Accedit etiam Canonicatus adeptio facta per Francis-
cum, † quæ omnimodam exclusionem, seù renunciatio- 7
nem voluntariam legati inducere videtur, † residentiam 8
enim personalem requirit, non solùm ex decreto Sacro-
sancti Conc. Tridentini. † sed ex ipsius fundatione, qua 9
& assistentia in Choro, & vnius Missæ celebratio qualibet
hebdomada ad certum Altare in eadem Cathedrali iniun-
gitur, † vndè onus hoc personale assumens renunciare le- 10
gato intelligitur, cùm vtrobique † residere eodem tempo- 11
re non possit, *Clem Gratiæ de rescript.* quæ constitutio non
adeò strictè obtinet in beneficialibus, † quin etiam ad pro- 12
phana pertineat ex identitate rationis, quæ in incompati-
bilitate posita, est Bonifac. de Vitalin. *ad eand. Clem. n. 25.*
Valenz. *cons. 83. num 53. & seqq.* nec iuuari potest ex eo,
quod à Canonicali † residentia possit dispensari à S. Con- 13
gregatione Concilij, vel à Summo Pontifice, quia cum
huiusmodi dispensationes non soleant concedi ei, qui lau-
ream Doctoratus est iam adeptus, minusque ad spatium
decennij, per quod morari extra patriam ad obtinendum
legatum omninò tenetur, † huiusmodi dispensatio dicitur 14
de iure impossibilis, *l. Aphricanus 40. aliàs apud Iulianum*
§. fin. ff. de leg. 1. l. continuus §. cum quis l. inter stipulantem
§. sacram ff. de verb. oblig. Sanch. *de matrim. lib. 5. disput. 5.*
nu. 12. Pont. *de matrim. lib. 3 cap. 55.* & ex his Franciscum
ab assecutione legati excludi concludebatur, & manda-
tum ad eius fauorem relaxatum esse iniustum.

Minusque dicebatur relaxandum ad fauorem Antonij,
cùm in ipso deficiat qualitas præcipua à Testatore requisi-
ta, † quandoquidem legatum septennij non fuit consecu- 15
tus, quam sanè qualitatem Testator ex initio expressit,
& iterum repetijt in ijs verbis: *& si aliquis ex dictis Schola-*
ribus, quæ verba vtpote demonstratiua, ac repetitiua si-
mul operantur, vt legatum Doctoratus, seù decennij con- 16
sequi non possit, qui legatum septennale studij non fuit
adeptus, Menoch *consil. 177. n. 21.* Rota *dec. 307. n. 20. par.*
2. rec. quasi hæc duo legata se habeant † inuicem, ex Te- 17
statoris mente, tamquam præparatorium, & præpara-
tum, de quorum relatione mutua Menoch. *de præsumpt.*
lib. 6 præs. 8. nu. 11. & seqq. Adstipulantibus præsertim &
alijs verbis: *qui inceperit*, indicantibus † principium, sine 18
quo ad legatum Doctorale quis aspirare non possit, *gloss.*
ad c. cambiae versic. postmodum de ætat. & qualit. ordin.
præfic. ac si vnum legatum sit in præmium impensi labo-
ris, & quæsitæ habilitatis in altero.

Nec abre obseruabatur, quod etiam si Antonius lega-
tum septennij esset adeptus, adhuc non posset ad lega-
tum Doctoratus, & permanentiæ in Vrbe admitti; Cùm
enim Testator facto legato perpetuo Scholaribus, iusse-
rit, primis deficientibus, alios admitti, & ex his Docto-
rem Curiam sequentem consequi legatum decennij, vide-
tur simul plures turnos statuisse, vt vno consumpto, alius
turnus admittatur, † & ideò esto quod Antonius ab 19
anno 1631, concurrisset cum Scholaribus illius tempo-
ris, satesset, quod ipso excluso, legatum Doctorale
obtinuerit Syluius iunior, vt impleto, siue consumpto
illo turno primo, non posset hodiernum ingredi *l. Boues §. hoc sermone ff. de verbor. signif.* Rota penès Comit. *decis. 129. numer. 8. & in Lucana Capellaniæ 28. Aprilis 1656. §. aeque abesse coram Reuerendiss. D. meo Beuilaqua.*

Resistit prætereà voluntas, & intentio Testatoris, à qua longius recedere videtur Antonius; Mens enim Testatoris est, vt qui studijs iam incubuit, & laurea est donatus, si velit Romanam Curiam sequi, & in ea instrui, legatum ad decennium consequatur: sunt siquidem eiusdem verba: *Et si aliquis ex prædictis Scholaribus de familia, & agnatione dicti Testatoris, qui post mortem d. Testatoris inceperit dare operam legibus, & studere in aliquo Gymnasio, prout supra dictum est, post lauream assecutam voluerit ire Romam, voluit idem per alios decem annos ministrari omnes fructus, & introitus dd. bonorum emendorum, & interim in electione Scholarium supersederi*: & infra: *quo termino elapso, tunc procedatur ad electionem dd. Scholarium modo, & emolumentis, quibus supra dictum est.*

Antonius autem ætate prouectus, & in forensi praxi probè instructus iam non habet, quod conqueratur,

tur, vt proindè vnus ex Dominis lepidè, & eruditè ipsi aptabat, quod ait Ioannes Faber *in proem. instit. ad verbum Cupidæ legum iuuentuti*, vt ad dicta tyronibus
20 studia, & ad instructionem; ac progressum directa, † instructus iam, ac peritus aucupetur, nec est cur de grauiori
21 ætate, & antiquiori Doctoratu sibi † blandiatur, quando ad hæc non respexit Testator, sed alia requisita iniunxit, quibus ipse apertè nimis caret.

Et ita contra vtrumque resolutum, vtraqne Parte informante.

REVERENDISSIMO DOMINO ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Rnmana Pecuniaria.

Lunæ 14. Decemb. 1676.

ARGVMENTVM.

Contra mulierem recuperare prætendentem pecunias alteri mulieri traditas opponebatur admissio in sociam, quæ probata non erat, & suffragari non poterat ob resistentiam Statuti Vrbis *cap.* 151. quod etiam in societate procedit, prout adhuc, quod inter ipsas mulieres æqualiter priuilegiatas, solemnitates non fuerint necessariæ; sed pro restitutione pecuniarum deciditur, quia hæc damnum euitare prætendebat, illa autem lucrum consequi, quo in casu potior est causa eius, qui damnum euitare procurat.

SVMMARIVM.

1 *Confessio semper probat contra confitentem.*
2 *Liber probat contra scribentem.*
3 *Creditor pecuniam mutuatam potest semper, & quandocunque à sua debitore repetere.*
4 *in Socium aliquem non fuisse admissum ex capitulis Societatis probatur.*
5 *Socium aliquem fuisse prætendens, probare debet actus, qui citra ius, & nomen societatis fieri nequierint.*
6 *Mulier ex Statut. Vrbis* lib. 1. cap. 151. *non potest contrahere societatem, sine solemnitatibus.*
7 *Priuilegia quatenus inter priuilegiatos conquassentur.*
8 *Priuilegiatus vtitur suo priuilegio contra pariter priuilegiatum, si ipse agit de damno vitando, alter verò de lucro captando, & num. seqq.*
9 *Damnum quis potius euitare, aut lucrum captare dicatur, & num. 10*
10 *Damnum effugere satagentis potior est causa, quam eius, qui lucrum consequi intendit.*
11 *Solemnitatis defectum allegare potest mulier contra aliam mulierem, si ipsa agit de damno vitando, hæc autem de lucro captando.*

DECISIO DCCCV.

AMPLECTENDO motiua decisionis editæ coram me * 13. Martij proximè præteriti, Rota iterum censuit Alexandrum, & Annam Mariam teneri restituere sc. 2119. Constantiæ, de cuius credito dubitari non potest, cùm probetur tam ex dictis testium, quorum opera illa via fuit in venditione Locorum Montium, & traditione pretij indè redacti dd. Alexandro, & Annæ Mariæ, quàm ex confessione eorundem, ac descriptione huius crediti Constantiæ facta in libris mensæ nummulariæ
1 ab eisdem in foro positæ; † Confessio enim semper probat
2 contra confitentem, & liber † probat contra scribentem, *l. quædam sunt §. final. ff. de edendo*, cum alijs adductis in præterita *decisione §. siquidem*.

Quod autem negotium Rationis Bancharlæ, vt supra apertæ non appareat adhuc finitum, nihil interest Con-
3 stantiæ, quæ pecuniam suam, liberè mutuatam, † semper, & quandocumque repetere valet, maximè cum nullo modo probetur ipsam in tali negotio fuisse admissam in
sociam, † vt liquet ex ipsismet capitulis initis super hoc 4
negotio, in quibus clarè legitur societatem esse contractam inter Alexandrum, Annam Mariam, & Petrum
Piscatorem, nulla facta mentione Constantiæ, † contra 5
quam proindè allegantes admissionem in sociam afferre debent concludentem probationem ex actibus; qui necessariò inferant societatem, itaut alio nomine fieri non poterint, Ruin. *cons. 91. n. 9. 10. & lib. primo*, Decius *cons. 548. nu. 5.* Rota *dec. 94. n. 7.* coram Eminentissimo Otthobono, *& dec. 56. n. 9. par. 14. recent.* & prius *in dec. 251. nu. 10. coram Merlino*.

Quinimò si Constantia probaretur socia, adhuc nullum indè præludicium illi fuisset illatum, cùm non doceatur fuisse in tali contractu adhibitas solemnitates Statuti
Vrbis *lib. primo cap.* 151. † quibus non seruatis, contractus 6
remanet nullus, vt in terminis societatis tradit Alexandr. *cons. 154. nu. 7. lib 2. Picus ad Statutum Vrbis gloss. 7. nu.* 291. & alijs cumulatis firmat præterita *dec.* huius Causæ *§. nec querela*; Nil vrgente, quod inter æquè priuilegiatos, quales prætenduntur Constantia, & Anna Maria,
tamquam mulieres, † priuilegia conquassentur, itaut 7
opus non sit solemnitatibus, quia vltra quod contractus in præsenti casu non est inter solas mulieres priuilegiatas, cùm reperiatur in eo admixtus Alexander, carens in hac
materia quocumque priuilegio, † cessat motiuum quan- 8
do alter ex priuilegiatis agit de lucro captando, & alter de damno euitando, vt facit Constantia, quæ curat euitare damnum, quod certè substineret, si debitam satisfactio-
nem non assequeretur, † nam tali casu careret locis mon- 9
tium, & pretio redacto ex eis, & consignato Annæ Mariæ, quæ illud non restituendo captaret lucrum, ideò po-
tior debet esse causa † quærentis damnum effugere, qui 10
propterea † contra inhiantem ad lucrum opponere potest 11
defectum solemnitatum Statuti, Rota coram sanctæ memoriæ Gregor. *dec. 164. nu 6. vbi* Addentes *nu 12.* & dictum fuit in præterita *decisione*, quam Domini in omnibus approbarunt, Constantia tantùm informante, Alexandro, & Anna Maria pluries expectatis, & 17. intimationibus lacessitis.

Et ita decisum &c.

Altera præsentis causæ decisio est impressa supra in hoc eodem tomo 2. vbi est in ordine 675.

R. P. D. VBAGO.

Snanen. Canonicatus.

Lunæ 14. Decembris 1676.

ARGVMENTVM.

Conceditur executio Literarum Apostolicarum super adiudicatione beneficii de iurepatronatus ad fauorem habentis gratificationem Papæ in paritate vocum, cum derogatione alterius medietatis illius, reiecta institutione facta à laico, cui à Vicario Episcopi eiusdem cognitio fuerat commissa, quia erat nulla ex defectu potestatis, quam laicus, & vxoratus habere, eidemque concedi nullo modo poterat.

SVMMARIVM.

1 *Iurispatronatus causa etiam ab Ecclesiastico non potest committi Laico.*
2 *Beneficium de iurepatronatus in paritate vocum debetur illi, qui habet gratificationem à Papa cum gratificatione alterius medietatis vocum.*
3 *Præsentati à filijs duorum patronorum, dicuntur esse in paritate vocum.*
4 *Descendentia probatur ex fide matrimonij Baptismatis, depositionibus testium, alijsque iuribus.*
5 *Iuspatronatus relictum descendentibus, æquè comprehendit masculos, ac fœminas.*

6 *De-*

6 *Descendentium appellatione veniunt tam masculi, quam fœminæ, & num. 4.*
7 *Iuspatronatus eo magis dicitur spectare ad fœminas, si illæ sint in quasi possessione præsentandi.*
8 *Quasi possessio præsentandi ex vnica etiam præsentatione acquiritur, & ex ea remanet firmatus vltimus status.*
9 *Præsentatus, & in paritate vocum etiam institutus, non dicitur gratificatus, si institutio processit vigore sententiæ pronunciatæ à iudice laico.*
10 *Iudex laicus, & vxoratus non habet potestatem instituendi, seu conferendi beneficium de iurepatronatus.*
11 *Habilitas, & Idoneitas probatur ex literis presbyteratus.*

DECISIO DCCCVI.

AD controuersum Canonicatum nuper vacantem, cuius præsentatio ab Aleo Guilielmino fundatore reseruata fuit pro posteris, & descendentibus; Sex Patroni descendentes partim per masculos, & partim per fœminas à Ioannetto vno fundatoris filio præsentarunt Muram; E conuerso autem sex alijs Patronis, omnes descendentes per fœminas à Teramo altero fundatoris filio præsentarunt Sierram, ac proindè orta inter eos lite, illaque de mandato Vicarij Capi-
1 tularis† nulliter, & illegitimè commissa laico vxora-
to, prodijt sententia fauore Muræ; Verùm cum interim post interpositam appellationem Sierra obtinuisset à Sanctissimo gratificationem cum derogatione alterius
2 medietatis vocatum, † dubitaui, An Literæ Apostolicæ essent exequendæ, & affirmatiuè per Dominos resolutum fuit.

Quod enim controuersus Canonicatus sit de iurepatronatus vt supra, quodque illi, qui præsentarunt Muram descendant a Ioannetto, & illi, qui præsentarunt
3 Sierram descendant à Teramo, † & sic vterque præsenta-
tus sit in paritate vocum, non reuocatur in dubium, & constat ex Arbore ab eodem Mura in Actis exhibita, & data in Sum. Sierræ *nu. 4.* necnon ex fidibus matrimoniorum, & Baptismatum, Testibus, alijsque Iuribus,
4 de quibus in dicto Summario *nu. 6. 7. 8. & 9.* † quæ optimè
descendentiam probant, *cap. 4. licèt ex quadam de Testibus*, Rot *dec. 84. nu. 2 par. 5. ac dec. 10. nu. primo par. 7.* & coram Caualer. *dec. 46. n. 4.*

Opponebat solùm Mura, quod cum qui ex ijs, à quibus ipse præsentationem habet, descendant per masculos; illi verò, qui præsentarunt Sierram descendant omnes per fœminas, sola masculorum vox, non autem fœminarum
sit computanda; † sed nullius ponderis visa fuit exceptio; 5
nam cùm fundator ad hoc iuspatronatus posteros, & descendentes vocauerit dicto Summario *nu. 3.* æquè veniunt masculi, ac fœminæ, Paris. *cons. 88. nu. 13. & 14 tom. 2. ac cons. 26. nu. 34. tom. 3.* Rota *dec. 217. nu. 3. par. 6. ac dec. 370. n. 7. par. 13.* & coram Pænia *dec 329. n. 9.*

Accedit huic titulo etiam quasi possessio, nam de anno 1648 Magdalena Terami filia (præsente Francisco An-
tonio, vnico tunc alterius lineæ masculo) præsentauit, 7
eiusque præsentatio admissa fuit, dicto Summ. *n. 10 vsque*
ad n. 12 ex qua præsentatione fauore fœminarum † acqui- 8
sita fuit quasi possessio, ac firmatus status, iuxtà vulgatum *capit. Consultationibus de iurepatronat.* Merlin *dec. 5. 798. numer. 1. & in Piscien. Beneficij 20. Februarii 1669. §. Rursus coram Reuerendo Patre Domino bonæ memoriæ Priolo.*

Non obstat, quod ante obtentas Literas Apostolicas
Mura fuerit in partibus institutus, † nam quidquid sit, 9
an talis institutio potuerit habere vim gratificationis, cessat in casu nostro difficultas, ex quo illa processit à laico
vxorato, † qui potestatem non habet instituendi, seù con- 10
ferendi, Garzias *de Benefic. par. prima cap. 2. num. 35. cum duobus sequentib.*

Idoneitas verò Sierræ † satis resultat ex literis Presby- 11
teratus, Rota *dec. 152. n. 24. par. 5. recent.* & coram Bichio *dec 106 nu. 16. & sequentib.* & valor narratus per non excessum in vigintiquatuor ducatis de Camera iustificatur ex traditis dicto Summario *nu. 15.*

Et ita, vnica tantum Parte informante, resolutum fuit.

Supra in hoc eodem tomo 2. & parte 18. recent. adest altera præsentis causæ decisio, quæ hic confirmatur, vbi est in ordine 772.

DECISIONES

In imprimendo omissæ, & aliæ pro complemento Operis superadditæ.

R. P. D. TAIA.

Ariminen. Fideicommissi de Bartoluccijs.

Lunæ 31. Martii 1659.

ARGVMENTVM.

Quia vocatio proximioris regulariter intelligitur per vulgarem, hæc licèt facta ordine successiuo, eo finite, videtur quoque finitum fideicommissum, nec ad alios proximiores pertransit, non obstante prohibitione alienationis, priuatione alienantium, onere assumendi cognomen, & arma, procurandi anniuersarium, & huiusmodi, quia hæc omnia restringuntur ad lineas priorum institutorum, absque eo quod ad alios proximiores perpetuum fideicommissum extendant; Plura igitur de hac materia fideicommissaria, de iure strictissimè intelligenda, & laxis habenis à quibusdam DD. interpretata, in hac decisione methodicè resoluuntur.

SVMMARIVM.

1 *Vocatio proximioris facta ordine successiuo, eo finito, videtur quoque finitum fideicommissum.*
2 *in Primogenitura non veniunt collaterales, seù extranei, sed solum descendentes à primo instituto.*
3 *Vocatio proximioris vt non intelligatur de primo proximiore tantùm, requiritur ratio conseruationis agnationis, & quod alia requisita concurrant.*
4 *Verba* tunc, & eo casu *restringunt dispositionem ad casum, & personas expressas.*
5 *Testator quando voluit à proximiore vocato, ad alium proximiorem procedere, hoc expressit, eique proximiori substituit.*
6 *Coniecturæ non sufficiunt, vbi in verbis nulla est voluntatis quæstio.*
7 *à Significatione verborum recedi non oportet, nisi manifestum sit aliud sensisse Testatorem.*
8 *Coniecturis se parum credere dicebat* Marta, *& sæpissimè contra illas consuluisse, & interdum etiam iudicasse.*
9 *Coniecturæ leues iudicantur pro inducendo fideicommisso perpetuo, prohibitio alienationis, priuatio alienantium. Onus assumendi cognomen, & arma, ac procurandi anniuersarium, & de ratione vid. ibid. & n. seqq.*
10 *Onus assumendi cognomen, & arma, dicitur agnatio ficta, maximè non expresso fauore personæ, sed tacito, ex quo argumentari non licet.*
11 *Agnationis conseruatio, quæ resultat ex præcepto assumendi cognomen, & arma, qualis qualis esse reputatur.*
12 *Agnationis conseruatio, etiam vera, non transgreditur per-*

personas vocatus, nec totam agnationem comprehendit.

13 *Agnationis fauore non sunt addendæ, neque multiplicandæ substitutiones vltra dispositionem Testatoris.*

14 *Fideicommissum non reputatur perpetuum, etiamsi Testator mandauit eligi arbitros super discordia inter agnatos, quis eorum sit proximior.*

15 *In obseruanda proximitate Testatoris ab eo requisita, sæpissimè successiones inuoluuntur.*

16 *Fideicommissum in casum alienationis non multum confert ad multiplicandas substitutiones in casum mortis.*

17 *Hæres, cui nullus substitutus datus est, imò substitutus vltimus in casum mortis sæpè prohibetur alienare cum sua pœna in gratiam alterius.*

18 *Confessio hæredis an potiùs importet libertatem bonorum, quam fideicommissum, quatenus noceat. & num.19.*

20 *Dictio, & sic est illatina, & refertur tantum ad præcedentia, & ad solum casum anteà expressum.*

21 *Substitutio facta primo vocatis, quod censeatur in alia vocatione repetita, dicitur argumentum, quod nihil concludit.*

22 *Substitutiones duæ, vel plures diuersam rationem habere possunt, & ita de vna non argumentatur ad aliam.*

23 *Testatori si nulla erat difficultas disponere, & si quod voluit, sciuit exprimere, tunc ab illius tacita voluntate argumentandum non est. & sup. nu 5.*

24 *Vocatio Hospitalis, & loci pij non deseruit pro interpretatione fideicommissi perpetui, si illa sub conditione facta sit. & sup. num. seq.*

25 *Proximioribus vocatis, & sic per vulgarem, adita à primo proximiore hæreditate, expirat fideicommissum quoad alios.*

Amplia, quia perseuerat in linea adeuntis, non secus ne successio ab intestato. ibidem.

27 *Proximiore singulariter inuitato, si posteà pluraliter vocantur omnes per verba:* etsi nemo ex eis proximioribus &c. *nihil disponitur.*

28 *Verba conditionalia, & præsertim negatiua non disponunt.*

29 *Permutatio bonorum fideicommissi licita est, vbi expressè non reperitur probibita.*

30 *Permutatio, quæ fit vtilius, & pinguiùs de bonis fideicommissi, non solùm est licita, sed etiam laudabilis.*

31 *Subrogatio bonorum fideicommissi remanet licita vbicumque licita est permutatio.*

32 *Priuatio si à Testatore non fuit expressa non incurritur.*

33 *Priuationis ad effectum requiritur interpellatio.*

34 *Substitutio, seù priuatio aliud est, quod fiat si præcedens institutus sine demandatis oneribus suscipere voluerit hæreditatem, aliud verò si ille non adimpleuerit.*

35 *Caducitas si non fuit declarata in vita grauati, contra eius successores amplius inuentari non potest.*

DECISIO DCCCVII.

EQVES Iulius Cæsar Testator cum prohibitione alienationis, & alijs, substituit plurimorum lineas vsque ad Horatium, & casu quo suus hæres principalis, & substitutus ordine suprascripto decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus masculis, tunc, & eo casu vltimo sic decedenti absque filijs masculis, siue vltimo sic nolenti conditiones suprascriptas, & infrascriptas obseruare, substituit proximiorem sibi in sanguine masculum. Et sic suo proximiori decedenti cum filijs masculis legitimis, & naturalibus, eidem substituit eius primogenitum masculum, & paritèr nepotem, & pronepotem ordine successiuo prout supra, sin autem acciderit, quod nemo ex eis proximioribus in sanguine reperiretur, qui prædictam hæreditatem cum suprascriptis oneribus, obligationibus, & conditionibus suscipere voluerint, tunc & eo casu vniuersam hæreditatem ipse Testator amore Dei reliquit Hospitali.

Mortuo post successionem Horatio absque filijs, successit vti proximior in sanguine Alexander, & post Alexandrum Cap. Valerius, qui decessit superstitibus filiis, vndè Cap. Antonius Actor filius Genebriæ sororis Alexandri, vti nouus proximior in sanguine aspirat ad fideicommissum contra filios Cap Valerij, & dubitatum est, An constet de fideicommisso, DD. verò responderunt non constare.

Et primùm in casu mortis; nam purificato post mortem Horatij sine filijs fideicommisso pro Alexandro proximiore, Alexander posteà illud cessit Cap. Valerio eius filio, ex quo nullo iure agere videtur Cap. Antonius, quia Testator post substitutum sibi proximiorem in sanguine masculum, sic suo proximiori decedenti cum filijs masculis substituit eidem, eiusdem primogenitum ordine suc-
cessiuo, † quo finito, videtur quoque finitum fideicom- r
missum, vt liquet ex testamento, & in huiusmodi, imò
etiam in alijs agnatis superstitibus concludit Bardellon.
cons.95. lib.1. & maximè in fideicommisso per primogenituram ordinato, vt ibi, & iusta ratione, quod nunquam
in primogenitura veniunt collaterales, seù extranei, † sed a
descendentes tantùm, & prouenientes à primo hærede
vocato, vt ait post alios Bursatt. *cons.354.a.7* Mart. *cons.42. n.3. & summ. successs. leg par.1.qu.11.art.3. n.6. vers. nec est attendendum.*

Nec visum fuit obstare Anchar. *cons.27. & sequentiam,*
† quod vocato proximiore, non intelligatur de primo pro- 3
ximiore tantùm, quia ea doctrina procedit, quando est habita ratio agnationis, & concurrunt alia requisita apud Rota *dec.282. n.7. vers. non obstat par.2. rec.* cum ib allegatis, & apud Merlin. *in add. post tractat. de legit. dec.129.* & grauissimè ferè cum omnibus Rot. *coram Reuerendiss. D. meo Cerro Decano in Auximana fideicommissi 5. Iulii 1651. § non obstat*, confirmata 26. *Iunii 1654 §. secundum verò decisionis fundamentum.*

Et clariùs in hypothesi nostra, tùm ad verba *tunc, &*
eo casu, † de quibus opportunè Dec *cons.10. num.19. vers.* 4
secundo considero lib 3. Tùm etiam ad substitutiones subsequentes, quibus quatenus ab hoc proximiore procedi vo-
luit, † præscripsit ipse Testator, ibi: & sic suo proximio- 5
ri decedenti cum filijs masculis, substituit primogenitum.

Neque visæ sunt obstare coniecturæ permultæ collatæ pro repetitione fideicommissi de proximiore in proximio-
rem, † quia cùm in verbis nulla est ambiguitas, non de- 6
bet admitti voluntatis quæstio, *l. illæ 25. in fin. ff. de legat. 3.* & non alitèr à significatione verborum recedi oportet,
† quam cùm manifestum est, aliud sensisse Testatorem 7
l. non aliter 67 ff. eod. & parum credere † coniecturis, & 8
sæpissimè contra illas consuluisse, & interdum iudicasse, Mart. *summæ successionis par.4. q.21 art.3. n.2*

Generalitèr tamen DD. responderunt omnia deducta ab Informantibus Cap. Antonij, restringi ad priores tres ordines substitutionum ante substitutionem proximioris, & ad substitutionem ipsius proximioris, tunc existentis, eiusque primogeniti, & vlteriorum eius descendentium.

Talia esse dicebant † prohibitionem alienationis, & 9
priuationem alienantium, pariterque commutationem voluntatis, & eius impetrationem, obligationem habitandi domum, assumendi cognomen, & insignia, obligationem curandi anniuersaria, officia defunctorum, & similia.

Quibus responsum est, & primò ad rationem agnationis, quia, prout agimus de agnatione ficta, & fingenda
per onus se nuncupandi, & faciendi insignia † de Barto- 10
luccijs; imò non fauore eiusdem expresso, sed tacito, ex qua non licet argumentari, vt post allegat. & præcipuè Soccin. Iun inquit Mantic. *de coniect. lib.11. tit.14. n.7. vers. non enim*, & in puncto Casan. *cons.38 n.81.* & Giurba *dec.*
32. n 18. & multo minus, quia huiusmodi conseruatio † aa
qualis est, vt inquit Rot. *dec.6. n.1. vers. quia huiusmodi conseruatio par.1. diuers.* ex tali dispositione, quamuis inter eos, qui specificè vocati sunt, censeatur habita agna-
tionis ratio, † non tamen transgreditur personas nomina- sa
tas, nec totam agnationem comprehendit, vt de primogenitis scripsit Molin. *lib.1. cap.5. n.37. & 38* & ibi Adden. *cum allegat.* & præcipuè Bardellon *d. cons.95. n.16. vers hæc tamen, & seq* neque enim fauore agnationis sunt adden-
dæ, † vel multiplicandæ substitutiones vltra dispositionem 13
Testatoris, vt à Socc. Sen. Præceptore suo eleganter dictum retulit Mantic. *de coniect. lib.8. tit.13. n 6. vers. neque enim.*

Secundò ad deputationem arbitrorum, casu, quo lis, & discordia inter Agnatos, & Consanguineos oriretur, quis

ipso-

14 ipsorum sit proximior ipsi Testatori, † Responsum est
satis superque testatorem putasse necessarium, & fuisse
quidem post tres lineas trium substitutorum, eo enim ca-
su in obseruanda proximitate Testatoris ab eo requisita
15 † successiones sæpissimè inuoluuntur, Fusar. *de substit. qu.*
484. *n.* 14 *vers. & ab hac sententia*, & maximè quod vide-
tur facta relatio, & restrictio specifica ad suprascripta *tunc,*
& eo casu &c.

Tertiò ad specialem prohibitionem alienationis omni-
bus iniunctam, & specialem substitutionem, quod tunc,
& eo casu supradicta hæreditas ad eius substitutum, vel
ad alium successorem in sanguine proximiorem perue-
niat, & sic de singulis &c.

Responsum est fideicommissum in casum alienationis
16 † non multum conferre ad multiplicandas substitutiones
in casum mortis; nam etiam hæres, cui non est datus
substitutus in casum mortis, imò substitutus quoque vl-
17 timus in eundem casum † mortis sæpe prohibeatur aliena-
re cum sua pœna in gratiam alterius ad tradita in *§. Diui*
Seuerus il secondo, *l. filius fam.* 117. *ff. de leg primo*, *& ibi*
repeten. in casu autem nostro restrinxit ipse Testator ibi
tunc, & eo casu (scilicet alienationis) hæreditas integrali-
ter vadat ad substitutum.

Quartò ad propositam confessionem prætensi fideicom-
missi factam à Cap Valerio in speciali institutione primi
filij masculi nasciturí ex vna ex suis filiabus, cum onere
tamen assumendi cognomen de Bartoluccijs, & seruandi
alias obligationes iniunctas ab Equite Bartoluccio in suo
testamento.

18 Responsum est potiùs † videri liberam dispositionem
cum onere assumendi cognomen, iam assumptum, &
proprium Cap. Valerij, quod aliàs necessarium non fuis-
set, si ex fideicommisso priore bona pertineant ad Acto-
rem proximiorem, ac procedatur in vlteriorem quæstio-
19 nem, † an, & quantum noceat huiusmodi confessio, de
qua in puncto Decian. *d. respons.* 10. *d. nu.* 72. *versic. deueni*
igitur.

Maior difficultas supererat in substitutione huius proxi-
mioris, repetita expressim pro alio proximiore, si vltimus
proximior sine filijs decederet, & eius linea deficeret, stan-
tibus illis verbis, & sic pariter, vt supra relatiua, & repe-
titiua.

Sed responsum est suo loco, & sensu omnia limitari;
nam Testator vltimo de substitutis præcedentibus; dece-
denti, tunc, & eo casu substituit proximiorem sibi in san-
20 guine masculum, † & *sic*, hoc est, illatiuè ad præceden-
tia tantùm, & ad solum casum antea expressum, vt post
alios declarat Bardellon *d. cons.* 95. *n.* 23. *vers. secundo ad-*
uertendum, & præcipuè Rot. *dec.* 568 *n.* 4. *&* 9. *vers. si ve-*
rò fideicommissum, *& vers. aut substitutio par* 1. *diuers.* Va-
lenzuol. *cons.* 67. *a* 30. *vers. nec obstant nu.* 31. Barb. *dict.* 365.
n. 3. *&* 4. Grat. *discept.* 241. *n.* 1. & idem præcipuè Rot. *dec.*
128. *nu.* 4. *par.* 2. *diuers* & sic inquam suo proximiori dece-
dente cum filijs masculis legitimis, & naturalibus, eidem
substituit eius primogenitum masculum, & pariter hoc est
(sic vt supra proximiori) nepoti, & pronepoti ordine suc-
cessiuo, prout supra, sic cum liberis decedentibus, & ita
vsque ad nepotem, & pronepotem tantùm: at verò vbi-
cumque defecisset linea huius proximioris, quin etiam
quando defecisset ipse proximior, nulla videtur substitu-
tio fideicommissaria post alias lineas superius substitutas,
nisi expressè fuisset substitutus hic ipse proximior.

Neque aliquid concludebat illa argumentatio, sicuti de-
cedentibus primis substitutis, substitutus fuit hic proxi-
21 mior, † ita hoc decedente, vel eius primogenitis, videtur
22 substitutus alius proximior, † quia longè alia esset substi-
tutio, & contra rationes suprascriptas, & ampliùs, *con-*
tra §. sin autem deficientis, *l. vnica C. de caduc. tollen.* Dec.
respons. 10. *n* 76. *vers. tertio respondet*, *& seq. lib.* 3.

23 Nulla erat difficultas disponere, vt loquit Textus, † &
quia quod Testator voluit, sciuit exprimere, &c. vt inquit
Decianus.

Multò minus obstabat, quod ponderabatur ex verbis
sequentis substitutionis, sin autem acciderit, quod nemo
ex eis proximioribus in sanguine reperiretur, qui prædi-
24 ctam hæreditatem suscipere † voluerit, tunc, & eo casu
reliquit Hospitali &c.

Hi proximiores enim in conditione negatiua sunt voca-
ti, quia satis benè intelligitur casus de illo proximiore su-
pradicto in prima sic, si nemo voluerit de proximioribus
successiuè per vulgarem louitatis, acceptare cum ijs legi-
bus, & pactis † hæreditatem, tunc, & eo casu amore Dei 25
reliquit Hospitali &c. Et semel adita per proximiorem he-
reditate expirat quoad alios proximiores fideicommissum,
& perseuerat in linea adeuntis, sicut etiam ab intestato in
legib. 12. *tabul. l. pronunciatio* 195. *ff. de verb. signific & inst.*
de legit. agnat. success. inuitatis agnatis ad hæreditatem † 26
defuncti, primo adeunte expirat quoad reliquos, & de hu-
iusmodi fideicommissis sæpè sæpiùs Rota coram Merlin
dec 645. *num* 4. cum ibi allegatis, & in præsenti casu, cum
Testator inuitato singulariter proximiore, † posteà plura- 27
litèr omnes vocat, si nemo ex eis proximioribus, &c. addi-
tur etiam, quod ex huiusmodi verbis conditionalibus &c.
† & præsertim negatiuis, nil disponitur, *l. ex facto* 19. *ff.* 28
de hæred. instituen. l. cum sine præfinitione 19. *ff. quod si ita*,
& l. si penum. 24. *in fine*, *ff. quando dies legati cedat &c.*

Ad alios autem casus contrauentionis voluntatis Te-
statoris obiectos, & primum ad alienationem bonorum
prohibitorum factam à Cap Valerio.

Responsum est nullam aliam apparere alienationem,
quàm octauæ partis Macelli communis cum Hospitali
possessore reliquarum partium, & principali eiusdem ven-
ditore; & hanc quoque venditionem redijsse in permuta-
tionem, quia in eodem instrumento pro cautela, & securi-
tate fideicommissi Iulij Cæsaris, & successorum eius, pro
concurrenti rata pretij eiusdem octauæ partis subrogauit,
& posuit loco illius tornatures duas terræ &c Permutatio
verò † licita est, vbi expressè prohibita non est, ad tradita 29
per Fusar. *de substit q.* 530. *n.* 4 *&* 7. Odd. *de prohib. alienat.*
q. 23 *n.* 70. *& seqq.* & eo magis quando prohibitus permu-
tat prohibita cum vberioribus, & magis fructuosis, ex qui-
bus fideicommissum fit vtiliùs, † & pinguius; tunc enim 30
permutatio non solum licita est, sed laudabilis, vt inquit
Odd. *d. qu. nu.* 87. & specialiùs in Maioratibus, & primo-
genituris, Molin. *lib.* 4. *cap.* 4. *ab init.* non obstante quid-
quid obijceretur, quod in præsenti casu facta fuerit subro-
gatio, quia vbicumque licita est permutatio, † licita etiam 31
est subrogatio cum bonis ipsius prohibiti Fusar. *d. q.* 530. *n.*
15. Odd. *qu.* 23. *n.* 92.

Ad alterum verò casum contrauentionis de non assum-
pto Cognomine, responsum est ex facto, quidquid sit de
facto alieno, quod etiam varium inuenitur esse de facto
proprio, apparere literas scribentis, & subscribentis Vale-
rio Nanni Bartolucci &c.

Ad vltimos casus de non solutis legatis pijs, & de con-
trauentione in non habitando, & de pœna incursa &c.

Responsum est, pænam priuationis non fuisse à Te-
statore expressam, † & sic non potuisse incurri, † maxi- 32
mè non præcedente interpellatione, ad allegat. per Fusar. 33
cons. 5 *n.* 25. *& de substit. q.* 582. *n.* 10.

Præsertim, quod vt obseruarunt Informantes, priua-
tio, seù potiùs substitutio fuit adiecta si nemo ex proxi-
mioribus cum supradictis obligationibus, oneribus, &
conditionibus suscipere voluerit, † non autem si minus 34
satisfacere voluerit, ijs susceptis, ad notatam, & notabi-
lem differentiam apud Ruin. *cons.* 184. *nu.* 4 *& seqq. lib.* 2.
vbi & sub n. 5. & demum ex quo Cap. Valerius ipse dum
vixit non fuit molestatus, vt priuaretur tamquam indi-
gnus, non impleto modo imposito per Testatorem, † cen- 35
setur remissa omnis indignitas, vt contra eius successores
agi non possit, vt apud Crauett. *cons.* 59. *ad fin.* Fusar. *qu.*
583. *n.* 5. cum alijs, & præcipuè Rot Florent. apud Magon.
dec. 16 *n.* 17. Vltra quod fuit à Papa dispensatus ab habita-
tione d. domus, subrogando aliam meliorem.

Et ita vtraque &c.

Hanc decis. sequuntur, & respectiuè de ea mentionem
faciunt R.P.D. de Luca de fideicommiss. discur. 92. Pal-
ma iunior alleg. 46. nu. 39. alleg 47. nu. 48 vbi eam nota-
bilem appellat, & alleg. 48. nu. 50 54. & 56.

R. P. D. TAIA.

Patauina Pensionis.

Veneris 14. Maii 1664.

ARGVMENTVM.

Obligationem suam, & cedulam bancha-
riam fauore pensionarij factam impugna-
bat

bat Mercator, eo quod hæc omnia ante reseruationem pensionis gesta sint; Verum quia de huiusmodi defectu, & errore concludenter non docuerat, pro validitate obligationis deciditur, maximè quod non diceretur gratiam non fuisse per antea signatam, imò plura pro fubstinenda pensione adducebantur, cùm literæ non requirantur ad esse, sed ad solam probationem ipsius gratiæ.

S V M M A R I V M.

1 *Obligatio, & Cedula Bancharia facta in fauorem pensionarij ante reseruationem pensionis dicuntur illicita, & inualida, sed vid. num. seqq. & per totam.*
2 *Defectus, & error concludenter probari debet.*
3 *Resignationes beneficiorum quomodo expediantur à Dataria, & plura de illius praxi. & num. 7 cum seqq.*
4 *Probatio contra confessionem propriam non resultat à solito. & supra sub num. 1.*
5 *Argumentum à consueto, & vsitato concludit tantum probabiliter, non autem necessario.*
6 *Solitum, & consuetum concludit in se, vt etiam aliter aliquod concedi possit, licèt non sit omninò necessarium, vt ita concedatur.*
8 *Probatio debet concludere per necesse, ac etiam per impossibile contrarium, si fuerit negatiua.*
9 *Reseruatio Beneplaciti Apostolici quatenus suspendat, vel resoluat contractum in purum tractatum, vel pro mera cautela facta sit. & nu. 10.*
11 *Resignatio beneficij tunc valida est, quando constat de supplicatione signata à Pontifice. intellige vt numer. 13.*
12 *Signatura Papæ perficit resignationem.*
13 *Gratiæ substantia intrinseca consumatur in sola voluntate Pontificis. & num. seqq.*
14 *Homo clausus in vtero matris in fauorabili inter humanas res repotatur, secus autem ad alios effectus.*
15 *Gratia non expirat per mortem Papæ, etiam quod literæ expeditæ non sint.*
16 *Negatiua tunc solùm dicitur probata ex inspectione instrumenti, quando est ad illud coarctata.*
17 *Gratia adeò dicitur facta de tempore datæ, vt neque possit prætendi, neque probari contrarium.*
18 *Antidata, & falsitas quatenus probetur in gratia Pontificis.*
19 *Supplicatio præsumitur signata de tempore datæ.*
20 *Resignatarius beneficij cum reseruatione pensionis, si ante reseruationem procurauit fieri obligationem in fauorem pensionarij, quatenus illa substineatur.*
21 *Delictum semper excluditur vbi alia quæcumque interpretatio fieri potest.*
22 *Papa quatenus præsumatur informatus de ijs, quæ inter resignantem, & resignatarium gesta sunt.*
23 *Resignatio quoad præiudicium pensionarij habetur pro non facta, si in decreto adsit clausula.*
Quod titularis non possit resignare, nisi resignatarius faciat obligationem, & præstet cedulam banchariam super solutione pensionis ibidem.

D E C I S I O DCCCVIII.

PER Sententiam Rotalem condemnatus fuerat D. Petrus iuxtà suam obligationem soluendi liberè, & absque vlla exceptione pensionem scut. mille reseruatam &c. & hanc confirmandam esse hodie DD. responderunt.

Non obstantibus præcipuis exceptionibus, quæ pro ipso opponebantur, quod Chirographum eius obligationis: Per vna pensione di scudi mille riseruata per autorità Apostolica à fauore del Sig Cardinale sopra il frutto del Monastero di S. Eufemia, del quale per simile autorità è stato prouisto il Sig. &c. appareret die 20. Octob. 1646.
Literæ autem reseruatoriæ, in quibus D. Petrus Cedulam banchariam dare tenebatur ad contentamentum, & satisfactionem D. Camilli Cardinalis de soluendo liberè, &
1 absque vlla exceptione pensionem &c. † apparerent datæ 18. Kal. Ianuar. eiusdem anni, adeòque posteriores à 20. Octobris, ad 15 Decemb. vt proindè illicita, & inualida videretur prior obligatio, & Cedula, ad tradita à Paris. *de resignat. qu. 7. n. 52. à vers. decimus sextus casus lib. 14. & de confid. q. 40. n. 52.* Gig. *de pensio. qu. 4. nu.* 2. Lotter. *de re benef. qu. 39. nu. 58. lib. 1.* & nouissimè Sanleger. *de pension. cap. 59. nu. 2.*

Quia ex facto attenta D. Petri confessione in propria
ipsius scriptura, ibi: Per vna pensione di scudi mille riser-
uata &c. Io Pietro prometto di pagare &c. & insuper: Et
in fede la presente sarà firmata di mia propria mano, que-
sto di 20. Ottobre 1646 In Roma io Pietro &c. † prætensus 2
defectus visus est euidentissimis probationibus in scri-
ptis habitis ostendendus, ad literam §. *vltimi, l. cum de
indebito 25. ff. de probat l. Generaliter*, ibi: *Per apertissi-
ma rerum argumenta, C. de non n pec. la quarta*, ibi: *Osten-
de igitur, C. de iur. & fact. ignor.* Rota coram Buratt. *dec.*
200. *n. 3. & dec. 1. n. 12. par. 8.*

Nec visæ sunt euidentissimæ probationes, aut apertis-
sima rerum argumenta ea, quæ deducebantur in fide Of-
ficialium, & Expeditorum Datariæ pro D. Petro conte-
stantium de stylo: † Si porra la supplica al Sotto Datario, 3
acciò vi metta il giorno della presentata, com'in effetto ve
lo mette di propria mano con queste parole: Præsentata
die, mensis, anni; poi il Datario, ò Sotto Datario porta
à segnare tal supplica di risegna al Papa.

Quia ex his attestationibus non concluditur probatio
contra confessionem, videlicet non posse alio modo gra-
tiam † obtineri, cùm arguere ab vsitato concludat tan- 4
tùm probabiliter non necessariò, vt apud *Euerard.* suo
loco, † & probatio debet esse de necessariò concludenti- 5
bus, *l. penult. C. vnd. legit. & ibi* Bald. & Salicet. Rot. *dec.*
331. *sub n. 2. par. 3. rec. & dec 216. n. 13 par 6.* & coram Bu-
ratt. *dec. 948 nu. 3.* Immò solitum hoc includit in se, † vt 6
etiam aliter concedi possit, licèt non omninò necesse sit,
vt ità concedatur, *l. 1. C. quom. & quand. iudic. & ibi gl. vlt.*

Deindè contrariæ attestationes allatæ sunt pro D. Prin-
cipe aliorum Officialium, & Expeditorum, præcipuè:
qualmente ne' Pontificati passati è succeputo di segnar-
si da' Sommi Pontefici le suppliche † delle risegne sen- 7
za la presentata del Sotto Datario, massime per i Cardi-
nali Nepoti di dd. Pontefici, mentre regnauano, perche
il non esserui tal presentata, nè aggiunge, nè toglie forza
alla gratia, mentre il Papa non si muoue à segnare la sup-
plica di detta presentata &c. Quæ multum elidunt proba-
tionem D Petri, † qua concludere debet impossibilem 8
fuisse præcedentem signaturam, vel concessionem gratiæ,
& benè in proposito tradit Lotter. *de re benef. q. 23 n. 14. &
16. lib.* 2.

Ad eam verò limitationem, quæ opponebatur attestationi testium D Principis circa stylum videlicet dd cedulas recipi ante reseruationes pensionum, dummodo tamen in ijs remittatur negotium Summo Pontifici, & quod partes cogitant ità facere, si Summus Pontifex consensum præstiterit.

Placuit responsio pro D. Principe, hoc quidem bonum
esse, & meram cautelam adhibendam in mero tractatu,
† etiamsi in scripturam esset redactum, immò adhiberi ad 9
suspendendum contractum, & resoluendum in purum
tractatum, si Beneplacitum Apostolicum non accedat,
Paris. *de confid. d. qu. 40. n. 44. à vers. & hæc conclusio, &
de resignat. cap. 5. n. 9. & 10. lib. 14* Gig. *de pension. d. qu. 4.
sub. n. 2.* Gonzal. *ad reg. Cancel. gloss. 12. nu.* 80 Pater San-
chez *cons. moral. dubit. 39 c. 3 lib* 2. P. Azor. *instit. moral.
cap. 8. vers. hinc est lib. 12. par.* 3. Rot. coram Seraph. *decis.
237. n. 3. & coram Pæn. Lugdunen editionis dec. 549. n. 6. &
7.* Et proindè non posse intelligi tales attestationes sub hac
restrictiua † si consensus Summi Pontificis accesserit, cùm 10
aliàs non posset dubitari, quod cedula sit illicita, vbi es-
set facta reseruatio Beneplaciti Apostolici, præsertim cum
clausula, *non aliàs, aliter &c.*

Nec alicuius roboris apud aliquem ex DD. fuit, quod
resignatio tunc † valida sit quando constat de supplicatio- 11
ne signata ex Rota coram Vetall. *dec. 88. ab initio part.* 3.
quodque non sit perfecta ex his resignatio, † quia signatu- 12
ra Papæ perficit resignationem, Rota coram Put. *dec. 94.
n. 2. lib. 2.* cum pluribus allegatis, & coram Merlin. *dec. 221.
num. 6. & 13.*

Nam hæc, & huiusmodi alia veniunt referenda non ad
perficiendam substantiam gratiæ intrinsecam, quæ con-
summatur in voluntate Papæ, † sed ad simplicem vsum 13
extrinsecum, & meram exequibilitatem respectu personæ,
cui

cui prouidetur, vt ad rem scribit Lotther. *de re benef. qu.2.*
num.8.lib.8. vbi, & gratia rescripto complexa, nondum li-
teris explicata æquiparatur Homini adhuc clauso in vtero
14 matris, † qui licet in his, quæ eius fauorem concernunt
inter humanas res reputetur, tamen ad alios effectus non
prodest, &c. *num.* 19. & breuius Rota coram Crescentio
decis.1.de except.alias 145.in fin. concludit, quod ante ex-
peditionem dicatur ius implicitum, quia literæ non requi-
15 runt ad esse, † sed ad probationem, neque scripturam ad
effectum gratiæ, sed ad eius probationem; vnde si Papa
interim moreretur antequam literæ fierent, non expiraret
ius quæsitum, vt declarat Bald. *ad l.8. C.de legib. in fin.* Fe-
lin. *ad rubr.de constit.num.* 5. *& ibidem* Dec. *num.* 37. Paris.
cons.3.num 6c.lib.4. Lotther. *ferè tota toto dicta qu. 2. & d.*
qu.23. num. 29. & maximè *sub d. nu.* 16. Rota coram Mer-
lin. *d.decis.281.n.12.* & ita declarantur *dec.* Verali. *&* Put.
apud Lotther *dicta qu.23 sub nu.* 34 Rota coram Merlin.
d. decis.281. sub d. num. 33. Ideoque validam esse gratiam
præcedentem, & validam quoque obligationem, & cau-
tionem D. Petri, non quidem ante gratiam, licèt factam
16 inter gratiam, & Signaturam; † & nisi à D. Petro probetur
nullam penitus præstitisse gratiam ante suam obligatio-
nem dici non potest probatus error concludenter; negatiua
enim tunc demum probatur ex inspectione instrumenti,
quando est ad illud coarctata secundum Iason. & Rot.
decis.1.n.14 & 15.part.8.

Ex quibus incongruũ videbatur, quod Informantes pro
D. Petro dicebant attendi semper datam appositam in li-
17 teris, & illa die semper gratiam dici factam, † nec posse
prætendi, neque probari contrarium, ad tradit. à Lotter.
d.qu 23.num.13.vers.in prouisionibus Rota coram Merlin.
d. decis.281.sub d n. 13.

Quia non agitur apud Doctores allegatos de gratia pro-
18 banda, sed de data, immò de antidata, † & falsitate, vt
19 apud Lotther. *d. loco*, an admittatur quis † ad probanda
antidatam, & Rota inquit, quod supplicatio præsumitur
signata tempore datæ, & benè declaratur apud eundem
Lotter. *d qu 23. sub n 16 & n.29*

Visa quoque est subsistere alia ratio non contemnenda,
quod licet cedula fuisset facta ante datam supplicationem
& factam gratiam, non tamen probatur fuisse traditam
D. Cardinali, nisi tempore habili post supplicationem, &
gratiam, & reseruationem pensionis (ita conciliando per
1 inscriptionem temporis, & descriptionem reseruationis, vti
20 anterioris factam in cedula,) † vt proinde hæc anticipata
obligatio præsumatur potiùs procurata à Titulari, vipo-
tè prius in illius fauorem tamquam resignatarii, quam ad
commodum D. Cardinalis resignantis, & potius scripta
videtur pro debitore principali, quam pro D. Cardinali
creditore, & maximè, vt promptius inter resignantem, &
21 resignatarium exhiberetur; † Adeoque vbi alia interpre-
tatio capi potest, tunc excluditur delictum, & ea capien-
da est, vt semper delictum excludatur, Paris. *de resignat.*
d.qu 7 n.55 & 56.

Eoque proniùs DD. in hanc sententiam inclinarunt,
quia agitur de gratia Pontificis facta Nepoti, & credide-
runt (quamuis in facto non probetur) ipsum de omnibus
fuisse certioratum, & plenè informatum, eo maximè in-
dicio inter decidendum comprobatissimo, quod in Decre-
to adiectum fuit: ipseque resignatarius Commendæ præ-
dictæ, omni, & vnicuique iuri, actioni sibi in dicto Mo-
22 nasterio, illiusque regimine, † & administratione ad fa-
uorem cuiuscumque personæ cedere minimè possit nisi
prius persona ipsa cedulam banchariam ad contentamen-
23 tum eiusdem Camilli Cardinalis sufficientem, † & ido-
neam præstiterit, & pro illius renouatione sese in forma
Cameræ Apostolicæ obligauerit &c. In dictis literis, &
apud Lotter. *d.qu.* 39. *n.62.* vt exinde excludantur omnes
defectus.

Atque ita, vtraque parte informante, decisum, & am-
plius per remissione ad decisiones 13. Iunii 1661. & 19. Fe-
bruarii 1663. coram Eminentissimo D. meo Cardinali
Celso &c.

REVERENDISSIMO D.
ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Bononien. Iurispatronatus.

Veneris 11. Ianuarii 1669.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus, quod ante suppressionem Ecclesiæ, seu Monasterio spectabat, ad Ecclesiam translatam pertinere deciditur, & quidem cum iisdem prærogatiuis, & priuilegijs Ecclesiæ suppressæ, seù magis translatæ, antea competentibus, itaut illi non præiudicet quæcumque prouisio de eo aliter facta, tùm quia & illi nocere non debet, tum etiam quia in limine eiusdem prouisionis de illius iuribus, prout etiam posteà semper præseruatum; & protestatum erat.

SVMMARIVM.

1 *Gregorius XV. fuit Archiepiscopus Bononiensis.*
2 *Ius nominandi ad aliquem spectare probatur ex pluribus nominationibus ab eo factis, & suum effectum sortitis.*
3 *Vacatio, seu confirmatio successorum per cessum, vel decessum, aut remotionem antecessorum, probat collationem beneficii.*
4 *Subiectio Ecclesiæ ex quibus remaneat probata.*
5 *Subrogatus eodem iure vtitur illius, in cuius locum subrogatur.*
6 *Beneficium vnitum, vel translatum auctoritate superioris, omnia sua iura retinet, & priuilegia.*
7 *Beneficium Regulare licet efficiatur sæculare, sua tamen iura, & priuilegia non amittit.*
8 *Sæcularizata Ecclesia, vel Monasteria, non ideo extinguuntur iura, sibi per prius in beneficiis competentia.*
9 *Suppressio Ecclesiæ, vel beneficii quatenus dicatur potius extinctiua, vel translatiua*
10 *Iura Ecclesiæ, vel beneficii simpliciter translati, non autem suppressi, remanent integra perinde ac si translatio facta non esses.*
11 *Papa si non disposuit de beneficio Ecclesiæ, ad aliam Ecclesiam translatæ, illud eidem reliquisse dicitur.*
12 *Iuspatronatus à solo iure nominandi distinguitur, & n. seqq.*
13 *Præsentandi ius non benè infert ad iuspatronatus.*
15 *Iuspatronatus abhorret ab amouibilitate, cum perpetuam prouisionem requirat.*
16 *Ius, aut præscriptio beneficii non acquiruntur, stante præseruatione in originali prouisione facta lite, protestationibus, & nominationibus intermediis.*
17 *Patronum prætensum non habere iuspatronatus præsumitur, si ille per plura tempora numquam præsentauit, & num 19.*
18 *Episcopi non solent esse segnes intuendo iura suarum Ecclesiarum*
19 *Episcopi, si collatio beneficii ad eos spectares, non præsumuntur alios diu conferre permisisse, & nu.17.*
20 *Laici licet incapaces iuris spiritualis, illo tamen tamquam ministri Ecclesiæ gaudere possunt.*
21 *Laici quatenus sint capaces iuris præsentandi, & nominandi.*

DECISIO DCCCIX.

POSSIDEBAT à tribus sæculis Abbatia, & Monasterium SS. Naboris, & Felicis ius nominandi Rectorem in subiecta Ecclesia S. Laurentij, cùm de anno 1519. fel. rec. Iul. II. eandem Abbatiam suppressit, bonaque omnia, iura, & pertinentias applicauit Hospitali S. Ioannis Baptistæ, vt in Summario n. 1. Orta autem contro-

uersia in casum vacationis de anno 1614. inter Illustrissi-
mos Assumptos gubernio d. Hospitalis, necnon Parochia-
nos eiusdem Ecclesiæ ex vna, & Mensam Archiepiscopa-
lem Bononiæ ex altera, super huiusmodi beneficii perti-
nentia, fuit per modum prouisionis à fa. me. Gregor. XV.
1 † tunc temporis Archiepiscopo deuentum ad collationem
in personam Presbyteri Pistorini, cum expresso tamen de-
creto, quod per talem prouisionem nullum ius acquirere-
tur, aut acquiri vnquam posset Mensæ Archiepiscopali,
nullumque ex ea præiudicium ipsis partibus inferatur, di-
cto Summ *num.* 3. indeque causa de communi consensu in
Rota commissa, fuit resolutum, non constare de iurepa-
tronatus Abbatiæ ante illius separationem, vt in decisio-
ne edita a bon. me. *Remboldo sub die* 8. *Martii* 1619. inte-
rimque secutis pluribus vacationibus, & continuante
Mensa eiusmodi collationes, non obstantibus iteratis
protestationibus, ac præsentationibus Assumptorum, &
Parochianorum, causa mihi commissa, dedi dubium, An
constet de illorum iure nominandi Rectorem à DD. affir-
matiué resolutum.

Etenim quod Monasterium S. Felicis ante suppressio-
nem huiusmodi iure nominandi Presbyteros in dicta Ec-
2 clesia subiecta gauderet, † probatur ex nominationibus ab
anno 1272. vsq; ad ann 1472. quas constat effectum suisse
sortitas, ad tradita per Barb. *de off. & potest. Ep. alleg.* 72 *n.*
56. *& in Collect. Concil sess.* 25. *de reformat. cap.* 9 *num.* 58.
3 tum ex instrumentis possessionum, † tùm etiam ex con-
remotionem antecessorum per cessum, vel decessum, aut
remotionem antecessorum subsecutis Coccin. *decis.* 230. *n.*
2. Pæn. *decis.* 165. *num.* 4. Non parum suffragantibus enun-
ciatiuis instrumentorum anni 1457. & 1472. vbi dicitur
quod Rector soluat census debitos Monasterio ratione su-
biectionis, & instrumento transactionis anni 1503. vbi pa-
riter narrantur dd. census debiti, & Rector promittit eos
soluere in vim sententiarum, & iurium antiquorum, quæ
ibi enunciantur, necnon licentia alienandi data per Abba-
tem d. Monasterii Rectori d. Ecclesiæ anno 1415. aliisque
enunciatiuis patronatus, & subiectionis, etiam præsente
4 Ordinario emanatis, † ex quibus omnibus constat, quod
Monasterium habebat subiectam d. Ecclesiam aliquo ex
tribus relatis per Abb. *in cap. de Monachis* 12. *numer.* 5. *&*
seqq de præben. Lotter. *de re benefic. part.* 2. *qu.* 12. *pariter*
num 5 *& seqq.* & comprobant *d. decis. bon. me. Remboldi in*
princ. & §. & quod re vera. Vnde consequens est, vt eo-
5 dem iure frui debeat Hospitale, † tanquam illius loco in
omnibus, & per omnia subrogatum, *ad text. in l. si dona-*
tum, §. 1. *ff. de donat. inter vir. & vxor.* Rota in terminis
decis. 358. *num.* 7. *par.* 5. & in hac causa consultus respondit
Spada *cons.* 4 *vol.* 3 quod regulare est in omni beneficio
6 vnito, vel translato auctoritate superioris, † vt nimirum
7 retineat sua iura, & priuilegia, quæ regularis status † mu-
tatione non amittuntur, Innoc. *in cap.* 2. *nu.* 2. *de nou. oper.*
nunc. latè *Prob. ad Menach. in cap. cum de b. neficio de præ-*
ben. in 6 *à num.* 47 *cum seqq.* Panormit. *in cap.* 2. *sub num.* 9.
vers. ex hoc etiam infertur de Capell. Monach. in cap. Abb.
num. 16. *de verbor. significat.* Rota *decis.* 204 *num.* 3. *de præ-*
8 *ben. in antiq.* & in specie Monasterii sæcularizati, † quod
non ideo extincta remanserint iura eidem per prius in be-
neficiis competentia fuit dictum *in rec. dec.* 323. *nu.* 7. *par* 2.
decis. 252. *nu.* 2. *& seqq. & decis.* 373. *num.* 12. *in fine part.* 3.
coram Royas *decis.* 94 *num.* 27 *& in Senogallien Parochia-*
lis 6. *Iunii* 1654. *§. non obstat vers. quod est etiam conforme co-*
ram R. P. D. meo Priolo.

Suppressio autem non fuit simplex, & extinctiua, ita
9 quod dici possit acquisita libertas beneficii, † sed fuit trans-
latiua, ad effectum videlicet vniendi, & applicandi Hos-
pitali omnia bona, & iura, quæ dictum Monasterium
possidebat, ibi: Ac Hospitali prædicto per nos, vt præ-
mittitur, erecto, omnia, & singula bona mobilia, & im-
mobilia, iura, & actiones dicti Monasterii SS. Naboris
& Felicis quomodolibet pertinebant, & spectabant, seù
spectare, & pertinere poterunt, & possunt auctoritate,
& tenore similibus, cum omnibus iuribus, & pertinentiis
10 applicamus, & appropriamus, &c. d. Summario *nu* 1. †
vnde eò magis intrant superius deducta ad plenè tradita
per Rot. *in rec. decis.* 207. *num.* 11. *par.* 6. *in Lunen. Sarzanen.*
beneficiorum 12. *Februar.* 1663. *§ primum enim coram R. Gr-*
randen. & in specie animaduersum fuit in dicta *Senogal-*
lien. Parochialis §. non obstat, & ponderat Spad. *d. cons.* 4.
numer. 2. *cum seqq.* vbi vlterius aduertit, quod cum Papa
11 non aliter de hoc iure disposuerit, † per necesse censetur in
ipsummet Hospitale transfusum.

Non obstat decisio *coram bo. me. Remboldo* in hac causa
emanata, quæ de stylo venit supponenda, quoniam ho-
die non agitur præcisè de iurepatronatus iuxta dubium in
eadem decisione præinsertum, † sed agitur simpliciter de 12
illo iure nominandi, quod ratione subiectionis Ecclesiæ
S. Laurentii competebat Monasterio, & Abbati S. Be-
nedicti ante præfatam suppressionem iuxta seriem nomi-
nationum datam in dicto Summar. *num.* 2. ad tradita per
Rocch. *de iurepatr. verb. competens qu.* 25. *num.* 59. *ad med.*
vers. dicamus ergo, Lambert. *eod. tract. part.* 2. *lib.* 10 *quæst.*
princ. num 4. Gonzal. *ad reg* 8 *gloss.* 18. *ex num.* 90. vbi quod
non valet consequentia † habet ius præsentandi, ergo ha- 13
bet iuspatronatus, *& gloss.* 45. *§.* 2. *nu.* 27. *&* 28. Viuian. *eo-*
dem tract de iurepatr. lib. 1. *cap.* 3 *numer. finali & lib.* 2. *cap.*
9 *n.* 24 Rota *in diuers. decis.* 798. *nu.* 5. *vers. & sententio non*
dicit part. 1 *apud* Caualer. *decis.* 595. *num.* 3. *vers. neque vi-*
sum fuit obstare, & decis. 599. *num.* 7. *vers. neque obstare vi-*
sæ fuerunt, latè Sanleger. *resol benefic. part.* 3. *cap.* 187. *nu.*
6 *cum multis seqq.* & admittit *eadem decisio Remboldi in*
princ. vers. nam fieri potuerunt ratione alterius iuris, & in
dicto §. & quod re vera, innuens differentiam iurispatro-
natus † à simplici iure nominandi, vt hoc, stet simul cum 14
amouibilitate, quæ conuincitur ex instrumentis de anno
1472. eodem Summ. *num.* 2. † à qua ipsum iuspatronatus 15
abhorret essentialiter perpetuam prouisionem requirens,
vt ibi *in d. §. & quod re vera ad finem.*

Minus obstant prætensæ collationes factæ per Mensam
à dicto anno 1614. vsque in præsens, ex quo inducta vi-
deatur præscriptio, & extinctum quodcumque ius aduer-
sus liberam collationem; nam responsum fuit stantibus
dictis præseruatiuis in originali prouisione adhibitis, ac
stante lite cum intermediis nominationibus, ac pro-
testationibus † Assumptorum, nullum ius Mensæ, 16
nullamque præscriptionem acquiri potuisse, ad tradita per
Marescot. *var. resol lib.* 1. *cap.* 55. *num.* 59. Adden. ad Greg.
decis. 434. *num.* 5. Rota *in rec. decis.* 172. *num.* 9. *part.* 3. *decis.*
32 *num.* 38. *p.* 9. coram Dunoz. Iun. *dec.* 861. *n.* 3. *&* 4. *& dec.*
154 *n.* 13 *cor. Eminentiss. Celso* Præsertim verò, cum nun-
quam ostendatur Mensam per tria sæcula contulisse, † ex 17
quo fortissimum resultat argumentum non iuria ipsius,
cum Episcopi † non soleant esse segnes in tuendo iura sua- 18
rum Ecclesiarum, inquit Rota *decis.* 141. *num.* 12. & quod
aliàs Episcopi tanto tempore non tollerassent, † si ad eos, 19
& non ad alium collatio pertinuisset, arguit in puncto Ro-
ta *in rec dec.* 9 *n.* 15. *p.* 10.

Quod autem dicti DD. Assumpti sint laici, & conse-
quenter incapaces iuris † spiritualis, tollitur ex eo, quod 20
sibi non arrogant hoc ius iure proprio, sed tamquam Mi-
nistri auctoritate Apostolica deputati ad regimen Hospi-
talis, cui dicta Ecclesia S. Laurentii subiecta est, ad Tex.
in Clem. per literas, vbi gloss. in verb. Ecclesiast. cos de præ-
ben. Garz. *de benefic. par.* 1. *cap.* 3. *num.* 1. Rota *in diuers. de-*
cis. 114. *in fine part.* 2. & alias etiam laici sunt capaces iuris
præsentandi, ac nominandi, † cùm sit ius honorificum, 21
quod itidem prætendunt Parochiani eiusdem Ecclesiæ S.
Laurentii cum iisdem Assumptis vniti, ac litis consortes,
vt in d. Summario *n.* 1.

Et ita, citatis Syndico Mensæ, ac Rectore dictæ Ec-
clesiæ, fuit vt supra resolutum &c.

REVERENDISSIMO DOMINO
ALBERGATO.
Sacræ Rotæ Decano.

Auenionen. seù Carpentoraten. Iurispatronatus.

Mercurii 1. *Iulii* 1671.

ARGVMENTVM.

In Causis fiscalibus iurisdictionem priuatiuam habere prætendebat Iudex Cameræ Comitatus Venaysini, ideò illi in hac decisione concessã, quia loco Procuratoris Cæsaris subrogatus visus est, qui sicuti in dd. causis quoad Proconsulẽ iurisdictionẽ priuatiuã habebat, ita ille quoad Prolegatum qui successit loco Proconsulis, eadem iurisdictionem habere debet; Plura igitur de

hac

hac mâteria in hac præsenti decisione deducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Camerales omnes, & Iudices Cameræ olim dicebantur Procuratores Cæsaris.*
2 *Procurator Cæsaris in causis fiscalibus erat Iudex priuatiuè ad Proconsulem.*
3 *Iudex Cameræ, est Iudex priuatiuè ad Prolegatum, qui in locum Proconsulis successit, & n. 4.*
4 *Legatus Aueniouensis successit, & habetur loco Proconsulis.*
5 *Officium cum plena, & omnimoda iurisdictione concessum, cum omnimoda etiam priuatiua censetur attributum.*
6 *Iudex Cameræ, licet literas iurisdictionis à Prolegato recipiat, eique subiiciatur, non exinde recognoscit iurisdictionem ab illo, sed à Papa.*
7 *Iudex ordinarius, licet eligatur ab homine, iurisdictionem tamen recognoscit à lege.*
8 *Archiepiscopus, licèt sit superior Episcopo in causis tamen eiusdem Episcopi in prima instantia non potest se ingerere.*
9 *Iurisdictio priuatiua resultat in officiis concessis ad vitam & titulo oneroso.*
10 *Iurisdictionis priuatiuæ argumentum est, si illa exercetur in Ciuitate metropoli.*
11 *Iurisdictionis deputato in certo Territorio pro causis certæ speciei, habet tacitam priuatiuam quoad omnes alios.*
12 *Comitatenses Venaysini in prima instantia, ex priuilegiis Pontificum extra suum Comitatum extrahendi non sunt.*
13 *Causæ si in prima instantia in Ciuitate dominanti cognosci potuissent, ad nihilum deseruiret priuilegium, quod Comitatenses ex suo Comitatu extrahendi non possent.*
14 *Causæ fiscales, & Cameræ cumulatiuam iurisdictionem, præter solum iudicem Cameræ non admittunt.*
15 *Ludouicus Bertrandus insignis Aduocatus, fuit etiam Iudex Cameræ in toto Comitatu Venaysino.*
16 *Declaratio Legati, seù Prolegati, naturam officij, eiusque etiam qualitatem ostendit.*
17 *Facultas limitatè concessa declarat quid extra illam in alterius concessione comprehensum sit.*
18 *Iudex eandem habet priuatiuam quoad alios Iudices, quàm habet suus Notarius quoad alios Notarios.*
19 *Facultas restricta ad causas appellationis excludit causas primæ instantiæ.*
20 *Iudex non potest habere iurisdictionem in prima instantia, si illius Notarius habeat limitatam facultatem in causis secundæ instantiæ.*

DECISIO DCCCX.

IVDICEM, cæterosque Officiales Cameræ in Comi-
tatu Venaysino priuatiua gaudere in causis fisci interes-
se concernentibus, hodie me proponente, decisum fuit,
1 triplici ratione, prima deducta ab origine officij, † quod
olim Procuratoris Cæsaris dicebatur hac priuatiua iorisdi-
ctione gaudentis, vt sunt Tex. aperti *in l. 2. vers. hoc inter-
dum, vbi gloss. verbo Præfecti, ff. de quid in loco publico, &
in l. 2 C. vbi causæ fiscales*, & tradunt Alphar. *de officio fi-
scalis, gloss. 16. num. 21.* Peregr. *de iur. fisci lib. 3. tit. 1. num. 1.*
Catleual. *de iudic. tom. 1. tit. de iurisdict. fisci nu. 698.* Capic.
Galeot. *respons. fiscal. 1. & 2. per totum*, quemadmodum
2 ergo Procurator Cæsaris in caulis fiscalibus † erat Iudex pri-
uatiuè ad Proconsulem *d. l. 2. C. vbi causæ fiscales*, & mo-
nuit Vlpian *in l. nequicqaam, ff. de Procons.* ita hodie Iu-
3 dex priuatiuè ad Domioum † Prolegarum, qui in locum
Proconsulis successit, veluti censuit Clemens IV. *in cap. 2.
vbi gloss. verbo Proconsulem de offic. Legati*, in specie Bald.
4 *in d. l. nequicqaam in prima lectura sub num.* 1. Ripa, † qui
loquitur de legato Auenionen. *resp. 4. in p. ad finem, tit. de
rescript.* Fraoc. Marc. *decis. 641. num. 5. & 7. part. 1* & in di-
uiduo arguit Rota in alia causa *Carpentoraten. iurisdictio-
nis, & præcedentiæ 27. Iunii superioris anni §. coram Illu-
striss. Vrbis Gubernatore.*

Secunda ratio desumpta fuit ex literis patentalibus ip-
sius Papæ hoc officium cum plena, & omnimoda iurisdi-
ctione tribuentis, Summ. *num. 2. lit. B.* † inde enim colligi 5
concessionem priuatiuam non admittentem alterius con-
cursum, censuit *Gloss. in Clement. Papa verb. omnimodo de
for. compet.* & responderuot Soccin *cons. 43. numer. 12. lib. 4.*
Deciao. *resp. 35. numer. 58 lib. 3* Rota *in diuers. decis. 296.
numer. primo part. prima* coram Buratt. *decis. 132. num. 6.*
coram Bich *decis 448. num. 5 & 474. numer. 6.* cum aliis *in
ead. Carpentoraten. § primo*; absque eo, quod obstet d. Iu-
dicem easdem literas recipere à Prolegato, eique fore subie-
ctum, † quia non inde ab illo recognoscit iurisdictionem, 6
sed ab ipsomet Papa, cùm Iudex ordinarius, licèt eligatur
ab homine, † iurisdictionem tamen recognoscit à lege, vt 7
docuit Bald. *super vsibus feudorum tit. de allodiis sub nu-
mer. 12.* & facit Decius *cons. 72. num. 1.* Subiectio vero opti-
mè saluatur in ipsa subordinatione causarum, quatenus
scilicet Prolegatus est illius sententiarum in secunda instan
tia reuisor, in Summ. *num. 6.* vt videmus in Archiepiscopo
qui etiam sit superior; in causis tamen ad Episcopum in
prima instaotia spectantibus, † nec quidquam ingeritur, 8
Cancer *var. resol. cap. 13. num. 335 vers. Archiepiscopum
par. 3.* Guttelt. *practic. 99. lib. 3. qu. 24. n 8. ad medium* Guido-
pap. *decis. 436. n. 2. & seqq.*

Tertia demum ratio procedit ex modo, quo huiusmodi
officia conferuntur, ad vitam scilicet, & titulo oneroso,
† ex hoc namque argui iurisdictionem priuatiuè concessam 9
probat Text. *super cap. irrefragabili de offic. Ordinarii in
cap. vt debetis de appellat.* & tradiderunt Crauetta *consil.
411. num. 31. & 33.* Menoch. *præs. 18. num. 23. vers. qui dicit
lib. 2.* Ramon. *consil. 25. num. 11. & 19* Schrader. *de feud. par.
10 sect. 1. num 131. & 133. & sect. 2. num. 72. post medium,
vers. cum quia*, Rosental. *eodem tract. cap. 12. conclus. 1. nu.
32. versic. p. iurisdict. per viam contractus, vbi adden.* cæte-
ros cumulat, latè Giurb. *cons. 89. nu. 10. vsque ad 15.* Carp.
iurisprud. fori part. 1. constit. 27 decis. 12. in fin. Gratian.
discept. 154 num 37. & disceptat. 891. numer. 33. de Ponte
de potestat. Proreg. tit. 3. §. primo numer. 23. & decisum fuit
apud Sess. *decis. Aragon. 79. num. 44 & 50.* Quo spectat,
tum locus resideotiæ istius † Iudicis, nimirum in Ciuitate 10
Carpentoraten totius Comitatus Venaysini Metropoli,
ad doctrinam Bald. *in d. rub. de allod. sub num 5* quæ iuris-
dictionis deputatio in certo Territorio pro causis certæ spe-
ciei, † tacitam fert suam priuatiuam, quoad alios, & res- 11
poodit Roman. *cons. 393. n. 9. versic. sed aduertendum, vbi*
Mandos. *in addit.* de communi testatur idem Roman. *cons.
21.* Crauett. *d. cons. 411. numer. 29. vers. 35. cessat*, Ludoui-
cus *conclus. 20. fall. 2.* Grammat. *decis. 30. numer. 9.* Natta
cons. 636. num. 122 Cancer. *var. resolut d cap. 13. num. 27 p.
3.* stantibus præsertim priuilegiis à Summis Pontificibus
Bonifacio Octauo, Iulio Secundo, Leone Decimo, Cle-
mente Septimo, Paulo Quinto, & Vrbano Octauo con-
cessis Comitatui Venaysino de causis, & hominibus extra
dictum Comitatum non extrahendis † in prima instantia, 12
Summ. *num. 7.* de quibus etiam testatur Sanleger. *de præ-
uent. par. 1. cap. 11. num 5.* cum implicet, quod causæ huius-
modi possint in prima instantia in Curia Auenionen. cu-
mulatiuè cognosci, † & tamen ex priuilegiis præfatis ne- 13
queant Comitatenses in prima instantia extra Comita-
tum trahi, vt in terminis similium priuilegiorum arguit
Cumia *super ritibus mag Curiæ cap. 40. nu. 125.* tùm etiam
materia ipsa, super quam iudicium † cadit, cumulatiuam 14
respuens iurisdictionem, & in specie ad ipsiusmet fisci vti-
litatem respondit Corn. *cons. 76. num. 16. lib. 1.* Aretin. *cons.
85. num 4. in fine* Ludouic *d. concl. 20. falleat. 5.* & benè probat
Text. *in l. 2. C. de off. Comitis Sacri Palatii*, quem in id ex-
pendit Gratthard. *de off. domus augustæ lib. 3. cap 25. vers. à
Com.*

Accedit obseruantia tùm vetus vsque de tempore, quo
Bertrandus † Auocatus insignis, hanc iudicaturam exer- 15
cuit, d. Summ. *num. 5.* tùm recens de tempore bo. me. Du-
nozetti, qui cum esset Prolegatus de anno 1611. in publico
edicto mandauit, singulas causas interesse huius Cameræ
concernentes coram D. Iudice in prima instantia tractari
eas quatenus opus esset à quocumque alio auocando, & ei-
dem Iudici committendo, d. Summ. n. 4 † quæ sanè com- 16
missio per viam declarationis ostendit naturam, & quali-
tatem istius officii, vt pooderat Iacobus Gall. *cons 47. n. 10.*
Aodreol. *contr 320. n. 10.* & in terminis indiuidualibus, quod
omnes actus iurisdictionales Cameræ Comitatus Venay-
sini fieri debeant in Curia Carpentoraten. non autem Ci-
uitate Auenioοen. dicit R. P. D. de Rubeis apud Spadam
cons. 40. nu. 30. vers. quibus accedit lib. 1.

Melius verò id declaraſſe videtur Vrbanus Octauus,
dum in erectione Archiuiſtæ Auenionenſis ei tribuit fa-
17 cultatem ſcribendi dumtaxat † in cauſis appellationum,
quæ à Iudice Cam. Carpenctoraten. deuoluuntur ad Cu-
riam Auenionen. priuatiuè quoad alios, prout Notarius,
& Secretarius Cameræ Carpenctoraten. gerit, & exercet,
d. Summ. *num.* 8. eandem namque priuatiuam, quam ha-
18 bet Notarius in ſuo officio erga alios † Notarios, habet Iu-
dex in ſua iuriſdictiones, vt in ſpecie arguit Cancer. *var.*
reſolut. lib a cap. 1. num. 61. Tondut. *in tractat. de præuentio-*
ne par. 3. cap. 15. num. 2. & dum facultas Archiuiſtæ, qui eſt
Notarius Cameræ in Tribunali Auenionis eſt reſtricta ad
19 cauſas in gradu appellationis, † hinc ſequitur, quod in pri-
ma inſtantia idem Tribunal nullam habeat iuriſdictio-
20 nem, † cum reſtrictiua ad ſecundam inſtantiam excludat
eandem in prima, vt ponderauit Rota *in d. decif. 27. Iunii,*
§. his accedit coram Illuſtriſſ. D. meo Beuilaqua.

Et ita in confirmatione ſententiæ Eminentiſſ. Legati reſponſum fuit.

R. P. D. EMERIX.

Rauennaten. Decimarum.

Lunæ 20. Iunii 1672.

ARGVMENTVM.

Solutio decimarum euitari prætendebatur ex eo, quod non ageretur de Parocho, & pro bonis exiſtentibus intra fines ſuæ Parochiæ; Contrarium tamen deciditur quia illæ debebantur ex pacto in inueſtituris adiecto, & quidem per verba vniuerſalia concepto, quæ ideò omnem ſpeciem fructuum comprehendebat, cui non obſtiterat certa dies earum ſolutioni adiecta, quaſi quod non deberentur decimæ poſt d. diem maturatæ, quia contrarium ex ſupradictis verbis vniuerſalibus, & obſeruantia conſtabat, ex quibus eadem dies demonſtrationis gratia, non autem taxationis dicebatur expreſſa.

SVMMARIVM.

1 *Verba,* omnium, & quorumcumque *tamquam vniuerſalia omnes fructuum ſpecies comprehendunt.*

2 *Verba incipientia per dictionem* item, *diuerſitatem oſtendunt, & operantur, quod non liceat inferre de vno ad aliud.*

3 *Clauſula,* vt ſupra *repetit quidem ſolutionem faciendam, non autem diem eiuſdem ſolutionis demonſtrat.*

4 *Repugnantia in vno, eodemque inſtrumento non admittitur.*

5 *Intellectus ille non admittitur, qui repugnat vniuerſalitati verborum.*

6 *Verba ſolutioni adiecta quatenus potius demonſtratiuè, quàm taxatiuè ſtare dicantur, & quem intellectum recipiant.*

7 *Abbas, Prior, & Superior Eccleſiæ non poteſt alterare ſolutionem decimarum ſine beneplacito Apoſtolico.*

8 *Centenaria præſcriptio non reſultat, ſi de medio aliquis actus, vel inſtrumentum ſubducendum ſit.*

9 *Centenaria, & obſeruantia copulatiuè requiruntur, aliàs non ſuffragantur.*

10 *Mens, aut verba vbi ſunt clara, contraria interpretatio non admittitur.*

11 *Præſcriptio probari debet cum ſuis requiſitis in materia decimarum.*

12 *Decimæ ſolui debent ex fructibus, deductis expenſis, & quando, vid. num. ſeqq.*

13 *Verbum* fructus, *ſi proferatur à lege, intelligitur deductis expenſis, ſecus verò ſi ab homine in certa, & determinata quantitate exprimatur.*

14 *Identitas in antiquis probatur ex ſola verificatione loci cum vna confine, amplia vt numer. ſeqq.*

15 *Coniecturæ ſolæ, & præſumptiones in antiquis ſufficiunt.*

DECISIO DCCCXI.

PLACVIT Dominis reſolutio capta ſub die 23. Ianuar.
proximè præteriti, quia licèt decimæ, de quibus eſt
quæſtio, non deberentur Priori tamquam Parocho, ex quo
vt contendunt Informantes pro Reis; non fuerit ſatis pro-
batum prædia eſſe ſita intra fines Parochiæ, nihilominus
debentur ſemper ex pacto ſpeciali adiecto in inueſtituris
ſoluendi Prioribus pro tempore decimam partem omnium
& quorumcumque fructuum, † quod vti conceptum verbis 1
vniuerſalibus omnes fructuum ſpecies comprehendit, vt
eſt Text. *literalis in l. Iulianus 66. ff. de legat. 3. & in cap. ſo-*
litæ in fin. vbi gloſſ. in verbo quodcumque de maiorit. & obed.
& præter allegatos *in decif.* aduertit Rota *decif. 143. n. 11. p.*
8. cum aliis adductis *in decif. 303. n. 4. p. 11. rec.*

Neque aduerſatur obiectum denuò repetitum, quod
huiuſmodi pactum reſtringendum ſit ad fructus matura-
tos in die feſto S. Apollinaris, in quo fuerat deſtinata ſolu-
tio in præcedentibus inueſtituris ann. 1530. 1550. 1607. 1642.
& ad quas legitur facta relatio in inueſtituris obtentis à
Reis conuentis, ideoque ſub illo dici non debeant compre-
henſæ vuæ, aliique fructus, qui recolliguntur poſt dictum
feſtum, quia non verificatur in facto, quod verba *in feſto*
Sancti Apollinaris in inueſtituris annorum 1530. & 1550.
ſint adiecta ſolutioni decimæ, quinimò conſtat de contra-
rio, videlicet ſolutionem decimæ in illis promitti indefini-
tè, & in diuerſa, ac ſeparata oratione, ibi: Item teneatur
annuatim decimam partem omnium fructuum &c. quæ
incipiens per dictionem, *item,* † diuerſitatem oſtendit, & 2
operatur, quod non liceat de vno ad aliud inferre, Barboſ.
dict. 185. num. 11. Mareſcott. *var. reſol. lib. 2. cap. 112. num. 28.*
& ſeqq. cum aliis adductis per Adden. ad Greg. *decif. 541.*
& Rot. *in Fulginaten. affictus 31. Ianuarii 1667. §. cæterum*
coram Eminentiſſimo Cerra, non obſtante clauſula, *vt ſu-*
pra, † quia illa repetit omnem ſolutionem faciendam Ec- 3
cleſiæ S. Adalberti, eiuſque Priori pro tempore, non etiam
diem ſolutionis, aliàs repugnaret dictionibus vniuerſali-
bus *omnium, & quorumcumque,* † quod in eodem inſtru- 4
mento non eſt admittenda, vulgata *l. non ad ea, verſ. quod*
ſi purè, vbi gloſ. & Doctores, ff. de condit. & demonſtr.

Et nihilominus quando etiam admitteretur, ſine veri
præiudicio, talis deſtinatio, & relatio ad inueſtituras enun-
ciatas, adhuc tamen inde non benè inferretur taxatas fuiſ-
ſe decimas fructuum tunc temporis ſolum recollectorum
† tum quia huiuſmodi intellectus non benè congruit vni- 5
uerſalitati dictionum, *omnium, & quorumcumque,* ſecun-
dum præallegata; tum etiam quia ex ipſiſmet teſtibus à
Reis inductis, & datis in illorum Summario præteritæ po-
ſitionis *num.* 4. apparet ſolutam fuiſſe, & ſolui ſolitam de-
cimam partem canabis, milii, lini, alio umque fructuum
Autumnalium, & proinde verba *in feſto S. Apollinaris,*
vel non referuntur ad fructus, ſed tantùm ad canones, † 6
vel in omnem caſum ſtant demonſtratiuè, non autem ta-
xatiuè, prout ſemper etiam in dubio præſumitur, Grat.
diſcept. 834. num. 22. Rota coram Greg. *decif. 516. num. 8. &*
in Cortonen. ſuppreſſionis Conuentus prima Iulii 1665. coram
bo. me. Auunculo meo.

Et fortius præſumendum eſt in hoc caſu attentis anti-
quis inueſtituris, ad quas vti radium ſubſequentes referri
debent, † & quas Prior etiamſi voluiſſet in præiudicium 7
Eccleſiæ, alterare non potuiſſet ſine beneplacito Apoſto-
lico, ex adductis per Rot. *in Romana Domus in Burgo 19.*
Nouembris 1670. coram R. P. D. meo Vicecomite, confirma-
ta 13. huius menſis Quod beneplacitum non benè deduci-
tur ex lapſu centum annorum, † quia ſublatis de medio 8
inueſtituris annorum 1530. & 1550. in quibus ſolutio deci-
marum non eſt reſtricta ad diem feſtum S. Apollinaris, de-
ficit tempus centum annorum, † & obſeruantia copulati- 9
uè ad illum effectum requiſita, Rot. *decif. 202. num. 7. par.*
7. recent.

Nec vllum fundamentum Domini poſuerunt in con-
traria obſeruantia non ſoluendi decimam vuarum, quia
aut illa deducitur ad interpretandam mentem contrahen-
tium, & cùm iſta videatur clara ex præmiſſis, † non admit- 10
titur contraria interpretatio, vt per vulgatã *l. ille, aut ille de*
l. 3. nouiſſimè reſponſum fuit *in Saliſburg. decanatus 1. Apr.*
proximè præteriti in fin. coram me. Aut verò deducitur ad

indu-

induceendam præſcriptionem , & illa non probatur cum
15 requiſitis, de quibus in deciſione, † imò potius excluditur
dum, vt ſupra dictum eſt, conſtat ſolutam fuiſſe decimam
canabis, aliorumque fructuum Autumnalium.

Minus obſtat repetitum obiectum, quod hæ decimæ
12 ſolui debeant † ex fructibus, deductis expenſis, ad Text. *in l. fructus, ff. ſol.matrim.* & tradita per Barboſ. *de Paroch. cap.28.§ 1.num.43.* & Brit. *de locat.par.2. §. 3. num.* 13. quia
iſtorum dicta procedunt, quando dictio *fructus* eſt prolata
13 à lege abſque taxatione, † ſecus verò eſt, quando fuit prolata ab homine in contractu in certa, ac determinata
quantitate, vt diſtinguit Bart. *in d. l. fructus numer. 6.* &
7 & Bald. & Alex. *n* 4. aliique allegati in deciſione.

Denique non ſubſiſtit, quod non probetur identitas bonorum, de quibus agitur, quia illa ſatis reſultat ex verificatione denominationis loci *della Sebiappa*, & confinis
Dadi, Sum. Prioris præteritæ poſit. *nu.* 1 2. & 3. cum ſimus
14 in antiquis, † in quibus ſufficit verificatio ipſius loci cum
vno confine, Rot. *deciſ.87.num.10.par.5.recent.* imò ſuffra-
15 gantur ſolæ coniecturæ, † & præſumptiones *cap. eam causam*, vbi Bald. Felin. & *alii de probat.* Rot. *deciſ.* 81. *nu.* 20.
& 360. *n.* 10. *d.p.5.*

Et ita vtraque &c.

Supra in aliqua parte 17. recent. adeſt altera præſentis cauſæ deciſ. quæ eſt ibi in ordine 232.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Carpentoraten. Bonorum.

Veneris 23. Februarii 1674.

ARGVMENTVM.

Excluduntur attentata, quia decretum, quod illis ſubiacere prætendebatur, exequutum non erat, quinimò ei renunciatum fuerat; Secundò, quia ſat eſt vel ſententiam vigore Ægidianæ exequutioni demandari potuiſſe, vel quod apud D. in dubium reuocaretur, an d. Conſtitutio habeat locum in Ciuitate Auenionen. Rurſus plura etiam de clauſulis ſine præiudicio, deducens omne ius, ſola facti veritate inſpecta, & de manutentione in huiuſmodi caſibus concedenda in præſenti deciſione deducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Decretum iudicis, quod caruit exequutione, & cui renunciatum eſt, non cauſat attentata.*
2 *Attentata dicuntur ſufficienter purgata, ſi omnia redacta ſunt ad eum ſtatum, quo erant antequam illa fuiſſent commiſſa.*
3 *Ægidiana an habeat locum in Ciuitate Auenionenſi, magna quæſtio eſt inter Doctores.*
4 *Clauſula* ſine præiudicio *præſeruat facultatem iudici à quo exequendi ſuam ſententiam.*
5 *Manutentionem concedere poteſt iudex ad quem, etiamſi cauſa ſit commiſſa cum clauſula* ſine præiudicio, & *quando, num. ſeqq.*
6 *Manutentio, vt ſtante nullitate, & iniuſtitia primæ ſententiæ validè concedatur in gradu appellationis, nullitas, & iniuſtitia debet eſſe notoria.*
7 *Clauſula ſolutaris libelli* deducens omne ius &c. *operantur, vt cenſeatur deductum omne remedium, quod magis actori proficit.*
8 *Sententia ferri poteſt ſuper omnibus probatis, licet non petitis, quoties in monitorio, vel libello adſunt clauſulæ ſalutares* omne ius &c.
9 *Remedium omne cenſetur ab actore intentatum vigore clauſulæ* deducens &c. *etiamſi in narratiuo monitorii ſeù libelli aliquid ſimpliciter ſit expreſſum.*
10 *Legatus Auenionenſis habet in facultatibus procedendi ſola facti veritate inſpecta.*
11 *Clauſula* ſola facti veritate inſpecta *operatur, vt non quod petitur, ſed quod probatum extitit concedatur.*
12 *Retentio in ſpolio non conceditur, & ſi quandoque admittitur, creditur debet eſſe adeo clarum, vt contrarium probari non poſſit.*

DECISIO DCCCXII.

AD bona tamquam nulliter dimiſſa à Sororibus de Pelleriis reintegrandos eſſe fratres de Scipionibus earum hæredes declarauerat per ſententiam Auditor Eminentiſſ. Legati Auenionenſis, ſed in gradu appellationis coram me illam de notoria iniuſtitia, & nullitate redarguens Spiritus de Cheylus, & prætendens omnia geſta in eius exequutionem fuiſſe attentata, obtinuit diſputari dubium, An conſtet de attentatis, & ſit danda manutentio, negatiuè in omnibus reſolutum.

Nullatenus enim ſubſiſtere viſa ſunt attentata, nam
quatenus ea deducebantur ex decreto ſubdelegationis Iudicis in partibus facto per dictum Auditorem poſt interpoſitam, & admiſſam appellationem ad effectum liquidandi
fructus à ſpoliatore perceptos ex dd. bonis. Placuit reſponſio huiuſmodi decretum, nedum exequutione caruiſſe, † 1
ſed vlterius fuiſſe de medio ſublatum mediante renunciatione facta in actis, ex qua dum res fuit redacta ad priſtinum ſtatum, in quo ante decretum reperiebatur, † re- 2
ſultat proinde ſufficiens purgatio attentati, *ad text. in cap. non ſolum in fine de appell. in* 6. cum traditis per Rotam cor. Buratt. *deciſ.* 356. *num.* 4. & coram bo. me. Card. Celſo *deciſ.247.n.7.*

Quatenus verò deſumebantur ab exequutione mandati
de reintegrando; quod ſuapte natura dicebatur admittere
appellationem, ſupponendo Ægidianam non habere locum in ſtatu Auenionen. † reſponſum fuit huiuſmodi ſup- 3
poſitum reddi valdè dubium, per ea, quæ in contrarium
firmauit Rota coram Verall. *deciſ.* 226. *part.* 1. & coram
Royas *deciſ.* 372. *num.* 1. cum aliis relatis coram Cardinali
Celſo *deciſ.* 43. *num.* 2. & proindè attenta hac dubietate,
ſatis eſt ad ſaluandam exequutionem ab attentatis, vel
nullitate, quæ ex infra allegandis deberet eſſe notoria,
commiſſionem fuiſſe ſignatam cum clauſula, *ſine præiudicio*, † quæ Iudici à quo præſeruat facultatem exequendi 4
propriam ſententiam, Rota *deciſ.* 416. *num.2.part.5. deciſ. 8.n.12.* & 13. & *deciſ.* 353. *num.1.par.6. recent.* & pluribus
cumulatis Barboſ. *clauſ.* 139. *num.*1. & in his terminis *bo. me. Androſilla in ſuo voto*, hodie dato in particula §. *An verò & ſeqq.*

Minus deberi cenſuerunt Domini manutentionem prætenſam ex capite nullitatis, & iniuſtitiæ d. ſententiæ. † Qui- 5
bus concurrentibus dicebatur clauſulam *ſine præiudicio* non
impedire, quin Iudex, ad quem poſſit concedere manutentionem, vel per viam attentatorum reuocare exequutionem iam factam ex *deciſ.* 410. *num.* 19. & *ſeqq. coram Merlin.* Nam præmiſſo, quod illæ ad hunc effectum deberent eſſe adeò notoriæ, & palpabiles, † vt nullo velamine 6
offuſcari, vel aliquo prætextu excuſari poſſent, vt pluries
tenuit Rota, & ſignanter *deciſ.* 85. *num.*4 & *ſeqq par.1. diuerſ.* coram Caualer. *deciſ.* 337. *num.*1. & 2. coram Martin. Andr. *deciſ.* 29. *num.*7. coram Stephan *deciſ.867. per tot. in recent. deciſ.* 668. *num.*1. *part.*3. & latè examinato articulo in *Romana de Bombellis apud* Poſth. *de manut. deciſ.* 9. quas in his terminis refert, & ſequitur Androſilla in voto proximè citato.

Talis certè non probatur nullitas deſumpta ex defectu
monitorii, quod licèt interuenerit, prætendebatur vti reſtrictum ad reſciſſionem inſtrumenti venditionis nullatenus poſſe extendi ad dimiſſionem bonorum in eo minimè
expreſſam. Quia dum hæc dimiſſio continebatur in eodem
inſtrumento, & petitio reſciſſionis non fuit reſtricta ad
venditionem, ſed habuit relationem ad inſtrumentum
ſimpliciter, & vlterius in monitorio fuerunt appoſitæ clauſulæ ſalutares ibi: *deducens omne ius, omneque remedium,*
& *actionem* &c. † inde ſequitur ex eis cenſeri deductum 7
omne remedium actoribus magis proficuum, *Practica Papien. in forma libelli pro act. reali, §. Deducendo num.7* Rot.
deciſ. 135. *num.5.part* 6. *recent.* & coram Bich. *deciſ.*63. *num.*
20. & per conſequens potuiſſet ferri ſententiam ſuper om-
nibus probatis in † d. inſtrumento, licèt expreſsè non pe- 8
titis in d. monitorio, Ridolph. *in praxi par.2.cap.4.num.55.*
Rota coram Dunan. *deciſ.* 90. *num.* 1. *deciſ.*256.*num.*7. *in fine par.*1.

par. 1. diuerſ etiam ſi in narratiua monitorij fuerit expreſ-
9 ſum inſtrumentum † venditionis, nulla facta mentione dimiſſionis, in ſpecie Gratian. *conſ. 156. numer. 25. & 26. lib. 2.*

Concurrentibus præſertim facultatibus Emin. Legati
10 † procedendi ſola facti veritate inſpecta, relatis apud Tondut. *q.beneſ. par.3.cap. 200.ſub n. 37.* Qui bus attentis non
11 quid petitum, ſed quid probatum exiſtit eſſe concedendum dixit Alexand. *conſ.114.numer.6.lib.6.* Ruin.*conſ.5 num.12. lib.4.* Pariſ.*conſ.131.num.14.lib 1.* Surd.*decis.284.num.14.* Adden. ad Buratt. *decis. 58. num.6. &* Rota coram Greg. *decis. 176.num. 2. & ibi* Addeo. *num.10.*

Eoque minus conſtare dici poteſt de notoria iniuſtitia ob denegatam retentionem horum bonorum prætenſam à Spiritu ex capite detractionum legitimæ, & trebellianicæ ſuper illis ſibi competentium ex perſona Stephani iunioris filii, & hæredis alterius ſenioris, qui fideicommiſſum condidit fauore actorum.

Quia vltrà quod dubitatur an ex teſtamento d. Stephani iunioris prædictæ detractiones competant actoribus, vel Spiritui Aduerſario, & præter alias reſponſiones, illa ſignanter placuit Dominis, quod attenta illiquiditate iſtarum detractionum in præſenti hypotheſi reſultante, tam ex ære alieno contracto per eundem Stephanum iuniorem vel ab eo debito, vti cohærede d. Stephani ſenioris, Summ. actorum *num. 9.* quam ex fructibus à Spiritu perceptis in bonis nulliter dimiſſis, de quibus tenetur reddere ratio-
12 nem, nulla pro eis competebat retentio in iudicio ſpolii, † in quo huiuſmodi exceptio, quatenus admittenda debet eſſe pro credito ita claro, & liquido, vt contrarium probari nequeat in petitorio, ex firmatis Rota cor. Duran *decis. 113. num.7.* coram Cardinali Celſo *decis. 421. num. 13. in recent. decis.62.num.6 par 8.* & præcipuè coram Caualer. *dec. 339.num. 5. & in Rauennaten. bonorum 16. Ianuar. 1671. §. ſimiliter coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. RONDININO

Romana Pecuniaria.

Lunæ 9. Aprilis 1674.

ARGVMENTVM.

Conſtitutus procurator ad lites, & ad negotia cum facultate ſubſtituendi, alium generaliter ſubſtituerat, & hic pecunias ad cambium receperat; cùm ideò quæ ideò quæreretur an Dominum obligare potuerit, ratione mandati negatiuè reſoluitur, quia facultas ſubſtituendi fuerat reſtricta ad lites, non ad negotia, pro quibus apparebat electa induſtria perſonæ procuratoris conſtituti, minus etiam ratione negotiorum geſtorum, cuius actionis requiſita non aderant, adeout creditori ſola remanſerit actio contra gerentem ipſum, non autem contra illum, cuius negotia geſta ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Appellari tertio loco non poteſt in eadem cauſa.*
2 *Statutum Vrbis de duabus conformibus intelligitur de validis, & iuſtis.*
3 *Mulier poteſt eſſe procuratrix ad effectum ordinandi lites non autem ad effectum comparendi.*
4 *Facultas ſubſtituendi appoſita in mandato procuræ ad lites, & ad negotia, quatenus potius, ad vnum, quàm ad alterum referatur, & num. ſeqq. & ferè per totum.*
5 *Verbum, conſtituit, in mar lato procuræ ad lites, & ad negotia, an comprehendat vtrumque ſimul, vel non.*
6 *Dictio, item, denotat ſeparatam orationem.*
7 *Verbum, licet vnicum inſtrumenti, in vnoquoque capitulo dicitur repetitum, ſi illa incipiant per dictionem, item.*
8 *Induſtria perſonæ procuratoris quando dicatur electa, & ſeqq. & n. 13. par. cum ſeqq.*
9 *Procurator, cuius fuit electa induſtria, alios ſubſtituere non poteſt, & ad illos facultas ſubſtituendi non tranſit, & vid. n.40.cum ſeqq.*
10 *Arbitrium alicuius quando dicatur electum, eiuſque ſolum onerata conſcientia.*
11 *Arbitrio alicuius, quæ committuntur, ab eo præſtanda ſunt neque ab eius perſona receditur.*
12 *per Alios omnia poſſumus, tribus exceptis, ſcilicet ratione rei, ratione perſonæ, & quando ſpecialiter eſt electa induſtria alicuius.*
12 *Facultas ſumendi pecunias ad intereſſe procuratori tradita dicitur negotium arduiſſimum, quia omnes conſtituentis facultates implicare poteſt.*
13 *Procurator ſi eſt perſona, quæ Domino ſuccedere deberet, de eo maxima fiducia præſumitur habita, & nu. ſeqq.*
14 *inter Conſanguineos inuicem ſucceſſuros facilis eſt reparatio damni, ac etiam ſpes lucri.*
16 *Conſtituens procuratorem, de perſona ab eo ſubſtituta confidere non potuit.*
17 *Facultates ampliſſimæ procuratoribus ſanguine coniunctis conceduntur, quæ tamen extraneis, & incognitis denegantur.*
18 *Argumentum à conſuetis eſt in iure validum, & communiter recipitur.*
19 *Mandatum procuræ nec quid amplius continet, quàm conſtituens veriſimiliter conceſſurus fuiſſet.*
20 *Mandatum procuræ generale, etiamſi fuerit electa induſtria perſonæ, adhuc continet facultatem ſubſtituendi.*
21 *Ratio vbi eſt diuerſa, tunc facultas ſubſtituendi, quæ in vno caſu, vel mandato competere poſſet, non conceditur in altero.*
22 *Clauſula in fine poſita non refertur ad omnia, ſi in eis militat diuerſa ratio.*
23 *Fiduciam ſi quis habuit de aliquo, dicitur etiam illam habere de geſtis ab eo, & quando.*
24 *Procurator generaliter conſtitutus, non poteſt in iis, quæ ſibi ſoli ſunt commiſſa, generaliter ſubſtituere.*
25 *Obſeruantia ſubſequuta declarat etiam quid fuerit in mandato procuræ conceſſum.*
26 *Actio mandati eſt contraria actioni negotiorum geſtorum, quia illa ex contractu, & obligatione naſcitur.*
27 *Actio negotiorum geſtorum propriè ex nullo contractu oritur, aliquo non exiſtente mandato.*
28 *Actio negotiorum geſtorum vt competat, ſufficit, quod habeat vtilitatem actus ab initio, quamuis poſteà ceſſauerit, & vid. n.34 & ſeqq.*
29 *Dilatio breuis nunquam à creditoribus denegatur.*
30 *Actio negotiorum geſtorum, ſecluſa vrgentia aliquid gerendi, non datur.*
31 *Vtiliter geſtum non dicitur, quod nihil debitori intererat quod gereretur, & vid. n. ſeqq.*
32 *Vtilitas debitoris, vt adeſſe dicatur, non ſufficit indigentia pecuniarum in abſtracto, ſed ſpecialis eſſe debet.*
33 *Geſtor negotiorum alterius, quando ipſe debeat eſſe in damno, non autem ille, cuius negotia geſta ſunt, & nu. ſeqq.*
34 *Debitum contractum actione negotiorum geſtorum ſtatim extinguendum eſt, ac pecuniæ ab eo, cuius nomine geſta ſunt tranſmiſſa fuerunt.*
35 *Vtilitatis perſeuerantia, quæ non requiritur in actione negotiorum geſtorum, intelligitur de iis, quæ ſine facto noſtro deficiunt.*
36 *Veſtis pro aliquo comparata, ſi pereat, cuius damno cedat.*
37 *Geſtor negotiorum alterius, illius conditionem meliorem, non autem deteriorem facere poteſt.*
38 *Creditor eius, cuius negotia geſta ſunt, pecuniis ab eo pro ſoluendo debito geſtori tranſmiſſis, illius tantum, & non Domini creditor eſt.*
39 *Lucrum, & damnum inuicem compenſantur.*
40 *Geſtor negotiorum alterius, ſi pecunias receptas à Domino, adhuc illum obligare poſſet, vel eius debitum ſoluere non teneretur, irreparabile præiudicium reſultaret abſentibus.*

DE-

DECISIO DCCCXIII.

REVERENDISS. Hieracen Episcopus ad suam
Ecclesiam properaturus, amplissimum, ac genera-
le mandatum dedit Margaritæ fratris vxori cum pluribus
capitulis pro negotiorum diuersitate, ac demum etiam ad
lites, in quo capitulo continebatur substituendi facultas,
Summario Reuerendissimi Episcopi *n. 1.*

Cum autem Margarita Dominicum Petrucciolum in
vniuersalem pariter Procuratorem substituisset, Summar.
Claudiæ à Valle 1. Aprilis 1672. coram R. P. D. meo Prio-
lo *num.* 2. hic verò à d. Æmilia Claudia de Valle vxore
Francisci Belgii scut. 600. in cambium mediante Mensa
nummularia S. Spiritus habuisset, Summ. eodem *num.* 9.
10. *&* 11. d. Dominico Petrucciolo facultatibus lapso, egit
Æmilia d. cambii creditrix pro sorte contra Episcopum
Hieracen coram A. C. à quo cum sententiam fauorabilem
obtinuisset, causa ad Rotam per appellationem deuoluta,
quamuis priùs contra Episcopum decisum fuerit 24. Apri-
lis 1662. & 22. Iun. 1663. cor. Illustrissimo Beuilaqua Vrbis
Gubernatore, quarum decisionum prior impressa est in
recent. part. 13. decis. 438. absolutoria tamen sententia fa-
uore Episcopi fuit pronunciata præuiis decisionibus 15. Iu-
nii 1664. & 15. Ian. 1669. coram eodem.

In tertia autem instantia causa iterum commissa, cùm
Rotalis sententia infirmata fuerit præuiis decisionibus 1.
Aprilis 1672. & 23. Ianuar. 1673. coram R. P. D. meo Prio-
lo, denuò pro ambiguitate iuris, & facti Signatura rescri-
psit: *Consilio quod sit locus Statuto de duabus*: Ad cuius re-
scripti tenorem dubio proposito negatiuè DD. responde-
runt.

Conueniebant vtrinque Scribentes Statutum Vrbis *lib. 1.
cap.* 180. decernens exequutionem duabus sententiis pro
1 ampliatione textus † tertiò prouocare prohibens in *l. vnica*
2 *C. ne liceat in vna, eademque causa*, † intelligi de sententiis
validis, & iustis, qualem dicebant Domini esse senten-
tiam A. C. & posteriorem Rotalem condemnantes Episco-
pum ad solutionem cambii, cùm ad hæc non teneatur, ne-
que actione mandati neque actione negotiorum gesto-
rum.

Non actione mandati, quia præmisso, quod obseruata
forma verborum, videlicet cum clausula ad lites amplissi-
mas cum facultate substituendi, hæc permissio videbatur
3 referri ad ipsas lites, circa quas mulier † potuit quidem es-
se Procuratrix, ad effectum illas ordinandi, licèt non posset
esse ad effectum comparendi, ex ratione *text. in l. 1. § se-
xum, ff. de postulando*, ad quas ideo lites, quibus continua-
4 tiuè est apposita restringitur, † non autem ad alia, in qui-
bus est diuersa ratio, iuxta *cons.* Honded. 4. *num.* 35. *volum.*
1. Altograd. *cons.* 54. *num.* 35 *in fine, &* 36. *& num.* 120. *vol.*
p. Spad. *cons.* 197. *num.* 17. *vol.* 3. Palm. *consil.* 196. *num.* 50. Ro-
ta coram Seraphin. *decis.* 610. *num.* 4. coram Pæn *decis.* 294.
num. 4. Baratt. *decis.* 322. *num.* 8. quamuis adsit vnicum ver-
5 bum *constituit*, † à quo dicebatur omnia capitula regi, quia
6 cum omnia capitula incipiant per dictionem † *item*, quæ
separatam mutationem constituit, Spad. *cons.* 327. *num.* 1. *vol.*
2. Roman. *cons.* 100. *sub num.* 53. *& cons.* 91. *num.* 5. Rede-
nase. *cons.* 14. *num.* 46. Rota coram Coccin. *decis.* 1723. *nu.* 12.
non ampliùs dici potest omnia capitula regi ab illo vnico
verbo *constituit*, sed stante repetitione illius verbi *constituit*
quod in vnoquoque capitulo ex ratione recti sermonis sub-
intelligitur, vnaquæque oratio dicitur habere suum verbum
7 proprium † quale ad hunc effectum dicitur verbum subin-
tellectum, ac repetitum, vt benè explicat Bellon. *de iur.
accrescen cap.* 5. *q.* 16. *num.* 36. *in fine, &* 37. Altograd *cons.* 54.
numer. 59. *vol.* 1. *& cons.* 42. *numer.* 17. *& cons.* 36. *numer.* 22.
vol. 2.

Altius tamen reassumpta à primis iuris principiis hac
quæstione, dicebant Domini, quod Petrucciolus licèt
in generalem Procuratorem à Margarita substitutus fue-
rit, non potuisset tamen hanc generalem subrogationem
ad ea capitula referre, quæ ab ipsa persona procuratoris
8 constituti præstanda sunt, itaut illius iudicium electum †
fuerit, prout in hoc casu, in quo Episcopus Hieracen. fa-
cultatem tribuit Margaritæ. Omnes, & quascumque
pecuniarum summas cuiuscumque generis, & speciei,
quantitatis, seu quantitatum d. Procuratrici benè visas
toties quoties eidem Procuratrici videbitur sumendi, resti-
tuere cum interesse promittendi, in terminis, & tempori-
bus d. Procuratrici benè visis: Ex quibus dubitari nequit
electam fuisse industriam Procuratricis; Tum quia non
fuit præscripta certa forma, & modus cambii sumendi,
quo casu omne simile cambium contrahere potuisset, &
consequenter facultas substituendi ad hunc quoque casum
trahi potuisset, sed nulla præscripta forma, vel modo adie-
cto, omne hoc Procuratricis placito commissum est, quo
casu negari nequit de illius prudentia, ac sollicitudine con-
stituentem rationem habuisse, quæ ab omnibus æquè præ-
stari non possunt, † itaut substituendi facultas ad hunc ca- 9
sum non trahatur, ad *text. in l. in vsucapionem 15. § item
adiicien, & ibi* Bart. *ff. de diuers. tempor. præscript. idem*
Bart. *in l. quod quis 8. in fine, ibique* Castrens. *sub nu.* 5. Ias.
sub num. 2. *C. de Procur.* Paris. *cons.* 47. *num.* 88. *&* 89. *vol.* 1.
Bertazzol. *de clausul. claus.* 5. *glos.* 1. *num.* 5. Hermosill. ad Lop.
lib. 5. *l.* 48. *glos.* 5. *sub num.* 23. Trentacinq. *var. resol. lib.* 2. *tit.
de Procurat. resolut.* 3. *sub num.* 27. Cald *de empt. & vendit.
cap.* 15. *sub num.* 50. Rocc. *de mandat. seu complem. num.* 172.
Mattiesf. *ad lib.* 5. *recollect. tit.* 4. *lib.* 5. *glos.* 8. *num.* 2. cum aliis
per P. Passerin. *in cap. indiscreta* 5. *§. Procurator sub num.*
38. *de Procurat. in* 6.

Tum quia in sola voluntate Procuratricis residebat pe-
cunias ei benè visas accipere, atque tempus ei benè visum
† adiicere, quo casu electum dicitur arbitrium illius, at- 10
que onerata conscientia; itaut substituto non permittatur
cum id, quod arbitratu alicuius committitur, † ab eo præ- 11
standum sit, neque ab eius persona sit recedendum, inquit
Vulpianus *in l. si quis arbitratu 43. ibique gl. penult. &* Bart.
in summa. ff. de verbor. obligat. & probat *text. in § pretium
autem instit. de empt. & vendit. & in cap. is, cui de offic. de-
legat. in* 6. *DD. in d. l. quod quis*, vbi præ cæteris Ias. *num.* 3. *&*
4. Salic. *num.* 5. *& pluribus seqq. C. de procurat.* Trentacinq.
var. resol. lib. 2. *tit. de procurat. resol.* 3. *num.* 29. Menoch. *lib.*
2. *præsumpt.* 21. *sub num.* 5. 6. *& pluribus seq. & cons.* 93. *nu.*
36. Lucas de Penna *in l. iubemus 16. sub num.* 12. *C. de erog.
milit. annon. lib.* 12. vbi quod omnia possumus per † alios, 12
tribus exceptis ratione rei, vt in criminalibus, ratione per-
sonæ, vt si quid agendum est, quod alteri non conuenit,
& denique quando est electa personæ specialis industria,
cuius dictum reassumit Sperell. *decis.* 106. *num.* 33. *iuncto nu.*
26. *&* 27.

Considerata insuper natura negotii grauissimi, ad acci-
piendum nempè ad cambium quascumque pecunias Pro-
curatrici placitas, † quod omnes fortunas constituentis, 13
ac bona implicare poterat, iuxta egregium *cons.* Baldi 123.
num. 5. *&* 6. *vol.* 5. Paris. *cons.* 47. *sub num.* 88. *&* 89. *vol.* 1. Her-
mosill. ad Lopez. *tit.* 5. *l.* 48. *d. glos.* 5. *num.* 23. *vers. considerata*,
Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 92. *sub num.* 13. *& casu* 205. *num.* 1.
& 2. Honded *cons.* 55. *num.* 77. *vol.* 1. Bertazzol. *claus.* 5. *glos.*
1. *sub num.* 5. *vers. & dicitur*, benè Cyriac. *controu.* 115. *num.*
4. *&* 5. Valenz. *cons.* 167. *num.* 33. *&* 34. *vol.* 2. Gratian *discep.*
978. *num.* 32. *&* 33. Arias de Mesa *lib.* 2. *var. resol. cap.* 27. *n.*
6. *vers. & hæc traditio*, atque habita etiam ratione perso-
narum, cum Margarita esset fratris ipsius constituentis
vxor, & mater familias vidua, & vniuersalis administra-
trix filiorum etiam minorum, qui seruato iuris ordine il-
lius hæredes futuri erant, † quam ideò sperare potuit ma- 14
xima sollicitudine, & prudentia omnia acturam esse, ne
aliquod in constituentis præsens præiudicium, ac in futu-
rum damnum suorum filiorum sequeretur, in cuius casu
cum agatur inter cognatos, ob coniunctionem bonorum,
facilis est damni reparatio, † sicuti lucri spes ob confiden- 15
tiam personæ electæ, vt benè deducunt Granett. *cons.* 303.
num. 2. Bursatt. *cons.* 86. *num.* 23. *in fine, &* 24. *vol.* 1. Honded.
d. cons. 55. *num.* 77. *&* 78. *vol.* 1. Menoch. *de arbitrar. d. qu.* 68.
sub nu. 11. Valenz *d. cons.* 177. *nu.* 34. *vol.* 2. Cyriac. *contr.* 290.
nu. 16. Arias de Mesa *var. resol. lib.* 2. *d. cap.* 27. *sub nu.* 6. *vers.
Et ratione confidentiæ*.

Quæ rationes cùm non procedant in extraneo substitu-
to, † de quo constituens confidere non potuit, vt benè 16
Castill. *decis.* 119. *num.* 6. *vers. nam eius prætensio*, ac ideò
quotidiè coniunctis personis, vel aliàs probatis, istæ am-
plissimæ facultates † conceduntur, non autem extraneis 17
atque incognitis, consequens proinde est, vt ducto à veri-
similibus, atque à consuetis argumento, soli Procuratrici 18
hæc commissa dicamus, ad terminos textus in *l. si is, cui* 94.
in fine, ff. de solut. ne quid amplius sit in mandato, † quam 19
constituens concessurus fuisset, Soccin. Iun. *cons.* 22. *num.*
21. *vol.* 3. Barz. *dec. Bonon.* 525. *n.* 25. Valenz *cons.* 186. *nu.* 28.
vol. 2. Larrea *dec. Granat.* 59. *n.* 9. *vers. Et in generali*.

Et quamuis DD. Admittant, quod vbi est etiam electa
industria personæ, quotiescumque mandatum est generale,
siue ex legis dispositione, siue ex constituentis remis-

20 stione in actibus extraiudicialibus procurator † ad negotia
substituere possit, iuxta distinctionem Bald. in l. si Procura-
torem 8. §. si quis mandauerit sub num. 4. ff. mandati, Saly-
cet. in d. l. quod quis num. 9. in fine C. de Procur. Cyriac con-
trou 384. num. 16. & 17. Menoch de præsumpt. lib. 2. præ-
sumpt. 21. n. 18. cum qua responsione pertransiit Rota in
decis. huius causæ 1. Aprilis 1672. §. neque obstat in fin. & 13
Ian. 6;3. §. procedere enim coram R. P. D. meo Priolo.

Adhuc tamen illorum dictorum accipiendum est, quo-
tiescumque mandatum est vniuersale, atque indefinitum
adeout maior ratio in vno, quam in altero casu considera-
ri non possit, in quibus terminis loquuntur auctoritates
moa adductæ, secus autem quando dispar ratio assignari
potest in vno ab altero casu ea pluribus in generali manda-
21 to expressis, † quia tunc non intrat regula, vt facultas sub-
stituendi siue ab homine data, siue à lege in generali man-
dato subintellecta ad omnia referatur, atque ea æqualiter
determinet, sed succedit alia communiter in iure probata,
vt vbicumque dispar ratio adduci potest, vt in hoc casu con-
trahendi, in quo ex verbis expressis constituentis, ex natu-
ra negocii, & qualitate personarum, atque ex communi-
ter contingentibus electa fuit, vt superius probatum est,
sollicitudo Procuratricis, tunc diuersum quoque vigere
debeat in ijs actibus in mandato expressis, qui non secus ac
ab ipsa Procuratrice, ab aliis quoque expleri potuissent, li-
cuerit quidem vnum, vel plures Procuratores, vt in fine
22 mandati dicitur, substituere, † non autem in ijs, in qui-
bus de Procuratrice specialiter constituens confidit, vt be-
nè explicat Bald. cons. 123. num. 4. 5. & 6. vol. 5. qui sub num.
4. in fine respondet rationi, vt si quis confidit, de aliquo,
23 † confidat etiam de gestis suis, & sic de substitutione ab eo
facta, aliisque adductis prosequitur Mattiens. lib. 5. recol-
lect. tit. 4. lib. 5. gloss. 8. num. 3. & 4. & consequenter vniuer-
24 salis substitutio † Petruccioli multo minus fieri potuerit,
vt concordant communiter DD. Iason in d. l. quod quis nu.
2. vers. 3. limita Alexand. numer. 6. Salyc. num. 3. C. de procur.
idem Salyc. in l. Procuratorem §. si quis mandauerit circa fi-
nem, ff. mandati, Felin. in cap. fin. num. 7. vers. limita dummo-
do de offic. deleg. Honded. cons. 55. n. 79. vol. 1. Trentacinq.
var. resol. d. lib. 2. tit. de Procur. resol. 3. nu. 26. Rocc. de man-
dat. fon complem notab. 79. num. 174. post primum vol. suorum
cons. Marcabrun cons. 90. nu. 10. Fulu. constant. in l. nullus 60.
nu. 16. C. de Decurion. lib. 10.

Obseruantia autem deducta ex approbatione aliorum,
quos ad speciales actus peragendos Procuratrix substituit,
potius retorquetur, cum Episcopi constituentis ratificatio
in particularibus actibus adhibita fuerit, summ. Æmiliæ
1. Aprilis 1672. num. 6. 7. & 8. atque neglecta generali sub-
stitutione, hunc Procuratorem in particularibus actibus
25 substituerit, † in qua proinde veluti indefinita ac magis
præiudiciali substitutione ratihabitio Episcopi multò ma-
gis adhibenda erat eisdem rationibus, quæ deductæ fue-
runt in decisionibus huius causæ 1. Aprilis 1672. §. Id ip-
sum, & 13. Ian. 1673. §. quam regulam in fine coram R. P. D. meo
Priolo.

Neque Episcopus tenetur altera actione negociorum
26 gestorum vtpotè contraria actioni mandati, † cùm hæc ex
contractu, & quidem de obligationibus ex contractu na-
scatur ad rubr. & text. in princ. instit. de oblig. ex contractu,
27 & in §. mandatum non suscipere institut. de manda. † illam
autem ex nullo contractu propriè nascitur non existente
mandato, ad text. in princ. & in §. igitur inst. de oblig. quæ ex
quasi contractu, vel illo inutili existente, iuxtà text. in l. si
fideiussore 6. vbi Viuian. in casu, & Bart. in vlt. not. ff. ad Se-
nat. Consult. Velleian.

In qua tamen actione admissa etiam conclusione, cum
qua processum fuit in dictis decisionibus R. P. D. mei
Prioli ad finem, vt in hac actione sufficiat vtilitas actus
28 gesti ab initio, † quamuis postea cessauerit iuxa text. in l.
sed an vltro 11. §. his autem, ff. de neg. gest. gloss. in §. 1. verbo
obligatum instit. de oblig. quæ ex quasi contractu nascuntur,
Abb. in cap. ex part. 33. sub nu. 9. vers. sed certè ista de præ-
script. Aret. in §. Actionum nu. 64. in princ. instit. de act. Rot.
rec. par. 9. decis. 454. num. 5. & 6.

Attamen facti seriem repetendo, neque ab initio vtili-
tas adfuisse visa est, quia tempore contracti cambii proba-
tur iuxta calculum Scribentium pro Episcopo Petruccio-
lum scut. 1122. habuisse, Summ. Episcopi num. 2. vel qua-
tenus attendendus esset calculus exhibitos pro Æmilia,
Summ. hodierno responsionis eiusdem, itaut omni pecu-
nia, vel iuxta sensum decisionum coram Reu. P. D. meo
Priolo §§. fin. aliqua solùm indigeret, non negatur tamen
in eisdem decisionibus neq; à Scribentibus pro Æmilia,
statim Episcopum transmisisse Petrucciolo pecunias plus-
quam sufficientes ad solutionem prædictæ pensionis Emi-
nentissimo Gualterio debitæ; Ideoq; neque ab initio cam-
bii contracti vtilitas adfuit inspecto communi hominum
vsu, † nempè vt breuis dilatio à Pensionariis non denege- 29
tur, quemadmodum magna cum humanitate semper con-
cessa fuit ab Eminentiss. Gualterio, vt constat ex Sum-
mario eiusdem Æmiliæ prima Aprilis 1672. nu. 17. & 18.
† qua vrgentia seclusa negotiorum actio denegatur, cum 30
vtiliter gestum non dicatur, † quod nihil debitori intererat 31
iuxta text. in l. ex duobus 28. in fine, & in l. cum pecuniam 45.
ff. de negot. gest. aliisque adductis à Rota Ianuen. dec. 14. n.
103. & 104. & Rota nostra recent. par. 10. decis. 166. num. 21.
neque expedire Episcopo debitori cambium sub vsuris con-
trahere, quamuis ageretur de soluendo debito legitimo,
quia non consideratur indigentia pecuniarum in abstracto
† sed positis his, & his circumstantiis, prout debitori ma- 32
gis expedit, qui aliàs potiùs oneratur, quam subleuetur,
vt explicat idem Vulpianus in d. l. sed an vltrò d. §. is autem
in fine ibi: Quid si putauit se vtiliter facere, sed patrisfami-
lias non expediebat, dico hunc non habiturum negotiorum
actionem, ff. de negot. gest. Rota Ianuen. d. decis. 14. n. 103.
in princ. & num. 104. vers. est insuper aduertendum Cyriac.
contrου. 34. tom. 1. num. 2. & 3. Turr. de camb. disput. 2. qu. 13.
num. 28. quasi hoc sit nouum, atque insolitum negotium
quod neque Episcopi absentis neque cuiuslibet prudentis
viri sollicitudo fuisset, cuius damnum gestorem † sequitur 33
non autem illum cuius nomine gestum fuit, iuxtà text. ex-
pressum in l. si negotia 12. ff. de negot. gest.

Et quatenus vtiliter actus ceptus fuisset, ex transmissis
ab Episcopo pecuniis cambium illicò extinguendum erat,
† quia conclusio illa quod cessante vtilitate actus vtiliter 34
† inchoat, non cesset actio negotiorum gestorum procedit 35
in casu, quo vtilitas desinit sine facto nostro, veluti si In-
sula à negotiorum gestore fulta exusta est, vel seruus cu-
ratus obiit, in quibus terminis loquitur Vulpian. in d. leg.
sed an vltrò §. is autem, ff. de negot. gest. vel si vestis ex mu-
tuo † comparata perierit, quo casu loquitur text. in l. si ser- 36
uus 3. §. fin. ff. de in rem verso, quia nempè negotia gerens
esset in damno, cum meliorem alterius conditionem, aut
non deteriorem facere voluit, † quæ est vnica ratio, in qua 37
fundantur actiones de in rem verso, mandati, & negotio-
rum gestorum, vt se ipsum explicat Vulpian. in leg. quod
si seruus 3. §. in rem autem vers. & regulariter dicimus, ff.
de in rem verso, & in d. l. sed an vltro §. is autem, vers. is
enim negotiorum gestorum actionem habet, qui vtiliter negotia
gessit, Cyriac. d. contr. 34. n. 2. & 3. tom. 1. Sim. de Præt. cons.
45. nu. 95. Scacc. de commerc. & camb. § 2. glos. 5. nu. 75. vers.
& quia viceuersa, Rota coram Pæn. dec. 152. nu. 7. iuxta im-
press. Lugdun. n. 46. & sequen.

Secus autem est in casu, in quo vtilitas cessauit ex trans-
missione pecuniæ illius, cuius nomine negotium gestum
est, quia tunc negotia gerens non amplius in damno, ne-
que ille cuius negotia gesta sunt est in lucro, aut locuple-
tior factus, quia non solùm est refusa, & soluta maiori pe-
cunia Dominico, remansisset inanis creditor decoctoris, † 38
sed hinc inde lucrum, & damnum † compensantur, iuxtà 39
text. in l. si negotia 12. in fin. in l. debitor meus 14. ff. de negot.
gest. & in l. 2. ff. vbi Pupill. educar. deb. cum quo sensu pro-
cedit regula text. si pro Patre 10. §. versum, vt versum sic ac-
cipiamur, quod durat versum, quemadmodum ibi explicat
I. C. & in §. si Domini, & §. seq. de in rem verso, ne alias no-
uus hic modus aliorum negotia gerendi, irreparabile dam-
num absentibus afferat, † transmissas ad Vrbem pecunias 40
agentes, & negotiorum gestores in proprios vsus cõsumant
contrahendo posteà æs alienum pro soluendis debitis ab-
sentium, contra textum in l. si Pupilli, 6. §. sed & si quis, ff.
de negot. gest. atque Domini iusta credulitate ducti, cùm
existiment propriis pecuniis antiquos debitores dimissos,
nouas, & grauiora debita sub vsuris ignoranter tolerata in-
ueniant, vt in proposito obseruat Paris. cons. 47. n. 96. in fin.
vol. 1.

Et ita vtraque &c.

R. P. D.

R. P. D. VICECOMITE.

Romana Donationis, & Emphyteusis.

Vener. 20. Aprilis 1674.

ARGVMENTVM.

Contractus mulieris à nullitate saluari prætendebatur, ex eo quod consanguineus, qui ex forma Statuti interuenire debuerat in illo, esset destinatus sponsus eiusdem mulieris, & ita tamquam interesse habens redderetur inhabilis: Ipsum tamen interuenire debuisse deciditur, quia interesse erat remotus, & adhùc maritus esse non poterat, plura etiam de materia emphyteusis; eiusque confinibus probandis in eadem Decisione adducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia iniusta non transit in iudicatum.*
2 *Contractus mulieris ex stat.* Vrbis lib. 1. cap. 151. *factus sine interuentu proximiorum est nullus.*
3 *Præsentia in Vrbe, vel alio loco probatur ex actibus antecedentibus, & subsequentibus ex quibus proinde probatio medii temporis resultat.*
4 *Præsentia probatur ex testibus de ea deponentibus.*
5 *Consanguineus interuenire debet in contractu mulieris, quamuis illius sponsus destinatus sit, & quare num. seqq.*
6 *Interesse remotum non repellit consanguineum ab interessendo in contractu mulieris.*
7 *Confinia publica dicuntur inuariabilia, & ideo probant identitatem.*
8 *Identitas bonorum emphyteuticorum etiam ex solutione Canonis probatur.*
9 *Emphyteusis spectat ad masculos si primus acquirens illam reliquit masculis, & fœminas exclusit.*
10 *Alienatio bonorum emphyteuticorum non præiudicat comprehensis in illis, & à primo acquirente vocatis.*

DECISIO DCCCXIV.

ANTEQVAM Victoria Porcaria nuptui traderetur
Francisco Pæniæ intuitu dotis recipiendæ scutorum
3500 renunciauit omnibus, & quibuscumque successioni-
bus, bonis, iuribus, & actionibus, tam præsentibus, quàm
quomodolibet in futurum ei obuenturis, tam ascenden-
tium, quam descendentium, & collateralium, tam ex te-
stamento, quam ab intestato, & prædicta omnia respecti-
uè inter viuos donauit Iulio Porcario Patri dotanti, suis-
que hæredibus, & successoribus in amplissima forma; Ma-
trimonio deinde sequuto eoque constante, Victoria de
Celiis hæredes vniuersale instituit prædictos Coniuges,
vnumquemque pro medietate; Prætendens propter ea
Sauus dicti Iulij filius vigore præmissæ donationis, & re-
nunciationis ad sui fauorem stipulatæ dictam successio-
nem ad se spectare tamquam prouenientem à persona in
quarto consanguinitatis gradu, cum dicta Victoria donan-
te coniuncta, obtinuit ab A. C. per diffinitiuam senten-
tiam mandatum de immittendo in possessionem medieta-
tis vnius Fenilis, & duarum domuncularum hæreditaria-
rum d. Victoriæ; Causa verò per appellationem ad Rotam
deuoluta, mihique commissa, dedi dubium: An constet
de re iudicata, seù potius de causis restitutionis in inte-
grum, quod fuit, quoad primam partem, negatiuè; quo
verò ad secundam affirmatiuè resolutum.
Resolutionis ratio potissima fuit in iniustitia d. senten-
tiæ, quæ deducebatur, Tùm ex eo quod renunciatio Vi-
1 ctoriæ ad domos prædictas non poterat extendi, † quibus
stantibus sententia transire non potuit in iudicatum, Rot.
coram Bich. *decis.* 131. coram Cels. *decis.* 123. *vtrobique nu.*
1. cum vulgat.
Non sussistit renunciatio Victoriæ Porcariæ, quia in
ea seruata non fuit forma statuti Vrbis *cap.* 151. *lib.* 1. Cum

enim mulier ista renuncians haberet consanguineum pro-
ximiorem in Vrbe, de tempore renunciationis, dum scili-
cet Franciscum Pæniam eius futurum sponsum † qui in 2
actu stipulationis non interfuit, prout exigit d. statutum,
vbi Pich. *gloss.* 17. *num.* 1. Rota coram Dunozett. Iunior.
decis. 676. *num.* 33 & 36. *in recent. decis.* 265. *numer.* 1. *cum
seqq. part.* 14. & *in Tiburtina donationis 6. Februar.* 1660. *co-
ram Reuerendiss. D. meo Decano, & 4. Aprilis* 1661. *coram
R. P. D. meo Bourlemont.* Quod autem d. Franciscus in Vr-
be tunc existeret, & habilis esset ad interessendum, pro-
batur tum ex publicis actibus ab eo celebratis diebus ante- 3
cedentibus, & subsequentibus d. renunciationem, Rot. *in
Romana Census* 17. *Martii* 1664. *§ non obstat coram Reueren-
diss. D. meo Vrb. Gubernatore*; Tum ex testibus † super 4
eiusdem permanentia in Vrbe examinatis, Rota coram
Dunozzet. Iunior. *d. decis.* 676. *sub num.* 36. *vers. quod au-
tem cum seqq. in recent. decis.* 163. *sub num.* 3. *cum seqq. par.*
14 quæ est præcit. *Romana Census coram Vrb. Reuerendiss.
Gubernatore, & in Romana Cambii* 18. *Maii* 1657. *coram Ve-
respie.*
Parum releuante, quod d. Franciscus esset destinatus
sponsus Victoriæ renunciantis, & sic interessatus † quia 5
cum potuisset etiam non esse maritus, eius interesse erat
remotum, & ideo poterat in d. contractu interuenire Pich. 6
ad d. Stat. gloss. 13. *num.* 5. Rota coram Pen. *decis.* 888. *n.* 2.
coram Eminentiss. Otthob *decis.* 182. *numer.* 8. *cum seqq.*
vbi concordan *in recent decis.* 168 *num.* 3. *cum seqq. p.* 7.
Dispositio autem alterius Victoriæ Celliæ non potuit
extendi ad domos, de quibus agitur, quia sunt emphyteu-
ticæ, & comprehensæ in inuestitura facta Gundisaluo, &
Eluiræ Pæniæ à Patribus S. Augustini, & earum identi-
tatem probant confinia inuariabilia viarum publicarum,
† quibus circumdatur tota Insula, in qua sitæ sunt dd. do- 7
mus, vt etiam firmauit Rot. super hac eadem emphyteu-
si *decis.* 32. *num.* 126 *coram Coccino, & in Pisana tenutæ* 17.
Nouembris 1664. *coram R. P. D. meo Bourlemont.* Acceden
te etiam † solutione canonum facta ab eadem Victoria 8
Rota coram Bich. *decis.* 416. *sub num.* 12. *cum seqq* Cùm,
enim Eluira prima acquirens instituit eius filiis masculis,
in dd. bonis emphyteuticis, fœminas excluserit, præfata
Victoria procedens ex d. Sulpitia filia d. Eluiræ erat exclu-
sa, nec poterat de dictis domibus disponere; sed spectabant
ad Lelium filium masculum d. Eluiræ, & successiuè ad
Franciscum præfati Lelii filium, Patrem Iulii, & aliorum
de Pænia, qui modo sunt in causa, † & quibus modò spe- 9
ctant, vt in eadem causa firmauit Rota coram Caualer.
dec. 219. Ideoque licèt dd. domus fuerit alienatæ in Ioan-
nem de Cellis patrem d. Victoriæ, huiusmodi tamen alie-
nationes non potuerunt præiudicare prædictis, † in em- 10
phyteusi, & testamento Eluire comprehensis, Fusar. *de
substit. qu.* 333. *num.* 4. Fulgin. *de Emphyt. tit. de alienat. qu.*
8. *num.* 5. & *seqq.*
Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

REVERENDISSIMO DOMINO ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Salarii.

Veneris 19. Iunii 1676.

ARGVMENTVM.

Victum, & vestitum receperat Famulus tunc iuuenis à Domino suo, qui postea maior factus, salarium etiam consequi prætendebat, ei in hac Decisione denegatum, quia sic ille à principio præsumebatur conductus, ac etiam quia vltra simplicem vestitum, alia plura emolumenta consequutus erat, quæ cæteris famulis non dantur, nec fuerunt tradita, & vlterius habuerat etiam commoditatem studendi, vt proinde contra illum summo iure bis iudicatum sit.

Hh 5 SVM-

SVMMARIVM.

1 *Salarium illud præsumitur inter partes conuentum, quod subsequuta obseruantia docet datum fuisse à Domino, & receptum à famulo, & num. 6.*
2 *Obseruantia etiam cum vnica persona seruata, eo magis attenditur, quando est conformis alteri cum aliis personis seruatæ, & n. 3.*
3 *Famulum iuxta consuetudinem cum aliis practicatam, præsumendum est ad seruitium fuisse receptum.*
4 *Famulus, qui nulla conuenta mercede, recepit alimenta à Domino, solito præstare tantummodo expensas pro iis solum dicitur inseruisse.*
5 *Famulus pro solis alimentis præsumitur inseruisse, si aliis famulis vidit dari salarium, ipse verò numquam illud petiit, aut aliter reclamauit, & n. seqq.*
6 *Mercedem, seu Salarium non præsumitur famulum diu petere distulisse, & n. 9.*
7 *Salarium, etiam conuentum, præscribitur spatio triennii, & præsumitur solutum, & n. seqq.*
8 *Exequutio pro salario non conceditur nisi pro duobus, vel tribus vltimis annis.*
10 *Famulorum computa, seu salaria plerumque non consueuerunt redigi in scriptis.*
11 *Solutio per scripturam probari nequit in iis, quæ non consueuerunt redigi in scriptis, quo casu præsumptiones, & coniecturæ sufficiunt.*
12 *de Salariis familiarium Cardinalium, & Prælatorum plures adsunt Constitutiones Summorum Pontificum.*
13 *Vassallus pro solis alimentis præsumitur inseruisse Domino ob spem pluribus gaudendi prærogatiuis, & commodis.*
14 *Spes recipiendi remunerationem à Domino, vel alteri cui inseruitur, sicut est frequentissima, ita etiam est fallacissima.*
15 *Famulus qui habuit etiam commoditatem studendi, non aliud salarium, quam alimenta consequi debet.*
16 *Famula, vltra alimenta salarium habere non debet, si pro se ipsa filabat.*
17 *Famuli si de exactis pro Domino quietantiam reportare non possunt, plerumque litem instituunt super salario.*
18 *Confessione propria nulla datur maior probatio.*
19 *Testis, seu attestatio matris, & fratris respectiuè, maximè attenditur contra fratrem, & respectiuè filium.*
20 *Parentes plus diligunt liberos, quam semetipsos.*
21 *Famuli quod salarium in Vrbe communiter recipere soleant.*
22 *Famuli si alter plus, alter minus recipiebat, hæc diuersitas compensatur tam rebus, quas alter habebat.*
23 *Alimentorum appellatione quæ veniant, & numero seqq.*
24 *Salarium Medicorum venit appellatione alimentorum, & sub illis continetur.*
25 *Medici, & Medicinæ ad conseruationem humanæ vitæ sunt necessaria.*
26 *Famulis licèt victus subministretur, non tamen medicinæ præstandæ sunt amplius vt ibidem.*
27 *Iuramentum præstare recusans habet præsumptionem contra se, quod res aliter se habeat, quam ipse asserit.*
28 *Iudex semper suspicari debet contra iurare recusantem.*
29 *Augumentum salarii quando debeatur aucto labore, & quando non.*
30 *Famulus indeterminatè conductus ad seruiendum tenetur omnia facere pro Domino, in nihilo attenta multiplicitate seruitiorum.*
31 *Famulus à iuuentute conductus, si in vltimis annis maius merebatur salarium, illud compensatur cum tempore iuuentutis minus aptæ ad seruiendum.*
32 *Commodum compensatur cum incommodo, & vtilitas compensatur cum damno.*
33 *Nullitas sententiæ deducta in signatura non habetur in consideratione si fuit rescriptum* nihil.
34 *Fides facta cum subscriptione testium non remanet falsa, licet qui eam fecit testibus.*
35 *Testes non potest dici inimicus illius cuius opera vsus est.*
36 *Testis Sacerdos multum augetur de fide.*

DECISIO DCCCXV.

POSTQVAM Carolus Antonius Tarsia Vassallus Marchionis Raymundi recesserat ab illius domo, in qua Romam veniens, iuuenis inexpertus fuerat, & per plures annos permanserat, semper prouisus de cunctis ad vitæ sustentationem necessariis, prætendens sibi salarium deberi pro officiis Præfecti Domus, Architriclinii, Braccerii, Sollicitatoris litium, & Scriptoris, quæ omnia exercuisse asserebat, Iudicium super solutione scutorum 1200. mercedis introduxit coram Collega nostro Reuerendissimo Patriarcha Alexandrino, tunc Almæ Vrbis Gubernatore, & à Iudice deputato sententiam contrariam reportauit, à qua interposita appellatione, & commissa mihi causa, proposui Dubium: An salarium debeatur, & non deberi Domini responderunt.

Cùm enim Carolus Antonius toto tempore, quo moratus est in Domo Marchionis receperit ab eo nedum habitationem, victum, & vestitum, verùm etiam medelas in casu infirmitatis, cunctaque alia ad vitam necessaria, Summario Marchionis *num.* 9 cum tribus seqq. nec quidquam aliud vnquam petiuit, huiusmodi alimenta pro sua congrua mercede haberi debeat, itaut nihil vltra prætendere possit, quia quando non constat de expressa conuentione certi salarii, † illud præsumitur inter Partes conuentum, 1
quod subsecuta obseruantia docet datum fuisse à Domino & receptum à famulo, Bald. *in l. si certis annis numer. 9. C. de pact.* Alex. *cons. 107. numer. 2. lib. 1.* Natt. *cons. 292. nu. 2. in fin.* Granut. *theor. 12. num.* 10. Rota coram Mantic. *decis. 266. num. 1. & decis. 3. num. 1. par. 12. recent. & in Romana mercedis 23. Ianuarii 1664. §. sententia autem coram me.*

Et hæc obseruantia in proposito eo magis debet attendi † tamquam conformis solito, quod Marchio obseruare 2
consueuit cum aliis vassallis, qui ante Carolum Antonium illius negotia gesserant, d. Summ. *num. 1.* Imò eodem tempore, quo ipse inseruiebat, eodem modo indistinctè in omnibus famulabantur Marchioni absque commoditate studiorum, quam Carolus Antonius habuit, quod seruatum fuit præcipuè cum fratre germano eiusdem Caroli Antonii, qui alimentis contentus, Marchioni præcedenter inseruierat, Summario *num. 2.* † Vndè eodem 3
modo, & iuxtà hanc consuetudinem Patris familias cum aliis practicatam, præsumendum est, ipsum quoque ad seruitium fuisse receptum, *l. excepto, & ibi glos. in verb. consuetudinem, ff. locat.* Ias. *in l. diem functo num. 16. & 17 ff. de offic. Assess.* Alex. *cons. 206. nu. 1. libr. 2* Surd. *cons. 43. num. 13.* Add. ad Buratt. *decis. 508 num.* 4. Rota *decisione 207. n. 2 coram Peutinger.* & in terminis de eo, qui nulla pacta mercede, recepit alimenta à Domino † solito tan- 4
tum expensas præbere manentibus ad sua seruitia, dixit Rota *dec. 65. num 1. & 2.* coram Card. Seraphin. & alios refert Modern. Roman. de Salar. *q. 67. n.* 10.

Quod etiam comprobatur ex eo, quod Marchio aliis salariatis punctualiter salarium menstruatim persoluerit, Sumar. *num.* 21 ipso Carolo Antonio sciente, & quietantias sæpè faciente de commissione nonnullorum qui scribere ignorabant; † propterea cum non curauerit sibi salarium tradi, sicuti aliis dari videbat, nec 5
toto tempore famulatus, illud vnquam postulauerit, nec alio modo de non solutione cum Marchione conquestus fuerit, oritur ex hoc silentio, & diuturna acquiescentia iuncta cum punctuali solutione aliis salariatis facta, vehemens præsumptio, & vrgens coniectura, intentionem famuli fuisse inseruiendi absque salario, & recipiendi pro condigna mercede alimenta dumtaxat, † aliàs spatio tanti temporis mercedem 6
salariorum suorum petere non distulisset: Vndè tacitè in prædictis salarium mutuò Domini, & famuli consensu conuentum fuisse dicitur, Granut. *d. Theor. 12. num. 10. vers. ex quo*, Mantic. *d. decis. 266. num.* 4. vbi quod hæc est vehemens coniectura, Rot. *dict. decis. 3. numer. 7. part. 12. recent. & in dict. Romana mercedis 23. Ianuar. 1664. §. quibus accedit, coram me*, & in fortioribus, quod salarium etiam conuentum, † præscri- 7
batur spatio triennii, itaut solutum præsumatur, tradit Boulus *de Statut. Vrbis præscript. gloss. 19. num.* 47. Duen. *reg.* 306. Granut. *vbi sup.* Modern. Roman. *de Salar. qu. 105. num. 5.* Gratian. *decis. March. 53.* vbi *num. 5.* dicit, quod nisi constet de interruptione præscriptio-

8 scriptionis, saltem extraiudicialiter, † executionem
esse solum relaxandam pro salario vltimorum duo-
rum, aut trium annorum, & reliquum præsumi so-
lutum, cùm pauper famulus tamdiù non expectasset
9 sibi † solui, & non vixisset, nec indutus fuisset eo tempo-
re, si eidem non fuissent soluta stipendia; præsertim, cùm
10 computa famulorum † vt plurimum non consueuerint
11 redigi in scriptis, † quo casu cum solutio per scripturam
probari nequeat, sufficiunt præsumptiones & coniecturæ,
vt notat d. Modern. Roman. *d. qu.105. n.31* & in Roma-
12 na Curia contrà familiares Cardinalium, † & Prælato-
rum vigent Constitutiones Pauli Tertij, & Beati Pij
Quinti impress. *in d. qu.*105. *n.*16 *& 17.*
In quam sententiam eò faciliùs iuerunt Domini, ad-
uertentes esse valdè verisimile, Carolum Antonium
13 fuisse contentum solis alimentis, † non solùm quia tam-
quam subditus permanendo apud suum Dominum, po-
terat probabiliter sperare in eius Patria prærogatiuas, &
commodo, quibus gaudere solent vassalli à Domino di-
14 lecti, quæ spes solet esse frequentissima, † licèt fallacis-
sima, vt notat Seraph. *dec.65. sub n.*2. Mantic. *d. dec.*266.
nu.6. & 7. cum alijs per d. Modern. Roman. *qu.67 num.*12.
& seqq.
Verùm etiam, quia tempore, quo apud Marchionem
permansit, incubuit studijs, & bonis artibus, eodem Sum-
mario *nu.*12 quo casu cùm totaliter non esset addictus ser-
uitio Domini, æquum non est, quod consequatur sala-
15 rium, sed alimenta sufficere debent, † vt in puncto de
famulo habente commoditatem studendi, quod præter
alimenta nil aliud consequi debeat, Rebuf. *de priuil. scho-
lar. priuil.* 167. quem refert, & sequitur Grat. *dec. Marcb.*
16 *53. in addit. n.7* & contra quadam mulierem † prætenden-
dentem salarium vltra alimeta consuluit Alex. de Neuo
cons.35. per tot. subdens rationem, quia pro se filabat.
Et abstulit omnem dubitationem expressa declaratio
eiusdem Caroli Antonij, se nunquam habuisse animum
consequendi mercedem: nam ante, & post introductio-
nem iudicij enixe rogauit, & requiri curauit Marchio-
nem, vt eidem finalem quietantiam de exactis à se confi-
17 ceret, † quam cùm obtinere non posset, litem mouit ad
effectum tædio litis inducendi Marchionem ad illius con-
fectionem, vt ex Testibus datis in Summario Marchio-
18 nis *n* 18. † Nulla enim maior est probatio, quàm proprij
oris confessio *l. 1. C. de confess.* Quæ veritas adminiculatur
etiam ex attestatione matris, & fratrum eiusdem Caroli
19 Antonij, † affirmantium illum Romam misisse, vt sine
vlla mercede Marchioni inseruiret, eodem Summ *nu.* 16.
quod certè non dixissent, præcipuè mater, nisi veritas
20 esset, cùm parentes plus diligant liberos, † quàm se ip-
sos, *l. nam. & si parentibus ff. de inoff. testam.*
Non obstat, quod Marchio aliquibus famulis, vltrà
victum, det etiam salarium in pecunia: quia præterquam
quod cum illis habet expressam conuentionem, tale ge-
nus famulorum non habent nisi victum, & scutum vnum
21 cum dimidio, † vel scuta duo cum dimidio secundùm ha-
bilitatem, & aliqui indumentum, vulgò *Laurea*, & scu-
ta quinque menstrua absque victu, non autem recipiunt
commoditatem studiorum, victum, vestitum, calceamen-
ta, interulas, aliasque res lineas, minusque medelas, &
cætera, quibus grauisus est Carolus Antonius semper ni-
gro colore ciuiliter indutus, & calceatus, Summ. *n.*10 &
in infirmitatibus curatus sumptibus Marchionis, Summ.
*n.*11. Illa enim parua quantitas pecuniæ ab alijs famulis
22 recepta, † successit in compensationem, & loco earum
rerum, quas Carolus Antonius, & ipsi recipiebant, vt
ad rem Thomat. *dec.*14. *n.*38. Staiban. *resol.64.n.44.par.1.*
& benè calculatis omnibus necessarijs ad vitam hominis,
præsertim forensis in Vrbe degentis, plus habebat Caro-
lus Antooius recipiendo alimenta, quàm alij recipientes
23 † salarium, cùm alimentorum appellatione non tantùm
veniat cibus, & potus, sed lectum, linteamina, culci-
tra, & alia huiusmodi necessaria, enumerata per Surd.
de alim. tit.4 par.1. & qu.4. & seq & præcipuè medelæ,
Surd. *d. tit. 4. qu 5. n 1. & qu 7. n.1. & seqq* Et etiam sala-
24 rium Medicorum, † cùm hæc sint † ad conseruationem
25 vitæ necessaria, Bart. *in l. liberis, ff. de alim. & cibar. leg.*
Roland. *cons.22. nu 3. in fin.* Surd. *d. qu.5. n.3* quas res Do-
26 minus famulo infirmo præstare non tenetur, † maximè
quando non sunt exigui valoris, licèt illi victum submi-
nistret, *l. in rebus, §. possunt, ff. solut. matr. l. item ferat §.
quas impensas ff. de edil. edict.* cum alijs pleno calamo rela-
tis per d. Modern. Roman. de Salar. *qu.18.n.10. & 11.* Stai-
ban *d. resol.64.n 44. & seqq. lib. 1.*
Nec subsistit, quod ex propria pecunia Carolus Anto-
nius vestimenta sibi comparauerit, & salaria Medicorum,
& pretium medelarum soluerit; quia licèt nonnullæ rece-
ptæ Mercatorum, & aliorum dicant, pecuniam fuisse
exbursatam à Carolo Antonio, veritas tamen est, quod
ipse de pecunijs Marchionis soluit, & de illis debitum dedit
Marchioni in computis per illum traditis, quod est adeò
verum, vt requisitus à Marchione coram Iudice primæ
instantiæ, quod iuraret, pecunias vt supra solutas non
esse Marchionis, iuramentum recusauit, Summ. respons.
n.2. † vndè contra nolentem iurare intrat præsumptio, 27
quod res diuersimodè se habeat ab eo, quod ipse asseruit,
Rota *dec.366. n.5. post 2. vol. cons.* Farin. *& dec.1951. n.10.*
coram Coccin. Posth. *de manut. obser.100. num. 10.* vbi, † 28
quod Iudex contra eum valdè suspicari debet, Bursatt *cons.*
188. n.11. lib.2.
Similitèr salarium in pecunia visum est non esse consti-
tuendum, etiam si in domo Marchionis à Carolo Anto-
nio plura officia fuissent exercita; quia præterquod Mar-
chio habebat suos particulares Procuratores, Sollicitatores,
Copistas, & alios alia munera exercentes, Summ *n.* 20.
augumentum salarij tunc peti potest, aucto labore, † 29
quando quis à principio assumitur pro certo, & determi-
nato seruitio; tunc enim simpliciter in alijs augendum es-
set salarium; secùs quando quis, vt in casu nostro condu-
ctus est generalitèr, & indeterminatè † ad seruiendum, 30
quia tunc tenetur omnia facere pro Domino, nulla habi-
ta consideratione multiplicitatis seruitiorum, vt notat
Add. ad Buratt. *dec.308 in fin.* & distinguit Rota *dec. 725.
n.5. par. 3. recent. & in d. dec.207. in fine coram Peutinger.* Et
in omnem euentum, si Carolus Antonius in vltimis annis
senior factus, aliquod maius seruitium præstiterit, † di- 31
cendum est refundisse illud, quod iunior in primis annis
præstare non potuit, vt Marchio, qui tunc subministra-
uit alimenta, & minus seruitium recepit, † releuaretur 32
ex maiori seruitio posteà præstito, ad regul. in Teat. *in l.
eum qui ff. de iur. iur.*
Cæterùm nullitas sententiæ latæ in prima instantia
non visa est allegabilis, † cùm illius validitatem *nihil* re- 33
scribendo approbauerit plena Signatura Iustitiæ, in qua
eadem nullitas deducta fuerat; prout exceptiones opposi-
tæ contra testes examinatos pro Marchione visæ sunt non
releuare; nam quod vnus ex illis afferat in hoc negotio
fecisse fidem, non adhibitis in illius confectione testibus,
nec indè illius fides minuitur, † ex quo fides reperitur fa- 34
cta cum subscriptione testium, dum hoc non respicit sub-
stantialia: Et quod alter asseratur inimicus Caroli An-
tonij, † non subsistit in facto, dum illius opera, & officijs 35
postmodum vsus fuit pro obtinenda dicta quietantia à
Marchione, Summ. *n.*17 & alter testis † est Sacerdos, cu- 36
ius fides ex qualitate Sacerdotali multùm augetur, vt di-
xit Rot. *in d. Romana Mercedis 23 Ianuarii 1664. coram me.*
Et ita decisum fuit, salarium non deberi, vtraque
Parte informante.

R. P. D. V R S I N O.

Colonien. Beneficij, seù Personatus.

Veneris 24. Ianuarii 1681.

A R G V M E N T V M.

Beneficium de iurepatronatus deuoluitur ad Episcopum, si infra quadrimestre illius præsentatio facta non sit, etiam si in hoc Procurator constitutus defecerit, quia solùm mandatum procuræ ad præsentandum non sufficit, nisi illud eidem Ordinario exhibeatur, prout nec minus suffragantur diligentiæ pro obtinenda institutione, fide illis legitimè constet, & scriptura pro eis adducta, falsitatis suspicione laboret.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Beneficium iurispatronatus deuoluitur ad Episcopum, si Patronus, vel eius Procurator infra quadrimestre non præsentauerit.*

2 *Præsentatio facta ab Absente, & Ordinario nunquam exhibita, non suffragatur, nec ius tribuit nominato.*

3 *Præsentationis vices non supplet mandatum procuræ factum ad præsentandum, si Ordinario non sit exhibitum.*

4 *Instantia facta pro obtinenda institutione beneficij de iurepatronatus, impedit deuolutionem illius.*

5 *Instituere debens præsentatum ad beneficium iurispatronatus, non potest illum reijcere, ad hoc vt intret deuolutio.*

6 *Scriptura informis dicitur quæ caret die, consule, mense, & anno, itaut dicatur potiùs minuta, quàm instrumentum.*

7 *Scriptura informis nullum gradum probationis facit, nec minus deseruit pro adminiculo.*

8 *Scriptura præsumitur falsa, si non fuit suo loco registrata, nec adest in processu, in quibus extare, & registrari debuisset.*

9 *Scriptura si verè extitisset, vtique quod esset in loco, in quo alia similis reperitur, & reperiri debuisset.*

10 *Probationes coadiuuari demandatæ, si nunquam coadiuuatæ sint, illas veras non fuisse resultat.*

D E C I S I O DCCCXVI.

SEQVVTA per obitum Arnoldi Baronis à Prens, vacatione simplicis Beneficij, nuncupati Personatus sub titulo S. Aldegundæ de iurepatronatus laicali Familiæ de Frens, siti in Parochiali Ecclesia Burgen. in Ciuitate Nouesij; Winardus Hieronymus Baro de Frens modernus Patronus sub die 23. Iunij 1676. Viennæ Austriæ commorans ad dictum Personatum mediante speciali Chirographo nominauit Franciscum Winardum eius filium; qui immediatè demandauit Adamo Heyes Vicario supradictæ Parochialis per ipsum specialiter ad hunc effectum constituto Procuratori, vt à Superiore quocumque Ecclesiastico instituere debente, suo nomine institutionem peteret, atque possessionem apprehenderet, vt ex Summario vtriusque Partis *n.* 1. 2. & 3.

Verùm, quia supradictus Adamus Procurator coram Archidiacono Nouasiensi, cui de iure institutio competebat, nominationem prædictam intra quadrimestre non præsentauit, nec institutionem petijt; Iure deuoluto, Episcopus Argeorinæ controuersum Beneficium liberè contulit Christophoro Horn moderno Officiali Curiæ Archidiaconalis Nouasiensis, qui mediante persona Procuratoris ad hunc effectum deputati, possessionem Personatus apprehendit: Hinc orta controuersia super summarijssimo possessorio coram Officiali Generali Coloniæ, fuit ab isto vtrique Parti Ius suum integrè præsentatum, apposito sequestro super fructibus Beneficij cum solitis clausulis præseruatiuis, & successiuè ab eodem Iudice comminatæ fuerunt pœna ordinariæ contra Franciscum Winardum; qui spreto sequestro, fructus Beneficij ausus fuerat arripere; Appellatione autem per eundem Franciscum interposita ab illis Decretis, Causaque ad Rotam deuoluta, Commissione Reuerendiss. Domino meo Bourlemont directa, Ego post illius discessum à Curia in hac Causa subrogatus, disputandum de more dubium proposui; An, & de cuius bono iure constet; Illoque proposito sub die 22. Martij anni præteriti, dilata fuit resolutio, & rescriptum, vt ex parte Francisci Winardi coadiuuarentur probationes; pro quibus perficiendis sub die 29 eiusdem mensis præfixus fuit terminus duorum mensium; Cumque tres menses, & vltrà effluxissent, absque eo, quod à dicto Francisco coadiuuatæ fuissent probationes in repropositione Causæ ad instantiam Christophori facta 28. Iunij præteriti, ex solita Dominorum benignitate, obtinuit idem Franciscus prorogationem termini elapsi vsque ad Kalendas, & nunc quidem post Reges. Quamobrem dubium hodie pro tertia vice proposui; nec comparente Francisco, siue aliquo pro eo, fauorabilis pro Informante prodijt resolutio.

Data enim præcisa scientia Patroni de vacatione Beneficij Patronatus, quæ in hoc casu resultat ex Chirographo nominationis signato sub die 25. Iunij 1676. & ex subsequuto instrumento mandati procuræ pro Institutione petenda; Et constito insuper, quod intra quadrimestre ad
præsentandum à iure præscriptum, exhibita non fuerit 9
nominatio Patroni; nec facta præsentatio effectiua coram
habente ius instituendi, † libera vtique conferendi facul- 1
tas ipso iure fuit deuoluta ad Ordinarium; qui proindè
validè, ac ritè contulit dictum Beneficium Christophoro
Horn sub die 10. Nouembris eiusdem anni, quatuor nempè mensibus post scientiam vacationis. Textus est *in cap. si vero 12. de iurepatron.* Viuian. *de iurepatron. part. 3. lib. 14 cap. 6. n. 19.* Pac. Iordan. *de re benefic. lib 10. tit. 7. n. 322.* cum alijs per Rotam *in dec. 159. n. ... par. 17. recent.*

Nec exindè, quod Baro Winardus de Frens modernus
Patronus nominationem fecerit ad controuersum Perso-
natum fauore Francisci filij, inferri potest, † quod facta 2
fuerit effectiua præsentatio intra legitima tempora, quod-
que propterea deuolutio non intret. Siquidem cùm no-
minatio prædicta facta fuerit ab absente, & Ordinario 7
nunquam exhibita, vim habere non potest veræ, &
actualis præsentationis, sed dicitur potiùs quædam im-
propria, & verbalis electio personæ, vt præsentetur,
quàm præsentatio, † nullumque ius considerabile tri- 3
buit nominato ante actualem, & effectiuam præsentationem, *glos. in cap. vnic. in positione casus in fine, vers. dicendum de iurepatr. in 6.* Lotther. *de re benef. lib. 2 q 6. n. 33.* & meliùs *n. 35.* & Garz. *de benef. par. 7. cap. 1. n. 34*

Minusque suffragare potest ad hunc effectum mandatum procuræ à Francisco factum Adamo ad petendam institutionem, Tùm quia mandatum exhibitum non est ad
præsentandum, tùm quia illud productum nunquam fuit
in actis coram Ordinario, † ad quem pertinet institutio, 4
nec subsequenter fuit ratificatum à Patrono, vnde præsentationis vices supplere non potest, neque deuolutionem beneficij impedire, vt in indiuiduo tradit Viuian. *de iurepatron. cap. 5. per totum lib 6. par. 2* Lambert in. *eod. tract. lib. 2. par. 2 q. 1. art. 21. alijque Doctores per* Adden. ad Gregur. *dec. 177. n. 7.*

In nihilum pariter releuante scriptura, quæ datur in Summ. Winardi *num. 5.* in qua dicitur Adamum Heyes Procuratorem intra legitima tempora institutionem petijsse ab Archidiacono Nouasij habente ius instituendi, eique denegatam irrationabiliter fuisse; Quamobrem infertur, quod talis diligentia adhibita superabundat ad ex-
cludendam deuolutionem beneficij, † ne aliàs esset in 5
potestate instituere debentis omnia beneficia de iurepatronatus conferre vti deuoluta cum maximo Patronorum præiudicio, iuxtà tradita per Lotther. *de re benef. qu. 13. n. 61. lib. 2. & per* Rot. *dec. 148. in fine, & 176. n. 5. par. 15 rec.*

Etenim scriptura ista vti simplex assertio tertiæ perso-
næ non recognita, neque subscripta à Notario, & testi-
bus, carens die, mense, anno, & Consule † dicitur 6
potiùs simplex minuta informis, quàm publicum docu-
mentum, quæque propterea nullum probationis gradum
constituit; † quinimò nec pro adminiculo deseruire po- 7
test, ex Text. *in l exemplo C. de probat. &* Rota *in dec. 21. n. 8 post* Viuian. *de iurepatr. & in Romana Castri Orciani 16. Ianuarii 1679. §. bine non esset coram R. P. D. Bourlemont.*

Eoque magis fidei dictæ scripturæ detrahi aduerterunt
Domini, considerantes, quod vltrà defectus informitatis
superiùs expressos, nullibi reperitur registrata, † neque 8
in processu de partibus legitur; quod profectò deficientiam effectiuæ præsentationis, & sic falsitatem scripturæ apertè designat; Aliàs enim si intra legitima tempora sequuta fuisset præsentatio, & petita institutio coram Su-
periore instituere debente, reperiretur vtique registrata
in actis Curiæ † Nouasiensis, quemadmodum in illis re- 9
gistrata legitur alia similis instantia facta ab eodem Procuratore sub die 22 Ianuarij 1677. post terminum quadrimestris iam lapsum, quæ data fuit in Summ Francisci *nu. 7.*

Attento potissimùm, quod Franciscus nihil hucusque
deduxit, quod probationes contentorum in scriptura coa-
diuuaret, quemadmodum sensus erat Dominorum, † 10
qui non alio fine dilationem per tam longum tempus ei benignè indulserunt, quam vt coadiuuaretur fides institutionis intra quadrimestre petitæ coram dicto Officiali Curiæ Archidiaconalis Nouesij.

Et ita, postquam Causa primo loco proposita fuit, vtraque Parte informante, resolutum, altera tantùm &c.

R. P.

R. P. D. VRSINO.

Cracouien. Vnionis.

Veneris 10. Ianuarii 1681.

ARGVMENTVM.

Ecclesia Parochialis fuerat Monasterio vnita, & ad eius curam etiam Vicarius perpetuus electus, qui cùm validitatem vnionis impugnare voluisset, ab impugnatione fuit reiectus, non solùm, quia de nullitate non constitit, verùm etiam, quia ille non poterat refricare quæstionem tituli, à quo ipse causam habebat, & erat fundamentum suæ intentionis; ad quem autem spectent iura, emolumenta; & expensæ eiusdem Ecclesiæ, ex sequenti Summ. & Dec. videnda sunt.

SVMMARIVM.

1 *Parochialis Ecclesia Monasterio, vel alì alteri Ecclesiæ, seu beneficiis vniri prohibetur ex dispositione S. Concilij Tridentini.*

2 *Vnio Parochialis non obstante Concilio fieri potest alteri Ecclesiæ, vel beneficijs, si tendit in argumentum cultus diuini, ad propagationem fidei, & huiusmodi.*

3 *Societatis Iesu qualis fuerit, & sit illius institutus à S. Ignatio fundatore demandatus.*

4 *Vnio Parochialis confirmata à Papa dicitur valida.*

5 *Confirmatio Apostolica præsumitur ex lapsu septuaginta annorum.*

6 *Beneplaciti, seu confirmationis Apostolicæ præsumptio cessat ex confirmatione Legati de latere, vel alterius Superioris.*

7 *Confirmationis, seu Beneplaciti Apostolici præsumptio fortius militat, si in confirmatione alterius Superioris de eo mentio facta sit.*

8 *Vnionis defectum allegare non potest, qui sine illa ad beneficium præsentari non potuisset.*

9 *Acceptans, seu fundans intentionem suam super aliquo facto, non potest controuertere d. factum, aut aduersus illud venire.*

10 *Tituli questionem refricare non potest ille, qui ius suum deducit, & recognouit ex eodem titulo, amplia vt ibidem.*

11 *Parochus, Vicarius, & Rector sunt verba sinonima inter se.*

12 *Cura animarum æquè residet penes Vicarium, Parochum, seu Rectorem.*

13 *Vnio ex lapsu temporis præsumitur facta cum suis solemnitatibus, & iusta subsistente causa.*

14 *Vnio non requirit causam si fiat à Pontifice, vel ab eo confirmetur.*

15 *Vnio Parochialis non requirit citationem Parochi, si eius vita durante illi præiudicatum non est.*

16 *Rector, seu Religiosus Societatis Iesu curam animarum exercere non potest.*

17 *Cura Ecclesiæ Monasterio vnitæ residet penes Vicarium perpetuum, qui in d. Ecclesia vnita deputatur.*

18 *Parochiali Ecclesiæ, vel Monasterio vnita cui spectent iura, & emolumenta Parochialia, & quis etiam expensas subire teneatur.*

DECISIO DCCCXVII.

ECCLESIAM Parochialem Sancti Stephani de Iurepatronatus Regio in Vrbe Cracouiensi existentem, quam Stephani, & Sigismundi Poloniæ Principum, munificentiæ debet Venerabilis Societas Iesu; de anno 1602. Bernardus Episcopus vniens, atque incorporans Domui Probationis eiusdem Societatis Iesu, Vicarium perpetuum imposterum in ea institui ordinauit ad nominationem, seù præsentationem Rectoris eiusdem Domus Probationis, extincto, siue potiùs suppresso titulo Parochi. Quam quidem vnionem auctoritate Ordinaria factam ipsemet Bernardus triennio post ad sublimem Cardinalatus dignitatem promotus, atque apud Serenissimum Sigismundum Regem Legati de Latere officio fungens, auctoritate Apostolica per speciales literas sibi attributa, confirmauit, & approbauit, vt ex Summario PP. *num. 1. & 2.*

Hinc post dictam incorporationem perfectam, & effectum sortitam, per spatium septuaginta annorum, & vltrà, omnia, & singula in ea contenta, & disposita inuiolabiliter obseruata fuere, donec, & quousque Thomas Gielouiekiz modernus Vicarius eiusdem Ecclesiæ Sancti Stephani præsentatus à Superiore Domus Probationis prætendens ad se spectare Parochiam independenter à Patribus dictæ Vnionis validitatem impugnare cæpit, Iudicio instructo priùs coram Ordinario Cracouiensi, & deinde in Curia coram Auditore Cameræ; cumque in vtraque Instantia ipse succubuisset, Causam in gradu appellationis mihi committi curauit. Vndè ad eius examen Dubium de more dedi: An constet de validitate Vnionis; & An, & ad quem spectet Cura Animarum, Iura, & Emolumenta? Illoque proposito sub die quarta Decembris Anni præteriti, & non resoluto; hodie in illius repropositione fuit mihi per Patres responsum, constare de validitate Vnionis, atque consequenter Curam Animarum, Iura, & Emolumenta spectare ad Vicarium iuxtà formam Vnionis latiùs infra exprimendam.

Nullitas quippè Vnionis prætendebatur ex eo, quod talis Ecclesia Sancti Stephani vti Parochialis, vniri non poterat Collegio Regulari Patrum Societatis Iesu, resistente literali dispositione Sacri Concilij Tridentini *sess. 24. de reformat. cap 13.* † vbi Parochiales Ecclesiæ omninò vni- 1
ri prohibentur Monasterijs quibuscumque, aut Abbatijs, seù Dignitatibus, siue Præbendis Ecclesiæ Cathedralis, siue alijs beneficijs simplicibus, vt confirmando referunt Gonzalez *ad regul. 8. Cancellar. gloss. 5. §. 7. nu. 63* Hoied. *de incompat. benef. par. 1. cap. 2. numer.* 88. Viuian *de Iurepatronat. lib. 14. cap. 5. numer.* 38. & alij plures Canonistæ.

Sed visum fuit huiusmodi obiectum non obstare, quia cùm Vnio supradictæ Ecclesiæ facta fuerit pro augmento, & conseruatione Collegij Societatis Iesu ad fidei Catholicæ defensionem, & propagationem, bonarumque artium cultum; cessat dicta prohibitio Conciliaris ex ratione, quod in generali dispositione prohibitoria credendum profectò non est, quod religiosissimi Patres Tridentini comprehendere voluerint illas Vniones, quæ tendunt ad augmentum cultus Diuini, † ex traditis per Gonzalez *in* 2
regul. 8. Cancel. glos. 5. § 7 sub num. 46. versic. item saluantur, Gratian *disceptat. forens. 278 num. 7* Turricell *de Vnion. cap. 15. nu. 55.* Vgolin. *de Episcop cap. 52. sub num. primo vers. secundo excipiuntur, &* Rota *dec. 411. num. 4. coram Caualerio.*

Quod autem Collegia, & Monasteria Societatis Iesu erecta Cracouiæ, alijsque in Vrbibus Poloniæ ordinata fuerint ad præstantissimum finem propagandæ Christianæ Fidei, Diuini cultus augendi, & bonarum Artium cultus, nedum liquet ex generali lege Institutionis, qua Sanctus Ignatius religiosæ huius Congregationis Fundator, † se, suosque Sodales obligando ad Cathechismi 3
traditionem, atque ad Missiones, siue per Fidelium, siue per Infidelium plagas vniuersorum saluti, ac profectui suam Sodalitatem deuouit; sed etiam ex peculiari scopo, quo Patres Iesuitæ inuecti fuerunt in amplissimo Poloniæ Regno. Ibi enim Stephanus Battoreus, Stephanique Successor Sigismundus Tertius adCatholicæ Religionis tutelam nullos alios fortiores Milites pro Nouatorum Agminibus profligandis experti sunt, quàm Patres Societatis; quemadmodum testatur in vindicationibus Societatis Iesu *cap. vltimo*, nunquam satis laudatus Vir Cardinalis Sfortia Pallauicinus, & in donatione Regia Iurispatronatus Ecclesiæ Sancti Stephani fatetur ipsemet Sigismundus Rex Tertius, inquiens.

At quia quicquam fructuosius experti non sumus, quam si multos operarios nancisci possemus ex Societate Iesu, qui tamquam expediti Velites quòquò versum ad lucrandas animas excurrerent, ac propterea varia Collegia, & Seminaria eiusdem Societatis in Regno nostro

pro institui curamus, vt ex Summario Patrum *num.* 1.
Vlteriùs cessare videtur omnis vmbra inualiditatis
Vnionis ex eo, quod controuersa Vnio facta ab Episco-
po authoritate Ordinaria confirmata, & approbata fuit
4 authoritate Apostolica, † quam per speciales literas Pon-
tificias sibi attributam asseruit Legatus de Latere in con-
firmatione data in d. Summario *n.* 2.

Non releuante, quod eædem literæ Apostolicæ osten-
sæ non fuerit, nec in Instrumento Approbationis rela-
tæ, neque hodie exhibeantur. Quoniam stante lapsu
5 septuaginta annorum, † & vltrà vnà cum obseruantia
vniformi, specialis confirmatio Apostolica interuenisse
præsumitur, vt per *gloss. in cap. peruenit*, *vbi* Doctores
de emptione, *&* *vendit.* Turricell. *de Vnion. cap.* 10. *nu.* 25.
Bich. *dec.* 280. *n.* 35. Cels. *dec.* 70 *num.* 6. Seraph. *dec.* 1459. *n.*
1. & Dunozett. Iun. *dec.* 525. *n.* 4.

Neque talis præsumptio excluditur ex exhibitione
6 Confirmationis factæ à Legato de Latere, † per quam
cessare dicitur præsumptio melioris Confirmationis, seù
alterius Beneplaciti ex cursu longissimi temporis desum-
pti, iuxtà firmata per Rotam *in dec.* 119. *n.* 6. coram Du-
noz. Iun. *&* *dec.* 1236. *n.* 4. *coram Seraph.*

Siquidem allegata conclusio procedit solùm in casu, quo
defectus tituli appareat ex lectura Vnionis, siue Confir-
7 mationis exhibitæ. † Quare cùm ex scriptura præsentis
Vnionis non resultet defectus appositus; quinimò ex as-
sertione Cardinalis Legati pateat contrarium; Benepla-
citum Apostolicum ex lapsu septuaginta annorum præsu-
mitur etiam intercessisse. Menoch *de retinend. remed.*
4. *numer.* 683. & egregiè Rota *in decis.* 698. *num.* 3. *part.* 2.
in recent.

Eoque fortiùs prædicta militant contra modernum Vi-
carium Ecclesiæ, qui cum fuerit à Rectore Domus Pro-
bationis Societatis Iesu præsentatus ad Vicariam vigo-
re facultatis ei attributæ in eadem Vnione, non po-
test vtique vllo Iure proponere actionem contra vali-
ditatem dictæ Vnionis, sine qua ipse præsentari non po-
8 tuisset à Rectore, & Patribus Societatis; † ideoque ei
obstat vulgata regula Iuris, quod receptans, atque fun-
dans intentionem suam super aliquo facto, non potest con-
9 tra illud venire, † iuxtà Textum, & notata ibi per Do-
ctores *in l. conductionis C. de locat. &* *conduct.*

Et licèt Ius nominandi Vicarium, Patres Iesuitæ à
Rege Polono reportauerint mediante donatione Iurispa-
tronatus, cuius vigore, data etiam nullitate Vnionis,
benè potuerunt nominare Curatum; nihilominus quia
Thomas modernus Vicarius præsentatus non fuit à Pa-
tribus pro Parocho, siue Rectore Ecclesiæ ad formam
donationis Regiæ, sed solùm vti Vicarius in exequu-
tione Vnionis Ecclesiæ ab Episcopo factæ, sequitur pro-
indè, quod ipse refricare modò non possit quæstionem Ti-
10 tuli, † à quo Ius suum deducit, vt in indiuiduo dixit Ro-
ta *in dec.* 750. *num. primo* coram Seraph. *&* *dec.* 100. *n.* 14. *&*
seqq. coram Buratto.

Nec exindè, quod semper qui curam animarum habue-
runt, Parochos se nominauerint, deduci potest, quod
obseruantia non probetur obseruata, & effectum sortita
per cursum septuaginta annorum, & vltra; Etenim
cum verba ista *Vicarius*, *Parochus*, *&* *Rector* sint sy-
11 nonima, † eundemque significatum importent, benè
potuit Vicarius perpetuus absque impropriatione ver-
borum Rector, siue Parochus appellari, dum penès
ipsum residet cura animarum, vt deducitur ex Barbos.
de Paroch. cap. primo numer. 55. *&* *sequentib.* *&* *in tra-*
ctat. de Iure Eccles. vniuers. lib. 3. *cap.* 6. *numer.* 15. *&*
sequentib.

Hinc etiam cessare videntur alij duo defectus, qui
contra Vnionis validitatem à Vicario fuerunt propositi,
vnum nempe quod in ea causa iusta, vel necessaria non
intercesserit, & alterum, quod citatus, siue interpella-
tus non fuerit Parochus Ecclesiæ Sancti Stephani possi-
dens de tempore factæ Vnionis. Nam quoad primum
defectum iustæ causæ, placuit Dominis responsio, quod
ex lapsu tanti temporis Vnio confirmata auctoritate Apo-
12 stolica † alia non indigeat iustificatione; sed præsumatur
facta cum necessarijs solemnitatibus, & cum iusta causa,
vt tradit Turricell. *de vnion. cap.* 10. *nu.* 5. Rota *dec.* 10. *de*
reb. Eccles. non alien. in antiquis, *&* *dec.* 525. *num.* 4. *coram*
Dunozett. Iuniore.

Cessatque penitùs difficultas ex præsumpto Beneplaci-
to Apostolico, quod interuenisse censetus in dicta Vnio-
ne, in qua nulla causa est necessaria, quando à Roma-
no Pontifice fit, vel confirmatur, † vt in puncto aliàs 13
respondit Rota *in decis.* 721. *num.* 7. *coram Cerro.*

Eiusdem pariter eleuantiæ est alter defectus ob omissam
citationem † Parochi possessoris, quia eius vocatio, siue 14
citatio pro substantia Vnionis non fuit necessaria, dum
ei eius vita durante nullum illatum fuit præiudicium,
vt ex *Clementina si vni*, *&* *ibi* Ancharan. *num.* 5. *de reb.*
Eccles. non alienan. Calderin. *de reb. Eccles. non alienan. cons.*
vlt. nu. 2. Garzias *de benefic par.* 12. *cap.* 2. *de Vnione n.* 114.
Viuian. *de iurepatron. lib.* 14. *cap.* 15. *nu.* 59. *&* Castropal.
oper. moral. to. 2. *tractat.* 13. *disput.* 6. *punct.* 12. *§. secundo*
num. 23.

Firmata itaque ex hucusque deductis validitate Vnio-
nis, facilis visa fuit Dominis resolutio secundæ partis du-
bij propositi, respondendo Curam Animarum spectare ad
Vicarium perpetuum; prout expressè id cautum legitur
in Instrumento Vnionis, & sic etiam de Iure procedit;
Tùm quia Rector Societatis Iesu curam animarum per se
exercere non potest, † obstante ei Regula suæ Religionis; 15
Tùm quia quando Ecclesia vnitur Monasterio, siue Col-
legio, illius Cura semper residet penès Vicarium perpe-
tuum, † qui in dicta Ecclesia vnita deputatur, *cap. super* 16
eo, *&* *ib. gloss. verb. annexæ*, *&* Doctores *de præbend. in* 6.
Turricell. *de vnion. cap* 4. *numer.* 4. *&* *seqq.* Rota *in de-*
cis. 625. *numer. primo* coram Merlino, *decis.* 214. *numer.*
3. coram Buratt. *&* *decis.* 10. *num.* 2. *&* *seqq. part.* 14.
recent.

Poterit proindè, ac etiam tenebitur Vicarius iuxtà te-
norem Vnionis cum Sacerdotibus sæcularibus omnia Ec-
clesiæ Sacramenta Populo eidem subiecto administrare,
Diuinaque Officia in eadem Ecclesia peragere, ac Sacer-
dotes sæculares, Magistrum Scholæ, & Scholares om-
nes, & Campanatores subiectos habere, sacrisque lectis,
& Cantatis, inseruire, atque Templum adornare, vt
sunt verba præcisa Vnionis, reseruato tamen Iure Supe-
riori, & Patribus Domus Probationis Societatis Iesu do-
cendi Doctrinam Christianam, concionandi, confessio-
nes, vnà cum Vicario cumulatiuè audiendi, atque æquè
similitèr Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum ad-
ministrandi; & latius ind. Vnione data in Summario
num. 1.

Prout etiam Iura, & emolumenta omnia ex decimis,
fundis, colonis, donationibus, censibus, alijsque anti-
quis redditibus ad eundem Vicarium perpetuum spectare
non fuit dubitatum, † dummodo certa interstitia, fune- 17
rum, & elemosynas in concione collectas applicet, & ex-
pendat pro reaptatione tectorum Templi, Turris, Cæ-
miterij, & Subselliorum, & pro Cera, Vino, Thure,
alijsque rebus necessarijs, quæ dietim consumuntur in
Ecclesia, quemadmodum disponitur in dicta Vnione, cu-
ius tenor ex Dominorum sensu ad vnguem est attenden-
dus.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. V R S I N O.

Barchinonen. Diuortij.

Lunæ 12. *Maii* 1681.

A R G V M E N T V M.

Sola probatio adulterii in hac decisione tra-
ctatur, quod ciuiliter ad effectum sepa-
rationis thori ex pluribus argumentis, &
coniecturis deducitur, ac etiam ex testi-
bus, licèt aliquas exceptiones patientibus,
quia cùm in eo nobiles, & personæ inte-
græ fidei plerumque adhiberi non possint,
necesse est admittere viles, & infames,
præcipuè de visu, & auditu proprio depo-
nentes.

S V M M A R I V M.

1 Validitas sententiarum resultat ex reuolutione actorum,
& *iustitia, ex decisionibus deducitur.*

2 Adul-

2 *Adulterium instam, & legitimam causam præbet diuortio.*
3 *Adulterium, licet sit causa grauis, vbi tamen non agitur criminaliter ad pœnam, sed ad effectum separationis thori.*
Probatur leuioribus probationibus, & etiam per coniecturas, & præsumptiones, ibidem, & n.25.
4 *Adulterium probatur ex confessione Mulieris dicentis se carnaliter fuisse cognitam.*
5 *Adulterium probatur ex testibus de auditu ab adultero, vel quod adulterantes viderint in lecto iacentes.*
6 *Adulterium probatur ex testibus plures circumstantias referentibus, & quales illæ fiat.*
7 *Adulterium probatur ex publica voce, & fama loci commissi delicti.*
8 *Adulterium ad probandum, quia in abscondito patrari solet, admittuntur etiam præsumptiones, & coniecturæ.*
9 *Testis socius criminis nullam facit probationem, sed vide num. seqq.*
10 *Meretrix, quamuis socia criminis, probat adulterium.*
11 *Meretrix non est persona legalis, sed infamis, & vilis, & ideo nihil probat.*
12 *Testis infamis, & vilis adhuc probat, si de facto proprio deponit, concurrentibus tamen adminiculis.*
13 *Testis mendacium, & contrarietas in his, quæ non sunt de substantia, sed solum accidentalia respiciunt, non detrahunt fidem illis.*
14 *Testis prima depositio magis attenditur, quam secunda, quia hæc præsumitur extorta per vim, & metum, amplia vt num. seq.*
15 *Examinis nullitas tollitur per repetitionem postea formiter factam.*
16 *Testis deponens non cognoscere duas personas, quarum alteram prius dixerit cognouisse, intelligitur de alia, quam non cognouit.*
17 *Testis depositio ita declarari debet, vt omnis euitetur correctio, & contrarietas, præsertim instantanea.*
18 *Testis vnicus super adulterio, vel huiusmodi, vt probet, debet esse omni exceptione maior.*
19 *Testis de visu, licet vnicus, concurrentibus adminiculis, & coniecturis vrgentibus, probat adulterium, quamuis vilis.*
20 *Adulterium probatur etiam ab vnico teste deponente vidisse adulterantes iacentes in lecto, & quare.*
21 *Testes viles, impuberes, familiares, & inhabiles admittuntur in iis, in quibus personæ nobiles, & integræ famæ haberi non possunt.*
22 *Adulterium ad effectum separationis thori probari solum debet in genere cum diuersis personis, & varijs in locis.*
23 *Testes singulares probant adulterium ad effectum separationis thori, & vid. num. seq.*
24 *Singularitas testium adminiculatiua, non obstatiua, & in actis reiteratis, non infringit, sed coadiuuat probationem.*
25 *Singula quæ non prosunt, simul vnita iuuant, maximè in materia difficilis probationis.*
26 *Præsumptiones, & coniecturæ etiam si sint numero mille, non sufficiunt non data præexistenti probatione, super qua fundari possint.*
27 *Fama publica probat adulterium, & copulam iunctis adminiculis.*
28 *Adulterii præsumpta probatio resultat si vir, & mulier per plures horas soli remanserunt clausi in cubiculo.*
29 *Adulterium præsumptiuè probatur ex traductione mulieris ad virum eam penes se retinentem, & postea dotantem.*
30 *Testis mediator adulterij, quamuis vilis, si deponit de facto proprio, adhuc tamen probat.*

DECISIO DCCCXVIII.

SENTENTIA Rotalis, qua declaratum fuit locum esse separationi thori inter Mariam Gratiam, & Antonium eius virum, hodie coram me in gradu recursus ad calculos reuocata confirmationis robur obtinuit, nedum ob eius validitatem, quæ inter partes controuersa non non fuit, nec poterat controuerti, dum omnia de Iure, & stylo seruari solita, seruata fuisse constat ex reuolutione processus; verum etiam ob illius iustitiam resultantem, ex deductis in duabus decisionibus ad Rotalem sententiam de more præcedentibus editis sub die 14. Aprilis 1679. & 15. Martij 1680. coram R. P. D. meo Vicecomite. In quibus cùm luculenter comprobetur in facto, quod d. Antonius vir constante matrimonio plura commiserit adulteria cum diuersis mulieribus, rectè etiam firmatur in iure, quod
factus fuit locus diuortio, † cui iustam, ac legitimam 1
causam præbet tam ex dispositione iuris canonici *in cap.*
significasti, cap. ex literis, & cap. gaudemus de diuort. &
cap ex parte §. quia igitur de sponsal. quàm iuris ciuilis Ro-
manorum, & Gentium *in l. consensu §. si qua igitur C. de re-* 2
pud. & §. mitiores auth. de nupt.

Et sanè probationes in præcedenti instantia deductæ à
d. Anna Maria pro iustificandis in facto adulterijs ab eius
viro commissis, sunt adeo releuantes; vt hodie etiam Do-
minis visæ fuerint exuberantes in hoc iudicio ciuili, † vbi 3
non agitur de adulterijs criminaliter ad effectum infligen-
di pœnam adultero, sed solùm ciuiliter ad separationem
thori, quo casu licèt materia dicatur grauis, & ardua, ni-
hilominus omnes Doctores conueniunt, quod leuiores
probationes sufficiant, quodque ad istum effectum lex
adulterij probationes admittat per coniecturas præsum-
ptiones, & adminicula, vt ponderant Farinac. *de Testib.*
qu. 64. n. 229. Bursat. *cons. 218. n. 1. cum duob. seqq* Menoch.
cons. 31 n. 18 Bertaz. *cons. crim. 20. n. 18 & 19 & cons. 273. n. 7.*
Cyriac. *contr. 281. n. 26.* cum alijs per Rotam *in dec 337. n. 4.*
& 16. par. 12. rec. & firmatur *in prima decisione huius causæ*
§ finali, & in secunda § non obstat cor. R. P. D. meo Vicec.

Pro iustificatione quippè primi adulterij ab Antonio pa-
trati cum Margarita Catala, vrgentissimæ non desunt
præsumptiones, & coniecturæ, quinimò concludentes
etiam probationes, dum pro prima probationis specie ex-
hibita fuit confessio eiusdem Margaritæ ingenuè fatentis
† se pluries fuisse carnaliter cognitam à prædicto Antonio; 4
& hæc quidem confessio comprobata remanet ex deposi-
tionibus duorum Testium, † quorum secundus, cùm sit 5
famulus eiusdem adulteri, optimam suæ depositionis
scientiam reddit, dum inquit se vidisse d. Antonium, &
Margaritam nudum, & nudam in eodem lecto iacentes,
eisque attulisse suauem potum cioccolatæ. Alter verò fa-
tetur se audiuisse ab vtroque adultero, quod se carnaliter
cognouerant.

Secundo mirificè coadiuuantur dd. probationes, atten-
tis pluribus circumstantijs, & actibus per Testes probatis,
ex quibus, si non physica, saltem moralis certitudo adul-
terij resultat, † & negari non potest, quin ex his omni- 6
bus mox recensendis vrgentissima, vehemensque insur-
gat copulæ carnalis præsumptio, sunt nempè traductio
Margaritæ à Ciuitate Barchinonen ad Oppidum Villæ
franchæ de iussu Antonij; continua conseruatio, & fre-
quens accessus vnius ad alterum, tam de nocte, quàm de
die, & occulta retentio dictæ Margaritæ in quadam domo
particulari ad hunc ipsum effectum conducta ab Antonio,
quemadmodum de his omnibus deponunt plures Testes,
& præsertim duo nempè quintus, & sextus, qui sunt con-
testes in loco, & tempore, & sunt plenè informati, dum
habitabant propè domum d. Margaritæ; eique continuò
epulas parabant, expensis, & de ordine d. Antonij, vt
benè probatur ex Summ. Annæ *n. 1 & 2.* per totum

Tertia denique probationis species elicitur ex publica
voce, & fama, † quæ in illis partibus communiter inua- 7
luit, & de qua omnes Testes deponunt in eodem Sum. *n. 2.*

Quæ omnia simul vnita, & coaceruata non dum præ-
sumptiuam, sed concludentem faciunt probationem cri-
minis adulterij, quod de directo, & pernecesse ferè nun-
quam probari potest, cùm in occulto, † & clam fieri so- 8
leat, vt egregiè singulis dd. probationum speciebus perpen-
sis, & remotis omnibus obiectis firmauit Rota *in hac cau-*
sa in prima dec. à §. constat, vsque ad §. adulteria, & in
secunda à §. adulteria autem cum pluribus seqq. coram R. P.
D. meo Vicecomite.

Quibus non aduersatur aliàs oppositum, & nunc denuò
repetitum obiectum, quod nempè depositio Margaritæ
nullum probationis gradum constituat, ex eo quod facit
se sociam criminis, † iuxtà doctrinam Hostiens. *in Summ.* 9
tit. de diuort. n. 1 a. in princ. Ias. *cons. 22. per totum lib. 1. &*
Paris. *cons. 54. n. 49. & seq. lib. 4.*

Quia in his, alijsque similibus criminibus, quæ non
palàm, & publicè, sed inter tenebras, & occultè commit-
ti consuescunt, socius particeps criminis benè potest inter-
rogari de socio, eiusque depositioni omnimoda fides per

Iudi-

10 Iudicem est adhibenda, † præsertim quando, prout hic,
vrgentibus adminiculis, & violentis præsomptionibus suf-
fulta remaneat, vt in præcisis terminis de meretrice lo-
quuntur Bellet. *disquis. cleric par.* 1. §. 4. *n.* 95. Castrens. *cons.*
348. *num* 3. *lib.* 1. Bursat. *cons.* 218. *num.* 7. *vers. tertio con-
cludunt*, Aymer. *cons.* 178. *num.* 3. & in hoc casu conclu-
sionem admittunt Hostien. *in cap quoniam tertio de test. &*
Patis. *cons.* 137. *n.* 28. *& seqq. lib* 4. cum alijs per Rotam *in
secunda dec. huius causæ in §. proinde non releuat coram R.
P. D. Vicecomite*: quibus adde Alex. *cons.* 13. *in fin. lib* 6.
Bertazzol. *cons.* 20. *n.* 14. & latè Farinac. *de delict. carn. qu.*
136. *n.* 46. *& seqq.*

Et hinc etiam cessat alterum argumentum pro reproba-
batione dictæ confessionis elicitum ex eo, quod præscin-
11 dendo à crimine adulterij, cuius se sociam fecit, † adhuc
dicta mulier probare non possit, cùm non sit persona lega-
lis, sed meretrix, & sic insamis, & vilis, cui proindè de-
ferendum in nihilo veniat, ex *text. in l. palam §. non solum
ff. de rit. nup.*

Cùm enim hodie agatur de facto proprio mulieris pro-
bando contra alium, mulier ipsa, licèt insamis, & vilis,
12 † idoneus tamen dicitur testis ad faciendam semiplenam
probationem, & concurrentibus adminiculis, plenè pro-
bat, vt in puncto notat Paul de Castr. *in l. sed alio iure §. si
absens n.* 5. *ff. si ex noxal. caus.* Soccin. Iun. *cons.* 61. *n* 16. *cum
duobus seqq. lib.* 2. optimè Dec. *in cons.* 363. *n.* 3. Mascard. *de
probat. iuxta impres. August. Taur. conclus.* 1362. *n.* 52. Me-
noch. *de Arbitr. Iud. cas.* 99 *n.* 9. *&* 10 & rectè etiam Spad.
cons. 83. *n.* 19. *vers. non obstat cum duobus seqq. lib.* 1. *&* Bur-
satt *d cons.* 218 *n.* 7. *vers. tertio concludunt.*

Nec exindè, quod dicta Margarita secundam fecerit ex-
traiudicialem depositionem ad fauorem Antonij, argui
modo potest de mendacio, & contrarietate, itaut non me-
reatur attentionem; Nam huius mulieris mendacium, &
contrarietas non versatur circa substantialia depositionis,
13 † idest circa copulam, & adulterium, sed solum circa exa-
minis circumstantias, & accidentalia, dum in prima depo-
sitione fassa fuit se ideò deponere coram Iudice Barthino-
nen. quia discessura erat à loco examinis. In secunda verò
depositione se retractat, dicendo hanc circumstantiam as-
seruisse, ob vim, & metum, nullamque mentionem fe-
cit de copula carnali, & propterea circa illius veritatem in
prima depositione perstitisse censetur, vt cuicumque legen
14 ti apparebit, in præterito Summ. Antonij *n.* 4. † & sic per
huiusmodi contrarietatem in ijs, quæ non sunt de substan-
tia negotij, dictum mulieris non vitiatur, ex latè traditis
per Farinac. *de testib qu* 67. *nu.* 179 *& per* Adden. ad Bu-
ratt. *dec.* 42. *litera B. &* Beltram. *ad dec* 547. *nu.* 11. *coram
Gregor.*

Præterquam quod dato etiam, quod talis contrarietas
circa substantialia negotij versaretur, adhuc attendi sem-
per deberet primum dictum, & sperni secundum, quod
ex vi, & metu emanasse præsumitur, Farinac. de Testib.
qu. 66. *n.* 124. *& seqq.* Rota *decis.* 66. *n.* 4. *par.* 6. *dec.* 86. *n.* 26.
part. 2. & *dec.* 368. *n.* 5. *par.* 15. *recent.*

Potissimum dum illius prima depositio confirmata fuit
15 in examine posteà formiter repetito cum interrogatorijs †
Antonij vigore Remissoriæ Rotalis; Ex quo etiam tolli-
tur opposita nullitas eiusdem primæ depositionis tam-
quam emanatæ post interpositam appellationem à decre-
to Ordinarij super examine testium, quia cùm repetitio
facta fuerit coram Iudice Remissoriali, habita relatione
ad priorem depositionem, omnis vmbra nullitatis eua-
nescit, per ea, quæ traduntur à Rota *in dec* 720. *n.* 10. *&*
11. coram Buratt. *& in secunda dec. R. P. D mei Vicecomitis
in §. prout non releuat.*

Minusque officere potest, quod eadem mulier in exa-
mine interrogata circa personas Antonij, & Mariæ gra-
16 tiæ coniugum, responderit non cognouisse nisi de † auditu,
vnde desumitur aperta huius examinis contradictio cum
depositione prima, in qua fassa fuerat se pluries fuisse car-
naliter cognitam ab Antonio.

Hęc namque responsio intelligi non potest nisi de perso-
na d. Mariæ gratiæ, de qua etiam fuerat interrogata, an
scilicet illam cognosceret, nec vnquam referri potest ad
personam Antonij, ex eo quia in eodem examine paulò
post interrogata, an cognouerit D. Antonium, respondit
fuisse ad ipsum traductam, & ab eo carnaliter cognitam,
17 vt in Summ. *n.* 2. *lit. K.* † & ita etiam de iure eius dictum
declarari debet ad euitandam instantaneam correctio-
nem, & contrarietatem, iuxtà *text. in cap. cum tu de te-
stib.* Farinac. *de testib. q.* 65 *n.* 37. *&* Rota *dec.* 2030. *n.* 24. co-
ram Coccin. *dec.* 345. *n.* 5. *par.* 18. *recent.*

Eiosdem pariter generis sunt exceptiones aduersus per-
sonam secundi testis oppositæ, quod nempè ille licèt de vi-
su deponat de tali commercio carnalis tamquam vnicus,
vilis, & familiaris Iosephi de Pinos patris d. Mariæ Gra-
tiæ, nec semiplenam faciat probationem, cùm ad hunc ef-
fectum vnicus testis in actu singulari, de quo deponit, de-
beat esse omni exceptione maior, † ad hoc, vt fidem merea- 18
tur iuxtà firmata per Cyriac. *contr.* 605. *nu.* 21. *& per* Ro-
tam *in dec.* 138. *n.* 3. *cum seqq. post* 2. *vol cons.* Farinac. *& in
Bonon. separationis thori* 14. *Decembris* 1654. *coram bo. me.
Verospio.*

Quia animaduersum fuit id rectè procedere, si plena hu-
ius adulterij probatio vnicè inniteretur super dicto huius-
modi testis de visu, vel si cum illo concurrerent dumtaxat
adminicula, & coniecturæ admodum leues, siue etiam
ageretur de adulterio probando ad effectum declarandi
matrimonium nullum, seù criminaliter ad pœnam, vt
erat in casu controuersiæ Cyriac *& dd. decisionum*, quæ su-
pra allegantur; Vndè secus dicendum venit in facto præ-
senti, vbi solùm agitur ciuiliter ad separationem thori, at-
que dictum secundi testis coadiuuant tot aliæ probationis
species supra recensitæ, quæ animum Patrum moraliter
certum constituunt de dicti adulterij commissione in qua
cum ex natura actus interuenire non possint testes omni
exceptione maiores propter inopiam probationum, testis
de visu, † quamuis vnicus, & vilis, plenè probat, concur- 19
rentibus tamen adminiculis, & coniecturis vrgentibus,
vt ponderant Ferret *cons.* 168. *n.* 20. Farinac. *de testib. q.* 69.
n. 203. *& seq.* cum alijs per Rot. *in dec.* 262. *n.* 9. *&* 11. coram
Eminentiss. Otthob. *dec.* 288. *par.* 3 coram Veral. *& dec.*
2030 *n* 16. *coram Coccin.* & in puncto in supracit. *dec.* 8. *n.*
25. *coram Arguell.*

Eoque fortius d. testis, licèt vnicus, concludenter pro-
bare dicitur simultaneum concubitum Antonij, & Mar-
garitæ, † de quo de visu deponit attento quod concubitus 20
nudi cum nuda in eodem lecto est de indicijs proximis, &
violentis, imò immediatis cum ipso adulterio, quæ per
vnicum testem de visu probari, est in confesso apud DD.
vt tradunt Cyriac. *in exadu. alleg. contr.* 605. *n.* 20. Menoch.
de præsumpt. lib. 1. *q* 89. *n.* 5. Farinac. *d qu.* 37. *n.* 14. Conciol.
in ver. inditium ad torturam resol 4. *nu.* 1.

Pari modo non merentur attendi aliæ similes exceptio-
nes oppositæ pro destruendis dictis aliorum testium, vide-
licet quod sint personæ viles, & plures alios patiantur de-
fectus Siquidem cum in præsenti tractatur de crimine,
difficillimæ probationis, vtpotè de ijs, quæ clam, & ab-
ditè fiunt, & in quibus adhiberi non solent personæ nobi-
les, & integræ famæ, † admittuntur ad probandam copu- 22
lam carnalem in testes etiam personæ viles, impuberes, &
familiares, qui aliàs essent inhabiles ad testificandum, vt
po Farinac. *de testib. qu.* 62. *nu.* 33. vbi de commun tenet
Gabr. *eodem tract. lib.* 1. *concl.* 7. *n.* 1. Soccin. Iun. *cons.* 32. *n.*
10. *& seqq. lib.* 2. egregiè Rota *in d. dec.* 8. *n.* 32 *cum pluribus
seqq.* coram Arguel. *& in dec* 262 *n.* 9 coram Eminentiss.
Otthob. *& in recent dec.* 337. *n.* 16 *par.* 12. *& in prima dec.
huius causæ in §. non obstat quod testes, & in secunda §. non
obstat quod recensita cor. R. P. D. Vicecomite.*

Et quamuis prædicti testes in probatione adulterij sint
singulares, dum in nonnullis actibus adulterium per ne-
cessè inferentibus deponunt de diuerso tempore, & loco, † 22
nihilominus, quia in hoc iudicio ciuili ad effectum facien-
di diuortium, † sufficit solùm probare adulterium in ge- 23
nere cum diuersis mulieribus commissum varijs in locis,
ac reiteratis vicibus; ideo testes etiam singulares ad huius-
modi effectum admittendos esse fatentur Surd. *cons.* 94. *n.*
14. Pont. *de matr. lib.* 9. *cap.* 23. *nu* 6. Bertazzol. *cons. crim* 20.
n. 20. *& seqq.* Soccin. Iun *cons* 99 *n* 7. *lib.* 2. Rota *d. dec.* 8. *n.*
38. coram Arguel. *& dec.* 337. *n.* 16. *&* 17. *part.* 12. *in rec.*

Et quibus sublatum remanet alium obiectum desum-
ptum ex regula iuris, quod nempè in probatione cuiuslibet
actus, & adminiculi, saltem duo esse deberent testes con-
testes, qui integram facerent probationem super quolibet
actu, aliàs adulterium nec probari dicatur per adminicula,
& coniecturas; nam quidquid sit, quando probandum sit
adulterium in specie vnica vice, ac certo loco commissum
ad probationem adulterij in genere pluries, ac in diuersis
locis, & temporibus patrati, atque reiterati, satis est, quod
vnus testis deponat de vno adminiculo, alter verò de alte-
ro, † dummodò omnes tendant ad eundem finem proban- 24
di

di illam personam adulteram, & considerata singularitas,
cum non sit obstatiua, sed adminiculatiua non infrigit
probationem, sed illam confouet, & coadiuuat, Alex.
cons. 13. n 24. lib. 7. Bursat *d. cons. 218. nu. 2.* optimè Bellet.
disquis. cleric. par. 1. de fam. cleric. §. 4 nu. 92 & duob. seqq.
Et regulare est in hac materia propter difficultatem pro-
bationis, quod si plures iustificationum species adsint, quæ
de per se singulæ sint imperfectæ, coniungendæ veniant ad
25 faciendam perfectam † probationem, dum signis etiam, &
præsumptionibus ad rei occultæ notitiam deuenimus; Et
perfecta quoque dicitur probatio, quando Iudex, cuius
prudenti iudicio omnia iura deferunt circa materiam co-
niecturalem, ex deductis circumstantijs mouetur ad fir-
miter credendum adulterium fuisse commissum, vt benè
monet Ciarlin. *contr. for. cap. 174 n. 6. & seqq. lib. 2.* Soccin.
Iun *cons. 32. n. 12. lib. 2.* Rimin Iun. *cons. 274. nu 5. & seqq.
lib 1.* Rota *dec. 353. n. 1.* coram Duran. *& d. dec 6 nu 38. &
59.* coram Arguell. *& dec. 337. n. 13. & 14 par. 12. rec.*
Nec refert, quod singulares, & imperfectæ probationes
tunc solum coniungantur ad faciendam probationem,
quando detur aliqua præexistens probatio, quæ faciat se-
mipienam probationem, in qua possint adminicula funda
re; cessante autem tali gradu præexistentis probationis,
26 adminicula, & coniecturæ, etiamsi essent millæ, † coniun-
gi non possint ad faciendam integram probationem, iuxtà
tradita per Farinac. *de test. lib. 3. tit. 7. qu. 64 nu. 228 & per*
Rotam *dec. 138. sub n. 3. post secundum vol cons. eiusdem, &
in dec. 17. n. 3. et dec. 526. n. 10 par. 3. rec.*
Etenim quidquid sit de veritate huius conclusionis in
iure, obiectum remouetur ex facto, dum in casu propo-
sito non deficit plusquam semiplena probatio, resultans
ex confessione mulieris, siue ex depositione testis de visu,
vt supra pluribus allegatis, & remotis contrarijs firmatum
fuit.
Denique supradictis accedit publica vox, & fama pro-
27 bata per omnes testes, † qui communiter de ea deponunt,
quæ cum ab alijs præsumptionibus, & coniecturis supra
relatis adminiculum recipiat, plenè probat copulam car-
nalem, & adulterium, Abb. *in cap. præterea 27. in fin. de
testib.* Soccin. Iun. *d. cons. 32. n. 20. et seq. lib. 2.* Spad *cons. 83.
n. 4. lib. 1. et* Rota *dicta dec. 337. n. 17. par. 12. recent. et* Ar-
guell. *in dicta dec. 8. n. 36.*
Insubsistentia autem visa fuerunt ea, quæ nunc denuò
subdebantur contra personas, & dicta testium circa depo-
sitiones publicæ vocis, & famæ, quia præuentiuè eisdem
repetitis obiectis satisfecit, Rota *in secunda decis. in §. de-
mum quoad publicam cum duobus seqq. coram R. P. D. meo
Vicecomite.*
His sic in iure firmatis, Domini non dubitarunt quin
probata quoque dicantur alia adulteria ab eodem Anto-
nio patrata cum Cebriana, dum constat ex depositione
quarti testis d. Antonij famuli, quod post præcedentem
tractatum deflorationis, mulier prædicta ducta fuit ab
ipsomet teste ad domum Antonij, vbi cum illo per plures
28 horas in cubiculo clausis ianuis permansit, † & postea
quod idem Antonius ingenuè fassus fuit illam deflorasse,
ac quidquid sibi placuerat fecisse cum pluribus alijs inho-
nestis circumstantijs ab eodem teste recensitis in Summa-
rio *n. 2. lit. L.* ex quibus quidem præsumptiuam probatio-
nem adulterij resultare firmauit Rota *in dec. 8. n. 49 et 51.
et in dec. 337. nu 5. et seqq. par 12. recent.* Eminentissimus
Otthob. *dec. 262 num. 12.* & pluribus cumulatis in vtraque
dec. huius Causæ *in §. adulteria vero, et in §. probatam
quoque coram Reuerendo Patre Domino meo Vicecomite.*
Quæ quidem præsumptiua probatio eo fortiùs augetur
ex attestationibus quinti, & sexti testis coniugum asseren-
tium se de ordine, & ea pensis Antonij per tres hebdoma-
das retinuisse in eadem domo clandestinè d. Cebrianam,
29 † quodque de nocte illa conducebatur ad domum Anto-
nij, & posteà reconducebatur ad proprium ipsorum coniu-
gum, vt in Summario eodem *n. 2. literis N. & P.* necnon
ex depositionibus secundi, quarti, & noni testium depo
nentium d. Cebrianam successiuè fuisse à d. Antonio do-
tatam, & in matrimonio collocatam, in eodem Summ.
n. 2. lit. B. R. & seqq. quæ omnia ad probationem adulterij
plurimum conferunt, vt luculenter firmatum fuit *in pri-
ma dec. Reuerendi Patris Domini Vicecomitis § item & §§.
seqq.* maximè dum adminiculum recipiunt ab alijs testi-
bus de publica voce, & fama communiter deponentibus.
Nec refert, quod quartus testis fuit mediator adulterij,
30 † & properea vti persona vilis, & infamis, nec adminicu-
lum faciat, quoniam cum agatur de facto proprio proban-
do, quod in occulto patratum fuit, creditur illius dicto,
quamuis sit vilis, & mediator adulterij, vt in terminis
probant Spad. *cons. 83. n. 19. vers. non obstat, cum duobus seqq
lib. 1.* alijque plures superius allegati *in §. et hinc etiam
cessat.*

Demum de adulterijs commissis cum Maria Auimyo concludens probatio visa fuit resultare ex propria confessione ipsius mulieris, necnon ex dicto secundi, & quinti testium, vt ex Summario *n. 2. et 3.*

Et ita omnibus Dominis suffragantibus, resolutum fuit.

R. P. D. GVAXARDO.

Hispalen. Vsus Remissæ.

Lunæ 1. Iulii 1680.

ARGVMENTVM.

Stabulum, vulgò *Rimessa*, pro reponendo Curru quis in sua domo construxèrat, ex cuius intromissione, & exitu, quia vicina domus deuastabatur, opus remoueri deciditur, cum damnum nimis apparere visum sit ex testibus, relatione Peritorum, & ex accessu Iudicis facto ad locum differentiæ, quod licèt euitari prætenderetur per cautionem de damno infecto, illa tanquam remedium extraordinarium non admissa, maximè quia eadem non procedit vbi damnum non ex ædificio, sed ex opere positiuo resultat.

SVMMARIVM.

1 *in Solo proprio opus quis facere potest, dummodo ex eo, aut in illius consequentiam, damnum, vicino non eueniat.*
2 *Currus alienus si in introitu, vel exitu deuastat domum vicini, prohiberi potest, & sup nu. 1. & per totam.*
3 *Probatio deducta ex instrumento descriptionis iudicialiter facto, tamquam ex euidentia rei, omnes superat probationes.*
4 *Testes non possunt concurrere cum instrumento, vel probatione, quæ resultat per aspectum, & euidentiam rei.*
5 *Periti iudicialiter electi præualent testibus.*
6 *Testes in concursu illi præualere debent, qui sunt adminiculati à relatione peritorum, & ex inspectione loci.*
7 *Testes de positiuo damno deponentes magis attenduntur, quam illi, qui contrarium affirmant.*
8 *Testes duo super affirmatiua magis concludunt, quam mille denegatiua.*
9 *Testes conuincuntur de mendacio ex euidentia rei, & ex accessu iudicialiter facto.*
10 *Testes mendaces nihil probant, & supra num 9.*
11 *Accessus ad locum differentiæ factus à iudice primæ instantiæ, & in gradu appellationis, quis magis attendendus sit, & sup. nu. 2. & seqq.*
12 *Currus vicini vicinam domum communiter deuastans, non attenditur, quod quandoque sine deuastatione procedat.*
13 *Diligentia particularis non excludit damnum, quod alias euenire solet.*
14 *Casus rarò contingens non attenditur ad exclusionem damni.*
15 *Seruitus prætendi non potest, ex eo quod in eodem loco alius eandem, vel similem seruitutem habeat.*
16 *Seruitus restringi, non autem ampliari debet.*
17 *Cautio damni infecti non admittitur, si damnum prohiberi potest.*
18 *Remedium extraordinarium non datur, si est locus ordinario.*
19 *Cautio damni infecti inuenta fuit ad prouidendum vicino pro damno, quod ex alieno ædificio timetur.*
20 *Cautio damni infecti non habet locum si damnum non ex ædificio, sed aliunde positiuè prouenit, qualecumque illud sit.*

D E-

D E C I S I O DCCCXIX.

EX vsu stabuli, vulgò, hic dicitus *la Rimessa* pro repo-
nendo Curru per Didacum de Espioa subtus pro-
priam Domum aperti è conspectu alterius Petri Paiuæ,
videns iste io egressu, & ingressu illius remone suæ Do-
mus parietem perçuti, & quasi, ac ruinæ periculo expo-
ni, ad euitandum damnum introduxit iudicium coram
Vicario Reuerendissimi Archiepiscopi Hispalen. qui per
sententiam dictum vsum prohibuit; sed ea reuocata ab
Auditore Reuereodissimi Nuntij Apostolici, apud Sere-
nissimum Regem Hispaniarum residentis, causa appella-
tionis ad Rotam delata, hodie disputato dubio, decisum
fuit, vsum esse prohibendum.
Ratio resolutionis fuit, quia nemini licet etiam in do-
1 mo, seù solo proprio opus † facere, ex quo de facto, aut
in eius consequentiam in alienum aliquid immittatur, aut
ex vsu damnum vicioo eueniat, *l.2.§. merito ff. ne quid in
loc. public. l.sicati §. Aristo*, ibi: In suo enim eatenus face-
re licet, quatenus nihil in alienum immittat, *ff. de seruit.
vendic.* Cepoll. *de serut. Vrban. Præd. cap.60. num.3. & 4.*
Hieronym. Cuchal. ad Dec *in l. nullus verf. & sic supradi-
cta iura, & ibi* Cagnol. *n.3. ff. de regul. iur.* Molignat. *post
cons. Siluan.60. n.23.* Grat. *discept. forens 896. nu.12. & 13.*
Quod autem in egressu, & ingressu Currus in domum
Paiuæ immittatur, & illius temone paries percutiatur,
2 ac quassetur, damnumque illatum sit, & inferatur, † con-
cludenter iustificatur nedum ab ipsa euidentia rei, dum
via intermedia per Petitos dimensa latitudinis vlnarum
quatuor circiter est insufficiens pro extrahendo, & repo-
nendo Curru, cum requiratur latitudo vloarum sex, vt
retulerunt Periti, Sum Paiuæ *n.1*; & aliàs fuit prohibitus
similis vsus in via latitudinis vlnarum quinque, d. Sum.
n.2. verum etiam ex euidentia facti, & inspectione loci;
nam ex accessu per Iudicem primæ instantiæ vnà cum Pe-
ritis assumptis præsentibus partibus facto, vt ex descriptio-
ne status rei, eodem Summario *num 3.* constat haud posse
Currum ingredi, & egredi, quin ob loci angustiam murum
feriat, vt experientia eisdem demonstrauit, & parietem
domus Paiuæ esse corrosum, & laceratum legitur in In-
3 strumento descriptionis, † quæ probatio ex euidentia rei,
& oculorum inspectione resultans est omnium maior, &
pleoior, *l. penult. & ibi DD. ff. fin. regan.* Bald. *in l. contra
negantem in fin. C. ad l. Aquil.* Roland. *cons.1. n. 128. vol.1.
& cons.7. n.90. vol.3.* Mandell. *cons. 316 n. 1.* Mascard. *de
probat. vol.1 qu.8 nu. 1. & seq.* Fontanell. *dec.600. num 8.*
Rot. coram Merlin. *dec.462.n.5.* coram Nino: *dec.58.n.23.*
& coram Eminentissimo D. Cardinali Orthob *dec.62.n.
4.* His accedunt relatio Peritorum Architectorum, &
aliorum Fabrorum, mutariorum, ac depositiones vndecim
testium tam continuam percussionem, ac domus quassa-
tionem, quam damnum illatum ex egressu, & ingressu
currus de visu attestantium.
Quibus non sesistunt quamplures testes ad excluden-
dum damnum pro parte Didaci examinati, quia contra
eos stat instrumentum publicum accessus, & veritas re-
4 sultans ex euidentia rei, † cui cedere debet omnis alia pro-
batio, Herculan. *de proban. negat. n 246. & 247.* Mascard.
de probat. vol.1. qu.8. n 4. & 8. Roland. *con.7. nu 91. vol.3.*
Gabr. *cons.159. n 17. lib.1.* Cyriac. *contr.229. n.21.* Dunoz.
Iun. *dec.1008. nu.53.*
Concurrit iudicium, & relatio Peritorum à Iudice ele-
5 ctorum, † qui pariter præualent testibus, Dec *cons.489. n.
12.* Mandell. *cons.21. n.15.* Honded. *cons.31. num.46. lib.1.*
Grat. *disc.600. à n.22. ad 27.* Rot. *in recent. dec. 272. nu.24.
par.5* & coram Dunozet. Iun. *dec.113. n.24.*
6 Adsuntque dd. alij vndecim testes magis attendendi, †
tùm quia adminiculantur à Peritis, & eorum dicta ex
inspectione loci verificantur, Federic. de Sen. *cons. 185. in
7 princ.* Rot. coram Cocc. *dec.2126. n.6* licèt sint numero †
pauciores, Alex. *cons.27 nu. 4 lib.2.* Rot coram Cocc. *dec.
2126. n.8.* Tùm quia deponunt de quassatione, & lacera-
8 tione parietis, ac positiuo damno, † vndè applicatur alte-
ra iuris dispositio, plus credendum esse duobus testibus af-
firmatiuam concludentibus, quàm mille negatiuam pro-
ponentibus, *l. diem proferre §. si plures, vbi gloss. in verb.
consenserunt ff. de recept. arbitr.* Gabriel. *de testib. conclus.4.
n.1.* Farinac. *eodem tract. qu 65. n 200* Rot. coram Greg.
dec.449. n 3. & coram Dunoz Sen. *dec.207 num.8.*
9 Fortiùs quia testes contrarij ex euidentia rei, † & In-
strumento accessus ostenduntur mendaces, Alex. *cons.116.
in fin. lib 1.* Bertazzol. *cons. crim.71. n.27.* Giurba *cons.71. n.
16.* Fontanell. *dec.600 n.4.* adeout † eisdem nulla sit præ- 10
stauda fides, Roland. *cons.49. n 44. lib.4.* Cyriac. *contr.229.
num.22.*
Nec releuat nouus accessus de commissione Iudicis se-
cundæ instantiæ vna cùm duobus Fabris mutarijs factus,
qui facta experientia retulerunt, Currum egredi, & in-
gredi posse, absque eo, quod parietem oppositum tangat,
damnumque ioferat, † quia hic oouus accessus eotanauit 11
post tres annos à die primi præsente Iudice facti, & post-
quam Paiua parietem labentem restaurauerat, & illi so-
lum viderunt Currum egredi, & ingredi à latere sinistro,
vbi licet via paululum dilaretur, nihilominus etiam ab
hac parte rasuras, & collisiones io nouo pariete obserua-
runt, damnumque excludere conati fuerunt, eo quia mu-
rus sit fortis, & benè constructus, & quod ipsis præsentibus
† tactus non fuerit, hoc euenire potuit, vel ex Curru bre- 12
uiuri, vel ex nimia diligentia Aurigæ; † Qui casus rarò 13
contingens, non excludit † damnum, nec attendi debet, 14
arg. *text. in l. ex his ff. de legib. l. ea 65. vbi glos. ff. de regul.
iuris.*
Minùs obstat, quod in eadem via ante domum Paiuæ
reperiatur aliud simile stabulum; nam illud adesse potest
aut ab immemorabili, aut iure seruitutis, † quibus defi- 15
cientibus, sicut agi posse: pro remotione, ita ex eo non
valet alius vicinus exemplum desumere, cùm versemur in
seruitutibus, & odiosis contra dispositionem iuris commu-
nis, † quæ restringi, non ampliari debens, vt in terminis 16
Siluan. *cons.60. nu 1. vers. non tamen*,
Neque locus est cautioni damni infecti per Didacum
oblatæ, † dum illa vti remedium extraordinarium † non 17
admittitur, quando competit Ordinarium, *leg. qui bona* 18
*fide 13. §. de illo quæritur l. si ex ædibus meis 32. cum duobus
sequentibus ff. de damn. infect.* proptereà cum ex interdicto
dictæ l.2.§ meritò ff. ne quid in loc public. detur actio ad opus
remouendum, seù vt in præsenti, ad vsum prohibendum,
cessat remedium cautionis; præterea ex inuenta † fuit ad 19
prouidendum vicino pro damno, quod timetur ex alieno
ædificio ruinoso, vt ex Rub. *& tot. titul ff. de damn. infect.* id-
circò reijcitur, quando damnum ex ędificio non prouenit, † 20
sed aliundè positiuè infertur, quale sit, vt sunt verba *text.
in dicto §. merito, vbi glos.* explicat *qualecumque*, & prose-
quitur Grat. *disc. for 896. nu.13. cum duob. sequentib.*
Et ita vtraque &c.

Hæc alia immediata decisio emanauit in eadem causa, &
in eodem articulo

R. P. D. G V A X A R D O.

Hispalen. Vsus Remissæ.

Lunæ 23. Iunii 1681.

A R G V M E N T V M.

Prosequitur materia decisionis antecedentis,
quæ non solùm hic confirmata est, sed plu-
rima etiam in ea tradita sunt ad materiam
seruitutis, regularitèr non extendendæ,
sed potiùs ad suum præcipuum casum limi-
tandæ, non obstante prætensa consuetudi-
ne in contrarium adducta, quæ & probata
non erat, imò etiam excludebatur ex acti-
bus, qui contra d. consuetudinem addu-
cebantur, cuius etiam vnicum tantùm suf-
ficere dictum est.

S V M M A R I V M.

1 *Stabulum in iure appellatur, quæ vulgo dicitur, Remis-
sa, destinata pro repositione currus, olim quadrigæ.*
2 *in solo, seu domo propria quidquid Domino facere, vel
ædificare permittitur, etiam si alteri noceat.*
3 *Ædificans in re sua, vel opus nouum faciens, non inde
tamen potest quidquam in alienum immittere.*
4 *Vicinus non potest facere stillicidium vel aliud opus,
quod pretendat in domum vicini.*

5 *Vicinus*

5 *Vicinus in sua domo non potest facere artem, ex qua aliquid cadat in solum, vel domum alienam.*

6 *Lapidicina non potest fragmenta suorum lapidum immittere, vel permittere, quod cadant in alienum fundum.*

7 *Artem malam, ex qua malus odor vicino inferatur, quis exercere prohibetur, & supra à nu. 5.*

8 *Caminum, seu fornellum in suo solo quatenus quis ædificare permittatur, vel prohibeatur.*

9 *Opus maius, seu ædificium si quis prohibere potest, multo magis hoc permittitur facere de minore.*

10 *Vicinus re sua vtens ad solitum, & destinatum vsum prohiberi non potest, etiam si ex eo sequatur damnum vicini.*

11 *Vtilitas sola vtentis attenditur, non tamen damnum, quod alteri exinde damnum sequatur.*

12 *Aqua, vel fumus licet ascendant, & descendant ad domum vicini, quatenus prohiberi possint, vel ne, & sup. à num. 4.*

13 *in Opere antiquo facto iuxta domum vicini, cadere potest ratio vsus soliti, consueti, non autem in eo, quod nouiter fabricatur.*

14 *Damnum, quod recipit vicinus in introitu, & exitu carrus vicini, non est naturales, sed extrinsecum, & accidentale.*

15 *Fides extraiudicialis attenditur, si est conformis cæteris probationibus, & vlterius concurrit qualitas personæ.*

16 *Vicinus si ex alio opere damnum sentiat, non inde sequitur, quod ex altero nouiter faciendo simile damnum subire cogatur.*

17 *Consuetudo non probatur ex actibus facultatiuis, etiam cum proprio damno permissis.*

18 *Consuetudo in actibus facultatiuis non probatur, nisi fuerit doctum de contradictione, & acquiescientia partis*

19 *Consuetudo, tanquam stricti iuris, attenditur solum in suo casu.*

20 *Consuetudo non extenditur de persona ad personam, de re ad rem, nec de casu ad casum.*

21 *Consuetudo non attenditur, si etiam consuetudo contraria probetur.*

22 *Consuetudinem ad excludendam sufficis vnicus actus in contrarium.*

DECISIO DCCCXVIII.

RESOLVTVM fuit coram me prohibendum esse
1 vsum stabuli † (ita appellatur *in l. si vsusfructus 16. siue æquissimum 17. §. final. in fin.* Stabulum, quod erat domi iumentis, & careucchis vacuum *ff. de vsufruct.*) pro recludendo Curru à Didaco de Espina subtus suam paruam Domum nouiter aperti ob damnum, quod ex temonis ictibus in illius egressu, & ingressu Domui Petri Paluæ ante illam existenti inferebatur, vt ex Decisione edita * die prima Iulij anni præteriti, cuius rationes iterum hodie Domini amplexi fuerunt.

Nam licèt vnusquisque possit de re sua quomodocumque disponere, & in suo solo, seù domo quodcumque opus
2 construere, & ad libitum vti in eo, quod sibi prodest, †
etiamsi alteri noceat, *l. altius, & l. in ædibus, vbi gloss. & DD. C. de seruit. & aqua*, & pienè post relatos Sperel. *dec. 55 nu 1. cum pluribus seqq.* Nihilominus regula procedit, quando quis in suo ædificans, seù opus nouum construens,
3 & re sua † vtens, nihil in alienum immittit, nec aliquid
de alieno, siuè immediatè, siue mediatè attingit, vt ex literali ratione *text. in l. sicuti §. Aristo ff. si seruitus vendic.* vltrà allegatos *in prima decisione §. ratio resolutionis*, tradunt Bero *cons. 131. n 14. & 17. lib. 3.* Surd. *cons. 233. nu. 12.* Sperel. *dec 55. nu 51. & dec. 57. nu. 2. par. 1.* Vnde inferunt
4 Doctores, vicinum non posse † stillicidium, vel aliquid
aliud protendere super solum vicini, Cepoll. *de seruit. Vrban. præd. cap. 32. n 2. & 3.* Franc. Mar. *dec. 499. n. 2. & 3. par. 1.* Spereli. *dec. 55. n. 52. & dec. 57. n. 10.* nec arcem face-
5 re, † ex qua aliquid in alienum cadat, vt de Incisore lapi-
6 dum, † quorum fragmenta cadant in alterius fundum lo-
quitur *text. in dicto §. Aristo circa medium*, & de Apotheca lapidicinæ Cepol. *de seruit. Vrban præd. cap. 31. sub n. 4.*
7 & generaliter Sperell. *d. dec. 55. nu 58.* & de arte fætida, †
cuius malus odor vicinis grauis sit, Mandos. *de inhib. q. 79. per tot* Surd. *cons. 137. n. 1* Sperel. *dicta dec. 55. n. 59* Carol. Anton. de Luca ad Franch. *dec. 627. nu. 3.* prout nec etiam
8 Caminum, seù Fornellum ædificare, † ex cuius fumo, vel igne vicinus nocumentum sentiat, Adden ad Dec *in l. nullus, vbi* Cagnol. *n. 4. ff. de reg. iur.* Surd. *cons 233. sub n. 52. dicta dec. 55. num. 54* propterea si in istis leuioribus casibus, in quibus damnum est remotum, nec positiuè infertur, conceditur vicino actio ad opus remouendum, seù
vsum impediendum, † & prohibendum, eo magis admit- 9
ti debet in nostris terminis, vbi damnum positiuè infertur, & magnum, & maius quotidie ex vsu timetur.

Non refragante, quod dispositio *dictæ l. sicuti §. Aristo*
ff. si seruit. vendic. † habeat tantùm locum, quando vici- 10
nus re sua vteretur ad vsum non destinatum, & insolitum, secùs verò quando vtitur modo consueto, & pro vsu solito, quia tunc quamuis in alienum aliquid immittatur, aut in vsus consequentiam vicinus aliquod incommodum sentiat, non attenditur, sed solùm vtilitas vtentis specta-
tur, † vt ibi distinguunt Bart. *sub n. 1. vers. & ideo putarem*, 11
& Castren. *sub n. 5. vers. est ergo distinguendum, idem* Castren. *in l. fluminum §. si sub n. 3. ff. de damn. infect.* Cepol *de seruit. Vrban. præd. cap. 31. n. 3. vers. circa hoc breuiter, & cap. 53. n. 1.* Sperell. *dec. 55. n. 56.* nam vltra quod isti Doctores se restringunt ad terminos eiusdem *§. Aristo*, scilicet posse fieri ignem solitum pro vsu familiæ, & aquam de more per
cubicula effundi, † quamuis ex igne fumus ad partem su- 12
periorem ascendat, siue aqua ad inferiorem descendat secundùm vtriusque naturam; & loquuntur de Camino,
seù Fornello antiquo, in quo fiat ignis solitus, † secùs in 13
nouo, in quo verificari non potest, quod fiat ignis consuetus, vt declarat Sperel. *dicta dec. 55. n. 56. vers. & sic vides, & vers. vnde in constructione*; Vel fumus extrà terminos distinctionis, quia damnum proueniens ex vsu huius stabuli non est naturale, sicut illud fumi ascendentis, &
aquæ † descendentis, sed positiuè, & extrinsecè incuti- 14
tur; Vel fumus in prima illius parte, cùm sit nouiter constructum, & consequenter vsus est insolitus, & damnum, quod infertur, est graue, & maius timetur

Graue damnum probatum remanet, ex quo Currus temone percutiatur, & quassetur, tractuque temporis ex continua arieratione ruinæ periculo exponatur Domus Petri, vt demonstratiuè colligitur ea ipsa rei euidentia, cùm via intermedia ad talem vsum non sufficiat, ex inspectione loci, & experientia facta coram Iudice primæ instantiæ, & Peritis ab eo assumptis, ex depositionibus testium, & attestationibus plurium Peritorum, alijsque ponderatis in *prima decisione §. Quod autem*, quibus hodie accessit alia attestatio D. Didaci de Quintauilla Archidiaconi, & Canonici Ecclesiæ Hispalen afferentis de visu ob viæ angustiam in egressu, & ingressu Currus temone percuti parietem domus Petri, & ex continuatione vsus dictam domum omninò casui ruinæ stare exposi-
tam, † cui licèt extraiudiciali, cùm sit conformis tot 15
alijs probationibus, & concurrant qualitates personæ modò in Curia præsentis pro suæ Ecclesiæ negotijs, plurimum est deferendum, Rota *in recent. dec. 257. nu. 12. dec. 421. n. 12. & sequen. par. 13. & dec. 260. n 4. par. 17.*

Hanc veritatem nec Didacus, nec informantes pro eo negabant, si continuaretur egressus, & ingressus à latere dextero stabuli, secùs verò à latere sinistro, vbi via est magis lata, in qua parte dicebant, non inferri damnum præiudiciale, prout ex hac parte tantùm velle vti in actu secundi accessus ille declarauerat, adeoque hunc limitatum vsum non posse eidem prohiberi. Verùm ex eisdem probationibus Dominis constitit, ex vtroque latere damnum esse graue, & primò quia maior viæ latitudo consistens in quarta parte vnius vlnæ, cùm à latere dextero sit vlnarum quatuor cum dimidio, & à latere sinistro vlnarum quatuor cum tribus quartis nihil operatur, dum iuxtà relationem Peritorum requiritur latitudo vlnarum sex; secundò ex visitatione loci facta oculariter à Iudice primæ instantiæ in vtroque latere tam dextero, quàm sinistro adnutatæ fuerunt abrasiones, & percussiones quinque vlnarum in dextero, & trium vlnarum in sinistro; Tertiò ex eodem accessu, licèt ex accurata diligentia Aurigæ Currus egrediens à latere sinistro parietem non læserit, nihilominus ingrediens illud abrasit; Quartò in accessu facto de commissione Iudicis secundæ instantiæ, quando iam illa pars damnificata, fuerat restaurata, obseruatum fuit super nouo pariete in latere sinistro adesse abrasiones, & percussiones; Quintò ex testibus, & Peritis, qui ex vtroque latere damnum concludunt, quas probationes præualere, & præferendas esse ostensum fuit *in 1. decisione §. Quibus non resistit cum duobus seqq.*

Neque releuat, quod in eadem via, & loco, vt præten-

ſenditur, anguſtiori antè domum Petri adſit aliud ſimile
ſtabulum, ex cuius vſu damnum non recipiatur; quo-
niam contrarium legitur in relationibus Peritorum, qui
concorditèr dicunt, maius damnum ex vſu huius ſtabuli
inferri domui, quàm ex altero Didaci nouitèr aperto, &
in pariete fuiſſe appoſitam magnam, & latam tabu-
lam, vbi Currus percutiens minus damnum afferat; & ſi
ex immemorabili, vel ſeruitute, aut alio titulo cogitur
16 huic damno ſubiacere, † non indè tamen ſumi debet argu-
mentum, vt etiam hoc aliud damnum ſubire teneatur,
vt in ſimili arguit Siluan. *conſ. 60. n. 11. verſ. non tamen*.

Minus ſuffragatur, quod in alijs vijs eiuſdem, &
minoris latitudinis Ciuitatis Hiſpalen. reperiantur alia
ſimilia ſtabula; vndè inſerebatur ad conſuetudinem;
etenim cùm agatur de materia facultatiua, dum poſſunt
alij permittere illorum vſum, etiam cum proprio dam-
17 no, † ex eis non probatur conſuetudo, Rota coram Lu-
douiſ. *dec. 162. num. 10. & ibi* Adden *numer. 15. verſ. ex
actibus facultatiuis*; niſi ſimul probetur, quod vicinus
contradixerit, † & non obſtante contradictione coactus 18
fuerit acquieſcere, Adden. ad Ludouiſ. *dicta dec. 162. num.
15 verſ. vt autem acquiratur*; aliàs conſuetudo tamquam
ſtricti iuris † attenditur ſolùm in caſu, quo ſeruata fue- 19
rit, Rota coram Mantic. *deciſ. 56. num. 7.* nec extenditur
de perſona ad perſonam, † de re ad rem, nec de caſu 20
ad caſum, Surd. *dec. 131. num. 9.* Rota *deciſ. 201. numer. 9.
apud* Ptlth. *de ſubhaſt.* præſertim, quia è contra docetur
fuiſſe iudicialitèr vſum alterius ſtabuli prohibitum, † ex 21
quo in caſu contradictionis habetur contraria conſuetu-
do, & deſtruitur quæcumque probatio in contrarium,
† cùm ad hunc effectum ſufficiat etiam vnicus actus, 22
Rota coram Ludouiſ. *d. dec. 162. n. 9. & ibi* Adden. *n. 15.*
& coram Celſo *dec. 232. nu. 8.*

Et ita vtraque &c.

FINIS TOMI SECVNDI DECIMÆ OCTAVÆ PARTIS.

INDEX

INDEX

RERVM SEV MATERIARVM,

Quæ in hoc Secundo Tomo Partis Decimæoctauæ Decisionum Recentiorum continentur.

A

ABBAS.



ABSENS.

ABSOLVTIO, ABSOLVTVS.

ACCEPTANS, ACCEPTATIO.

ACCEPTARE, ACCEPTATVM.

ACCESSORIVM.

ACCOLLATIO.

ACQVIESCENTIA.

ACQVIRERE, ACQVISITIO.

ACTA.

ÆDIFICANS.

ÆDIFICIVM.

ÆGIDIANA.

ÆQVALITAS.

ÆQVITAS.

ÆSTIMATIO.

ÆTAS.

AGNATIO.

Agna-

AGNATVS.

ALIENANS, ALIENARE, ALIENVM.

ALIENATIO.

ALIMENTA.

APPELLANS

APPELLARE.

APPELLATIO.

APPROBANS, APPROBARE.

APPROBATIO.

APPROBATA, APPROBATVM.

A Q V A.

Assertio auctoris plenè probat contra illius hæredem, qui eum de mendacio redarguere nequit, dec.620. num. 4.

Assertio facta ab interesse habente, attendi non debet, dec. 471. n.8.

Assertio generica, & vaga sine individua temporis mentione cambiorum, non sufficit ad probandum veram, & realem solutionem illorum, dec.518 n.5.

Assertio Papæ facta motu proprio super facto, quod sibi causa cognita innotuerat, attendenda est, & probet, dec.469. nu.16.

Assertioni contrahentium in dubio stari debet, decis. 516. num.11.

Assertionem à defuncto factam impugnare non possunt hæredes, dec.743. num.9.

Assertionem in sui præiudicium quis non fecisset, si illa vera non fuisset, dec.650. nu.7.

ASSIGNATIO.

Assignatio redditium facta pro dote beneficij, & Anniuersarij, ex quibus remaneat concludenter probata, decis.436. num.5.

Assignatio facta ad vitam alicuius, eo defuncto, resoluitur, & ad suum primæuum statum reuertitur, decis. 777. num. 23.

Assignatio bonorum non gratuita, sed onerosa non indiget insinuatione requisita à Constitutione Marchiæ, decis. 789. n.9.

Assignatio bonorum eo magis sustinetur, si adhuc executioni demandata sit, dec.789 num.10.

ASSISTENTIA.

Assistentia iuris super tumulatione Parochianorum assistit in fauore Parochorum, dec.456. nu.6.

Assistentia iuris non suffragatur ad effectum obtinendi manutentionem in actibus iurisdictionalibus, decis.456. numer. 7.

Assistentia iuris non attenditur, nec suffragatur, vbi constat de possessione contraria, dec.456. nu.8.

Assistentia iuris, quam habet Parochus super decimis excluditur ex donationibus earum in fauorem alterius Ecclesiæ, & quasi possessione exigendi, dec.574. n.12.

ASSOCIATIO, ASSOCIATVS.

Vide etiam in vers. Bona, Creditor, Deliberatio, Manutentio.

Associatio conceditur vigore clausulæ constituti, precarij, & datæ licentiæ capiendi possessionem propria auctoritate dec.486. num.2.

Associatus, vel immissus in Saluiano, non sibi, sed debitori possidet, dec.643. num.15.

ATTENTANS.

Attentans suæ attentatæ possessionis commodo frui non debet, dec.723. n.8.

Attentans frui non debet commodo suorum attentatorum, dec.410. num.7.

Attentans licet teneatur ad omnes expensas, superfluas tamen, & voluntarias soluere non tenetur, decis.527. numer 8.

Attentans tenetur reintegrare eum, qui attentata passus est de omnibus expensis etiam vsque ad obulum, decis. 527. num.3.

ATTENTATA.

Vide etiam in vers. Acta, Expensæ, Ignorantia, Iudicium, Lis, Mandatum de manutenendo, Possessio, Sequestrum.

Attentata est sententia, qua Iudex de partibus declarauit se competentem pendente appellatione ad Sanctam Sedem Apostolicam, dec. 748. nu.5.

Attentata fundans super iudicio nullitatis non benè agit, si exactio, solutio, vel quid aliud non ex eodem iudicio processit, dec.600. num. 3.

Attentata vbi sunt turbida, de laudabili stylo Rotæ semper reiciuntur, dec.649. num.8.

Attentata non possunt prætendi ex quo obligatio promissa seruata non sit, dec.602. num.6.

Attentata non adsunt, vbi spretus iudicis non concurrit, dec. 600. num.7.

Attentata dicuntur purgata mediante restitutione summæ receptæ, etiamsi maiorem summam restitui Signatura mandauerit, dec.672. nu.4.

Attentata sunt omnia gesta coram alio iudice post introductam causam in Rota, dec.485. num.2.

Attentata sunt omnia gesta, siue ante, siue post signatam commissionem cum clausula *de appellatione*, simpliciter, adeòque in pristinum reducenda, dec.772. num.16.

Attentata, in pristinum restituenda sunt, dec.634. n. 4.

Attentata sine lite non dantur, quia absque ea impossibile est illa fuisse commissa in spretum litis pendentiæ, quæ non adest, dec.649. num.2. & 3.

Attentata est possessio capta lite pendente vigore mandati alterius iudicis, dec.410. n.5.

Attentata dicuntur sufficienter purgata, si omnia redacta sunt ad eum statum, quo erant antequam illa fuissent commissa, dec.812. num.2.

Attentata sunt omnia gesta post inhibitionem, decis. 430. num. 8.

Attentata est possessio capta infra decem dies, qui dantur ad appellandum, dec. 505. num.14.

Attentata sunt executio, possessio, & omnia gesta appellatione pendente, dec. 772. num 2.

Attentata committuntur non solum ob interesse partis, sed etiam ob spretum maiestatis Iudicis, dec. 634. num. 2.

Attentata pœnalia reuocantur per viam priuilegiatam attentatorum, attentata verò iuris per viam nullitatis, & officio iudicis, dec 429. num.9. & 11.

Attentata sunt omnia gesta post interpositam appellationem, eamque partibus intimatam, dec.760. num.1 & 6.

Attentata sunt omnia innouata post interpositam appellationem, & commissam causam in Rota, dec. 634. num. 1. & 3.

Attentata non cadunt in causis diuersis, dec.649. num.4.

Attentata non committuntur à Principe, sed à parte, decis. 410. num.15.

Attentata commissa non solum in spretum inhibitionis Rotalis, sed etiam contra specialem ordinem Papæ, eo magis grauiora sunt, dec.485. num. 11.

Attentata resultant etiam in actibus, qui ratione connexionis, vel dependentiæ comprehenduntur in sententijs decis. 429. num.23. & seqq.

Attentata secluso dolo, & superioris contemptu, non admittuntur, dec.429. num.7.

Attentata licet regulariter ante omnia sint reuocanda, reijciuntur tamen ad finem litis, ne scandalum oriatur in populo, dec.429. num .2.

Contra Attentata non attenditur consuetudo, decis. 625. num. 4.

Attentatis non dicitur renunciasse qui ab attentante, ex actu attentato suscepit alimenta pro necessitate naturæ, dec.485. num.12.

Attentatis renuncians, adhuc condemnatur in expensis vsque ad renunciationem factis, dec. 527. nu.4. 6 & 7.

ab Attentatis non excusat consensus alterius ex litigantibus si cæteri collitigantes non consenserunt, decis.595. numer.9. & seqq.

Attentatorum ad purgationem iudex ex officio procedere potest ad propriam iurisdictionem conseruandam, decis. 634. num.13.

Attentatorum purgatio peti debet coram illo iudice, cuius fuit spreta maiestas, decis.600. nu.1.

Attentatorum pro purgatione relaxandum est etiam mandatum pro expensis contra attentantem, dec. 505. num. 7.

Attentatorum ad exclusionem omnis possibilis intellectus admittitur, dec.429. num.6. & 8

Attentatorum reuocatio non excluditur ex non iure petentis, quod non sit adeo clarum, vt nulla discussione opus sit, dec.495. num 8.

Attentatorum pro purgatione non solum impedimenta remoueri debent, sed etiam damna, expensæ, & interesse persolui, dec.634. num.15.

ATTESTATO.

Vide etiam in vers. Officialis.

Attestatio Rationalis Papæ probat familiaritatem eiusdem Papæ, dec.420 num.4.

Attestatio Secretarij Episcopi contraposita, cum attestatione eiusdem Episcopi nihil probat, dec. 757. num.9.

Attestatio Domini alicuius Loci vel Terræ, eiusque Magistratus attendenda est, dec.460. num.13.

Attestatio Secretarij, vel alterius officialis de re spectante ad eius officium plenè probat, dec.427. num.7.

Attestationes procuratæ lite pendente non probant, decis.514. num.19.

Attestationes mercatorum in eorum causis attenduntur, dec. 438. num.7.

AVCTORE, & defuncto excluso, excluditur etiam hæres, dec.777. num.6.

AVCTORITATEM suam præstare nemo potest in actu, in quo habet interesse, dec.620. num.31.

Vide etiam in vers. Consensus.

AVDIENTES, & TACENTES consentire, & ratificare præsumuntur, dec 707. num.9.

AVDITOR.

Vide etiam in vers. Iudicium.

Auditor Iudicis ad instar consultoris deputatus ad referendum non potest facere decreta, nec admittere probationes, dec. 454. num.5.

coram

Bene-

Capi-

Cep-

CLERICATVS, ET CLERICVS.

C O G N O M E N.

C O L L A T I O.

- reiectionem termini vltra marini, à qua etiam appellatum sit subtineri non potest, decis. 760. num. 5.

Collatio beneficij an spectet ad Capitulum, vel Dignitatem, attenditur consuetudo, dec. 671. num. 10.

Collatio beneficii facta à Papa, & expressa etiam in illius cessione, & reseruatione nouæ pensionis, non importat acceptationem prouisi, dec. 411. num. 3.

Collatio beneficii iurispatronatus facta ab ordinario spretis patronis, est nulla, dec. 768. num. 3.

Collatio simplex beneficii non consumit illius vacationem, dec. 411. num. 1.

Collatio dotis à filia succedere volente quatenus, & quando fieri debeat, dec. 455. num. 2.

Collatio beneficii alternatiuè facta ab Episcopo, vel Capitulo, stante diuisione pro maiori commoditate sequuta, reputatur ac si ab vtroque simul facta fuisset, decis. 635. numer. 8.

Collatio beneficii simul competens Episcopo, & Capitulo, stante diuisione inter eos facta, quatenus liberæ collationis esse dicatur, dec. 635. num. 6.

Collatio bonorum parentum inter filios fieri debet secundum valorem de tempore mortis ipsorum, decis. 732. numer. 26.

Collatio Beneficii, seu mandatum de immittendo dicuntur literæ prouisionales Capituli, quibus ex aliquo impedimento beneficiato retardatur possessio, decis. 483. numer. 13.

Collatio beneficii Ecclesiæ filialis probat sibi similem collationem Ecclesiæ Matricis, dec. 671. num. 2.

Collatio de bonis filio à parte viuente donatis, aut aliter assignatis quomodo fieri debeat ad augendam legitimam aliorum filiorum, dec. 482. num. 2.

Collatio à lege demandata ad fauorem filiorum, qui læsi fuerunt non procedit fauore filii, qui non damnum, sed commodum consequutus est, decis. 482. numer 3.

ex Collatione vnius beneficii quatenus probetur ius conferendi alterum, dec. 750. num. 7.

Collationi bonorum locus est patre ab intestato defuncto, vt ea inter omnes filios communiter diuidantur, dec. 471. nu. 1. & seqq.

Collationem beneficii spectare ad Præpositum Ecclesiæ ex obseruantia centum annorum declaratur, decis. 750. numer. 1.

Collationes factæ de beneficio vti vacante, potius destruunt, quam confirmet vnionem, dec. 452. num. 5.

COLLATIONATIO *vide in verf.* Copia.

COLLATOR.

Vide etiam in verf. Ordinarius

Collator inferior in beneficio Parochiali tenetur eum instituere, seu illi beneficium conferre, quem Episcopus ex approbatis digniorem elegerit, dec. 453. num. 8.

Collator inferior beneficium Parochiale tenetur illi conferre, vel eum instituere, quem Episcopus ex approbatis digniorem elegerit, dec. 452. num. 10.

COLLECTA.

Collecta aliud est, quod fuerit à Communitate imposita, aliud verò quod fuerit conuentionalis, decis. 473. numer. 8.

Collectam, cuius impositioni pater viuus consenserat, soluere tenetur filius illius hæres, & bonorum possessor, dec. 473. num. 9. & seq.

COLLECTORIS generalis testimonium plenè probat, aliquem à se ipso electum esse Subcollectorem, decis. 532. num. 9.

COLLEGIVM.

Vide etiam in verf. Consortium, Capitulum, Vniuersitas.

ad Collegium, vel consortium quis admitti non potest non concurrentibus in eo requisitis, decis. 695. numer. 3. & 4.

in Collegium pro admissione benigna interpretatio fieri debet, dec. 431. num. 10.

COLLEGIALES, & consortiales non tenentur inuiti aliquem in consortium admittere, dec. 695. num. 18.

COLLVSIO.

Vide etiam in verf. Simulatio, Fraus.

Collusio, & simulatio non præiudicat creditoribus, dec. 473. num. 1.

Collusio magis præsumitur inter coniunctos, quam inter extraneos, dec. 794. num. 5.

Collusio cessat stante iustitia sententiæ, dec. 613. num. 6.

Collusio, seu simulatio non præsumitur in ministris Principis supremi, dec. 613. num. 7.

Collusio præsumitur, si causa infra breue spatium duodecim dierum, non solum fuerit terminata, sed etiam vsque ad rem iudicatam perducta, dec. 468. num. 6.

COLLITIGANS.

Collitigantes, & legitimi contradictores dicuntur, qui in omnibus actibus semper citati fuerunt, decis. 595. numer. 4.

Collitigantibus quatenus præiudicet transactio facta inter alios collitigantes, dec. 595. num. 7. & seq.

Collitigantibus quatenus suffragentur decreta, & mandata obtenta ab alio collitigante, decis. 595. numer. 5. & seqq.

COMITES de Compegiis, lege Campegij.

COMITES Palatini habent facultatem legitimandi etiam adulterinos, dec. 673. num. 29.

COMITATENSES.

Vide etiam in verf. Ciuis.

Comitatenses Venaysini in prima instantia, ex priuilegijs Pontificum extra suum Comitatum extrahendi non sunt, dec. 810. num. 12.

Comitatensibus honoratis, eo magis censentur honorati ciues, dec. 557. num. 9.

COMMENDA *vide in verf.* Beneficium.

COMMENSALES lege etiam Beneficiati.

COMMENSALIVM, seu Confratrum, & Beneficiatorum Congregatio in Ecclesia Tarraconensi est antiquissima, & viget cum pietatis exemplo, decis. 779. numer. 11.

COMMERCIVM publicum impediri non debet, dec. 652. num. 2.

COMMISSIO.

Vide etiam in verf. Admissio, Clausula.

Commissio causæ vigore clausulæ *quam, & quas* comprehendit non solum causas præsentes, sed etiam futuras, dec. 631. num. 4.

Commissio causæ cum clausula *quam, & quas* non potest dici restricta ad vna tantùm causam, sed omnes causas comprehendit, dec. 706. num. 11. & seqq.

Commissio signata cum clausula *de appellatione*, retrotrahitur ad ipsum diem appellationis, dec. 772. num. 14.

Commissio vnius causæ quando comprehendat aliam, decis. 706. num. 13.

Commissio admissionis ad causam cum clausula constito de interesse, dicitur conditionalis, & ideo nihil operatur conditione non adimpleta, decis. 715. numer. 5. 9. & seqq.

Commissio causæ obtenta cum clausula *ad legitimam executionem* traditur remissiuè, decis. 446. num. 3.

Commissio sola, & decretum admissionis ad causam sine probatione interesse non inducunt malam fidem, decis. 715. num. 7

Commissio signata cum clausula *de appellatione simpliciter*, vt operetur attentata, appellatio debet esse interposita infra decem dies, decis. 772. numer. 22.

Commissio causæ, deficiente appellatione, solum afficit à die, quo fuit signata, & præsentata, decis. 272. num. 24.

Commissio admissionis ad causam cum clausola docto interesse habet conditionem potestatiuam, decis. 715. numer. 9.

Commissio subrogatoria iudicis in causis Rotalibus fit à Reuerendissimo Decano, si autem illæ fit commissæ DD. Auditoribus vti Prælatis, fit à committentibus ipsis, dec. 787. num. 5.

Commissio signata *sotto la banca*, easdem vires retinet, ac si fuisset in plena Signatura firmata, dummodò ab eadem Signatura reformata non sit, dec. 772. num. 15.

Commissio Sanctissimi est necessaria vt bona associata, vel Salniano retenta subhastari possint, dec. 458. num. 7.

in Commissione auocationis causæ censentur repetitæ omnes clausulæ in prima commissione appositæ, decis. 513. numer. 4.

Commissiones in Rota hodie rarò expediuntur, & à DD. Auditoribus acceptantur, vti Prælatis, dec. 583. num. 7.

Commissiones Rotæ olim frequentius expediebantur, & DD. Auditoribus dirigebantur vti Prælatis, decis. 583. num. 5

COMMODATA portio in diuisione domus expressa, donec socius suam portionem perficiat, pernecesse verificatur in eo solum, quod perficiendum erat, decis. 559. num. 3.

COMMODITAS.

Commoditas percipiendi fructus differt à iure, & vsufructu formali, dec. 795. num. 11.

Commoditas percipiendi fructus cedi potest, & etiam in dotem assignari, dec. 795. num. 12.

COMMODVM.

Vide etiam in verf. Beneficium, Iustificare, Iuuare, Lucrum, Mendax.

Con-

CONSENTIENS, CONSENTIRE.

CONSEQVENS.

CONSTITVTIO.

CONSTITVTIO IN PARTICVLARI.

COSTITVENS, CONSTITVTVM.

CONSVETVDO.

Da-

DECIMARE.

DECIMATOR.

DECISIO.

DECLARANS, DECLARARE.

DECLARATIO.

DECLARATORIA.

Dies

D O L V S.

D O M I C I L I V M.

D O M I N I V M.

D O M I N V S.

Do-

D O S.

EMPTOR, EMENS.

EMPTIO.

ENVNCIATIO, ENVNCIATIVA.

Fidei-

Filius

FISCVS.

FOEMINA.

Fru-

HISTORIA, HISTORICI.

HOMO.

HONESTAS, HONOR.

HYPOTHECA.

I

IDENTITAS.

Iden-

Inuen-

Iu-

IVDICIALITER.

IVDICIVM.

IVRA.

IVRAMENTVM.

IVRISDICTIO.

I V S.

IVSPATRONATVS.

I V S T I T I A.

L

L A B O R.

L Æ S I O.

L A I C V S.

LAVDEMIVM.

LAVDVM.

LECTOR.

LEGALITAS.

LEGATARIVS.

LEGATVM.

e Lega-

LIQVIDATIO.

LIS.

LITERÆ.

LITIGANDI, & LITIGANTES.

MANDATVM.

MANVS MORTVA.

MANVTENTIO.

M A R I T V S.

M A S C V L V S.

M A T E R.

M A T R I M O N I V M.

Mere-

MONITORIVM.

MORA.

MORIBVNDVS, MORIENS.

MORS.

MVLIER.

Nota-

Ob-

P A P A.

PAROCHIA, PAROCHIALIS, PAROCHIALITAS.

P A R O C H V S.

Pan-

Posses-

P O S S E S S O R.

P O S S E S S O R I V M.

P O S S I B I L I T A S.

P O S S I D E N S.

POS-

POSSIDERE.

Vide etiam in verſ. Poſſeſſio, Poſſeſſor, & ibi ſuas remiſſiones.

Poſſidere beneficium ciuiliter dicitur, qui poſſeſſionem naturalem capere impeditus eſt, aduerſus alium impetrantem certo modo, dec.413. num.10.

Poſſidere aliud eſt, aliud verò in poſſeſſione eſſe, deciſ.705. num.9.

Poſſidere alium nemo permiſiſſet, ſi res poſſeſſa verè ad ipſum ſpectaſſet, dec.799 num.5.

POSTA. *vide in verſ.* Curſus.

POSTERI, POSTERITAS.

Vide etiam in verſ. Succeſſores.

Poſteritas, & ſoboles idem ſignificat, & quando, deciſ. 503. num.15.

Poſterorum appellatione liberi tantummodo continentur, dec.503. num.13.

POSTERIOR præſentatio non præiudicat primo inſtituto, dec.739. num.7.

POTESTAS.

Vide etiam in verſ. Facultas.

Poteſtatis defectus ſi adeſt, parum attenduntur actus poſtea ſubſecuti, dec.710. num.13.

Poteſtatem ſuam quem exercere voluiſſe cenſetur, ne actus reddatur eluſorius, & eo magis ſi appoſuit clauſulam *non obſtantibus &c.* dec.751. num.10.

PRÆCARIVM. *Vide in verſ.* Aſſociatio.

Præcarii natura eſt non ſolum includere poſſeſſionem pro conſtitutario, ſed etiam pro illius hæredibus, deciſ. 552. num.2.

PRÆCEDENTIA.

Vide etiam in verſ. Præeminentia.

Præcedentia probatur ex teſtibus de ea deponentibus, quamuis illa ab ipſis vſurpatio appellata ſit, deciſ. 460. num.23.

Præcedentia inter accedere debentes deciſa, eorundem neceſſarius acceſſus dicitur ſufficienter declaratus, dec.747. num.1.

PRÆCEPTVM.

Vide in verſ. Onus.

Præceptum teſtatoris de inueſtiendo pecuniam hæreditariam, non afficit hæredem creditorem hæreditatis, dec.790. nu.6. & num.12.

Præceptum dotandi fœminas arguit fideicommiſſum fuiſſe ſucceſſiuum, & perpetuum, dec.474. num.1.

Præceptum teſtatoris, & viri iniunctum vxori hæredi de non tranſeundo ad ſecunda vota, non dicitur odioſum, & pœnale, dec.479. num.13.

PRÆDILECTIO.

Vide etiam in verſ. Beneuolentia, Dilectio.

Prædilectio ſumi debet ab animo contrahentis, & donantis, & ideo ab illius declaratione deſumitur, deciſ. 536. num.12.

Prædilectionem alterius ex piis operibus vocatis declarat Epiſcopus confirmans diſpoſitionem potiùs ad fauorem vnius, quàm alterius, dec. 536 n 13.

PRÆDIO in plures partes diuiſo, fructus ſeparatè ſumpti, non tantùm redderent, quantùm ſi ſimul eſſent coniuncti, dec 737. num.15.

PRÆDO adhuc in ſua poſſeſſione manutenendus eſt, deciſ. 802. num.11.

PRÆEMINENTIA.

Vide etiam in verſ. Dignitas, Præcedentia, Prærogatiua.

Præeminentia, & Præcedentia ſemper immutantur, ſi alii inferioris ordinis ante ipſam ſubrogentur loco aliorum in ordine ſuperiorum, dec.781. num.20.

Præeminentia alterius præiudicari non poteſt per ceſſionem, dec.781. num.18.

Præeminentiarum materia tota dependet a conſuetudine, dec.781. num.5.

PRÆIVDICARE, PRÆIVDICIVM.

Vide etiam in verſ. Damnum, Retrotractio.

Præiudicari non poteſt laicis in eorum ſede, vel loco in Eccleſia, dec.781. num.22.

Præiudicium reſultat ex iis, quæ fiunt aliquo præſente, vel eo approbante, dec.671. num.4.

Præiudicium ſi nemini ſit, tunc ceſſio ſuffragatur etiam pro ſumma non ſoluta, dec.699. nu.7.

Præiudicium ſi non inducit omiſſio formæ non cauſat nullitatem, dec.416. num.18.

Præiudicium non attenditur ſine ſcientia illius, cui prætenditur fuiſſe præiudicatum, dec.409. num.8.

in Præiudicium ſui vnicuique creditur, dec. 576. num.14.

PRÆLATIO.

Vide etiam in verſ. Habilis, Idoneus, Nobilis, Præſens, Qualitas.

Prælationem operatur traditio inter duos donatarios, vel alios duos reos credendi, dec.536. num.15.

Prælatio competens pro credito principali conceditur etiam pro fructibus, damnis, & intereſſe, deciſ. 502. num. 14. & ſeqq.

Prælatio in beneficio habenti qualitates requiſitas conceditur, etiam ille aliud Beneficium haberet, non tamen pro congrua ſuſtentatione ſufficiens, deciſ. 584. num. 6. & 7.

Prælatio in beneficiis conceditur maiores qualitates habenti, dec. 784. num.7.

PRÆOCCVPATIO. *Vide in verſ.* Præuentio.

PRÆORDINATIO.

Vide etiam in verſ. Teſtamentum.

Præordinatio teſtamenti, in quo poſtea teſtator reſpondit per verbum *ſic*, non prohibetur fieri à conſanguineo hæredis palàm, hoſtio aperto, & circa vllum dolum, dec.729. num.6.

Præordinatio teſtamenti non eſt omninò neceſſaria in teſtatore reſpondente per verbum *ſic*, *ſignor sì*, dummodo conſtet de ſanitate mentis illius, dec. 729. nu.12.

Præordinatio teſtamenti vbi eſt neceſſaria, fieri debet à teſtatore cum Notario, vel alio per eum electo, & parum ante illius ſtipulationem, non autem à perſonis ſuſpectis, dec. 603. num.11.

Præordinatio teſtamenti debet eſſe clara, & concludenter probata, dec.603. num.13.

Præordinationis teſtamenti ſcriptura probari debet de voluntate teſtatoris conſcripta, dec.603. num.14.

Præordinatio teſtamenti eſt omninò neceſſaria in Teſtatore ſimpliciter reſpondente per verbum *ſic*, ſeu vt dicitur *sì ſignore*, dec.603. num.1.

PRÆPOSITVRA. *Vide in verſ.* Dignitas.

Præpoſitura Eccleſiæ Collegiatæ ex generali conſuetudine Germaniæ eſt prima dignitas, dec.540. num.8.

PRÆROGATIVA. *Vide etiam in verſ.* Præeminentia.

Prærogatiua, & præeminentia dignitatis probatur ex ordine deſcriptionis illius, dec.596. num.3.

PRÆSCRIPTIO.

Vide etiam in verſ. Actio, Creditum, Decretum irritans, Ius, Qualitas, Reſtitutio in integrum.

Præſcriptio non admittitur vbi conſtat de ſolutione contraria, dec.811. num.11.

Præſcriptio quadragenaria requiritur in contractibus, iuratis, dec.717. num.12.

Præſcriptio ſicuti non poteſt incipere ſtante mala fide, ita, & multo minus valet compleri, deciſ. 430. numer.19.

Præſcriptio debet eſſe completa, quæ inter duas Eccleſias non inducitur, niſi per ſpatium 40. annorum, dec. 754. num.16.

Præſcriptio non fuit interrupta per litem, nec inducta mala fides, ſi emanauit ſententia contraria, quæ fecerit tranſitum iu iudicatum, dec.754. num.17

Præſcriptio decennalis vt impediat immiſſionem in Saluiano, requirit ſcientiam creditoris de alienatione facta in tertium, dec.681. num.15.

Præſcriptio ſtatutaria non poteſt habere locum ſi agitur inter foreníes, dec 771. num.3.

Præſcriptio probari debet cum ſuis requiſitis in materia decimarum, dec.811. num 11.

Præſcriptio in gratiam publicæ vtilitatis eſt inducta, dec.709. num.7.

Præſcriptio Patrona generis humani à Caſſiodoro appellatur, dec.709. num 8.

Præſcriptio non completa contra creditorem, non currit contra illius hæredem non informatum, decil.717. numer.11.

Præſcriptio centum annorum ad effectum acquirendi ſeruitutem diſcontinuam æquiparatur immemorabili, deciſ. 770. num.9.

Præſcriptio quadragenaria ſufficit inter duas Eccleſias, & inter illas ſeruatur, dec.628. num.27.

Præſcriptio quadragenaria requiritur in contractu iurato, dec.722. num.6.

Præſcriptio trigenaria non impedit immiſſionem in Saluiano, non probata ſcientia creditoris, quod bona fuerint in tertium tranſlata, dec.425. nu.3.

Præſcriptio quadragenaria non requiritur in probanda conſuetudine, quæ non ſit contra ius, ſed ſufficit decennalis, dec.407. num.11.

Præſcriptio in præſumpta ſolutione fundata, non habet locum in eo, qui negat debitum, vel illud non deberi prætendit, dec.717. num.13.

Præſcriptio quadragenaria ſufficit inter duas Eccleſias, deciſ. 629. num.21.

Pro-

PROXIMITAS.

PVBLICATIO.

PVPILLARITAS, PVPILLVS.

Q

QVALITAS.

QVANTITAS.

QVASI POSSESSIO.

Quasi

QVATVOR TERMINI.

QVIETANTIA.

R

RATA.

RATIFICATIO.

RATIO.

REAPTATIO.

Rea-

Tollit

Re-

Re-

S

SACERDOS.

SACERDOTALE.

SACRAMENTVM.

SÆVITIA.

SALARIVM.

SALVIANVM.

SATISFACTIO.

SCANDALVM.

SCIRE, SCIENTIA.

SENSVS.

SENTENTIA.

Sen-

Soror

Status

STATVTVM.

Statu-

STATVTA PARTICVLARIA.

STATVTVM VRBIS.

SVBSTANTIA.

SVBSTITVERE, SVBSTITVTIO.

SVBSTITVTVS.

SVBTRACTIO.

SVCCEDENS, SVCCEDERE.

SVCCESSIO.

Io cer-

TESTAMENTVM.

TESTATOR.

TESTATVS, TESTATVM.

T E S T I S.

T E S T E S.

T R A N S I G E N S.

TRANSPORTARE, TRANSPORTATIO ACTORVM.

T R A N S V M P T V M.

T R E B E L L I A N I C A.

T V T O R.

V

V A C A R E.

V A C A T I O.

VALIDITAS, VALIDVM.

VALOR.

VARIATIO, VARIETAS.

VENDITVM, VENDITIO.

VENDITOR.

VERBA IN GENERE.

VERBA IN SPECIE.

Ver-



F I N I S.



